image
not
available



6
0
16



SUIDÆ LEXICON, GRÆCE & LATINE.

TOMUS II.







ΣΟΥΙΔΑΣ

ΖΑ


Αβαρεῖον.[1] ἐν ᾧ αἱ ζάβαι, αἵ εἰσιν ὅπλα πολεμικὰ, ἀπόκεινται. Ζάβα γὰρ τὸ λωρίκιον.

Ζαβυλών. χώρα. Λέγεται δὲ καὶ [2] ὁ πάνυ βουλόμενος.

Ζαβρόν. πολυφάγον.

Ζαγρεύς. ὁ Διόνυσος παρὰ ποιηταῖς. δοκεῖ γὰρ ὁ Ζεὺς μιχθῆναι τῇ Περσεφόνῃ, ἐξ ἧς χθόνιος Διόνυσος.

Ζαγρός. ἀνυπόδετος.

Ζαές. μέγα. πολύ. λαμπρόν. ἢ ἰσχυρόν.

Ζαῆ ἄνεμον. τὸν σφοδρῶς πνέοντα.

Ζαθέη. ἄγαν θεία. καὶ Ζαθέων.

Ζαθέρει. ἄγαν θερμῷ.[3] Ἐν Ἐπιγράμματι·

——Οἶδα καθίζων
Ἀείδειν ζαθέρει καύματι θαλπόμενος.

Ζάκορος. νεωκόρος. Μένανδρος [4] Δὶς ἐξαπατῶντι· Οὐ Μεγάβυζος ἦν, ὅς τις γένοιτο ζάκορος. καὶ ὁ ὑπηρέτης. Λευκαδίᾳ· ἐπίθες τὸ πῦρ ἡ ζάκορος. Ἡρόδοτος δὲ, καὶ ὑποζάκορον φησὶ τὴν ἱέρειαν. ἢ ἱερεὺς, ὁ τὸν ναὸν σαρῶν. [5] Κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν παρὰ Ἀττικοῖς.

Ζάκοτον. ἄγαν ὀργίλον. κότος γὰρ ἡ ὀργή.

Ζακχαῖος. ὄνομα κύριον.

[6] Ζάλευκος. Λοκρὸς ἐκ Θουρίου. Πυθαγόρειος Φιλόσοφος, Νομοθέτης, ὃς τελευτᾷ ὑπὲρ τῆς πατρί-

ΖΑ


Αβαρεῖον. Zabareum, in quo reponuntur zabæ, quæ ſunt arma bellica. Zaba enim eſt lorica.

Ζαβυλών. Zabulon. Regio. Dicitur etiam ſic ille, qui vehementer aliquid vult.

Ζαβρόν. Vorax. Edax.

Ζαγρεύς. Bacchus apud Poetas. Jupiter enim putatur cum Proſerpina rem habuiſſe, ex qua Bacchus infernus.

Ζαγρός. Diſcalceatus.

Ζαές. Magnum. Multum. Splendidum. Vel, Robuſtum.

Ζαῆ ἄνεμον. Ventum vehementer ſpirantem.

Ζαθέη. Valde divina. Et ζαθέων. Valde divinorum.

Ζαθέρει. Valde calido. In Epigrammate:

——*Novi ſedens,*
Canere valde calido æſtu calefacta.

Ζάκορος. Æditaus. Menander in *Bis decipiente: Non erat Megabyzus, qui fieret æditaus.* Et, Miniſter. Idem in *Leucadia: O miniſtra, ignem impone.* Herodotus vero, ſacerdotem vocat quoque ὑποζάκορον. Vel, Sacerdos, qui templum verrit. Κορεῖν enim apud Atticos eſt idem, quod σαίρειν communiter, i. verrere, ſcopis purgare.

Ζάκοτον. Valde iracundum. Κότος enim, Ira.

Ζακχαῖος. Zacchæus. Nomen proprium.

Ζάλευκος. Zaleucus, Locrus, Thurius. Pythagoreus Philoſophus, & Legiſlator, qui pro

NOTÆ.

1 Ζαβαρεῖον] Vide Ducangium in Gloſſ. tam Latino, quam Græco.

2 Ὁ πάνυ βουλόμενος] Etymologus in Ζαβουλών habet, ὁ πάνυ βουλόμενος ἐπικεῖσθαι.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. pag. 437. P.

4 Δὶς ἐξαπατῶντι] Fabulæ hujus Menandri, *Diſexapatontis*, ſive *Bis-decipientis*, rara apud Scriptores, hodie ſuperſtites, fit mentio; & Meurſius (qui omnes auctores veteres admirabili diligentia excuſſerat) in *Bibliotheca Attica*, ſub v. *Menander.* præter Suidam, unum tantum Fulgentium adducit, qui eam laudaverit.

5 Κορεῖν γὰρ τὸ σαίρειν.] Vide Heſych. v. Σηκοκόρος.

6 Ζάλευκος] De Zaleuco vide Scaligerum ad Euſebium. Num. MCCCLV. & præcipue Illuſtr. Bentlejum in *Diſſertat. de Phalaridis Epiſtolis*, p. 335. & ſeqq. qui multa egregie & erudite de ejus ætate & legibus obſervavit.

δ@ ἀγωνιζόμενος. Ἦν δὲ οὗτος πρότερον δοῦλός τε καὶ ποιμήν. καὶ ἐκπαιδευθεὶς, νόμους ἔθετο τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις· ἐν οἷς καὶ τὸ, προϊούσας ἐπ' ἀγορὰς τὰς γυναῖκας, τὴν μὲν ἐλευθέραν λευχείμονα μεθ' οἰκείαν βαδίζειν, παιδίσκην μίαν ἔχουσαν· [1] τὰς δὲ ἄλλας, ἐν ἀνθινοῖς.

Ζάλην. [2] Μεγάλην ἅλα. ἀπὸ τοῦ σφόδρα ἀλίζεσθαι. καὶ Ζάπλουτος, ὁ σφόδρα πλούσιος. [3] Πλάτων Πολιτείᾳ· Οἷον ἐν χειμῶνι ἀπὸ κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου ὑπὸ τειχίον ὑποστάς. Καὶ ἐν [4] Τιμαίῳ· Εἴτε ζάλῃ πνεύματος ὑπ' ἀέρος φερομένη καταληφθείη. Συστροφὴν γὰρ καὶ συρμὸν βούλεται δηλοῦν. Τινὲς ἄνεμον λάβρον, πνεῦμα θορυβῶδες. Κλήμης. Δύναται καὶ Ζάλη τις εἶναι μεγάλη συστροφὴ ἀνέμου. Τινὲς Ζάλην τὴν χάλαζαν.

Ζαμάτιον. τρυβλίον.

Ζαμβρῆς. Ζαμβρῆ. ὄνομα κύριον.

Ζαμβύκη. μουσικὸν ὄργανον.

Ζαμενής. [5] Σοφοκλῆς·

——ἢ ζαμενὴς
Λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ.

ἤγουν, ὀργίλος, καὶ λοίδορος, καὶ βίαιος.

[6] Ζάμολξις. Πυθαγόρᾳ δουλεύσας, ὥς Ἡρόδοτος δ'. Σκύθης· ὃς ἐπανελθὼν, ἐδίδαξε περὶ τοῦ ἀθάνατον εἶναι τὴν ψυχήν. Μνασέας δὲ, παρὰ Γέταις τὸν Κρόνον τιμᾶσθαι, καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν. Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς Βαρβαρικοῖς νόμοις φησὶν, ὅτι Ἑλληνικός τις γενόμενος τελετὰς κατέδειξε Γέταις τοῖς ἐν Θρᾴκῃ· καὶ ἔλεγεν, ὅτι οὔτ' ἂν αὐτὸς ἀποθάνοι, οὔθ' οἱ μετ' αὐτοῦ, ἀλλ' ἕξουσι πάντα ἀγαθά. ἅμα δὲ ταῦτα λέγων ᾠκοδόμει οἴκημα κατάγαιον. ἔπειτα ἀφανισθεὶς αἰφνίδιον ἐκ Θρᾳκῶν ἐν τούτῳ διῃτᾶτο. οἱ δὲ Γέται ἐπόθουν αὐτόν. τετάρτῳ δὲ ἔτει πάλιν φαίνεται, καὶ οἱ Θρᾷκες αὐτῷ πάντα ἐπίστευσαν. Λέγουσι δέ τινες, ὡς ὁ Ζάμολξις ἐδούλευσε Πυθαγόρᾳ, Μνησάρχου, Σαμίῳ, καὶ ἐλευθερωθεὶς ταῦτα ἐσοφίζετο. Ἀλλὰ πολὺ πρότερος δοκεῖ ὁ Ζάμολξις Πυθαγόρου γενέσθαι. [7] Ἀθανατίζουσι δὲ καὶ Τέριζοι, καὶ Κρόβυζοι, καὶ τοὺς ἀποθανόντας εἰς Ζάμολξιν φασὶν οἴχεσθαι· ἥξειν δὲ αὖθις. καὶ ταῦτα ἀεὶ νομίζουσιν ἀληθεύειν. θύουσι δὲ, καὶ εὐωχοῦνται, ὡς αὖθις ἥξοντος τοῦ ἀποθανόντος.

patria pugnans obiit. Hic autem ante fuit servus, & pastor: disciplinis autem institutus, suis civibus tulit leges, inter quas & illa fuit: mulieres in forum prodeuntes, ingenuam quidem, cum domesticis & una pedissequa, candidis vestibus indutam incedere debere; reliquas vero, versicoloribus.

Ζάλην. Vehementem procellam. Sic dictam, ἀπὸ τοῦ ἀλίζεσθαι. Et Ζάπλουτος, valde dives. Plato *de Republica*: *Ut in tempestate, cum pulvis & grando a vento rapitur, sub tecto latitans.* Idem in *Timæo*: *Sive a procella venti, quæ ab aere rapitur, deprehensus esset.* Turbinem nimirum & imbris grandinisve impetum significare vult. Quidam aiunt, esse ventum vehementem, vel turbinem. Clemens. Potest etiam Ζάλη significare ingentem venti turbinem. Quidam Ζάλην vocant ipsam grandinem.

Ζαμάτιον. Catinus.

Ζαμβρῆς. Ζαμβρῆ. Nomen proprium.

Ζαμβύκη. Musicum instrumentum.

Ζαμενής. Sophocles:

——*aut inimicus*
Rumor à Danais, & sinister oriatur.

id est, iræ plenus, maledicus, & violentus.

Ζάμολξις. Zamolxis. Pythagoræ servus, ut ait Herodotus libro quarto, Scytha, qui reversus in patriam, docuit animam esse immortalem. Mnaseas vero dicit, apud Getas coli Saturnum, & vocari Zamolxin. Hellanicus vero in *Barbaricis Institutis* dicit, fuisse quendam Græcum, qui Getis in Thracia degentibus initia demonstrarit, dixeritque, neque se moriturum, neque suos sectatores: sed omnia bona habituros. Cum autem hæc diceret, domicilium subterraneum exstruxit. Deinde ex Thracum oculis & conspectu se repente proripiens, in hoc degebat: Getæ vero ipsum desiderarunt. Quarto autem anno post rursus apparuit, & Thraces omnia ipsi crediderunt. Quidam vero dicunt, Zamolxin serviisse Pythagoræ Samio, Mnesarchi filio, & libertate donatum, ista commentum esse. Sed Zamolxis Pythagora longe antiquior videtur fuisse. Terizi vero & Crobyzi credunt animarum immortalitatem, & mortuos ad Zamolxin ire tradunt; quem rediturum esse aiunt: idq; semper verum esse putant. Quamobrem sacrificant, & & convivantur, quasi defunctus sit rediturus.

1 Τὰς δὲ ἄλλας] Id est, meretrices, vel fœminas parum pudicas. Iis enim vestes ἀνθιναὶ, sive versicolores, propriæ erant, ut habitu isto ab aliis matronis honestis distinguerentur. Suidas supra, v. Ἑταιρῶν: Νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἀνθινὰ φορεῖν. i. e. *Lex erat Athenis, qua meretrices vestes versicolores gestare jubebantur.* Athenæus lib. XII. c. 4. ex Phylarcho: Ὅτι παρὰ Συρακουσίοις νόμος ἦν, τὰς γυναῖκας μὴ κοσμεῖσθαι χρυσῷ, μηδ' ἀνθινὰ φορεῖν, ἐὰν μήτις αὐτῶν συγχωρῇ ἑταίρα εἶναι κοινή. i. e. *Apud Syracusanos lege cautum erat, ne fœminæ auro se ornarent, vel vestes versicolores gestarent, nisi quæpiam se prostibulum esse profiteretur.* Cæterum, quas vestes alii Scriptores vocant ἀνθινὰς, Artemidorus lib. II. c. 3. appellat ποικίλας καὶ ἀνθηράς. Verba ejus hæc sunt: Γυναικὶ δὲ ποικίλη καὶ ἀνθηρὰ ἐσθὴς συμφέρει, μάλιστα δὲ ἑταίραις· αἱ μὲν γὰρ διὰ τὴν ἐργασίαν ἀνθηραῖς ἐσθῆσι χρῶνται. i. e. *Fœminæ autem vestis picta & varii coloris expedit; præcipue autem meretricibus: quippe quæ propter quæstum talibus vestibus utuntur.* Vide etiam Petitum *de LL. Attic.* p. 476.

2 Μεγάλην ἅλα] Etymologus, Eustathius, & Photius in Lexico MS. τὸ Ζάλην exponunt, μεγάλην ἅλην, i. e. magnam procellam; uti etiam apud Suidam procul dubio legendum est.

3 Πλάτων Πολιτείᾳ] *De Republica* Lib. VI. pag. 474. C. ubi locus iste sic legitur: Οἷον ἐν χειμῶνι κονιορτοῦ καὶ ζάλης ὑπὸ πνεύματος φερομένου, ὑπὸ τειχίον ὑποστάς. Sensum integrum loci hujus inde petes.

4 Ἐν Τιμαίῳ] Pag. 531. G. unde emendationem & sensum loci hujus petes.

5 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, p. 9. ver. 4. & 5. P.

6 Ζάμολξις] Quæ hic de Zamolxide Suidas habet, eadem ipsissimis verbis leguntur etiam apud Etymologum. Uterque autem, & Suidas, & Etymologus, historiam hanc mutuatus est ab Herodoto, l. IV. c. 95.

7 Ἀθανατίζουσι] Τὸ ἀθανατίζειν proprie significat, immortalem reddere. Hic vero est verbum prægnans, ut Grammatici loquuntur, & eleganter significat, credere, vel dicere, se esse immortalem. Sic apud Aristotelem multis in locis οἱ γεννῶντες τὸν οὐρανὸν, dicuntur οἱ λέγοντες τὸν οὐρανὸν εἶναι γεννητὸν, *qui dicunt cœlum habuisse ortum.* Plato in Theæteto τοὺς ῥέοντας vocat Philosophos, qui omnia fluere statuebant. Apud Theophrastum *de Cha-*

Ζάμολ-

Ζάμολξις. θηλυκῶς. ὄνομα Θεᾶς.

[1] Ζανὸς ἐλασθεὶς γυιοπαγεῖ νιφάδι. ἐν Ἐπιγράμμασι. ἀντὶ τοῦ βιασθεὶς, κινηθείς.

Ζαπληθές. ἄμετρον, ἄπειρον.

> [2] Στησίχορον ζαπληθὲς ἀμέτρητον στόμα Μούσης
> Ἐκτέρισε Κατάνας αἰθαλόεν δάπεδον.

[3] Ζαπῶσαι: τὸ φράσαι.

Ζατρεύω. τὸ, ἐν μύλωνι βασανίζω.

Ζατρεφής. ὁ εὐτραφής. καὶ τὸ πληθυντικὸν Ζατρεφέων.

Ζαφελής. ὁ ἀφελής. καὶ Ζαφελῶς, πάνυ ἀφελῶς.

Ζαχαρίας. ὄνομα κύριον.

Ζαχρειής. ὁ ἄγαν χρειώδης. Ζαχρήεις δὲ, ζαχρήεντος.

Ζεβοέ. ὄνομα κύριον.

Ζέω. δοτικῇ.

Ζέλεια. ὄνομα πόλεως. καὶ Ζελείτης, ἀπὸ τόπου.

[4] Ζέρκων. Σκύθης, οὕτω καλούμενος, Μαυρούσιος τὸ γένος. διὰ δὲ κακοφυΐαν σώματος, καὶ τὸ γέλωτα ἐκ τῆς τραυλότητος τῆς φωνῆς, καὶ ὄψεως παρέχειν (βραχὺς γάρ τις ἦν, κυρτὸς, διάστροφος τοῖς ποσὶ, τὴν ῥῖνα τοῖς μυκτῆρσι παραφαίνων διὰ σιμότητος ὑπερβολήν) Ἄσπαρι τῷ Ἀρδαβουρίῳ ἐδεδώρητο, καθ' ὃν ἐν Λιβύῃ διέτριβε χρόνον. Ἥλω δὲ τῶν βαρβάρων ἐς τὴν Θρᾳκῶν ἐμβαλόντων, καὶ παρὰ τοὺς βασιλεῖς ἤχθη Σκύθας. καὶ Ἀττήλας μὲν οὐδὲ τὴν αὐτοῦ ἤνεγκεν ὄψιν. Ὁ δὲ Βλήδας ἥσθη τε λίαν αὐτῷ φθεγγομένῳ οὐ μόνον γέλωτος ἄξια, καὶ βαδίζοντι, καὶ περιττῶς κινοῦντι τὸ σῶμα. συνῆν δὲ αὐτῷ εὐωχουμένῳ, καὶ ἐκστρατεύοντι, πεποιημένην πρὸς τὸ γελοιότερον ἀναλαμβάνων ἐν ταῖς ἐξόδοις πανοπλίαν. Διὸ δὴ περισπούδαστον αὐτὸν ὁ Βλήδας ποιούμενος, μετὰ αἰχμαλώτων ἀποδράντα Ῥωμαίων, τῶν μὲν ἄλλων κατωλιγώρησεν, αὐτὸν δὲ μετὰ πάσης φροντίδος ἀναζητεῖσθαι προσέταξεν. καὶ ἁλόντα, καὶ παρ' αὐτὸν ἀχθέντα, ἐν δεσμοῖς ἰδὼν ἐγέλασεν. καὶ καθυφεὶς τῆς ὀργῆς, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν τῆς φυγῆς, καὶ ὅτου χάριν νομίζοι τὰ Ῥωμαίων τῶν παρὰ σφίσιν ἀμείνονα. Ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, ἁμάρτημα μὲν τὴν φυγὴν εἶναι· ἔχειν δὲ τοῦ ἁμαρτήματος λόγον, τὸ μὴ γαμετὴν αὐτῷ δεδόσθαι. Τῷ δὲ γέλωτι μᾶλλον ὁ Βλήδας ὑπαχθεὶς, δίδωσιν αὐτῷ γυναῖκα τῶν εὖ γεγονότων, καὶ τῇ βασιλίδι διακονησαμένων, ἀτόπου δέ τινος πράξεως ἕνεκα οὐκέτι παρ' ἐκείνην φοιτῶσαν. καὶ οὕτω διετέλει ἅπαντα τὸν χρόνον τῷ Βλήδᾳ συνών. μετὰ δὲ τὴν αὐτοῦ τελευτὴν, Ἀττήλας Ἀετίῳ τῷ στρατηγῷ τῶν Ἑσπερίων Ῥωμαίων δῶρον τὸν Ζέρκωνα δίδωσιν. ὃς αὐτὸν παρὰ Ἄσπαρα ἀπέπεμψεν.

Ζάμολξις. Fœmineo genere dictum, est Deæ nomen.

Ζανὸς ἐλασθ. *Jovis compulsus membra constringente nive.* In Epigrammate.

Ζαπληθές. Immensum, Infinitum. Ut,

> *Stesichorum, ingens ac immensum os Musæ,*
> *Sepeliit Catanæ fuliginosum solum.*

Ζαπῶσαι. Dicere.

Ζατρεύω. In pistrino torqueo.

Ζατρεφής. Bene nutritus. Et pluralis, Ζατρεφέων, Bene nutritorum.

Ζαφελής. Valde simplex. Et Ζαφελῶς, valde simpliciter.

Ζαχαρίας, Nomen proprium.

Ζαχρειής. Valde utilis. At Ζαχρήεις, ζαχρήεντος.

Ζεβοέ. Nomen proprium.

Ζέω. Dativo. [Bullio. Ferveo.]

Ζέλεια. Zelea. Nomen urbis. Et Zelites, qui est ex illo loco.

Ζέρκων. Zercon. Scytha, sic vocatus, genere Maurusius. Is propter corporis deformitatem, & quod vocis balbutie, & ipso aspectu risum moveret (erat enim brevis, gibbosus, & mirum in modum simus, ita ut nasum ex naribus tantum cognosceres) Aspari Ardaburio, in Libya commoranti, donatus est. Captus autem est, cùm barbari in Thraciam irrupissent, & ad Scytharum Reges est adductus. Ac Attila quidem nec ipsius aspectum tulit. Bledas vero supra modum ipso delectatus est, quod non solum ridicule loqueretur, sed etiam in incedendo corpus præter aliorum hominum morem moveret. Aderat autem ipsi & epulanti & ad bellum proficiscenti, armis ridiculis in expeditionibus instructus. Quamobrem etiam Bledas ipsum plurimi faciens, cum fugisset cum Romanis captivis, cæteros quidem neglexit, ipsum vero summa cura inquiri jussit: & captum, & ad se adductum, in vinculis conspicatus, risit, & remissa ira, causam fugæ quæsivit, & cujus rei gratia res Romanorum suis meliores putaret. Ille vero respondit, se quidem peccasse, quod fugisset: sed se peccati causam habere, quod nulla uxor sibi data fuisset. Bledas autem in majorem risum prorumpens, ipsi dat uxorem, unam de nobilibus, & quæ fuerat una de Reginæ ministris: sed ob quoddam insolens facinus ad ipsam amplius non accedebat. Sic autem perpetuo cum Bleda vixit. Post ipsius vero mortem, Attila Aëtio, Romanorum Occidentalium Duci, Zerconem dono mittit, qui ipsum ad Asparem remisit.

raller. cap. περὶ Λογιστείας· οἱ πεζομαχίας καὶ ναυμαχίας νικῶντες, sunt, qui victorias terra marique reportatas narrant: ad quem locum vide Casaubonum.

1 Ζανὸς ἐλασθεὶς] Est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. l. VI. p. 561.

2 Στησίχορον ζαπληθὲς] Antholog. l. III. p 403.

3 Ζαπῶσαι] Vide Hesychium h. v. Apud Photium in Lexico MS. hæc vox exponitur ὑποπτεῦσαι.

4 Ζέρκων. Σκύθης] Hunc locum ex Prisci Rhetoris historia sumptum esse putat Valesius in Notis ad Excerpta de Legationibus, pag. 207. In Excerptis, quæ hodie ex illa historia adhuc supersunt, Zerconis hujus Maurusii mentio fit, pag. 67. C.

Ζέσας θυμῷ. ἐξαφθεὶς τῇ ψυχῇ.

[1] Ζευγήσιον. τὸ τοῦ Ζευγίτου τέλος.

Ζεύγλη. τὸ ἄκρον τοῦ ζυγοῦ, καθ' ὃ ἐντίθησι τοὺς τραχήλους τὰ ζῶα.

Ζεῦγμα. Εὐνάπιος. ἡ τοῦ ποταμοῦ διάβασις. ἡ γέφυρα. [2] ζεύγνυται δὲ Ῥωμαίοις ἀπονώτατα τῶν ποταμῶν τὰ ῥεύματα, ἅτε καὶ τοῦτο διὰ μελέτης ἀεὶ τοῖς στρατιώταις ὄν, καὶ ὥσπερ ἄλλο τι τῶν πολεμικῶν ἀσκούμενον, ἐπί τε Ἴστρῳ, καὶ Ῥήνῳ, καὶ Εὐφράτῃ. Ἔστι δὲ ὁ τρόπος, οὐ γὰρ δὴ πάντας εἰδέναι, τοιόσδε. Πλατεῖαι μέν εἰσιν αἱ νῆες, δι' ὧν ὁ ποταμὸς ζεύγνυται, ἀνορμίζονται δὲ ὀλίγον ἄνω τοῦ ῥεύματος ὑπὲρ τοῦ μέλλοντα ζεύγνυσθαι τόπου. Ἐπὰν δὲ τὸ σημεῖον δοθῇ, ἀφιᾶσι μίαν πρώτην ναῦν κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι πλησίον τῆς οἰκείας ὄχθης. ἐπὰν δὲ κατὰ τὸ ζευγνύμενον ἥκῃ τόπον, ἐμβάλλουσιν εἰς ῥεῦμα φορμὸν λίθων ἐμπεπλησμένον, καλωδίῳ δήσαντες, ὥσπερ ἄγκυραν· ἀφ' οὗ δεθεῖσα ἡ ναῦς πρὸς τῇ ὄχθῃ ἵσταται σανίσι, καὶ ζεύγμασιν, ἅπερ ἄφθονα αὐτοῖς ἡ ναῦς φέρει· καὶ παραχρῆμα μέχρι τῆς ἀποβάσεως καταστρώννυται. εἶτα ἄλλην ἀφιᾶσιν ὀλίγον ἀπ' ἐκείνης, καὶ ἄλλην ἀπ' ἐκείνης, ἔστ' ἐπὶ τὴν ἀντιπέραν ὄχθην ἐλάσωσι τὸ ζεῦγμα. Ἡ δὲ πρὸς τῇ πολεμίᾳ ναῦς καὶ πύργους ἐπ' αὐτῇ, καὶ πυλίδα, καὶ τοξότας, καὶ καταπέλτας φέρει. Βαλλομένων δὲ πολλῶν βελῶν ἐπὶ τοὺς ζευγνύντας, ὁ Κάσσιος ἀφιέναι βέλη καὶ καταπέλτας κελεύει. πεσόντων δὲ τοῖς βαρβάροις τῶν πρώτων ἐφεστηκότων, ἕτεροι ἧκον.

Ζεῦγος ἡμιονικὸν, ἢ βοεικὸν ζεύξαντες, τὴν λεγομένην κλινίδα, ἥ ἐστιν ὁμοία διέδρῳ, τὴν τῆς νύμφης μέθοδον ποιοῦνται. Παραλαβόντες δὲ αὐτὴν ἐκ τῆς πατρῴας ἑστίας [3] ἐπὶ τὴν ἅμαξαν ἄγουσιν ἐς τὰ τοῦ γαμοῦντος ἑσπέρας ἱκανῆς. [4] Κάθηνται δὲ τρεῖς ἐπὶ τῆς ἁμάξης. μέση μὲν ἡ νύμφη, ἑκατέρωθεν δὲ ὅ τε νυμφίος, καὶ ὁ πάροχος. Οὗτος δέ ἐστι φίλος ἢ συγγενὴς ὅτι μάλιστα τιμώμενος καὶ ἀγαπώμενος. Ἐπειδὴ δὲ ἡ ἅμαξα ὄχημα ἐλέγετο· ὁ ἐκ τρίτου παροχούμενος, [5] πάροχος ἐκλήθη. Καὶ ἀπὸ ταύτης τῆς συνηθείας, κἂν πεζοὶ μετίωσιν τινες κόρην, ὁ τρίτος πάροχος λέγεται συμπαρών.

Ζευξιδία. ἡ Ἥρα.

Ζευξίθεος. ὄνομα κύριον.

Ζευξίλεως. ᾧ ὑπεζευγμένοι εἰσὶν οἱ λαοί.

Ζεύξιππος. ὅτι [6] Χριστόδωρος, Ἐποποιὸς, ἔγραψεν Ἔκφρασιν ἀγαλμάτων τοῦ Ζευξίππου.

Ζέσας θυμῷ. Incensus animo. Inflammatus ira.

Ζευγήσιον. Zeugitæ Vectigal.

Ζεύγλη. Summa jugi pars, in quam jumenta cervices immittunt.

Ζεῦγμα. Fluminis transitus. Pons. Eunapius. A Romanis autem fluvii facillime pontibus junguntur, quod hoc etiam militibus semper sit curæ, & in hoc, ut & in quavis alia re bellica, se exerceant, Istrum, Rhenum & Euphratem trajicientes. Ratio autem, quam non omnes scire puto, talis est. Naves, quibus amnis jungitur, sunt latæ; eæque in superiore parte fluvii, paulo supra locum jungendum, ripæ applicantur. Postquam autem signum datum est, unam primo navem dimittunt, quæ secundo flumine juxta suam ripam descendit. Ubi autem ad locum ponte jungendum pervenit, stoream, saxis plenam, in flumen conjiciunt, funi alligatam, instar ancoræ, quo devincta navis juxta ripam sistitur tabulis, pontis in modum stratis, quarum copiam ipsis navis affert; & subito usque ad exscensum consternitur. Deinde aliam ab illa paululum distantem dimittunt, & mox aliam, donec ad ulteriorem ripam pontem perduxerint. Illa vero navis, quæ hostili ripæ proxima est, turres etiam, & portam, & sagittarios, & catapultas secum fert. Cum autem multa tela in stratores conjicerentur, Cassius tela & catapultas immitti jubet. Sed primo barbaros invadentium agmine prostrato, alii succedunt.

Ζεῦγος ἡμιονικόν. Postquam mulorum aut boum jugum junxerunt currui sponsali, cujus pars ea, quæ κλινὶς vocatur, bisellio similis est, sponsam accersunt. Ipsam autem ex paterna domo assumptam, & currui impositam, in sponsi domum sera vespera deducunt. Tres autem in illo curru sedent; sponsa quidem, media; utrinque vero & sponsus, & parochus, qui est amicus, aut cognatus honoratissimus, & charissimus. Quoniam autem currus vocabatur ὄχημα; ideo ille, qui curru tertius vehebatur, πάροχος est vocatus. Ob hanc consuetudinem, quamvis sponsam pedites accersant, tamen ille, qui tertius cum utroque adest, πάροχος appellatur.

Ζευξιδία. Zeuxidia. Juno.

Ζευξίθεος. Zeuxitheus. Nomen proprium.

Ζευξίλεως. Ille, cui populi sunt subjecti.

Ζεύξιππος. Zeuxippus. Christodorus, Heroicus poeta, scripsit Ecphrasin statuarum Zeuxippi.

1 Ζευγήσιον] Lexicum Photii MS. Ζευγήσιον, ὃ ἐτέλει ὁ Ζευγίτης. Τρεῖς δὲ τάξεις Ἀθήνησιν ἦσαν Πεντακοσιομέδιμνοι. Ἱππεῖς, οἱ ἱππάδα τελοῦντες· καὶ τὸ θητικόν. Οἱ μὲν πλουσιώτατοι Πεντακοσιομέδιμνοι ἐκαλοῦντο. Eadem habet Etymologus.

2 Ζεύγνυνται δὲ Ῥωμ.] Hoc fragmentum ad Dionem refert Valesius ad Excerpt. Peiresc. p. 776. Operæ autem pretium erit conferre cum hoc loco Arrianum *de Expedit. Alex. Mag.* l. v. p. 326. ubi similem Zeugmatis descriptionem leges.

3 Ἐπὶ τὴν ἅμαξαν ἄγουσι] Etymol. M. v. Ἁρμάτιος μέλος: Οἱ δὲ, ὅτι τὸ παλαιὸν τὰς παρθένους γαμουμένας ἐπὶ ὀχημάτων ἦγον· ὅθεν καὶ παρόχους καὶ παρανύμφους ἐκάλουν.

4 Κάθηνται δὲ τρεῖς, &c.] Hæc etiam αὐτολεξεὶ leguntur apud Eustathium ad Il. Λ. p. 833. qui ea ex Lexico Pausaniæ se descripsisse testatur.

5 Πάροχος] Vide infra, v. Πάροχος.

6 Ὅτι Χριστόδωρος, Ἐποποιὸς, ἔγραψεν Ἔκφρασιν] Hæc Ecphrasis Christodori Poetæ, qua statuas in Gymnasio, Zeuxippi olim vocato, positas descripsit, hodie adhuc exstat, inserta libro v. Anthologiæ Epigrammatum, cujus hæc est inscriptio: Ἐν τῷδε τῷ πέμπτῳ τμήματι περιέχεται Ἔκφρασις Χριστοδώρου ποιητοῦ, Θηβαίου, Κοπίτου, τῶν ἀγαλμάτων, τῶν εἰς τὸ δημόσιον Γυμνάσιον, τὸ ἐπικαλούμενον τοῦ Ζευξίππου. Pro Κοπίτου hic legendum esse Κοπτίτου jamdudum monuit Lambecius ad Codinum *de Origin. Constantinop.* p. 159. Erat enim Christodorus oriundus ex Copto, celeberrima quondam Ægypti urbe, & Thebaïdos metropoli.

Ζεῦξις. Ζεύξιδος. ὄνομα κύριον. [1] Ἀριστοτέλης κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφος. Οὗτος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἔγραψεν Ἔρωτα ὡραιότατον, ἐστεμμένον ῥόδοις.

[2] Ζεύς. τούτου τὸ ἄγαλμα [3] ἱστοροῦσι καθήμενον, [4] γυμνὰ ἔχον τὰ ἄνω, τὰ δὲ κάτω ἐσκεπασμένα· κρατοῦν τῇ μὲν εὐωνύμῳ σκῆπτρον, τῇ δεξιᾷ δὲ ἀετὸν προτεῖνον. καὶ τὸ μὲν καθῆσθαι, τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνίττεται· τὸ δὲ τὰ ἄνω γυμνὰ ἔχειν, ὅτι φανερὸς τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσι. τὰ δὲ λοιπὰ σκέπεται, διότι τοῖς χαμαιζήλοις ὁ Θεὸς ἄγνωστος. τὸ δὲ τῇ λαιᾷ σκῆπτρον κατέχειν, σημαίνει τὸ ἐξουσιαστικόν. τὸ δὲ τῇ ἑτέρᾳ ἀετὸν, δηλοῖ, ὡς τῶν [5] ἀεροφόρων πνευμάτων κρατεῖ, ὡς ὁ ἀετὸς [6] μεταρσίων ὀρνέων. Καὶ παροιμία· [7] Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας. ἐπὶ τῶν ποτὲ ἀμειβομένων ὑπὲρ ὧν ἔπραττον καλῶν, ἢ κακῶν. ὅτι οὐκ ἀπρονόητα φασὶ τὰ πάντα, ἀλλὰ τὸν Δία εἰς διφθέρας τινὰς ἀπογράφεσθαι, καὶ ποτὲ ἐπεξιέναι.

Ζεὺς Κτήσιος, ὃν καὶ ἐν τοῖς ταμείοις ἱδρύοντο, ὡς πλουτοδότην.

Ζεφυρία πνοή. ἡ τοῦ ζεφύρου. καὶ Ζεφύριον πνεῦμα. Ζέφυρος γὰρ, λεῖος ἄνεμος.

Ζεῖ. βράζει. καὶ [8] Ὅμηρος· Ὡς δὲ λέβης ζεῖ. ἀπὸ τοῦ ζέω ῥήματος.

Ζειά. εἶδος κριθῆς.

Ζείδωρον. τὴν γῆν τὴν τὰ πρὸς τὸ ζῆν δωρουμένην. καλεῖται δὲ αὕτη, βιοδώρα, καὶ φερέσβιος.

Ζεπύτης. ὄνομα κύριον.

[9] Ζειρά. ἤτοι σειρά, ὥς τινες. ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύοντο μετὰ τοὺς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφαπτίδας.

Ζειραί. χιτῶνες [10] ἀνακεκολαμμένοι, ἢ [11] ἀνάκολοι. ἢ μίτρα. [12] Ἡρόδοτος.

Ζῆ. ἀντὶ τοῦ ζῆθι. Εὐριπίδης. ἢ [13] καὶ ἀντὶ τοῦ ζέει.

Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. [14] ἐπὶ τῶν δείπνῳ συνιόντων εἰς φιλίαν. καὶ Ζῆ, ἀντὶ τοῦ ὑπάρχει, βιοῖ.

Ζεῦξις. Zeuxis, Zeuxidis. Nomen proprium. Aristoteles ipsum Isocratis tempore pictorem fuisse tradit. Hic in Veneris templo Cupidinem pulcherrimum, rosis coronatum, pinxit.

Ζεύς. Jupiter. Hujus simulacrum sedens fingitur, superiores partes habens nudas, inferiores vero tectas: læva quidem sceptrum tenens; dextra vero, porrigens aquilam. Ac sessio quidem, potentiæ firmitatem obscure significat: superiorum nuditas, ipsum intelligentibus & cœlestibus mundi partibus esse conspicuum. Reliquæ vero partes teguntur, quod Deus Terrestribus sit ignotus. Sceptrum in læva, potestatis indicium est. Aquila altera manu protensa notat, eum spiritibus aeriis imperare, ut aquila volucribus. Et proverbium: *Jupiter serus in diptheras inspexit*: quod dicitur de iis, qui pro bonis vel malis facinoribus suis dignam tandem mercedem consequuntur. Providentiam enim esse credunt, & Jovem omnia quæ fiant, pellibus inscribere, & tandem malos ulcisci.

Ζεὺς Κτήσιος. Jupiter possessionum præses; quem etiam in ærariis collocabant, ut opum donatorem.

Ζεφυρία πνοή. Zephyria aura. Et Ζεφύριον πνεῦμα. Idem. Zephyrus enim est lenis ventus.

Ζεῖ. Bullit, Fervet. Et Homerus: *Utque lebes fervet*. A verbo Ζέω.

Ζειά. Zea. Hordei genus.

Ζείδωρον. Terram res ad victum necessarias donantem. Hæc autem vocatur etiam βιοδώρα, *i. e.* victus donatrix; & φερέσβιος, *i. e.* vitam vel victum largiens.

Ζεπύτης. Zepytes. Nomen proprium.

Ζειρά. Idem est ac Σειρά, ut quidam tradunt. Vel, indumentum quoddam, quod post tunicas induebant, ut ephaptidas.

Ζειραί. Tunicæ breves & curtæ: vel, Zona. Herodotus.

Ζῆ. Pro ζῆθι. Vive. Euripides. Et, pro ζέει Bullit.

Ζεῖ χύτρα. Fervet olla, vivit amicitia. De iis, qui epularum causa coeunt in amicitiam. Et Ζῆ, existit, vivit.

1 Ἀριστοτέλης.] Ita legendum videtur, Ἀριστοτέλης αὐτὸν κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφον γενέσθαι λέγει. P. † Vide Harpocrat. & ibi Maussacum.

2 Ζεύς. τούτου τὸ ἄγαλμα, &c.] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Codinum *de Origin. Constantinop.* pag. 14. unde apparet, & Suidam, & Codinum (qui Suida longe recentior est) ex eodem auctore sua descripsisse.

3 Ἱστοροῦσι] Apud Codinum rectius legitur πλάττουσι.

4 Γυμνὰ ἔχον τὰ ἄνω. &c.] Simili prorsus modo simulacrum Jovis describitur & exponitur a Porphyrio apud Euseb. de *Præpar. Evang.* lib. III. c. 9. cujus verba hic describere operæ pretium visum fuit: Καθῆσθαι δὲ, τὸ ἑδραῖον τῆς δυνάμεως αἰνιττόμενος. Γυμνὰ δὲ ἔχει τὰ ἄνω, ὅτι φανερὸς ἐν τοῖς νοεροῖς καὶ τοῖς οὐρανίοις τοῦ κόσμου μέρεσιν ἐστί· σκέπεται δὲ αὐτοῦ τὰ πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις. Ἔχει δὲ τῇ μὲν λαιᾷ τὸ σκῆπτρον, καθ' ὃ μάλιστα τῶν τοῦ σώματος μερῶν τὸ ἡγεμονικώτατόν τε καὶ νοερώτατον ἐπικουρεῖ σπλάγχνον ἡ καρδία. Βασιλεὺς γὰρ τοῦ κόσμου, ὁ δημιουργὸς νοῦς. Προτείνει δὲ τῇ δεξιᾷ ἢ αἰετὸν, ὅτι κρατεῖ τῶν ἀεροπόρων θεῶν, ὡς τῶν μεταρσίων ὀρνίθων ὁ αἰετός· ἢ νίκην, ὅτι νενίκηκεν αὐτὸς πάντα. Latinam hujus loci versionem brevitatis gratia non apposui.

5 Ἀεροφόρων] In adducto loco Eusebii rectius legitur ἀεροπόρων, i. e. quæ per aerem gradiuntur, vel volant; uti naves dicuntur ποντοπόροι, quia per mare quasi gradiuntur. Ἀεροφόρων tamen etiam legitur apud Codinum.

6 Μεταρσίων ὀρνέων] Apud Codinum post ὀρνέων hæc addita leguntur, quæ in Suida desiderantur: Ἀλλὰ καὶ πλάττουσιν αὐτὸν τρία μῆλα ἐν τῇ χειρὶ βαστάζειν. Διὰ δὲ τῶν τριῶν μήλων δηλοῖ, τρία κλίματα κατέχειν τὴν πᾶσαν διακόσμησιν. Sic enim locum hunc ex MSS. Lambecius restituit.

7 Ὁ Ζεὺς κατεῖδε χρόνιος εἰς τὰς διφθέρας] Huc spectat illud Euripidis apud Stobæum in Eclogis Phys. lib. 1. c. 7.

Δοκεῖτε πηδᾶν τἀδικήματ' εἰς θεοὺς
Πτεροῖσι, κἄπειτ' ἐν Διὸς δέλτου πτυχαῖς
Γράφειν τιν' αὐτά;

i. e. *An putatis delicta hominum ad Deos alis sursum volare, & deinde aliquem illa in complicatis Jovis tabellis exarare?*

8 Ὅμηρος] Il. φ. v. 362.

9 Ζειρά] Vide Hesychium, Harpocrationem, Etymol. M. & Eustathium.

10 Ἀνακεκολαμμένοι] Sic etiam Photius in Lexico MS. Apud Etymologum vero legitur Ἀνακεκολπωμένοι.

11 Ἀνάκολοι] Lege Ἀνάκωλοι, per ω, ut apud Etymologum.

12 Ἡρόδοτος] Lib. VII. Num. lxix. & lxxv.

13 Καὶ ἀντὶ τοῦ ζέει] Sed tunc non ζῆ, sed ζεῖ, scribendum. Error inde ortus, quod τὸ η, ι & diphthongus ει eodem modo pronunciarentur.

14 Ἐπὶ τῶν δείπνῳ συνιόντων] Legendum est, ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ δεῖπνον; vel, διὰ τὸ δεῖπνον. ut apud Diogenianum. Infra, post

Ζὴβ. ὄνομα Ἑβραϊκόν.

Ζήβυρες. ὄνομα ἔθνους.

Ζήθης, καὶ Ζῆθος. ὀνόματα κύρια.

Ζῆθος καὶ Ἀμφίων. ὀνόματα. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀντιόπη.

[1] Ζῆ. καῦε πῦρ. ἐπὶ τῶν μόλις γινομένων.

Ζηλήμων. ὁ ζηλούμενος.

Ζηλίτης. ὄνομα κύριον.

Ζῆλος. [2] Σοφοκλῆς.

——Ἴδετε τὴν ὁμευνέτιν
Αἴαντος, ὃς μέγιστον ἴσχυσε στρατοῦ,
Οἵας λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου τρέφει.

[3] Ζῆλος. ἀγαθοῦ τινος ἐπιθυμία φθόνου κενὸς χωρὶς ἐγγινομένη τῇ ψυχῇ. οἷον, ἔχει τις ἀνδρείαν, ζηλῶ τοῦτον τῆς ἀρετῆς· τουτέστιν, ἐπιθυμῶ κτήσασθαι τὸ καλὸν, μὴ φθονήσας τῷ κεκτημένῳ, ἀλλὰ κἀγὼ βουλόμενος ἀνδρεῖος εἶναι. Ἀππιανός. Δεντάτῳ κατὰ ζῆλον ἀρετῆς εἵπετο νέων λογάδων πλῆθος ὀκτακοσίων ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα ἑτοίμων καὶ βαρὺς ἦν τῇ βουλῇ περὶ τὰς ἐκκλησίας.

[4] Ζηλοτυπία. ζῆλος ἐξ ὑπονοίας τοῦ ἀνδρὸς κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς, εἰς ἕτερον ἀσελγῆ ὑπόνοια. [5] Ἰάμβλιχος. Ἡ δὲ, μεστὴ μὲν ἦν καὶ τῆς ἔμπροσθεν ζηλοτυπίας, προσειλήφει δὲ τὴν ἀπὸ τῆς πράξεως εὐτολμίαν. ὡς οὖν ἐλάβετο τῆς ὁδοῦ, ὁ μὲν πρῶτος ἀγὼν, ἔφη, διηγώνισται· ἐχόμεθα δὲ καὶ τοῦ δευτέρου. καὶ γὰρ ἐν καιρῷ γεγυμνάσμεθα. Καὶ Πολύβιος λέγει· Τοῖς γὰρ πλείστοις ὑπεγεγόνει τις ζῆλος ἐκ τῆς τῶν ἄλλων ἀλαζονείας καὶ τῆς ἀκαιρίας. Ἐσπούδαζον γὰρ περὶ τὰς ἀκολουθίας καὶ τὰς ἐσθῆτας διαφερόντως. καὶ τις ἦν περὶ τοὺς πλείστους καλλωπισμὸς ὑπερέχων τὴν ἐκ τοῦ βίου χορηγίαν· ὅπλων δὲ οὐδὲ τὸν ἐλάχιστον ἐποιοῦντο λόγον.

[6] Ζηλοτυπεῖν. αἰτιατικῇ. [7] Αἰσχίνης, ἀντὶ τοῦ μισεῖν. Ζηλοῦν γὰρ, τὸ μακαρίζειν. Ζηλοτυπεῖν δὲ, τὸ εἰς ἀπέχθειαν ἐληλυθέναι.

Ζήλου. αἰτιατικῇ. μιμοῦ.

Ζηλοῦν. [8] Σοφοκλῆς.

Καίτοι σε καὶ νῦν τοῦτό γε ζηλοῦν ἔχω,
Ὁθ' οὕνεκ' οὐδὲν τῶνδ' ἐπαισθάνῃ κακῶν.
Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν, ἥδιστος βίος.
Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ, κάρτ' ἀνώδυνον κακόν.
Ἕως τὸ χαίρειν, καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

Ζηλῶ. δοτικῇ. Ζηλῶν ἐζήλωκα τῷ κυρίῳ. Αἰτιατικῇ δὲ, Ζήλωσον Πέτρον.

Ζὴβ. Zeb. Nomen proprium Hebraicum.

Ζήβυρες. Zebyres. Nomen gentis.

Ζήθης, καὶ Ζῆθος. Zethes, & Zethus. Nomina propria.

Ζῆθος. Zethus, & Amphion. Nomina [propria.] In voce Ἀντιόπη.

Ζῆ. Accende ignem. De iis, quæ ægre fiunt.

Ζηλήμων. Invidus, Æmulus.

Ζηλίτης. Zelites. Nomen proprium.

Ζῆλος. Zelus. Sophocles:

——*Videte uxorem*
Ajacis, qui viribus præstitit in exercitu,
Quale ministerium pro quanto Zelo ei obtigerit.

Ζῆλος. Æmulatio. Alicujus boni cupiditas, quæ sine invidia in animo nascitur. Ut, habet aliquis fortitudinem; hunc virtutis causa æmulor: hoc est, cupio idem bonum adipisci, non invidens ejus possessori, sed & ipse vir fortis esse volens. Appianus: *Dentatum, ob virtutis æmulationem, sequebatur octingentorum delectorum juvenum, ad omnia facinora paratorum, multitudo. Quare in concionibus erat gravis Senatui.*

Ζηλοτυπία. Obtrectatio, orta ex suspicione viri adversus uxorem suam; [vel] suspicio erga alium quendam impudicum. Iamblichus: *Illa vero & prioris Zelotypiæ plena, assumpserat etiam ex illo facinore audaciam. Cum igitur viam corripuisset, Primum (inquit) certamen decertatum est: sed alterum etiam aggrediamur. Etenim opportune sumus exercitati.* Et Polybius dicit: *Quædam autem æmulatio, propter aliorum arrogantiam ac importunitatem, plerosque præter modum invaserat. Nam & comitatus, & vestitus exquisiti vehementer erant studiosi, & plerisque erat corporis cultus & ornatus, qui fortunarum facultates superaret: armorum vero ne minimam quidem rationem habebant.*

Ζηλοτυπεῖν. Accusativo. Æschines, pro, odisse. Ζηλοῦν enim est, beatum prædicare. Ζηλοτυπεῖν vero, in odium venire.

Ζήλου. Accusativo. Imitare.

Ζηλοῦν. Beatum prædicare. Sophocles:

Quanquam te ob hoc saltem beatum judico,
Quod nihil horum sentias malorum.
In intelligendo enim nihil, est suavissima vita.
Non intelligere enim, est expers doloris malum.
Donec gaudere, & dolere didiceris.

Ζηλῶ. Dativo. *Magno Zelo Domini flagravi.* Cum accusativo vero; ut, Petrum æmulare.

v. Ζητεῖ. hoc proverbium repetitur, ubi legitur, διὰ τὸ δεύτερον, uti etiam apud Zenobium. Vulgatam lectionem Suidæ secuti sunt Phavorinus & Michael Apostolius.

1 Ζῆ. καῦε πῦρ] In Vaticana Proverbiorum Appendice legitur, Ζῆ καὶ πῦρ, quod corruptum esse non dubito.

2 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 30. *P.*

3 Ζῆλος· ἀγαθοῦ τινος] A Stoicis Ζῆλος definiebatur, λύπη ἐπὶ τῷ ἄλλῳ παρεῖναι, ὧν αὐτὸς ἐπιθυμεῖ. quod Cicero, *Tuscul. Quæst.* iv. ita vertit: *Æmulatio est ægritudo, si eo, quod quis concupierit, alius potiatur, ipse careat.* Vide Laertium in Zenone, lib. vii. num. iii. & ibi interpretes.

4 Ζηλοτυπία] *Ζηλοτυπίαν obtrectationem* verti, ad imitationem Ciceronis, *Tusc. Quæst.* iv. cujus hæc sunt verba: *Obtrectatio autem est ea, quam intelligi Zelotypiam volo.*

5 Ἰάμβλιχος] Jam supra monui, Iamblichi libros, ex quibus Suidas non pauca fragmenta adducit, hodie non amplius exstare, cumque diversum esse ab eo, cujus *Vita Pythagoræ* ad ætatem nostram pervenit.

6 Ζηλοτυπεῖν] Hæc αὐθλιξεί leguntur etiam apud Harpocrationem.

7 Αἰσχίνης] Oratione contra Ctesiphontem, pag. 167. *P.*

8 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 33. *P.*

Ζηλῶ.

Ζηλῶ. μακαρίζω. [1] Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·

Οὐ ζηλῶ σε τῆς παιδεύσεως.
Ζηλῶ σε τῆς εὐβουλίας,
Μᾶλλον δὲ τῆς εὐωχίας,
Ἄνθρωπε τῆς παρούσης.

Καὶ πάλιν·

[2] Ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας. ἀντὶ τοῦ, τῆς γραφῆς. τῆς κατηγορίας.

Καὶ αὖθις·

[3] Ζηλῶ σε τῆς εὐτυχίας,
Τὸν πρεσβύτην, οἷον μετέστη
Ξηρῶν τρόπων, καὶ βιοτῆς.
Ἕτερα δὲ νῦν ἀντιμαθών.

Ζηλώματα. ζηλοτυπίας.

[4] Κῶμοι καὶ τὰ νέων ζηλώματα, καὶ τὰ ποθούντων
Κνίσματα, καὶ μύστην λύχνον ἀπειπαμένη.

Ζηλῶσαι. μιμήσασθαι. Ἡρόδοτος· Ὧν εἴ τις παρ' ἡμῖν ζηλῶσαι τὴν δίαιταν ἐπιχειρήσει, οὐδὲν ἄμεινον διακείσεται τῶν τὸ κώνειον προσενεγκαμένων, ἢ τὸ ἀκόνιτον, ἢ τὸν ἐλλέβορον.

Ζηλωταί. παρὰ Ἰουδαίοις οἱ τοῦ νόμου φύλακες. [5] Ἄνανος ἀποκλείσας τοὺς [6] Ζηλωτὰς εἰς τὸ ἱερόν, καὶ φρουρὰν αὐτοῖς ἐπιστήσας, παρεκάθητο.

Ζηλωτός. μακαριστός. ἐπαινετός.

Ζηλωτότατον. πάνυ μακάριον. Ἀριστοφάνης· Ζηλωτότατον τὸν βίον ἀνθρώπων διάξεις.

Ζημία. ἡ στέρησις.

Ζημιῶ. δοτικῇ. Ἐζημίωσε χρήμασιν. αἰτιατικῇ δέ, πῶς μὴ τὰ μέγιστα ζημιώσω τοὺς παρόντας;

Ζήν. Ζηνός. Ζηνί.

Ζῆν. τὸ ζῆν τοῦ ἀποζῆν διαφέρει. Ζῆν μὲν γάρ, τὸ μετὰ τρυφῆς καὶ πολυτελείας· ἀποζῆν δέ, τὸ εὐτελῶς ζῆν. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀποζῆν.

Ζηνόβιος. Σοφιστής. παιδεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος. [7] Ἔγραψεν Ἐπιτομὴν τῶν παροιμιῶν Διδύμου, καὶ Ταρραίου ἐν βιβλίοις τρισί. Μετάφρασιν Ἑλληνικῶς τῆς Ἱστοριῶν Σαλουστίου τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ἱστορικοῦ, καὶ τῆς καλουμένης αὐτοῦ Βελλῶν. Γενεθλιακὸν εἰς Ἀδριανὸν Καίσαρα· καὶ ἄλλα.

Ζηνόδοτος. Ἐφέσιος. ἐποποιός, καὶ γραμματικός.

Ζηλῶ. Beatum duco, vel prædico. Aristoph. *Thesmophor.*

Non beatum prædico te propter eruditionem.
Beatum prædico te prudentiæ causa,
Magis vero convivii,
O Homo, præsentis gratia.

Et rursus:

Beatum duco te propter eloquentiam. *i.e.* propter accusationem.

Et alibi:

Beatum duco & felicem
Istum senem, quod discesserit
A siccis moribus, & vita priore,
Aliudque studium nunc amplexus sit.

Ζηλώματα. Zelotypias.

Comessationes, & juvenum æmulationes, & amantium pruritus,
Et consciam arcanorũ lucernam valere jubens.

Ζηλῶσαι. Imitari. Herodotus: *Quorum si quis apud nos vitæ rationem imitari conetur, non melius habebit, quam illi, qui cicutam, vel aconitum, vel helleborum hauserint.*

Ζηλωταί. Zelotæ apud Judæos vocantur Legis custodes. *Ananus, cum Zelotas in templo conclusisset, & præsidium ipsis imposuisset, eos obsedit.*

Ζηλωτός. Qui beatus est ducendus. Laudandus.

Ζηλωτότατον. Beatissimum. Aristoph. *Beatissimam vitam inter homines deges.*

Ζημία. Privatio.

Ζημιῶ. Dativo. Mulctavit pecunia. Accusativo vero, ut, Quomodo maximis mulctis præsentes non mulctabo?

Ζήν. Ζηνός. Ζηνί. Jupiter. Jovis. Jovi.

Ζῆν. Vivere. Ζῆν autem ab ἀποζῆν differt. Nam ζῆν quidem significat in deliciis luxuque & sumptuose vivere. Ἀποζῆν vero, parce & tenuiter. Quære in Ἀποζῆν.

Ζηνόβιος. Zenobius, Sophista, qui Romæ docuit sub Adriano Cæsare. Scripsit Compendium proverbiorum Didymi & Tarrhæi, libris tribus. Item Græce interpretationem historiarum Salustii, Historici Romani, & ipsius Bellorum. Genethliacum in Adrianum Cæsarem: & alia.

Ζηνόδοτος. Zenodotus, Ephesius, Poëta

1 Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις] Pag. 516. v. 12. *P.*

2 Ζηλῶ σε τῆς εὐγλωττίας] Aristophanes *Equit.* pag. 237. *P.*

3 Ζηλῶ σε] Sic apud Aristophanem in Vespis scribitur, p. 363.

Ζηλῶ γε τῆς εὐτυχίας
Τὸν πρέσβυν, οἷ μετέστη
Ξηρῶν τρόπων, καὶ βιοτῆς,
Ἕτερα δὲ νῦν ἀντιμαθών, &c.

Sic & apud Suidam est scribendum. *P.*

4 Κῶμοι καὶ τὰ νέων ζηλώματα] Est pars Epigrammatis in Laidem meretricem, quod integrum legitur Antholog. l. III. p. 328. In editione Porti prima vox Κῶμοι male a sequentibus divulsa, & ἐκ παραλλήλου posita est voci ζηλοτυπίας, quasi esset interpretatio vocis Ζηλώματα, quo nihil falsius.

5 Ἄνανος ἀποκλείσας] Apud Josephum *de Bello Judaico*, l. IV. multa de hoc Anano & Zelotis traduntur; unde dubium non est, Suidam locum istum inde sumpsisse.

6 Ζηλωτάς] Hæc erat factio inter Judæos, tempore obsidionis Hierosolymitanæ, de qua operæ pretium erit audire Josephum *de Bell. Jud.* l. VII. c. XXX. p. 986. ubi sic eam describit: Τὸ τῶν Ζηλωτῶν γένος τὴν προσηγορίαν τοῖς ἔργοις ἐπαληθεῦσαν. Πᾶν γὰρ κακίας ἔργον ἐξεμιμήσαντο, μηδ᾽ εἴ τι πρότερον προϋπαρχθὲν ἡ μνήμη παραδέδωκεν, αὐτοὶ παραλιπόντες ἄζηλωτον. καίτοι τὴν προσηγορίαν αὑτοῖς ἀπὸ τῶν ἐπ᾽ ἀγαθῷ ζηλουμένων ἐπέθεσαν, ἢ κατειρωνευόμενοι τῶν διὰ τὴν αὐτῶν θηριώδη φύσιν, ἢ τὰ μέγιστα τῶν κακῶν ἀγαθὰ νομίζοντες. *i.e.* secundum veterem interpretationem Rufini, ut putatur, Aquilejensis: "Zelotæ nomen suum factis verum procaverunt. "Omne enim malitiæ facinus æmulati sunt, nullo inæmulato, quod "ante commissum memoria tradidit, prætermisso. quamvis no-"men sibi ex bonorum æmulatione imposuissent; qui eos, quos "læderent, cavillando fallebant, qui malorum, quæ maxima es-"sent, bona ducebant.

7 Ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Παροιμιῶν Διδ.] Scholiasta Aristophanis ad *Nubes*, p. 131. proverbia Didymi & Tarrhæi, non a Zenobio, sed Zenodoto, in epitomen redacta esse, auctor est. Ait enim, Ζηνόδοτος δὲ ὁ τὰς Ταῤῥαίου καὶ Διδύμου παροιμίας ἐπιτεμών. Hæc ratio est, quare auctor istius Epitomæ, quæ hodieque exstat (edita ab Andrea Schotto Antwerp. 1612. 4.) a nonnullis Zenobius, ab aliis vero Zenodotus, vocetur.

μαθητὴς

μαθητὴς τοῦ Φιλητᾶ. ἐπὶ Πτολεμαίου γεγονὼς τοῦ πρώτου, ὃς καὶ [1] πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτὴς ἐγένετο, καὶ τῶν ἐν [2] Ἀλεξανδρείᾳ βιβλιοθηκῶν προὔστη, καὶ τοὺς παῖδας Πτολεμαίου ἐπαίδευσεν.

Ζηνόδοτος. Ἀλεξανδρεύς. Γραμματικός, ὁ [3] ἐν ἄστει κληθείς. πρὸς τὰ ὑπ' Ἀριστάρχου ἀθετούμενα τοῦ ποιητοῦ. ἔγραψε πρὸς Πλάτωνα περὶ θεῶν. περὶ τῆς Ὁμηρικῆς συνηθείας. λύσεις Ὁμηρικῶν ἀπορημάτων. εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν, καὶ ἄλλα πολλά.

[4] Ζηνόθεμις. ὄνομα κύριον.

[5] Ζήνων. Τελευταγόρου. Ἐλεάτης. Φιλόσοφος τῶν ἐγγιζόντων Πυθαγόρᾳ καὶ Δημοκρίτῳ κατὰ τοὺς χρόνους. ἦν γὰρ ἐπὶ τῆς οη' Ὀλυμπιάδος. μαθητὴς Ξενοφάνους, ἢ Παρμενίδου. Ἔγραψεν Ἔριδας. Ἐξήγησιν τοῦ Ἐμπεδοκλέους. Πρὸς τοὺς Φιλοσόφους περὶ Φύσεως. Τοῦτον φασὶν εὑρετὴν εἶναι διαλεκτικῆς, ὡς Ἐμπεδοκλέα τῆς Ῥητορικῆς. [6] Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον, οἱ δὲ Διομέδοντα, τὸν Ἐλέας τύραννον, ἑάλω. καὶ ἐρωτώμενος ὑπ' αὐτοῦ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ ἐνδακών, καὶ ἀποτεμών, προσέπτυσε τῷ τυράννῳ. καὶ ἐν ὅλμῳ βληθεὶς συνετρίφθη πτισσόμενος. διαφέρει δὲ Ἐλεάτης, καὶ Ἐλαΐτης.

Ζήνων. Μουσαίου. Σιδώνιος. [7] Φιλόσοφος Στωϊκός. μαθητὴς Διοδώρου, τοῦ κληθέντος Κρόνου. διδάσκαλος δὲ καὶ αὐτὸς Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως. Ἔγραψεν ἀπολογίαν ὑπὲρ Σωκράτους, καὶ Σιδωνιακά.

Ζήνων. Μνασέου, ἢ Δημέου. Κιτιεύς. πόλις δέ ἐστι Κύπρου τὸ Κίτιον. Φιλόσοφος, ὃς ἦρξε τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως. ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς Στωϊκός, διὰ τὸ ἐν τῇ Στοᾷ τῇ ἐν Ἀθήναις [8] διδάξαι αὐτόν, ἥτις πρῶτον μὲν Πεισιανάκτιος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα, [9] Ποικίλη ἐκλήθη. μαθητὴς δὲ ἦν Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ. εἶτα Πολέμωνος τοῦ Ἀθηναίου. Ἐτελεύτησε δὲ [10] ἐτῶν ἐνενήκοντα ἀφελὼν ἑκάστοτε τῆς τροφῆς, ἕως ἀτονίᾳ διεφθάρη. ἐχρήσθη δὲ αὐτῷ πυνθανομένῳ περὶ βίου [11] συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς, ὅπερ ἦν τοῖς ἀρχαίοις διὰ τῶν βιβλίων. [12] Φοίνιξ δ' ἐπεκλήθη, ὅτι Φοίνικες ἔποικοι

Epicus, & Grammaticus, Philetæ discipulus. Vixit sub Ptolemæo primo, & primus fuit Homeri corrector, & Alexandrinis Bibliothecis præfuit, & Ptolemæi liberos instituit.

Ζηνόδοτος. Zenodotus, Alexandrinus, Grammaticus, Ἐν ἄστει vocatus. Scripsit adversus ea, quæ Aristarchus in Homero, ut spuria, rejecit. Adversus Platonem, de Diis. De Homerica consuetudine. Solutiones Homericarum dubitationum. In Hesiodi Theogoniam, & alia multa.

Ζηνόθεμις. Zenothemis. Nomen proprium.

Ζήνων. Zeno, Teleutagoræ F. Eleates, Philosophus, unus de illis, qui accedunt ad Pythagoræ & Democriti tempora. Vixit enim LXXVIII. Olympiade. Discipulus Xenophanis, aut Parmenidis. Scripsit Contentiones: Enarrationem Empedoclis: Adversus Philosophos de Natura. Hunc aiunt inventorem fuisse Dialecticæ, ut Empedoclem, Rhetoricæ. Sed cum Nearchum, vel (ut alii tradunt) Diomedontem, Eleæ tyrannum, evertere vellet, captus est. Interrogatus autem ab ipso, linguam præmorsam ac resectam expuit in tyrannum. Et in mortarium conjectus, tundendo contritus est. Differunt autem Eleates, & Elaites.

Ζήνων. Zeno, Musæi F. Sidonius, Philosophus Stoicus, discipulus Diodori, qui vocatus est Cronus. Magister & ipse Zenonis Cittiei. Scripsit Apologiam Socratis, & Sidoniaca.

Ζήνων. Zeno, Mnaseæ, vel Demii F. Citticus (Cittium vero est urbs Cypri) Philosophus; qui fuit Stoicæ sectæ auctor. Stoici autem cognomentum & ipse tulit, quod in Stoa, *i. e.* porticu, quæ Athenis erat, discipulos doceret, quæ primum quidem Pisianactia, deinde vero, cum variis picturis ornaretur, Ποικίλη, *i. e.* variegata, vocata est. Discipulus autem fuit Cratetis Cynici, deinde Polemonis Atheniensis. Obiit anno ætatis XC, subinde de cibo aliquid detrahens, donec præ virium infirmitate tandem periret. Ipsi autem oraculum de vitæ genere consulenti responsum est, cum mortuis cum conversari debere, *i.e.* cum ve-

1 Πρῶτος τῶν Ὁμήρου διορθωτ.] Grammaticus hic multos Homeri versus partim correxerat, partim pro spuriis rejecerat, ut discimus ex Eustathio ad Homerum, qui passim ejus mentionem facit. Cæterum, minus recte Suidas hic affirmare videtur, Zenodotum primum fuisse, qui Homerum emendaverit, cum ante eum Aristoteles idem fecerit. Mentionem enim faciunt Grammatici locorum quorundam Homeri, ab Aristotele emendatorum, vel, secundum ejus sententiam, aliter legendorum: ut, Scholiasta Theocriti ad Idyll. I. v. 34. testatur, in versu illo Poetæ, *Κυάνεαι δ' ἐγγύτατα ἐϋπλεκέες ἀμφὶ γένειον* (Odyss. κ. v. 176.) Aristotelem, pro ἐϋπλεκέες, legendum censuisse, ζηλεκέες. Sic in versu 252. Il. φ. pro *μέλανος τοῦ*, Aristotelem legisse *μελανοόστου*, *i. e. nigra ossa habentis*, testatur Scholiasta ad eum locum. Præterea, ante Zenodotum exstabat *διόρθωσις*, sive emendatio quædam Homeri, ἐκ τοῦ Νάρθηκος dicta, cujus auctores fuerunt Alexander M. ejusque comites Callisthenes & Anaxarchus, teste Strabone, lib. XIII. p. 594. ubi cave interpreti credas, qui locum illum prorsus contra auctoris mentem vertit. Videant ergo alii, num recte a Suida dici possit, Zenodotum primum fuisse Homeri *διορθωτήν*.

2 Τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Βιβλιοθηκῶν] Vide Indicem v. *Bibliotheca*.

3 Ὁ ἐν ἄστει κληθείς] Locum hunc Portus pessime verterat, & falsam omnino sententiam ei affinxerat.

4 Ζηνόθεμις] Zenothemin quendam laudat Schol. Apoll. Rhod. l. II. v. 967. & Tzetzes Chil. VII. 684. ubi fragment. ex ejus Periplo adducit.

5 Ζήνων] Zenones octo recenset Laer. l. VII. num. XXXV. ubi consule Menagium, qui illis plures addit. Vide etiam Jonsium *de Scriptoribus Histor. Philos.* l. II. c. I. qui quindecim hujus nominis Scriptores recenset. Cæterum, de hoc Zenone Eleate legendus est Laertius IX. num. XXV. & sequentibus.

6 Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον] Vide Menagium ad Laert. IX. n. 26.

7 Φιλόσοφος Στωϊκός. μαθητὴς Διοδ.] Legendus est de hoc loco Suidæ Menagius ad Laertium VII. num. XXXV. p. 279.

8 Διδάξαι αὐτόν] Sic in MSS. recte exaratum inveni. In prioribus Edit. vero male legitur *αὐτούς*.

9 Ποικίλη ἐκλήθη] Porticus hæc Athenis ideo celeberrima fuit, quod secta Stoicorum ab ea nomen acceperit. Synesius epist. 135. miseram suo tempore Athenarum conditionem describens, etiam porticum hanc pristino ornatu suo prorsus tunc spoliatam fuisse ait. Verba ejus adscribam: *Καὶ νὴ Δία τὴν ποικίλην στοάν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην. Ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος*. *i. e.* interprete Petavio: *Atque etiam variam illam Porticum, a qua Chrysippi secta nomen accepit; quæ quidem minime nunc varia est. Nam Proconsul tabulata sustulit, in quæ artem omnem suam Polygnotus Thasius contulerat.*

10 Ἐτῶν ἐνενήκοντα] Legendum est ἐνενήκοντα ὀκτώ. Vixit enim Zeno hic annos nonaginta octo, auctore Laert. VII. num. XXVIII. quod etiam confirmat Lucianus in *Macrobiis*.

11 Συγχρωτίζεσθαι τοῖς νεκροῖς] Vide Laert. VII. num. II.

12 Φοίνιξ δ' ἐπεκλήθη] Vide Menag. ad Laert. VII. num. III.

τοῦ πολιχνίου ἐγένοντο. Ἤκμαζεν ἐπὶ Ἀντιγόνου τοῦ Γονατᾶ, ἐπὶ τῆς κʹ καὶ ρʹ Ὀλυμπιάδος. Καὶ παροιμία, [1] Ζήνωνος ἐγκρατέστερος. Οὗτος γὰρ ἄκραν εἶχε δίαιταν καὶ λιτὴν, ὥστε καὶ εἰς παροιμίαν χωρῆσαι. [2] Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος ἐφιλοσόφει. [3] Τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβάλετο τῷ τε εἴδει, καὶ σεμνότητι, καὶ νὴ Δία [4] μακαριότητι. Κατέστρεψε δὲ τὸν βίον ἄνοσος καὶ ὑγιὴς διατελέσας.

Ζήνων. Διοσκουρίδου, Ταρσεύς. ὡς δέ τινες, Σιδώνιος. Φιλόσοφος, μαθητὴς Χρυσίππου τοῦ Ταρσέως, φιλοσόφου Στωϊκοῦ, καὶ διάδοχος.

Ζήνων. Κιτιεύς. εἰ δὲ ῥήτωρ ἦν ἢ φιλόσοφος, ἄδηλον. Ἔγραψε περὶ Στάσεων. περὶ Σχημάτων. ὑπόμνημα εἰς Ξενοφῶντα. εἰς Λυσίαν. εἰς Δημοσθένην. περὶ Ἐπιχειρημάτων.

Ζήνων. Ἀλεξανδρεύς. ἀνὴρ Ἰουδαῖος μὲν γεγονώς· ἀπειπάμενος δὲ δημοσίᾳ πρὸς τὸ φῦλον τῶν Ἰουδαίων, ὡς παρὰ σφίσι νενόμισται τὸν λευκὸν ὄνον ἐν τῇ ἀργούσῃ ἡμέρᾳ διὰ τῆς καλουμένης αὐτῶν συναγωγῆς ἐλασάμενος. Οὗτος ὁ Ζήνων ἐπιεικὴς μὲν ἦν φύσει καὶ ἱερός· ἀλλὰ νωθέστερος ἐν λόγοις καὶ μαθήμασιν. ἐφιέμενος μὲν ἀεί τι μανθάνειν, καὶ ἐρωτᾶν, ὅτι ἂν ἀγνοοῖ· πάντα δὲ σχεδὸν ἀγνοῶν. καὶ γὰρ νοῆσαι βραδύτατος ἦν, καὶ τῶν νοηθέντων ὁ μέτριε προδέτης ὑπὸ λήθης ἑτοιμότατος. [5] Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Ζήνων, τοῦ Πρόκλου ἑταῖρος, κατὰ τὸν χρόνον, τῷ μὲν γένει Περγαμηνός· τῇ δὲ φύσει καὶ αὐτὸς ἐνδεέστερος, τά γε πρὸς ἐπιστήμην· ἐπιεικὴς δὲ, καὶ τὰ ἤθη κατηρτυμένος. Ὁπότερος δὲ αὐτοῖν ἀφορμὴν τῇ διαστάσει παρέσχετο Σαλουστίῳ πρὸς τὸν Πρόκλον, οὐκ ἔχω φράζειν.

Ζηνωνίς. ὄνομα κύριον. ἔστιν [6] ἐν τῷ Ἀρβάτης.

Ζήνων. ὁ Βασιλεύς. πυθόμενος τὴν οἰκείαν τὴν ἧτταν, ἐς φρούριον καταφεύγει ἐπὶ λόφου κείμενον, ὃ Κωνσταντινούπολιν οἱ πρόσχωροι ἐκάλουν. ὅπερ γνοὺς, τοῖς συνοῦσι στενάξας, [7] Θεοῦ παίγνιον ἄρα, εἶπεν, ὁ ἄνθρωπος· εἴγε καὶ ἐμὲ οὕτω παίζειν φιλεῖ τὸ δαιμόνιον. Ἐμοὶ γὰρ δὴ οἱ μάντεις τὸν Ἰούλιον μῆνα ἐξ ἀνάγκης ἐν Κωνσταντινουπόλει διατενόμενοι προύλεγον. κἀγὼ μὲν ἐνόμιζον ἐς Κωνσταντινούπολιν ἀναβήσεσθαι· νῦν δὲ πάντων ἔρημος καὶ φυγὰς εἰς λόφον ἦλθον, εὑρηκὼς ὁ δείλαιος προσηγορίαν ὁμώνυμον.

Ζήνων. βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὴν μὲν ὠμότητα, ᾗ ἐκέχρητο Λέων, ἐν τῇ φύσει οὐκ εἶχεν. οὐδὲ τὸ θυμούμενον ἀπαραίτητον αὐτῷ καθειστήκει ἐσάπαξ, οἷον τοῦ

1 Ζήνωνος ἐγκρατέστερος] Vide Laert. VII. num. XXVII.

2 Φιλοσοφίαν καινήν] Philemo Comicus apud Laert. VII. num. XXVII. de Zenone ait:

Φιλοσοφίαν καινὴν γὰρ οὗτος φιλοσοφεῖ
Πεινῆν διδάσκει, καὶ μαθητὰς λαμβάνει.

qui versus etiam leguntur apud Clementem Alexandrinum, l. II. Strom. p. 302 Hinc ergo Suidas illustrari potest.

3 Τῷ γὰρ ὄντι πάντας ὑπερεβ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, leguntur etiam apud Laert. l. VII. num. XXVIII. unde ea Suidas sumpsit.

teribus auctoribus, scripta eorum legendo. Phœnix vero cognomento dictus est, quod Phœnices illius oppiduli incolæ fuerint. Floruit sub Antigono Gonata, cxx. Olympiade. Et proverbium, Zenone continentior. Hic enim propter summam vitæ frugalitatem, quam colebat, proverbio locum dedit. Hic novæ philosophiæ fuit autor. Revera enim omnes & specie vultus, & gravitate, atque etiam profecto beatitate superavit. Obiit autem expers morborum, & optima semper valetudine utens.

Ζήνων. Zeno, Dioscoridæ F. Tarsensis, vel (ut alii tradunt) Sidonius. Philosophus, discipulus Chrysippi Tarsensis, Philosophi Stoici, & successor.

Ζήνων. Zeno, Citticus. Utrum Orator fuerit, an Philosophus, incertum est. Scripsit de statibus. De figuris. Commentarium in Xenophontem. In Lysiam. In Demosthenem. De argumentis Oratoriis.

Ζήνων. Zeno, Alexandrinus. Homo quidem Judæus fuit: sed cum Judæorum genti nuncium publice remisisset, per ipsorum Synagogam, quæ sic vocatur, ut apud ipsos est receptum more, die Sabbati asinum album traduxit. Hic Zeno, natura quidem æquus & bonus fuit: sed in eloquentia & disciplinis tardior: semper quidem aliquid discere cupiens, & rogitans, quod ignoraret; sed omnia propemodum ignorans. Etenim erat tardissimus ad percipiendum, & quæ tandem aliquando percepisset, eorum facillime obliviscebatur. Fuit & alius Zeno, Procli æqualis, genere Pergamenus, & ipse natura ad discendum tardiore: bonus tamen, & moribus compositis. Uter vero ipsorum Salustio causam a Proclo dissidendi præbuerit, dicere non possum.

Ζηνωνίς. Zenonis. Nomen proprium. Est in voce Ἀρμάτης.

Ζήνων. Zeno Imperator, audita suorum clade, in castellum, in colle situm, confugit, quod vicini Constantinopolin vocabant. Quo cognito, suis cum gemitu dixit: Homo utique Dei ludibrium; si quidem me sic ludificari placuit Numini. Vates enim constanter mihi affirmarunt & prædixerunt, Julium mensem illum esse, quo me Constantinopoli necessario esse oporteret. Atque ego quidem arbitrabar me Constantinopolin venturum. Nunc vero ab omnibus destitutus, & exul, in collem veni, quem eodem nomine appellari miser deprehendo.

Ζήνων. Zeno, Romanorum Imperator, non fuit eadem crudelitate, qua Leo, nec iracundia ipsi in perpetuum erat inexorabilis;

4 Μακαριότητι] Ex Laertio reponendum est μακροβιότητι, i. e. longævitate. Vixit enim annos 98. ut paulo ante dictum est.

5 Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Ζήνων, τοῦ Πρόκλ.] Hæc sumpta videntur ex Damascii vita Isidori, cujus excerpta habemus apud Photium.

6 Ἐν τῷ Ἀρβάτῃ] Lege Ἀρμάτῃ. Ibi enim Zenonidis mentio fit.

7 Θεοῦ παίγνιον ἄρα, εἶπεν, ὁ ἄνθρωπος] Synesius de Providentia, p. 120. Καί μοι δοκεῖ παγκάλως εἰρῆσθαι, θεοῦ παίγνιον ἄνθρωπον εἶναι. i.e. *Et mihi praclare dictum videtur, hominem esse Dei ludicrum.*

Λέοντος διέμενε. καὶ τό γε περιέχειν ἐν πολλοῖς εἶχε φιλότιμον· καὶ ἃ ἔπραττε, δόξης ἕνεκεν, καὶ τοῦ θαυμάζεσθαι ἔπραττεν ἐπιδεικτικῶς μᾶλλον, ἢ ἀληθῶς. Οὐ μὴν οὔτε ἔμπειρος τῶν πραγμάτων ἦν, οὔτε εἶχεν ἐπιστήμην, δι' ἧς ἔστιν ἀσφαλῶς τὰς βασιλείας ἰθύνεσθαι. Πρὸς δὲ κέρδος καὶ λῆμμα οὐχ οὕτω μὲν ἐμμανῶς, ὡς ὁ Λέων, διέκειτο· οὐδὲ ἔπλαττε μὴ ὄντα τοῖς κεκτημένοις ἐγκλήματα· οὐ μὴν οὐδὲ παντελῶς κρείττων ὑπῆρχε τοῦ πράγματος. Καὶ χρηστῆς ἂν βασιλείας ἔτυχον Ῥωμαῖοι, εἰ μὴ Σεβαστιανὸς ὁ τότε παραδυναστεύων ἦγεν αὐτὸν ἐς ὅ, τι ἐβούλετο, καπηλεύων ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἅπαντα, καὶ μηδὲν ἄπρατον ἐῶν ἐν τῇ βασιλέως αὐλῇ διαπράττεσθαι. Ἀλλὰ τὰς μὲν ἀρχὰς ἀπεδίδοτο πάσας, ἰδίᾳ μὲν ἑαυτῷ, ἰδίᾳ δὲ λαμβάνων τῷ βασιλεῖ τὰ τιμήματα. καὶ εἰ προσῆλθεν ἕτερος βραχύ τι προστιθεὶς, ἐκεῖνος ἦν αἱρετώτερος. Τῶν δὲ ἐν τοῖς ἀρχείοις γινομένων ἁπάντων οὐδὲν ἦν, ὃ μὴ λαβὼν ἀπεπίπρασκεν. Εἰ δέ τινα ἀρχὴν τῶν περὶ αὐτὸν ὄντων ἐχαρίσατο Ζήνων, ὥσπερ παλιγκάπηλος αὐτὸς ταύτην ὀλίγου παρ' ἐκείνων λαμβάνων, ἄλλοις παρεῖχε τοῦ πλείονος, Ζήνωνι τὰ κλέμματα παρέχων.

Ζήνων. Βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς Ζήνωνα τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν διάδοχον καταλιμπάνειν θέλων κομιδῇ νέον, προῆγέ τε δι' ἀξιῶν, καὶ σωμασκεῖσθαι ἐκέλευεν εἰς ἐπίδοσιν τῆς ἡλικίας. οἱ δὲ βασιλικοὶ ἐν ἐξουσίᾳ γενόμενοι τοῦ [1] ἄδδην τὰ δημόσια καταναλίσκειν, Συβαριτικῶς τὸν νέον κραιπαλᾶν [2] ἐνήργουν· καὶ [3] μαστροπεύοντες αὐτῷ τοὺς συνήβους πρὸς τοὺς τῶν ἀῤῥένων ἔρωτας λυσσᾶν ἐπαίδευσαν ἐκτόπως. [4] Διαίτης οὖν ἐν ἡδοναῖς καὶ τύφῳ ἐθισμένος, τῶν καλῶν ἐκτὸς γενόμενος, καὶ τὴν ὑποτυφομένην ἀλαζονείαν ἐπὶ τῇ βασιλικῇ καραδοκίᾳ διὰ τοῦ προσώπου ὑπεμφαίνων, ἀκροβατεῖν τε ἤρξατο, καὶ μετέωρον τὸν αὐχένα αἴρειν, καὶ συλλήβδην φάναι, προσέχειν πᾶσιν ὡς οἰκέταις ἀνθρώποις. Ἀλλ' ὁ πάντων ἔφορος τήν τε φυσικὴν καὶ διδακτὴν κακότητα αὐτοῦ τεθεαμένος, διαρρεύσαντα τῇ γαστρὶ, καὶ ἀναισθήτως ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἐς τὴν εὐνὴν ἀποπατοῦντα, πρόωρον τῶν ἀνθρωπείων ἐδικαίωσεν ἐκβῆναι.

[5] Ζηρυνθία. ἡ Ἀφροδίτη. καὶ Ζηρύνθιον, καὶ [6] Ζήρυνθον ἄντρον, ἐν ᾧ τοὺς κύνας ἔθυον, ἔνθα ἦν τὰ τῶν Κορυβάντων καὶ τῆς Ἑκάτης μυστήρια. Ἔστιν ἐν τῷ Ἀλλ' εἴ τις.

[7] Ζῆσαι δὶς λέγουσι καὶ ἀναβιῶναι τὸν Ἡρακλέα, καὶ Τυνδάρεων, καὶ τὸν Γλαῦκον. τινὲς δὲ, καὶ τὸν Αἴσωπον.

Ζήσειας. ἐν τῷ Ἀμυσί.

ut Leoni. In multis autem rebus animum ambitiosum & honoris cupidum ostendit; &, quæ faciebat, gloriæ & admirationis captandæ causa faciebat, per ostentationem potius, quam revera & ex animo. Quinetiam non erat rerum peritus, nec illam scientiam habebat, per quam regna tuto gubernari possunt. Lucri autem & quæstus non tam insano flagrabat amore, quam Leo; nec falsa crimina adversus possessores comminiscebatur: haud tamen omnino a vitio isto immunis erat. Et sub ejus imperio Romani quiete vivere potuissent, nisi Sebastianus, tum in aula potentissimus, illum arbitratu suo quovis impulisset, omnia velut in foro cauponans, nec quidquam in aula Cæsarea sine pretio confici sinens. Nam omnes magistratus vendebat, pretio partim sibi reservato, partim cum Imperatore communicato. Quod si quis accessisset, qui paulum quiddam adjiceret; is cæteris præferebatur. In aula deniq; nihil erat rerum omnium, quod ipsi venale non esset. Si quem vero magistratum Zeno alicui suorum familiarium contulisset, ipse, tanquam publicorum munerum nundinator, cum ab illis redemptum pluris vendebat aliis, Zenoni furta præbens.

Ζήνων. Zeno, Romanorum Imperator, Zenonem suum filium, admodum adolescentem, imperii successorem relinquere cupiens, per varias dignitates provexit, & corpus exercere jussit, ad incrementum staturæ. Sed Aulici, nacti potestatē pecuniam publicam luxu perdendi, impulerunt adolescentem, ut Sybaritico more crapulæ indulgeret: & lenonum more conciliantes ipsi pueros æquales, insano marium amore animum ejus imbuerunt. Itaque vitæ ratione ad voluptatem & superbiam comparata, ab honestis studiis remotus, & arrogantiam, quam ob expectationem imperii animo fovebat, vultu ipso præ se ferens, superbe incedere, & sublimem cervicem erigere, ac, ut breviter dicam, cum omnibus, haud aliter ac cum servis, agere cœpit. Sed ille rerum omnium inspector, improbitatem ejus, tam naturalem, quam ex disciplina haustam, perspiciens, illum juste punivit, ita ut ventris profluvio laborans, & per dies multos sine sensu lectum excrementis suis inquinans, immaturus rebus humanis excederet.

Ζηρυνθία. Zerynthia. Sic vocatur Venus. Et Zerynthium, & Zerynthum antrum, in quo canes immolabant, ubi Corybantum & Hecates mysteria erant. Quære in Ἀλλ' εἴ τις.

Ζῆσαι δίς. Bis vixisse & revixisse dicunt, Herculem, Tyndareum, & Glaucum. Quidam etiam Æsopum.

Ζήσειας. Vivas. Quære in Ἀμυσί.

1 Τοῦ ἄδδην τὰ δημόσια καταναλ.] Vide supra v. Ἄδην.

2 Ἐνήργουν] Forte legendum est ἐνῆγον, i.e. inducebant, impellebant. vel auctores ei erant.

3 Μαστροπεύοντες] Hic locus repetitur infra, v. Μαστροπεύοντες.

4 Διαίτης οὖν ἐν ἡδον.] Hæc leguntur etiam supra, v. Διαίτης.

5 Ζηρυνθία. ἡ Ἀφροδίτη] Vide Lycophronem, v. 449. & ibi Scholiastam.

6 Καὶ Ζήρυνθον ἄντρον] Vide supra, v. Ἀλλ' εἴ τις. & infra v. Σαμοθρᾴκη.

7 Ζῆσαι δὶς λέγουσι, καὶ ἀναβ.] Eadem supra leguntur, v. Αἴσωπος.

Ζητεῖν. ἐπὶ τοῦ [1] βυλεύεσθαι τιθέασιν οἱ Ἀττικοί. Μὴ δὲ σὺ ζήτει τι πυθέσθαι.

Ζήτης. ὁ τοῦ Βορέου παῖς.

Ζητήσεται. [2] ἀντὶ τοῦ ζητηθήσεται.

[3] Ζητηταί. ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησι, κατὰ καιροὺς χειροτονουμένη, πρὸς [4] οὓς ἐμηνύοντο οἱ ὀφείλοντες χρήματα τῇ πόλει, καὶ μὴ ἀποδεδωκότες.

Ζητητήριον ὄργανα. τὰ βασανιστήρια. Οἱ δὲ προσάγουσι πῦρ, καὶ τὰ τῶν ζητητηρίων ὄργανα. ὁ δὲ τὰ πραχθέντα ἐξεῖπεν.

[5] Ζητρεῖον. τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. [6] Εὔπολις.

Ζητῶν. Ζητῶν γὰρ ὄψον θοἰμάτιον ἀπώλεσα. ἐπὶ τῶν ἀτυχεστάτων.

Ζεῖ χύτρα, ζῇ φιλία. ἐπὶ τῶν διὰ τοῦ δείπνου συνιόντων εἰς φιλίαν.

[7] Ζιβύνη. ὁλοσιδήρειον ἀκόντιον. λόγχη. σπάθη.

Ζιβύτης. ὄνομα κύριον.

Ζιγγίβερ. εἶδος ἀρώματος.

Ζιγνῶσαι. τὸ σκυθρωπάσαι.

Ζιζάνιον. ἡ ἐν τῷ σίτῳ αἶρα.

[8] Ζιήλας. ὄνομα κύριον.

[9] Ζωνίχιον. τὸ λωρίον τοῦ ὑποδήματος.

Ζίρης. καὶ κλίνεται, Ζίρη, Σκυθικῇ φωνῇ.

Ζόαρ. τόπος.

Ζολιμίλος. ὄνομα κύριον.

Ζομικλος. ὄνομα κύριον.

Ζοροβάβελ. ὄνομα κύριον.

Ζοφερά. ἡ σκοτεινή. καὶ ζοφερόν, ὁμοίως.

[10] Ζοφοδορπίας. ὁ [11] σκοτεινὸς δεῖπνος.

Ζοφώδης. ὁ σκοτεινός. καὶ ζοφοειδής.

Ζοφομηνία. ἡ ἔκλειψις τῆς σελήνης.

[12] Ζόφον. τὴν δύσιν. οὕτω γὰρ καλεῖται ἡ δύσις ζόφος.

Ζῶ. δοτικῇ. [13] Σοφοκλῆς·

Οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ.

Ζῶα. ὅτι τὰ ζῶα ἀνω ἔχειν τὴν κεφαλὴν λέγεται, οὐ πάντως ὡς [14] πρὸς τὸ πέριξ λαμβανόμενα, ἀλλ' ὡς ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως. Καὶ τῶν ἀλόγων τοίνυν

Ζητεῖν. Quærere. Attici pro *velle* accipiunt. Ut, *Tu vero ne quid percontari velis.*

Ζήτης. Zetes. Boreæ filius.

Ζητήσεται. Pro ζητηθήσεται. Quæretur.

Ζητηταί. Inquisitores. Erat quidam Magistratus Athenis, qui certis temporibus creabatur, ad quem deferebantur illi, qui Reipublicæ pecuniam debebant, nec persolverant.

Ζητητήριον ὄργανα. Instrumenta, quibus sontes torquentur. *Illi vero ignem & instrumenta quæstionum admovent, quibus tandem expressa ab eo est confessio.*

Ζητρεῖον. Locus, in quo puniuntur servi. Eupolis.

Ζητῶν. Quærens. *Quærens enim opsonium, pallium amisi.* De infelicissimis dicitur.

Ζεῖ χύτρα. Fervet olla, vivit amicitia. De iis, qui amicitias epulandi causa contrahunt.

Ζιβύνη. Jaculum totum ferreum. Lancea. Gladius.

Ζιβύτης. Zibytes. Nomen proprium.

Ζιγγίβερ. Gingiber. Genus aromatis.

Ζιγνῶσαι. Tristari.

Ζιζάνιον. Lolium, quod in frumento nascitur.

Ζιήλας. Zielas. Nomen proprium.

Ζωνίχιον. Lorum, sive corrigia calcei.

Ζίρης. Zires. Declinatur Ζίρη, Scythica lingua.

Ζόαρ. Zoar. Locus.

Ζολιμίλος. Zolimeilus. Nomen proprium.

Ζομικλος. Zomiclus. Nomen proprium.

Ζοροβάβελ. Zorobabel. Nomen proprium.

Ζοφερά. Tenebrosa. Et ζοφερόν, pariter.

Ζοφοδορπίας. Qui vesperi cœnat.

Ζοφώδης, & Ζοφοειδής. Caliginosus. Obscurus.

Ζοφομηνία. Lunæ defectus.

Ζόφος. Occasus. Sic enim occasus vocatur.

Ζῶ. Dativo. Sophocles:

Non enim ullo modo tuus servus sum, sed Apollinis.

Ζῶα. Animalia sursum caput habere dicuntur, non respectu situs ad cœlum, sed quatenus inde motionis initium ducitur. Bruta enim ani-

1 Βυλεύεσθαι] In 2 MSS. scriptum inveni βούλεσθαι, quam lectionem, utpote meliorem, in versione secutus sum. Βούλεσθαι etiam legitur in Lexico Photii MS.

2 Ἀντὶ τοῦ ζητηθήσεται] Apud Atticos scriptores Futurum medium frequenter pro passivo accipitur. Sophocl. *Oedip. Col.* p. 291. Πεῖρα γὰρ ἡ σὴ πρὸς θεοὺς δηλώσεται· ubi Schol. ἀντὶ τοῦ, δηλωθήσεται. Plura exempla passim occurrunt.

3 Ζητηταί] Vide Harpocrat. v. Ζητητής, & ibi Valesium.

4 Πρὸς οὓς] In vetustissimo MS. Paris. rectius, ut puto, legitur πρὸς οὓς· ut sit sensus, ipsos Ζητητὰς detulisse ad magistratum eos, qui ærarium fraudaverant. Vide Harpocrat. v. Μαστῆρες.

5 Ζητρεῖον] Vide infra, v. Ζώντειον. & supra, v. Ζατρεῖον. Item Eustath. ad Hom. p. 1411. 33.

6 Εὔπολις] Fragmentum Eupolidis legitur apud Etymologum.

7 Ζιβύνη] Vide Ducangium in Glossario Græco, v. Ζιβύνη.

8 Ζιήλας] Vide de eo Valesium in Notis ad Excerpt. Peiresc. p. 30.

9 Ζωνίχιον] Vide Ducangium in Glossar. Græc.

10 Ζοφοδορπίας] Forte legendum, Ζοφοδορπίδας, vel Ζοφοδορπίδης, quæ vox occurrit apud Laertium. Is enim lib. 1. num. LXXXI. testatur, Pittacum ab Alcæo dictum fuisse Ζοφοδορπίδαν; ad quem locum vide Casaub. & Menag.

11 Ὁ σκοτεινὸς δεῖπνος] Lege, ὁ σκοτόδειπνος. Vide Hesych. v. Ζοφοδορκίας.

12 Ζόφον. τὴν δύσιν] Homer. Odyss. K. 190. Ὦ φίλοι, οὐ γάρ τ' ἴδμεν ὅπῃ ζόφος, οὐδ' ὅπῃ ἠώς. ubi Schol. Οὐ γὰρ ἴδμεν, ὅπου ΔΥΣΙΣ, οὐδ' ὅπου ἀνατολή. Hunc ergo locum Homeri Suidas respexit.

13 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Tyran.* pag. 169. v. 14. P.

14 Ὡς πρὸς τὸ πέριξ λαμβανόμενα.] Wolfius & Portus non animadverterunt, τὸ πέριξ hic significare æther, vel cœlum (alias etiam τὸ περιέχον vocatum) unde verum hujus loci sensum non fuerunt assecuti. Johan. Philoponus in Aristotel. *de Anima*, lib. II. c. IV. eandem materiam tractans, quam hic auctor anonymus, τὸ πέριξ manifeste de cœlo accepit. Ait enim, Τὸ μὲν ΠΕΡΙΞ τῶν ἄνω ἐστι· λέγω δὲ ὁ ΟΥΡΑΝΟΣ. Cæterum, operæ pretium erit, plura ex hoc Philoponi loco adducere, quoniam egregie Suidam illustrat, & ipsissimis pene verbis rem eandem docet. Τὰ μὲν ἔμψυχα, inquit, ἄνω λέγεται ἔχειν τὴν κεφαλὴν, οὐ πάντως ὡς τὸ πέριξ (lege, πρὸς τὸ πέριξ) ἀλλ' ὡς ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως· ἐπειδὴ καὶ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως τῶν ἐνταῦθα. Καὶ τῶν ἀλόγων τοίνυν ζώων τῶν πλείστων, σχεδὸν δὲ πάντων, ἐπὶ τὴν γῆν κατακειμένων, ὡς μηδὲ τῶν ὀπισθίων ὑψηλοτέραν ἔχειν τὸ πέριξ ἔχειν τὴν κεφαλήν· ὅμως λέγεται τὰ ἄνω τῶν ζώων μέρη εἶναι ἡ κεφαλή τε καὶ τὰ περὶ τὴν κεφαλήν. Locum planum & facilem Latine vertere supervacaneum duxi, præsertim cum eadem fere in hoc loco Suidæ legantur.

ζώων τῶν πλείστων, σχεδὸν δὲ πάντων, ἐπὶ γῆς κεκυφότων, ὡς μηδὲ τῶν ὀπισθίων [1] μᾶλλον τὸ πρὸς ἔχειν τὴν κεφαλὴν, ὅμως λέγεται τὰ ἄνω τῶν ζώων μέρη εἶναι κεφαλή τε, καὶ τὰ κατὰ τὴν κεφαλήν. καὶ [2] ἐπὶ τῶν φυτῶν τοίνυν, ὡς μὲν πρὸς τὸ πρὸς, ἄνω λέγοιντ' ἂν οἱ κλάδοι, καὶ τὰ φύλλα· ὡς δὲ πρὸς τὸ ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως, καὶ μᾶλλον ἐστὶ συμφυὲς, ἄνω μὲν αἱ ῥίζαι, κάτω δὲ οἱ κλάδοι. [3] Διὸ καὶ ἀναλογοῦσι κεφαλῇ, καὶ μὴν καὶ στόματι. δι' αὐτῶν γὰρ, ὡς διὰ στόματος, ἡ τροφὴ χορηγεῖται, καὶ διοχετεύεται τῷ σώματι.

Ζωάγρια, καὶ [4] ζώγρια. δι' ὧν λύτρων τὸ ζῆν περιγίνεται. Ζωάγρια γὰρ, τὰ τῆς ζωῆς χαριστήρια.

Ζωαρκῆ. τὰ πρὸς ζωὴν ἀρκοῦντα. καὶ ζωαρκὲς, ὁμοίως.

Ζωάς. καὶ τὸ πληθυντικὸν, τῶν ζωῶν.

Ζωβία. ὄνομα κύριον. ἔστιν ἐν τῷ Ἀριστογείτων Σκυδίμου.

Ζωγράφος. καὶ Ζωγραφῶ, αἰτιατικῇ.

Ζωγρεῖ. αἰτιατικῇ. ζῶντας λαμβάνει. καὶ Ζώγρει, ζῶντα λάμβανε, καὶ τήρει.

Ζωγρεῖον. εἶδος σπυριδίου.

Ζωγρεία. τὰ ζῶα ἀγρεύειν.

Ζώγρια. δι' ὧν λύτρων τὸ ζῆν περιγίνεται. [5] Προκόπιος· Τῷ Χοσρόῃ ζώγρια δόντες, τὴν πόλιν, καὶ σφᾶς αὐτοὺς διεσώσαντο.

[6] Ζωγρίᾳ λαβεῖν. ἀντὶ τοῦ ζῶντα κρατῆσαι καὶ λαβεῖν. καὶ [7] Πολύβιος· Οἱ δὲ γενόμενοι ζωγρίᾳ κύριοι τοῦ στρατηγοῦ, τοῦτον ἀνεσταύρωσαν.

Ζωγρίη. [8] Ἡρόδοτος· Τὸν δὲ Ἱστιαῖον ζωγρίῃ ἔλαβεν. ἐζωγρήθη δὲ ὧδε. ὡς φεύγων κατελαμβάνετο ὑπὸ ἀνδρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρεόμενος ὑπ' αὐτοῦ, ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι, Περσίδα γλῶσσαν μετεὶς, καταμηνύει ἑωυτὸν ὡς εἴη Ἱστιαῖος Μιλήσιος. καὶ αὖθις. Ὑπὲρ δὴ τούτων τούτῳ ζωάγρια ἀποδιδοὺς, ᾗπερ οὖν δυνατὸν ἦν.

Ζώδιον. τὸ μικρὸν ζῶον.

Ζώεσκον. ἀντὶ τοῦ ἐπλούτουν. Ἐγὼν ἔτι ζώεσκον.

Ζώῃ. εὐκτικῶς.

Ζωή. παρατήρησις, καὶ μονὴ τῶν ὄντων. [9] Ἡ ζωὴ καὶ τὸ ζῆν, πολλαχῶς λέγεται. τουτέστι, πλειόνων οὐσῶν ψυχικῶν δυνάμεων, καθ' ἃς τὸ ζῆν ἐγγίνεται, καὶ πλείους

malia pleraque, ac fere omnia, licet terram prona spectent, ut caput ne posterioribus quidem partibus eminentius sit; tamen superiores eorum partes dicuntur esse caput, & partes capiti vicinæ. Sic etiam in stirpibus, si situm quidem cœlum versus spectes, rami & folia dicentur esse in superiore parte: si vero spectes locum, unde motionis initium ducitur; supra sunt radices, infra vero rami. Quamobrem etiam capiti & ori similitudine quadam respondent. Per radices enim, tanquam per os, alimentum arboribus suppeditatur, & in corpus quasi earum derivatur.

Ζωάγρια. Pretium, quo vita redimitur.

Ζωαρκῆ. Quæ ad vitam sustentandam sufficiunt. Et Ζωαρκὲς, idem.

Ζωάς. Vitas. Et pluralis, τῶν ζωῶν. Vitarum.

Ζωβία. Nomen proprium. Est in Ἀριστογείτων Σκυδίμου.

Ζωγράφος. Pictor. Et Ζωγραφῶ. Accus. Pingo.

Ζωγρεῖ. Accusativo. Vivos capit. Et Ζώγρει. Vivum cape, & serva.

Ζωγρεῖον. Sportulæ genus.

Ζωγρεία. Venatio, qua quis animalia viva capit.

Ζώγρια. Pretium, quo vita redimitur. Procopius: *Cum Chosroæ præmia pro vitæ redemptione dedissent, urbem, & se ipsos conservarunt.*

Ζωγρίᾳ λαβεῖν. Vivum capere. Polybius: *Illi vero cum belli ducem vivum cepissent, & in suam potestatem redegissent, eum crucifixerunt.*

Ζωγρίη. Cum homo vivus capitur. Herodotus: *Histiæum autem vivum cepit. Sic autem vivus captus est. Cum a viro Persa fugiens comprehenderetur, & de equo deturbatus, jam esset telis confodiendus, Persice loqui incipiens, indicat, se esse Histiæum Milesium.* Et rursus. *Pro his igitur, qua ratione potuit, pretium redemptionis persolvit.*

Ζώδιον. Animalculum. Parvum animal.

Ζώεσκον. Pro Dives eram. *Ego adhuc vivebam.*

Ζώῃ. Optative. Vivat.

Ζωή. Conservatio, & duratio rerum. Vita, & vivere, multis modis dicitur. Cum enim plures sint animæ facultates, a quibus vita

1 Μᾶλλον τὸ πρὸς ἔχειν] Legendum omnino est, μᾶλλον πρὸς τὸ πρὸς ἔχειν τὴν κεφαλήν. Sensus enim est, bruta non magis habere capita cœlum versus erecta, quam partes posteriores. Portus hic rursus cæcutivit.

2 Καὶ ἐπὶ τῶν φυτῶν τοίνυν] Gemina his & valde consona habet Michael Ephesius in Aristotelem περὶ Ζώων πορείας. fol. 177. 2. cujus verba adducam: Ἐπεὶ οὖν τὸ ἄνω κρεῖττον τοῦ κάτω, κρίνεται δὴ τὸ ἄνω τῇ θέσει καὶ τῷ ἔργῳ, ἢ τῷ ἔργῳ μόνῳ. Τὰ δὲ φυτὰ τὸ ἄνω, ἤτοι τὰς ῥίζας ἔχουσι πρὸς τὸ τοῦ παντὸς κάτω τὴν γῆν· ἔμπαλιν δὲ τὸ κάτω, ἤτοι τοὺς κλάδους πρὸς τὸ τοῦ παντὸς ἄνω, ἤτοι τὸν οὐρανόν. i. e. *Quoniam igitur id, quod est superius, præstat ei, quod est inferius; superius quidem spectatur ratione situs & usus, vel usus tantum. Plantarum vero & arborum partes superiores, sive radices, situ respondent parti inferiori Orbis universi, i. e. Terræ: contra vero, inferiores, sive rami, spectant partem superiorem mundi, sive cœlum.*

3 Διὸ καὶ ἀναλογοῦσι κεφαλῇ, καὶ μὴν καὶ στόματι] Joh. Philoponus loco paulo ante laudato: Ὥσπερ οὖν ἐν τοῖς ἄλλοις ἐμψύχοις τὸ δι' οὗ ἐκτρέφεται στόμα ἐστὶν, οὕτως ἄρα καὶ τοῖς φυτοῖς τὸ δι' οὗ τρέφεται στόμα ἂν εἴη· τρέφεται δὲ διὰ τῶν ῥιζῶν. αὗται ἄρα στόμα τῶν φυτῶν. Τῶν δὲ ἄλλων πάντων ἐμψύχων τὸ στόμα, δι' οὗ τρέφεται, ἄνω ἐστί· πάντων γὰρ ἡ κεφαλὴ, ἐν ᾗ τὸ στόμα, τὸν ἄνω τόπον ἐπέχει· καὶ τῶν φυτῶν ἄρα τὸ στόμα, καὶ ἡ κεφαλὴ ἀνάλογον ἄνω εἴη ἄν. Ὥστε αἱ ῥίζαι τῶν φυτῶν ἄνω μᾶλλον, οἱ δὲ κλάδοι, κάτω.

4 Ζώγρια, δι' ὧν λύτρων τὸ ζῆν] Sic lego, ζώγρια, λύτρα, δι' ὧν τὸ ζῆν. Sic etiam in Ζώγρια, paulo post legendum. P.

5 Προκόπιος] Lib. II. *de Bello Pers.* c. XII.

6 Ζώγρια λαβεῖν] Lege ζωγρίᾳ, vel ζωγρείᾳ, in casu sexto.

7 Πολύβιος] Lib. I. c. LXXIX. ubi legitur ζωγρείᾳ.

8 Ἡρόδοτος] Lib. VI. p. 216. P.

9 Ἡ ζωὴ καὶ τὸ ζῆν πολλαχ.] Integer hic locus sumptus est ex Joh. Philopono in Aristotelem *de Anima*, L. II. c. II. quem consule.

δι' αὐτῶν αἱ ζωαὶ, καὶ τὸ ζῆν. οἷον κατὰ νοῦν, καὶ αἴσθησιν, καὶ τὰ λοιπά. διὸ κἂν ἕν τι τούτων ὑπάρχῃ τινὶ, ζῆν λέγεται τὸ μετέχον αὐτοῦ. ὅθεν καὶ τὰ φυτὰ θρεπτικὴν ἔχοντα δύναμιν, ζῇ· μηδεμίαν τῶν ἄλλων ἔχοντα, μήτε αἰσθητικὴν, μήτε τὴν κατὰ τόπον κινητικὴν, μήτε τὴν ἄλλην μηδεμίαν. [1]Ζῆν μὲν γὰρ λέγεται τὰ φυτά· οὐ ζῶα δὲ εἶναι. Διότι, ὥσπερ δρομέας λέγομεν οὐ τοὺς ὁπωσοῦν δρόμου μετέχοντας, ἀλλὰ τοὺς σφοδρῶς καὶ τρανέστερον μετειληφότας τοῦ τρέχειν· οὕτω καὶ ζῶα λέγεται, οὐ τὰ ὁπωσοῦν μετέχοντα τοῦ ζῆν, καὶ τῆς ζωῆς, ἀλλ' ἐν οἷς τὸ [2]ζῆν, καὶ ἡ ζωὴ τρανότερον καὶ περιφανέστερόν ἐστι.

Ζωὴ πίθου. ἐπὶ τῶν μετρίως καὶ ταπεινῶς ζώντων, ἀπὸ Διογένους τοῦ φιλοσόφου, ᾧ πίθος ἦν ἡ ἡδίστη καταγωγή.

Ζωή. τὴν κτῆσιν. τὴν οὐσίαν. Διαφέρει δὲ ζωὴ ψυχῆς. ζῇ γὰρ καὶ τὰ φυτά.

Ζωηρός. ὁ ζῶν, καὶ παρέχων ζωήν.

[3]Ζωΐλος. Ἀμφιπολίτης. (πόλις δ' ἐστὶ Μακεδονίας Ἀμφίπολις, ἥτις πρότερον ἐκαλεῖτο Ἐννέα ὁδοί.) ὃς ἐπεκλήθη Ὁμηρομάστιξ, ὅτι ἐπέσκωπτεν Ὅμηρον. διὸ αὐτὸν διώξαντες οἱ ἐν τῇ Ὀλυμπίᾳ, κατὰ τῶν Σκιρωνίδων πετρῶν ὤθησαν. Ῥήτωρ δὲ ἦν καὶ φιλόσοφος. Ἔγραψε μέν τοι τινὰ καὶ γραμματικά· κατὰ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως λόγους ἐννέα. Ἱστορίαν ἀπὸ θεογονίας, ἕως τῆς Φιλίππου τελευτῆς. βιβλία τρία περὶ Ἀμφιπόλεως. καὶ κατὰ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος. καὶ ἄλλα πλεῖστα, ἐν οἷς καὶ ψόγος Ὁμήρου.

Ζῶμα. ἡ ζώνη. [4]Σοφοκλῆς·

——Δὸς αὐτῷ τήνδ' ἀλιπαρῆ τρίχα,
Καὶ ζῶμα τοὐμὸν οὐ χλιδαῖς ἠσκημένον.

τὴν ζώνην λέγων, οὐ τὸ ἔνδυμα.

Ζωμάλμη. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ Θασία.

Ζῶμεν γὰρ οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. ἐπὶ τῶν μὴ κατὰ προαίρεσιν ζώντων. Κέχρηται [5]Πλάτων ἐν Ἱππίᾳ.

Ζωμεύματα. [6]Ὑποζώματα δὲ, τὰ ξύλα τῆς νηός. Ὁ οὖν σκυτεὺς, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν ὑποζώματα, πρὸς μάγειρον παίζων εἶπε ζωμεύματα· ὡς ἀρτύσεων ἔμπειρον, καὶ ζωμευμάτων.

Ζωμήρυσις. μαγειρικὸν ἐργαλεῖον. [7]ἐν Ἐπιγράμματι· Ζωμήρυσίν τε τὴν λίπους ἀφρηλόγον.

Ζωμὸς μέλας. ἡ λεγομένη αἱματιά.

Ζῶναι. [8]ἐπὶ γῆς, πέντε. Βόρειος, ὑπὲρ τὸν ἀρκτι-

oritur, plures etiam sunt per eas vitæ; ut, secundum mentem, secundum sensus, & cætera. Quare quamvis unum horum solum insit alicui, tamen id, quod ejus est particeps, vivere dicitur. Quamobrem etiam plantæ, quæ vim altricem habent, vivunt, quamvis nullam aliam facultatem habeant, nec qua sentimus, nec qua movemur, nec ullam aliam. Plantæ enim vivere quidem dicuntur, non tamen etiam animalia esse. Quamobrem, ut cursores dicimus, non eos, qui utcunque currunt; sed eos, qui vehementer, & velocius reliquis currunt: sic etiam animalia dicuntur, non ea, quæ utcunque vivunt, & vita sunt prædita; sed ea, in quibus τὸ vivere, & vita inest manifestius & evidentius.

Ζωὴ πίθου. Dolii vita. De iis, qui tenuiter, & humiliter vivunt: a Diogene Philosopho, cui dolium erat jucundissimum domicilium.

Ζωήν. Possessionem. Bona. Facultates. Differt autem vita ab anima. Nam & plantæ vivunt.

Ζωηρός. Vivens. Et, vitam præbens.

Ζωΐλος. Zoilus, Amphipolitanus (Amphipolis autē est Macedoniæ urbs, quæ olim vocabatur Novem viæ) qui cognominatus est Homeromastix, quod Homerum derideret. Quapropter urbis Olympiæ cives ipsum persecuti, de Scironiis saxis præcipitarunt. Fuit autem Orator, & Philosophus. Scripsit tamen etiam quædam grammatica: ut, contra Homeri poesin libros novem. Historiam a Theogonia, usque ad Philippi mortem. Libros tres de Amphipoli: item contra Isocratem oratorem: aliaque plurima; in quibus fuit & Homeri vituperatio.

Ζῶμα. Idem ac ζώνη. zona. Sophocles:

——*Da ipsi hanc squalidam comam,*
Et zonam meam ornamentis carentem.

Zonam enim intelligit, nō autem indumentum.

Ζωμάλμη. Zomalme. Nomen proprium. Erat autem Thasia.

Ζῶμεν γὰρ, &c. Vivimus enim non ut volumus, sed ut possumus. De iis, qui non suo arbitratu vivunt. Usus est Plato in Hippia.

Ζωμεύματα. Pro Ὑποζώματα. *i.e.* ligna navis. Coriarius enim, cum esset dicendum ὑποζώματα, tanquam ad coquum joco dixit ζωμεύματα, carpens ipsum, ut condimentorum & juris coquinarii peritum.

Ζωμήρυσις. Culinarium instrumentum. In Epigrammate: *Et trullam, qua jusculum hauritur, & spuma defæcatur.*

Ζωμὸς μέλας. Jus nigrum, αἱματιὰ dictum.

Ζῶναι. Zonæ. Sunt in terra quinque zonæ.

1 Ζῆν μὲν γὰρ λέγεται τὰ φυτ.] Hæc apud Philoponum, exiguo intervallo a prioribus disjuncta, leguntur.

2 Τὸ ζῆν καὶ ἡ ζωὴ τρανότερον] Apud Philoponum legitur, ἐν οἷς τὸ τῆς ζωῆς εἶδος τρανότερον.

3 Ζωΐλος] Cum de Zoili ætate hic taceat Suidas, vide quæ de ea docte observarunt exquisitissimæ eruditionis viri Thomas Reinesius *Var. Lect.* l. III. c. II. & Jonsius *de Scriptor. Hist. Philos.* l. I. c. IX. & l. II. c. III.

4 Σοφοκλῆς] *Electra*, p. 102. *P.*

5 Πλάτων ἐν Ἱππίᾳ] Platonis verba in *Hippia Majore*, p. 104. C. hæc sunt: Τοιαῦτα, ὦ Ἱππία, τὰ ἡμέτερά ἐστιν, οὐχ οἷα βούλεταί τις (φασὶν ἄνθρωποι ἑκάστοτε παροιμιαζόμενοι) ἀλλ' οἷα δύναται. i. e. interprete Ficino: *Talia quidem nostra sunt, Hippia, non, qualia quis optaret, ut trito proverbio fertur, sed qualia esse possunt.*

6 Ζωμεύματα.] Aristoph. in Equitibus. p. 204.

Ταυτὶ τὸν ἄνδρ' ἐγὼ διώκομαι, καὶ φήμ' ἐξάγειν
Ταῖσι Πελοποννησίων τριήρεσι ζωμεύματα.

Scholia. Ζωμεύματα. τὰ τῶν ἰχθύων χυμεύματα. λέγεται δὲ ξύλα, ἃ κρατεῖ, ἃ πλοῖα, τὰ λεγόμενα ὑποζώματα, &c. *P.*

7 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. l. VI. p. 438. *P.*

8 Ζῶναι. ἐπὶ γῆς πέντε] Hæc sumpta sunt ex Laertio, l. VII. num. 156. ubi totus iste locus rectius sic legitur: Ζῶναι ἐπὶ τῆς γῆς εἰσὶ πέντε. πρώτη βόρειος, ἡ ὑπὲρ τὸν Ἀρκτικὸν κύκλον, ἀοίκητος διὰ ψύχος. δευτέρα, Εὔκρατος. τρίτη, ἀοίκητος ὑπὸ καυμάτων, ἡ Διακεκαυμένη λεγομένη. τετάρτη, ἡ Ἀντεύκρατος. πέμπτη, Νότιος, ἀοίκητος διὰ ψύχος.

κὸν

κὴν κύκλον, ἀοίκητος διὰ ψύχος. Εὔκρατος. Ἡ καλουμένη διακεκαυμένη. Ἀντεύκρατος. Νότιος, ἀοίκητος διὰ ψύχος.

Ζωναῖος. ἔγραψεν ἐρωτικὰς ἐπιστολὰς, καὶ περὶ τοῦ σφαιρίζειν. φέρονται δὲ αὐτοῦ καὶ ἕτεραι ἐπιστολαὶ ἀγροικικαί· ἀλλ' [1] ἀποπίπτουσι τοῦ χαρακτῆρος.

Ζώνη. πορφυροῦν ἱμάτιον. Ἡρόδοτος.

Ζώνη. τροπικῶς ἡ δύναμις. ἐπειδὴ ὁ ἐζωσμένος εὐσταλέστερός ἐστι πρὸς τὴν πρᾶξιν.

Ζώνη. τὸ ἀξίωμα. [2] Ἀναζητουμένης τῆς βασιλίδος ἐξωθεῖσθαι οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπὸ ζώνην. Καὶ Αἰλιανός· [3] Καί πως τὴν ζώνην τοῦ χρυσίου, ἣν ἐπήγετο ὁ ξένος, ὁ πανδοκεὺς ἐθεάσατο, καὶ παραχρῆμα ἐποφθαλμιᾷ.

Ζώνη [4] κοπεῖσα τὴν ὁδὸν λύει τάχος.

Ζώντειον. [5] κολαστήριον οἰκετῶν.

Ζώννυσθαι. [6] καθοπλίζεσθαι. καὶ ζωννύω. αἰτιατικῇ.

Ζωογονῶ. αἰτιατικῇ.

Ζωοδότειρα. ζωὴν παρέχουσα.

Ζωοδότης. ὁ ζωὴν πᾶσι διδοὺς ἀγαθὸς θεός.

Ζωοποιῶ. αἰτιατικῇ.

Ζωὸς γενήσῃ, κρομμύου μόνου λαβών. πρὸς τοὺς ἀπὸ μικρᾶς αἰτίας μεγάλας δόξας καρπουμένους.

Ζώων. ζῶν.

> Ζώων [7] μὲν σῷ ματρὶ διαμπερὲς αἶσχος ἀνάπλεις,
> Καὶ κρατερᾶς Σπάρτας πάτρια θεσμὰ λύεις.

Ζώπυρα. τοῦ ζῆν ποιητικά.

Ζώπυρα. φυσητῆρες, ὅθεν οἱ χαλκεῖς τὸ πῦρ φυσῶσι.

Ζώπυρα. λείψανα.

Ζωπυρεῖ. ἀναζῆν ποιεῖ. ἢ ἐκκαίει.

Ζωπυρῆσαι. ἀναθάλψαι. ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τοῦ πυρός. ἐπεὶ τοὺς ἐξ ἀρρωστίας ἀναῤῥωννυμένους [8] λέγουσιν Ἀττικοί.

Ζωπυρῆσαι. κυρίως ἐστὶ, τὸ ἐκ μικροῦ σπινθῆρος φυσῶντα μεγάλην φλόγα ἀνάψαι. καὶ ἐπὶ πολέμου δὲ λέγεται.

Ζωπυρήσεις. ἀντὶ τοῦ, ἀνεγερεῖς. [9] Εἰ μὴ τὼ θεὼ ζωπυρήσεις, λύσω τὴν ἐμαυτῆς υἱόν. καὶ ποιήσω τήμερον τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκλούμενον.

Ζωπύρεια. φυσητήρια.

Septentrionalis, supra Arcticum circulum, inhabitabilis ob frigus. Temperata. Item illa, quæ vocatur Torrida. Altera temperata. Australis, inhabitabilis ob frigus.

Ζωναῖος. Zonæus. Scripsit amatorias epistolas, & de ludo pilæ. Circumferuntur & aliæ ejus epistolæ rusticanæ: sed ab ejus stylo recedunt.

Ζώνη. Zona. Purpurea vestis. Herodotus.

Ζώνη. Zona. Tropice pro facultate sumitur. Quia, qui cinctus est, ad rem gerendam est expeditior.

Ζώνη. Zona. Dignitas. *Regina allaborante, ut non solum privati, sed etiam militaris dignitatis viri expellerentur.* Et Ælianus: *Et forte Zonam auri, quam hospes secum ferebat, caupo conspiciens, illico eam concupiscere cœpit.*

Ζώνη, &c. *Zona dissecta iter cito dissolvit.*

Ζώντειον. Locus, in quo puniuntur servi.

Ζώννυσθαι. Cingi. Armari. Et ζωννύω, accusativo. Cingo.

Ζωογονῶ. Accusativo. Vivum gigno.

Ζωοδότειρα. Vitæ donatrix.

Ζωοδότης. Benignus Deus, qui vitam omnibus largitur.

Ζωοποιῶ. Accusativo. Vivifico.

Ζωὸς γενήσῃ, &c. Vivus fies, cepam solum si acceperis. De iis qui parva e re magnam gloriam capiunt.

Ζώων. Vivens.

> *Vivens quidem tuæ matri maximo es opprobrio,*
> *Et fortis Spartæ patria jura solvis.*

Ζώπυρα. Qui vitam conservant, & sopitam quasi excitant.

Ζώπυρα. Folles, quorum flatu fabri ferrarii ignem excitant.

Ζώπυρα. Reliquiæ.

Ζωπυρεῖ. Ad vitam revocat, vel, Accendit.

Ζωπυρῆσαι. Refovere. Metaphora ducta ab igne. Nam Attici ζωπυρῆσαι dicunt de illis, qui ex morbo convalescunt.

Ζωπυρῆσαι. Proprie significat, ex parva scintilla flando magnam flammam accendere. Dicitur etiam de bello.

Ζωπυρήσεις. Excitabis. *Si, per Deas, me ad iram accenderis, solvā mox suem meam, & efficiam, ut, male mulctatus, populares hodie implores.*

Ζωπύρεια. Folles.

1 Ἀποπίπτουσι] In MS. Paris. A. legitur ὑποπίπτουσι.

2 Ἀναζητουμένης τῆς βασιλ.] Locum hunc, utcunque potui, verti. Mendo enim eum carere non puto.

3 Καί πως τὴν ζώνην] Hoc fragmentum subnectendum videtur iis, quæ infra v. Καταγωγὴ leguntur. Vide etiam Suidam v. Τιμωρητὸς, ubi his prorsus similia ex Æliano adducit.

4 Ζώνη κοπεῖσα] Hic senarius vel ex Astrampsychi, vel Nicephori Oneirocritico descriptus est. Apud utrumque enim legitur.

5 Ζώντειον] Pollux l. III. c. VIII. Καὶ ἵνα μὲν κολάζονται οἱ δοῦλοι, μύλωνες, καὶ ζωντεῖα, καὶ ἀλφιτεῖα, καὶ χειρομυλεῖα, καὶ ΖΩΝΤΕΓΑ. Vide etiam supra v. Ζωντεῖον, & Etymol. M. v. Ζώντειον.

6 Ζώννυσθαι. καθοπλίζεσθαι] Pausanias *Bœotic.* p. 567. Τὸ δὲ ἐνδύεσθαι τὰ ὅπλα, ἐκάλουν ἄρα οἱ παλαιοὶ ζώννυσθαι· καὶ δὴ Ὅμηρον Ἄρει τὸν Ἀγαμέμνονα ποιήσαντα ἐοικέναι τὴν ζώνην, τὴν ὁπλισιν τὴν σκευὴν φασιν εἰκάζειν. i. e. *Veteres vero τὸ ζώννυσθαι vocabant arma induere. Nam & Homerum, qui Agamemnonem Marti Zona similem facit, de armatura id intelligi voluisse putant.* Locus, quem Pausanias innuit, exstat apud Homerum Il. B. v. 479. ubi Poeta inquit, Ἄρεϊ δὲ ζώνην, στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. ubi vide Eustathium.

7 Ζώων μὲν σῷ μ.] Anthol. l. 1. p. 6. P.

8 Λέγουσιν Ἀττικοὶ] Locus est mutilus, qui sic supplendus, λέγουσιν Ἀττικοὶ ζωπυρεῖσθαι, vel, ζωπυρουμένους.

9 Εἰ μὴ τὼ θεὼ ζωπ.] Hæc emendanda sunt ex Aristoph. *Lysistr.* p. 556. Ed. Basil. unde ea descripsit Suidas, ut a Porto recte observatum fuit. Sic autem apud Comicum legitur:

> Εἰ νὴ τὼ θεὼ με ζωπυρήσεις,
> Λύσω τὴν ἐμαυτῆς ὗν ἐγὼ δή· καὶ
> Ποιήσω τήμερον
> Τοὺς δημότας βωστρεῖν σ' ἐγὼ πεκτούμενον.

Ζώπυρον.

Ζώπυρον. πεπυρακτωμένον. ἔνθερμον.

Ζωπύρου [1] τάλαντα. ὅτι Ζώπυρος ὁ Πέρσης, Βασιλεῖ χαριζόμενος, μαστιγώσας ἑαυτὸν, καὶ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα ἀφελόμενος, εἰσῆλθεν εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πιστευθεὶς διὰ τὰ περὶ τὸ σῶμα, προὔδωκε τὴν πόλιν. Ἐκ [2] μεταφορᾶς οὖν εἶπε, τάλαντα καὶ ζυγὰ, οἱονεὶ ἔργα καὶ πράξεις.

Ζωροάστρης. [3] Περσομήδης. Σοφὸς παρὰ [4] τοὺς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ. ὃς καὶ [5] πρῶτος ἤρξατο τοῦ παρ' αὐτοῖς πολιτευομένου ὀνόματος τῶν Μάγων. Ἐγένετο δὲ [6] πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι φ'. Φέρεται δὲ αὐτοῦ περὶ Φύσεως βιβλία δ'. περὶ Λίθων τιμίων ἕν. Ἀστεροσκοπικά. Ἀποτελεσματικὰ βιβλία ε'.

Ζωροάστρης. Ἀστρονόμος. ἐπὶ Νίνου βασιλέως Ἀσσυρίων. [7] ὅστις ηὔξατο, ὑπὸ πυρὸς οὐρανίου τελευτῆσαι, παρεγγυήσας τοῖς Ἀσσυρίοις τὴν τέφραν αὐτοῦ φυλάττειν. οὕτω γὰρ αὐτοῖς ἡ βασιλεία οὐκ ἐκλείψει διαπαντὸς, ὅπερ μέχρι νῦν πεφύλακται παρ' αὐτοῖς.

Ζωρομάσδρης. Χαλδαῖος σοφός. ἔγραψε μαθηματικὰ, καὶ φυσικά.

Ζωρόν. εὔκρατον οἶνον. καὶ Ζωρός.

Ζωροπόται. ἀκρατοπόται.

Ζωρότερον. ἀκρατέστερον. ἐν [8] Ἐπιγράμμασι· Καὶ ζωρότερον κεράσας ἰσοχειλέα. καὶ [9] Ὅμηρος εἰπὼν, Ζωρότερον δ' ἐκέρασε, διαφορὰς κράσεων λέγει, ὡς μίγματος τινὸς στερεμνίους ποιοῦντος τοὺς πίνοντας.

Ζῶς. ἀντὶ τοῦ, ζῶν.

Ζώσας. ἐναργεστέρας, οὐκ ἀπολλυμένας. Σοφοκλῆς·

Ὡς τοῖσιν ἐμπείροισι καὶ τὰς ξυμφορὰς
Ζώσας ὁρῶ μάλιστα τῶν βουλευμάτων.

Ὁρῶ ζώσας, καὶ οὐκ ἀπολλυμένας. ἀντὶ τοῦ, οὐ σφάλλονται, ἀλλὰ τοῦ ἀποβησομένου στοχάζονται καλῶς.

Ζωσιμᾶς. ὄνομα κύριον.

Ζώσιμος. Ἀλεξανδρεύς. Φιλόσοφος. Χυμευτικὰ, πρὸς Θεοσέβειαν τὴν ἀδελφήν. ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἐν βιβλίοις κη'. Ἐπιγράφεται δὲ ὑπό τινων [10] Χειρόκμητα. καὶ ὁ Πλάτωνος βίος.

Ζώσιμος. Γαζαῖος. ἢ Ἀσκαλωνίτης. Σοφιστὴς, κατὰ τοὺς χρόνους Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως. Ἔγραψε λέξιν ῥητορικὴν κατὰ στοιχεῖον. καὶ ὑπόμνημα εἰς τὸν Δημοσθένην καὶ εἰς Λυσίαν.

Ζώπυρον. Ignitum. Calidum.

Ζωπύρου τάλαντα. Zopyri bilances. Zopyrus Persa Regi gratificans, cum se ipsum flagris cecidisset, & nasum aureſque ſibi amputaſſet, Babylonem ingreſſus eſt, & cum omnes, ob corpus male mulctatum, ei crederent, urbem prodidit. Per tranſlationem igitur dixit bilances, —— pro, facinora & acta.

Ζωροάστρης. Zoroaſtres, Perſomedus, cæteros Aſtronomos ſapientia ſuperans, & primus autor Magorum nominis apud ipſos recepti. Fuit autem annis quingentis ante bellum Trojanum. Circumferuntur autem ejus libri quatuor de Natura. De pretioſis lapillis unus. Prædictiones ex inſpectione ſtellarum. Apoteleſmaticorum libri v.

Ζωροάστρης. Zoroaſtres, Aſtronomus, ſub Nino Rege Aſſyriorum: qui optavit, ut igne cœleſti conflagraret. Monuit autem Aſſyrios, ut cineres ſuos aſſervarent: ſic enim fore, ut regno nunquam exciderent: quod etiam nunc apud ipſos obſervatur.

Ζωρομάσδρης. Zoromaſdres. Chaldæus ſapiens. Scripſit Mathematica, & Phyſica.

Ζωρόν. Bene temperatum vinum.

Ζωροπόται. Meribibi. Meri potatores.

Ζωρότερον. Meracius. In Epigrammate: *Et vino meraco calicem adſummum uſque implens.* Et Homerus, quum dixit, *Meracius vero temperavit*, mixtionum differentias innuit, quod quædam vini mixtio robuſtos reddat bibentes.

Ζῶς. Vivus. Vivens.

Ζώσας. Manifeſtas. Non pereuntes. Sophocles:

Quia rerum peritis etiam ipſos eventus
Conſiliorum video maxime viventes.

Ζώσας, *i. e.* non pereuntes: pro, non falluntur, vel, labuntur, ſed futurum rerum eventum ſagaci conjectura aſſequuntur.

Ζωσιμᾶς. Zoſimas. Nomen proprium.

Ζώσιμος. Zoſimus, Alexandrinus. Philoſophus. Scripſit *Chymeutica*, ad Theoſebiam ſororem; idque opus, ordine alphabetico ſcriptum, libris XXVIII. conſtat. A quibuſdam id inſcribitur *Chirocmeta*. Item, vitam Platonis.

Ζώσιμος. Zoſimus, Gazæus, vel Aſcalonites, Sophiſta, temporibus Imperatoris Anaſtaſii. Scripſit Lexicum Rhetoricum, & Commentarium in Demoſthenem, & Lyſiam.

1 Ζωπύρου τάλαντα] Hæc etiam αὐτολεξεὶ leguntur apud Zenobium.

2 Ἐκ μεταφορᾶς οὖν εἶπε] Cratinus nimirum: quippe qui in dramate Πυλαίᾳ hoc proverbio uſus fuerat, ut nos docet Heſych. & Photius in Lexico MS. Cæterum, de hoc Zopyro legendus eſt Herodotus lib. III.

3 Περσομήδης] Laertius in Procemio eum vocat Πέρσην: Clemens Alexandr. vero, *Strom.* I. p. 245. Μῆδον.

4 Παρὰ τοὺς ἐν τῇ ἀστρονομίᾳ] Dubium non eſt, quin poſt τοὺς exciderit vox ἄλλους, quoniam ſine ea ſenſus hujus loci eſt imperfectus.

5 Πρῶτος ἤρξατο τοῦ ὀνόματος τῶν Μάγων] Laert. in Procemio: Τῶν Μάγων ἄρξαι (lege, ἄρξασθαι) Ζωροάστρην τὸν Πέρσην Ἑρμόδωρός φησιν.

6 Πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ἔτεσι φ'] Secundum alios Zoroaſter, non quingentis, ſed quinquies mille annis, excidium Trojæ anteceſſerat, ut teſtis eſt Plinius l. XIII. c. I. Plutarchus in Tractatu *de Iſid. & Oſir.* p. 369. & Laertius in Procemio.

7 Ὅστις ηὔξατο, ὑπὸ πυρὸς οὐρανίου] Idem de Zoroaſtre narrat Cedrenus, p. 16. his verbis: Ηὔξατο ὑπὸ πυρὸς οὐρανίου κεραυνωθῆναι καὶ ἀναλωθῆναι, ἐντειλάμενος τοῖς Πέρσαις τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ μετὰ τὴν καῦσιν ἀναλαβεῖν καὶ φυλάττειν αὐτὰ καὶ τιμᾶν· ἕως οὗ (φησὶ) σώζεται ταῦτα, τὸ βασιλεῖον τὸ ὑμῶν χεῖρας οὐκ ἐκλείψει. Οὕτως οὖν τούτου πυρὶ οὐρανίῳ πρηστηθέντος, τὰ λείψανα αὐτοῦ διὰ τιμῆς εἶχον οἱ Πέρσαι· ἕως τούτου καταφρονήσαντες, καὶ τὴν βασιλείαν ἐξέπεσον.

8 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. l. VI. p. 550. ubi recte legitur, Καὶ ζωρὸν κεράσας ἰσοχειλέα.

9 Καὶ Ὅμηρος] Il. I. v. 203.

10 Χειρόκμητα] De ſignificatione hujus vocis vide Salmaſ. ad Solin. p. 775. Ed. Ultraject. & Menag. ad Laert. l. IX. num. XLIX. Scripſerat etiam Democritus χειρόκμητα, teſtibus Laertio, Plinio, & Vitruvio, apud quos nomen illius operis corruptum feliciter emendavit Salmaſius ad Solinum, loco laudato.

Ζῶσμα. φωτεινὸν τὸν χιτῶνα, ἀπὸ τοῦ ζώννυσθαι. ἄλλοι δὲ τὸν θώρακα. [1]οἱ δὲ, κυρίως τὸ ζῶσμα. Οἱ Ῥωμαίων ψιλοὶ ἐφαπτίδας εἶχον ἕκαστος αὐτῶν, καὶ ζώσματα περὶ τῶν μηρῶν.

Ζώστειον. ὄνομα τόπου.

Ζωστήρ. ᾧ ἐπάνω τοῦ θώρακος χρῶνται.

Ζῶστρα. ἐνδύματά τινα ἀνδρῶν, οἷον χιτῶνας βαθεῖς, [2]οἷς ζώννυται ἡ ζώνη.

Ζωτεῖσθαι. ζωογονεῖσθαι.

Ζωΰφιον.

Ζυγάδην. συνεζευγμένως.

Ζυγάστροις. [3]Ξενοφῶν· Τὰ δὲ ἄλλα χρήματα παραδεχομένους ἐν ζυγάστροις θέντας ἐφ' ἁμάξης κομίζειν, ἵνα ὅπη χρεὼς εἴη διαλαμβάνοιεν ἕκαστοι τὰ ἄξια. [4]ζύγαστρον γὰρ ἡ ξυλίνη σορός.

Ζύγαινα. εἶδος ἰχθύος.

Ζυγεῖν.[5] τὸ ἐπ' εὐθείας κεῖσθαι κατὰ βάθος στίχῳ. Τοῦτο γὰρ κυρίως λέγεται [6]στίχος.

Ζυγία. ἡ Ἥρα.

Ζυγιανός. ὁ ζυγός. Ζυγίζω.

Ζύγιοι[7] ἵπποι. οἱ ὑποβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ. τουτέστιν, ὁ μέσος ἀριστερὸς, καὶ ὁ μέσος δεξιός. καὶ ἁπλῶς ὁ μὴ παράσειρος οὕτω λέγεται.

Ζυγόδεσμος. ὁ ἱμὰς τοῦ ζυγοῦ.

Ζύγοθρον.[8] ὁ συνέχων τὰς δύο θύρας μοχλός.

Ζυγομαχεῖ. στασιάζει, ὡς οἱ βόες ἐζευγμένοι. Μετῆκται δὲ ἡ λέξις ἀπὸ τῆς τῶν βοῶν πρὸς ἀλλήλους μάχης. Ἐκεῖνοι γὰρ πολλάκις, ὅταν ἕλκωσι κάμνοντες, ἐπερείδουσι τὸ βάρος πρὸς ἀλλήλους. κέχρηται Ὑπερείδης.

Ζυγομαχεῖν. ἀπὸ τῶν πωλούντων σταθμῷ, καὶ διαφερομένων πρὸς τοὺς ὠνουμένους. οἱ δὲ, ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων, ἢ βοῶν, ἢ ἵππων, ἢ πάντων τοιούτων μὴ συμφώνως ἐργαζομένων. [9]Ἡσίοδος·

—Βόε δ' ἐνναετήρω
Ἄρσενε κεκλῆσθαι. τῶν γὰρ σθένος οὐκ ἀλαπαδνόν.
Οὐκ ἂν τώγ' ἐρίσαντε.

Ἡρόδοτος δὲ, ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς πλοίοις ζυγῶν δύνασθαι εἶναι τὴν λέξιν, ὅταν περὶ τὰς καθέδρας διαφέρωνται οἱ ἐρέται.

Ζῶσμα. Lucidam tunicam, a verbo Ζώννυσθαι. Alii vero, thoracem. Alii vero, proprie zonam. *Romanorum leviter armati singuli saga habebant, & subligacula ante femora.*

Ζώστειον. Zosteum. Nomen loci.

Ζωστήρ. Cingulum, quo supra thoracem utuntur.

Ζῶστρα. Indumenta quædam virorum, ut vestes longæ, quæ Zona cinguntur.

Ζωτεῖσθαι. Vivum gigni.

Ζωΰφιον. Animalculum. Bestiola.

Ζυγάδην. Junctim. Conjunctim.

Ζυγάστροις. Arcis. Xenophon: *Deinde reliquas pecunias acceptas in arcis locarent, easque, plaustris impositas, secum ferrent, ut, cum opportunum tempus esset, sua cuique pro meritis distribuerent.*

Ζύγαινα. Zygæna. Genus piscis.

Ζυγεῖν. Recta serie secundum profunditatem in acie collocatum esse. Hoc enim Στίχος proprie vocatur.

Ζυγία. Jugalis. Juno.

Ζυγιανός. Jugum. Ζυγίζω, jungo.

Ζύγιοι ἵπποι. Jugales equi, qui currus jugo subjiciuntur, hoc est medius sinister, & medius dexter: & simpliciter ita vocatur equus ille, qui non est funalis.

Ζυγόδεσμος. Lorum jugi.

Ζύγοθρον. Vectis, ambas fores continens.

Ζυγομαχεῖ. Jugo repugnat, ut boves juncti. Translata est hæc vox a boum pugna. Illi enim, cum trahendo lassi sunt, sæpe onus in sese invicem reclinant. Usus est hac voce Hyperides.

Ζυγομαχεῖν. Reluctari. Dissidere. Translatio ducta est ab illis, qui libra aliquid vendunt, & quibus cum emptoribus non convenit. Secundum alios vero a jumentis, vel bobus, vel equis, aliisve brutis, quæ non concordi studio opus suum peragunt. Hesiodus:

——*Boves autem duos novennes*
Mares compara tibi. Horum enim robur
non est infirmum.
Nequaquam hi contendentes, &c.

Herodotus vero [dicit,] hanc vocem posse deduci a navium jugis, quum remiges de transtris inter se dissident.

1 Οἱ δὲ κυρίως τὸ ζῶσμα] Locus est mutilus, qui sic procul dubio supplendus est: Οἱ δὲ κ. τὸ ζῶσμα ζώνην λέγουσι.

2 Οἷς ζώννυται ἡ ζώνη] Fortasse melius, αἳ ζώννυνται τῇ ζώνῃ. P.

3 Ξενοφῶν] De Instit. Cyri, lib. VII. p. 184. P.

4 Ζύγαστρον γὰρ ἡ ξυλίνη σορός] Sophocl. *Trachin.* p. 355. Κεῖνος ζυγάστρῳ ἔνδον, ὥσπερ εἴδετε. ubi Schol. Ἀντὶ τοῦ εἰς ξύλινον σορὸν, τουτέστι κιβωτόν.

5 Ζυγεῖν· τὸ ἐπ' εὐθείας κ.] Cave hic Suidæ credas, quoniam insigniter errat, &, quæ hoc loco tradit, non ad vocem Ζυγεῖν, sed Στιχεῖν pertinent. Στίχος enim in Tacticis significat seriem militum, secundum profunditatem in acie collocatorum, sive, quorum alter alterius tergum excipit: & Στιχεῖν dicuntur milites, qui ad eum modum, alter nimirum post alterum, collocati sunt. Ζυγὸς vero significat seriem militum, ordine parallelo, sive secundum longitudinem, collocatorum, ut scriptores Tactici nos docent. Quare, pro Ζυγεῖν, apud Suidam hic scribi debet Στιχεῖν, eaque vox suo loco restituenda est.

6 Στίχος] Vel ex hac voce apparet, non convenire voci Ζυγεῖν, sed Στιχεῖν, quæ Suidas hoc loco tradit.

7 Ζύγιοι ἵπποι] Ut hic locus intelligatur, sciendum est, veteres curribus suis quaternos equos παραλλήλως junxisse, quorum bini medii vocabantur jugales, quod jugum ipsis esset impositum; bini vero extremi παράσειροι, vel σειραφόροι, i. e. funales, quod loro tantum mediis juncti essent. Isidorus Orig. XVIII. c. 35. *Quadrigarum vero currus duplici temone olim erant, perpetuoque, & quod omnibus equis injiceretur jugo. Primus Clisthenes Sicyonius tantum medios jugavit, eosque singulos ex utraque parte simplici vinculo applicuit, quos Græci σειραφόρους, Latini funarios vocant, a genere vinculi, quo prius alligabantur.* Sic enim verba hæc Isidori optime emendavit ὁ πάνυ Salmasius ad Solinum, p. 630. Edit. Ultraject. Cæterum, locum hunc de equis jugalibus Suidas descripsit ex Schol. Aristoph. ad *Nubes*, p. 130.

8 Ζύγοθρον] Paulo post rectius scribitur ζύγωθρον, per ω.

9 Ἡσίοδος] Ἔργων l. II p. 99.

Ζυγός.

Ζυγός. ἐν τοῖς Τακτικοῖς, τὸ ἐκ [1] παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος. Ἐρετικὴ καθέδρα. Τὰ τοῖς ζώοις ἐπιτιθέμενα. Καὶ τὸ ζυγὸν ἐν θαλάμῳ. Τῶν μουσικῶν ὀργάνων ὁ πῆχυς. Τὸ τὰς ἰσότητας διακρῖνον σκεῦος. Καὶ αἱ χηλαὶ τοῦ ἐν οὐρανῷ Σκορπίου. Καὶ [2] ἡ ζυγοστατικὴ δὲ, στάσιμον. Καὶ ὁ περικείμενος ἱμὰς τοῖς δακτύλοις πλαγίως ἐπὶ τῶν [3] σανδαλίων. [4] Ἀριστοφάνης. Τὸ δακτυλίδιον πιέζει τὸ ζυγόν.

Ζυγός. ὁ νόμος παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ ὁ Χριστός· Ἄρατε τὸν ζυγόν μου, ὅτι χρηστός ἐστι, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν. Καὶ ζυγὸν τὸ τοῦ νόμου βαρύτιμον φησὶν ὁ Δαβίδ.

Ζυγοστάτης. καὶ Ζυγοστατῶ.

Ζυγοφορούμενα. ἐν ζυγῷ σταθμιζόμενα.

Ζυγῷ. γυμνοὺς ὅπλων τοὺς ἄνδρας ζυγῷ καθ' ἕκαστον ἀποδυομένους ἐπονειδίστως ὑπελθεῖν προσηνάγκασαν.

Ζυγώθριζον. ἰσάζον. ζυγοστάτησον. [5] Ἔασον τὸ ἀπορούμενον. ἔπειτα πάλιν ἀνασκόπησον, καὶ οἷον ἀνοίγειν ἀποπειράθητι. Τὸ γὰρ ἀναζυγοῦν ἐστι, τὸ ἔξωθεν ἀνοίγειν τὴν θύραν. Οἱ δὲ, Ζυγώθριζον. συνάρμοσον. σύμπηξον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Ζύγωθρον. ὁ συνέχων τὰς δύο θύρας μοχλός.

Ζυγῶσαι. τὸ ζεῦξαι ζυγῷ.

Ἥρως [6] ζυγώσας εὐθαρσεστάτῳ θράσει
Ταύρους.———

Ζυγοί. παρὰ Ἡροδότῳ, αἱ καθέδραι.

Ζῦθος. οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος.

Ζύμη. τὸ φύραμα. καὶ Ζυμίτης ἄρτος. Ὅτι λόγος ἔχει, ὡς ἀπὸ τῆς ὥρας τῆς ιδ' τοῦ μηνὸς ἡμέρας, σάλπιγγος φανούσης, πᾶς ἄρτος ζυμωτὸς, εἴ τις τοῖς Ἑβραίοις ὑπελείπετο, πυρὶ χρώμενος ἠφανίζετο.

EI A.

Εἶ. εἶ. εἶ. εἶ. εἶ. εἶ. ἡ ἐπέκτασις τοῦ εἱλίσσετε. κατὰ μίμησιν εἴρηται τῆς μελοποιΐας, παρὰ [7] Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις.

Εἴ. εὐκτικόν. καὶ κατ' ἐπέκτασιν, Εἴθε. Πισίδης· Εἰ γὰρ ἂν τὸ Περσίδος ἔσβεστο θράσος.

Εἶα. παρακελεύσεως ἐπίρρημα.

Εἰ [8] ἐπιστολή. εἰ μὲ εἰσακούσαις, πρώτη· εἰ δ' ἀλλ' ἀπείη τὸ ἀπαίσιον, μόνη μοι ἔσω πρὸς σὲ ἡ ἐπιστολή.

Εἴα. συνεχώρει.

Εἴα. χόρτος. Ἦια δὲ, βρώματα.

Ζυγός. In Tacticis sic vocatur series militum, juxta sese parallelo ordine collocatorum. Item, remigum transtra. Jugum, quod brutis imponitur. Jugum thalami. Jugum instrumentorum musicorum. Instrumentum, quo rerum æqualitates discernuntur. Item, chelæ Scorpii Cœlestis. Jugum libræ; vel, ipsa libra. Lorum sandaliorum, quod digitos pedum oblique circundat. Aristophanes. *Lorum sandalii premit parvum digitum pedis.*

Ζυγός. Lex in Sacra Scriptura. Et Christus dicit: *Tollite jugum meum, quia lene est, & onus, quia leve.* Jugum etiam David vocat Legis onus.

Ζυγοστάτης. Libripens. & Ζυγοστατῶ, pondero.

Ζυγοφορούμενα. Ad libram ponderata.

Ζυγῷ. Jugo. Viros, armis nudatos, singulos jugum turpiter subire coegerunt.

Ζυγώθριζον. Exæqua. Pondera. Missum fac id, de quo dubitatur: & deinde rursus dispice, & quodam modo aperire conare. Ἀναζυγοῦν enim est extrinsecus aperire januam. Alii vero τὸ ζυγώθριζον interpretantur, adapta, compinge. Aristoph. *Nubibus.*

Ζύγωθρον. Vectis ambas fores continens.

Ζυγῶσαι. Jugo jungere.

Heros sub jugum missis intrepida audacia Tauris.———

Ζυγοί. Apud Herodotum, remigum sedilia.

Ζῦθος. Zythus. Vinum ex hordeo confectum.

Ζύμη. Fermentum. Et Ζυμίτης ἄρτος, panis fermentatus. Fama est, ab hora sexta, diei mensis XIV. signo tubo dato, omnem panem fermentatum, si quis apud Hebræos reliquus esset, igne cremari solitum fuisse.

EI A.

Εἶ. εἶ. Ei ei ei, &c. Productio verbi εἱλίσσετε, i. e. Volvite. Dictum est ad similitudinem modulationis, apud Aristophanem in *Ranis*.

Εἴ. Optantis adverbium. Et, per productionem, Εἴθε. Pisides: *Utinam vero Persidis contusa esset ferocia.*

Εἶα. Eia. Adhortantis adverbium.

Εἰ. Si quidem me audiveris, prima; sin secus (absit tamen malum omen) sola hæc ad te epistola scribetur.

Εἴα. Sinebat. Permittebat.

Εἴα. Gramen. Ἦια vero, cibi.

1 Παρεστηκότων] In prioribus Edit. male legitur παρισηκότων, quod Portus nullo sensu verterat, *qui sese circumsistunt.* Veram lectionem ex MSS. revocavi; quam etiam confirmat Photius in Lexico MS. ubi itidem legitur παρεστηκότων. Quod ad sensum hujus loci attinet, cum satis clare in versione expressi: quibus adde, quæ paulo ante notavimus ad vocem Ζυγός; item, quæ leguntur infra v. Μέσος φάλαγγος.

2 Ἡ ζυγοστατικὴ δὲ, στάσιμον] Locus hic in omnibus Edit. est mutilus, qui ex Photii Lexico MS. sic supplendus est: Καὶ ἡ ζυγοστάτη. Τρυτάνη δὲ τὸ στάσιμον. quorum verborum sensus est, vocem τρυτάνη significare eam partem libræ, quæ est stabilis & immobilis, sive ansam, in qua est foramen, intra quod lingua hinc inde movetur.

3 Ἐπὶ τῶν σανδαλίων] Sandalia veterum loris, sive habenis decussatis erant adstricta pedi, ejusque plantam tantum & calcem tegebant, non vero totum pedem, uti hodie calcei nostri: quod si notetur, facile erit locum hunc intelligere.

4 Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem *Lysistrata*, p. 862. sic legitur:
Ὦ σκυτοτόμε τῆς μου γυναικὸς τοὺς πόδας
Τὸ δακτυλίδιον πιέζει τὸ ζυγόν.
Quem locum Bisetus recte sic exponit: Τὸ ζυγὸν πιέζει τοὺς πόδας περὶ τὸ δακτυλίδιον. i. e. *vinculum urit, vel premit, eam partem pedis, ubi est digitus minimus.*

5 Ἔασον τὸ ἀπορούμενον] Hæc ad verbum descripta sunt ex Scholiaste Aristoph. ad *Nubes*, p. 169. quæ ut intelligantur, inspiciendus est ipse Aristophanes, & cum eo verba Scholiastæ conferenda.

6 Ἥρως ζυγώσας] Sic MSS. In prioribus vero Edit. male legitur Ἥρων.

7 Παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Βατράχοις] P. 181, 182. ubi vide Scholia. P.

8 Ἐπιστολή] Vox hæc delenda.

Εἰαδότα. ἀντὶ τοῦ, ἀρέσκοντα.

Εἰαμενή. ὁ κάθυγρος τόπος.

Εἰανόν. τὸ λεπτόν.

Εἶαρ. τὸ ἔαρ.

Εἰαρινὸν ἄνθος. τὸ κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἔαρος.

Εἴασεν. ἀφῆκεν.

Εἴατο. ἐκάθηντο. Ἧμην ὁ παρατατικός. ἧντο. Ἰωνικοὶ, ἕατο. ποιητικῶς, εἵατο.

Εἴβεσθαι. δακρύειν. στάζειν. καὶ Εἴβει. στάζει.

> [1]Σπήλυγγες Νυμφῶν εὐπίδακες αἱ τόσον ὕδωρ
> --Εἴβουσαι σκολιοῦ τοῦδε κατὰ πρεῶνος.

Εἰ γάρ. εἴθε γάρ.

Εἴ γ' ἐθέλεις. εἰ γνώμην ἔχεις. εἰ φρόνιμος εἶ, καὶ συνετός.

Εἰ δ' ἄγε νῦν. διὸ δή.

Εἰδαλίμας. συνετάς.

Εἰδάλιμον. τὸ εὐειδές.

Εἶδαρ. ἔδεσμα. καὶ Εἴδατα, τὰ βρώματα.

Εἴδαυλος.[2] συνετὸς λογισμός.

Εἰδέα.[3] ὅτι Πλάτων διαφόροις ὀνόμασιν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου χρῆται. Τὴν γοῦν εἰδέαν εἶδος ὀνομάζει, καὶ γένος, καὶ παράδειγμα, καὶ ἀρχὴν, καὶ αἴτιον, καὶ οὔτε κινούμενον, οὔτε μένον, καὶ ταυτὸ, καὶ ἓν, καὶ πολλά. Καὶ πάλιν, ἓν ὄνομα ἐν διαφόροις σημαινομένοις. οἷον τὸ Φαῦλον, ὃ σημαίνει τὸ ἁπλοῦν, καὶ εὐχερὲς, ὡς Εὐριπίδης ἐν τῷ Λικυμνίῳ. Φαῦλον, ἄκομψον, τὰ [4]μέγιστα ἀγαθά· ἁπλοῦν καὶ ἀπόνηρον λέγων. ἔστι δ' ὅτε τίθεται καὶ ἐπὶ [5]κακοῦ, καὶ τοῦ τυχόντος. †[6]Πλάτων ἐν τῷ περὶ Ψυχῆς· Φαῦλον πρᾶγμα ἔφη Κέβης ζητεῖς. Τεθείη δ' ἂν καὶ ἐπὶ τοῦ τυχόντος, οἷον, Φαῦλον πρᾶγμα ἔσται. τὸ τυχὸν πρᾶγμα. Καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς τεθείη ἂν πρὸς τὸ οὕτω τυχόν. Πλάτων. Πρᾶγμα δ' ἔσται (ὡς ἔοικεν) οὐ φαῦλον, οὐδὲ μικρᾶς δεόμενον ἀρετῆς.

Εἰδέα. ἡ μορφή. καλὸς τὴν εἰδέαν εἴ τις καὶ ἄλλος. τὸ ἰδέα, οἱ νῦν διὰ τοῦ ι γράφουσιν.

Εἰ δέ τῳ. εἰ δέ τινι.

Εἰδεχθές. ἄμορφον. ἀπρεπές. μυσαρόν. σεσαπρωμένον. σικχαντόν. καὶ θηλυκὸν, Εἰδέχθεια.

Εἰδεῖεν. γινώσκοιεν. καὶ Εἰδείη, γινώσκοι. ἐπίσταιτο. [7]Ἀριστοφάνης. Ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην.

Εἰδείην. εὐκτικῶς. ἀντὶ τοῦ γνοίην. ἔστιν εἰδὼς, εἰδότος. καὶ τὸ εὐκτικὸν ὤφειλεν εἶναι εἴδοιμι, ἀλλ' οὐκ εἰδείην. ἐπειδὴ τὰ ἔχοντα τὴν μετοχὴν εἰς σ ὀξύτονον,

Εἰαδότα. Placentia, vel Grata.

Εἰαμενή. Locus humidus.

Εἰανόν. Tenue. Subtile.

Εἶαρ. Ver.

Εἰαρινὸν ἄνθος. Flos vernus.

Εἴασεν. Sivit. Dimisit.

Εἴατο. Sedebant. Imperfectum, Ἧμην. Inde; ἧντο, Ionice ἕατο, & Poetice εἵατο.

Εἴβεσθαι. Lachrymari. Stillare. Et Εἴβει. Stillat. *Speluncæ Nympharum, fontibus abundantes, quæ tantum aquæ de curvo hoc montis jugo destillatis.*

Εἰ γάρ. Utinam vero.

Εἴ γ' ἐθέλεις. Si vis. Si sapis. Si prudens & cordatus es.

Εἰ δ' ἄγε νῦν. Age nunc.

Εἰδαλίμας. Prudentes.

Εἰδάλιμον. Speciosum. Formosum.

Εἶδαρ. Edulium. Et εἴδατα. Edulia. Cibi.

Εἴδαυλος. Cordatus. Sapiens.

Εἰδέα. Plato diversis nominibus eodem significatu utitur. Nam Ideam, speciem vocat, & genus, & exemplum, & principium, & causam, & quod neque movetur, neque manet, & idem, & unum, & multa. Et vicissim, uni nomini plures & diversas tribuit significationes: ut voci Φαῦλον, quæ significat simplex & facile; quo sensu eandem vocem accepit Euripides in *Licymnio*, ubi ait: *Simplicem, incomptum, & summe probum.* Interdum etiam ponitur pro malo & vulgari. Plato *de Anima: Rem vulgarem & nullius pretii inquit Cebes quæris.* Idem: *Res autem erit, ut videtur, non contemnenda, nec exiguæ virtutis indigens.*

Εἰδέα. Species. Forma. *Erat egregia forma, si quisquam alius.* Scribitur etiam ἰδέα, per ι.

Εἰ δέ τῳ. Si vero alicui. Si cui vero.

Εἰδεχθές. Deforme. Indecorum. Detestandum. Putidum. Et Εἰδέχθεια, deformitas.

Εἰδεῖεν. Norint. Et, Εἰδείη, norit, sciat. Aristophanes: *Exerceat unusquisque, quam novit, artem.*

Εἰδείην. Optative. Sciam. Εἰδὼς, εἰδότος, est participium. Et Optativum oporteret esse εἴδοιμι, non autem εἰδείην. Quia verba, quæ

1 Σπήλυγγες Νυμφῶν εὐπ.] Est pars Epigrammatis, quod, quia nondum editum esse memini, integrum ex Anthologia MS. hic exhibebo.

> Σπήλυγγες Νυμφῶν εὐπίδακες, αἱ τόσον ὕδωρ
> Εἴβουσαι σκολιοῦ τοῦδε κατὰ πρεῶνος,
> Πανός τ' ἠχήεσσα πιτυστέπτοιο καλιὰ
> Τὴν ὑπὸ Κασσπίης ποσσὶ λίλοιπε πέτρας,
> Ἱερά θ' ἀγρευτῆρι γεραιάδρύες ἀρκεύθοιο
> Πρέμνα, λιθηλογέες θ' Ἑρμέω ἱδρύσιες
> Αὐταί θ' ἵλαοι εἶτε, καὶ εὐάγρει δέχεσθε
> Σωσιάδεω τεχνῆς σκῦλ' ἐλαφοσσόος.

Observent Lectores, pro κατὰ φρέατος, ut Suidas habet, in Epigrammate hoc legi, κατὰ πρεῶνος, quam lectionem in versione secutus sum, præsertim cum & apud ipsum Suidam infra, v. Πρεὼν, sic scriptum sit.

2 Εἴδαυλος. συνετ.] Legendum est, Εἴδαλος, συνετὸς, λόγιος: ut apud Etymologum. Hesychius habet, Εἴδαυλος, λόγιος.

3 Εἰδέα. ὅτι Πλάτ.] Hæc sumpta sunt ex Laertio, lib. III. num. 63, 64. apud quem recte legitur ἰδέα.

4 Τὰ μέγιστα ἀγαθὰ] Lege, τὰ μέγιστ' ἀγαθὸν, ut apud Laertium, loco laudato, & Suidam infra, v. Φαῦλον.

5 Ἐπὶ κακοῦ] Apud Laertium corrupte legitur καλοῦ.

6 Πλάτων ἐν τῷ περὶ Ψ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, non sumpta sunt ex Laertio, sed ex alio quodam auctore; nec ad hunc locum ullo modo pertinent, sed ad vocem Φαῦλον, ubi eadem repetuntur.

7 Ἀριστοφάνης] In *Vespis*, p. 362. v. 22. P. † Vide supra, v. Ἔρδοι.

διὰ

διὰ τοῦ ντ κλινόμενα, εἰς ην ἔχουσι τὸ εὐκτικόν. οἷον τυφθεὶς, τυφθείην. αὐτὸ δὲ οὐ κλίνεται διὰ τοῦ ντ. Οὐκ οὖν ὤφειλεν εἶναι εἰδείην.

Εἰ δεῖ. εἴπερ χρή.

Εἴδη. [1] ὅτι ἀρχὰς τῶν εἰδῶν ἔλεγον οἱ Πυθαγόρειοι τὴν μονάδα, καὶ δυάδα, καὶ [2] τριάδα. διότι οἱ ἀπὸ μονάδος συντιθέμενοι μέχρι τῆς τετράδος ποιοῦσι [3] τὸν δέκα, ὃς αὐτοῖς καὶ τέλειος ἐνομίζετο, καὶ δεκὰς ἐπωνομάζετο. Εἶναι οὖν ἔλεγον τὰς τετραδικὰς ταύτας ἀρχάς. καὶ κοινῶς ἐν πᾶσι, καὶ ἰδίᾳ ἔν τε τοῖς [4] νοητοῖς, καὶ τοῖς φυσικοῖς, καὶ ἐν τοῖς αἰσθητοῖς. Κοινῶς μὲν οὖν ἐπὶ πάντων, [5] μονὰς μὲν τὰ νοητά. ἀμερὴς γὰρ ἐκείνων οὐ μόνον ἡ οὐσία, ἀλλὰ καὶ ἡ ἐνέργεια ἐν στάσει καὶ ἀκινησίᾳ θεωρουμένη. Δυὰς δὲ ἡ ἐπιστήμη, ἢ τὰ ἐπιστημονικά. ἀφωρισμένως γὰρ τὸ, ἀπό [6] του ἐπί τι ἔρχεσθαι. Ἡ γὰρ ἐπιστήμη μετάβασίς ἐστιν ἐξ ὡρισμένων εἰς ὡρισμένα. Οὐκ ἔστι γὰρ ἐπιστήμη ἀόριστος. ἔνθεν γὰρ καὶ ἐπιστήμη ἐκλήθη, παρὰ τὸ ἐπὶ στάσιν ἡμᾶς ἄγειν. Τριὰς δὲ, τὰ δοξαστὰ, καὶ φυσικά. Φυσικὰ δέ φημι, τὰ καθόλου, τὰ ἐν τοῖς φυσικοῖς, ἀλλ' οὐ τὰ καθ' ἕκαστα. Τῶν γὰρ καθόλου φυσικῶν ἡ δόξα. Τριὰς οὖν ἡ δόξα, διὰ τὸ ὁρμᾶν μὲν ἀπό του· μὴ ὡρισμένως δὲ ἐπί τι φέρεσθαι· ἀλλ' ἢ ὧδε, ἢ ὧδε.

Εἰδημονικῶς. ἐμπείρως.

Εἰδήμονος. ἐπιστήμονος.

Εἰ εἰδῇς. εἰ γνῷς.

Εἰδήσεις. μαθήσῃ. ἐπιγνώσῃ.

> Εἰδήσεις [7] Ἀλκμᾶνα λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης,
> Ἔξοχον, ὃν Μουσῶν ἐννέ' ἀριθμὸς ἔχει.

καὶ Εἰδῇς, ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου· ἐπιγνῷς, μάθῃς. [8] Ὅμηρος·

> ——Ὄφρ' εὖ εἰδῶ
> Ὅσσον ἐγὼ μετὰ πᾶσιν ἀτιμοτάτη θεός εἰμι.

Εἰδῇς. γνῷς.

Εἴδησις. ἡ γνῶσις. [9] Ὅτι ἡ εἴδησις τριττή. ἢ γὰρ ἐπιστήμη λέγεται εἴδησις, ὥς φησιν ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι. Τὸ γὰρ εἰδέναι τοῦτό ἐστι, τὸ λαβόντα τὴν ἐπιστήμην ἔχειν, καὶ μὴ ἀποβεβληκέναι· ἢ ὁλοσχερεστέρα γνῶσις, ἢ ἁπλῶς, ἢ κοινοτέρα, καὶ τοῦτο ἑκάτερον περιέχουσα, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς Φυσικοῖς. Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει περὶ πάσας τὰς ἐπιστήμας. Διὰ μὲν γὰρ τοῦ εἰδέναι, τὴν ὁλοσχερῆ γνῶσιν σημαίνει· διὰ δὲ τοῦ ἐπίστασθαι, τὴν ἀκριβῆ. ἢ τὴν κοινῶς ἐπὶ πάσης γνώσεως λεγομένην· ἣν ἐν τοῖς μετὰ τὰ φυσικὰ παρέλαβε.

participium habent in σ acuto notatum desinens, per ντ declinata, optativum in ην desinentem habent. Ut, τυφθεὶς, τυφθείην. Hoc autem εἰδὼς non declinatur per ντ. Haud igitur deberet esse εἰδείην.

Εἰ δεῖ. Si oportet.

Εἴδη. Species. Formæ. Principia rerum Pythagorei dicebant monadem, & dyadem, & triadem, & tetradem, quod ab unitate usque ad quaternionem compositi numeri conficiant denarium, qui perfectus ab ipsis existimabatur, & decas appellabatur. Aiebant igitur, quaternaria hæc esse principia, tum communiter in omnibus, tum specialiter in intellectilibus, naturalibus& sensibilibus. Nam communiter quidem in omnibus, monas sunt intellectilia. Illorum enim est individua non solum substantia, sed & actio, quæ in statu, & quiete spectatur. Dyas vero est scientia, vel scientifica. Definitus enim eorum ab aliquo ad aliquid est progressus. Nam scientia est transitio a definitis ad definita. Scientia enim non est infinita. Hinc enim dicta est scientia, quod ad statum nos deducat. Trias vero, sunt opinabilia, & naturalia. Naturalia vero dico universalia in naturalibus, non autem singularia. Nam universalium naturalium est opinio. Trias igitur est opinio, quod ab aliquo quidem proficiscatur: sed non definite ad aliquid; at huc, vel illuc feratur.

Εἰδημονικῶς. Perite.

Εἰδήμονος. Periti.

Εἰ εἰδῇς. Si scias. Si cognoscas.

Εἰδήσεις. Disces. Cognosces.

> *Cognosces Alcmanē lyræ pulsatorē Laconicæ*
> *Eximium, quem Musæ novem habent.*

Et εἰδῇς, eodem significatu ponitur: cognoscas, discas. Homerus:

> ——*Ut certo sciam,*
> *Quam nullo inter omnes Deos in honore habear.*

Εἰδῇς. Scias. Cognoscas.

Εἴδησις. Cognitio. Triplex autem est cognitio. Aut enim scientia dicitur cognitio, ut ait Plato in Phædone: *Scire enim hoc est, scientiam, quam acceperis, tenere, & non amisisse.* Aut generalior cognitio, aut simplex, aut communior, & horum utrumque continens, ut ait Aristoteles in Physicis: *Nam nosse, & scire omnibus scientiis accidit.* Ubi per verbum εἰδέναι, generalem cognitionem significat. Per verbum vero ἐπίστασθαι, accuratam, aut eam, quæ communiter de omni cognitione dicitur; de qua in Metapysicis agit.

1 Εἴδη. ὅτι ἀρχὰς τῶν εἰδ.] Totus hic articulus descriptus est ex Philopono in lib. 1. Aristotelis *de Anima*. fol. 17. 2.

2 Καὶ τριάδα· διότι] Locus mutilus ex Philopono sic supplendus est: καὶ τριάδα, καὶ τετράδα. διότι, &c. quam lectionem sensus manifeste flagitat.

3 Ποιοῦσι τὸν δέκα, ὃς αὐτοῖς καὶ τέλειος ἐνομ.] Locus iste apud Philoponum sic legitur: Ποιοῦσι τὸν δέκα. α'. β'. γ'. δ'. γίνεται δέκα. Δίκαια εἶναι οὖν ἔλεγε (sc. Pythagoras) τὰς τετραδικὰς ταύτας ἀρχάς, καὶ κοινῶς ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι, καὶ ἰδίᾳ. νῦν ἔν τε τοῖς νοητοῖς, &c.

4 Νοητοῖς] Τὸ νοητὸν verti *intellectile*, quoniam alia vox Latina non suppetit. Formatur autem *intellectile* a participio *intellectus*, eadem analogia, qua a *coctus*, *coctilis*; a *flexus*, *flexilis*; a *fictus*, *fictilis*: & multa alia hujus generis.

5 Μονὰς μὲν τὰ νοητά] His consentanea leguntur in Excerptis e vita Pythagoræ apud Photium, Cod. CCXLIX. p. 1313.

6 Ἀπό του ἐπί τι ἔρχεσθαι] Apud Philoponum legitur: ὡρισμένως γὰρ τὸ ἀπό του ἐπί τι ἰέναι—— quæ lectio præstat: unde ejus sensum in versione expressi.

7 Εἰδήσεις Ἀλκμ.] Antholog. l. III. p. 398. ubi integrum Epigramma leges.

8 Ὅμηρος] Il. A. v. 516.

9 Ὅτι ἡ εἴδησις τριττή.] Hæc Suidas descripsit ex Philopono in

Εἰδοθέα. ὄνομα κύριον.

Εἴδομεν. ἐθεασάμεθα.

Εἰδομένη. ὁμοιωθεῖσα.

Εἰδοποιῷ. αἰτιατικῇ.

Εἶδος. ἡ μορφή. καὶ τὸ ὑπὸ τὸ γένος. οἷον ὑπὸ τὸ ζῶον ὁ ἄνθρωπος παρὰ Φιλοσόφοις. † Ὁ δὲ [1] Πρόκλος ἐθαύμαζε τοῦ Ἰσιδώρου τὸ εἶδος, ὡς ἔνθεον, καὶ πλῆρες εἴσω φιλοσόφου ζωῆς.

Εἴδω. τὸ κτίζω. εἴσω ὁ μέλλων. Εἴδω δὲ τὸ γινώσκω. αἰτιατικῇ.

Εἰδωλεῖον. ὁ ναὸς τῶν εἰδώλων. Εἰδώλιον δὲ, τὸ ὁμοίωμα τοῦ εἰδώλου. Σημαίνει δὲ, καὶ [2] τὸ ζυγὸν τῆς νεώς.

Εἰδωλολατρεία. ἡ τῶν εἰδώλων [3] σπουδή.

Εἰδωλολάτρης. ὁ τῶν εἰδώλων θεραπευτής.

Εἴδωλον. [4] σκιῶδες ὁμοίωμα. ἡ φαντασία σώματος. σκιά τις [5] αἰθεροειδής. καὶ Βακχυλίδης. Μελαμβαφὲς εἴδωλον ἀνδρὸς Ἰθακησίου. Καὶ ὁ [6] Ποιητὴς ἐπὶ τῆς Ἀντικλείας. Τρὶς δέ μοι ἐκ χειρῶν σκιῇ εἴκελον. Αὐτὸς δὲ, ἡ ὑπόστασις ἡ ἀληθής. Δεῖ οὖν νοεῖν, ὡς φαντασίαν σωμάτων παρέχουσι τοῖς ὁρῶσιν, οὐ μὴν καὶ ὑπόστασιν ἀληθῆ. † Κελεύει ἡ Πυθία εἴδωλόν τι πεπλασμένον εἰς ὄψιν γυναικὸς μετέωρον ἐξαρτᾷν· καὶ ἀνερρώσθη ἡ πόλις. Καὶ αὖθις. Ἦν δὲ ἄρα εἴδωλα ταῦτα, ὧνπερ οὐ μετὰ [7] μακρὸν ἔμελλε πείσεσθαι ὁ δυστυχὴς νεκρὸς ἐκείνου. ἀντὶ τοῦ ὁμοιώματα. Καὶ ἡ Γραφὴ λέγει, Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ πᾶν ὁμοίωμα, ὡς διαφορᾶς οὔσης μεταξὺ εἰδώλου, καὶ ὁμοιώματος. [8] Εἴδωλα μὲν γὰρ, τὰ τῶν οὐχ ὑφεστώτων μιμήματα· Τρίτωνες, καὶ Σφίγγες, καὶ Κένταυροι. Ὁμοιώματα δὲ, τὰ τῶν ὑφεστώτων, οἷον θηρίων, ἢ ἀνθρώπων. Διαφέρει δὲ τὸ προσκυνῆσαι τοῦ λατρεῦσαι. Συμβαίνει μὲν γὰρ διὰ φόβον προσκυνῆσαι, οὐ μὴν δὲ λατρεῦσαι κατὰ ψυχήν. ἑκάτερον δὲ ἀσεβὲς, καὶ θεοστυγές. † [9] Σοφοκλῆς·

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλα.———

ἀντὶ τοῦ, ἀπεικάσματα ἀνυπάρκτων ἀνυπαρκτότερα. Καὶ Δαμάσκιός φησιν· Ὅταν ἀντὶ πραγμάτων γεγενημένων εἴδωλα ἄττα ἀναγραφώμεθα, σκιὰν ὀνειράτων, [10] κατὰ Πίνδαρον. † Καὶ οἱ τοῦ Ἐφραὶμ υἱοὶ εἰδώλων θεραπευταὶ ἐτύγχανον ὄντες.

Εἰδοθέα. Eidothea. Nomen proprium.

Εἴδομεν. Vidimus.

Εἰδομένη. Assimilata.

Εἰδοποιῷ. Accusativo. Formo.

Εἶδος. Forma. Et Species, quæ Generi subjicitur: ut apud Philosophos Homo Animali. *Proclus autem mirabatur Isidori formam ut divinam, & intrinsecus philosophicæ vitæ plenam.*

Εἴδω. Condo. Futurum Εἴσω. Εἴδω etiam, Scio. Cognosco. Accusativo.

Εἰδωλεῖον. Idolorum templum. Εἰδώλιον vero, simulacrum. Significat etiam navis jugum, sive, transtrum.

Εἰδωλολατρεία. Idolorum cultura.

Εἰδωλολάτρης. Idolorum cultor.

Εἴδωλον. Simulacrum, & velut umbra corporis. Spectrum. Umbra quædam aerea. Et Bacchylides. *Nigro colore tinctum simulacrum viri Ithacensis.* Et Poeta de Anticlia. *Ter autem ex meis manibus elapsa est umbræ similis.* Αὐτὸς vero, *i. e.* Ipse, est vera alicujus personæ substantia. Oportet igitur intelligere, corporum imaginem intuentibus præbere, non etiam ipsorum substantiam. † *Jubet Pythia simulacrum quoddam specie mulieris effictum, sublime suspendi; [quo facto,] civitas convaluit.* Et rursus. *Erant autem hæc simulacra eorum, quæ infelici illius cadaveri brevi post tempore erant eventura.* Εἴδωλα dixit, pro, ὁμοιώματα. Et sacra Scriptura dicit: *Non facies tibi simulacrum, nec ullam similitudinem.* Differentia enim est inter Εἴδωλον & Ὁμοίωμα. Nam Εἴδωλα sunt rerum non subsistentium effigies, ut Tritones & Sphinges, & Centauri. Ὁμοιώματα vero, sunt rerum subsistentium imagines, ut ferarum, aut hominum. Differt autem verbum προσκυνῆσαι, Adorare, a verbo λατρεῦσαι, Colere. Nam contingere potest, ut quis metu coactus [Idola] adoret, non vero etiam ex animo colat. Sed utrumque est impium, & Deo invisum. † Sophocles:

Video enim nos nihil esse aliud, nisi
Simulacra.———

id est, imagines rebus vanissimis vaniores. Et Damascius: *Quum pro rebus gestis simulacra quædam literis mandamus, umbram somniorum, secundum Pindarum.* † Ephraimitæ simulacrorum cultores fuerunt.

l. 1. Aristotelis *de Anima*, fol. 5. 2. ubi nonnulla aliter leguntur; ut Lector, qui locum istum cum Suida contendere non gravabitur, ipse facile observabit.

1 Ὁ δὲ Πρόκλος ἐθαύμ.] Hæc sunt verba Damascii in vita Isidori Philosophi, apud Photium Cod. CCXLII. p. 1067. Præcedentia hujus Fragmenti leguntur supra. v. Ἀιδεῖος.

2 Καὶ τὸ ζυγὸν τῆς νεώς] Sed tunc εἰδώλιον scribitur, non εἰδώλιον. P.

3 Σπουδή] In 2 MSS. Paris. scriptum observavi σπουδή.

4 Εἴδωλον. σκιῶδες ὁμοίωμα.] Etymologicum M. Εἴδωλον. ἡ ἀπὸ τοῦ σώματος σκιοειδὴς ἀπόρροια. i. e. Εἴδωλον. *Simulacrum maxime tenue ex corporibus manans:* quæ verba ex veterum Epicureorum Philosophia illustranda sunt. Ii enim statuebant, ex omnibus corporibus perpetuo fluxu simulacra quædam exigua ipsorum corporum manare, quæ, in oculos nostros sese ingerentia, efficiant, ut res externas visu percipiamus. Gellius. v. 16. *Epicurus affluere semper ex omnibus corporibus simulacra quædam corporum ipsorum, eaque sese in oculos inferre; atque ita fieri sensum videndi putat.* Macrobius *Saturnal* VII, 14. *Quia in audiendo, gustando, & odorando, atque tangendo, nihil e nobis emittimus, sed extrinsecus accipimus, quod sensum sui moveat: quippe & vox ad aures ultro venit, & aura in nares influunt, & palato ingeritur, quod gignat saporem, & corpori nostro applicantur tactu sentienda: hinc putavit & ex oculis nostris nihil foras proficisci, sed imagines rerum in oculos ultro manare.* Has igitur imagines rerum, sive simulacra corporum, Epicurei appellabant εἴδωλα, teste ipso Epicuro apud Laertium lib. x. num. 46. Cicero *spectra* vertit, lib. xv. Ep. 16. & alibi.

5 Αἰθεροειδής] In MS. A. rectius legitur αἰθεροειδής: uti etiam in Etymologico M.

6 Ὁ Ποιητής] Homerus Odyss. Λ. v. 206.

7 Μακρόν] Hanc lectionem ex MSS. revocavi: in prioribus enim Edit. male legitur μικρόν.

8 Εἴδωλα μὲν γὰρ τὰ τ.] Hic locus sumptus est ex Theodoreto, Quæst. in Exod. XXXVIII. Pears. † Contra hanc observationem Suidæ, vel potius Theodoreti, disputat Heraldus ad Arnobium lib. VI. p. 228. quem vide.

9 Σοφοκλῆς] In *Ajace Flagell.* p. 8. P.

10 Καθὰ Πίνδαρον] *Pythionic.* VIII. v. 136. Vide etiam supra v. Ἀνύπαρκτον.

Εἴδωλον.

Εἴδωλον. ὁμοίωμα εἶδος. Σοφοκλῆς·

Ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο, πλὴν
Εἴδωλ', ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν.
Τοιαῦτα τοίνυν εἰσορῶν, ὑπέρκοπον
Μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος.
Μηδ' ὄγκον ἄρῃς μηδέν, εἴ τινος πλέον
Ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου [1] βάθει.
Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
Ἅπαντα τἀνθρώπεια. Τοὺς δὲ σώφρονας
Θεοὶ φιλοῦσι, καὶ στυγοῦσι τοὺς κακούς.

Εἰδώς. μαθών.

Εἰδοί. τοῦ μηνὸς ἡμέραι.

Εἰδυλίς. ἡ ἐπιστήμων.

Εἶεν. [2] ἄγε δή. συγκατάθεσις μὲν τῶν εἰρημένων, συναφὴ δὲ πρὸς τὰ μέλλοντα.

Εἶεν. τοῦτο καλεῖται ἀπόθεσις λόγου. ἀντὶ τοῦ, ταῦτα μὲν δὴ οὕτως.

Εἰ εἰδῇς. εἰ γνῷς.

Εἴη. ὑπάρχοι.

Εἶθαρ. χρονικόν. ἀντὶ τοῦ εὐθέως, ἢ εὐθύς. τὸ δὲ ἰθύς, ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἐπ' εὐθείας.

Εἴθε. εὐκτικὸν ἐπίρρημα. καὶ Εἰ ὁμοίως.

Εἰκάδιος. ὄνομα κύριον.

Εἰκάζων. οἰόμενος, ἢ ὁμοιῶν. Εἶχε δὲ προκάλυμμά τι τοῦ προσώπου, Φάσμα μικρόν, ὡς εἰκάζεσθαι μᾶλλόν τι, ἢ ἀτρεκέως καθορᾶσθαι τὴν μορφὴν αὐτῆς. καὶ αὖθις. Δεινότατος ἔδοξε τῶν καθ' αὐτόν, οἷα δὴ ἱκανώτατος τὸ ἀφανὲς εἰκάσαι.

Εἴκαθεν. ὑπεχώρει. οἷς εἴκαθε πῦρ ἄσπετον.

Εἰκάθειν. εἴκειν, κατὰ παραγωγήν.

Εἰκάθειν. ὑποχωρεῖν. ὑπείκειν. [3] Σοφοκλῆς· Ἀλλὰ τῷ χρόνῳ σθένουσα μηδὲν τοῖς κρατοῦσιν εἰκάθειν.

Εἴκασεν. ὡμοίωσεν.

Εἰκασία. ὁ εἰκασμός.

Εἰκάσμεθα. παρ' Ἀριστοφάνει, ἀντὶ τοῦ ἐσκέμμεθα. Ταυτὶ γὰρ εἰκάσμεθα κατὰ τὸν Αἰσχύλον.

Εἰκασμένος. ὅμοιος.

Εἰκαία. ὀλίγη. ὡς ἔτυχε. Καλλίμαχος·

Τῆς [4] εἰκαίην οὐδὲν ἀπέβρασε φαῦλον ἀλετρίς.

τουτέστιν, ἧς τὰ ἀποβράσματα, ἤγουν τὰ πίτυρα, οὐκ ἀπέκρινεν, οὐδὲ ἀπεκάθηρεν ἡ μυλωθρός. ἀντὶ τοῦ, [5] ἄσηστον τὸ ἄλευρον.

Εἰ καὶ λύκου ἐμνήσθης. τοῦτο λέγεται ἐπὶ τῶν, ὧν ἂν μνησθῇ τις, καὶ εὐθὺς [6] παραγινομένων.

Εἴδωλον. Idolum. Effigies. Sophocles:

Video enim nos nihil esse aliud, nisi
Simulacra, aut levem umbram.
Talia igitur intuens, superbum
Nullum unquam dixeris in Deos verbum.
Nec fastu ullo te efferas, si forte
Aut viribus alteri præstas, aut divitiis.
Nam dies inclinat, & extollit rursus
Omnia humana. Bonos autem
Dii amant, & oderunt malos.

Εἰδώς. Qui novit.

Εἰδοί. Mensis dies. Idus.

Εἰδυλίς. Sciens. Perita.

Εἶεν. Esto. Age. Hac voce assentimur ante dictis, eademque cum sequentibus connectimus.

Εἶεν. Hoc verbo orationem claudere solemus: pro, Hæc quidem ita dicta sint.

Εἰ εἰδῇς. Si scias. Si noris.

Εἴη. ὑπάρχοι. Sit.

Εἶθαρ. Temporis adverbium. Pro εὐθέως, Confestim: vel pro εὐθύς. Ἰθύς vero, plerumque significat, Recta via, vel serie.

Εἴθε, & Εἰ, optantis adverbium. Utinam.

Εἰκάδιος. Icadius. Nomen proprium.

Εἰκάζων. Existimans. Assimilans. *Habebat autem quoddam vultus velamentum, ut forma ejus conjiceretur potius, quam revera conspiceretur.* Et rursus. *Prudentissimus suæ ætatis hominum habitus est, quod esset aptissimus ad res obscuras conjecturis assequendas.*

Εἴκαθεν. Cedebat. Quibus immensus ignis cedebat.

Εἰκάθειν. Cedere. Per productionem, ab εἴκειν.

Εἰκάθειν. Cedere. Concedere. Sophocles: *Tu vero tandem, cum nihil valeas, rerum dominis cede.*

Εἴκασεν. Assimilavit.

Εἰκασία. Similitudo. Conjectura.

Εἰκάσμεθα. Apud Aristophanem, pro, Meditati sumus. Hæc enim meditati sumus secundum Æschylum.

Εἰκασμένος. Assimilatus. Similis.

Εἰκαία. Exigua. Fortuita. Callimachus: *Vulgarem farinam, ex qua nihil furfuris molitrix excrevit cribro.* Ἀπέβρασε hic significat, furfur secrevit. Intelligit ergo farinam cribro non purgatam: proprie, non concussam.

Εἰ καὶ λύκου. Quamvis lupi mentionem feceris. Hoc dicitur de iis, qui statim adveniunt, postquam quis ipsorum fecit mentionem.

1 Βάθει] Apud Sophoclem legitur βάρει. P.

2 Εἶεν. ἄγε δή.] Ex hoc loco [illegible] expungi, quoniam duæ istæ voces in MSS. non reperiuntur.

3 Σοφοκλῆς] In *Electra*, p. 125. ubi sic legitur:

Αὐτὴ δὲ νοῦν σχές, ἀλλὰ τῷ χρόνῳ ποτέ,
Σθένουσα μηδέν, τοῖς κρατοῦσιν εἰκάθειν. P.

4 Τῆς εἰκαίην οὐδ.] Lege Εἰκαίην, τῆς οὐδὲν ἀπέβρ. Pars posterior versus hujus legitur etiam supra v. Ἀποβράσματα.

5 Ἄπιστον τὸ ἄλευρον.] Fortasse melius ἄσηστον, non cribratum, a σήθω cribro. P. † Conjecturam hanc confirmat Hesych. v. Ἀποβράσαι, quod exponit, τὸ διαστῆσαι (sic enim ibi legendum est pro διαστῆσαι) πίτυρα τοῦ ἀλεύρου ὀθόνῃ.

6 Καὶ εὐθὺς παραγινομένων.] Quæ in prioribus Edit. sequuntur, Εἰ δὲ νῦν ἐγὼ, &c. ex textu delenda censui, quoniam temere & absque ullo judicio ex Aristoph. *in Vesp.* p. 328. Ed. Basil. in hunc locum translata erant. Ne quid tamen Lector desideret, ea hic describam:

Εἰ δὲ νῦν ἐγὼ
Τὸν πατέρ' ὅτι βούλομαι, τούτων ἀπαλλαχθέντα τῶν
Ὀρθροφοιτοσυκοφαντοδικοταλαιπώρων τρόπων
Ζῆν βίον γενναῖον ὥσπερ Μόρυχος, αἰτίαν ἔχω
Ταῦτα δρᾶν, ξυνωμότης ὤν, καὶ φρονῶν τυραννικά.

In versu secundo pro ὅτι apud Aristophanem legitur ἐπί: & in versu ultimo τυραννίδα, pro τυραννικά.



Εἰκαιοβουλία. ματαιοφροσύνη.

Εἰκαιομυθεῖ. φλυαρεῖ. καὶ Εἰκαιομυθία. ἡ φλυαρία.

Εἰκαῖον. μάταιον. ἀνωφελές. [1] Θεραπεία δὲ τοῦ ἐν ἑκάστῳ ἡμῶν δαίμονος, τοῦτον καθαρὸν πάθους διατηρεῖν, καὶ εἰκαιότητος, καὶ δυσαρεστήσεως τῆς πρὸς τὰ ἐκ θεοῦ καὶ ἀνθρώπων γινόμενα. καὶ αὖθις. Μηδὲν γὰρ εἰκαῖον Πλάτων λέγειν φησίν.

Εἰκαιορρημονεῖ. ματαίως λέγει.

Εἰκαιορρημοσύνη. ἡ ματαιολογία.

Εἰκαῖος. μάταιος. καὶ εἰκαιότης.

Εἴκελος. ὅμοιος. [2] διφορεῖται.

Εἰκῆ. ματαίως. ἀντὶ τοῦ, ψευδῶς. Τοῦτο τῶν εἰκῆ πεπιστευμένων ἐστί.

Εἰκῆ. μάτην. παροιμία. Μὴ εἰκῆ τὴν Ἄβυδον. λείπει παραπλεῖν, ἢ διαφοιτᾶν. Λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων.

Εἰκῆ ῥαψῳδεῖ. ἀντὶ τοῦ, φλυαρεῖ. Ὁ δὲ σκήπτεται μανίαν, καὶ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις ἐλάλει, καὶ ἀκόλουθον τῷ πρώτῳ δεύτερον οὐδέν.

Εἰκῆ τῷ Ἡρακλεῖ. [3] ἐπὶ τῶν ἀνεπιλήπτως τὰ πράγματα ἐπιτελούντων.

Εἰκοβολεῖν. εἰκάζειν. ἢ εἰκῆ καὶ μάτην βάλλειν. Φῶς ἑαυτοῖς παρεσκεύαζον εἰς τὸ μήτε σφάλλεσθαι μήτ' εἰκοβολεῖν. Πολύβιός φησιν.

Εἴκομεν. ὑποχωροῦμεν. καὶ Εἴκοντες ὁμοίως.

Εἰκονίζειν, καὶ χαρακτηρίζειν ταυτόν ἐστιν. [4] Ἀπὸ γὰρ τοῦ σχήματος κυρίως ἄμφω λαμβάνεται.

Εἰκός. πρέπον. ἢ ἀκόλουθον. εὔλογον. Λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τάχα. Τῶν τοῦ Καίσαρος κρατησάντων, οὐκ ἐπεδίωξάν τινα· ὡς μὲν ἐμοὶ δοκεῖ, καὶ αὐτὸ τὸ εἰκὸς συμβάλλεται, ὅτι μὴ καταλαβεῖν αὐτοὺς ἐδύναντο, ἢ ἐφοβήθησαν ἐξοκεῖλαι εἰς τὰ βράχη. Καὶ αὖθις. Ταῦτά τε ἐπὶ τοῖς πρόσθεν ἐξηγγέλθη αὐτῷ, καὶ ἄμφω τῷ εἰκότι ἐδόκει ξυμβαίνειν. Καὶ αὖθις. Καὶ ἦν τῇ τε ἄλλῃ ἀγαστὸς ἀρετῇ, καὶ ταύτῃ· διότι κἀν ταῖς εὐπραγίαις τοῦ τῆς φύσεως θεσμοῦ τὸ εἰκὸς ἀποδιδοὺς, οὐ πέρα τοῦ νενομισμένου τῇ εὐτυχίᾳ ἐπεξῄει. † Εἰκὸς γὰρ ἐγχειροῦντα καὶ πράσσειν κακῶς· [5] παρὰ τὸ Πινδαρικὸν, δεῖ ῥέζοντά τι καὶ παθεῖν κακόν. καὶ Ἡρόδοτος· ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, καὶ τὸ εἰκὸς ἐμοὶ συμμαχέεται, οὐκ ἦν εὔνοος Λακεδαιμονίοισι. † Τῶν μηχανημάτων δ' αἱ πληγαὶ φερόμεναι πρὸς τὸ εἰκὸς ἐξελύοντο.

Εἴκοσι. ὁ ἀριθμός. καὶ εἰκοσάκωπον πλοῖον, καὶ εἰκοσίρετμον· καὶ εἰκοσάεθμον.

Εἰκαιοβουλία. Temeritas, & levitas mentis.

Εἰκαιομυθεῖ. Vana loquitur. Nugatur. Et Εἰκαιομυθία, Vaniloquentia..

Εἰκαῖον. Vanum. inutile. *Cultus vero Genii, quem quisque nostrum intra se gerit, is est, ut eum affectibus immunem custodiamus, & temeritate alienum, nec offensum iis, quæ a Deo & hominibus fiunt.* Et rursus: Nihil enim temere Plato se dicere ait.

Εἰκαιορρημονεῖ. Temere loquitur.

Εἰκαιορρημοσύνη. Vaniloquentia.

Εἰκαῖος. Vanus.

Εἴκελος. Similis. Duobus modis effertur.

Εἰκῆ. Temere. Item, Falso. Hoc est ex iis, quæ temere creduntur.

Εἰκῆ. Temere. Proverbium. Ne temere Abydum. Desideratur, præternaviges. Dicitur de iis, qui periculis se committunt.

Εἰκῆ ῥαψῳδεῖ. Nugas loquitur. *Ille vero, simulans insaniam, temere quidvis effutiebat, ita ut posteriora cum prioribus neutiquam consentirent.*

Εἰκῆ τῷ Ἡρακλεῖ. Frustra Herculi. De iis, qui sine reprehensione res conficiunt.

Εἰκοβολεῖν. Conjicere. Vel, frustra & irrito jactu jaculari. *Lumen sibi præpararunt, ne laberentur, neve temere jacularentur:* ait Polybius.

Εἴκομεν. Cedimus. Recedimus.

Εἰκονίζειν, et χαρακτηρίζειν, idem significat, *i. e.* Effingere. Nam de figura utrumque proprie dicitur.

Εἰκός. Decorum. Vel, Consentaneum. Rationi conveniens. Sumitur etiam pro τάχα, Forsan. *Cum Cæsaris milites vicissent, neminem sunt persequuti: ut mihi quidem videtur, & ipsa verisimilitudo suadet, quia ipsos assequi non poterant, vel verebantur, ne in vada inciderent.* Et rursus: *Hæc autem ipsi præter priora nuntiata sunt: & utrumque videbatur contigisse, ut erat verisimile.* Et alibi: *Erat autem cum ob alias virtutes admirabilis, tum ob istam, quod vel in ipsis felicibus rerum successibus, naturæ legi redderet id quod erat consentaneum, nec felicitate superbiens quidquam præter morem receptum affectaret. † Consentaneum enim est, eum, qui [mala] conatur, cum malis quoque conflictari; secundum illud Pindaricum: Oportet eum, qui malum aliquod facit, malum etiam aliquod pati.* Et Herodotus: *Ut ego quidem arbitror, & ipsa verisimilitudo pro me pugnat, non favebat Lacedæmoniis. † Machinarum vero bellicarum ictus, qui [muris] infligebantur, ut erat verisimile, dissolvebantur*

Εἴκοσι. Viginti. Et [composita.] Εἰκοσάκωπον, Εἰκοσίρετμον, & Εἰκοσάεθμον.

1 Θεραπεία δὲ τοῦ ἐν ἑκάστῳ ἡμ.] Hæc descripta sunt ex Marco Antonino, lib. 11. §. 13. ubi vide doctissimum Gatakerum. Supra apud Suidam, v. Δαίμων, ubi idem hic locus exstat, pro εἰκαιότητος legitur κακότητος.

2 Διφορεῖται] Id est, & Εἴκελος dicitur, per ει, & Ἴκελος per ι. P.

3 Ἐπὶ τῶν ἀνεπιλ.] In Vaticana Proverbiorum Appendice proverbium hoc sic exponitur: Ἐπὶ τῶν ἀνεπιφθόνως τὰ πράγματα ἐπιτελούντων. ἐπειδὴ Ἡρακλῆς ἦγε τὰ ἔργα τὰ ἀλλότρια. Vide etiam Suidam paulo post v. Εἰκότων.

4 Ἀπὸ γὰρ τοῦ χήματος] Ne dubites emendare, ἀπὸ γὰρ τοῦ χήματος· quam lectionem in versione secutus sum.

5 Παρὰ τὸ Πινδαρικόν] Locus Pindari, quem auctor anonymus hic respicit, exstat *Nem.* IV. v. 52. ubi vide Scholiastam.

Εἰκότα.

Εἰκότα. τὰ ἐστοχασμένα. [1] Συλλογιζόμενος ἐκ τῶν εἰκότων τὸ συμβησόμενον. † Δόξα γάρ τις ὑπῆλθεν ἐκ τῶν εἰκότων λογισμῶν γενομένη, διεφθάρθαι τὴν στρατιὰν ἅπασαν.

Εἰκότα. Τοῦτο δὲ πρότερον αὐτοὶ κατεδόξαζον ἐκ τῶν εἰκότων.

Εἰκοτολογῆσαι. ἐστοχασμένως εἰπεῖν.

Εἰκότων. ὁμοίων. Ὁ δὲ, εἰ ἔτι τύχοι, πρὸς ἕκαστον τῶν προσιόντων ἠλαζονεύετο, συμπλάττων ἀπὸ τῶν εἰκότων. τουτέστιν, ἐψεύδετο. καὶ παροιμία· Εἰκῆ τῷ Ἡρακλεῖ· ἐπὶ τῶν ἀσυκοφαντήτως πάντα τελούντων.

Εἰκότως. δικαίως. πρεπόντως.

Εἴκω. δοτικῇ. τὸ ὑποτάττομαι. [2] καὶ ὁμοιῶ.

[3] Εἰκῶ. τὴν εἰκόνα Ἀττικῶς κατ' ἀποκοπήν. Εἰκὼν δὲ τὸ ὁμοίωμα, παρὰ τὸ εἴκω, τὸ ὁμοιῶ. [4] Ἰστέον δὲ, ὅτι φασὶν οἱ ἀκριβέστατοι τῶν Ἱστορικῶν, [5] ὡς τὸ οὖλον καὶ ὀλιγότριχον οἰκειότερόν ἐστι γράφειν ἐπὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Χριστοῦ. καὶ Εἰκῶ, τὴν εἰκόνα. καὶ Εἰκοῦς πληθυντικῶς, τὰς εἰκόνας. [6] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Τὰς εἰκοῦς τῶν ἐγχέλεων τὰς ἐμὰς μιμούμενοι.

Εἰκών. εἰκόνος. ὁμοίωμα. Δαβίδ· Κύριε ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις. Ἡ γὰρ εἰκὼν πρόσκαιρον ἔχει τὸ ἄνθος.

Εἰκόνας δύο κειμένας τῆς πόλεως ἐν πάνυ καλῷ.

Εἴκων. ὑποχωρῶν. καὶ Εἴκοι, ὑποχωροίη.

Εἰλαδόν. [7] κατὰ συστροφήν.

Εἰλαπινάζων. εὐωχούμενος. καὶ Εἰλαπιναστής. εὐωχητής. συμπότης.

Εἰλαπίνη. [8] ἑορτή. εὐωχία. ἀπὸ τοῦ δαψιλῶς δαπανᾷν. Λάπτειν γὰρ τὸ ἐκκενοῦν.

Εἶλαρ. ἀσφάλεια.

Εἰλάρχας. [9] ταξιάρχας.

Εἴλας. ἀγέλας.

Εἰλατίνοις. τοῖς ὄζοις.

Εἰλεδανός. ὁ δεσμός.

Εἷλεν. ἔλαβεν, ἐνίκησεν, ἐκράτησεν.

Εἰλενία. πόλις.

Εἰκότα. Quæ probabili conjectura nituntur. *Ex verisimilibus conjectans id, quod erat eventurum.* † *Opinio enim ex probabili conjectura orta animum eorum subierat, totum exercitum deletum esse.*

Εἰκότα. [Verisimilia.] *Illi autem hanc opinionem contra alios tuebantur, probabilibus argumentis nixi.*

Εἰκοτολογῆσαι. Ex conjectura loqui.

Εἰκότων. Similium. *Ille vero temere coram unoquoque ad se accedentium sese jactabat, verisimiliter* [*multa*] *confingens.* Id est, mentiebatur. Et proverbium: Frustra Herculi. De iis, qui sine reprehensione rem perficiunt.

Εἰκότως. Merito. Ut decet.

Εἴκω. Dativo. Cedo. Item, ad similitudinem alicujus effingo.

Εἰκῶ. Attice per apocopen pro εἰκόνα, Imaginem. Εἰκὼν enim est imago, ab Εἴκω, ad similitudinem alicujus effingo. Sciendum autem, accuratissimos Historicos dicere, melius esse in Christi imagine crispos & raros capillos pingere. Et Εἰκῶ, Imaginem. Et in plurali τὰς Εἰκοῦς, Imagines. Aristoph. *Nubibus: Imagines anguillarum mearum imitantes.*

Εἰκών. Imago. Simulacrum. David: *Domine, in urbe tua imaginem impiorum abolebis.* Imago enim colorem habet ad exiguum tantum tempus durantem.

Εἰκόνας. Duas imagines in pulcherrimo urbis loco collocatas.

Εἴκων. Cedens. Recedens. Et Εἴκοι. Cedat.

Εἰλαδόν. Gregatim. Turmatim.

Εἰλαπινάζων. Epulans. Convivans. Et Εἰλαπιναστής. Convivii particeps. Compotator.

Εἰλαπίνη. Epulum. Convivium lautum. Ita dictum a profusione sumptuum. Λάπτειν enim significat evacuare.

Εἶλαρ. Propugnaculum. Locus tutus.

Εἰλάρχας. Ordinum, vel, Turmarum præfectos.

Εἴλας. Greges. [Ordines. Turmas.]

Εἰλατίνοις. Abiegnis. Subintellige, ramis.

Εἰλεδανός. Vinculum.

Εἷλεν. Cepit. Vicit. Subegit.

Εἰλενία. Elenia. Urbs.

1 Συλλογιζόμενος ἐκ τῶν εἰκ.] Hæc sumpta videntur ex loco illo Polybii lib. III. c. 93. Ἀννίβας δὲ ταῦτα πρὸς τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν παρασκευαζομένων τῶν πολεμίων, συλλογιζόμενος ἐκ τῶν εἰκότων, &c.

2 Καὶ ὁμοιῶ] In prioribus Edit. post ὁμοιῶ additur πειστικῶς: quæ vox cum sit supervacanea, nec in MSS. reperiatur, eam e textu delendam censui.

3 Εἰκῶ] Si verum esset, quod a Suida scribitur, hoc per apocopen esse formatum, & idem esse, ac τὴν εἰκόνα, ergo dicendum esset εἰκών, εἰκῶνος, εἰκῶνι, εἰκῶνα: quod apud alios non reperias. At εἰκὼ scribendum puto, ut Λητώ. Nam εἰκὼ, όος, Poeticum est, pro communi εἰκὼν, εἰκόνος. Euripides *Medea*, v. 1162.

Ἄψυχον εἰκὼ προσγελῶσα σώματος.

Idem in Iphigenia in Tauris, v. 816.

Εἰκὼ τὴν ἐν ἱστοῖς, ἥλιον μεταστάσιν. P.

Recte hic Portus a Suida dissentit, monetque εἰκὼ potius quam εἰκῶ scribendum esse. Cæterum τὸ εἰκὼ, όος, pro εἰκὼν, non solum apud Poetas, sed etiam scriptores in prosa occurrit, quoniam eam vocem in Herodoto me legisse memini, quamvis locus nunc non succurrat.

4 Ἰστέον δὲ, ὅτι φ.] Quæ hic de Christi imagine leguntur, alieno loco posita sunt, nec ad vocem Εἰκὼ, όος, sed Εἰκὼν, pertinent.

5 Ὡς τὸ οὖλον] Christum Servatorem nostrum crispos habuisse capillos per veterem traditionem Ecclesia Orientalis credidit. Johannes Damascenus in Epistola ad Imperatorem Theophilum, (quam edidit Combefisius in *Originum Constantinopolit. Manipulo*, Paris. 1664. 4) p. 114. Christi speciem & figuram sic describit: Καθὼς οἱ ἀρχαῖοι ἱστορικοὶ διαγράφουσιν αὐτοῦ τὴν ἐκτύπωσιν, εὐήλικα, σύνοφρυν, εὐόφθαλμον, ἐπίρρινον, ΟΥ'ΛΟ'ΘΡΙΞΙΝ, ἐπικυφῆ, &c. i. e. interprete Combefisio: *Quali forma veteres historici eum descripsere; præstanti statura, superciliis junctis, venustis oculis, justo naso, crispa cæsarie, subcurvum*, &c.

6 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 91. v. 17. *P.*

7 Εἰλαδόν] Vide infra v. Ἰλαδόν.

8 Εἰλαπίνη] Athen. l. VIII. p. 362. Τὰς θυσίας καὶ τὰς λαμπροτέρας παρασκευὰς ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ εἰλαπίνας. Et paulo post: Τὰς δ' εἰλαπίνας ἀπὸ τοῦ ἐν αὐταῖς παρασκευὴν γενομένης ἐν δαπάναις. λαφύττειν γὰρ καὶ λαπάζειν τὸ ἐκκενοῦν καὶ δαπανᾷν. quem locum ex Athenæo repetit Eustath. ad Odyss. A. p. 1413.

9 Εἰλάρχας] Alias Ἰλάρχας. Vid. infr. v. Ἴλη.

Εἰλεός.

Εἰλεός.[1] ἡ μαγειρικὴ τράπεζα. σημαίνει δὲ καὶ τὴν νόσον.

Εἰλέσιον. τόπος.

Εἵλετο. ἠθέλησεν.

Εἰλείθυιαι. αἱ ἐπὶ τῶν τικτουσῶν θεαὶ ἔφοροι.

Εἴλλειν. εἴργειν. κωλύειν. παλαιὰ ἡ λέξις. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· [2] Μὴ νῦν περὶ σαυτὸν εἶλλε τὴν γνώμην ἀεί. [3] ἀντὶ τοῦ ἀπόκλειε. ἕφελκε. Ἔνθεν, καὶ τὸ Εἰλάσειν, καὶ ἐν συνθέσει Ἐνείλλειν παρὰ Θουκυδίδῃ. Οἱ δὲ Πελοποννήσιοι ἐν ταρσοῖς καλάμου πηλὸν ἐνείλλοντες, ἐσέβαλον εἰς τὸ διῃρημένον τοῦ τείχους. ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην.

Εἴλη. ἐπὶ τοῦ τάγματος, καὶ πλήθους συστροφή. Ξενοφῶν. καὶ Εἴλη ἡ ὀπή. ἐξ οὗ καὶ Εἰλεός, ἡ καταδύσις.

Εἵλη. ἡλίου ἀλέα. αὐγή.

Εἰληδόν. συνεστραμμένως.

Εἰληθερούμενος. θερμαινόμενος. τὸ ῥῆμα, Εἰληθερῶ.

Εἴληθρα, [4] εἰλήθερον. τὸ εἰλήλουθα. καὶ εἰληλούθειν.

Εἰλήσας. συστρέψας.

Εἵλησις. ἔκκαυσις.

Εἴληφεν ἡ παγὶς τὸν μῦν. ἐπὶ τῶν ἀξίως ἑαλωκότων.

Εἴληχεν. ἔλαχεν. εἴληφεν.

Εἰλιγγιῶ. τὸ μὲν ῥῆμα διὰ διφθόγγου. ἀντὶ τοῦ, σκοτοδινιῶ. Τοῦτο δὲ οἱ Συρακούσιοι σίελον λέγουσι. τὸ δὲ ὄνομα Ἴλιγγος διὰ τοῦ ι. Ὑπὸ τοῦ δέους γὰρ εἰλιγγιῶ.

Εἴλιγγον. σκότωσιν.

Εἰλικοειδές. τὸ κυκλοειδές, καὶ ὁμαλόν.

Εἰλικρινές. τὸ καθαρόν, καὶ ἀμιγὲς ἑτέρου.

Εἰλικρινής. καὶ Εἰλικρίνεια, ἡ καθαρότης. καὶ οὐδέτερον, [5] Εἰλικρινοειδές.

Εἰλίποδες βοῦς. ὁ τοὺς πόδας ἑλίσσων ἐν τῇ πορείᾳ.

Εἷλκον. ἔσυρον. καὶ Εἱλκύσθη.

Εἵλομεν. ἐπορθήσαμεν.

Εἰλόμενον. συνελαυνόμενον. συγκλειόμενον.

Εἰλομένων. συνεσταλμένων. συγκεκλεισμένων.

Εἱλόμην. προέκρινα. ἠθέλησα.

Εἰλούμενος. συστρεφόμενος.

Εἵλως,[6] εἵλωτος. ὁ δοῦλος. καὶ τὸ ἐθνικὸν Εἵλω-

Εἰλεός. Coquinaria mensa. Significat etiam morbum.

Εἰλέσιον. Elesium. Locus.

Εἵλετο. Voluit.

Εἰλείθυιαι. Ilithyiæ. Deæ, parientium præsides.

Εἴλλειν. Coercere. Impedire. Hæc vox est antiqua. Aristophanes *Nubibus*: *Ne nunc quod animo volvis, penes te semper preme, sed id, quod meditatus es, in aerem dimitte, ut scarabæum filo alligatum.* Εἶλλε, pro, Include, Attrahe. Inde & Εἰλάσειν, & compositum Ἐνείλλειν apud Thucydidem. *Peloponnesii lutum arundineis cratibus involventes, in muri hiatum conjecerunt.*

Εἴλη. De ordine militum dicitur. Conglobata multitudo. Xenophon. Significat etiam foramen. Unde Εἰλεός, Latibulum.

Εἵλη. Solis tepor. Solis splendor.

Εἰληδόν. Conglobatim. Catervatim.

Εἰληθερούμενος. Apricans. Verbum, Εἰληθερῶ.

Εἴληθρα, εἰλήθερον. Locus apricus. Εἰλήλουθα, veni. Εἰληλούθειν, Veneram.

Εἰλήσας. Qui [turbam] conglobavit.

Εἵλησις. Æstus.

Εἴληφεν ἡ π. Cepit laqueus murem. De iis, qui merito capti sunt.

Εἴληχεν. Sorte accepit. Nactus est. Obtinuit.

Εἰλιγγιῶ. Ipsum quidem verbum per diphthongum scribitur: pro, vertigine laboro. Nomen vero Ἴλιγγος, per ι. pro quo Syracusii σίελον dicunt. *Præ metu enim vertigine corripior.*

Εἴλιγγον. [Oculorum] caliginem.

Εἰλικοειδές. Rotundum, & planum.

Εἰλικρινές. Sincerum. Cum altero non mixtum.

Εἰλικρινής. Sincerus. Et Εἰλικρίνεια. Sinceritas. Puritas. Et neutrum, Εἰλικρινές.

Εἰλίποδες βοῦς. Bos, qui ingrediens pedes certo modo flectit.

Εἷλκον. Traxi. Et Εἱλκύσθη, Tractus est.

Εἵλομεν. Cepimus. Vastavimus.

Εἰλόμενον. Compulsum. Conclusum.

Εἰλομένων. Contractorum. Conclusorum.

Εἱλόμην. Anteposui. Malui. Volui.

Εἰλούμενος. Conglobatus. Convolutus.

Εἵλως. Εἵλωτος. Servus. Et gentile, Εἵλω-

1 Εἰλεός.] Vide paulo post. v. Εἰν εἰλεοῖσι.

2 Μὴ νῦν] Aristoph. *Nub.* p. 101.

Μὴ νῦν περὶ σαυτὸν εἶλλε τὴν γνώμην ἀεί.
Ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα,
Λινόδετον ὥσπερ μηλολόνθην, τοῦ ποδός.

Sic & apud Suidam perpetua versuum serie scribendum est; & deinde subjiciendum, εἶλλε ἀντὶ τοῦ ἀπόκλειε, &c. Consule Græca scholia. *P.*

3 Ἀντὶ τοῦ ἀπόκλειε. ἔφ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad τοῦ τείχους post vocem μηλολόνθην collocanda sunt, quoniam alieno loco posita seriem versuum ex Aristophane sumptorum interrumpunt: quæ confusio unde orta sit facile divinare est. Cum enim Suidas, vel quisquis est primus horum Collectaneorum auctor, locum Aristophanis tantum excerpsisset, alius postea explicationem vocis εἶλλε, addito loco Thucydidis, ad marginem adscripsit; quæ deinde ab imperitis hominibus loco prorsus alieno in textum recepta fuerunt. Idem de aliis locis Suidæ, simili modo turbatis, dictum esto: absit enim, ut in ipsum Suidam hujus rei culpam conferamus.

4 Εἴληθρα, εἰλ.] Locum hunc esse mutilum, & post articulum τὸ excidisse vocem aliquam, qua Suidas τὸ Εἴληθρα & Εἰλήθερον exposuerat, non dubito. Quæ sequuntur, εἰλήλουθα, καὶ εἰληλούθειν, novum articulum constituunt, & a præcedentibus omnino separanda sunt: quod quia Portus non observaverat, suavia somnia in notis ad hunc locum Lectori propinat.

5 Εἰλικρινοειδές] Legendum est εἰλικρινές, ut recte Portus vidit.

6 Εἵλως, εἵλωτος. ὁ δοῦλος] Suidas infra, Καπηλοπορνοβοσκός, ὁ δουλοπρεπής.

της, παρὰ Λακεδαιμονίοις οἱ νόθοι καὶ οἱ ἐξ αἰχμαλώτων δοῦλοι γενόμενοι· ἀπὸ τῆς Ἕλους. Ἕλος δὲ πόλις ἐν Πελοποννήσῳ. [1] Οἱ οὖν Λακεδαιμόνιοι διὰ τὸ ἀεὶ διαφόρους εἶναι ἀλλήλοις, τοὺς δούλους αὐτῶν ἐκάλουν Εἵλωτας, κατ' ἀτιμίαν καὶ ὕβριν.

Εἱλωτεύειν. δουλεύειν. Εἵλωτες γὰρ, οἱ μὴ γένει δοῦλοι Λακεδαιμονίων, ἀλλ' οἱ πρῶτοι χειρωθέντες τῶν Ἕλος τὴν πόλιν οἰκούντων.

Εἱλωτεία. ἡ δουλεία.

Εἱλωτίς. ἡ δούλη.

Εἱλυθμός. ἡ καταδύσις.

Εἴλυμα. τὸ ἱμάτιον.

Εἰλυμένος. ὁ κεκαλυμμένος. καὶ Εἰλύω, ὁ ἐνεστὼς, τὸ καλύπτω.

Εἰλυφάζω τὴν φλόγα. συστρέφω.

Εἰλυφόωσι. συνάγουσι.

Εἷμα. ἱμάτιον. ἔνδυμα. καὶ παρὰ τοῦτο ἐν Ἐπιγράμματι·

> Πραξιδίκη μὲν ἔρεξεν, ἐβούλευσεν δὲ Δύσηρις,
> Εἷμα τόδε· ξυνὴ δ' ἀμφοτέραις σοφίη.

καὶ αὖθις [2] Δέξαι βύσσινον εἷμα ἕν.
καὶ Λευχείμων.

Εἱμαρμένη. γένεσις. Εἰρηκὼς [3] Σοφοκλῆς περὶ Αἴαντος·

> Εἶρξαι κατ' ἦμαρ τοὐμφανὲς τὸ νῦν τόδε
> Αἴανθ' ὑπὸ σκηναῖσιν——

ἀνατρέπει τὴν εἱμαρμένην. Οἱ δὲ Φιλόσοφοι ἕνα φασὶν εἶναι θεὸν, καὶ νοῦν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ ἄλλαις ὀνομασίαις ὀνομάζεσθαι. [4] Ἔστι δὲ εἱμαρμένη, [5] αἰτία τῶν ὅλων εἰρομένη· ἢ λόγος καθ' ὃν ὁ κόσμος διεξάγεται· ἢ εἱρμός τις καὶ [6] ἐπισύνδεσμος ἀπαράβατος, δι' αἰτίαν ἀναπόδραστον· ἢ δύναμις κινητικὴ τῆς ὕλης. Ἡμεῖς δὲ χριστὸν θεὸν ὁμολογοῦμεν διοικεῖν τὰ πάντα.

Εἱμαρμένη. [7] τὰ μὲν τῆς σελήνης τέσσαρσιν αἰτίαις διοικεῖται, κατὰ θεὸν, καθ' εἱμαρμένην, κατὰ προαίρεσιν ἡμετέραν, κατὰ τύχην. οἷον τὸ μὲν εἰσελθεῖν εἰς τὴν ναῦν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι. τὸ μέν τοι ἐν εὐδίᾳ, καὶ χειμῶνα καὶ ζάλην ἐξαίφνης ἐπιγίνεσθαι, κατὰ τύχην ἐστί. τὸ μέν τοι βαπτιζομένην τὴν ναῦν παρ' ἐλπίδα σωθῆναι, προνοίας θεοῦ. Τῆς δὲ εἱμαρμένης πολλοί εἰσι τρόποι.

Εἱμαρμένην ἀναγκαστικὴν δύναμιν εἶπον εἶναι, καὶ τῆς ὕλης κινητικήν. Τὴν δὲ τύχην ὁ Πλάτων αἰτίαν λέγει κατὰ συμβεβηκὸς γινομένην, ἢ σύμπτωμα φύσεως ἢ προαιρέσεως. καὶ Δημόκριτος εἶπε· [8] Τὰ μὲν

της, quo nomine apud Lacedæmonios vocantur nothi & servi ex captivis nati, ab urbe Ἕλος in Peloponneso. Lacedæmonii igitur, quia perpetuas cum Helotibus exercebant inimicitias, servos suos vocabant Helotas, per ignominiam & contumeliam.

Εἱλωτεύειν. Servire. Helotes enim vocabantur Lacedæmoniorum servi, non in servitute nati, sed qui primi ex incolis urbis Helos bello capti fuerant.

Εἱλωτεία. Servitus.

Εἱλωτίς. Helotis. Serva.

Εἱλυθμός. Latibulum. Lustrum ferarum.

Εἴλυμα. Pallium.

Εἰλυμένος. Tectus. Et εἰλύω, præsens. Tego. Velo.

Εἰλυφάζω. Flammam volvo.

Εἰλυφόωσι. Convolvunt. Congregant.

Εἷμα. Pallium. Indumentum. Vestis. In Epigrammate:

> *Praxidice quidem fecit, suasit vero Dyseris,*
> *Vestem hanc: communis autem est utrique sapientia.*

Et rursus: *Accipe byssinam vestem unam.*
Et Λευχείμων. Candida veste vestitus.

Εἱμαρμένη. Genitura. Fatum. Sophocles de Ajace inquiens:

> *Coerce per diem præsentem hunc*
> *Ajacem in tabernaculis:——*

evertit fatum. Philosophi vero dicunt unum esse Deum, eumq; & Mentem, & Fatum, & aliis nominibus appellari. Est autem Fatum Causa universorum cohærens; vel ratio, per quam mundus gubernatur; vel series quædam, & nexus inviolabilis, ob causam inevitabilem; vel facultas materiæ motrix. Nos vero Christum Deum confitemur administrare omnia.

Εἱμαρμένη. Quæ sunt infra Lunam, a quatuor causis pendent, a Deo, a Fato, a nostra voluntate, a Fortuna. Veluti navem ingredi, res est in nostra potestate sita. Quod vero die & cœlo sereno tempestas & procella subito exoriatur, Fortunæ tribuendum. Quod autem navis, jam submergi incipiens, præter spem servetur, providentiæ divinæ est. Fati autem multi sunt modi.

Εἱμαρμένην. Fatum dixerunt esse vim coactricem, & materiæ motricem. Fortunam vero Plato dicit esse causam per accidens, aut casum naturæ, vel voluntatis. Et Democritus dixit:

1 Οἱ οὖν Λακεδαιμόνιοι διὰ τ.] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Scholiastam Thucydidis, ad l. 1. c. 101. unde ea Suidas descripsit.

2 Δέξαι βύσσινον εἷμα] Est pars Epigrammatis ex Antholog. inedita, quod integrum exhibemus supra v. Βύσσινον.

3 Σοφοκλῆς] In *Ajace Flagellif.* p. 45. v. 760. *P.*

4 Ἔστι δὲ εἱμαρμένη] Hæc etiam αὐτολεξεὶ leguntur apud Laertium in Vita Zenonis, l. VII. num. 149. unde Suidas ea descripsit.

5 Αἰτία τῶν ὅλων] Editio Laertii Stephanica habet, αἰτία τῶν ὄντων: in editione vero Romana legitur τῶν νόμων.

6 Ἐπισύνδεσμος ἀπαράβατος] Plutarchus *de Fato*, p. 568. ex Platone: Λέγοιτ' ἂν ἡ εἱμαρμένη λόγος θεῖος ἀπαράβατος δι' αἰτίαν ἀνεμπόδιστον· quæ verba Platonis ob oculos habuisse videtur auctor hic anonymus apud Suidam.

7 Εἱμαρμένη. τὰ μὲν τ.] Totus hic locus sumptus est ex Vita Pythagoræ apud Photium, Cod. CCXLIX, p. 1317. ut eruditiss. Pearsonius in notula ad marginem Suidæ sui observaverat.

8 Τὰ μὲν ἐκ θεοῦ τ.] His prorsus similia leguntur apud Euseb. de *Præp. Evang.* l. VI. c. 7. p. 257. cujus verba adscribam, quoniam sunt mutila, & ex hoc loco Suidæ suppleri possunt. Τὰ μὲν ἐκ θεοῦ, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν μικρῶν ἐκείνων σωμάτων τῶν φερομένων κάτω, καὶ ἀναπαλλομένων ἄνω, καὶ περιπλεκομένων καὶ διαλυομένων καὶ διϊσταμένων καὶ παρεχυθημένων ἐξ ἀνάγκης, &c. In hoc loco pro ἐκ τῆς τῶν μικρῶν, lege & supple ex Suida, ἐκ τῆς εἱμαρμένης ἐκ τῆς τύχης καὶ τῶν μικρῶν, &c. Mutilum enim esse Eusebii locum, & verba quædam ibi excidisse vel ex articulo τῆς apparet, cui nihil in tota ista periodo respondet: neque dubium est, ea recte a nobis ex Suida suppleta esse, tum propter constructionem verborum Gram-

ἐκ θεοῦ πάντας ἔχειν, τὰ δὲ ἐκ τῆς εἱμαρμένης, καὶ τῆς τύχης, καὶ τῶν σμικροτάτων ἐκείνων σωμάτων, περιδίνως φερομένων ἄνω καὶ κάτω, παλλομένων τε καὶ περιπλεκομένων, καὶ διϊσταμένων, καὶ περιφερομένων ἐξ ἀνάγκης· ἀφ' ὧν οὐ μόνον πλοῦτον, πενίαν, καὶ νόσον, καὶ ὑγείαν, καὶ δουλείαν, καὶ ἐλευθερίαν, καὶ πόλεμον, καὶ εἰρήνην διατέμειν, ἀλλὰ καὶ ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀποκληροῦν ἔφη. Καὶ ἄλλοι ἄλλα εἰπόντες, ἀντιπαρετάξαντο ἀλλήλοις.

omnes homines alia habere a Deo; alia vero a Fato & Fortuna, & minutiſſimis illis corporibus, quæ ſurſum & deorſum feruntur, & hinc inde agitantur, mutuoque ſibi nexu junguntur, & deinde rurſus disjunguntur, & neceſſario per circuitum feruntur: a quibus non ſolum divitias, & paupertatem, & morbum, & ſanitatem, & ſervitutem, & libertatem, & bellum, & pacem; ſed etiam virtutem & vitium pendere dixit. Cæterum [Philoſophi] alii aliud hac de re ſentientes, inter ſe diſſident.

Εἱμένος. ἐνδεδυμένος.

Εἱμένος. Indutus. Veſtitus.

Εἰ [1] μὲν οὖν ἄνθρωπος, ὃν δεῖ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακὰ,
Οὗτος ἦν ἔνδηλος, οὐκ ἂν ἀνδρὸς ἐμνήσθην φίλου·
Νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδείς ἐστιν οὐκ ἐπίσταται,
Ὅς τις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸν ὄρθιον νόμον.

Si igitur homo hic, quem oportet multa audire etiam mala,
Eſſet notus, nunquam viri amici mentionem feciſſem.
At vero Arignotum nullus eſt qui non cognoſcat,
Qui vel album novit, vel orthium carmen.

παρὰ τὸ λεγόμενον, εἴ τις οἶδε τὸ λευκὸν, ἢ τὸ μέλαν. Οἱ δὲ λέγουσιν Ἀρίγνωτον κιθαρῳδὸν, ὃς οἶδε τὸν ὄρθιον καλούμενον νόμον, καὶ τὸν λευκὸν, οἵ τινες ἐθαυμάζοντο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ὁ δὲ Ἀριφράδης παρὰ φύσιν ἠσέλγαινε ταῖς γυναιξίν.

Dictum hoc eſt ad imitationem ejus, *Si quis novit album vel nigrum.* Alii vero dicunt, Arignotum fuiſſe citharœdum, qui ea carminum genera norat, quæ Νόμος ὄρθιος & λευκὸς dicebantur, & illo tempore in magno pretio habebantur. Ariphrades vero præter naturam cum mulieribus rem habebat.

Εἰ μὴ δύναιο βοῦν, ἔλαυνε δ' ὄνον. παροιμία, ἐπὶ τῶν ὃ κατὰ δύναμιν ἔχουσι πράττειν παραινούντων.

Εἰ μὴ δύναιο β. Si bovem non potes, aſinum age. Proverbium de iis, qui monent, id cuique agendum, quod viribus ipſius conveniat.

Εἰ [2] μὴ κατένιψε τὴν Θρᾴκην χιὼν πολλὴ,
Καὶ τοὺς ποταμοὺς ἔπηξ' ὑπ' αὐτὸν τὸν χρόνον,
Ἡνίκα Θέογνις ἠγωνίζετο.

Εἰ μὴ κ. *Niſi nive texiſſet Thraciam totam,*
Et flumina congelaſſet ſub illud ipſum tempus,
Quum hic Theognis certabat.

οὗτος τραγῳδὸς ἦν ποιητὴς ψυχρός. Κωμῳδῶν οὖν αὐτὸν παρίστησιν ἡμῖν τὴν πολλὴν χιόνα, διὰ τὴν τούτου περὶ τὰ ποιήματα ψυχρότητα.

Hic erat Tragicus, & poeta frigidus. Ipſum igitur comice perſtringens, nobis multam nivem repræſentat, ob frigiditatem, quæ erat in ipſius poematis.

Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθα· [3] κατ' ἀποκοπήν. τὸ δὲ πλῆρες, εἶπον ἄν σε οὐκ εὖ φρονεῖν.

Εἰ μὴ π. *Niſi Pater eſſes.* Per apocopen. Plena vero oratio eſt, *dixiſſem te non bene ſentire.*

Εἰ [4] μὴ ταχέως ἀπωλόμεθα, οὐκ ἂν ἐσώθημεν. Ἅπαντες δὲ τότε τὴν παροιμίαν διὰ στόματος εἶχον οἱ κρημνιζόμενοι.

Εἰ μὴ ταχ. Niſi cito periiſſemus, ſalvi non eſſemus. Omnes autem hoc proverbium tunc in ore habebant.

Εἶμι. πορεύομαι.

Εἶμι. Proficiſcor. Eo.

Εἰμί. τὸ ὑπάρχω. τοῦτο μέλλοντα οὐκ ἔχει. τοῦ δὲ Εἶμι, τοῦ σημαίνοντος τὸ πορεύομαι, τὰ πληθυντικὰ διὰ τοῦ ι καὶ τὰ δυϊκὰ, ἴμεν, ἴτε. Ὅμηρος· Εἶμι γὰρ ὀψομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης. † [5] Αἴας φησίν·

Ἀλλ' εἶμι πρός τε λουτρὰ, καὶ παρακτίους
Λειμῶνας, ὡς ἂν λύμαθ' ἁγνίσας ἐμὰ,

Εἰμί. Sum. Exiſto. Non habet Futurum. Verbi vero Εἶμι, quod ſignificat Eo, pluralis per ι ſcribitur, & dualis, ἴμεν, ἴτε. Imus. Itis. Homerus: *Eo enim viſura multos nutrientis fines terræ.* † Ajax inquit:

Sed eo ad lavacra, & littoralia
Prata, ut ſordibus purgatis

maticam, tum etiam ſenſum loci, quoniam manifeſtum eſt, & Oenomaum apud Euſebium, & auctorem anonymum apud Suidam idem prorſus argumentum tractare, & iiſdem pene verbis ſententiam quorundam Philoſophorum, & præcipue Democriti, de cauſis res humanas gubernantibus exponere.

1 Εἰ μὲν οὖν ἄνθρωπος.] Ex Ariſtoph. *Equit.* p. 254. *P.* † Hic & alibi ſæpe judicium compilatoris requiro, qui multa auctorum loca Lexico huic inſeruit, non res & ſenſum, ſed tantum ſeriem literarum ſpectans. Non enim aliam ob cauſam verſus iſti Ariſtophanis hic collocati ſunt, quam quia primus illorum incipit ab Εἰ μὲν οὖν, quod eſſe ineptiſſimum nemo non videt.

2 Εἰ μὴ κατένιψε] Ex Ariſtoph. *Acharnenſibus*, p. 267. ubi verſus primus & ultimus ſic leguntur:

Εἰ μὴ κατένιψε χιόνι τὴν Θρᾴκην ὅλην,
Ὅτ' ἐνθάδ' Θέογνις ἠγωνίζετο.

Conſule Scholia. *P.*

3 Κατ' ἀποκοπήν] Imo κατ' ἀποσιώπησιν. Sed neutrum eſt. Nam apud Sophoclem in *Antigone*, p. 244. integri leguntur verſus, & integra ſententia:

Κλαίων φρενώσεις, ὢν φρενῶν αὐτὸς κενός.
Εἰ μὴ πατὴρ ἦσθ', εἶπον ἄν σ' οὐκ εὖ φρονεῖν. *P.*

4 Εἰ μὴ ταχέως ἀπ.] Hæc ſumpta ſunt ex Excerptis Peireſc. a Valeſio editis, p. 189. ubi tamen duæ ultimæ voces οἱ κρημνιζόμενοι (quæ neſcio quomodo in hunc locum irrepſerint) non reperiuntur.

5 Αἴας φησίν] Apud Sophoclem in *Ajace Flag.* p. 39. *P.*

Μῆνιν

Μῆνιν βαρεῖαν ἐξαλεύσωμαι θεᾶς.

Meis, iram gravem evitem Deæ.

Εἰνάλιος. δαίμων θαλάσσιος.

Εἰνάλιος. Deus marinus.

Εἰνάνυχος. ἐπὶ ἐννέα νύκτας.

Εἰνάνυχος. Per novem noctes.

Εἰν[1] Ἀρίμοις.

Εἰν Ἀρίμοις. In Arimis.

Εἰνάτηρ. ἡ νύμφη.

Εἰνάτηρ. Sponsa.

Εἶναι,[2] τοῦτ' εἶναι καὶ σὺ σαυτόν. ἀντὶ τοῦ ἀφεῖναι τοὺς δρομεῖς. Τινὲς δὲ γράφουσιν εἵητε, ἀντὶ τοῦ ἀφίητε. οἱ δρομεῖς δηλονότι. Τοῦτο δὲ γνωριμώτερον ἔχει τὸν νοῦν. Ἐπειδὰν οἱ θεώμενοι εἴπωσιν ἀφίητε, δηλονότι οἱ τρέχοντες, καὶ σὺ σαυτὸν ῥίψον κάτω. Γράφεται δὲ ἐν πολλοῖς ἕναι, ἀντὶ τοῦ ἵητε. Μήποτε δὲ τὸ δεύτερον εἶναι τὸ ἓς καὶ σὺ σαυτόν, ἁμαρτανομένου τοῦ προτέρου. Λέγοι ἄν τις καὶ τοῦτο λόγον ἔχειν, ὡς τῶν θεωμένων ἐπικελευόντων τῷ σημεῖον ἀφιέντι κατὰ τὸ ἀρχαῖον σχῆμα, οὕτως εἶναι.

Εἶναι. [Mittere. Projicere. Ut apud Aristophanem] Εἶναι τοῦτ' εἶναι. Ubi εἶναι positum est pro ἀφεῖναι, & refertur ad cursores. Quidam vero scribunt εἵητε, pro ἀφίητε. Projiciatis, vos scilicet ô cursores. Hoc autem sensum notiorem habet. Quum spectatores dixerint, projiciatis, vos scilicet ô cursores, tunc tu quoque te ipse projicias deorsum. In multis vero codicibus scribitur εἶναι, pro εἵητε. Sed vide ne fortasse secundum εἶναι positum sit pro ἕς, quod in priore sit mendum. Dixerit autem quis etiam hunc sensum esse probabilem; ut se dejiciat, quasi jussus a spectatoribus, qui cum qui signum [cursus] dabat, secundum veterem morem [εἶναι, *i. e.* lampadem mittere] jubebant.

Εἶναι. ὑπάρχειν.[3] Εἶναι μὲν, ὥσπερ εἰμί, φαίνεσθαι δὲ μή. Τουτέστι, μὴ ἀλλάξαι τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν μορφήν.

Εἶναι. Esse. Existere. *Esse, non videri, volo ille qui sum.* Hoc est, non ipsam naturam, sed formam tantum mutare volo.

Εἵνεκα. καὶ ἕνεκεν. οὕνεκα δέ.

Εἵνεκα. & ἕνεκεν. Causa. Gratia. Propter.

Εἰν[4] ἐλεοῖσι. τοῖς μαγειρικοῖς τραπεζίοις.

Εἰν ἐλεοῖσι. In coquinariis mensis.

Εἰνοδίους κώμας. τὰς ἐν τῇ ὁδῷ.

Εἰνοδίους κώμας. Vicos ad viam sitos.

Εἰνοσίφυλλον. ἔνθα κινεῖται τὰ φύλλα. [5]Ἥτε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνει. Ἔνοσις γὰρ ἡ κίνησις· καὶ ἐνοσίχθων, ὁ σεισίχθων.

Εἰνοσίφυλλον. Ubi moventur folia. *Quæ per excelsum montem pedibus veneranda vadit.* Ἔνοσις enim est agitatio, sive quassatio. Et Ἐνοσίχθων, Terræ quassator.

Εἴνυον. ἔφερον.

Εἴνυον. Ferebant.

Εἴξασαν. [6]ὑπεχώρησαν.

Εἴξασαν. Cesserunt. Recesserunt.

Εἴξασι, καὶ Εἴκασι, λέγει Πλάτων ἀντὶ τοῦ ἐοίκασι. καὶ [7]Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Εἴξασιν οὖν ἐρίοισι πεπταμένοισι. Περὶ τῶν νεφελῶν λέγει.

Εἴξασι, & Εἴκασι, Plato dicit pro ἐοίκασι. Similes sunt. Et Aristoph. *Nubibus: Similes sunt igitur lanis expansis.* De Nubibus loquitur.

Εἶξεν. ὑπεχώρησε.

Εἶξεν. Cessit. Se subjecit.

Εἷο. ἑαυτοῦ.

Εἷο. Sui. Sui ipsius.

Εἰώθει. Εἰώθειν, καὶ Εἰώθεισαν.

Εἰώθει. Solitus est. Et Εἰώθειν. Solitus fueram. Et Εἰώθεισαν. Soliti fuerant.

Εἴπατε. λέξατε.

Εἴπατε. Dicite.

Εἴπῃς. αὐθυποτακτικόν.

Εἴπῃς. Subjunctivum. Dixeris.

Εἴπερ. Ὑπάκουσον, εἴπερ πώποτ' ἀνθρώπων τινί. λείπει τὸ ὑπήκουσας.

Εἴπερ. Si modo. *Obtempera illi, si modo unquam mortalium alicui.* Desideratur verbum ὑπήκουσας. i. obtemperasti.

Εἴπερ[8] ἐκ πεύκης γε κἀγὼ καὶ ξύλων ἐπηγνύμην. Ἀριστοφάνης. ὡσανεὶ ἔλεγεν εἴπερ ἐξ ἀνθρώπων εἰμὶ κἀγώ. Σωματοποιεῖ γὰρ τὰς ναῦς, καὶ τὰς μὲν παλαιὰς καλεῖ γραίας· τὰς δὲ μὴ πλευσάσας, παρθένους. Τῷ ψυχρῷ οὖν τὸ ψυχρὸν παρέβαλε πάνυ χαριέντως.

Εἴπερ ἐκ π. *Si modo & ego ex picea & lignis compacta sum.* Aristophanes. Quasi diceret: Si modo & ego sum ex hominum numero. Navibus enim personam humanam tribuit, & veteres quidem, vocat anus; mare vero nondum expertas, virgines. Frigidum igitur cum frigido valde venuste composuit.

1 Εἰν Ἀρίμοις] Vide Stephanum v. Ἄριμα, & ibi Holstenium.

2 Εἶναι, τοῦτ' εἶναι κ. τ. λ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Ran.* p. 135. Edit. Basil. ut Portus ad hunc locum recte observavit. Consule ad hunc locum Scholiastam, ex quo Suidas sua descripsit.

3 Εἶναι μὲν] Æschylus in Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις. p. 100. de Amphiarao vate dicit:

Οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει. P.

4 Εἰν ἐλεοῖσι] Homer. Il. I. v. 215. Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ὤπτησε καὶ ΕΙΝ ΕΛΕΟΙΣΙΝ ἔχευεν. ubi Scholiasta: Ἐπὶ τῶν μαγειρικῶν τραπεζίων.

5 Ἥτε κατ' εἰνοσίφυλλον] Est pars Epigrammatis inediti, quod ex Antholog. MS. integrum hic exhibebo.

Τοῦτό σοι, Ἄρτεμι δῖα, Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα
Τοῦτο σύ γ' εὐθέρει τοῦδ' ὑπείρεχε βίου.
Ἥτε κατ' εἰνοσίφυλλον ὄρος ποσὶ πότνια βαίνεις
Δεινὸν μαιμώωσαις ἐγχρίμπτουσα κυσίν.

Epigrammatis hujus membra variis in locis dispersa apud Suidam leguntur, nimirum v. Ἐγχρίμπτω, Εἰνοσί., Μαιμώωσα, & Ὑπείρεχε: quibus locis addendus est hic, quem nunc præ manibus habemus.

6 Ὑπεχώρησαν] Emenda ὑποχωρήσασαι: ut in MS. Paris. A. recte legitur. Εἴξασαι enim hic non est Aoristus Indicativi, pro εἶξαν, sed Participium fœminin. ab Εἴξας.

7 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] P. 80. v. 10. P.

8 Εἴπερ ἐκ πεύκης γε κ.] Est versus septenarius Trochaicus, qui legitur apud Aristophanem *Equit.* p. 360. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas sua deprompsit.

Εἶπον. ἀντὶ τοῦ εἰπέ. προστακτικόν.

Εἵποντο. ἠκολούθουν.

Εἴπεις [1] τὰ τρία παρὰ τῇ αὐλῇ. Τοῖς ἐπὶ θάνατον ἀγομένοις ἐξῆν σίτου καὶ οἴνου πληρωθεῖσι τρία λέγειν, ἃ βούλοιντο· [2] μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπήγοντο πρὸς θάνατον. Τὸ δὲ νῦν ἀρχεῖον καλούμενον, αὐλὴ ἐκαλεῖτο.

Εἶρ. λαῖλαψ. ἢ λαμπηδών.

Εἰραφιώτης. ὁ Διόνυσος, παρὰ τὸ ἐῤῥάφθαι ἐν τῷ μηρῷ τοῦ Διός.

Εἰργασμένος πλοῦτος. Πολλοὺς ὄψει πλοῦτον εἰργασμένον αἰσχυνομένους.

Εἴργεσθαι. κωλύεσθαι. τὸ Εἴργομαι, γενικῇ. [3] Ἐπείσθη γὰρ ὁ θεὸς, εἰ καὶ βασκαίνεται ὑπὸ τῆς γνώσεως ξύλου πως εἰργόμενος. Ἐπὶ δὲ τῆς ἐνεργητικῆς, αἰτιατικῇ. Ὁ δὲ ζῆλος διαθήσεται τοὺς εἴργοντας αὐτὸν Βιθυνῶν.

Εἴργου. φυλάττου. χωρίζου.

Εἶρερος. [4] ἡ δουλεία.

Εἰρεσίας. κωπηλασίας.

Εἰρέσιον. πόλις Βοιωτίας.

Εἰρεσιώνη. [5] θαλλὸς ἐλαίας, ἐστεμμένος ἐρίοις, καὶ προσηρτημένους ἔχων παντοδαποὺς τῶν τῆς γῆς καρπῶν. Τοῦτον δὲ ἐκφέρει παῖς ἀμφιθαλὴς, καὶ τίθησι πρὸ τῆς θύρας τοῦ Ἀπόλλωνος ἱεροῦ τοῖς Πυανεψίοις. Λέγεται γὰρ Θησέα, καθ' ὃν εἰς Κρήτην καιρὸν ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι καταστέψεσθαι κλάδοις ἐλαίας, ὅταν σωθῇ τὸν Μινώταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάσειν· καὶ τὴν ἱκετηρίαν ταύτην καταστέψας ἑψῆσαι [6] χύτρας αἰθάλης, καὶ ἔτνος, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Διὸ καὶ Πυανέψια δοκεῖ λέγεσθαι, οἷον [7] Κυανέψια. Τὸ γὰρ πρότερον τοὺς κυάμους πυάνους ἐκάλουν. Ἦγον δὲ ἔσθ' ὅτε ἐπὶ ἀποτροπῇ λοιμοῦ. Ἦιδον δὲ παῖδες οὕτως·

Εἰρεσιώνη σῦκα φέρει, καὶ πίονας ἄρτους,
Καὶ [8] μέλι ἐν κοτύλῃ, καὶ ἔλαιον ἀποψήσασθαι
Καὶ κύλικ' εὔζωρον, ὅπως μεθύουσα καθεύδῃς.

Μετὰ δὲ τὴν ἑορτὴν ἔξω τῶν ἀγρῶν τιθέασι παρ' αὐτὰς τὰς θύρας. Κράτης δὲ ὁ Ἀθηναῖος ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν, ἀφορίας ποτὲ κατασχούσης τὴν πόλιν, θαλλὸν καταστέψαντας ἐρίοις, ἱκετηρίαν ἀναθεῖναι τῷ Ἀπόλλωνι.

Ἐὰν [9] γὰρ αὐτὴν εἷς μόνος σπινθὴρ λάβῃ,

Εἶπον. Pro εἰπέ. Imperativus. Dic.

Εἵποντο. Sequebantur.

Εἴπεις τὰ τρ. Tria dicas juxta aulam. Illis, qui ad capitale supplicium abducebantur, cibo vinoque repletis, tria dicere licebat, quæ volebant: iisque dictis, ore obturato ad mortem abducebantur. Quod autem nunc Ἀρχεῖον *i. e.* Prætorium, tunc Αὐλὴ vocabatur.

Εἶρ. Procella. Vel, Fulgor.

Εἰραφιώτης. Bacchus. Sic dictus, quod Jovis femori fuerit insutus.

Εἰργασμένος πλοῦτος. Divitiæ quæstu comparatæ. Multos videbis, quos divitiarum quæstu comparatarum pudeat.

Εἴργεσθαι. Impediri. Coerceri. - In activa vero voce gaudet accusativo - - - - - - - - - - -

Εἴργου. Custodiaris. Separeris.

Εἶρερος. Servitus.

Εἰρεσίας. Remigationes.

Εἰρέσιον. Eresium. Urbs Bœotiæ.

Εἰρεσιώνη. Oleæ ramus, lana velatus, ex quo omnis generis fructus suspendere solebant. Hunc autem efferebat puer, qui tam patrimus quam matrimus esset, & ante fores templi Apollinis in Pyanepsiorum festo ponebat. Ferunt enim Theseum, quo tempore in Cretam navigabat, ob tempestatem ad Delum appulsum, Apollini vovisse, se oleæ ramos coronaturum, si salvus evasisset, interfecto Minotauro, & sacra facturum: cumque supplicem ramum coronasset, in ollis coxisse fertur ptisanam triticeam & pultem, & aram erexisse. Quare etiam Πυανέψια videntur dicta, quasi Κυανέψια. Nam κυάμους, i. e. fabas, olim πυάνους vocarunt. Interdum [hoc festum] ad avertendam pestilentiam celebrabant. Sic autem pueri canebant:

Eiresione ficus fert, & pingues panes,
Et mel in cotyla, & oleum ad abstergendum,
Et calicem mero plenum, ut inebriata dormias.

Post festum vero, extra agros ad ipsas fores ponunt. Crates vero Atheniensis in libro *de Atheniensium Sacrificiis* ait, olim annonæ penuria Athenas vexante, cives oleæ ramum lana coronatum Apollini supplicantes dedicasse.

Si enim ipsam una sola scintilla corripuerit,

1 Εἴπεις τὰ τρία π.] Vide infra, v. Τὰ τρία τῶν εἰς τὴν θύραζε; & Zenobium Centur. III. Prov. 100.

2 Μεθ' ἃ φιμωθέντες ἀπ.] De more veterum, capitis damnatos ore obturato, vel frænato, ad supplicium ducendi vide Henr. Vales. ad Amm. Marcell. l. XXIX. p. 385. & Andr. Schottum ad Vatic. Appendicem, Centur. I. Prov. 75. qui tamen ibi errat in explicando veteri sigillo, quod non exhibet caput hominis, ad mortem damnati, & eam ob causam camo os obturatum habentis; sed faciem Marsyæ, cujus os obligatum est φορβειᾷ, sive capistro, quali olim tibicines uti solebant, ne, dum tibiis canerent, os & buccas ultra justum modum inflarent: qua de re vide Salmasium ad Solinum, p. 585.

3 Ἐπείσθη γὰρ ὁ θ.] Hoc & sequens fragmentum ἀνερμήνευτα reliqui, quoniam ex neutro commodum sensum elicere potui.

4 Εἶρερος.] Vide Etymol. M. & Eustathium.

5 Εἰρεσιώνη θαλλ. ἐλ.] Quæ Suidas hoc loco tradit, ipsissimis pene verbis leguntur etiam apud Eustathium ad Homer. p. 1283. qui sua ex Pausaniæ Lexico se descripsisse testatur. Vide etiam supra v. Διακόνιον. Hesych. v. Κορυθαλία. item Schol. Aristoph. ad *Equit.* p. 331. 332. unde Suidas sua descripsit.

6 Χύτρας αἰθάλης καὶ ἔτνος.] Lege Χύτρ. ἀθάρας καὶ ἔτνους, ut apud Schol. Aristophanis, & Eustathium loco laudato.

7 Κυανέψια] Legendum est Κυαμέψια, ut apud Schol. Aristoph. & Eustathium.

8 Καὶ μέλι ἐν κ.] Apud Eustathium versus iste sic legitur:
Καὶ μέλιτος κοτύλην, καὶ ἔλαιον ἐπιχρίσασθαι.
Apud Scholiastam vero Aristophanis ita: καὶ ἔλαιον ἀναψήσασθαι. Ἀποψήσασθαι cum Suida agnoscit auctor Etymologici M.

9 Ἐὰν γὰρ αὐτ.] Ex Aristophane in *Pluto*, p. 40. P.

Ὥσπερ

Ὥσπερ παλαιὰν εἰρεσιώνην καύσει.

ἀντὶ τοῦ καύσει. [1] Εἰρεσιώνη δὲ θαλλὸς ἐλαίας, ἢ δάφνης, ἐξ ἐρίων πεπλεγμένος, ἔχων ἄρτον ἐξηρτημένον, καὶ κοτύλην, ὅ ἐστιν ἡμίξεστον, καὶ σῦκα, καὶ πάντα τἀγαθά. Ταύτην δὲ πρὸ τῶν οἰκημάτων ἐτίθεσαν, καὶ κατ' ἔτος αὐτὴν ἤλλαττον. ἄλλως.

Εἰρεσιώνη. κλάδος τῆς ἐλαίας ἐρίοις πεπλεγμένος. ἐξήρτητο δὲ αὐτοῦ τὰ ὡραῖα πάντα. προετίθετο δὲ αὐτὰ μετὰ τῆς εἰρεσιώνης πρὸ τῶν θυρῶν κατὰ παλαιὸν χρησμόν. Οἱ μὲν γάρ φασιν, ὡς λοιμοῦ πᾶσαν τὴν γῆν κατασχόντος, ὁ Θεὸς εἶπε [2] προηρόσια τῇ Δηοῖ ὑπὲρ [3] πάντων θῦσαι θυσίαν Ἀθηναίους. Οὗ ἕνεκεν χαριστήρια πανταχόθεν ἐκπέμπουσιν Ἀθήναζε τῶν καρπῶν τὰς ἀπαρχάς. ἄλλως. Πυανεψίοις καὶ Θαργηλίοις Ἡλίῳ καὶ Ὥραις θύουσιν Ἀθηναῖοι. Φέρουσι δὲ οἱ παῖδες τὰ προκατειλεγμένα ἀκρόδρυα, καὶ ταῦτα πρὸ τῶν θυρῶν κρεμῶσι. Κατά τι δὲ χρηστήριον πρὸς ἀποτροπὴν λοιμοῦ ταύτην ἐποίουν τὴν ἀνάρτησιν. Εἰρεσιώνη δὲ λέγεται, διὰ τὰ ἔρια.

Εἴρετο. ἠρώτα. ἔλεγεν.

Εἴρει. λέγει.

Εἰρηκώς. εἰπών.

Εἰρημένον. λελεγμένον. [4] Εἰρημένον αὐτοῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε [5] (Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, εἰρημένου ἔρχεσθαι) οὐ περὶ φαύλου πράγματος. ἀντὶ τοῦ, εὐτελοῦς.

Εἴρην. εἴρενος.

Εἰρηναῖος. [6] ὁ καὶ Πάκατος κληθεὶς τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ, μαθητὴς Ἡλιοδώρου τοῦ Μετρικοῦ, Γραμματικὸς, Ἀλεξανδρεύς. Περὶ τῆς Ἀθηναίων προπομπίας. [7] Περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων Διαλέκτου, ὅτι ἐστὶν ἐκ τῆς Ἀτθίδος, βιβλία ζ. Ἀττικῶν ὀνομάτων, βιβλία γ'. Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσῳδίᾳ, κατὰ στοιχεῖον, βιβλία γ'. Κανόνας Ἑλληνισμοῦ, βιβλίον α'. Περὶ Ἀττικισμοῦ, βιβλίον α'. καὶ ἄλλα πολλά.

Εἰρωνεύω. [8] αἰτιατικῇ.

Εἰρηναίως. Φιλικῶς. Ἦσαν γὰρ εἰρηναίως ἐσταλμένοι ἄνευ δορυφόρων ἄγοντες τὴν ἱερουργίαν.

Εἰρήνη. ὄνομα κύριον.

Ut antiquam eiresionem combureret.

Καύσεται hic positum est pro καύσει. Εἰρεσιώνη vero est oleæ, vel lauri ramus, lana circumplicatus, ex quo suspensus est panis, & cotyla, *i. e.* dimidius sextarius, & ficus, & omnis generis bona. Hunc ante ædes collocabant, & quotannis mutabant. Aliter.

Εἰρεσιώνη. Ramus oleæ lana velatus. Ex eo autem pendebant omnia fructuum genera, eaque ex antiquo Oraculo una cum eiresione ante fores ædium ponebantur. Quidam enim dicunt, cum universum terrarum orbem pestilentia vexaret, Deum jussisse Athenienses pro omnibus facere sacra Cereri, quæ Προηρόσια vocantur: eamque ob caussam, muneris loco frugum primitias undecunque Athenas mitti consuevisse. Aliter. Festo Pyanepsiorum & Thargeliorum Athenienses Soli & Horis sacra faciunt. Pueri vero antedictos arborum fructus ferunt, eosque pro foribus ædium suspendunt. Ex quodam autem Oraculo ad pestilentiæ propulsationem [Eiresionen] ad istum modum suspendebant. Dicitur vero Εἰρεσιώνη a lana, quam Græci ἔρια vocant.

Εἴρετο. Interrogabat. Dicebat.

Εἴρει. Dicit.

Εἰρηκώς. Loquutus. Qui dixit.

Εἰρημένον. Quod dictum est. *Cum dictum ipsis esset, ut huc venirent, non de re vili & exigui momenti [consultaturi].* Εἰρημένον hic Attice dictum est pro εἰρημένου.

Εἴρην. εἴρενος. Qui jam fari potest.

Εἰρηναῖος. Irenæus, qui & Pacatus Romanorum lingua vocatur, discipulus Heliodori Metrici, Grammaticus, Alexandrinus. Scripsit de Atheniensium more aliquos cum honore deducendi, vel, prosequendi. De Alexandrinorum Dialecto, eam ab Attica deductam esse, lib. VII. Atticorum vocabulorum lib. III. Atticæ consuetudinis in dictione & accentu, ordine alphabetico, lib. III. Regulas Græcismi, lib. I. De Atticismo, lib. I. & alia multa.

Εἰρωνεύω. Accusativo. [Cavillor.]

Εἰρηναίως. Pacate. Amice. *Habitu enim pacifico induti erant, absque satellitibus sacra celebrantes.*

Εἰρήνη. Irene. Nomen proprium.

1 Εἰρεσιώνη δὲ θ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Plut.* p. 102.

2 Προηρόσια[Vide infra v. Προηροσίαι.

3 Ὑπὲρ πάντων θ. θ. Ἀθην.] Vide supra v. Ἄβαρις.

4 Εἰρημένον αὐτ.] Apud Aristoph. initio *Lysistratæ*, unde hæc descripta sunt, locus integer sic legitur:

Εἰρημένον δ' αὐταῖς ἀπαντᾶν ἐνθάδε
Βουλευσομέναισιν οὐ περὶ φαύλου πράγματος.

5 Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ εἰρημ.] Nominativus aliquando absolute, uti genitivus, apud Græcos ponitur: cujus constructionis, in gratiam eorum, qui id antea non observaverant, pauca hic adducam exempla. Aristoph. *Acharnens.* p. 426.

Πόλιν δὲ τὸ μέγα κωμοπολακίδου ποιεῖ, &c.

ubi πόλιν ποιεῖ dictum est pro πόλις ποιούσης, ut Scholiasta ibi monet. Sophocles *Oedip. Tyran.* p. 153. Ὡς πόλ' αἷμα χειμάζον πόλιν. ubi Scholiasta, Ἀττικῶς, ἀντὶ τοῦ, αἵματος χειμάζοντος τὴν πόλιν. Agathias l. I. p. 27. C. Ὡς ῥᾷστον ὃν μεταβολὴν γίνεσθαι τῶν πραγμάτων. pro ὡς ῥᾳδίου ὄντος. Plura exempla apud eundem Agathiam, nec non Philostratum, Ælianum, aliosque Scriptores Atticos occurrunt.

6 Εἰρηναῖος] Socrates *Histor. Eccles.* l. III. c. 7. Irenæi hujus meminit, ejusque Lexicon, Ἀττικιστὴς inscriptum, his verbis laudat: Εἰρηναῖος δὲ ὁ Γραμματικὸς ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον Ἀττικιστῇ, καὶ βάρβαρον ἀποκαλεῖ τὴν λέξιν. i. e. *Irenæus vero Grammaticus in Lexico per ordinem literarum digesto, quod Atticistes inscribitur, hanc vocem* (i. e. ὑπόστασιν) *barbaram esse affirmat.* Suidas hoc loco inter opera Irenæi non quidem *Atticistæ* expresse meminit: attamen probabile est, non esse id diversum ab eo opere, quod ipse hic Ἀττικῆς συνηθείας τῆς ἐν λέξει καὶ προσῳδίᾳ κατὰ στοιχεῖον βιβλία γ' vocat. Laudat idem opus auctor Etymologici M. v. Κεμφός, ubi ait: Οὕτως Εἰρηναῖος ὁ Ἀττικιστὴς ἐν τῷ κ' στοιχείῳ. De Lexico enim ejus Attico hæc verba intelligenda esse dubium non est. Præterea, Irenæi hujus meminit Scholiasta Aristoph. ad *Vespas.* p. 495. item Scholiasta Apollonii Rhodii quatuor in locis, nimirum ad lib. I. v. 1299. (ex quo loco colligimus, eum commentarios quoque, vel Scholia, in Apollonium conscripsisse) ad lib. II. v. 127. 994. & 1017.

7 Περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου] Meminit hujus Operis auctor Etymologici M. v. Πυδαρίζειν.

8 Εἰρωνεύω] In MS. Paris. A. legitur Εἰρηνεύω, quæ vox huic loco, propter literarum seriem, magis convenit.

Εἰρηνήσειν. Συζυγίας πρώτης τῶν περισπωμένων. Ἐλπίδα τε γὰρ μεγάλην εἶχον εἰρηνήσειν. † Ὁ δὲ Καῖσαρ ἐξὸν αὐτῷ εἰρηνεῖν, πόλεμον εἵλετο.

Εἰρηνόδικος. ὄνομα κύριον.

Εἰρήσθω. λεγέσθω.

Εἴρια. μαλλία. Εἴριά τε ῥοδόεντα δέχου. τουτέστιν ἔρια.

Εἰρκτή. Φυλακή.

Εἱρμολόγιον. βιβλίον τι. καὶ Εἱρμός. Ὁ καθ' εἱρμόν.

Εἴρξας. ἀποκλείσας. δασέως δὲ τὸ Εἵρξας Ἀττικοί. τὸ μέντοι [1] παρ' Ὁμήρῳ, Εἰρχθέντ' ἐν μεγάλῳ πόντῳ, ψιλῶς. τὸ δὲ Ἕρξας, τὸ πράξας, δασέως ἀναγινώσκομεν. Ἡ μὲν ἄρ ὣς ἔρξασ' ἀπεβήσατο δῖα θεάων. τὸ δὲ ἐπὶ τῆς εἱρκτῆς, ψιλῶς Ἀττικοί.

Εἰροκόμῳ. ἐριουργῷ. ἐπιμελεῖ.

Εἰρόμενος. ἀντὶ τοῦ ἐρωτῶν.

Εἰροπόκοις. ἐρίων πόκους ἔχουσι. Πόκοι δὲ εἴρηνται παρὰ τὸ πέκειν, ὅ ἐστι ξαίνειν.

Εἰροπόνος. ὁ περὶ τὰ ἔρια πονῶν.

Εἴρω. συνάπτω. ὅθεν εἱρμός.

Εἴρων. [2] πάντα παίζων καὶ διαχλευάζων. καὶ Εἰρωνευόμενος διαλέγων. παρὰ τὸ εἴρω τὸ λέγω. ἀπατεών, καὶ ὑποκριτής.

Εἴρων. ὁ [3] δυνάμενος μέν τι ποιῆσαι, λέγων δὲ μὴ δύνασθαι. Ἀλαζὼν δέ, ὁ τούτῳ ἐναντίος, ὁ [4] ὑπερηφανευόμενος. [5] Οὐκ εἶδεν αὐτὸν παρεκβαίνοντα τὸ ἀληθὲς ἔργῳ ἢ λόγῳ, ἤτοι πρὸς τὸ εἰρωνικώτερον, ἢ ἀλαζονέστερον.

Εἰρωνευόμενοι. χλευάζοντες. Πάντα τὰ ἔθη ῥημάτων τε ποικιλίᾳ, καὶ τῷ δολερῷ τῆς διανοίας εἰρωνευόμενοι. Εἰρωνεύεται. καθυποκρίνεται. προσποιεῖται.

Εἰρωνεύσεται. καθυποκρινεῖται. λέγεται γὰρ ἐπὶ τοῦ διάπειραν λαμβάνοντος ὑπούλως, καὶ καθυποκρινομένου τὸ [6] μὴ γινώσκοντα περὶ ὅτου ποτὲ τὸν λόγον ποιῆσαι.

Εἰρωνεία. χλεύη. ἡ ὑπόκρισις. Διαιρεῖται αὕτη [7] εἰς ε. εἰς χλεύην. μυκτηρισμόν. σαρκασμόν. ἀστεϊσμόν.

Εἷρπεν. μετὰ σχολῆς ἐβάδιζεν.

Εἴρυντο. ἐφύλασσον.

Εἰρύοντο. εἷλκον.

Εἰρύσασθαι. Φυλάξαι.

Εἰρύσατο. εἱλκύσατο. ἔλαβεν. Ὃς [8] ἔχαιρεν ἐπὶ ταῖς Ἐπικούρου φλυαρίαις, καὶ ἐξ ἐκείνων κακὰ εἰρύσατο δύο, ἄθεός τε καὶ ἀκόλαστος εἶναι.

Εἰρηνήσειν. Primæ conjugationis contractorum. *Magnam enim ſpem habebant, cum pacate victurum.* † *Cæſar vero, cum ipſi liceret pacate vivere, bellum prætulit.*

Εἰρηνόδικος. Irenodicus. Nomen proprium.

Εἰρήσθω. Dictum ſit.

Εἴρια. Lanæ. *Lanaſque roſeas accipe:* ubi εἴρια dictum metri cauſa, pro ἔρια.

Εἰρκτή. Carcer. Cuſtodia.

Εἱρμολόγιον. Liber quidam. Et εἱρμός. Series. Ὁ καθ' εἱρμόν. Perpetua ſerie cohærens.

Εἴρξας. Intercludens. Qui excluſit. At Attici denſo ſpiritu ſcribunt Εἵρξας. Illud tamen apud Homerum, Εἰρχθέντ' ἐν μ. *Suffocatum in magno fluvio:* cum ſpiritu tenui ſcribitur. At Ἕρξας, qui fecit, denſo ſpiritu notatur: ut, *Illa igitur cum ſic feciſſet diſceſſit Diva Dearum.* In nomine vero εἱρκτή, priorem ſyllabam tenui ſpiritu notant Attici.

Εἰροκόμῳ. Lanifico. Lanam tractanti. Studioſo.

Εἰρόμενος. Quærens. Interrogans.

Εἰροπόκοις. Lanigeris. Πόκοι vero dictum eſt a πέκειν, i. e. Pectere.

Εἰροπόνος. Qui circa lanas occupatus eſt.

Εἴρω. Connecto. Unde Εἱρμός. Series. Nexus.

Εἴρων. Cavillator. Qui omnia deridet. Ab εἴρω, i. e. dico. Item homo fallax, & ſimulator.

Εἴρων. Qui poteſt quidem aliquid præſtare, ſed ſe poſſe negat. Huic opponitur Ἀλαζών, i. e. Glorioſus. *Nemo eum vidit, dicto factove veritatis limites excedentem, vel ad diſſimulationem vel oſtentationem unquam deflexiſſe.*

Εἰρωνευόμενοι. Deridentes. Omnes gentes & verborum calliditate, & mentis fallacia deludentes. Et Εἰρωνεύεται. Diſſimulat. Simulat.

Εἰρωνεύσεται. Simulabit. Hoc enim de eo dicitur, qui rei alicujus periculum doloſe facit, & qui ſimulat ſe neſcire, quanam de re verba ſit facturus.

Εἰρωνεία. Ironia. Deriſio, vel Simulatio. Hæc autem dividitur in quinque ſpecies: nimirum, irriſionem, ſannam, ſarcaſmum, & urbanitatem.

Εἷρπεν. Repebam. Lente incedebam.

Εἴρυντο. Cuſtodiebant. Tuebantur.

Εἰρύοντο. Trahebant.

Εἰρύσασθαι. Cuſtodire. Tueri.

Εἰρύσατο. Traxit. Attraxit. Accepit. Qui Epicuri nugis gaudens ex illis duo hauſit mala, impietatem & intemperantiam.

1 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. φ. v. 282.

2 Εἴρων] Vide quæ de ſignificatione hujus vocis notavit Caſaubonus ad *Characteres* Theophraſti, c. 2.

3 Ὁ δυνάμενος μὲν ποιῆσαί τι] Characteri huic τοῦ εἴρωνος aptiſſime conveniunt illa Horatii, Epiſt. ix. lib. 1.

Sed timui mea ne finxiſſe minora putarer,
Diſſimulator opis propriæ, mihi commodus uni.

4 Ὑπερηφανευόμενος] In 2 MSS. Pariſ. ſcriptum eſt, ὑπερήφανος.

5 Οὐκ εἶδεν αὐτὸν π.] Infra v. Ἥκιστα legitur, Ἥκιστα δ' ἄν τις αὐτὸν ἴδοι παρεκβαίνοντα &c.

6 Τὸ μὴ γινώσκοντα] Sic fortaſſe ſcribendum, τὸ μὴ γινώσκειν περὶ ὅτου ποτὲ τὸν λόγον ποιήσαι. P.

7 Εἰς ε] Legendum eſt, εἰς δ'. Non plures enim ſpecies Εἰρωνείας quam quatuor hoc loco recenſentur.

8 Ὃς ἔχαιρεν ἐπὶ τ.] Hoc fragmentum eſſe Æliani diſcimus ex v. Κακοδαίμονι, ubi eadem repetuntur, Æliani nomine præfixo.

Εἰρυσμένους. εἱλκυσμένους. Ἡ δὲ θεράπαινα ἑώρα τὰ ξίφη εἰρυσμένους, ὡς αὐτοὺς διαχρήσαιντο.

Εἰρχθέντες. [1] πνιγέντες.

Εἷς. ὁ ἀριθμός.

Εἰσαγγελεύς. ὁ τῶν δημοσίων καὶ μεγάλων μηνυτής.

Εἰσαγγελία. δηλατορεία. Εἰσαγγελία δὲ, καὶ γραφὴ διαφέρει. Εἰσαγγελία μὲν γὰρ, ἐπὶ τῶν μεγάλων καὶ δημοσίων ἀδικημάτων γίνεται· Γραφὴ δὲ, καὶ ἐπὶ μικρῶν. Κυρίως γραφὴ ἐπὶ τῶν τὰ παράνομα γραφόντων.

Εἰσαγγελία. κυρίως ἡ περὶ κοινῶν καὶ δημοσίων ἀδικημάτων εἰσαγομένη δίκη ὑπὸ τῶν Πρυτάνεων, περὶ ὧν διαῤῥήδην μὲν οὐδὲν λέγουσιν οἱ νόμοι, συγχωροῦσι δὲ κρίσεις γενέσθαι. καὶ τοῦτό ἐστιν, οἷον [2] τὸ ἐν ταῖς τῶν Σοφιστῶν διατριβαῖς μελετώμενον τὸ τῶν ἀγράφων ἀδικημάτων.

Εἰσαγγελία. [3] δημοσίου δίκης ἀγράφου ὄνομα. τρία δέ ἐστιν εἴδη εἰσαγγελιῶν. ἡ μὲν, ἐπὶ δημοσίοις ἀδικήμασι μεγίστοις καὶ ἀναβολὴν μὴ καταδεχομένοις, καὶ ἐφ' οἷς μήτε ἀρχὴ καθέστηκε, μήτε νόμοι κεῖνται τοῖς ἄρχουσι, καθ' οὓς [4] εἰσάγουσιν· ἀλλὰ πρὸς τὴν βουλὴν, ἢ τὸν δῆμον, ἡ πρώτη κατάστασις γίνεται· καὶ ἐφ' οἷς τῷ μὲν φεύγοντι, ἐὰν ἁλῷ, μέγισται ζημίαι ἐπίκεινται. ὁ δὲ διώκων, ἐὰν μὴ ἕλῃ, οὐδὲν ζημιοῦται, [5] πλὴν ἐὰν τὸ έ μέρος τῶν ψήφων μὴ μεταλάβῃ. τότε γὰρ χιλίας ἐκτίνει. Τὸ δὲ παλαιὸν καὶ οὗτοι μειζόνως ἐκολάζοντο. Ἑτέρα δὲ εἰσαγγελία λέγεται ἐπὶ ταῖς κακώσεσιν. [6] αὗται δὲ εἰσι πρὸς τὸν ἄρχοντα, καὶ τῷ διώκοντι ἀζήμιοι, κἂν μὴ μεταλάβῃ τὸ έ μέρος τῶν ψήφων. Ἄλλη δὲ εἰσαγγελία ἐπὶ κατὰ τῶν διαιτητῶν. εἰ γάρ τις ὑπὸ διαιτητοῦ ἀδικηθείη, ἐξῆν τοῦτον εἰσαγγέλλειν πρὸς τοὺς δικαστάς. καὶ ἁλοὺς, ἠτιμοῦτο. Ἰσαῖος μέν τοι περὶ τοῦ αὐτοῦ κλήρου τὸ αὐτὸ πρᾶγμα εἰσαγγελίαν καὶ γραφὴν ὀνομάζει. † [7] Τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννώνου σαφῶς ψήφισμα. βινεῖν με δεῖ διαλελειμμένον. Οὗτος γὰρ ψήφισμα ἐγέγραφε κατεχόμενον ἑκατέρωθεν ἀπολογεῖσθαι, τὸν καὶ εἰσαγγελίαν κρινόμενον. καὶ αὖθις. Τίμημα τῆς εἰσαγγελίας ἐχούσης χρηματικὸν έ μυριάδας ἀργυρίου.

Εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν. τὸ εἰς τὴν ἀγορὰν ἐκφέρειν τὰ ὑφαινόμενα. οὕτω Μένανδρος.

Εἰσάγω. αἰτιατικῇ.

Εἰσαγωγεύς. ὁ εἰσάγων πρός τινα ἄνθρωπον. Εὐνοῦχον μὲν τὸν εἰσαγωγέα, καὶ τοὺς τῆδε παρόντας πολλοὺς τὸν ἄνθρωπον λιπαρεῖν, ἐπίπροσθεν βαίνειν.

Εἰσακούω. γενικῇ.

Εἰρυσμένους. Extractos. Districtos. *Famula vero gladios ab illis districtos videbat, ut se interficerent.*

Εἰρχθέντες. Suffocati.

Εἷς. Unus. Est numerus.

Εἰσαγγελεύς. Publicorum & magnorum [criminum] index.

Εἰσαγγελία. Delatio. Εἰσαγγελία autem & Γραφὴ differunt. Nam Εἰσαγγελία quidem in magnis & publicis delictis fit: Γραφὴ vero, etiam in parvis locum habet. Proprie tamen Γραφὴ vocatur accusatio, quæ fit contra illos qui decreta legibus contraria scripserunt.

Εἰσαγγελία. Proprie judicium, quod de publicis delictis a Prytanibus instituitur; de quibus Leges nihil quidem diserte dicunt, attamen judicia fieri permittunt. Et hoc pertinet ad caput de delictis non scriptis, de quibus in Sophistarum scholis declamationes haberi solent.

Ἐισαγγελία. Publici Judicii non scripti nomen. Sunt autem tria Εἰσαγγελιῶν genera. Unum quidem de publicis delictis maximis, & nullam dilationem admittentibus, & propter quæ nullus Magistratus est constitutus, nec ullæ leges Magistratibus sunt latæ, ex quarum præscripto judicium de illis instituant; sed vel apud Senatum, vel apud Populum primo de illis judicium constituitur: & ob quæ reo, si convictus fuerit, gravissima pœna proposita est; actori vero, etiamsi causam non obtineat, nulla mulcta irrogatur, nisi cum quintam suffragiorum partem non tulerit: tunc enim mille drachmas pendit. Olim tamen & hi gravius puniebantur. Altera vero Εἰσαγγελία pertinet ad malas tractationes, quæ apud Archontem instituitur; nullaque actori pœna inde proposita est, etiamsi quintam suffragiorum partem non tulerit. Alia porro Εἰσαγγελία instituta est adversus arbitros: a quibus si quis læsus esset, ei licebat apud judices actionem hanc intendere; & convictus infamia notabatur. Isæus tamen de eadem hæreditate verba faciens, rem eandem Εἰσαγγελίαν & Γραφὴν vocavit. † *Hæc res est manifeste secundum Cannoni decretum. Coire me oportet medium prehensum.* Hic enim decretum scripserat, ut utrinq; prehensus se purgaret ille, qui Εἰσαγγελίας judicio tenebatur. Et rursus. Cum æstimatio pecuniaria Εἰσαγγελίας essent quinque myriades argenti.

Εἰς ἀγορὰν ὑφαίνειν. In forum efferre ea, quæ texuntur. Ita Menander.

Εἰσάγω. Accusativo. [Introduco.]

Εἰσαγωγεύς. Introductor. *Eunuchum quidem introductorem, & multos, qui præsentes illic erant, [aiunt] hominem orasse, ut præiret.*

Εἰσακούω. Genitivo. [Exaudio.]

1 Εἰρχθέντες. πν.] Vide supra v. Ἐρχθιεῖς, & quæ ibi a nobis notata sunt.

2 Τὸ ἐν ταῖς τῶν Σοφ.] Vide Turneb. Adversar. l. x. c. 6.

3 Εἰσαγγελία. δημ.] Vide Harpocrationem, h. v. & ibi Valesium.

4 Εἰσάγουσι] Apud Harpocrat. melius legitur εἰσάξουσι.

5 Πλὴν ἐὰν τὸ ε μέρος] Vide Sam. Petit. *de LL. Attic.* p. 419.

6 Αὗται δέ εἰσι πρὸς τ. ἄ.] Vide Petit. *de LL. Attic.* p. 445.

7 Τουτὶ τὸ πρᾶγμα] Aristoph. ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, pag. 509. v. 26. & 27.

Τουτὶ τὸ πρᾶγμα κατὰ τὸ Καννώνου σαφῶς
ψήφισμα, βινεῖν δεῖ με διαλελειμμένον.

Schol. Διαλ. τουτέστι μέσον εἰλημμένον. P.

Ἐισά-

Εἰσάμενος. [1] ὁμοιωθείς.

Εἶσαν. ὑπετάγησαν. ἢ συνῆκαν.

Εἷς ἀνήρ, οὐδεὶς ἀνήρ. παρ' ὅσον ὑφ' ἑνὸς οὐδὲν κατορθοῦται.

Εἰς ἀρχαίας φάτνας. ἐπὶ τῶν ἀπολαύσεώς τινος ἐκπεσόντων, πάλιν δὲ εἰς αὐτὴν ἐπανελθόντων.

Εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθενῶν ἐλήλυθα. ἐπὶ τῶν ὅμοια καὶ παραπλήσια πασχόντων.

Εἰσάττειν. εἰσελθεῖν. [2] Ἀριστοφάνης.

Μηδὲ [3] ἐς ὀρχηστρίδος εἰσάττειν, ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνὼς
Μήλῳ βληθῇς.---

Εἵσατο. ἀνέθηκε. [4] Τοῦτό τοι Ἄρτεμι δῖα Κλεώνυμος εἵσατ' ἄγαλμα.

Εἵσατο. κατέθετο. ἐν Ἐπιγράμμασι·

——ὃς τάδε καλὰ
Εἵσατ' ὑπαὶ πιτύων ὕμμι θεαὶ ξόανα.

Καὶ [5] ἀντὶ τοῦ περιέθηκε. περιέβαλεν.

Εἵσατο. ἐφάνη. καὶ ὡμοιώθη. Ὅμηρος.

Εἰσβαλεῖτε. [6] εἰσβαλεῖν ἐστι τὸ, τινὰς ἐν ἀγρῷ εἰσελθόντας ἐκκόψαι πάντα τὰ ἐν αὐτῷ. Ἀριστοφάνης· Οὐκ εἰσβαλεῖτε. [7] Κυρίως δὲ Εἰσβαλεῖν ἐστι, τὸ πολεμίους τινὰς εἰσελθεῖν εἰς τὴν πόλιν.

Εἰσβολάς. [8] εἰσβολὰς λέγουσι τοὺς τόπους, δι' ὧν εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν πολεμίαν.

Εἰσβολὰς [9] ἀλφίτων· τὰ σιτοφυλάκια. τὰς ἀποθήκας.

Εἰσβολάς. τὰς ἐπὶ τὴν τῶν πολεμίων χώραν ἐφόδους ἐκάλουν εἰσβολάς.

Εἰσβολή. ἐπὶ τοῦ νοὸς τρία θεωρεῖται. εἰσβολή. παραδοχή. συγκατάθεσις. τοῦτο καὶ παρὰ τῷ Δαβὶδ εἴρηται, ἐνώτισις, σύνεσις, προσοχή. Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, καὶ τὰ ἑξῆς. καὶ ἐνώτισις μέν ἐστι, σύλληψις τῶν ῥημάτων· σύνεσις δὲ, ἐπίληψις τῶν ῥημάτων· προσοχὴ δὲ, τελείωσις τῆς ἐφέσεως.

Εἰς δέον. Πατρόθεν αὐτὸν καλέσας ὁ ἥρως, εἰς δέον σε εὗρον φησί. βούλομαι γὰρ καλέσαι σ' ἐς πανθοινίαν. ἀντὶ τοῦ εὐκαίρως σε εὗρον. καὶ παροιμία· [10] Εἰς δέον. ὅταν τις θέλῃ μὴ φανερῶς εἰπεῖν, ὅπου τι πολλάκις ἀνάλωσε, λέγει εἰς δέον.

Εἰσδέχομαι. αἰτιατικῇ.

Εἰσεκώμασεν. εἰσῆλθεν.

Εἰσελάσαι. [11] περιεσπωμένως, ἀπὸ τοῦ ἐλάω, ἐλῶ.

Εἷσε [12] λόχον. ἐκάθισε. καὶ εἷσεν ἐπὶ θρόνον.

Εἰσάμενος. Assimilatus.

Εἶσαν. Subjecti sunt. Vel, Intellexerunt.

Εἷς ἀνήρ. Unus vir, Nullus vir. Quia ab uno nihil præclari præstari potest.

Εἰς ἀρχαίας φάτνας. Ad antiqua præsepia. De iis dicitur, qui bonum aliquod, quo exciderant, recipiunt.

Εἰς ἀσθενοῦντας ἀσθ. Ad ægrotos ægrotus veni. De iis, qui similia & eadem pene patiuntur.

Εἰσάττειν. Ingredi. Aristoph.

Neve in saltatricis domum ingrediaris,
ne his inhians
Malo petaris.

Εἵσατο. Dedicavit. *Hoc tibi Diana dia Cleonymus dedicavit simulacrum.*

Εἵσατο. Posuit. In Epigrammate:

——*Qui hæc pulchra*
Posuit sub pinis vobis, Deæ, simulacra.

Accipitur etiam Εἵσατο pro, induit, circumjecit.

Εἵσατο. Apparuit. Item, Assimilatus est. Homerus.

Εἰσβαλεῖτε. Irrumpetis. Εἰσβαλεῖν dicitur, quum aliqui in agrum ingressi excindunt omnia, quæ sunt in ipso. Aristoph. *Non irrumpetis.* Εἰσβαλεῖν autem proprie dicitur, quum hostes aliqui in urbem irrumpunt.

Εἰσβολάς. Sic appellant loca, per quæ in agrum hostilem irrumpimus.

Εἰσβολὰς ἀλφίτων. Granaria & horrea.

Εἰσβολάς. Irruptiones in hostium agrum sic vocabant.

Εἰσβολή. In mente tria spectantur: ingressus, sive aditus, susceptio, & assensio. Apud Davidem hæc tria vocantur, ἐνώτισις (auscultatio) σύνεσις (perceptio) & προσοχή (attentio.) *Verba mea audi [Domine]* &c. Et quidem ἐνώτισις, est verborum animadversio; σύνεσις vero, eorundem susceptio; προσοχή denique, desiderii perfectio.

Εἰς δέον. [Ut oportet. Ut convenit.] *Cum autem Heros ipsum patris nomine vocasset, opportune (inquit) te inveni. Volo enim te invitare ad epulum publicum.* Et proverbium: Εἰς δέον quod dicitur, cum quis aperte & palam profiteri non vult, quas in res pecuniam impenderit.

Εἰσδέχομαι. Accusativo. Recipio. Admitto.

Εἰσεκώμασεν. Ingressus est.

Εἰσελάσαι. Ingredi. A circumflexo ἐλάω, ἐλῶ.

Εἷσε λόχον. Insidias collocavit. Et εἷσεν ἐπὶ θρόνον. In solio collocavit.

1 Εἰσάμενος] Hanc lectionem ex 2 MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. corrupte legitur Εἰσαγόμενος.
2 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, p. 109 v. 15, 16. ubi vide Scholia. P.
3 Μηδὲ εἰς ὀρχηστρ.] Eadem leguntur supra v. Ἀχέτα. Vide etiam v. Ἀποτραπώμεν.
4 Τοῦτό τοι Ἄρτεμι δ.] Est pars Epigrammatis inediti, quod integrum exhibuimus supra ad v. Εἰσεφρέω.
5 Καὶ ἀντὶ τοῦ π.] Sed eo sensu rectius scribitur ἕσσατο.
6 Εἰσβαλεῖτε] Sic in MSS. In prioribus autem Edit. minus recte legitur Εἰσβαλεῖται, diphthongo αι pro ε posita, quo errore nihil frequentius.
7 Κυρίως δὲ εἰσβαλ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Pacem*, p. 462. P.
8 Εἰσβολάς. εἰσβ.] Ex Schol. Arist. ad *Equit.* p. 238. P.
9 Εἰσβολὰς ἀλφίτων] Aristoph. in *Equitibus*, p. 238. v. 13.
Τὰς εἰσβολὰς τῶν ἀλφίτων ἂν τηλιλάβοιμ' ὑμῶν.
Consule Schol. unde Suidas. P.
10 Εἰς δέον] Vide infra v. Εἰς τὸ δέον.
11 Περισπωμένως, ἀπὸ τ.] Præstat legere, ἀπὸ τοῦ περισπωμένου, &c.
12 Εἷσε λόχον] Ex Homero Il. Z. v. 189.

Εἰς

Εἰς [1] ἐμφανῶν κατάστασιν. δίκης ἐστὶν ὄνομα, ὑπὲρ τοῦ τὰ ἀμφισβητούμενα ἐν φανερῷ ποιῆσαι.

Εἶσεν. ἔκτισεν.

Ἐς ἓν ἰόντα. ὁμοῦ πορευόμενον.

Εἰς ἓν ἦλθον. ἀντὶ τοῦ, ὡμονόησαν.

Εἰς ἕω. ἀντὶ τοῦ, εἰς ἀρχομένην ἡμέραν.

Εἰσεπόδιζον. [2] ἀντὶ τοῦ, [3] εἰσέβαινον εἰς τοὺς πόδας τοῦ χωρίου.

Εἰσεποιήθη. εἰσεκρίθη. Ἐπαύσιμος ἦν ἡμέρα, ἐν ᾗ Τραϊανὸς ἐπὶ τῇ διαδοχῇ τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ πατρὸς Νερούα εἰσεποιήθη.

Εἰσεποιεῖτο. ἀντὶ τοῦ, ὑπέβαλε. Ὁ δὲ Πῶρος ἐφρυάττετο καὶ μεγάλας ἐλπίδας εἰσεποιεῖτο τῶν ἑπομένων.

Εἰσέφρησα. [4] εἰσέδυσα ἑαυτόν. καὶ Εἰσέφρησας. εἰσήγαγες. καὶ Εἰσφρήσας, εἰσελθών. καὶ Ἐκφρησθέντα, ἀντὶ τοῦ, ἐκδιωχθέντα. Οἱ [5] δὲ χαρᾶς ὑπεπλήσθησαν τοῦ μὴ ἐκφρησθῆναι ἐκφαυλισθέντα καὶ ἀπιμασθέντα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ αὐτόν.

Εἰσέφρουν. εἰσεδέχοντο. Οἱ δὲ τὰς πύλας ἀνοίξαντες εἰσέφρουν τὸ στράτευμα.

Εἰσεχέοντο. εἰσήρχοντο.

Εἴσειμι. εἰσέρχομαι.

Εἴσῃ. γνώσῃ. Εὐριπίδης· Εἰ σώσαιμί σ᾽ ἐξ Ἀνδρομέδας, ὦ παρθένε, εἴσῃ μοι χάριν;

Εἴσῃ. μαθήσῃ. καὶ Εἰσόμενον, μαθησόμενον. Ἐντολὰς δοὺς κατασκέψασθαι τί πράττουσιν οἱ πολέμιοι, καὶ τί διανοοῦνται εἰσόμενον.

Εἰσήγγειλεν. ἐσυκοφάντησεν. Ὁ [6] Δωὴκ τὸν Ἀχιμέλεχ εἰσήγγειλε παρὰ τῷ Σαούλ, καὶ εἰς μιαιφονίαν τῶν ἱερέων ἐξέμηνεν. ἔστι δὲ διώνυμος. λέγεται γὰρ καὶ Ἀβιμέλεχ.

Εἰσηγορία, καὶ ἐπηγορία, καὶ κατηγορία. ἀντὶ τοῦ μέμψις καὶ λοιδορία.

Εἰσηγήσαιντο. [7] Ἡρόδοτός φησι περὶ Περσῶν, τοῦτον βουλεύεσθαι τὸν τρόπον. εἰ μὲν οὖν εἰσηγήσαιντό τι νήφοντες, βουλεύεσθαι περὶ τούτου ἐν μέθῃ· εἰ δὲ εἰσηγήσαιντο ἐν μέθῃ, τοῦτο κυροῦν νήφοντας.

Εἰσηγούμενος. δοτικῇ. διδάσκων.

Εἰσῄεις. εἰσήρχου.

Εἰσήλατο. εἰσεπήδησεν.

Εἰσήγετο. εἰσήγετο. εἰσεφέρετο. [8] Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Χ᾽ ἡ τράπεζ᾽ εἰσήγετο.

Εἰσήρρησεν. εἰσεφθάρη. [9] Ἀριστοφάνης· Ἀφ᾽ οὗ γὰρ εἰσήρρησεν εἰς τὴν οἰκίαν. ἀντὶ τοῦ εἰσῆλθεν, εἰσεπήδησεν. ὡς βίᾳ καὶ ἀναιδῶς αὐτοῦ τῇ πολιτείᾳ προσελθόν-

Εἰς ἐμφανῶν κατάστασιν. Est actionis nomen, quæ intenditur, ut res controversæ exhibeantur.

Εἶσεν. Condidit.

Ἐς ἓν ἰόντα. Simul euntem.

Εἰς ἓν ἦλθον. Pro, Concordes facti sunt.

Εἰς ἕω. Ad principium usque diei.

Εἰσεπόδιζον. Pro, Pedes in locum inferebant.

Εἰσεποιήθη. Adoptatus est. Vel, Allectus est. Anniversarius erat dies, quo Trajanus ad imperii Romani successionem a patre Nerva fuerat adoptatus.

Εἰσεποιεῖτο. Subjiciebat. *Porus vero superbiens magnas spes concipiebat*: vel, *magna spe suorum animos implebat.*

Εἰσέφρησα. Intuli meipsum. Ingressus sum. Et Εἰσέφρησας, Intulisti. Et Εἰσφρήσας, Ingressus. Et Ἐκφρησθέντα, Expulsum. *Illi vero gaudio repleti sunt, quod cum contemptu & ignominia non fuisset a Deo expulsus.*

Εἰσέφρουν. Intromiserunt. *Illi vero portis apertis exercitum in urbem receperunt.*

Εἰσεχέοντο. Intrabant.

Εἴσειμι. Ingredior. Intro.

Εἴσῃ. Scies. Euripides: *Si eripuero te ex Andromedæ manibus, O virgo, habebis ne mihi gratiam?*

Εἴσῃ. Cognosces. Disces. Et Εἰσόμενον, Cogniturum. *Datis mandatis, ut exploraret quidnam facerent hostes, utque cognosceret, quæ consilia agitarent.*

Εἰσήγγειλεν. Detulit. Accusavit. *Doegus Achimelechum ad Saulem detulit, & ad nefariam sacerdotum cædem concitavit.* Est autem binominis. Nam & Abimelechus vocatur.

Εἰσηγορία, & ἐπηγορία, & κατηγορία. Accusatio. Convicium.

Εἰσηγήσαιντο. Herodotus de Persis dicit, ipsos hoc modo deliberare. Si quid sobrii ad deliberandum proposuerint, de eo consultare ebrios: si quid vero ebrii proposuerint, hoc ratum facere sobrios.

Εἰσηγούμενος. Dativo. Docens. [Suadens.]

Εἰσῄεις. Intrabas.

Εἰσήλατο. Insiliit. Saltu se aliquo immisit.

Εἰσήγετο. Introducebatur. Inferebatur. Aristoph. in *Ranis*: *Et mensa inferebatur.*

Εἰσήρρησεν. Aristophanes: *Ex quo enim violenter ingressus est in ædes.* Quod ideo Poeta dicit, quia [Cleon] per vim & impudenter ad

1 Εἰς ἐμφανῶν κατάστ.] Vide Harpocrat. h. v. & ibi Interpretes.

2 Εἰσεπόδιζον] Vide Harpocrat. h. v. & ibi Valesium.

3 Εἰσέβαινον εἰς τοὺς πόδας τοῦ χωρίου] Si codex sanus, hæc ita sunt vertenda, Ingrediebantur in pedes illius loci. Sed quid hoc? Fortasse commodius, si legas, εἰσεπέδιζον, ἀντὶ τοῦ εἰσέβαινον, ἤγουν εἰσέφερον τοὺς πόδας εἰς τὸ χωρίον. Βαίνειν enim pro βαδίζειν; & εἰσβαίνειν pro εἰσβαδίζειν, sæpe reperitur apud Poetas. *P.*

4 Εἰσέδυσα ἑαυτόν] Ἑαυτὸν hic positum est pro ἐμαυτόν, quod cave mendum esse putes. Reciproca enim οὗ, ἑός, & ἑαυτός, non solum de tertia, sed etiam prima & secunda persona interdum dicuntur. Exempla vide apud Apollon. Rhod. l. II. v. 226. 332. 636. 637. & alibi.

5 Οἱ δὲ χαρᾶς ἐπ.] Eadem legas supra v. Ἐκφρησθέντα.

6 Ὁ Δωὴκ τὸν Ἀχ.] Vide I. Reg. 22. Et Josephum *Antiq. Judaic.* l. vi. c. xiv. p. 196.

7 Ἡρόδοτος] Lib. I. p. 36. Vide etiam Athen. lib. IV. p. 144. qui ipsum hunc Herodoti locum ibi adducit.

8 Ἀριστοφ. Βατρ.] Pag. 151. v. 1. *P.*

9 Ἀριστοφάνης] *Equit.* p. 191. v. 4. *P.*

τος. καὶ αὖθις· Ὁ δὲ προτερήσας εἰσήῤῥησεν αὐτόθι. γράφεται δὲ καὶ εἰσέφρησε, δηλοῦσα τῆς λέξεως ἐπιπηδῆσαι. Σημαίνει δὲ καὶ τὸ μετὰ φθορᾶς εἰσελθεῖν. καὶ [1]Σιμοκάττης· Λόγος εἰσέῤῥησε τοῖς τὴν γείτονα πόλιν οἰκοῦσιν, ὡς ἥλω ἡ πόλις. καὶ Εἰσεφθαρμένου, ἀντὶ τοῦ εἰσπηδήσαντος ἐπὶ λύμῃ καὶ καταφθορᾷ. Εἰσεφθαρμένου δὲ αὐτοῖς οὐκ ὀλίγου συντάγματος, ᾧ τινες καὶ τῶν πολιτικῶν συνενόσουν.

Εἴσεισιν. εἰσέρχεται.

Εἶσι. πορεύεται.

Εἴσιθι. εἴσελθε. Εἴσιμεν μόνοι.

Εἰσίθμη. [2]ῥύμη.

Εἰσίν. ὑπάρχουσιν.

Εἰσιτήρια. [3]ἡμέρα ἑορτῆς, ἐν ᾗ οἱ ἐν τῇ ἀρχῇ πάντες [4]προΐασιν, οὕτως ἐκαλεῖτο. ταύτην δὲ τὴν ἡμέραν πρώτην τοῦ ἔτους Ἀθηναῖοι νενομίκασι. [5]Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῆς Παραπρεσβείας· Ἡ βουλὴ τὰ εἰσιτήρια ἔθυσεν. συνειστιάθησαν δὲ καὶ τῶν σπονδῶν ἐκοινώνησαν οἱ στρατηγοί, καὶ σχεδὸν εἰπεῖν αἱ ἀρχαὶ πᾶσαι.

Εἰσιτήριος. ὁ εἰσόδιος λόγος.

Εἰσιτηλός. ὁ πορευτός.

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. ἐπὶ τῶν οὐ λανθανόντων ἐφ' οἷς ἔπραξαν.

Εἰσθορόντα. εἰσπηδήσαντα. Ὅταν ἴδωσιν αὐτὸν εἰσθορόντα τοῖς πολεμίοις φονῶντα, καὶ πεφονευμένον θεάσωνται.

Εἰς καλόν. εὐκαίρως.

Εἰς καιρόν. εὐκαίρως.

Εἰσκεκριμένον. ἐπείσακτον. καὶ Εἰσκριθείς. εἰσελθών.

Εἰσκεκύκληκεν. εἰσενήνοχεν. εἰσήγαγεν. [6]Ἀριστοφάνης·

Νὴ τὸν Διόνυσον, ἄπορά γ' ἡμῖν πράγματα
Δαίμων τις εἰσκεκύκληκεν εἰς τὴν οἰκίαν.
Ὁ γὰρ γέρων, ὡς ἔπιε διὰ πολλοῦ χρόνου,
Ἤκουσέ τ' αὐλοῦ, [7]περιχαρὴς ὢν τῷ πράγματι,
Ὀρχούμενος τῆς νυκτὸς οὐδὲν παύεται.

Εἰσκηρύττεται. καλεῖται ὑπὸ τοῦ κήρυκος.

Εἰς κόλπον πτύειν. τοῦτο ἐν ἴσῳ τῷ, οὐ μεγαλοῤῥημονῶ εὐλαβούμενος.

Εἰς κόπρον θυμιᾷς. ἐπὶ τῶν ἀνωφελῶν καὶ μὴ ὄντων λέγεται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν.

Εἰς κόρακας. εἰς τὸ σκότος. εἰς ὄλεθρον.

Ἐΐσκω. εἰκάζω.

Reip. administrationem accessérat. Et rursus: *Ille vero cæteros prævertens illuc intravit.* Scribitur etiam Εἰσέφρησε, quæ vox significat, saltu se aliquo immittere. Significat autem etiam, cum sua vel aliorum pernicie aliquo ingredi. Et Simocattus: *Rumor delatus est ad vicinæ urbis incolas, urbem esse captam.* Et Εἰσεφθαρμένου, pro eo, qui in aliquem locum in aliorum damnum & perniciem irrupit. *Cum autem in ipsos irrupisset non parvum agmen, cujus morbo etiam nonnulli civium una laborare cœperunt.*

Εἴσεισιν. Ingreditur. Intrat.

Εἶσι. It. Vadit.

Εἴσιθι. Ingredere. Εἴσιμεν μόνοι. Ingredimur soli.

Εἰσίθμη. Vicus.

Εἰσίν. Sunt. Existunt.

Εἰσιτήρια. Festus dies, quo Magistratus omnes in publicum prodibant. Hunc autem diem Athenienses primum anni ducebant. Demosthenes *de Falsa Legatione: Senatus anno novo sacra pro Populo fecit, epuloque una interfuit; & sacrarum libationum participes fuerunt belli Duces, & pene Magistratus omnes.*

Εἰσιτήριος. Oratio, quæ in ingressu, vel ob ingressum alicujus habetur.

Εἰσιτηλός. Locus, qui intrari potest.

Εἰς θεῶν ὦτα ἦλθεν. Ad Deorum aures pervenit. De iis, quorum facta non latent.

Εἰσθορόντα. Qui insultavit, vel, impetum fecit. Cum viderint ipsum cædis faciendæ cupidum in hostes irrumpentem, cæsumque conspexerint.

Εἰς καλόν. Opportune.

Εἰς καιρόν. In tempore. Opportune.

Εἰσκεκριμένον. Adscitum. Et Εἰσκριθείς, Ingressus.

Εἰσκεκύκληκεν. Intulit. Introduxit. Aristophanes:

Per Bacchum molestissimas profecto res
Deus quidam intulit in domum nostram.
Hic senex, postquam bibit per multũ tempus,
Audivitq; tibiam, vehemẽter gaudẽs hac re,
Saltare tota nocte non desinit.

Εἰσκηρύττεται. A præcone vocatur.

Εἰς κόλπον πτύειν. In sinum spuere. Hoc idem valet ac, magnifice loqui vereor.

Εἰς κόπρον θυμιᾷς. In fimum suffis. De rebus inutilibus, & quæ fieri non solent, dicitur ab Atticis.

Εἰς κόρακας. Ad corvos. Ad malam rem.

Ἐΐσκω. Assimilo.

1 Σιμοκάττης] Hanc lectionem ex MSS. revocavi. Priores enim Edit. mendose exhibent Δημοκλείδης. Cæterum ubi locus hic apud Simocattum exstet, jam non succurrit, nec quærere nunc vacat.

2 Εἰσίθμη] Vide Hesych. v. Αἰπὰ δ' εἰσίθμη; & Homer. Od. Z. v. 264.

3 Εἰσιτήρια] Vide Valesium ad Excerpta Peiresc. p. 90. & 91. qui εἰσιτήρια interpretatur sacra, quæ anno novo pro Senatu & populo Atheniensi fiebant. Ulpianus vero ad Orat. Demosth. contra Midiam, εἰσιτήρια fuisse dicit sacra, quæ fiebant, Senatu in curiam ingressuro, ut consultatio de rebus publicis feliciter & ex animi sententia succederet. Verba ejus hæc sunt: Εἰσιτήρια δὲ ἐγίνετο, μελλούσης εἰσιέναι τῆς βουλῆς εἰς τὸ βουλευτήριον, ὥστε κατὰ γνώμην ἀπαντῆσαι τὰ πράγματα τῶν σκέψεων. ὃ δὴ ἐκάλουν εἰσιτήρια.

4 Προΐασιν] Sic in 2 MSS. scriptum inveni. In prioribus vero Edit. legitur προσιᾶσιν.

5 Δημοσθένης ἐν τ.] Apud Demosthenem, pag. 225. locus iste sic legitur: Καὶ ἡ βουλὴ αὐτὰ ταῦτα εἰσιτήρια ἔθυσε· συνειστιάθησαν· σπονδῶν ἱερῶν ἐκοινώνησαν οἱ στρατηγοί, &c.

6 Ἀριστοφάνης] *Vesp.* p. 364. P.

7 Περιχαρὴς ὢν] Delenda est vox ὢν, tum propter metrum, tum quia apud Aristoph. non exstat.

Εἰσκει-

Εἰσκριθείς. ἀντὶ τοῦ εἰσελθών. ἐναρίθμιος γενόμενος. Ὁ δὲ εἰς τὸ ἄντρον εἰσκριθεὶς ἐπίπονον βίον συνεστήσατο καὶ θηριώδη.

Εἰσκριθείς. Ingressus. Qui in aliquem numerum est receptus. *Ille vero in antrum ingressus laboriosam & ferinam vitam instituit.*

Εἰσκρίνειν. εἰσχωρίζειν.

Εἰσκρίνειν. In aliquem numerum adsciscere.

Εἰσκυκλεῖ. εἰσφέρει. καὶ ἐπισυνάπτει. καὶ Ἐπεισκυκλεῖ. καὶ Εἰσκυκλεῖσθαι. κυκλοειδῶς περιδεῖσθαι.

Εἰσκυκλεῖ. Infert. Conjungit. Et Ἐπεισκυκλεῖ, idem. Et Εἰσκυκλεῖσθαι, in orbem teri.

Εἰς [1] Κυνόσαργες. εἴρηται ἐπὶ ὕβρει καὶ ἀρᾷ. ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἐν ᾧ τοὺς νόθους τῶν παίδων ἔταττον. ὠνόμασται δὲ οὕτως ἀπὸ κυνὸς ἀργοῦ, τουτέστι λευκοῦ, ἢ ταχέος. καὶ γὰρ Ἡρακλεῖ θυόντων κύνα λευκὸν, ἢ ταχὺν, ἀετὸν ἁρπάσαντα τοῦ θυομένου τὰ μηρία αὐτοῦ καταθεῖναι. καὶ ἐπερωτήσαντας τοὺς θεοὺς, λαβεῖν χρησμὸν, ἱερὸν Ἡρακλέους ἱδρύσαι ἐν τῷ τόπῳ. ἐξ οὗ καὶ τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖν, ὅτι καὶ Ἡρακλῆς νόθος ὢν, ἴσα θεοῖς ἐτιμήθη.

Εἰς Κυνόσαργες. Ad Cynosarges. Contumeliam & execrationem significat. Est autem in Attica locus, in quo pueros nothos collocabant; sic appellatus a cane albo, vel veloci. Cum enim [Athenienses] Herculi canem album, vel velocem immolarent, aiunt aquilam rapuisse femora canis illius, qui tunc immolabatur, & ibi deposuisse. Cum autem Deos consuluissent, oraculum ipsis redditum esse, Herculi fanum conderent in hoc ipso loco, qui ideo nothis attributus est, quod Hercules, quamvis esset nothus, divinos honores consecutus fuerit.

Εἰς [2] λατομίας. Φιλόξενος ὁ Διθυραμβοποιὸς οὐκ ἀνεχόμενος τῶν Διονυσίου τοῦ τυράννου ποιημάτων ὡς φαύλων, ἐνεβέβλητο ὑπ' αὐτοῦ [2] εἰς τὰς λατομίας. ὕστερον δὲ ταῖς τῶν φίλων δεήσεσιν ἀπολυθεὶς, καὶ αὖθις ἀκροώμενος ἐξανέστη. τοῦ δὲ Διονυσίου ἐπερωτῶντος τὴν αἰτίαν, λέγεται τοῦτο εἰπεῖν, ὡς κρεῖττον εἶναι ἐκεῖ διατρίβειν, ἢ τῶν αὐτοῦ ποιημάτων ἀνέχεσθαι, τοῦτο ἐπειπών· [3] οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος· ἅπερ ἐπὶ τῆς χελώνης.

Εἰς λατομίας. In lapicidinas. Philoxenus, Poeta Dithyrambicus, cum Dionysii tyranni poemata, utpote mala, ferre non posset, ab ipso in lapicidinas est conjectus. Postea vero amicorum precibus liberatus, & rursus eadem audiens, surrexit. Cum autem Dionysius causam quæreret, fertur respondisse, satius esse illic degere, quam ipsius poemata patienter audire, hoc addito: Domus amica, domus optima; quod pertinet ad testudinem.

Εἰς λῆξιν. εἰς τελειότητα.

Εἰς λῆξιν. Ad perfectionem.

Εἰς [4] μελίττας γ' ἐκώμασας. παροιμία, ἐπὶ τῶν παρὰ δόξαν κακουμένων ἀθρόως.

Εἰς μελίττας. Ad apes accessisti. Proverbium in eos, qui præter expectationem multis malis subito afficiuntur.

Εἰς νέωτα. εἰς τοὐπιόν. Καὶ ὁ μὲν ὧδε τὰ καθ' ἑαυτὸν διετίθει, ὡς πολεμήσων εἰς νέωτα. καὶ αὖθις· Ἀνάζευξίς τε παρηγγέλλετο, ὡς ἐς νέωτα παρεσομένων αὖθις ἐν τοῖς ὅπλοις.

Εἰς νέωτα. In sequentem, vel proximum annum. *Ac ille quidem res suas ita disposuit, ut anno proximo bellum gesturus.* Et rursus: *Et denunciatum illis est ut vasa colligerent, utpote cum armis in sequentem annum eo reversuris.*

Εἴσοδος. εἰσφορά.

Εἴσοδος. Reditus. Tributum.

Εἴσομαι. γνώσομαι.

Τοιγὰρ [5] τὸ λοιπὸν εἰσόμεσθα μὲν θεοῖς
Εἴκειν, μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν.
Ἄρχοντές εἰσιν, ὥσθ' ὑπεικτέον· τί μή;
Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
Τιμαῖς ὑπείκει. τοῦτο μὲν, νιφοστιβεῖς
Χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει.
Ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
Τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν.

Εἴσομαι. Sciam. Cognoscam.

Quare in posterum sciemus quidem Diis
Cedere, discemus vero Atridas colere.
Principes sunt; quare cedendum: quid ni?
Etenim & grandia, & robusta
Honoribus cedunt. Sic nivales
Hyemes locum dant fructiferæ æstati:
Cedit vero noctis obscuræ orbis
Candidis equis vectæ diei, lucē ut accendat.

Εἰς [6] ὀρθὸν ἀποδοῦναι. τὸ ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς θέσιν ἀποκαταστῆσαι ἄνδρα ἕκαστον. ὥστε εἰ ἐπὶ [7] δόρυ κλίνειν ἐκ τῶν πολεμίων κελεύοιντο, εἶτα αὖθις εἰς ὀρθὸν ἀποδοῦναι, δέοι ἐπὶ τοὺς πολεμίους πάλιν τρέπεσθαι. καλεῖται δὲ τοῦτο καὶ ἐπ' ὀρθὸν καταστῆσαι.

Εἰς ὀρθὸν ἀποδοῦναι. Unumquemque in pristinum ordinem restituere: ita ut, si ab ea parte, qua hostes sunt, ad hastam declinare [milites] jubeantur, & deinde recta tendere, oporteat ad hostes rursus converti. Idem etiam vocatur ἐπ' ὀρθὸν καταστῆσαι.

1 Εἰς Κυνόσαργες] Vide supra v. Ἐς Κυνόσαργες. & infra v. Κυνόσαργες.
2 Εἰς τὰς λατομίας] Vide supra v. Ἄπαγέ με εἰς τ. & infra v. Φιλοξένου γραμμάτιον.
3 Οἶκος φίλος, οἶκ. ἄρ.] Eadem verba Gephyræis olim Oraculi loco reddita fuisse leguntur. Vid. Eustath. ad Il. Γ. p. 408.
4 Εἰς μελίττας] Eustath. ad Il. Μ. p. 897. 57. Εἰς μελίττας ἐκώμασας ἐπὶ τῶν παραδόξως κακουμένων, ὥς φησι Παυσανίας.
5 Τοιγὰρ τὸ λ.] Ex Sophocl. *Ajac. Flagellif.* p. 40. P.
6 Εἰς ὀρθὸν ἀποδοῦναι] Ut hic locus intelligatur, legendus est Ælianus περὶ στρατηγικῶν τάξεων, cap. 32. & 33.
7 Ἐπὶ δόρυ κλίνειν] Portus inepte hæc verterat, *hastæ inniti.* In Tacticis enim ἐπὶ δόρυ κλίνειν significat dextram versus declinare; uti ἐπ' ἀσπίδα, sinistram versus. Vide Ælianum loco laudato.

Εἰσορόων. βλέπων. καὶ Εἰσορόωντες.

Εἰσορόων. Intuens. Aspiciens. Et Εἰσορόωντες.

Εἰς ὅ κε δή. [1] ἕως ἄν.

Εἰς ὅ τι δή. Donec.

Εἰς οὐρανὸν τοξεύειν. ἐπὶ τῶν διακενῆς κατ' αὐθάδειαν τι ποιούντων.

Εἰς οὐρανὸν τ. In cœlum jaculari. De iis, qui arroganter & frustra aliquid conantur.

Εἴσω. [2] Τὸ [3] Ἰσιδώρου πρόσωπον καὶ εἶδος, ὡς ἔνθεον ἦν, καὶ πλῆρες εἴσω φιλοσόφου ζωῆς.

Εἴσω. Intrinsecus. Isidori vultus & forma divina erat, & intrinsecus philosophicæ vitæ plena.

Εἴσω ἁλός. ἰσοδυναμεῖ τὸ εἴσω τῷ εἰς. οἷον, εἰς ἅλα. καὶ παρὰ τοῖς ῥήτορσιν εἴρηται, εἴσω τὴν χεῖρα ἔχειν, ὅπερ ἔνιοι ἁμάρτημα ἔδοξαν εἶναι· ἀλλ' ἐπλανήθησαν ἀγνοοῦντες, ὅτι ὥσπερ εἰ ἔνδον εἴποιμεν, δηλοῖ καὶ ἔν τινι, καὶ ἔς τινα· οὕτω καὶ τὸ εἴσω ἐφ' ἑκάτερα παραλαμβάνεται.

Εἴσω ἁλός. Τὸ εἴσω idem valet ac εἰς: unde εἴσω ἁλὸς idem est quod εἰς ἅλα. Apud Oratores etiam legimus, manum intus (εἴσω) habere; quod quidam minus recte dictum putant: sed falluntur. Ignorant quippe, quod uti ἔνδον significat & in loco, & ad locum; sic etiam τὸ εἴσω utroque sensu accipiatur.

Εἰσωθεῖν. καὶ Εἰσωθούμενον.

Εἰσωθεῖν. Intro pellere. Et Εἰσωθούμενον.

Εἰσωποί. ἀντιπρόσωποι.

Εἰσωποί. Qui vultum inter se adversum habent.

Εἰσωχέτευσαν. ἔνδον μετέφερον.

Εἰσωχέτευσαν. Intro tulerunt

Εἰς πάγας ὁ λύκος. ἐπὶ τῶν πονηρῶν, ὅταν εἰς πρόδηλον ἐμπέσωσι κίνδυνον.

Εἰς πάγας ὁ λύκος. In laqueos lupus. De improbis, quum in manifestum periculum inciderint.

Εἰς παραβολήν. εἰς γέλωτα. εἰς διήγημα.

Εἰς παραβολήν. Ludibrium & fabulam aliorum fieri.

Εἰσπεπαίκασιν. εἰσπεπηδήκασιν.

Εἰσπεπαίκασιν. Irruerunt. Irruperunt.

Εἰσπιμπλάς. Ξενοφῶν· Ὁ δὲ Κῦρος εἰσπιμπλὰς ἁπάντων τὴν γνώμην ἀπέπεμπεν.

Εἰσπιμπλάς. Implens. Xenophon. *Cyrus autem omnium mentem implens dimisit.*

Εἰσπομπή. εἰσβολή. [4] Εὐνάπιος· Περιεφέρετο δὲ ὁ ἀριστεὺς καὶ δόρατα εἰσπομπὴν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου βραχίονος.

Εἰσπομπή. Adactio [hastæ vel jaculi in corpus] Eunapius: *Circumferebat vero vir fortissimus hastam quoque in brachium sinistrum adactam.*

Εἴσπραξιν. ἀπαίτησιν. καὶ Εἰσπράττω, αἰτιατικῇ.

Εἴσπραξιν. Exactionem. Et Εἰσπράττω. Accusativo.

Εἰσποίητον. θετόν. οὐ γνήσιον. καὶ Εἰσεποιεῖτο, ἀντὶ τοῦ ὑπεβάλλετο. καὶ Εἰσποιῶ, τὸ καλλωπίζω. δοτικῇ.

Εἰσποίητον. Adoptatum. Non germanum. Et Εἰσεποιεῖτο. Subjiciebat. Et Εἰσποιῶ. Orno. Dativo.

Εἰς πῦρ ξαίνειν. παροιμιακόν. ἐπὶ τῶν καθ' αὑτῶν τι πραττόντων μάτην, ἢ λεγόντων. ὁμοίως τῇ, κατὰ πετρῶν σπείρειν.

Εἰς πῦρ ξαίνειν. Ignem cædere. Proverbiale dictum de iis, qui suo malo aliquid frustra faciunt vel dicunt. Simile est illi, In saxis seminas.

Εἰς τέφραν γράφειν. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων. [5] Ἐγὼ δὲ τοὺς ὅρκους αὐτοῦ, τὸ τῆς παροιμίας, [6] οἶμαι δεῖν εἰς τέφραν γράφειν.

Εἰς τέφραν γράφειν, In cinere scribere. De rebus, quæ fieri nequeunt. *Ego vero jusjurandum ipsius (ut fert proverbium) in cinere scribendum puto.*

Εἰς τετρημένον πίθον ἀντλεῖν. εἴρηται ἡ παροιμία ἀπὸ τοῦ περὶ τὰς Δαναΐδας μύθου, παρ' ὅσον ἀντλοῦσαι ἐκεῖναι ὕδωρ εἰς πίθον ἔβαλλον. Πάσχουσι δὲ περὶ τοῦτον τὸν πίθον αἱ τῶν ἀμυήτων ψυχαί.

Εἰς τετρημένον π. ἀ. In perforatum dolium haurire. Proverbium hoc ductum est a fabula Danaidum, quæ aquam haustam in dolium [pertusum] infundebant. Circa hoc autem dolium animæ non initiatorum [pœnam] patiuntur.

1 Ἕως ἄν] In prioribus Edit. legitur, ἕως ἂν παροιμία. Sed ultima vox delenda est, quoniam in MSS. deest, nec ad hunc locum pertinet, sed ad vocem sequentem, ubi eam post τοξεύειν MS. Paris. B. agnoscit.

2 Τὸ Ἰσιδώρου πρ.] Hæc leguntur in Vita Isidori Philosophi apud Photium Cod. CCXLII. p. 1068. unde ea Suidas descripsit.

3 Ἰσιδώρου] In prioribus Edit. male legitur τῆς Ἴσιδος, pro quo Ἰσιδώρου reposui, quoniam eam lectionem non solum agnoscunt 2 MSS. Paris. sed etiam Photius loco laudato, & ipse Suidas supra v. Εἶδος, ubi idem fragmentum adducitur.

4 Εὐνάπιος] Sæpe apud Suidam in nominibus auctorum erratum esse video, nec scio qui factum, quod nomen Eunapii, pro Simocattæ, in hunc locum irrepserit. Certum enim est, fragmentum, quod hic adducitur, sumptum esse ex Theophyl. Simocatta, apud quem lib. II. c. VI. locus iste sic legitur: Καὶ ἐπειδήπερ μὴ δύναται τὴν ἀριστείαν μύσαι τὰ χείλη. περιεφέρετο δὲ καὶ δόρατος εἰσπομπὴν ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου βραχίονος, ἐπί τε τῇ λαπάρῃ ἑτέραν βολὴν Μηδικοῦ ἀκοντίου, &c. Portus in loco hoc interpretando, toto, quod aiunt, cœlo a vero sensu aberraverat, & vocem ἀριστεὺς pro nomine proprio viri acceperat: quod tamen facile ei ignosco, cum nesciret, ex quo auctore fragmentum hoc, quod corrupte apud Suidam legitur, depromptum esset.

5 Ἐγὼ δὲ τοὺς ὅρκους] Hæc leguntur apud Julianum in *Epistola ad S. P. Q. Atheniensem*, unde ea Suidas mutuatus est, ut observavit Meursius in Notis ad Helladii Besantinoi Chrestomathiam. Exstat autem hæc ῥῆσις pag. 525. Edit. Petav. in 4.

6 Οἶμαι δεῖν εἰς τέφρ. γρ.] Huc pertinet nota illa Helladii apud Photium Cod. CCLXXIX. p. 1580. Ὅτι ὁ στίχος ὁ καὶ παροιμιαζόμενος· Ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω, ἐστὶ μὲν Σοφοκλέους· τοῦτον δὲ παρῳδήσας Φιλωνίδης ἔφη· Ὅρκους δὲ μοιχῶν εἰς τέφραν γράφω. Οἱ δὲ τὰς γυναῖκας σκώπτοντές φασιν· Ὅρκους ἐγὼ γυναικῶν εἰς οἶκτον γράφω. i. e. interprete Meursio: *Versus ille proverbialis*, Ὅρκους ἐγὼ γ. εἰς ὕ. γρ. *Juramenta mulieris in aqua scribo, est Sophoclis; quod Philonides per parodiam exprimens dixit:* Ὅρκους δὲ μ. εἰς τ. γρ. *Juramenta mœchorum cineri inscribo. Qui mulieres irrident, sic dicunt:* Ὅρκους ἐγὼ γυν. εἰς οἶκτον γρ. *Juramenta mulierum ejulatibus inscribo.*

Εἱστήκεισαν.

Εἱστήκειμεν. ἀντὶ τοῦ ἑστηκότες ἦμεν.

Εἱστία. ἐκάλει. εὐώχει. Ὁ δὲ εἱστία τὸν στρατὸν ἡμερῶν εἰς πανθοινίαν. καὶ Εἱστιᾶτο, ἐτρέφετο. καὶ Εἱστίων.

Εἰς[1] τὸ δέον, καὶ Ἐς τὸ δέον. Περικλῆς δῶρα δοὺς τοῖς πολεμίοις τοῖς περὶ Κλεανδρίδαν, ἵνα μὴ δηώσωσι τὴν χώραν, δεκαπέντε τάλαντα ἀνήνεγκε τὸ ἀνάλωμα τοῖς Ἀθηναίοις, οὕτω πως ἐπιγράψας· Εἰς τὸ δέον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ὥσπερ Περικλῆς εἰς τὸ δέον [2] ἀπώλεσα. καὶ Μένανδρος ἐν Ἀπαγγελλομένῳ. μέμνηται δὲ καὶ ἑτέρωθι.

Εἰς τὸν ἀγρὸν ἀποβλέπων. [3] Ἀριστοφάνης. οἱ [4] γὰρ πολεμούμενοι καὶ πολιορκούμενοι εἰς τὸν ἀγρὸν ἀποβλέπουσι, ἐπιθυμοῦντες ἐν αὐτῷ εἶναι.

Εἰς τὸν τετρημένον. λείπει, πίθον ἀντλεῖν. Τάσσεται δὲ ἐπὶ τῶν εἰς κενὸν πονούντων. καὶ γὰρ μυθεύονται ἐν ᾅδου τοὺς ἀσεβεῖς εἰς πίθον τετρημένον ἀντλεῖν.

Εἰς τοὔμπαλιν. εἰς τοὐναντίον.

Εἰς [5] Τροφωνίου μεμάντευται. ἐπὶ τῶν σκυθρωπῶν καὶ ἀγελάστων ἡ παροιμία τάττεται. Οἱ γὰρ καταβαίνοντες εἰς Τροφωνίου, λέγονται τὸ ἑξῆς χρόνον ἀγέλαστοι εἶναι. Τὸν δὲ Τροφώνιον φασὶν ἔχοντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἀγαμήδους, καὶ διωκόμενον ὑπὸ Αἰγαίου, εὐξάμενον εἰς χάσμα ἐμπεσεῖν, οὗ δὴ καὶ τὸ μαντεῖόν ἐστιν.

Εἰς [6] Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν. ἐπὶ τῶν κακογενείων καὶ σπανοπωγώνων εἴρηται. Πώγων γάρ ἐστι λιμὴν εἰς Τροιζῆνα.

Εἰσερυπᾶν. [7] τὸ παρεισέρχεσθαι.

Εἰς ὕδωρ σπείρειν. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων ὡς τὸ, Καθ' ὕδατος γράφειν.

Εἰς ὕδωρ γράφειν. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων.

Εἴσφας. εἰς ἑαυτούς.

Εἰσφθαρείς. [8] τὸ ἐπὶ κακῷ εἰσελθεῖν τινι. Ἐκφθαρεὶς δὲ, ἐξελθών. οὕτω λέγεται τὸ ἐπὶ κακῷ ἐξελθεῖν.

Εἰσφορά. τέλεσμα.

Εἰσφρήσασθαι. εἰσδέξασθαι. [9] Εὐνάπιος· Ἕτερος δὲ Μηδικὸς οἰστὸς ἐπὶ θάτερον χεῖλος ἔνερθεν εἰσφρήσας, ἀνεθέτως προσανετείνετο. ἀντὶ τοῦ εἰσδὺς, εἰσελθών.

Εἰσφρήσειν. εἰσάξειν. εἰσδέξασθαι. πολὺ τοὔνομα παρὰ τοῖς Ῥήτορσιν.

Εἱστήκεισαν. Steterant.

Εἱστήκειμεν. Steteramus.

Εἱστία. [Ad convivium] vocabat. Convivio excipiebat. *Ille vero exercitum per dies [plures] epulo publico excepit.* Et Εἱστιᾶτο. Alebatur. Et Εἱστίων.

Εἰς τὸ δέον. Pericles, cum Cleandridæ, hostium duci, dona dedisset, ne agrum [Atticum] vastaret, quindecim talenta in tabulas expensi relata Atheniensibus imputavit, hoc addito titulo: Εἰς τὸ δέον [In commodum Reipub.] Aristophanes *Nubibus*: *Ut Pericles in res necessarias hæc impendi.* Meminit etiam Menander in *Apangellomeno*, & alibi.

Εἰς τὸν ἀγρ. In agrum prospiciens. Aristophanes. Qui enim bello premuntur, & obsidentur, in agrum spectant, in eo cupientes esse.

Εἰς τὸν τετρημένον. In perforatum. Subintelligitur, dolium haurire. Dicitur autem hoc de iis, qui frustra laborant. Fabulæ enim tradunt, impios apud inferos in dolium perforatum haurire.

Εἰς τοὔμπαλιν. In contrarium. Contra.

Εἰς Τροφωνίου. In Trophonii [antro] vaticinatus est. Hoc proverbium dicitur de tristibus & tetricis. Qui enim in Trophonii antrum descendebant, in posterum omni risu abstinere dicebantur. Aiunt autem Trophonium fratris sui Agamedis caput tenentem, persequente Ægæo, voto facto incidisse in hiatum, ubi nunc etiam est ejus Oraculum.

Εἰς Τροιζῆνα δεῖ β. Trœzenem est eundum. Dicitur de iis, qui raram habent barbam. Πώγων enim est portus Trœzenis.

Εἰσερυπᾶν. Furtim intrare.

Εἰς ὕδωρ σπείρειν. In aqua seminare. Dicitur de irrito conatu: ut &, In aqua scribere.

Εἰς ὕδωρ γράφειν. In aqua scribere. De frustra laborantibus.

Εἴσφας. In seipsos.

Εἰσφθαρείς. Qui malo alicujus aliquo est ingressus. Ἐκφθαρεὶς contra, qui malo alicujus ex aliquo loco est egressus.

Εἰσφορά. Pensio. Vectigal. Tributum.

Εἰσφρήσασθαι. Recipere [in aliquem locum] Eunapius: *Altera vero sagitta Medica per alterum labrum inferne adacta, sursum directo spiculo ex adverso alteri respondebat.* Ubi [Εἰσφρήσας] significat, adactus, penetrans.

Εἰσφρήσειν. Introducturum. Intromissurum. Hoc vocabulum apud Oratores est frequens.

1 Εἰς τὸ δέον] Vide supra v. Ἔφορος & v. Εἰς δέον. Item Aristoph. *Nub.* p. 174. & ibi Scholiastam.

2 Ἀπώλεσα] In MSS. Paris. legitur ἀνήλωσα.

3 Ἀριστοφάνης] Locus, quem Suidas hic innuit, exstat apud Aristoph. *Acharnens.* (ut Portus recte observaverat) p. 371. ubi Comicus inquit:

Ἀποβλέπων εἰς τὸν ἀγρὸν, εἰρήνης ἐρῶν.

4 Οἱ γὰρ πολεμ.] Hæc sunt ipsissima verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Εἰς Τροφωνίου μ.] Vide Aristoph. *Nubib.* p. 155. & ibi Scholiastam, qui historiam de Trophonio prolixe exponit.

6 Εἰς Τροιζῆνα δ.] Vide infra v. Θεογένης.

7 Εἰσερυπᾶν. τὸ π] Suidas supra: Ἐκτρυπῆσαι. ἐξελθεῖν μετὰ βίας.

8 Εἰσφθαρείς] Vide Vales. ad Eusebium, p. 51. B.

9 Εὐνάπιος] Supra v. Εἰσπομπή monui, nomen Eunapii pro Simocattæ per errorem ibi positum esse; quod & hic factum. Nam verba quæ sequuntur, Ἕτερος δὲ Μηδικὸς οἰστὸς &c. deprompta sunt ex Theoph. Simocatta, lib. II. c. VI. ex quo Suidas hoc loco corrigendus, & pro ἀνεθέτως προσανετείνετο, legendum est, ἀντιθέτως τῆς ἀντιπόδος. Portus hunc locum ineptissime verterat.

Εἰσφρήσωσιν. ἀντὶ τοῦ εἰσδέξωνται. εἴσω τῶν ἱερῶν εἰσφρήσωσιν.

Εἴτ' ἐφ' ὕδωρ κακός. ἐπὶ τῶν δυσκληρούντων ἡ παροιμία εἴρηται. ἐν γὰρ τοῖς δικαστηρίοις τὸ φαυλότατον ἔργον ἦν [1] ὕδωρ διαμετρεῖν τοῖς δικαζομένοις. ἐγίνετο δὲ τοιοῦτος ὁ ἀπόκληρος.

Εἴ τι [2] Πεισάνδρου βδελύττῃ τοὺς λόφους, καὶ τὰς ὀφρῦς. Οὗτος ἐπὶ δειλίᾳ ἐσκώπτετο παρὰ τοῖς πολλοῖς. φιλοπόλεμος δὲ ἦν, καὶ πολεμοποιὸς κερδῶν ἰδίων ἕνεκεν. ἦν δὲ καὶ δειλός. ἐχρῆτο δὲ τριλοφίᾳ, καὶ ὅπλοις ἐπισήμοις, ὑπὲρ τοῦ δοκεῖν ἀνδρεῖος εἶναι, μὴ ὤν. καὶ [3] ἐν ἄλλοις ἐπαχθῶς αὐτοῦ ἐπιλαμβάνεται.

Εἴ τις ἐν Αἰγύπτῳ σῖτον ἄγοι, καὶ ἐν Κιλικίᾳ κρόκον. ὅμοιόν ἐστι τὸ, Γλαῦκα Ἀθήναζε. ἐπὶ τῶν μάτην σωρευόντων τινὰ προϋπάρχοντα.

Εἰ [4] τὸ μέσον κλήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος. [5] Αἰσώπῳ τῷ μυθογράφῳ, χρωμένῳ περὶ πλούτου, ὁ Θεὸς ἀνεῖλε τὸ λόγιον τοῦτο. εὔφορος γὰρ αὕτη ἡ χώρα. Καὶ χρησμὸς ἐξεδόθη παρὰ Βάκιδος τοῦ χρησμολόγου·

Ἀλλ' [6] ὅταν οἰκήσωσι λύκοι πολιαί τε κορῶναι
Ἐν ταυτῷ, τὸ μεταξὺ Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

Ἠνίξατο τοῦτο, ὅτι ἡ πόλις μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς ἵδρυται ἡ Νεφελοκοκκυγία.

Εἴτω. προσθέσθω. συγχωρείσθω. σημαίνει καὶ τὸ, ἐάν τινι.

Εἴ τοι νομίζεις κτῆμα τὴν αὐθαδίαν
Εἶναί τι τοῦ νοῦ χωρὶς, οὐκ ὀρθῶς φρονεῖς.
Εἴ τοι νομίζεις ἄνδρα συγγενῆ κακῶς
Δρῶν, οὐχ ὑφέξειν τὴν δίκην, οὐκ εὖ φρονεῖς.

Σοφοκλῆς. [7]

Εἰ [8] φίλου χρήζεις ὑπουργίας. ἐπὶ τῶν γενναίαν ψυχὴν ἐχόντων. Ἀρρωστοῦντι γὰρ Ἀντισθένει ξιφίδιον δέδωκε Διογένης, εἰπὼν τοιοῦτον λόγον.

Εἶχεν γυναῖκα. ἐγεγαμήκει.

Εἶχον. καὶ εἶχέτην.

Εἷψα. [9] ἠκολούθησα.

Εἰσφρήσωσιν. Recipiant. Ut, *In templa recipiant*.

Εἴτ' ἐφ' ὕδωρ κακός. Sive ad aquam malus. Hoc proverbium dicitur de infortunatis. In judiciis enim vilissimum munus erat, aquam litigantibus dimetiri: cujus rei cura committebatur abjectæ sortis homini.

Εἴ τι Πεισάνδρου βδ. Si Pisandri detestaris cristas & supercilia. Hic propter timiditatem vulgi cavillis expositus erat. Erat tamen bellorum amans & auctor, quæstus privati causa. Quamvis autem timidus esset, utebatur tamen triplici crista & armis insignibus, ut fortis esse videretur, cum non esset. In aliis etiam locis [Aristophanes] illum graviter carpit.

Εἴ τις ἐν Αἰγ. Si quis in Ægyptum frumentum vehat, & in Ciliciam crocum. Perinde est, ac si dicas, Noctuam Athenas. De iis, qui frustra coacervant res aliquas, quæ jam ante [in aliquo loco] aderant.

Εἰ τὸ μέσον κλ. Si possederis agrum inter Corinthum & Sicyonem medium. Æsopo fabularum scriptori de divitiis Oraculum consulenti Deus hoc responsum dedit. Fertilis enim est hæc regio. Est & Oraculum a Bacide vate editum:

At quum habitarint lupi canæque cornices
In eodem loco inter Corinthum & Sicyonem.

Obscure hic innuit, urbem Nephelococcygiam inter cœlum & terram sitam esse.

Εἴτω. Eat. Concedatur. Significat etiam Si cui.

Εἴ τοι ν. *Si existimas bonum esse arrogantiam*
Absque prudentia, non recte sentis.
Si existimas, cognatum dum lædis
Te non daturum esse pœnas, non recte judicas.

Sophocles.

Εἰ φίλου χρ. Si amici requiris operam. De iis, qui generosum animum habent. Antistheni enim ægrotanti Diogenes cultrum porrexit, hoc usus dicto.

Εἶχε γυναῖκα. Uxorem duxerat.

Εἶχον. Habebam. Et Εἰχέτην. Habebant.

Εἷψα. Secutus sum.

Η Α.

Η Παρὰ [10] Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις· Ἤ ἤ, σιώπα, μηδὲν εἴπῃ νήπιον. Συγκαταθετικῶς. μὴ εἴπῃς μηδὲν εὔηθες.

Ἦ. ἀντὶ τοῦ, ὡς, καθάς.

Η Apud Aristoph. in *Nubibus*: *E, e, tace, Ne quid stultum dixeris*. Cum assensione [hoc accipiendū est] Ne quid stulti dixeris.

Ἦ. Prout. Quemadmodum.

1 Ὕδωρ διαμετρεῖν τ. δ.] De aqua & clepsydra judiciali vide Suid. v. Διαμεμετρημένη. v. Ἐφ' ὕδωρ. v. Ἐφιτον. v. Κλεψύδρα· Hesych. v. Ἐφ' ὕδωρ· Meurs. *Athen. Attic.* lib. III. p. 173. Petit. *de LL. Attic.* p. 109.

2 Εἴ τι Πεισάνδρου βδ.] Hæc sunt verba Comici in *Pace*, p. 648. De hoc Pisandro, ejusque timiditate, vide etiam supra v. Δειλότερος; & infra v. Πεισάνδρου δειλότερος: Hadranum Junium in *Adagiis*: P. Leopardum *Emendat.* l. xv. c. xv.

3 Καὶ ἐν ἄλλοις] Ut in *Avibus*, pag. 612. ubi Comicus inquit. Ἔνθα καὶ Πείσανδρος ἦλθε Δεόμενος ψυχὴν ἰδεῖν ἣ ζῶντ' ἐκεῖνον προὔλιπε. Vide ibi Scholiastam, ex quo discimus, non solum Aristophanem, sed etiam alios Comicos hunc Pisandrum ob timiditatem aceto Attico olim perfudisse.

4 Εἰ τὸ μέσον κλήσαιο] Apud Schol. Aristoph. ad *Aves*, p. 588. unde hæc descripsit Suidas, corrupte legitur, ἐς τὸ μέσον κλίσαι.

5 Αἰσώπῳ τῷ μυθ.] Athen. l. v. p. 219. Ὡς καὶ τῷ πυθομένῳ (ἤτοι Αἴσωπός ἐστιν ὁ λεγόμενος, ἢ ἄλλος τις) πῶς ἂν πλουτήσειμι Διὸς καὶ Λητοῦς υἱέ; χλευάζων ἀπεκρίνατο· Εἰ τὸ μέσον κτήσαιο Κορίνθου καὶ Σικυῶνος.

6 Ἀλλ' ὅταν οἰκήσ.] Vide Aristoph. loco laudato.

7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyranno*, pag. 175. P.

8 Εἰ φίλου χρήζ.] Vide supra v. Ἀντισθένης.

9 Εἷψα] Hanc Lectionem ex MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. legitur Εἶχον, quam vocem & sensus & series literarum respuit.

10 Ἀριστοφ. ἐν Νεφ.] Pag. 65. ut Portus observaverat.

Ἦ.

Ἦ. χωρὶς τοῦ ν, ἀντὶ τοῦ ἦν. Ἀλλ' οἷάπερ αὐτὸς ἔμαθον ὅτε παῖς ἦ. ἀντὶ τοῦ ἦα. [1] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι. καὶ ἐν [2] Λυσιστράτῃ· Ἦ δεκέτις. ἀντὶ τοῦ ἦα, κατὰ συναίρεσιν ἦ. ἀντὶ τοῦ ἤμην. καὶ χωρὶς τοῦ ν. [3] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Ἃ κρύπτειν ἦ παρεσκευασμένος. Τίθεται καὶ ἐπὶ γ' προσώπου. [4] ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἤμην ἐκ τῆς Ὁμηρικῆς διαιρέσεως· Ὡς ἔην, εἴποτ' ἔην γε. † Περὶ τοῦ Ἢ συνδέσμου. ἢ γὰρ διαζευκτικός ἐστιν, ἢ διασαφητικὸς, ἢ ὑποδιαζευκτικός. Καὶ διαζευκτικὸς μὲν, ὁ τὰ ἐναντία ἐν τῇ συντάξει διιστῶν. οἷον ἡμέρα, ἢ νύξ. ἢ νέος, ἠὲ παλαιός. Ὑποδιαζευκτικὸς δέ ἐστιν, ὁ διάφορα πράγματα τιθεὶς μηδὲν ἕτερον ἐν τῇ διαιρέσει διιστῶν· οἷον, δός μοι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, ἢ δὲ λίθους τιμίους. Διασαφητικὸς δὲ, ὅταν τῶν δύο προτεθέντων τὸ ἓν αἱρεῖται· οἷον, [5] Κρεῖσσον ἐν γῇ πένεσθαι, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν. καὶ, [6] Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον.

Ἧ. ὅπου. τοπικόν. Ἧ ἅμα μὲν στερεὸν, ἅμα δὲ χθαμαλὸν ἦν.

Ἧ νομίζεται. ὡς νενόμισται ἐπὶ τοῖς νεκροῖς. ἢ ἀντὶ τοῦ ὅπου. Ἧ σὺ φιληδῶν οὕτως χαίρειν καὶ μένειν ἔγνως.

Ἤια. δισυλλάβως, τὸ ἐπορευόμην, σὺν τῷ ι γράφεται. οἱ γοῦν Ἴωνες ἤια λέγουσι· καὶ ἤισαν, τὸ ἤεσαν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ οὕτως ἀναγνωστέον. Ἀκμάζοντές τε ἤισαν ἐς αὐτόν. Οἱ Ἴωνες ἤεσαν καὶ ᾖσαν. Ἀριστοφάνης Ὁλκάσι· Ἐπεὶ δ' ἐγενόμην οἷπερ ᾖα ἐπὶ ξύλα.

Ἡ [7] ἀγάπη οὐ περπερεύεται. ἀντὶ τοῦ, οὐ προπετεύει. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Περπερεία.

Ἡκακότες. θρηνήσαντες.

Ἡ [8] ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις. τέτακται παροιμία ἐπὶ τῶν ἀποτόμως οἰμώζειν τινὰ λεγόντων· [9] παρ' ὅσον οἱ Σκύθαι Δαρείῳ τῷ Πέρσῃ, μηνύσαντι περὶ τοῦ εἶξαι, ἀπεκρίναντο κλαίειν αὐτὸν εἰπόντες.

Ἠάριζον. τὸ τοῦ ἔαρος ἔλεγον, ἢ τὸ ἔαρ που διῆγον.

Ἡβᾷ. ἀκμάζει. σφριγᾷ.

Ἡβάσκει. ἀκμάζει.

Ἡβαιαί. καὶ ἠβαιόν. μικρόν. ὀλίγον.

Ἥβη. νεότης. ἀκμή. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα θεᾶς.

Ἡβηδόν. ἡβῶντας ἢ τοὺς στρατιώτας, ἢ ἀθρόον ὅλας καθ' ἡλικίας. Οἱ δὲ ἡβηδὸν ἅπαντας ἀπέσφαξαν, ὀργὴν ποιούμενοι τῷ μὴ τοῖς σφῶν ὑπαχθῆναι λόγοις.

Ἦ. Pro ἦα, sine ν, pro ἦν, Eram. Ut, *Sed qualia ipse didici quum puer essem.* Aristoph. *Avibus.* Et in *Lysistrata: Eram puella decennis.* Ἦ pro ἦα, per contractionem, pro ἤμην, eram. Et sine ν apud Aristoph. *Pluto: Quæ celare eram paratus.* Dicitur etiam de tertia persona: itemque ponitur pro ἤμην eram, ex Homerica diæresi. *Sic eram, si unquam fui.* † De conjunctione ἤ. Ea est vel disjunctiva, vel declarativa, vel subdisjunctiva. Et disjunctiva quidem, quæ in oratione disjungit res contrarias: ut, dies, aut nox: aut juvenis, aut senex. Subjunctiva vero est ea, quæ res diversas ponens, nihil aliud in ipsa divisione disjungit: ut, da mihi aurum, aut argentum, aut lapillos pretiosos. Declarativa vero, quum duorum propositorum alterum tollitur: ut, *Satius in terra pauperem esse, quam divitem navigare.* Et, *Malo fortunæ guttam, quam prudentiæ dolium.*

Ἧ. Ubi. Adverbium loci. *Ubi solum simul & durum & humile erat.*

Ἧ νομίζεται. Ut more receptum est circa mortuos. Vel, pro ὅπου, ubi. *Ubi voluptatibus gaudens manere decrevisti.*

Ἤια. Per duas syllabas, Ibam: cum ι scribitur. Iones dicunt ἤια; & ἤισαν, pro ἤεσαν. Et apud Thucydidem ita legendum est. *Florentesque ætate iverunt ad ipsum.* Iones dicunt ἤεσαν, & ᾖσαν. Iverant. Aristoph. *Holcadibus: Postquam autem veni ad ligna quo ibam.*

Ἡ ἀγάπη οὐ π. Charitas nihil temere facit. Quære in v. Περπερεία.

Ἡκακότες. Qui luxerunt.

Ἡ ἀπὸ Σκ. Scytharum responsum. Proverbium hoc dicitur de illis, qui præcise aliquē plorare jubent (vel, qui inhumaniter mala alicui imprecantur) quia Scythæ Darium Persam, postulantem ut sibi parcerent, plorare jusserunt.

Ἠάριζον. Veris tempore in aliquo loco degebant: vel, dicebant, quæ ad ver pertinent.

Ἡβᾷ. Floret. Viget.

Ἡβάσκει. Pubescit. Floret.

Ἡβαιαί. Exiguæ. Et Ἠβαιόν. Parvū. Exiguum.

Ἥβη. Pubertas. Flos ætatis. Significat etiam Deæ nomen.

Ἡβηδόν. Pubescentes. Vel exercitus: vel promiscue per omnes ætates. *Illi vero omnem pubem interfecerunt, irati, quod illorum verbis non cessissent.*

1 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 419. observante Porto.

2 Ἐν Λυσιστράτῃ] Pag. 556. ubi legitur ἦ δεκέτις, ut a Porto observatum fuit.

3 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 5. qui locus itidem a Porto observatus fuit.

4 Ἔτι δὲ καὶ ἐπὶ τ.] Sic hunc locum ex MS. Parif. A. restitui.

5 Κρεῖσσον] Lege κρεῖττον, ut lex Grammaticæ requirit. Totum autem Senarium hunc, ut metrum salvum sit, ita constitue:

Ἐν γῇ πένεσθαι κρεῖττον, ἢ πλουτοῦντα πλεῖν.

6 Θέλω τύχης σταλ.] Proverbio huic contrariam continet sententiam alius vetus senarius, qui legitur apud Etymologum, v. Ἡ φιλήδονε. Est autem iste: Ταῖς φρεσὶν μοι μᾶλλον, ἢ πίθος τύχης. *i. e. Malo guttam prudentiæ, quam fortunæ dolium.* In Etymologico hodie corrupte legitur, βίθος τύχης; pro quo reponendum esse πίθος, *i. e.* dolium. non solum ex sensu, sed etiam ex hoc ipso loco Suidæ manifestum est.

7 Ἡ ἀγάπη οὐ π.] Vide quæ de dicto hoc Apostoli, variisque vocis περπερεύεται secundum varios Scriptores interpretationibus collegit Gatakerus ad Marc. Antonin. l. v. Sect. 5. p. 188.

8 Ἡ ἀπὸ Σκ.] Hæc in prioribus Edit. cum præcedenti articulo confusa leguntur; quæ inde separanda esse manifestissimum est. Portus, cum id non animadvertisset, suo more graviter hic hallucinatus est.

9 Παρ' ὅσον οἱ Σκ.] Aliam hujus proverbii originem refert Laert. lib. 1. Sect. 101. ubi docet, occasionem ei præbuisse Anacharsidem

Ἡβηδόν.

Ἡβηδόν. σὺν πάσῃ ἡλικίᾳ. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ ἀντὶ τοῦ, μετ' αἰσχύνης· [1] μετ' ἀκολασίας.

Ἡβήσαντες, καὶ γενόμενοι θυμοῦ καὶ χειρῶν κύριοι. Καὶ [2] ἐπὶ δίετες ἡβῆσαι λέγεται ὅταν οἱ ἐπικλήρων υἱεῖς δοκῶσι γεγενῆσθαι ἁρμόδιοι τὰ πατρῷα παραλαμβάνειν. Ἰσαῖος φησίν· Ἐνηγόμεθα μὲν ἐκείνῃ τῷ ἐγγυτάτω γένους δεῖν συνοικεῖν· τὰ δὲ χρήματα τέως μὲν τῆς ἐπικλήρου εἶναι. ἐπειδὰν δὲ παῖδες ἐπὶ δίετες ἡβῶσιν, ἐκείνους αὐτῶν κρατεῖν.

Ἡβητήρ. καὶ Ἥβη. ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν. ἐν [3] Ἐπιγράμμασι·

> Οὐ καλὸν ἡβητῆρες. ἀπεχθαίρω γὰρ ἐκείνην
> Τὴν [4] θρίχα τὴν ταχὺ φυομένην.

Ἡβητήριον. τὸ παιδευτήριον.

Ἡβήτριον. [5] ἡ καταλυσις.

Ἥβητρον. [6] τὸ ξόανον.

Ἡβολεῖν. τὸ σχολεῖν.

Ἡβός. [7] κυρτός. [8] Ἱππόλυτος ὁ Κῷος φησίν.

Ἡβουλόμην. ὡς Ἀττικώτερον. Ἐβουλόμην δὲ πολλοί.

Ἣ βούλονται. καθὰ βούλονται.

Ἡβῶμαι. Ἡβῶμι, καὶ Ἡβώοιμι, αὐξάνοιμι.

Ἡβώωσα. αὐξάνουσα.

Ἡβυλλιῶσαι. ἀκμάζουσαι τὴν ἡλικίαν. [9] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

> ———Ὀρχηστρίδες
> Ἡβυλλιῶσαι, κάρτι παρατετιλμέναι.

Λείπει, τὰς τρίχας. Αἱ γὰρ μελλόνυμφοι ἔτιλλον τὰς θρίχας.

Ἠγαθέη. ἡ ἄγαν θεία.

Ἤγαλλεν. ἐθεράπευεν. Δίων ἐν ιϛ' λόγῳ Ῥωμαϊκῶν· Διά τε οὖν ταῦτα, καὶ ὅτι τὸ θεῖον ἀκριβῶς ἤγαλλεν. Κέχρηνται δὲ τῇ λέξει ταύτῃ ἄλλοι τε, καὶ Εὐνόμιος ὁ δυσσεβής. καὶ [10] αὐτὸς οὗτος πολλάκις.

Ἡγαλλέη. ἡ θεραπευτική.

Ἡβηδόν. Cum omni pube. Apud Herodotum vero sumitur pro, cum dedecore,& petulanter.

Ἡβήσαντες. Pubertatem ingressi, animique & manuum domini facti. Et ἐπὶ δίετες ἡβῆσαι dicitur de filiis fœminarum, ex asse hæredum, cum per ætatem bona paterna administrare posse videntur. Isæus inquit: *Monebamus, proximo cognato illam nubere debere: bona vero interea esse filiæ hæredis. Postquam vero filii biennio pubertatem excessissent, ipsos eorum esse dominos.*

Ἡβητήρ. Puber. Et Ἥβη. Prima lanugo. In Epigrammate:

> *Non placent puberes: odi enim*
> *Pilum illum invidum cito nascentem.*

Ἡβητήριον. Locus, in quo puberes exercentur.

Ἡβήτριον. Diversorium.

Ἥβητρον. Simulacrum.

Ἡβολεῖν. Otiari.

Ἡβός. Gibbosus. Hippolytus Cous ita dicit.

Ἡβουλόμην. Volebam. Atticum. Ἐβουλόμην δὲ, commune.

Ἣ βούλονται. Ut volunt.

Ἡβῶμαι. Ἡβῶμι, & Ἡβώοιμι, Pubescam.

Ἡβώωσα. Pubescens. Crescens.

Ἡβυλλιῶσαι. Ætate florentes. Aristophan. *Ranis:*

> *——Saltatrices*
> *Ætate florentes, & recens depilatæ.*

Desideratur τὰς τρίχας. Quæ enim erant nupturæ, pilos evellebant.

Ἠγαθέη. Valde divina.

Ἤγαλλεν. Colebat. Dio rerum Romanarum lib. XVI. *Cum igitur ob hæc, tum vero quod Numen divinum accurate coleret.* Hac autem voce usi sunt & alii, & Eunomius ille impius.

Ἡγαλλέη. Cultrix.

Scytham, quod magna in loquendo libertate uteretur. Verba ejus hæc sunt: Παρέσχε δὲ καὶ ἀφορμὴν παροιμίας. διὰ τὸ παῤῥησιαστὴς εἶναι. ΤΗ'Ν 'ΑΠΟ' ΣΚΥΘΩ'Ν 'ΡΗ'ΣΙΝ. Vide ad eum locum Menagium. Athenæus lib. XII. c. V. p. 524. ejusdem proverbii his verbis meminit: Πάντων δὲ οὕτως ὑπερηφάνως προέστησαν, ὥστε ὀδύνων ἄδακρυς ἡ τῆς δουλείας ὑπουργία γενομένη διήγγειλεν εἰς τοὺς ἐπιγενομένους ΤΗ'Ν 'ΑΠΟ' ΣΚΥΘΩ'Ν 'ΡΗ'ΣΙΝ, οἵα τις ἦν. i. e. *Omnibus vero adeo superbe imperarunt, ut tristis eorum, qui ipsis subjecti erant, servitus notum fecerit posteris celebratum illud proverbio* SCYTHARUM RESPONSUM, *quale esset.* Vide plura apud Erasmum.

1 Μετ' ἀκολασίας] Huc spectat, quod Hesychius, præter alias significationes vocis Ἥβη, quas affert, eam etiam ἀκολασίᾳ interpretetur.

2 Ἐπὶ δίετες ἡβ.] Vide supra v. Ἐπιδιετές. Apud Athenienses autem Ἐπὶ δίετες ἡβῆσαι dicebantur, qui erant annorum viginti. Anno enim decimo octavo mares in epheborum album referebantur; iidemque biennio post, Lexiarchico inscripti, potestatem consequebantur bona paterna administrandi: ut non solum Suidas hoc loco, & infra v. Ληξιαρχικόν; sed etiam multi alii scriptores docent. Pollux lib. VIII. c. IX. Εἰσγραφέντες δὲ ἐνεγράφοντο τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ. Et eodem capite: Ὁ δὲ εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφεὶς ἤδη τὰ πατρῷα παρελάμβανεν. ἡ δὲ πατρῴα οὐσία ἡ λῆξις ἐκαλεῖτο. Plura alibi.

3 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. l. VII. p. 607.

4 Τὴν θρίχα τ.] Pentameter hic mutilus est, quem ex Anthologia sic supple: Τὴν θρίχα τὴν φθονερὰν τὴν ταχὺ φυομένην.

5 Ἡβήτριον. ἡ κατ.] Hesychius: Ἡβητήρια, ἱππαστήρια, καταλύσεις. Quare videndum, anne forsan ἡβήτριον corrupte apud Suidam hic legatur pro ἱππαστήριον.

6 Ἥβητρον. τὸ ξ.] Lege Ἡβρέτας, ex Hesychio, qui eam vocem interpretatur, ἀνδρὸς ἄγαλμα, ξόανον. Dici autem ἠβρέτας pro βρέτας Grammatico isti credendum est: nisi quis forte existimet, eum deceptum esse, & cum in libro aliquo exaratum reperisset ΗΒΡΕΤΑΣ, i. e. ἢ βρέτας, ex duabus vocibus unam fecisse; cujusmodi errorem Lexicorum horum compilatores non raro commisisse deprehendi.

7 Ἡβός] Lege ὑβὸς, ut infra suo loco recte. Τὸ η enim hic pro υ positum est ob affinitatem pronunciationis, quæ sexcentos in libris veterum errores peperit.

8 Ἱππόλυτος ὁ Κῷος] Ne dubites, Lector, scribendum hic esse Ἱπποκράτης ὁ Κῷος. Quis enim sit Hippolytus Cous, cum ignarissimis juxta scio. Hippocrates vero Cous notissimus est, apud quem ὑβὸς pro κυρτὸς sæpissime occurrit. Galenus in Exegesi Glossarum Hippocratis: Ὑβοὶ, κυρτοί. καὶ ὕβωμα, κύρτωμα. Idem alibi· Ὑβοὺς καὶ κυφοὺς εἴωθεν ὀνομάζειν ὁ Ἱπποκράτης, οὓς ἅπαντες οἱ νῦν ἄνθρωποι προσαγορεύουσι κυρτούς. Hinc apparet, τὸ ὑβὸς pro κυρτὸς glossam fuisse, Hippocrati peculiarem. Vide Foesii *Oeconomiam Hippocratis* v. Ὑβοί.

9 Ἀριστοφάνης Βατρ.] Pag. 151. 12. ut Portus observaverat. Scholiasta ad eum locum pro μελλόνυμφοι, ut hic apud Suidam legitur, habet νεόνυμφοι.

10 Καὶ αὐτὸς οὗτος π.] Quid sibi hæc verba velint, videant alii. Mihi certe ab inepta manu Suidæ videntur adsuta, quoniam in Lexico Photii MS. ubi reliqua αὐτολεξεὶ leguntur, ista non exstant.

Ἡ

Ἡ γαμήλιος.

Ἦ γάρ. ἀντὶ τοῦ, οὐχ οὕτως;

Ἠγάσαντο. ἐθαύμασαν. καὶ Ἠγάσθην, ἐθαύμασα. Ὁ δὲ Καῖσαρ, ὡς ἔμαθε πάσας τὰς κατ' αὐτὸν τύχας, ἠγάσθη τοῦ ἀνδρὸς, καὶ εἶχε σύμμαχον.

Ἠγγέλη. ἀπηγγέλη.

Ἡγέλοχος. Τραγῳδὸς ὑποκριτής.

Ἔξεστι [1] δ' ὥσπερ Ἡγέλοχος, ἡμῖν λέγειν

Ἐκ [2] κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν ὁρῶ.

Ἐπὶ τῶν διαφυγόντων τὰ λυπηρά. Ὁ γὰρ [3] Ἡγέλοχος οὗτος καὶ ἐν τῷ Ὀρέστῃ τοῦ Εὐριπίδου προστάντος αὐτῷ τοῦ πνεύματος ἐν τῷδε τῷ στίχῳ. Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις γαλῆν ὁρῶ. [4] γαλέην γὰρ τὸ πλῆρες αἰφνιδίως ὀφείλων συνελόντα τὴν συναλοιφήν. τοῦτον δὲ καὶ ὡς ἀπρεπῆ τὴν φωνὴν Πλάτων σκώπτει [5] Ἤμπυσα Φρούδη.

Ἡγεμονεύω. διοικῶ. καὶ Ἡγεμόνι. ὑπερόχῳ τῷ ἄρχοντι, καὶ καθηγεμόνι.

Ἦγε [6] καὶ ἔφερεν. ἀντὶ τοῦ ᾐχμαλώτιζε. κατέτρεχεν. Ὁ δὲ ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἦγε καὶ ἔφερε τῆς ὑπ' ἐκείνῳ οὐκ ὀλίγην, καὶ αὐτὸς οὐδαμῆ ἦν αὐτῷ ἁλώσιμος.

Ἡγεμονία δικαστηρίου. Τοῖς ἄρχουσιν οὐ πάσας πᾶσιν ἐφεῖτο δίκας εἰσάγειν· ἀλλὰ τῷ μὲν Ἄρχοντι τὰς τῶν ὀρφανῶν, καὶ τὰς τῆς [7] παρανοίας, καὶ τὰς τῶν [8] ἐπικλήρων ἐπιδικασίας. τοῖς δὲ Λογισταῖς, τὰς κατὰ τῶν ἀρξάντων εὐθύνας. τῷ μέν τοι γε Βασιλεῖ, τάς τε φονικὰς, καὶ τὰς τῆς ἀσεβείας, καὶ ἄν τις ἱερωσύνης ἠμφισβήτει. πρότερον δὲ καὶ τὰς περὶ τῶν ἱερῶν τοῖς ἱερεῦσιν ἀμφισβητήσεις. προηγόρευε δὲ καὶ [9] τῶν νόμων εἴργεσθαι [10] τοὺς ἐναντία. τῷ Πολεμάρχῳ δὲ, ὅσαι ἀποστασίου γραφὴν ἔφερον. ἔτι μὴν καὶ ὅσα ὁ Ἄρχων ἐν τοῖς ἀστοῖς, ὁ Πολέμαρχος τοῖς μετοίκοις διῄτει. οἱ Θεσμοθέται, συκοφαντίας, καὶ δώρων, καὶ [11] ὕβρεων, καὶ μοιχείας, καὶ [12] βουλεύσεως. τοῖς Ἕνδεκα, ὅσοι λῃστὰς, καὶ λωποδύτας, καὶ ἀνδραποδιστὰς

Ἡ γαμήλιος. Nuptialis.

Ἦ γάρ. Certe enim. Annon?

Ἠγάσαντο. Mirati sunt. Et ἠγάσθην. Miratus sum. *Cæsar autem, cum cognovisset omnes ipsius casus, hominem est admiratus, & belli socium habuit.*

Ἠγγέλη. Nunciatum est.

Ἡγέλοχος. Tragicus histrio.

Licet enim, ut Hegelochus [*dixit*], *nobis dicere,*

Post fluctus enim rursus tranquillitatem video.

De iis, qui molestias effugerunt. Hic Hegelochus & in Euripidis *Oreste* eodem versu usus est. Propter elisam autem ultimam vocalem in voce γαληνὰ, visus est dixisse γαλῆν ὁρῶ, *i. e.* felem video: quam ob causam Comicorum salibus aspersus est. Hunc etiam ut minime suavem in loquendo Plato deridet.

Ἡγεμονεύω. Rego. Et Ἡγεμόνι. Duci, vel Principi summo.

Ἦγε καὶ ἔφερεν. In servitutem abducebat. Incursionibus vastabat. *Ille vero inde impetu facto, non exiguam* [*partem regionis*] *ipsi subditæ populabatur, nec ullo modo ab ipso capi poterat.*

Ἡγεμονία. Magistratibus non omnibus de quibusvis causis judicium instituere licebat: sed ad Archontem quidem pertinebant causæ pupillorum, dementiæ, & controversiæ de ducenda virgine dotali. Logistarum erat, exigere rationes ab iis, qui magistratum gesserant. Rex cognoscebat de actionibus cædis, de impietate, & de sacerdotii controversiis, si quæ erant inter aliquos. Olim vero etiam de sacrorum controversiis, quæ erant inter sacerdotes. Idem etiam per præconis vocem ab altaribus arcebat illos, qui patriæ religioni contraria fecerant. Polemarchus cognoscebat de causis, quæ ad violatum patrocinium spectabant. Præterea vero, quascunque causas Archon inter cives, eas Polemarchus inter inquilinos dijudicabat. Thesmothetæ cognoscebant de calumniis, de

1 Ἔξεστι δ' ὥσπερ Ἡγ.] Sunt versus Aristophanis in *Ranis*, pag. 226.

2 Ἐκ κυμάτων γ.] Senarius hic legitur apud Euripidem *Oreste*, v. 279. unde eum Aristophanes mutuatus est. Multorum autem Comicorum sales versus iste olim provocavit ob ambiguitatem vocis γαλῆν' pro γαληνὰ, quæ in pronuntiando tam *felem* (γαλῆν) quam *tranquillitatem* significare potest. Ultimo sensu eam accipiebat Euripides. Sed Comici, qui ex ambiguitate & lusu vocum risum captare solent, priorem significationem versui huic aptantes, sensum ejus ineptum & ridiculum reddebant. Vide Scholiastam ad modo laudatum locum Aristophanis.

3 Ὁ γὰρ Ἡγέλοχος οὗτ.] Locus hic est corruptus & mutilus. Quare in eo vertendo sensum potius quam verba spectavi.

4 Γαλέην γὰρ τὸ πλ.] Legendum est γαληνά. Τὸ γαλῆν' enim non ex γαλέην, sed ex γαληνά, per elisionem ultimæ literæ, contractum est.

5 Ἤμπυσα Φρούδη] Hæc verba, in alienum locum rejecta, collocanda sunt post versum illum, Ἐκ κυμάτων γὰρ αὖθις αὖ γαλῆν' ὁρῶ, post quem apud Aristophanem leguntur.

6 Ἦγε καὶ ἔφερεν] Vide supra v. Ἄγειν καὶ φέρειν.

7 Παρανοίας] Actio παρανοίας erat, qua pater a filiis in jus vocabatur, ut, tanquam deliriens, a re familiari removeretur. Hanc dicam Sophocli Tragico filii scripserunt, ut testis est Cicero *de Senectute* his verbis: *Sophocles ad summam senectutem Tragœdias fecit: quod propter studium cum rem familiarem negligere videretur, a filiis in judicium vocatus est, ut, quemadmodum nostro more, male rem gerentibus patribus bonis interdici solet; sic illum quasi desipientem, a re familiari removerent judices. Tum senex dicitur eam fabulam, quam in manibus habebat, & proxime scripserat, Oedipum Coloneum recitasse judicibus, quæsisseque, num illud carmen desipientis videretur. Quo recitato, sententiis judicum est liberatus.* Apud Senecam Rhetorem *Controvers.* lib. v. c. 32. pater a filio dementiæ accusatur, quod filiam suam ad suspendium adegisset. Actio *dementiæ* ibi vocatur, quam παρανοίας appellant Græci, ad quorum leges & instituta Seneca respexit, ut sæpe alibi in fictis controversiarum suarum argumentis facere solet.

8 Ἐπικλήρων] In prioribus Edit. vitiose legitur ἀπικλήρων. Quænam autem apud Græcos dicantur Ἐπίκληροι, vide supra v. Ἐπίκληρος.

9 Τῶν νόμων] Sic omnes Edit. exhibent: quamvis sensus eam vocem aspernetur. Apud Pollucem lib. VIII. c. 8. num 3. ubi de officio Regis sacrorum agitur, legitur νομίμων; quæ vox huic loco restituenda est.

10 Τοὺς ἐναντία] Loco huic quædam desunt, quæ fortasse sic supplenda sunt: Τοὺς ἐναντία τοῖς νομιζομένοις περὶ θεῶν δοξάζοντας. Tale enim quid sententia loci requirere videtur. Pollux, loco laudato, eandem rem his verbis exprimit: προαγορεύει δὲ τοῖς ἐναντίοις, ἀπέχεσθαι μυστηρίων, καὶ τῶν ἄλλων νομίμων. Ubi τὸ ἐναντίοις interpretandum videtur, patriæ religioni adversantibus.

11 Ὕβρεων] Vide Petitum de *LL. Attic.* pag. 471.

12 Βουλεύσεως] Legendum est ἐπιβουλεύσεως. *i. e.* insidiarum; quæ vox etiam infra restituenda est Suidæ v. Παρέστασις, ubi itidem βουλεύσεως pro ἐπιβουλεύσεως legitur.

εἰσάγουσι. τοῦ Στρατηγοῦ, περὶ τριηραρχίας, καὶ ἀντιδόσεως. Οὕτως οὖν διαιροῦντες ἡγεμονίαν δικαστηρίου ἔχειν λέγονται. ἀλλὰ καὶ ὁ Βασιλεὺς καὶ τῶν μυστηρίων ἅμα τοῖς Ἐπιμεληταῖς προΐσταται· [1] ἔχει δὲ μόνος καὶ στέφανον.

Rex una cum Curatoribus Mysteriis præest, & solus coronam gestat.

Ἡγεμονία [2] δικαστηρίου. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. ἄλλαι πρὸς ἄλλους τῶν ἀρχόντων ἐλαγχάνοντο δίκαι. τὰς δὲ ἀπενεχθείσας αἱ ἀρχαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν ἑκάστη νόμον εἰσῆγον, εἰς δικαστήριον ἡγουμένη καὶ προεστῶσα. οἷον, πρὸς μὲν τὸν Ἄρχοντα, αἱ τῶν ὀρφανῶν, καὶ αἱ τῶν ἐπικλήρων. πρὸς δὲ τὸν Βασιλέα, αἱ τῆς ἀσεβείας. πρὸς δὲ Πολέμαρχον, [3] ἀπροστασίου τε καὶ ἀπρογινησίου. [4] πρὸς δὲ τοὺς Θεσμοθέτας, αἱ τῆς ξενίας τε, καὶ δωροξενίας, καὶ συκοφαντίας, καὶ ψευδεγγραφῆς, καὶ ὕβρεως, καὶ μοιχείας, καὶ ἐπιβουλεύσεως, καὶ ἄλλων.

Ἡγεμονικόν. [5] ὁ νοῦς, ἢ τὸ κυριώτατον τῆς ψυχῆς. ἐν ᾧ αἱ φαντασίαι καὶ αἱ ὁρμαὶ γίνονται, καὶ ὅθεν ὁ λόγος ἀναπέμπεται· ὅπερ εἶναι ἐν τῇ καρδίᾳ.

Ἡγεμών. ἡγεμόνος, καὶ ὦ ἡγεμών. Ἡγεμόνας ἐδέοντο τῆς ἀτραποῦ σφίσι ξυναποστεῖλαι, ὡς ἂν αὐτοὶ ἡγήσοντο τούτοις ἐπὶ τὸ Σίρμειον.

Ἡγεμών. ὁ τῆς ὁδοῦ ἡγούμενος. Ξενοφῶν. Καὶ τὸν ἡγεμόνα δήσαντες παραδιδόασιν αὐτοῖς.

Ἡγεμὼν [6] συμμορίας. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. ὁ προέχων πλούτῳ καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἡγεμονεύειν ἐπειλημμένος.

Ἦγεν. ἐτέλει. Ὁ [7] δὲ Ἰουλιανὸς ἐν Πέρσαις ὢν γυμνικοὺς ἀγῶνας ἦγεν.

Ἠγερέεσθαι. συναθροίζεσθαι.

Ἡγέσιος. ὄνομα κύριον.

Ἡγέτης. ὁ ἡγεμών. Ὦ δισσαῖν ἀγέτα θηροσυνᾶν.

Ἠγηλάζω. [8] ἄγω. φέρω. ὁδηγῶ. ἐπιμελοῦμαι. [9] Ὅμηρος. Καὶ σὺ κακὸν μόρον ἠγηλάζεις.

Ἤγημα. [10] βουλή, γνώμη παρὰ τῷ Προφήτῃ εἴρηται.

Ἥγημαι. λελόγισμαι. ἔσχον.

Ἡγήμων [11] ὁ Θάσιος. ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ.

Ἡγήμων. [12] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. εἷς ἦν τῶν Μακεδονιζόντων, καὶ τῶν ἐπὶ δωροδοκίᾳ

corruptelis, de injuriis, de adulteriis, & insidiis. Undecim-viri de latronibus, & grassatoribus, & plagiariis. Strategus de trierarchia, & facultatum permutatione. Qui igitur ita de causis judicabant, Ἡγεμονίαν δικαστηρίου habere (sive judiciis præesse) dicebantur. Quinetiam

Ἡγεμονία δικαστηρίου. Æschines contra Ctesiphontem. Aliæ apud alios Magistratus instituebantur actiones, & causas delatas quilibet magistratus, judicii præses, secundum leges in jus introducebat. Ut, Archon causas pupillorum & filiarum hæredum. Rex, actiones impietatis. Polemarchus, causas violati & neglecti patrocinii. Thesmothetæ, actiones peregrinitatis, & munerum acceptorum ab iis, qui peregrinitatis accusati erant; item, calumniæ, falsæ inscriptionis, injuriæ, adulterii, insidiarum, & aliorum [criminum.]

Ἡγεμονικόν. Mens, vel præcipua animæ pars, in qua sunt imaginationes, & affectiones, & unde oratio emittitur: cujus sedem in corde esse dicunt.

Ἡγεμών. Dux. *Rogarunt, ut viæ duces secum mitterent, qui ipsos ad Sirmium ducerent.*

Ἡγεμών. Viæ dux. Xenophon. *Ducemque viæ ligatum ipsis tradunt.*

Ἡγεμὼν συμμορίας. Demosthenes pro Ctesiphonte. [Sic vocatur] qui divitiis cæteris præstat & propterea delectus est, ut cæteris imperet.

Ἦγεν. Agebat. Faciebat. *Julianus vero, dum esset in Persia, certamina Gymnica celebravit.*

Ἠγερέεσθαι. Congregari.

Ἡγέσιος. Nomen proprium.

Ἡγέτης. Dux. *O geminarum dux venationum.*

Ἠγηλάζω. Ago. Fero. Duco. Curo. Homerus. *Et tu aliquod malum sustines fatum.*

Ἤγημα. Sic apud Prophetam consilium & sententia vocatur.

Ἥγημαι. Duxi. Putavi. Habui.

Ἡγήμων. Hegemon Thasius, cognomento Φακῆ dictus.

Ἡγήμων. Hegemon. Demosthenes pro Ctesiphonte. Unus erat illorum, qui Macedonum

1 Ἔχει δὲ μόνος καὶ στέφανον] Vide Pollucem l. VIII. c. 8. num. 3.
2 Ἡγεμονία δικ.] Hunc locum ex Harpocratione descripsit Suidas, apud quem eadem ipsissimis verbis leguntur.
3 Ἀπροστασίου τε καὶ ἀπρογινησίου] Lege ex Harpocratione, ἀποστασίου τε καὶ ἀπροστασίου. Quales autem hæ actiones fuerint, vide apud Suidam suis locis.
4 Πρὸς δὲ τοὺς Θεσμ.] Vide infra v. Παρέστασις: quem locum cum hoc conferre operæ pretium erit.
5 Ἡγεμονικόν. ὁ νοῦς] Locum hunc Suidas descripsit ex Laertio lib. VII. Sect. 159. ubi vide Menagium.
6 Ἡγεμὼν συμμ.] Ex Harpocratione, quem vide. Confer etiam supra v. Διαγεγραμμένα: & infra, v. Συμμορία.
7 Ὁ δὲ Ἰουλιανός] Eadem leguntur supra, v. Γυμνικοί.
8 Ἠγηλάζω] Vide Schol. Apollon. Rhod. lib. I. v. 272. P.
9 Ὅμηρος] Odyss. Λ. v. 617.
10 Ἤγημα] Lege Ἥγημα, cum spiritu aspero, ut apud Photium in Lexico MS.
11 Ἡγήμων ὁ Θ.] Ex Athenæo, lib. I. c. 5. p. 5. cujus hæc ibi sunt verba: Καὶ Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, ὃν τῇ ἀρχαίᾳ Κωμῳδίᾳ τινὲς ἐντάττουσι. Idem Athenæus lib. IX. c. 17. p. 406. ejusdem Hegemonis his verbis meminit: Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ὁ τὰς παρῳδίας γράψας, Φακῆ ἐπεκαλεῖτο. Et lib. XV. c. 16. p. 699. Τούτων δὲ πρῶτος εἰσῆλθεν εἰς τοὺς ἀγῶνας τοὺς θυμελικοὺς Ἡγήμων, ὃς παρ' Ἀθηναίοις ἐνίκησεν ἄλλαις τε παρῳδίαις, καὶ τῇ Γιγαντομαχίᾳ. Eustath. ad Il. Φ. p. 1239. Ὁ Παρῳδὸς Ἡγήμων ὁ Θάσιος, ἀνὴρ εὐδοκιμῶν σφόδρα παρ' Ἀθηναίοις ἐν ταῖς παρῳδίαις, Φακῆ ἐπεκλήθη, διὰ τὸ χαίρειν μάλιστα τῷ τοιῷδε ὀσπρίῳ. Vide eundem ad Odyss. Α. p. 1420. & Suidam infra, v. Τιμαχίδας.
12 Ἡγήμων Δημοσθ.] Quæ Suidas de hoc Hegemone tradit, ipsissimis etiam verbis leguntur apud Harpocrationem, & Etymologum.

Διαβε-

διαβεβλημένων. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστὶ Φιλίννα, ὡς [1] Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.

Ἤγειρα. παρώξυνα.

Ἠγάσθησαν. [2] ἀντὶ τοῦ ἠγριοῦντο. ἢ ἐθαύμασαν.

Ἡγήσανδρος. ὄνομα κύριον.

Ἡγήσιππος. [3] οὗτός ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος, [4] οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ΄ Φιλιππικὸς, Δημοσθένει ἐπιγραφόμενος. [5] τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Φιλέταιρος, ὡς Ἀθήναιος.

Ἡγήσῃ. προοδοποιήσῃς.

Ἡγήτορες. ἡγεμόνες. καὶ Ἡγητορία, ἡγεμονία. λέγει δὲ καὶ ὁ [6] Ψελλός. [7] Ἡγητορία πέφυκε τῶν σύκων ἡ παλάθη. Παλάθη δὲ λέγεται, ἡ μάζα τῶν σύκων.

Ἡγίας. [8] οὗτος ἀμείνων τοῦ πατρὸς ἦν τά τε πρὸς ἀρετὴν ἥκοντα, καὶ τὰ πρὸς λόγους. ἔτι μὲν μειράκιον γενναίας ἐλπίδας εἶχεν ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ πᾶσι παρεῖχεν ὡς οὐ πολὺ ἀπολειπόμενος τοῦ μεγάλου Πλουτάρχου. τοιγαροῦν ὁ Πρόκλος ἠξίωσεν αὐτὸν ἔτι νέον ὄντα τῆς τῶν Χαλδαϊκῶν λογίων ἀκροάσεως. Φιλομάθεια γάρ τις αὐτῷ καὶ ἐπιείκεια προσῆν κατὰ φύσιν. Ἀλλὰ τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς ὁ πλοῦτος μέγα κακὸν ταῖς ψυχαῖς ἔοικεν εἶναι, νομὴν ἄφθονον τοῖς κόλαξι παρεχόμενος, οὐ χρυσίου μόνον (οὔπω γὰρ τοῦτο δεινὸν) ἀλλὰ νέας ψυχῆς ἁπαλῆς, καὶ ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν τοιούτων θηρίων καταβοσκομένης, ὥσπερ ἀτεχνῶς ἄρτι ἀνθούσης βοτάνης. Οὗτοι διέφθειραν τὴν Ἡγίου ζωὴν πρός γε τὸ μὴ γνησίως φιλοσοφεῖν. ἄλλως δὲ φιλομαθὴς, ὅσα τὴν φύσιν ἐξηγήσασθαι. ἐπεὶ κατὰ τὴν ἄλλην συνήθειαν ἔστιν ὅπῃ καὶ διεκπίπτει τῶν ὀρθῶν λογισμῶν. ἱερὸς δὲ εἴπερ τις ἄλλος εἶναι βουλόμενος, [9] τά τε τῶν κηδεστῶν ἱερὰ λαθὼν ἐτελειώσατο κατὰ τὴν Ἀττικὴν, οὐ πείσας ἐκείνους, καὶ πολλὰ ἄλλα τῶν κειμένων πως ἐκ πλείστου χρόνου πάλιν ἐκίνησε παρα-

partibus favebant, & muneribus corrupti vulgo credebantur. Ex ipsius fabulis est Philinna, teste Athenæo in Dipnosophistis.

Ἤγειρα. Incitavi. Instigavi.

Ἠγάσθησαν. Duxerunt. Admirati sunt.

Ἡγήσανδρος. Hegesander. Nomen proprium.

Ἡγήσιππος. Hegesippus. Hic est ille, qui Crobylus cognominatus est, cujus esse putatur septima Philippica, Demosthenis nomine inscripta. Ex ejus fabulis est *Philéterus*, teste Athenæo.

Ἡγήσῃ. Duces. Præibis.

Ἡγήτορες. Ductores. Et Ἡγητορία. Principatus. Dicit autem & Psellus: Ἡγητορία *dicitur ficuum massa.* Παλάθη enim ficuum massam significat.

Ἡγίας. Hegias. Hic & quod ad virtutem, & ad scientias attinet, patre præstantior fuit. Dum adhuc esset adolescens, spem & ipse conceperat, & aliis præbebat, se magno Plutarcho non multo inferiorem fore. Quamobrem Proclus ipsum adhuc juvenem Oraculorum Chaldaicorum auscultatione dignum judicavit. Quoddam enim discendi studium, & naturalis probitas in ipso erat. Sed divitiæ certissima animorum pestis esse solent, quippe quæ adulatoribus non aurum solum (id enim non nimis grave est) sed etiam teneras adolescentum animas, tanquam paratam ejusmodi belluarum prædam, virentis instar graminis ad satietatem usque depascendas objiciunt. Hi corruperunt Hegiam, ne germane philosopharetur. Alias vero studiosus erat discendi quæcunque ad naturæ enarrationem pertinent. Nam in reliqua vitæ consuetudine interdum a recto judicio aberrabat. Cum autem cuperet esse religiosus, si quis alius, affinium sacra clam in Attica peregit, præter illorum sententiam, & alia multa vetustissima instituta, quæ ad illud usque tempus duraverant, lo-

1 Ὡς Ἀθήναιος ἐν Δειπν.] Locus Athenæi, ad quem Suidas respexit, exstat *Deipnosoph.* lib. xv. c. 16. p. 699. Γέγραφε δὲ καὶ κωμῳδίαν (sc. Hegemo) εἰς τὸν ἀρχαῖον τρόπον, ἣν ἐπιγράφουσι ΦΙΛΙΝΝΗΝ. Sed notandum est, Athenæum fabulam istam tribuere Hegemoni Thasio, Φακῇ dicto (de quo Suidas in præcedenti articulo) qui ab Hegemone, de quo hic agitur, utique diversus erat. Vel ergo dicendum, Suidam hic duos Hegemones confudisse; vel, quod potius crediderim, verba ultima articuli hujus a librariis fuisse transposita, cum ante suo loco legerentur, & verbis illis articuli præcedentis, ὁ ἐπικληθεὶς Φακῆ, recte subjuncta essent. Conjecturam hanc confirmat, quod verba ista desint apud Harpocrationem, Etymologum, & Photium in Lexico inedito, apud quos tamen reliqua, quæ Suidas de hoc Hegemone tradit, αὐτολεξεὶ leguntur.

2 Ἠγάσθησαν] Vide supra v. Ἀγάσασθαι, & Ἀγασθείς.

3 Ἡγήσιππος. οὗτ.] Eadem leguntur apud Harpocrationem, Etymologum, & Photium in Lexico MS.

4 Οὗ δοκεῖ εἶναι ὁ ζ΄ Φιλ. Δημ. ἐπιγρ.] Hæc intelligenda sunt de ea Oratione, quæ in Operibus Demosthenis περὶ τῆς Ἁλοννήσου inscribitur: quam etiam Libanius in ejus argumento non Demosthenis, sed Hegesippi genuinum esse fœtum contendit. Verba Libanii hæc sunt: Ὁ δὲ λόγος οὐ δοκεῖ μοι Δημοσθένους εἶναι. δηλοῖ δὲ ἡ φράσις, καὶ ἡ τῆς συνθέσεως ἁρμονία, πολὺ τῶν Δημοσθενικῶν ἀποδέουσα τύπων, ἀνειμένη τε καὶ διαλελυμένη παρὰ τὸν ἴδιον τούτου τρόπον. Et paulo post: Ὑπώπτευσαν δὲ καὶ οἱ πρεσβύτεροι τὸν λόγον, ὡς οὐ τοῦ ῥήτορος ὄντα· καὶ ἀποφαίνονταί γε τινες εἶναι ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ, καὶ ἀπὸ τῆς ἰδέας τοῦ λόγου (τοιαύτη γὰρ κέχρηται) καὶ ἀπὸ τῶν πραγμάτων. i. e. *Oratio vero hæc non videtur mihi Demosthenis esse: idque tum ex genere dictionis animadverti potest, tum ex compositionis harmonia, quæ a charactere Demosthenis longe recedit, utpote remissa & soluta.* Et deinceps: *Veteres quoque hanc Orationem non esse Demosthenis suspicati sunt: & deprehendere quidam esse eam Hegesippi, tum ex genere dicendi (id enim illi convenire putatur) tum etiam rebus ipsis.*

5 Τῶν δρ. αὐτοῦ ἐστι Φιλέτ. ὡς Ἀθην.] Meminit ejus fabulæ Athen. lib. vii. c. 5. p. 279.

6 Ὁ Ψελλός. Ἡγητ.] Verba Pselli, quæ Suidas hoc loco adducit, sumpta sunt ex libro ejus inedito, versibus Politicis conscripto, & multarum Glossarum, vocumque obscuriorum enarrationem continente; qui MS. exstat in Cod. 1837. Bibliothecæ Regiæ Paris. fol. 184. Ex eodem Tractatu supra etiam v. Γνώρας quædam excerpta leguntur, quem locum consule.

7 Ἡγητορία] Sic etiam hæc vox scripta legitur apud Etymologum & Eustathium. Ἡγητηρία vero exhibent Athenæus, Hesychius, & Photius in Lexico inedito, cujus verba hic adducam: Ἡγητηρία, παλάθη σύκων, ἣν ἐν τῇ πομπῇ τῶν πλυντηρίων φέρουσιν, ὅτι ἡμέρου τροφῆς πρὸς ταύτης ἡγήσαντο. Locus est corruptissimus, quem sic emendabis: Ἡγητ. π. σ. ἣν ἐν τῇ πομπῇ τῶν Πλυντηρίων φέρουσιν, ὅτι ἡμέρου τροφῆς πρώτην ταύτην ἡγήσαντο. i. e. *Hegeteria, massa caricarum, quam in pompa Plynteriorum ferebant, quod eam primum vitæ mansuetioris cibum fuisse existimarent.* Ad hunc locum Photii respexit Etymologus v. Ἡγητηρία, quem vide.

8 Ἡγίας. οὗτος ἀμ.] Integrum hunc locum ex Damascii Vita Isidori descriptum esse, & stilus & res ipsa satis indicat. In Excerptis, quæ ex Vita illa hodie adhuc supersunt apud Photium, Cod. ccxlii. Hegiæ hujus mentio fit pag. 1066.

9 Τά τε τῶν κηδεστῶν ἱερά] Locus iste obscurus mihi videtur. Quæ ratio est, quare versionem Porti qualemcunque hic retinuerim, etiamsi ea minime mihi satisfaciat.

βελτίονα ἢ εὐσεβέστερον τῇ προθυμίᾳ χρησάμενος. ὅθεν ἐν τῇ πολιτείᾳ περιβόητος ἐγένετο· καὶ χαλεποὺς ἐφ' ἑαυτῷ τοὺς ἐχθροὺς ἐπεσπάσατο, τούς τε μεγάλων χρημάτων ἐρειγομένους, ὧν κύριος ἦν, καὶ ἀπὸ τῶν καθεστώτων νομίμων ἐπιβουλεύοντας. ἐπεὶ γάρ τι τοῦ Ἡγίᾳ καὶ τοῦ Θεαγένους μεγαλόφρονος φύσεως ἐν ταῖς εὐεργεσίαις· ἀκριβέστερον δὲ ἐκείνου τοσοῦτον ὅσον ἐς φίλους καὶ δεομένους ἀναλίσκειν.

Ἠγλαϊσμένη. χαίρουσα. λαμπρυνομένη.

Ἡ [1] γλῶττα τῷ κήρυκι τούτων τέμνεται. τουτέστιν, ἡ γλῶττα τῶν θυομένων τῷ Ἑρμῇ δίδοται. Καλλίστρατος δέ φησι, τῶν θυομένων τὰς γλώττας κήρυξιν ἀπονέμεσθαι.

Ἡ [2] γλῶττ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

Ἠγμένως. πεπαιδευμένως. καὶ Ἀγωγή. ἡ παίδευσις.

Ἠγμένος. τεθρεμμένος. καὶ πάντα πειθαρχῶν. Ὁ δὲ ἠγάσθη τὸ μειράκιον, ὡς καὶ θυγάτριον ἔχων, ἠγμένον καὶ αὐτὸ φιλοσόφως, αὐτῷ κατεγγυῆσαι.

Ἠγμένους. ἀγομένους.

Ἡγνικότες. καθάραντες.

Ἠγόμην. ἐτρεφόμην. ἐτύγχανον.

--Ἠγόμην [3] δ' ἀνὴρ
Ἀστῶν μέγιστος τῶν ἐκεῖ, πρίν μοι τύχη
Τοιάδ' ἐπέστη.

Ἠγορόωντο. ἐδημηγόρουν.

Ἡγοῦμαί σου. ἄρχω σου. γενικῇ.

Ἡγούμενος· προηγούμενος.

Ἤγουν. εἴτουν. ἐπιρρήματα διασαφητικά.

Ἠγρίωσαι. ἀντὶ τοῦ, ἐσκλήρυνσαι. [4] Σοφοκλῆς.
Σὺ δ' ἠγρίωσαι, κοὔτε σύμβουλον δέχῃ,
Ἐάν τε νουθετῇ τις εὐνοίᾳ λέγων,
Στυγεῖς, πολέμιον δυσμενῆ θ' ἡγούμενος.

Ἠγροικισάμην. κακῶς ἐφθεγξάμην.

Ἠγγύα. ἐβεβαίου.

Ἡ δέ. ἀντὶ τοῦ, ἡ αὐτὴ δέ.

Ἤδεε. ᾔδει. ἠπίστατο. καὶ Ἤδεσαν ὁμοίως.

Ἠδέσθη. αἰτιατικῇ.

Ἤδεσαν. ἔγνωσαν.

Ἡδέσι. τοῖς γλυκέσι.

Ἡδεῖα. γλυκεῖα.

Ἤδειςθα. ᾔδεις.

Ἢ [5] δεῖ χελώνης κρέα φαγεῖν, ἢ μὴ φαγεῖν. Τῆς χελώνης ὀλίγα κρέα βρωθέντα στρόφους ποιεῖ· πολλὰ δὲ καθαίρει. ὅθεν τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι [6] Δήμων.

co movit, majore temeritate quam pietate in animi sui promptitudine ostendenda utens. Unde in Repub. celebris evasit; sed & graves inimicitias sibi conciliavit, cum illorum, qui bonis, quæ ipse possidebat amplissima, inhiabant; tum illorum, qui patriorum institutorum amore impulsi ipsi insidiabantur. Erat autem Hegias natura magnificus, &, quod ad illam virtutem attinet, Theagenis quadantenus similis: in eo tamen accuratiore quam ille judicio præditus, quod amicis tantum & egentibus bona sua erogaret.

Ἠγλαϊσμένη. Gaudens. Splendens. Ornata.

Ἡ γλῶττα. *Lingua præconi horum immolatur.* Hoc est, victimarum immolatarum lingua Mercurio datur. Callistratus vero dicit, victimarum mactatarum linguas præconibus dari.

Ἡ γλῶττ' ὀμ. Lingua juravit, ipsa vero mens injurata est.

Ἠγμένως Erudite. Et ἀγωγή. Institutio. Eruditio.

Ἠγμένος. Institutus. Et, in omnibus alicui parens. *Ille vero miratus est adolescentem adeo, ut etiam filiolam, quam habebat, & ipsam in philosophia institutam, ipsi desponderet.*

Ἠγμένους. Adductos.

Ἡγνικότες. Qui purificarunt.

Ἠγόμην. Educabar. Eram.

Habebar vero vir
Civium maximus illorum, prius quam mihi fortuna
Talis ingrueret.

Ἠγορόωντο. Concionabantur.

Ἡγοῦμαί σου. Genitivo. Impero tibi.

Ἡγούμενος. Præcedens.

Ἤγουν. εἴτουν. Videlicet. Adverbia declarativa.

Ἠγρίωσαι. Durus es & rigidus. Sophocles:

Tu vero rigido es ingenio, neque consiliarium admittis,
Sique te benevolis verbis aliquis moneat,
Odisti eum, hostem inimicumque ducens.

Ἠγροικισάμην. Rustice sum loquutus.

Ἠγγύα. Fidejubebat.

Ἡ δέ. Pro ἡ αὐτὴ δέ. Illa vero.

Ἤδεε, ᾔδει. Noverat. Et Ἤδεσαν, Noverant.

Ἠδέσθη. Accusativo: [Reveritus est.]

Ἤδεσαν. Noverant.

Ἡδέσι. Dulcibus.

Ἡδεῖα. Dulcis.

Ἤδειςθα Noveras. Sciebas.

Ἢ δεῖ χελ. Aut oportet testudinis carnes edere, aut non edere. Paucæ testudinis carnes, si comedantur, tormina gignunt; multæ ve-

1 Ἡ γλῶττα τ. κ.] Est senarius Aristophanis in *Pluto*, p. 105. ad quem locum vide Scholiastam.

2 Ἡ γλῶττ' ὀμώμ.] Est versus notissimus ex Euripidis *Hippolyto*, v. 612. Vide etiam supra v. Ἀνεξάδδω.

3 Ἠγόμην δ' ἀνὴρ] Sunt versus Sophoclis *Oedip. Tyran.* p. 184. P.

4 Σοφοκλῆς] *Philoctete*, p. 428. P.:

5 Ἢ δεῖ χελώνης κρ.] Vide Zenobium & Diogenianum, qui idem proverbium enarrant. Apud Hesychium & Michaelem Apostolium corrupte legitur Ἡδὺ χελώνης κρέα φαγεῖν. & apud Photium in Lexico inedito Ἡδεῖα χελ. quibus in locis reponendum est Ἢ δεῖ, tam propter metrum, quam sensum.

6 Δήμων] Demonis hujus etiam alibi Suidas meminit. Vide Indicem *Auctorum*.

Ἕτερα

[1] Ἔπειτα δὲ, ἐπὶ τῷ [2] ἀποδύονται μὲν [3] πρὸς τὸ πρᾶγμα, στραγγευόμενοι δέ. [4] Φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι.

Ἤδη. ἀπάρτι.

Ἤδη. περὶ τούτου, λοιπὸν, τὸ ἐγγὺς τοῦ παρόντος νῦν [5] ἀποτόμου. μέρος δὲ χρόνου, ἢ τοῦ [6] μέλλοντος, ἢ τοῦ παρεληλυθότος. ἤδη τε γὰρ βαδιεῖσθαι φαμὲν. καὶ τὸ συνάπτον τῷ νῦν· ἤδη τε γὰρ βεβαδικέναι· οὐ πολὺ ἀφιστάντες τοῦ νῦν τὸν χρόνον.

Ἤδη· ἀντὶ τοῦ λοιπὸν. ταχέως. [7] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. Φεύγοις ἂν ἤδη τοὺς πονηρούς. καὶ Ἰάμβλιχος. Ἤδη γὰρ ἐλεῶ σε, ὅτι τὰ αὐτά σοι δυστυχῶ. ἀντὶ τοῦ ἐγγὺς τοῦ παρόντος. καὶ αὖθις. Εἰ δὲ ἤδη μεταμέλει τούτων Ἀντωνίῳ, καὶ αὐτὸς ξυνομολογῶ οὐκ ἀπὸ θυμοῦ εἶναι φιλίαν ξυνάψαι Ῥωμαίοις. † Περὶ Πυθαγόρου.

Ἤδη [8] γὰρ εἶδον πολλάκις καὶ τοὺς σοφοὺς
Λόγῳ μάτην θνήσκοντας· εἶθ' ὅταν δόμους
Ἔλθωσιν αὖθις, ἐκτετίμηνται πλέον.

Ὡς [9] Πυθαγόρας καθείρξας [10] ἑαυτὸν ἐν ὑπογείῳ, λογοποιεῖν ἐκέλευσε τὴν μητέρα, ὡς ἄρα τεθνηκὼς εἴη. καὶ μετὰ ταῦτα ἐπιφανεὶς, περὶ παλιγγενεσίας καὶ τῶν καθ' ᾅδου τινὰ ἐτερατεύετο, διηγούμενος πρὸς τοὺς ζῶντας περὶ τῶν οἰκείων, οἷς ἐν ᾅδου συντετυχηκέναι ἔλεγεν. ἐξ ὧν τοιαύτην ἑαυτῷ δόξαν περιέθηκεν, ὡς πρὸ μὲν τῶν Τρωϊκῶν Αἰθαλίδης ὢν ὁ Ἑρμοῦ· εἶτα Εὔφορβος· εἶτα Ἑρμότιμος Σάμιος· εἶτα Πύθιος Δήλιος· εἶτα ἐπὶ πᾶσι Πυθαγόρας.

ro, purgant. Unde proverbium hoc dictum fuisse Demon asserit. Secundum alios vero hoc de illis dicitur, qui primo quidem sese operi alicui accingunt, postea vero cunctantur. Ad Terpsionem autem hoc [proverbiũ] referunt.

Ἤδη. Jam. Paulo ante. Modo.

Ἤδη. Antea. Posthac. Significat quippe tempus, quod puncto temporis præsentis proximum est; sive partem temporis proxime futuri vel præteriti. Dicimus enim aliquem ἤδη, *i.e.* jam jam venturum: & aliquem ἤδη, *i. e.* modo abiisse: cum neutrum tempus a præsenti longe abesse significare volumus.

Ἤδη. Posthac. Mox. Aristoph. *Pluto. Fugiesne posthac improbos?* Et Iamblichus. *Jam enim miseror te, quia eadem, qua tu, calamitate premor.* Hic [τὸ ἤδη] accipitur pro eo tempore, quod est præsenti vicinum. Et rursus. *Si vero jam horum pœnitet Antonium, ego quoque confiteor, me non alienum esse a contrahenda cum Romanis amicitia.* De Pythagora.

Jam enim vidi sæpe etiam sapientes,
Verbis falso mortuos; qui, cum domum
Rediissent, in majore honore habiti fuerunt.

Quemadmodum Pythagoras, qui, cum in subterraneo antro se conclusisset, jussit matrem rumorem spargere, se mortuum esse. Postea vero, cum denuo apparuisset, de regeneratione, & rebus, quæ apud inferos geruntur, quædam auditu mira commentus est; narrans vivis, se cum suis apud inferos collocutum esse. Unde homines in eam opinionem induxit, se ante bellum Trojanum fuisse Æthalidem, Mercurii filium; postea Euphorbum; deinde Hermotimum Samium; inde Pythium Delium; & tandem post omnes Pythagoram.

1 Ἔπειτα δὲ ἐπὶ τῷ ἀποδύονται μ.] Locum hunc Wolfius, Portus, Schottus, & Pantinus, Michaelis Apostolii interpres, ita verterunt, ut appareat eos verum horum sensum minime perspexisse. Negotium enim illis facessivit vox ἀποδύονται, quam *detrectare* & *aversari* interpretati sunt, prorsus contra significationem vocis, & mentem proverbii hujus. Ἀποδύεσθαι enim, vel ἀποδύεσθαι πρὸς πρᾶγμά τι significat, rem aliquam aggredi, vel se ei accingere, metaphora ducta ab athletis, qui certaturi vestibus se nudare solebant: quod miror viris illis doctis in mentem non venisse. Deinde eos torsit vox στραγγευόμενοι, quam corruptam hic esse, & ejus loco legi debere στραγγευόμενοι recte monuit ὁ πάνυ Casaubonus ad Athenæum l. VIII. c. 3. Significat autem στραγγεύεσθαι & στραγγεύεσθαι, cunctari, tergiversari, morari, vel in negotio incœpto hærere, ut Grammatici passim docent. Notandum autem est, apud Suidam non solum hoc loco, sed etiam alibi, στρεπτεύεσθαι pro στραγγεύεσθαι vitiose legi; ut v. Ἱππεῖον. v. Κοππάζειν. v. Στραγγεύεσθαι. & v. Τονθορύζειν. Idem mendum apud alios quoque auctores occurrit; ut apud Aristoph. *Acharnens.* p. 376. v. 21. Apud Etymologum v. Ἐλινύειν, & v. Τονθορύζειν. Apud Hesychium v. Ἐλινύειν, v. Κλαζοπτύειν. v. Κυπτάζειν. v. Λορδοῦσθαι. & v. Τελμησσεῖς: quibus omnibus in locis στραγγεύεσθαι pro στρεπτεύεσθαι reponendum esse dubium mihi non est. Agitur enim ibi de verbis, significationem cunctandi, morandi, vel tergiversandi habentibus, in quorum numerum referendum etiam esse στρεπτεύεσθαι quis sibi persuadeat. Neque enim assentior Paulo Leopardo, optimi quamvis judicii & accuratæ eruditionis viro, qui *Emendat.* l. XI. c. 2. τὸ στρεπτεύεσθαι eadem interdum significatione qua στραγγεύεσθαι accipi contendit. Nam loca, quæ ad id probandum adfert, corrupta esse, & in iis στραγγεύεσθαι vel στραγγεύειν pro στρεπτεύεσθαι legi debere, facile demonstrare possem, si id nunc agerem. Sed ut ex diverticulo in viam redeam; ex iis, quæ dicta sunt, clare patet, quomodo locus Suidæ, quem nunc præ manibus habemus, vertendus sit, & quam parum priores interpretes verum ejus sensum fuerint assecuti.

2 Ἀποδύονται] Ἀποδύονται hic dicitur pro ἀποδυόμενοι; quod ab usu linguæ Græcæ non abhorrere discimus ex iis, quæ Suidas v. Ἀποδύσης tradit. Cæteroqui fateor, multo frequentius apud scriptores ἀποδύεσθαι πρὸς πρᾶγμά τι, pro *sese alicui rei accingere*, quam ἀποδύειν usitatum esse.

3 Πρὸς τὸ πρᾶγμα] In cæteris Edit. deest præpositio πρὸς, quæ tamen salvo sensu abesse non potest. Nunquam enim ἀποδύειν πρᾶγμα dicitur pro ἀποδύειν πρὸς πρᾶγμά τι; quod non negabunt, qui tritas usu Hellenismi aures habent. Antequam ab hoc loco discedam, obiter moneo, apud Zenobium pro eo, quod Suidas hic habet ἀποδύονται μὲν πρὸς πρᾶγμα, στραγγευόμενοι δὲ; verbis quidem diversis, sed sensu eodem legi, ἐπὶ τῶν ὁρμωμένων ὁρμῶν ἐπί τι πρᾶγμα, στραγγευομένων δέ. qui locus quamvis nullum nodum vindice dignum habeat, miror tamen Schottum, eruditum alias virum, tam pueriliter in eo interpretando hallucinatum esse.

4 Φασὶ δὲ αὐτὴν Τερψίωνος εἶναι] Vide Athenæum l. VIII. c. III. p. 337. quem locum Grammaticus noster respexit.

5 Ἀποτόμου] Sic corrupte omnes Edit. exhibent; pro quo ex Lexico Photii inedito reponendum est ἀτόμου. Nam tempus præsens, sive τὸ νῦν, recte dicitur ἄτομος, *i. e.* punctum, quod dividi nequit.

6 Ἢ τοῦ μέλλοντος] Lucianus tamen τὸ ἤδη hac significatione acceptum pro solœcismo habuit, si credendum est Eustathio, cujus ad Il. Π. p. 1069. hæc sunt verba: Καὶ ὅρα τὸ, ἤδη δαμάσσει. Συντέτακται γὰρ τῷ νῦν τὸ ἤδη μέλλοντι, ἀνακολούθως τῇ χρήσει τῶν ὕστερον Ἀττικιστῶν, ὧν ἐστι καὶ ὁ Λουκιανός. Idem ad verba illa Poetæ Ἤδη λοίγια ἔργα ἔσονται, p. 153. Καὶ εἰ τοῦτο ὀρθὸν, πῶς λοιπὸν θήσομεν τὸ Λουκιάνειον σολοικισμὸν, τὸ λέγοντα, ΗΔΗ ΣΟΛΟΙΚΙΩ. Vide eundem ad Il. Α. p. 100. Locus Luciani, quem Eustathius respexit, exstat initio *Pseudosophistæ*, ubi tamen non ἤδη σολοικιῶ, sed ἄρτι σολοικιῶ legitur. Unde apparet, Eustathium ista scribentem, memoriæ errore deceptum fuisse, & proinde verum non esse, Lucianum unquam negasse, τὸ ἤδη tempori futuro jungi posse. Vide quæ ad locum Luciani modo laudatum observavit Vir summus Joh. Georg. Grævius.

7 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 6. v. 17. P.

8 Ἤδη γὰρ εἶδον] Sunt versus Sophoclis in *Electra*, p. 83.

9 Ὡς Πυθαγόρας κτλ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad finem articuli αὐτολεξεὶ descripta sunt ex Scholiaste Sophoclis ad modo laudatum locum *Electræ* p. 83.

10 Καθείρξας ἑαυτὸν ἐν ὑπογ.] Similem historiam de Zamolxide ex Hellanico Suidas narrat supra v. Ζάμολξις.

Ἤδη τέρπῃ σύ.

Ἠδημόνουν.

Ἥδιον. τὸ γλυκύτερον. Ἡδίων δὲ, ὁ ἡδύτερος, ἀρσενικῶς διὰ τοῦ ω μεγάλου. Ἥδιστος, τὸ συγκριτικόν.

Ἥδιστα. ἡδέως.

Ἠδολέσχησα. διελάλουν ἐμαυτῷ προσδιαλεγόμενος.

Ἥδομαί σοι. δοτικῇ. εὐφραίνομαί σοι. καὶ Ἡδόμην. εὐφραινόμην.

Ἡδόμενος. ἀρεσκόμενος. Ἐκ τῶν Πλωτίνου.

Ἡδοναί· λῦπαι· θάρρη· φόβοι· ἐπιθυμίαι· ἀποστροφαὶ, καὶ τὸ ἀλγεῖν, τίνος ἂν εἶεν; ἢ γὰρ ψυχῆς, ἢ χρωμένης ψυχῆς σώματι, ἢ τρίτου τινὸς ἐξ ἀμφοῖν. Διχῶς δὲ καὶ τοῦτο. ἢ γὰρ τὸ μίγμα, ἢ καὶ ἄλλο τι ἐκ τοῦ μίγματος ἐστι.

Ἡδονή. λεία κίνησις, ἢ [1] γένεσις, ἢ φύσις αἰσθητὴ, ἢ ἄλογος διάλυσις, ἢ ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως, ἀνεμπόδιστος τοῦ παρακολουθοῦντος τέλους ταῖς τελειοτάταις ἐνεργείαις. Ἐκ τούτων τῶν ὅρων ἰσχύει τις ἀνασκευάζειν καὶ κατασκευάζειν, ὅτι ἀγαθὸν ἡ ἡδονή, καὶ ὅτι μή.

Ἡδονὴ [2] δέ ἐστι λεία κίνησις· πόνος δὲ, τραχεία κίνησις. καὶ τὴν μὲν, εὐδοκητὴν πᾶσι ζώοις· τὸν δὲ, ἀποκρουστικόν. Ἡδονὴν μέν τοι τοῦ σώματος, [3] ἣν καὶ τελείαν εἶναι, οὐ τὴν καταστηματικὴν ἡδονὴν, τὴν ἐπ' ἀναιρέσει ἀλγηδόνων, καὶ οἷον ἀοχλησίαν [4] τελείαν εἶναί φασι. Διαφέρει δὲ τέλος εὐδαιμονίας. τέλος μὲν γὰρ εἶναι τὴν κατὰ μέρος ἡδονήν· εὐδαιμονίαν δὲ, τὸ ἐκ τῶν μερικῶν ἡδονῶν σύστημα· (αἷς συναριθμοῦνται) καὶ αἱ παρῳχηκυῖαι, καὶ αἱ μέλλουσαι. εἶναί τε τὴν μερικὴν ἡδονὴν δι' αὑτὴν αἱρετήν· τὴν δὲ εὐδαιμονίαν οὐ δι' αὑτὴν, ἀλλὰ διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς. † [5] Ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλογος ἔπαρσις [6] ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι ὑπάρχειν. ὑφ' ἣν τάττεται κήλησις, ἐπιχαιρεκακία, τέρψις, διάχυσις. Κήλησις μὲν οὖν ἐστιν ἡδονὴ, δι' ὤτων κατακηλοῦσα. Ἐπιχαιρεκακία δὲ, ἡδονὴ ἐπ' ἀλλοτρίοις κακοῖς. Τέρψις δὲ, οἷον τρέψις καὶ προτροπή τις ψυχῆς ἐπὶ τὸ ἀνειμένον. Διάχυσις δὲ, ἀνάλυσις ἀρετῆς. † Ἔτι δὲ παρ' ἑκατέρου μέρους τῆς ἀντιφάσεως συλλογισμὸς ἔνδοξος. ὅτι μὲν ἀγαθὸν ἡ ἡδονὴ, δείκνυσιν ὁ συλλογισμὸς οὗτος· οὗ πάντα ἐφίεται, ἀγαθόν· τῆς ἡδονῆς δὲ πάντα ἐφίεται· ἡ ἡδονὴ ἄρα ἀγαθόν. Τὸ δὲ μὴ εἶναι αὐτὴν ἀγαθὸν, ὁ τοιοῦτος. τὸ ἀγαθὸν ἀγαθοὺς ποιεῖ· ἡ ἡδονὴ ἀγαθοὺς οὐ ποιεῖ· οὐκ ἄρα ἀγαθὸν ἡ ἡδονή. ἡ ἡδονὴ τοίνυν ἐστὶ κίνησις λεία. ἐνέργεια δὲ ἀτελὴς πᾶσα κίνησις. μηδὲν δὲ ἀγαθὸν ἀτελές. ἡ ἡδονὴ ἄρα οὐκ ἀγαθόν.

Ἤδη τέρπῃ σύ. Jam tu delectaris.

Ἠδημόνουν. [Animo cruciabar.]

Ἥδιον. Dulcius. Gratius. Ἡδίων vero, idem quod ἡδύτερος, genere masculino, per ω.

Ἥδιστα. Suavissime. Jucundissime.

Ἠδολέσχησα. Mecum ipse loquutus sum.

Ἥδομαί σοι. Dativo. Delector te. Tua consuetudine delector. Et Ἡδόμην. Delectabar.

Ἡδόμενος. Qui delectatur. Ex Plotino sunt [ea quæ sequuntur.]

Ἡδοναί. Voluptates, tristitia, fiducia, metus, cupiditates, aversationes, & dolores, cujusnam erunt? Aut enim animi sunt, aut animi corpore utentis, aut tertii alicujus ex utroque conflati. Hoc autem duplex est. Aut enim est mixtio, aut aliud quiddam ex mixtione compositum.

Ἡδονή. [Voluptas.] Blanda motio, vel generatio, vel natura sensibilis, vel bruta dissolutio, vel actio habitus secundum naturam, quam non impedit ille finis, qui sequitur extremas actiones. Ex his definitionibus potest quis & refellere, & adstruere, voluptatem esse bonum, vel non esse.

Ἡδονή. Voluptas est blandus motus; dolor vero, asper motus. Et illam quidem omnibus animalibus esse gratam: hunc vero eadem aversari [Cyrenaici statuunt.] Corporis voluptatem, non stantem illam, & in vacuitate dolorum positam, & quasi indolentiam quandam, finem esse ajunt. Differt autem finis a felicitate. Nam finem esse ajunt voluptates particulares. Felicitatem vero, systema quoddam, compositum ex particularibus voluptatibus, quibus tam præteritæ, quam futuræ annumerantur. Ac particulares quidem voluptates per se esse expetendas: felicitatem vero, non propter se, sed particulares voluptates. † Voluptas est elatio animi sine ratione ob rem, quæ videtur expetenda: sub qua ponuntur delectatio, gaudium in malis alienis, oblectatio, animi effusio. Ac Κήλησις quidem est voluptas, suavitate auditus nos permulcens. Ἐπιχαιρεκακία, lætitia ob aliena mala. Τέρψις, quasi τρέψις, sive conversio & impulsio animi ad remissionem. Διάχυσις vero est virtutis dissolutio. † Ex utraque parte probabilis syllogismus contradictorius formari potest. Voluptatem enim esse bonum, hic syllogismus demonstrat. Id, quod omnia [animalia] appetunt, est bonum. Voluptatem autem omnia appetunt. Voluptas igitur est bonum. Non autem esse bonum, talis syllogismus ostendit. Bonum facit bonos. Voluptas bonos non facit. Voluptas igitur non est bonum. Voluptas est blanda motio. Omnis vero motio est actio imperfecta. Nullum vero bonum est imperfectum. Voluptas igitur non est bonum.

1 Ἡ γένεσις, ἢ φύσις αἰσθ.] Legendum est, ἡ γένεσις εἰς φύσιν αἰσθητήν. Sic enim voluptas a quibusdam definiebatur. Alexander Aphrodisæus in 1 *Topic.* p. 3. lin. ult. Λέγουσι γὰρ τὴν ἡδονὴν εἶναι γένεσιν εἰς φύσιν αἰσθητήν. quem locum acceptum refero eruditissimo Pearsonio, qui eum in notula ad marginem Suidæ sui observaverat.

2 Ἡδονὴ δέ ἐστι λεία κ.] Totus hic locus, usque ad verba illa, διὰ τὰς κατὰ μέρος ἡδονάς, excerptus est ex Laert. l. II. sect. LXXXVI. & seq. ubi vide commentatores.

3 Ἣν καὶ τελείαν εἶναι] Lege ex Laertio, ἣν καὶ τέλος εἶναι: quam lectionem in versione secutus sum.

4 Τελείαν εἶναί φ.] Lege iterum τέλος εἶναι φ. ut apud Laertium.

5 Ἡδονὴ δέ ἐστιν ἄλ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad ἀνάλυσις ἀρετῆς leguntur apud Laertium l. VII. sect. CXIV. unde ea Suidas excerpsit.

6 Ἐφ' αἱρετῷ δοκοῦντι] Sic locum hunc ex Laertio emendavi. In prioribus Edit. enim pro αἱρετῷ vitiose scriptum est ἱερῷ: quam lectionem Porto caliginem offudisse mirum non est.

Ἡδονή.

Ἡδονή. ἡ ἀκάθαρσις, καὶ ἡ φυσικὴ κατάστασις, ἣν Ἐπίκουρος ἐδογμάτιζε, τέλος παντὸς πράγματος τὴν ἡδονὴν εἶναι τιθέμενος. τουτέστι, τὸ πρώτιστον ἀγαθὸν, ὅ ἐστι θεός.

Ἡδονῆς ἀκρότης. τὸ παρὲς λύπης ἄμικτον.

Ἦ δ' ὅς. οἱ μὲν περὶ Ἐρατοσθένην, ἀντὶ τοῦ, ἔφη δὲ ὅς. διὸ δασύνουσι τὴν ἐσχάτην. ἐκτετάχθαι γὰρ ἄρθρον τὸ ὅς. καὶ ἦ, ἀντὶ τοῦ ἔφη. Ἀλλὰ περιμένουμεν ἦ δ' ὅς. καὶ ἦν δ' ἐγὼ, ἀντὶ τοῦ, ἔφην δὲ ἐγώ. παρὸ δὴ καὶ Ἕρμιππος ἐν Ἀθηνᾶς Γοναῖς· ἦσιν (ἀντὶ τοῦ φησὶν) ὁ Ζεὺς δίδωσι πολὺ, φησὶ, τοὔνομα. Ἀρίσταρχος δὲ τὸ μὲν ἦ δ' ὅς, ἀντὶ τοῦ ἔφη δὲ ὅς. τὸ δὲ ἦν δὲ ἐγὼ, ἔφην ἐγώ. τὸ δὲ ἦ, τὴν ἀρχαίαν ἔφη εἶναι λεξίδιον. καὶ Ὅμηρον δ' οὐ κατὰ πάντα λέγεσθαι αὐτῇ, [2] οὐδὲ σχηματίζειν ἀπ' αὐτοῦ. τὸ ἀνάλογον μὲν, ὡς ὅταν λόγου πλευτὴν σημαίνῃ. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι. Ἦ, καὶ ἐπ' Ἀντινόῳ. Τοὺς δὲ μεθ' Ὅμηρον ἀδιαφόρως αὐτὸ τάσσειν.

Ἦ δ' ὅς ἀντὶ τοῦ, ἔφη δὲ ὅς. τούτῳ λέγουσι καὶ ἐπὶ πλήθους, καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ, καὶ ἀρσενικοῦ. καὶ [3] παροιμία. ἦ δ' ὅς οὐ μόνον ἔφη, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ πολλῶν τίθεται, ἀντὶ τοῦ ἔφασαν.

Ἦδος. ὄφελος. ψιλοῦται. [4] Ὅμως ἀλλὰ τί μοι τούτων ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλετο;

Ἠδωνά. ἱμάτια Θρακικά.

Ἠδωνίς, Ἠδωνίδος. χώρα οὕτω λέγεται. καὶ Ἠδωνοὶ, ὄνομα ἔθνους. [5] Αἰσχύλος. [6] Ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδωνοῖσι, καὶ τὰς νεβρίδας οὕτω καλεῖ. καί ἐστιν ἐν τῷ Αἰγίζειν.

Ἤδρασεν. ἐστήριξεν. καὶ Ἡδρασμένος. βέβαιος. πάγιος.

Ἡδραίωται.

Ἡδύγαιον. τὸ καλὴν ἔχον γῆν.

Ἡδυεπής. ἡδυλόγος.

Ἡδύλειον. ὄρος, ὅπερ ἐστὶν ἐν Βοιωτίᾳ.

Ἡδύνομαι. δοτικῇ.

Ἡδύοσμον. εἶδος βοτάνης.

Ἡδυπαθής. φιλήδονος. πάθη χαίρων. καὶ Ἡδυπάθεια, ἡ πορνεία.

Ἡδύς. εὐήθης. ἐκάλουν δὲ οὕτω καὶ τοὺς ἐπιμώρους.

Ἡδύσματα· ἀρώματα, ἢ εὐοσμίας.

Ἦε. ἐπορεύετο.

Ἠὲ. [7] βαρυτόνως, διαζευκτικὸς σύνδεσμος. [8] Ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ. Περισπωμένως δὲ, ἀπορηματικός. Ἦ μαχέσομεν, ἢὲ καὶ οὐχί.

Ἡδονή. Impurus naturæ nostræ status, sive voluptas, quam Epicurus statuit summum esse bonum, quod est ipse Deus.

Ἡδονῆς ἀκρ. Voluptas omnis doloris expers.

Ἦ δ' ὅς. Eratosthenes pro ἔφη δ' ὅς. Quare ultimam syllabam aspero spiritu notat, propter articulum ὅς. Et ἦ pro ἔφη. Dixit. Ut, Ἀλλὰ περιμ. *Sed expectabimus, dixit ille.* Et ἦν δ' ἐγώ. pro ἔφην δὲ ἐγώ. *Dixi vero ego.* Secundum quod & Hermippus in *Minervæ natalibus* dicit: Ἦσιν ὁ Ζεὺς δίδωσι πολὺ τοὔνομα. Pro, φησίν. Aristarchus quoque ἦ δ' ὅς, pro ἔφη δὲ ὅς [agnoscit.] At ἦν δὲ ἐγώ, pro ἔφην ἐγώ. Et τὸ ἦ vocem antiquam esse dicit, qua Homerus non in omnibus locis nec promiscue utatur, sed tantum cum orationis finem significare vult: ut Ἦ, καὶ κ. *Dixit & cæruleis annuit superciliis.* Auctores vero Homero recentiores promiscue eo uti.

Ἦ δ' ὅς. Pro ἔφη δ' ὅς. Utuntur autem voce ἦ etiam in plurali; item in fœminino & masculino genere. Ἦ δ' ὅς, non solum significat dixit, sed etiam in plurali, dixerunt.

Ἦδος. Utilitas. Tenui spiritu notatur. Homerus: *Quid mihi ista prosunt, postquam amicus periit.*

Ἠδωνὰ ἱμάτια. Vestimenta Thracica.

Ἠδωνίς. Ἠδωνίδος. Regio, quæ sic vocatur. Et Edoni, nomen gentis. Æschylus. Idem vero in *Edonis* & hinnulorum pelles ita vocat. Quære in v. Αἰγίζειν.

Ἤδρασεν. Firmavit. Et Ἡδρασμένος. Firmus. Stabilis.

Ἡδραίωται. [Firmatus est.]

Ἡδύγαιον. Bonum solum habens.

Ἡδυεπής. Dulciloquus. Suaviloquus.

Ἡδύλειον Mons in Bœotia.

Ἡδύνομαι. Dativo. [Oblector.]

Ἡδύοσμον. Herbæ genus.

Ἡδυπαθής. Voluptatis amans. Voluptate gaudens. Et Ἡδυπάθεια. Scortatio.

Ἡδύς. [Jucundus.] Probus. Sic etiam vocabant leviter fatuos.

Ἡδύσματα. Condimenta, vel suaves odores.

Ἦε Ibat.

Ἠὲ. Cum accentu gravi. Est conjunctio disjunctiva. Ut, *Vel discindere cavum lignum.* Cum vero circumflexo notatur, est conjunctio dubitandi. *Utrum pugnaturus esset, an non.*

1 Ἦ δ' ὅς.] Confer Etymologici M. auctorem h. v.

2 Οὐδὲ σχηματίζειν ἀ. α. τὸ ἀν.] Hic locus mihi obscurus videtur, quem proinde acutioribus examinandum libens relinquo.

3 Παροιμία] Agnosco hic temerariam librariorum manum, qui nescio quid somniantes vocem istam in textum intruserunt. Quare ea inducta locum hunc continuo ordine sic leges, καὶ ἦ δ' ὅς· οὐ μόνον ἔφη, &c.

4 Ὅμως ἀλλὰ τί μοι τ.] Portus de mendo hic securus locum istum sic verterat *Tamen ita res habet: sed quaenam utilitas horum,* &c. At vero pro ὅμως legendum esse Ὅμηρος nihil est certius. Apud Homerum enim Il. Σ. v. 80. versus iste ita legitur:

Ἀλλὰ τί μοι τῶν ἦδος, ἐπεὶ φίλος ὤλεθ' ἑταῖρος.

5 Αἰσχύλος] Locus Æschyli, quem Suidas hic respicit, exstat apud Strabonem, l.x. p. 470.

6 Ὁ δ' αὐτὸς ἐν Ἠδων.] Hæc absque ullo judicio ex v. Αἰγίζειν in hunc locum translata sunt, nec aliter huc spectant, nisi quatenus in iis fabulæ Æschyli, *Edoni* vocatæ, mentio fit.

7 Βαρυτόνως] Delenda est vox ista, utpote ab hoc loco aliena. Nam conjunctio ἠὲ, de qua hic agitur, non est βαρύτονος, sed ὀξύτονος.

8 Ἠὲ διατμ.] Est pars versus Homerici Od. Θ. v. 507.

Ἦευ.

Ἦεν. ὑπῆρχεν.

Ἡ [1] ἐν [2] ὁδῷ [3] καθελών. ἀντὶ τοῦ [4] ἐνεχθέντα ἑλών. τουτέστιν, ἔν τινι ἐνέδρᾳ καταβαλών. [5] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.

Ἠέρα. [6] ἀορασίαν.

Ἠερέθονται. [7] ἀπαιωροῦνται.

Ἠερίβοια. ὄνομα κύριον.

Ἠέριαι. καὶ Ἠερίη. ἑωθινή. καὶ Ἠεριός, ὀρθεινός.

Ἠερόεν, καὶ Ἠεροειδές· σκοτεινόν.

Ἠερόεις. [8] ὁ σκοτεινὸς Ἅδης.

Ἠέρος ὄγμοι. αἱ ὁδοί. οἱ τόποι. λέγεται δὲ θηλυκῶς ἐν Ἐπιγράμμασι·

— καὶ διὰ μέσσης
Ἠέρος εὐάγρευ τοῦδε λίθου κάματον.

Ἠεροφοῖτις. [9] ἡ ἀοράτως ἐρχομένη κατὰ τὰ ἔργα.

Ἤεσαν. ἐπορεύοντο.

Ἠετίων. ὄνομα κύριον.

Ἠετιώνεια. [10] οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τοῦ κατακτησαμένου τὴν γῆν Ἠετίωνος· καὶ Ἠετιώνειος δίαιτα, ἡ τοῦ Ἠετίωνος.

Ἤει. ἐπορεύετο.

Ἤειρεν. ἔδησεν. ἥρμοσεν. ἀπὸ τοῦ εἴρω, τὸ δεσμεύω. καὶ πλεονασμῷ τοῦ η, ἠείρω. ὡς μύω, ἠμύω.

Ἤια. [11] ὑπῆρχεν. καὶ ἀντὶ τοῦ ἐπορευόμην.

Ἠΐθεος. [12] ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας. [13] ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ἠιθέοις οὐκ ἔστι τόσος πόνος, ὁππόσος ἡμῖν
Ταῖς ἁπαλοψύχοις.

καὶ ὁ ἴσος τοῖς θεοῖς.

Ἤϊκτο. ὡμοίωτο.

Ἠιόεντι. καλὸν αἰγιαλὸν ἔχοντι.

Ἠιόεις. ὁ αἰγιαλώδης.

Ἤιον. τὸ εἰς ὁδὸν βρῶμα.

Ἠϊόνα. αἰγιαλόν. ὄχθην.

Ἠιονεύς. ὄνομα κύριον.

Ἠιών. αἰγιαλός.

Ἠΐων. ἀχύρων. [14] Ὅμηρος. Ὡς δ' ἄνεμος ζαὴς ἠΐων

Ἦεν. Erat.

Ἡ ἐν ὁδῷ καθ. i. e. Qui insidiantem aliquem occidit. Demosthenes contra Aristocratem.

Ἠέρα. Caliginem. Obscuritatem.

Ἠερέθονται. Pendent. Suspensi sunt.

Ἠερίβοια. Eeribea. Nomen proprium.

Ἠέριαι. Matutinæ. Et Ἠερίη, Matutina: & Ἠεριός, Matutinus.

Ἠερόεν, & Ἠεροειδές. Caliginosum. Obscurum.

Ἠερόεις. Obscurum. Orcus.

Ἠέρος ὄγμοι. Aeris viæ. Aeris loca. Est autem [Ἠέρος] generis fœminini in Epigrammate:

——*Et fac ut in medio*
Aere hoc opimam prædam labore nostro consequamur.

Ἠεροφοῖτις. Quæ obscuritate septa, vel aliorum oculos latens, incedit.

Ἤεσαν. Iverant. Ibant.

Ἠετίων. Eetion. Nomen proprium.

Ἠετιώνεια. Eetionea. Ita vocabatur alterum Piræei promontorium, ab Eetione, qui terram illam possederat. Et Ἠετιώνειος δίαιτα. Eetionis vivendi ratio.

Ἤει. Iverat. Ibat.

Ἤειρεν. Ligavit. Aptavit. Ab Εἴρω. Vincio: & per pleonasmum τοῦ η Ἠείρω; ut *μύω, ἠμύω.*

Ἤια. Eram. Et Ibam.

Ἠΐθεος. Venerem non expertus. Vel qui nondum uxorem duxit. In Epigrammate:

Adolescentibus non est vita tam molesta, quam nobis [puellis]
Teneram animam habentibus.

Item, Diis æqualis.

Ἤϊκτο. Assimilatus erat.

Ἠιόεντι. Pulchrum littus habenti.

Ἠιόεις. Magnum littus habens.

Ἤιον. Viaticum.

Ἠϊόνα. Littus. Ripam.

Ἠιονεύς. Eïoneus. Nomen proprium.

Ἠιών. Littus. Ripa.

Ἠΐων. Palearum. *Ut autem ventus vehemen-*

1 Ἡ ἐν ὁδῷ καθ.] Sic locum hunc ex Demosthene & Harpocratione restitui. In prioribus enim Edit. ob omissam vocem Ἡ, quæ articuli totius caput est, hæc præcedentibus absque ulla distinctione annexa leguntur, a quibus tamen separanda esse manifestum est.

2 Ἐν ὁδῷ] Ἐν ὁδῷ hic significat *in insidiis.* Vide Harpocrat. & Suidam v. Ὁδός.

3 Καθελών] Id est, qui occidit. Accipitur enim hic pro ἀνελών, vel ἀποκτείνας. Vide Suid. v. Καθελών.

4 Ἐνεχθέντα] Sic etiam Photius in Lexico inedito. Sed ex Harpocratione restituendum est ἐνεδρεύοντα.

5 Δημοσθένης ἐν τῷ κ. Ἀρισ.] Locum integrum Demosthenis, qui extat Operum ejus p. 435. adducam, ut quid hæc sibi velint, melius intelligatur. Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, Ἢ ἘΝ ὉΔΩ͂Ι ΚΑΘΕΛΩ͂Ν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, ἢ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρί, ἢ ἐπὶ ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρί, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ, τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείναντα. i. e. "Si quis aliquem in certaminibus invitus occiderit, aut "insidiantem, aut in bello imprudens, aut deprehensum apud ma- "trem, aut apud sororem, aut filiam, aut concubinam, aut eam "quam propter educationem ingenuorum liberorum quis habeat; ex- "dis ergo ne exulato." Hinc apparet verba illa Ἡ ἐν ὁδῷ καθελών, esse fragmentum legis, quæ de homicidiis impunitis apud Athenienses sancita erat.

6 Ἠέρα. ἀορ.] Homerus Il. Θ. 50. Κατὰ δ' ἠέρα πουλὺν ἔχευεν. ubi Scholiasta: Ἠέρα] ἀορασίαν. σκότος.

7 Ἠερέθονται] Respicit locum Homeri Il. Γ. 108. Αἰεὶ δ' ὁπλοτέρων ἀνδρῶν φρένες ἠερέθονται. ubi Scholiasta: Ἠερέθονται] Ἀπαιωροῦνται. κρέμανται.

8 Ὁ σκοτεινὸς Ἅδης] Lege, ὁ σκοτεινός, οἷον Ἅδης.

9 Ἠεροφοῖτις] Vide Homer. Il. Τ. 87. & ibi Scholia.

10 Ἠετιώνεια] Ex Harpocratione, ad quem vide Valesium.

11 Ἤια. ὑπῆρχεν] Explicatio ista non convenit voci Ἤια, quæ aliud significat. Hinc magis placet, quod legitur in Lex. Photii MS. Ἤια. βρώματα. καὶ τὸ ἐπορευόμην.

12 Ἠΐθεος] Photius in Lex. inedito. Ἠΐθεος, ὁ ἄρτι γάμου ἔχων, καὶ μηδέπω γεγαμηκώς. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ ἠΐθεος. Notanda sunt ultima verba, ex quibus discimus, τὸ ἠΐθεος etiam de virgine dici: quod testantur quoque Hesychius & Etymologus.

13 Ἐν Ἐπιγράμματι.] Antholog. l. vii. p. 604. Eadem leguntur supra, v. Ἀβαλῆσαι.

14 Ὅμηρος] Odyss. E. v. 368.

θημῶνα πνάξῃ. καὶ Βάβριος. Οὔπω δὲ χυρὸς ἐστὶν ἤια λύειν.

Ἠΐσκομεν. ἀπεικάζομεν.

Ἠΐστωσας. ἠφάνισας. [1] Σὺ γάρ μου πατρίδ' ἠΐστωσας δορί.

Ἠΐχθη. ὥρμησεν.

Ἠθάδων. συνήθων. Χειμέριον νύκτ' ἐτήρησαν, ἐν ᾗ οὐδ' ἂν εἷς αὐτῶν τῶν βαρβάρων ἠθάδων ἄνευ τινὸς ἐξαισίου ἀνάγκης ἔξω τῶν σκηνωμάτων ἐγένετο.

Ἠθαλωμένος. ὁ κεκαυμένος.

Ἠθαμά. ὄνομα τόπου. Ἑβραϊστὶ δὲ λέγεται αἷμα.

Ἤθεα. [2] παρὰ Ἡροδότῳ, οἱ τόποι, ἐν οἷς ἀναστρέφονται.

Ἢ θέμις. ὡς νόμος. ὡς προσῆκον.

Ἠθεῖε. [3] τοῦτο οὔτε ψιλῶς ἐπὶ ἀδελφοῦ φέρεται, οὔτ' ἐπὶ πρεσβύτου· ἀλλ' ἐπὶ τιμητικῇ προσηγορίᾳ, καθ' ἣν ὁ νέος πρεσβυτέρῳ ἀδελφῷ προσφωνεῖ. [4] τὸ δὲ πλῆρες Ἠθεῖε. καὶ θηλυκὸν, Ἠθεία.

Ἠθλοθέτει. τοὺς ἀγῶνας διετίθει. [5] Ἕως ὁ μέγιστος Ἑλλανοδίκης Γαΐνας τὸν Ῥωμαϊκὸν ὄλεθρον ἠθλοθέτει. τουτέστι, τὸν ἀγῶνα διετίθει.

Ἠθμός. ὁ διυλιστήρ. καὶ μήν τοι καὶ διηθηθὲν πρότερον ὑπὸ τοῦ λεγομένου ἠθμοῦ.

Ἠθολόγος. [6] θεατριστής.

Ἠθοποιΐα. μίμησις ἤθους τοῦ ὑποκειμένου προσώπου.

Ἦκα. ἡσύχως.

Ἠκαλόν. τὸ ἥσυχον. παρὰ τὸ ἀκαλόν. ἐξ οὗ καὶ ἀκαλαρρείτης, ἡσύχως ῥέων. παρὰ τὸ ἔκηλος, ὁ ἥσυχος.

Ἠκάλλον. ἐθώπευον. ἀπὸ τοῦ αἰκάλλω θέματος.

Ἡ κάμηλος ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀναπίθεται φορτία. [7] Εἰς ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη. περὶ Λαΐδος τῆς ἑταίρας.

Ἤκαχον.

Ἡρώων [8] τὸν ἀοιδὸν Ἴῳ ἔνι παῖδες Ὅμηρον
Ἤκαχον, ἐκ Μουσῶν γρῖφον ὑφηνάμενοι.

Ἀντὶ τοῦ ἐλύπησαν.

Ἠκαιρεῖσθε. ἐκωλύεσθε. χρόνον οὐκ εἴχετε.

Ἧκεν. ἦλθεν. ἔπεμψεν. ἐφῆκεν.

ter spirans palearum acervum discutit. Et Babrius. *Nondum autem tempus est paleas solvendi.*

Ἠΐσκομεν. Assimilabamus.

Ἠΐστωσας. Delevisti. *Tu enim patriam meam delevisti hasta.*

Ἠΐχθη. Cum impetu irruit.

Ἠθάδων. Assuetorum. *Tempestuosam noctem observarunt, qua nemo barbarorum notorum, sine aliqua ingenti necessitate ex tentoriis prodierat.*

Ἠθαλωμένος. Combustus.

Ἠθαμά. Hethama. Nomen loci. Hebraice vero sanguis ita vocatur.

Ἤθεα. Apud Herodotum loca, in quibus aliqui vivere assueti sunt.

Ἢ θέμις. Ut fas est. Ut decet.

Ἠθεῖε. Neque simpliciter de fratre dicitur, neque de seniore: sed est vox, qua ob reverentiam frater junior seniorem compellat. Integrum est Ἠθεῖε, & fœmininum Ἠθεία.

Ἠθλοθέτει. Certamina moderabatur. *Quamdiu maximus Hellanodica Gainas Romanis perniciem dispensabat.*

Ἠθμός. Colum. *Et quidem id, quod prius percolatum erat colo.*

Ἠθολόγος. Mimus.

Ἠθοποιΐα. Imitatio morum propositæ personæ.

Ἦκα. Quiete. Submisse.

Ἠκαλόν. Quietum. Tranquillum. Ab Ἀκαλόν. Unde etiam Ἀκαλαρρείτης, leniter fluens. Ab Ἔκηλος, quietus, lenis.

Ἠκάλλον. Adulabar. A themate Αἰκάλλω.

Ἡ κάμηλος ψωρ. Camelus scabiosa multorum asinorum onera gestat. † Formæ splendorem in terra deposuisti. De Laïde meretrice hoc dicitur.

Ἤκαχον. [Dolore vel molestia affecerunt.]

Heroum cantorem Homerum in Io pueri
Dolore affecerunt, Musicum griphum contexentes.

Ἠκαιρεῖσθε. Impediebamini. Tempus vacuum non habebatis.

Ἧκεν. Venit. Misit. Immisit.

1 Σὺ γάρ μου πατρ.] Ex Sophocl. *Ajac. Flagellif.* p. 31. *P.*

2 Ἤθεα] Vide supra v. Ἐξ ἠθέων

3 Ἠθεῖε. τοῦτο οὔτε ψ.] Vide Scholiast. Hom. ad Il. Z. v. 518.

4 Τὸ δὲ πλῆρες, ἠθεῖε.] Hoc ideo dictum, quia apud Hom. loco laudato vocabulum hoc non est integrum; sed ob sequentem vocalem τὸ ε elisum habet, ut a Porto recte observatum fuit. Ait enim Poeta:

Ἠθεῖ', ἦ μάλα δή σε καὶ ἐσσύμενον κατερύκω.

5 Ἕως ὁ μέγιστος Ἑλλ.] Fragmentum hoc ex Eunapio sumptum esse indicat Suidas supra v. Ἑλλανοδίκαι.

6 Ἠθολόγος] Ἠθολόγοι a Græcis vocabantur mimi, quod mores hominum imitarentur & effingerent. Iidem etiam βιολόγοι appellabantur, quod vitam quotidianam hominum imitando exprimere solerent. Vid. Vales. ad Amm. Marcell. p. 405.

7 Εἰς ἀγλαΐην ἐν. χθ.] Nihil hic ante me viri docti viderunt, nec observarunt locum hunc esse mutilum, & propter defectum quorundam verborum, quæ librariorum incuria exciderunt, duos diversos articulos in unum confusos esse. Rem ita sese habere clarissime demonstrabo, & simul locum pessime acceptum in integrum restituam, quamvis nihil me libri scripti hic adjuvent. Notandum igitur est, verba illa, Ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη, sumpta esse ex Antholog. l. III. p. 328. ubi integrum distichum, cujus ista pars sunt, sic legitur:

Ὦ πόσον ἤνθεις νέον ΗΚΑΧΕΣ, ἀλλ' ἰδὲ, λῆξιν
Ναΐας, ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη.

Hic præcipue notari velim vocem ἤκαχες, quoniam ejus indicio deprehenditur, quare Suidas verba illa Epigrammatis Lexico suo hic inseruerit: nimirum, ut essent exempli loco, quo significatio vocis illius illustraretur. Est enim voci Ἤκαχες suus hic locus, ut ex serie literarum, & articulo sequente, cujus initium est Ἤκαχον, satis patet. Quare nemini puto dubium fore, quin totus hic locus ita constituendus & supplendus sit. Ἡ κάμηλος ψωριῶσα πολλῶν ὄνων ἀναπίθεται φορτία † Ἤκαχες. ἐλύπησας. ἐν Ἐπιγράμματι. Ὦ πόσον ἤνθεις νέον ἤκαχες. ἀλλ' ἰδὲ, λῆξιν Ναΐας ἀγλαΐην ἐν χθονὶ κατθεμένη

8 Ἡρώων τὸν ἀοιδ.] Exstat Epigramma hoc Anthol. l. III. p. 386.

Ἡκέσατο. ἰάσατο. ἐθεράπευσεν.

Ἠκέστης. ὁ ἀδάμαστος.

Ἠκεστίδης. ὄνομα κύριον.

Ἤκεστος.

Ἦκε. ἀντὶ τοῦ ἔοικε. ὡμοιώσατο. [1] Ὄρτυξ καλεῖται καὶ γὰρ ἦκε ὄρτυγι. ἀπὸ τοῦ εἴκω, τὸ ὁμοιῶ.

Ἥκεις. [2] Ἀλλ' οὐν ἥκεις γ' ὅθεν ἥκεις, Φαῦλός τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις, οἷον δράσας διέδυς ἔργον; λήψῃ δὲ κακόν. Ἥκεις, φησὶν, εἰς τὰς χεῖρας ἡμῶν, ὅθεν οὐ φεύξῃ.

Ἠκή. ἡ ὀξύτης τοῦ σιδήρου.

Ἠκηδίασεν.

Ἠκισμένους. ἠφανισμένους.

Ἥκιστα. οὐδαμῶς. οὐχ ἧττον. καὶ Λιβάνιός φησιν. Εἴ [3] τινα ἄλλον τρόπον, ὃν ἥκιστα ὤφθη μετελθὼν ὁ ἐπὶ τῇ φιάλῃ ἔμπορος.

Ἥκιστα [4] δ' ἄν τις αὐτὸν ἐθεάσατο παρεκβαίνοντα τὸ ἀληθὲς ἔργῳ ἢ λόγῳ ποτέ. † Ὁ δὲ Δομετιανὸς ὕπατον αὐτὸν ἀποφήνας ὡς ἥκιστα ἐπιφανῆ, πιστεύει τὴν στρατιὰν πρὸς Κελτούς. Καὶ αὖθις. Τὰ τῆς ἐμπορείας αὐτῷ ἥκιστα ἐπικερδῆ ἦν. † [5] Ξενοφάνης ἔφη· Τοῖς τυράννοις ἐντυγχάνειν ὡς ἥκιστα, ἢ ὡς ἥδιστα. Καὶ αὖθις. Ἥκιστα μελῆσαι αὐτοῖς τῆς ἀληθείας. ἀντὶ τοῦ οὐδαμῶς. Ἰάμβλιχος. Ἀνὴρ ἐπιστάμενος ἥκιστα ψεύδεσθαι, φίλος εἴπερ τις ἄλλος ἀληθείας. Καὶ αὖθις. Ἡ δὲ δεινὸν ἡγησαμένη, καὶ φορητὸν ἥκιστα, ἑαυτὴν διέφθειρε. Καὶ αὖθις. Τὸ δαιμόνιον πάντα ἐφορᾷ, καὶ ἥκιστα βούλεται ταῖς τιμωρίαις ἀπαραιτήτους καὶ ἀμειλίκτους εἶναι. Οὐχ ἥκιστα δὲ, ἀντὶ τοῦ, πάνυ μάλιστα.

Ἤκμαζεν. ἔρρωτο. [6] Ὁ δὲ Τραϊανὸς τῇ ψυχῇ ἤκμαζεν, ὥστε μήτε ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήτε ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι.

Ἥκομεν. παραγενόμεθα.

Ἠκόνα τὴν προθυμίαν.

Ἡκούσης. [7] [8] ἐχούσης. παρὰ Ἡροδότῳ.

Ἥκω. τοῦ κατέρχομαι διαφέρει. ἐλθεῖν μὲν γὰρ εἰς τὴν πόλιν ἐστὶν, ὅταν μετῇ τινι τῆς πατρίδος. ὅταν δὲ φυγὰς ἔλθῃ, κατέρχεται. Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Εἰς [9] γῆν μὲν ἐλθεῖν ἔσθ' ὅτῳ μετῇ πάτρας.

Χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφορᾶς ἐλήλυθε.
Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε καὶ κατέρχεται.

Ἡκέσατο. Sanavit. Curavit.

Ἠκέστης. Jugo non subactus.

Ἠκεστίδης. Ecestides. Nomen proprium.

Ἤκεστος. [Non domitus.]

Ἦκε. Pro ἔοικε. Similis est. *Coturnix vocatur, quia similis est coturnici.* Ab Εἴκω, similis sum.

Ἥκεις. *An vero non dices, unde venias? improbusque cum aufugeris, non fateberis, quali facinore perpetrato evaseris? Accipies vero malum.* Venisti (inquit) in manus nostras, unde non effugies.

Ἠκή. Acies ferri.

Ἠκηδίασεν. [Mœrore confectus est.]

Ἠκισμένους. Deletos.

Ἥκιστα. Nullo modo. Non minus. Et Libanius dicit: *Si quo alio modo, quem ille phialæ mercator minime persequutus videtur.*

Ἥκιστα δ' ἄν τ. *Minime quis ipsum unquam vidisset veritatem facto vel dicto violantem.* † *Domitianus vero cum ipsum designasset Consulem, virum minime illustrem, exercitum adversus Celtas, ipsi credidit.* Et rursus. *Mercatura ipsi minime lucrosa fuit.* † Xenophanes dixit, cum Tyrannis aut quam rarissime aut quam jucundissime loquendum esse. Et rursus. *Veritatem ipsos minime curare.* Iamblichus. *Vir minime mentiri sciens, & veritatis, si quisquam alius, amans.* Item alibi. *Quæ cum id grave judicasset, & minime tolerandum, se ipsam interfecit.* Item alibi. *Deus omnia videt, & minime vult homines in suppliciis infligendis inexorabiles ac implacabiles esse.* Οὐχ ἥκιστα vero, pro, maxime.

Ἤκμαζεν. Vigebat. Valebat. *Trajanus autem animo valebat adeo, ut nec ob juventutem ferocem se ostenderet, nec ob senectutem vigor ejus obtunderetur.*

Ἥκομεν. Venimus.

Ἠκόνα. Animi alacritatem excitabat.

Ἡκούσης. Sese habentis. Apud Herodotum.

Ἥκω. Differt a κατέρχομαι. Nam ἐλθεῖν εἰς τὴν πόλιν dicitur, qui alicujus urbis civis est. Exul vero κατέρχεται. Aristophanes *Ranis:*

In terram aliquam ἐλθεῖν *licet ei qui ibi patriam habet.*
Sine enim alia calamitate venit.
Exul vero & ἥκει *&* κατέρχεται.

1 Ὄρτυξ καλεῖται] Apud Aristoph. *Avibus*, p. 602. versus iste sic legitur: Ὄρτυξ ἐκαλεῖτο, καὶ γὰρ ἦκεν ὄρτυγι. Sed rectum est apud Suidam ἦκε; apud quem vicissim ex Aristoph. pro καλεῖται reponendum est ἐκαλεῖτο.

2 Ἀλλ' οὖν ἥκ.] Versus hi apud Aristoph. *Thesmophor.* p. 804. unde eos excerpsit Suidas, sic distinguuntur & leguntur.

Ἀλλ' οὖν ἥκεις ὅθεν ἥκεις
Φαῦλος τ' ἀποδρὰς οὐ λέξεις
Οἷον δράσας διέδυς ἔργον
Λήψει δὲ κακόν.

Sed in versu primo tam apud Aristoph. quam Suidam ne dubites legere, Ἀλλ' οὐκ ἐρεῖς· pro ἀλλ' οὖν ἥκεις: quam lectionem in versione secutus sum.

3 Εἴ τινα ἄλλον τρόπον] Quia integer Libanii locus ad manus non est, fateor me sensum hujus fragmenti non intelligere.

4 Ἥκιστα δ' ἄν τις αὐτ.] Hoc fragmentum legitur etiam supra v. Εἴρων.

5 Ξενοφάνης ἔφη] Ex Laertio l. ix. sect. xix. Huc pertinent verba illa Valerii Maximi l. vii. c. ii. *Aristoteles autem Callisthenem auditorem suum ad Alexandrum dimittens monuit, ut cum eo aut rarissime aut quam jucundissime loqueretur.* Valerio suffragatur Ammianus Marcell. l. xviii. p. 118. his verbis: *Ignorans profecto vetus Aristotelis sapiens dictum, qui Callisthenem sectatorem & propinquum suum ad Regem Alexandrum mittens, ei sæpe mandabat, ut quam rarissime & jucunde apud hominem loqueretur.*

6 Ὁ δὲ Τραϊανός] Hoc fragmentum legitur apud Xiphilinum, epitomatorem Dionis, l. lxviii. p. 772. unde id Suidas descripsit.

7 Ἡκούσης] Significat hic τὸ ἥκειν, ut ex interpretatione Suidæ apparet, bene vel male sese habere, vel valere. quo sensu Herodotus l. i. p. 7. 40. ait, πόλιος εὖ ἡκούσης, i. e. urbe florente, vel, bene sese habente: quem locum Herodoti, a Porto recte observatum, procul dubio Suidas ob oculos habuit.

8 Ἐχούσης] Hanc vocem, quæ in prioribus Edit. desideratur, ex MSS. revocavi.

9 Εἰς γῆν] Apud Aristophanem in *Ranis*. p. 175. Æschylus inquit:

Ἥκω. τὸ ἔρχομαι. διὰ τοῦ η. Ἵκομαι δὲ παθητικόν, διὰ τοῦ ι.

Ἠκροβολίζοντο.

Ἠκρωτηριασμένος. [1] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Ἠκρωτηριασμένοι τὰς αὑτῶν ἕκαστοι πατρίδας. ἀντὶ τοῦ λελυμασμένοι. Οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας εἰώθασι περικόπτειν αὐτῶν τὰ ἄκρα. τὸ μέν τοι Ἠκρωτηριασμένοι, ἀντὶ τοῦ Ἠκρωτηριακότες.

Ἠκουσιάσθησαν. ἑκουσίως ἠθέλησαν ποιῆσαι τί.

Ἦκτο. ἤγετο. ἐκ τοῦ ἄγω τὸ φέρω.

Ἡ [2] κύων ἐν τῇ φάτνῃ. ἐπὶ τῶν μήτε ἑαυτοῖς χρωμένων, μήτε ἄλλους ἐώντων· παρόσον αὕτη κριθὴν οὐκ ἐσθίει, καὶ τὸν ἵππον κωλύει.

Ἠκύρουν. ἀβέβαια ἐποίουν. Ἐκύρουν δὲ, ἐτύγχανον, ἢ ἐβεβαίουν. [3] Βωμῷ θύοντες ἐκύρουν.

Ἠλαζονεύετο. ἀντὶ τοῦ, ἐψεύδετο. [4] Ἀριστοφάνης Βατράχοις.

Ἠλαζονεύεθ' ἵνα φοβηθείην ἐγὼ
Εἰδώς με μάχιμον ὄντα καὶ φιλοτιμούμενον.

Ἠλακάτη. ἐργαλεῖον γυναικεῖον. [5] Ἐργάτιν εὐκλώστου νήματος ἠλακάταν. καὶ Ἠλάκατα, λεπτὰ νήματα.

Ἤλαλκον. ἀπέτρεπον.

Ἤλασεν. ἔσκαψεν. ἔπληξεν.

Ἠλάσκοντο. ἐπλανῶντο.

Ἠλάστρεον. ἐδυσπάθουν.

Ἥλατο. ἐπήδησεν. Ἠλᾶτο δὲ, ἐπλανᾶτο. καὶ ὁ μὲν τῶν νόμων ἡττώμενος ἠλᾶτο.

Ἤλαυνεν. [6] Ἤλαυνε δ' ἔσχατος Ὀρέστης τῷ τέλει πίστιν φέρων. οἷον πιστεύων, ὅτι ἐπὶ τῷ τέλει τοῦ δρόμου παρελεύσεται.

Ἤλεγχον. ἐφανεροποίουν. ἢ ἀνέκρινον. ὡς Ξενοφῶν. Οἱ δὲ τοὺς αἰχμαλώτους συναγαγόντες, ἤλεγχον τὴν κύκλῳ πᾶσαν χώραν, τίς ἑκάστη εἴη.

Ἠλέκτρα. ὄνομα κύριον. Λεῦκτρα δὲ πόλις Βοιωτίας.

Ἤλεκτρα. [7] ἰδίως τὰ ταῖς κλίναις ἐπιβαλλόμενα [8] ἐλεφάντινα, οὕτως ἐκάλουν ἤλεκτρας. [9] Ἀριστοφάνης. Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐν-

Ἥκω. Venio per η scribitur: at Ἵκομαι passivum, per ι.

Ἠκροβολίζοντο. [Velitabantur.]

Ἠκρωτηριασμένος. [Qui mutilavit.] Demosthenes pro Ctesiphonte: *Qui suam quisque patriam mutilarunt: i. e.* perdiderunt. Qui enim aliquos male tractant, extremas eorum partes præcidere solent. Ἠκρωτηριασμένοι hic dictum est, pro Ἠκρωτηριακότες.

Ἠκουσιάσθησαν. Sponte sua aliquid facere voluerunt.

Ἦκτο. Ductus fuerat. Ab ἄγω, duco.

Ἡ κύων ἐν τ. Canis in præsepi. De iis, qui nec ipsi rebus aliquibus utuntur, nec alios uti sinunt. Nam canis nec ipse hordeum edit, nec equum edere sinit.

Ἠκύρουν. Irrita faciebant. Ἐκύρουν vero, erant, vel rata faciebant. *In altari sacrificabant.*

Ἠλαζονεύετο. Falso se jactabat. Aristoph. *Ranis: Falso se jactabat, ut cum metuerem, sciens me bellicosum esse & honoris cupidum.*

Ἠλακάτη. Instrumentum muliebre. [Colus.] *Colum fili bene deducti elaboratricem.* Et Ἠλάκατα, tenuia fila.

Ἤλαλκον. Repuli. Propulsavi.

Ἤλασεν. Fodit. Percussit.

Ἠλάσκοντο. Vagabantur.

Ἠλάστρεον. Graviter ferebant.

Ἥλατο. Saltavit. Ἠλᾶτο vero, vagabatur, errabat. *Ac ille quidem a legibus victus, vagabatur.*

Ἤλαυνεν. [Agebat.] *Agebat autem currum postremus Orestes in fine cursus de [victoria] persuasus.* i. e. credens, se in fine cursus cæteros præteriturum.

Ἤλεγχον. Arguebant, vel inquirebant, ut Xenophon. *Illi vero captivos in unum locum congregantes, de tota regione circumjecta inquirebant, quæ quælibet esset.*

Ἠλέκτρα. Electra. Nomen proprium. Leuctra vero, urbs Bœotiæ..

Ἤλεκτρα. Proprie bases eburneas, quæ lectis subjiciebantur, appellabant Ἠλέκτρας. Aristophanes: *Postquam bases exciderunt, & funes*

Σωτὴρ γενοῦ μοι, σύμμαχός τ' αἰτουμένῳ.
Ἥκω γὰρ εἰς γῆν τήνδε καὶ κατέρχομαι.

Quod ibidem carpens Euripides subjicit:

Δὶς ταυτὸν ἡμῖν εἶπεν ὁ σοφὸς Αἰσχύλος.

Et paulo post,

Ἥκειν δὲ ταυτόν ἐστι τῷ κατέρχομαι.

Sed Æschylus Euripidis objectioni respondens, quodnam sit discrimen inter ἐλθεῖν & κατέρχεσθαι his verbis docet:

Ἐλθεῖν μὲν ἐς γῆν ἔσθ' ὅτῳ μετῇ πάτρας.
Χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφορᾶς ἐλήλυθε.
Φεύγων δ' ἀνὴρ ἥκει τε, καὶ κατέρχεται. P.

1 Ἠκρωτηριασμένος] Hæc leguntur etiam in Lexico Harpocrationis.

2 Ἡ κύων ἐν τῇ φ.] Vide infra v. Κύων ἐπὶ φάτνῃ.

3 Βωμῷ θύοντες ἐκύρουν] Locus hic depromptus est ex Sophocl. *Oedip. Colon.* p. 309. ubi legitur, θύων ἵκνουν. Vide supra v. Ἐκύρουν.

4 Ἀριστοφ. Βατράχοις] Pag. 141. ubi versus ultimus sic legitur, Εἰδώς με μάχιμον ὄντα φιλοτιμούμενον. *P.*

5 Ἐργάτιν. εὐκλώστου ν.] Est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. VI. p. 424. *P.*

6 Ἤλαυνε] Apud Sophoclem in *Electra.* p. 114. locus iste sic legitur:

Ἤλαυνε δ' ἔσχατος μὲν, ὑστέρας δ' ἔχων
Πώλους Ὀρέστης, τῷ τέλει πίστιν φέρων. P.

7 Ἰδίως τὰ ταῖς κλίν. ἐπιβ.] Articulum hunc Suidas descripsit ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* p. 320. quem cum hoc loco confer. Obscurum autem est, quas partes lectorum veteres vocaverint ἤλεκτρα, vel ἠλέκτρας, quoniam Scholiasta rem non satis explicat. Salmasius ad Solinum p. 761. existimat, sic vocatos fuisse clavos ex electro, quibus veteres lectorum pedes muniverint: additque, ἤλεκτρα hoc sensu appellata esse quasi ἡλόλεκτρα, *i. e.* lectorum clavi; quam viri doctissimi opinionem nec probare nec refellere animus mihi est, quoniam veterum testimoniis destituor. Si autem divinare mihi licet, existimem potius sic appellatas fuisse bases lectorum, ex quacunque materia factas, non solum ex electro, propter verba illa Suidæ, τὰ ταῖς κλίναις ὑποβαλλόμενα (sic enim legendum est pro ἐπιβαλλόμενα) ἐλεφάντινα. De clavis enim minus proprie dixeris, eos lectis ὑποβάλλεσθαι.

8 Ἐλεφάντινα] Hæc vox deest apud Scholiastam Aristoph.

9 Ἀριστοφάνης] *Equit.* p. 319.

τος. Ἀκολούθως μὲν τῇ κλίνῃ ἐμνημόνευσε καὶ τοῦ τόνου. Τόνος δὲ τῆς κλίνης τὰ σχοινία. τροπικῶς δὲ δηλοῖ τὴν τῆς φωνῆς τάσιν. αἱ γὰρ ἀρχαῖαι κλῖναι τοὺς πόδας εἶχον [1] ὠφθαλμισμένους ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις· ὥσπερ νῦν ἀργύρῳ, ἢ κασσιτέρῳ. Ἁρμονίας δὲ, τὰ [2] συμπηκτοσόμενα τῶν κραββάτων μέρη. ἐπέμεινε δὲ τῇ τροπῇ.

Ἤλεκτρον. [3] ἀλλότυπον χρυσίον, μεμιγμένον ὑέλῳ, καὶ λιθίοις. οἵας ἐστὶ κατασκευῆς ἡ τῆς ἁγίας Σοφίας τράπεζα.

Ἠλέκτωρ. [4] ὁ ἥλιος. Ἥλιος δέ ἐστιν ἄστρον ἡμεροφανές. λέγεται δὲ ἠλέκτωρ, ὅτι ἄληκτός ἐστι, καὶ ἀκάμας. [5] ἀλλ' ἡ ἐτυμότης ὅλη σφαιρική. ἔνιοι δὲ ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τοῦ ἠλέκτρου· ἢ ὅτι ἐγείρει ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου ἀπὸ τοῦ ἀλέκτορος. πολυόχευτον γὰρ τὸ ζῶον, ὅτι ἐκ τῶν λέκτρων ἡμᾶς ἐγείρει.

Ἦμος [6] δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,
Ὤρνυτ' ἄρ ἐξ εὐνῆφι.

Ἠλεκτρυών. ὄνομα κύριον. καὶ Ἠλεκτρυώνη, ὄνομα κύριον.

Ἠλέματος. ὁ μάταιος.

Ἠλεός. ὁ μάταιος. καὶ μωρός.

Ἠλεύατο. ἐξέκλινεν.

Ἠλεί. ἱερεὺς Ἰσραήλ. υἱοὶ αὐτοῦ Ὀφνεὶ, καὶ Φινεές· οὓς ἐπὶ τῇ παροινίᾳ καὶ τῇ ἀταξίᾳ τῇ ἐπὶ τῶν θυσιῶν μετῆλθεν ἡ θεία δίκη. Οἱ μὲν γὰρ ἐν πολέμῳ δεινῶς ἀνῃρέθησαν. ὁ δὲ τῆς θείας ἀκούσας φωνῆς λεγούσης· [7] εἶπον, ὁ οἶκός σου διελεύσεται ἐνώπιόν μου ἕως αἰῶνος. καὶ νῦν οὐχ οὕτως. ἀλλ' ἢ τοὺς δοξάζοντάς με δοξάσω· καὶ οἱ ἐξουθενοῦντές με ἀτιμασθήσονται· καὶ ἐξολοθρεύσω τὸ σπέρμα σου ἐκ τοῦ θυσιαστηρίου μου. καὶ πάλιν. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐκδικῶ τὸν οἶκον Ἠλεὶ ἕως αἰῶνος ἐν ἀδικίαις υἱῶν αὐτοῦ.

Ἠλεῖος. ὁ πολίτης, καὶ τὸ ἐθνικόν.

Ἠλήλατο. ἐνεπάγη.

Ἠληλίμμην. ἐχριόμην.

Ἠλὶ, [8] ἠλὶ, λιμᾶς ἀβαχθανί· θεέ μου, θεέ μου;

Ἠλία. χώρα.

Ἠλίας. ὁ προφήτης. ἐπὶ Ἀχαὰβ βασιλέως ἦν.

non amplius iis insunt. Ordine servato post lectum mentionem etiam fecit τοῦ τόνου. Τόνος vero significat funes lecti. Hic vero tropice intensionem vocis. Antiquorum enim lecti pedes habebant carbunculis & electro firmatos; ut nunc argento vel stanno. Ἁρμονίας vero vocat grabbatorum partes complicatiles. Permansit autem in translatione.

Ἤλεκτρον. Electrum. Aurum a genuino diversum, & ex vitro & lapillis mixtum: cujusmodi structuræ est [Templi] Sanctæ Sophiæ mensa.

Ἠλέκτωρ. Sol. Sol autem est astrum interdiu lucens. Dicitur autem ἠλέκτωρ, quia est ἄληκτος, *i. e.* nunquam cessat, nec unquam defatigatur. Alii autem [sic dictum volunt] a splendore electri. Vel quod e somno nos excitet, & e lecto surgere faciat. Vox autem ἀλέκτωρ, quæ gallum significat, composita est ex α intensivo, & λέκτρον, lectus. Est enim animal salacissimum.

Quum autem mane genita apparuit roseis digitis decora Aurora,
Surrexit ex lecto.

Ἠλεκτρυών. Nomen proprium. Et Electryone. Nomen proprium.

Ἠλέματος. Vanus. Stultus.

Ἠλεός. Vanus, & stultus.

Ἠλεύατο. Vitavit. Declinavit.

Ἠλεί. Eli. Sacerdos Israelis. Ejus filii Ophni & Phinees; quos ob petulantiam & temeritatem in turbandis sacrificiis divina vindicta persecuta est. Hi enim in bello crudeliter interfecti fuerunt. Ille vero divinam vocem audivit dicentem: *Dixi, domum tuam transituram esse coram me perpetuo. Nunc vero non sic fiet. Sed eos qui me glorificant, glorificabo, & qui me nihili faciunt, ignominia afficientur: & exstirpabo semen tuum ex altari meo.* Et rursus. *Ecce, ego ulciscar domum Eli usque in seculum propter scelera filiorum ejus.*

Ἠλεῖος. Eleus. Civis, & gentile nomen.

Ἠλήλατο. Infixum est.

Ἠληλίμμην. Ungebar.

Ἠλὶ, ἠλὶ λ. Eli, Eli, lama sabachtani. Deus meus, [cur me deseruisti?]

Ἠλία. Elea regio.

Ἠλίας. Elias Propheta. Achabi regis tem-

1 Ὠφθαλμισμένους] Lege ἐσφαλισμένους, ut apud Schol. Aristoph. loco laudato.

2 Συμπηκτοσόμενα] Apud Scholiast. legitur συμπηκτοσόμενα. At Suidas supra v. Ἁρμονίαι, habet συμπηκτοσόμενα, quam lectionem probo.

3 Ἀλλότυπον] Vox ista non placet Salmasio ad Solinum p. 761. qui ejus loco legendum contendit ὑαλότυπον. Sed non puto hic viro summo subscribendum esse, quoniam omnes Lexicographi veteres, tam editi, quam inediti, quos quidem videre mihi contigit, vocem ἀλλότυπον agnoscunt. Significat autem χρυσίον ἀλλότυπον, aurum diversi generis, sive quod ab auro, proprie ita dicto, specie, colore & materia differt.

4 Ἠλέκτωρ. ὁ ἥλιος] Articulus hic est mire perturbatus & mutilus, quem partim ex ingenio. & partim ex Etymologico M. sic in integrum restituendum puto. Ἥλιος δέ ἐστιν ἄστρ. ἡμ. λέγ. δὲ ἠλ. ὅτι ἄλ. ἐστι καὶ ἀκάμας. ἔνιοι δὲ ἀπὸ τῆς λαμπρ. τοῦ ἠλ. ἢ ὅτι ἐγ. ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ ὕπνου. ἢ ἀπὸ τοῦ ἀλέκτορας ἡμᾶς ποιεῖν. τουτέστιν, ἐκ τῶν λέκτρων ἐγείρειν. Τὸ δὲ ζῶον ἀλέκτωρ παρὰ τὸ λέκτρον, καὶ τὸ α ἐπιτατικόν. ἔστι γὰρ πολυόχευτον. Sic locum hunc constituendum puto. Nisi enim vulgatam lectionem migraveris, vix sanum aliquem sensum inde elicere queas.

5 Ἀλλ' ἡ ἐτυμότης ὅλη σφαιρική] Portus hæc ita vertit: *Sed hujus vocis etymologia est tota sphærica.* Quæ ineptiæ? Cui enim, qui sanum sinciput habet, unquam persuadebitur, dari etymologias sphæricas? Sed tam boni stomachi fuit Portus, ut omnia concoqueret. & vix ulla lectio tam fœda esset & spurca, quæ ei nauseam movere posset. Ego igitur, ne eodem modo cum Porto ineptirem, verba illa in versione consulto prætermisi, quippe quæ ab hoc loco alienissima esse, & ab inepto aliquo librario temere in textum intrusa animadvertebam. Scripserat enim aliquis ad marginem Suidæ sui ἄλλη ἐτυμολ. (breviate, pro ἐτυμολογία) unde nata est corrupta illa lectio ἀλλ' ἡ ἐτυμότης ὅλη. Deinde σφαιρικόν notaverat aliquis e regione vocis ἄστρον, significare volens, legendum esse ἄστρον σφαιρικὸν ἡμεροφανές· quas duas notas imperitus librarius primo corrupit, & deinde in unam massam compactas textui inseruit.

6 Ἦμος δ' ἠριγ.] Est versus notissimus Homeri.

7 Εἶπον] Legebatur ante εἶπεν, quod sensus manifesto respuit.

8 Ἠλὶ ἠλὶ λ.] Locus hic emendandus & supplendus est ex Matth. cap. XXVII. v. 46. Vide etiam supra v. Ἀβαχθανί.

Ὁ δὲ

Ὁ δὲ υἱὸς Ἀχαὰβ Ὀχοζίας ἀσεβέστατος ἦν. ὃς ἐχρήσατο [1] Μυίᾳ τῷ ἐν Ἀκκάρων εἰδώλῳ. ἐντυχὼν δ' αὐτοῖς Ἠλίας ὁ προφήτης ὠνείδισεν τὴν εἰδωλολατρείαν. καὶ μεταπεμφθεὶς διὰ πεντηκοντάρχου, διέφθειρεν αὐτὸν οὐρανίῳ πυρὶ, ἅμα πεντήκοντα τοῖς σὺν αὐτῷ· καὶ δεύτερον ὁμοίως. ὁ δὲ τρίτος γονυπετῶν ἐσώθη, καὶ παρέλαβε τὸν προφήτην.

Ἡλίασις. ἡ τοῦ ἡλίου θέρμη.

Ἡλιασταί. οἱ ἐν Ἡλιαίᾳ δικασταί· Ἡλιαία δὲ τὸ μέγιστον δικαστήριον Ἀθήνησιν· οἵ τινες ὑπὸ τῶν δημοτῶν ἐτρέφοντο, [2] τριώβολον λαμβάνοντες μισθὸν δικαστικὸν μετὰ τὸ κρῖναι. ὡς δημαγωγὸς οὖν ἐπικαλεῖ οὓς ἔτρεφε. [3] Συγγενεῖς δὲ αὐτοὺς εἶπε τοῦ τριωβόλου.

Ἡλιαστής. δικαστής. ἀπὸ μεγάλου δικαστηρίου τῆς Ἡλιαίας. [4] οὕτω δὲ ἐκλήθη διὰ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ εἶναι τόπῳ, καὶ [5] ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλεσθαι. Ἀριστοφάνης· [6] μάλα θάτερον. πέπονθε δὲ τοῦτο. ἀντὶ τοῦ οὐκ ἄλλως θατέρου τρόπου· τουτέστι, μισόδικος. εἰπὼν γὰρ ἀπηλιαστὴς, ἀντὶ τοῦ μισόδικος. οἱ γὰρ ἄγροικοι οὐ φιλοδικασταί. καὶ Φιληλιαστής. ὁ φιλόδικος. [7] Ἀριστοφάνης. [8] Φιληλιαστής ἐστιν καὶ φιλόδικος, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ. † Πάντες Ἀθηναῖοι δημοσίᾳ ὤμνυον τὸ παλαιὸν τὸν ὅρκον τὸν Ἡλιαστικόν.

Ἠλίβατα.

Ἦλιθα. ἐπίρρημα. ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ.

Ἡλιαία. τὸ μέγα δικαστήριον ἐν τῇ Ἀττικῇ. καὶ οἱ δικασταί, Ἡλιασταὶ ἐκαλοῦντο.

Ἡλιαία. καὶ Ἡλιάζεται. Βουλὴ συνεστῶσα ἐξ ἀνδρῶν χιλίων. ἐλέγετο δὲ καὶ ὁ τόπος οὗτος, ἐν ᾧ συνηθροίζοντο. Ἡλιάζεσθαι δὲ, καὶ Ἡλίασις, ἐπὶ τὸ ἐν Ἡλιαίᾳ δικάζεσθαι.

Ἡλιαία [9] καὶ Ἡλίασις. Ἡλιαία μέν ἐστι τὸ μέγιστον δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων ἐκρίνετο, [10] χιλίων δικαστῶν, ἢ χιλίων καὶ πεντακοσίων συνιόντων. συνίασι δὲ οἱ μὲν χίλιοι, ἐκ δυοῖν δικαστηρίων· οἱ δὲ αφ' ἐκ τριῶν.

Ἠλιθιάζω. [11] ἀναισθητῶ. μωραίνω. προσποιοῦμαι ἠλίθιος εἶναι. ἀναίσθητοι γὰρ οἱ λίθοι. ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἠλίθιος. ἀντὶ τοῦ ἀνόητος. καὶ παροιμία· [12] Ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων.

Ἠλιθιάζω. ἐκουσίως μωρὸς ὑποκρίνομαι.

pore fuit. Ochozias vero Achabi filius valde impius fuit, qui Muſcam, Accaronitarum idolum, adoravit. Cum autem Elias Propheta eos ob idololatriam verbis objurgaſſet, accerſitus eſt ab ipſis, miſſo Pentecontarcho, quem igne cœleſti perdidit, una cum L. viris ipſum comitantibus. Et ſecundum itidem. Tertius vero ſupplex ei factus, evaſit incolumis, & Prophetam ſecum abduxit.

Ἡλίασις. Solis calor.

Ἡλιασταί. Judices, qui in Heliæa judicabant, (Heliæa vero erat Athenis maximum Tribunal) & a popularibus alebantur, triobolum mercedis loco accipientes, poſtquam jus dixiſſent. Ut Demagogus igitur implorat opem illorum, quos alebat. Vocavit autem ipſos Trioboli tribules.

Ἡλιαστής. Heliaſtes. Judex magni Tribunalis, quod Heliæa vocabatur. Sic autem vocatum fuit, quod eſſet in ſubdiali loco, & ſolis radiis feriretur. Ariſtophanes. [*Num eſtis Heliaſtæ?*] *Non: ſed alterius ingenii.* [Ubi vox μάλα craſin] patitur, & poſita eſt pro οὐκ ἀλλά. Θατέρου τρόπου vero poſitum eſt pro μισόδικος, *i. e.* a litibus alienus. Ruſtici enim non amant lites & forum. Et Φιληλιαστής, judiciorum & fori amans. Ariſtophanes: *Judiciorum & fori amans eſt, ut nullus alius vir.* † Omnes Athenienſes olim Heliaſticum jusjurandum publice jurabant.

Ἠλίβατα. [Alta.]

Ἦλιθα. Adverbium. Simul.

Ἡλιαία. Heliæa. Magnum in Attica Tribunal. Et Judices ejus Heliaſtæ vocabantur.

Ἡλιαία. Senatus ex mille viris conſtans. Sic autem vocabatur etiam locus in quo congregabantur. Ἡλιάζεσθαι vero ſignificat in Heliæa judicare. Et Ἡλίασις, ipſum judicandi munus.

Ἡλιαία, & Ἡλίασις. Heliæa erat maximum Tribunal Athenis, in quo publica negotia a mille, vel mille & quingentis Judicibus dijudicabantur. Ac mille quidem [Judices] ex duobus dicaſteriis; mille vero & 500 ex tribus in unum conveniebant.

Ἠλιθιάζω. Stolidus ac ſtupidus ſum. Simulo me ſtultum eſſe. Nam ſenſu carent lapides, unde etiam nomen ἠλίθιος, *i. e.* ſtolidus, deductum eſt. Et proverbium: Stupidior Praxillæ Adonide: quod de ſtupidis dicitur.

Ἠλιθιάζω. Me ſtultum eſſe ſimulo.

1 Μυίᾳ τῷ ἐν Ἀκκ.] Vide de hoc Accaronitarum idolo Seldenum *de Diis Syriis*, Syntagm. II. c. VI.

2 Τριώβολον λαμβ.] Tres obolos fuiſſe olim apud Athenienſes μισθὸν δικαστικὸν, ſive ordinariam mercedem Judicum, conſtat ex Ariſtoph. *Veſp.* p. 479, 480. & aliis apud eum locis. Vide etiam Suidam ſupra v. Βακτηρία, & Heſych. v. Δικαστικόν.

3 Συγγενεῖς.] Ariſtoph. in *Equitibus* p. 103. v. 2, 3.

Ὦ γέροντες ἡλιασταί, φράτερες τριωβόλου,
Οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς, καὶ δίκαια κἄδικα.

Conſule Scholia, unde Suidas: ſed illic plura & dilucidiora. *P.*

4 Οὕτω δὲ ἐκλήθη δ.] Locum hunc Suidas deſcripſit ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Aves*, p 546. quod etiam a Porto obſervatum fuerat.

5 Ὑπὸ τοῦ ἡλίου βάλλ.] Huc pertinent verba ejuſdem Scholiaſtæ ad *Veſp.* 486. Ἐπειδὴ δὲ παρὰ τὴν Ἡλιαίαν, τὸ μέγιστον δικαστήριον, ὁ καὶ πρότερον τὴν ὀνομασίαν ἔσχε, διὰ τὸ ἐν ὑπαίθρῳ αὐτὸ ἀναπεπταμένον βάλλεσθαι τῷ ἡλίῳ.

6 Μάλα θάτερον] Emenda & ſupple ex Ariſtophane:

Μῶν ἡλιασταί; μὰ Δί' ἀλλὰ θατέρου τρόπου.

Deinde poſt πέπονθε δὲ τοῦτο, ex Scholiaſta ſcribe, κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ οὐκ ἀλλὰ θατέρου τρόπου· τουτέστι μισόδικοι.

7 Ἀριστοφάνης] In *Veſp.* p. 313. v. 17. *P.*

8 Φιληλιαστής ἐστι κ.] Locus hic ſic conſtituendus & legendus eſt,

Φιληλιαστής ἐστιν, ὡς οὐδεὶς ἀνήρ.

Scholia. Φιληλιαστής, ὁ φιλόδικος. *P.*

9 Ἡλιαία καὶ Ἡλ.] Hunc articulum Suidas deſcripſit ex Harpocratione.

10 Χιλίων δικαστῶν] Vide Petitum *de LL. Atticis*, p. 309.

11 Ἠλιθιάζω. ἀναισθητῶ] Ex Schol. Ariſtoph. ad *Equit.* p. 352.

12 Ἠλιθιώτερος τοῦ Πρ.] Pleniorem hujus proverbii explicationem habes apud Zenobium, Michaelem Apoſtolium, & auctorem anonymum Vaticanæ Appendicis, quos vide.

Νοῦς δ' οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις
Ὑμῶν, ὅτε μ' οὐ φρονεῖν
Νομίζετ'. ἐγὼ δ' ἑκὼν
Ταῦτ' ἠλιθιάζω.

Ἠλίθιος. ἄφρων. ὁ σκληρός. ἢ ἀναίσθητος. [2] Ἠλίθιός τε γὰρ ὑπερφυῶς ἦν, καὶ νωθὴς, ὄνῳ ἐμφερὴς μάλιστα, καὶ οἷος τῷ χαλινὸν ἕλκοντι πείθεσθαι, συχνὰ οἱ σειομένων τῶν ὤτων. † Τὸ δὲ ἁπλοῦν καὶ ἀληθὲς ἐνομίζετο αὐτῷ ἠλίθιον εἶναι.

Ἥλικες. [3] οὕτως ἐλέγοντο οἱ Ἀντιόχου τοῦ Ἐπιφανοῦς Μακεδόνων στίφος, ὑψηλοὶ πάντες, ὀλίγον ὑπὲρ ἀντίπαιδας, τὸν Μακεδονικὸν τρόπον ὡπλισμένοι τε, καὶ πεπαιδευμένοι· ὅθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν εἶχον.

Ἡλικία τῆς πόλεως. ἀντὶ τοῦ [4] οἱ ἐν ἡλικίᾳ. οἱ νέοι. οὕτω Λυσίας καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς.

Ἡλικιῶται. συμπεριπλανεῖς.

Ἡλικιώτης. τῆς αὐτῆς μετέχων καὶ ἡλικίας. λέγεται δὲ καὶ θηλυκὸν διὰ τοῦ ι. Ἰσιδώρῳ τῷ φιλοσόφῳ ἡλικιῶτις, ἔτη ιη' γεγονώς.

Ἡλίκον. μέγα. πηλίκον. Ὅτι Φάβιος ἐπετέλλετο, μὴ τοιαύτην ποιεῖσθαι [5] σπουδὴν ὑπὲρ τοῦ βλάψαι τοὺς πολεμίους, ἡλίκην ὑπὲρ τοῦ μηδὲν αὐτοὺς παθεῖν δεινόν.

Ἠλινδημένον. ἀντὶ τοῦ, ἀνεστραμμένον. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Φορμισίου. ὅπερ Ἰσοκράτης χαλινδεῖσθαι λέγει.

Ἠλινδῆσθαι. κεκυλίσθαι.

Ἧλιξ ἥλικα τέρπει. [6] Μόνος ἀνθρώπων, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, τὴν παλαιὰν παροιμίαν ἔργῳ διήλεγξεν. οὐ γὰρ ἐκεῖνόν γε ἧλιξ ἔτερπεν ἥλικα ὄντα, ὁ νέος τὸν νέον. ἀλλά τινι λόγῳ ἑτέρῳ χαρακτηρίζουσα ἡ φύσις τοῖς ὁμοίοις αὐτὸν συνῆπτε κατὰ τὸ ὅμοιον οὐ τῶν ἐτῶν τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῶν τρόπων τῆς ψυχῆς.

Ἡλιομανής. [7] ὁ τέττιξ. ἐπιμαίνεται γὰρ τῷ ἡλίῳ.

Ἥλιον κρύπτεσθαι, ἄστρα δείκνυσθαι. ταῦτα οἱ μὲν ῥήτορες καλοῦσι γοργά. γραμματικοὶ δὲ, ὁμοιοκατάληκτα. φιλόσοφοι δὲ, πάρισα.

Ἥλιος. [8] Φωστῆρας ἰδεῖν, πραγμάτων δηλοῖ φάος.

Ἥλιος. [9] Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἡφαίστου, τοῦ βασιλέως

Mens non inest comis.
Vestris, quando me non sapere
Putatis. Ego enim volens
In his stultitiam simulo.

Ἠλίθιος. Mente carens. Stupidus. Sensu communi destitutus. *Erat enim supra modum stupidus & tardus, asino simillimus, & qui frænum trahenti pareret, auriculis ipsi frequenter agitatis. † Simplicitas vero & veritas ipsi stultitia videbatur esse.*

Ἥλικες. Ita vocabatur Antiochi Epiphanis cohors, constans ex Macedonibus, omnibus proceris, & pubertati proximis, moreque Macedonico armatis & institutis: unde etiam cognomen habuerunt.

Ἡλικία τῆς πόλεως. Juvenes adulti. Puberes. Ita Lysias, & Demosthenes in Philippicis.

Ἡλικιῶται. Socii.

Ἡλικιώτης. Æqualis. Dicitur etiam in fœminino [ἡλικιῶτις] per ι. *Isidoro Philosopho æqualis, annos 18 natus.*

Ἡλίκον. Quantum. Quam magnum. *Fabius præcepit, ne tam darent operam, ut hosti nocerent, quam ne ipsi cladem aliquam ab illis acciperent.*

Ἠλινδημένον. Volutatum. Dinarchus contra Phormisium. Hoc autem Isocrates χαλινδεῖσθαι vocat.

Ἠλινδῆσθαι. Volutatum esse.

Ἧλιξ ἥλ. Æqualis æqualem delectat. Solus mortalium, quos fama novimus, illud antiquum proverbium facto refutavit. Haud enim illum æqualis æqualem, aut juvenis juvenem delectabat: sed aliam quandam rationem natura sequens ipsum conjunxit cum iis, qui non annis corporis, sed moribus animi ei similes erant.

Ἡλιομανής. Cicada. Nam sole vehementer delectatur.

Ἥλιον κρύπτεσθαι. ἄστρα δείκνυσθαι. Hæc Oratores quidem vocant γοργά. Grammatici vero, ὁμοιοκατάληκτα. Philosophi vero, πάρισα.

Ἥλιος. Sol. *Luminaria videre, significat prosperum rerum successum.*

Ἥλιος. Sol. Post obitum Vulcani, Regis

1 Νοῦς οὐκ ἔνι τ. κ.] Hæc leguntur apud Aristophanem *Equit.* p. 249. *P.*

2 Ἠλίθιός τε γὰρ ὑπ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Procop. *Histor. Arcana* c. VIII. ubi legitur, νωθὴς ὄνῳ ἐμφερής: & ἕπεσθαι, pro πείθεσθαι.

3 Ἥλικες. οὕτως ἐλ.] Hoc fragmentum Polybio tribuit Valesius.

4 Οἱ ἐν ἡλικίᾳ. οἱ νέοι] Sic locum hunc ex MSS. & Lexico Photii inedito restitui. In prioribus enim Edit. legitur, οἱ ἐν ἡλικίᾳ νέοι.

5 Ποιεῖσθαι] Priores Edit. exhibent πείθεσθαι, cujus loco veram lectionem ex MSS. revocavi.

6 Μόνος ἀνθρώπων, ὧν ἀκ.] Elegans hoc fragmentum depromptum esse ex Damascii Vita Isidori dubitare nos non sinit Photius in Bibliotheca, qui in Excerptis ex illa Vita, Cod. CCXLII. p. 1037. idem fragmentum breviate, vel potius sensum ejus, his verbis exhibet. Μόνος δὲ ἀνθρώπων, ὧν ἀκοῇ ἴσμεν, τὴν παλαιὰν παροιμίαν ἔργῳ διήλεγξεν, οὐχ ἥλιξιν, ἀλλὰ πρεσβύταις & πρεσβυτικοῖς λόγοις τερπόμενος.

7 Ἡλιομανής. ὁ τέττιξ. ἐπιμ.] Aristophanes in *Avibus* p. 593. de cicada ait. Θάλπεσι μεσημβρινοῖς ἐφ' ἡλίῳ μανεὶς βοᾷ. Ad quem locum Scholiasta: Ἐφ' ἡλίῳ μανείς. Τέρπεται γὰρ καὶ ἐπιμαίνεται τῷ ἡλίῳ ὁ τέττιξ.

8 Φωστῆρας ἰδεῖν] Versus hic Oneirocriticus legitur tam apud Astrampsychum, quam Nicephorum, ex quorum alterutro proinde Suidas eum descripsit.

9 Μετὰ τὴν τελευτὴν Ἡφ. τοῦ βασ. Αἰγ.] Eadem de Sole. Vulcani filio, tradit Palæphatus apud Chronici Alexandrini scriptorem, cujus verba excerpam, quoniam loco huic Suidæ apprime consentanea sunt. Μετὰ δὲ τελευτὴν Ἡφαίστου, ἐβασίλευσεν Αἰγυπτίων ὁ υἱὸς αὐτοῦ, ὀνόματι Ἥλιος, ἡμέρας δυοζ', ὡς εἶναι ἔτη ιβ', μῆνας γ', ἡμέρας θ'. οὐ γὰρ ᾔδεισαν οἱ Αἰγύπτιοι τότε ἢ ἄλλοι τινὰ ἀριθμεῖν ἐν τῷ ψηφίζειν, ἀλλὰ τὰς περιόδους τῶν ἡμερῶν εἰς ἔτη ἐψήφιζον. Οἱ γὰρ τῶν ιβ' μηνῶν ἀριθμοὶ μετὰ ταῦτα ἐπινοήθησαν, ἐξ ὅτε ἐνομίσθη ὑποτελεῖς εἶναι τοὺς ἀνθρώπους τοῖς βασιλεῦσι. Et deinde, post narratam historiam de fœmina in adulterio deprehensa, quam etiam Suidas hic attingit, addit: Περὶ οὗ ἱστορεῖ ποιητικῶς Ὅμηρος· ὡς ὁ ἥλιος, φησὶν, ἤλεγξε τὴν Ἀφροδίτην συμμιγνυμένην νυκτὸς Ἄρει. Ἀφροδίτην δὲ ἐκάλεσε τὴν ἐπιθυμίαν τῆς πορνείας, ὑφ' Ἡλίου βασι-

Αἰγύπτου,

Αἰγύπτου, Ἥλιος ὁ υἱὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν διεδέξατο, ζήσας ἡμέρας δυοζ΄. ὡς γίνεσθαι ἔτη ιβ΄, μῆνας τρεῖς, ἡμέρας ε΄. οἱ μὲν γὰρ τὰς ἡμέρας ἐνιαυτοὺς ἐψήφιζον· οἱ δὲ τὰς περιόδους τῆς σελήνης· ἕτεροι δὲ τοὺς δ΄ καιρούς. οἱ γὰρ μετὰ ταῦτα δυναστεύσαντες, καὶ ὑποτελεῖς τὰς χώρας ποιήσαντες, ἀπὸ τῆς αὐξήσεως τῶν καρπῶν τοὺς χρόνους διεῖλον, καὶ ἐνιαυτοὺς κυρίως ἐκάλεσαν. Ὁ τοίνυν Ἥλιος τὴν τοῦ πατρὸς φυλάττων νομοθεσίαν, εὑρηκὼς μοιχευομένην γυναῖκα, ταύτην ἐθριάμβευσεν. ὅπερ μετέβαλε ποιητικῶς Ὅμηρος, ὅτι ὁ ἥλιος τὴν Ἀφροδίτην ἔδειξε μιγνυμένην τῷ Ἄρει. Ἀφροδίτην μὲν, τὴν ἐπιθυμίαν καλέσας· Ἄρεα δὲ, τὸν μετ᾽ αὐτῆς καταληφθέντα στρατιώτην.

Ἥλιος. δασύνεται. Ἡλίας δὲ, ψιλοῦται, καὶ κλίνεται Ἡλίου.

Ἥλιος. ἀπὸ τῆς ἁλός.

Ἡλίους. τὰ τέκνα ὑποκοριζόμενοι φασὶν οἱ γονεῖς. Ἥλιον καὶ τὴν ἐλευθερίαν καλοῦσιν.

Ἥλιος. [1] ἀπὸ τοῦ ἀολλίζεσθαι ἐν ταῖς ἡμέραις. καὶ ἐν Ἀθήναις δὲ δικαστήριον ἦν Ἡλιαία, ἀπὸ τῆς συναγωγῆς τῶν ἀνθρώπων. ὁ δὲ ἥλιος ἀπὸ τοῦ ἀλεαίνειν, ὅ ἐστι θερμαίνειν καὶ διαφορεῖν. τινὲς δὲ ἀπὸ τῆς γινομένης διαπνεύσεως ἐκ τοῦ στόματος πρὸς τοὺς δακτύλους, ὃ λέγεται αὔειν, καὶ ἄζειν, κατὰ μίμησιν τῆς φωνῆς θάλψεως τοῦ στόματος. Ἐμπεδοκλῆς. Ἀλισθεὶς [2] μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Ἡλιοστερὴς [3] κυνῆ. σκιαστική. πλατύπιλος. κυνῆ καλύπτουσα καὶ ἀφαιρουμένη τὴν ἡλίωσιν. Θεσσαλὶς δὲ, διότι πλατεῖς ἦσαν οἱ Θεσσαλικοὶ πῖλοι.

Ἡλιοτρόπιον. ὡρολογεῖον. [4] γνώμων ἐστὶ τὸ ἐν τοῖς ἡλιοτροπίοις πηγνύμενον, [5] ὅπερ ἐφεῦρεν Ἀναξίμανδρος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων.

Ἡλιούπολις. καὶ Ἡλιουπολίτης.

Ἦλις. ὄνομα πόλεως. καὶ κλίνεται Ἤλιδος.

Ἡλίου. τοῦ προφήτου. γενική.

Ἠλισγήθην. ἐταράχθην.

Ἠλισγημένος. [6] μεμιασμένος. μεμολυσμένος. ἠρτυμένος.

Ægypti, Sol ejus filius in regno ſucceſſit, cum vixiſſet dies 4477. qui conficiunt annos duodecim, menſes tres, dies quinque. Nam alii quidem dies pro annis numerabant. Alii vero, Lunæ circuitus. Alii vero, quatuor anni tempora. Qui vero poſtea rerum principatum obtinuerunt, & regiones ſibi tributarias fecerunt, frugum proventu quatuor anni tempora diſcreverunt, & annos proprie vocarunt. Sol igitur patris leges obſervans, uxorem in adulterio deprehenſam in publica pompa traduxit. Quod Homerus poetice [in fabulam] mutavit, commentus, Solem aperuiſſe Veneris cum Marte concubitum. Ac Venerem quidem vocavit cupidinem: Martem vero, militem cum ea deprehenſum.

Ἥλιος. Sol. Aſpero ſpiritu notatur. Ἡλίας vero, tenui ſpiritu notatur, & declinatur Ἡλίου.

Ἥλιος. Sol. Dictus ἀπὸ τῆς ἁλός. i. e. a mari.

Ἡλίους. Soles. Parentes blanda appellatione liberos ſuos ita vocare ſolent. Solem etiam vocant libertatem.

Ἥλιος. Sol. Sic dictus eſt, quod interdiu congregetur. Quinetiam Athenis Tribunal erat, quod Ἡλιαία vocabatur, a congregatione hominum. Sol dictus eſt ab ἀλεαίνειν, quod ſignificat calefacere & æſtu reſolvere corpus. Quidam vero ab halitu oris, quo digitos afflamus, quod αὔειν & ἄζειν vocatur, per imitationem ſoni, qui ore, cum halitum emittit, redditur. Empedocles: *At* [*Sol in minorem orbem*] *collectus, medium cœlum ambit.*

Ἡλιοστερὴς κυνῆ. Galerus umbram faciens, ſive latam oram habens, & caput a Sole defendens. Theſſalicus vero [dicitur,] quia pilei Theſſalici erant lati.

Ἡλιοτρόπιον. Solarium. Horologium. Gnomon eſt index, qui in Solariis ſtatuitur, quem invenit Anaximander, & in Sciotheris poſuit.

Ἡλιούπολις. Heliopolis. Et Heliopolita.

Ἦλις. Nomen urbis. Et declinatur Elidos.

Ἡλίου. Eliæ, Prophetæ. Eſt genitivus.

Ἠλισγήθην. Turbatus ſum.

Ἠλισγημένος. Pollutus. Contaminatus. Conditus.

λίως ἐλεγχθεῖσαν. τὸ δὲ ἀληθὲς, ὡς προγέγραπται. Παλαίφατος ὁ σοφώτατος συνεγράψατο. Hæc omnia verbis Suidæ adeo ſunt conſentanea, ut alter locus ex altero expreſſus eſſe videatur. Vide etiam Græcum Chronicum Euſebii p. 7.

1 Ἀπὸ τοῦ ἀολλίζεσθαι] Nugæ nugarum. Quis enim credat τὸν ἥλιον apud Græcos dictum ἀπὸ τοῦ ἀολλίζεσθαι. Non mihi perſuaſerit hoc vel ipſa Suada. Sed multa ſunt hujus generis apud Grammaticos vel ipſis gerris Siculis vaniora, quæ quidem refellere velle hominis ſit otio ſuo male abutentis. Vide ſupra. v. Ἀλεαίνομαι, ubi eadem αὐτολεξεὶ leguntur.

2 Ἀλισθεὶς μέγαν οὐρ.] Fragmentum hoc Empedoclis apud Etymologum v. Ἥλιος rectius ſic legitur:

Ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἀλισθεὶς μέγαν οὐρανὸν ἀμφιπολεύει.

Ubi τὸ ἀλισθεὶς videtur ſignificare in minorem orbem collectus, quoniam Sol, cum ad meridianum pervenit, minor apparet, quam cum ortui vel occaſui vicinus eſt.

3 Κυνῆ] Hanc vocem ex MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. corrupte legitur σκηνή. Non ſolum autem MSS. τὸ κυνῆ agnoſcunt, ſed etiam Sophocles *Oedip. Colon.* p. 282. itemq; ejus Scholiaſta; unde Suidas ſua depromſit, ut recte a Porto obſervatum fuit. Locus autem Sophoclis ſic habet:

———Γυναῖκ᾽ ὁρῶ
Στείχουσαν ἡμῖν ἆσσον, Αἰτναίας ἐπὶ
Πώλου βεβῶσαν. κρατὶ δ᾽ ἡλιοστερὴς
Κυνῆ πρόσωπα Θεσσαλίς νιν ἀμπέχει.

Ubi Scholia: Ἡλιοστερής. σκιαστικὴ, πλατύπιλος κυνῆ, ἤτοι περικεφαλαία. τὴν ὄψιν αὐτῆς περιέχει, καλύπτουσα καὶ ἀφαιρουμένη τὴν ἡλίωσιν. Sic etiam apud Suidam ſcribendum eſt.

4 Γνώμων ἐστὶ τὸ ἐν τ. ἡλ.] Eadem leguntur ſupra v. Γνώμων.

5 Ὅπερ ἐφεῦρεν Ἀναξίμανδρος] Vide Salmaſium ad Solinum p. 446, 447. ubi prolixe de hac materia diſputat, exiſtimatque, gnomonem & ſciothera ab Anaximandro inventa non eſſe accipienda de horologiis ſciothericis, quæ umbra gnomonis, ſive ſtili, horas diei indicabant: ſed de inſtrumenticis mathematis, quibus ad meridianos & anni tempeſtates, itemque æquinoctia & ſolſtitia deprehendenda utebantur. Hanc Salmaſii ſententiam confirmare videtur Laertius, qui in vita Anaximandri inquit: Εὗρε δὲ καὶ γνώμονα πρῶτος, καὶ ἔστησεν ἐπὶ τῶν σκιοθήρων ἐν Λακεδαίμονι (καθά φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ Ἱστορίᾳ) τροπάς τε καὶ ἰσημερίας σημαίνοντα. i. e. *Primus autem gnomonem invenit, & Lacedæmone in ſciotheris ſtatuit (ut auctor eſt Phavorinus in omnigena Hiſtoria) ſolſtitia & æquinoctia indicantem.* Huc etiam faciunt verba Euſebii l. x. de Præpar. Evang. c. ultimo: Οὗτος πρῶτος γνώμονας κατεσκεύασε, πρὸς διάγνωσιν τροπῶν τε ἡλίου, καὶ χρόνων, καὶ ὡρῶν, καὶ ἰσημερίας. i. e. *Hic* (Anaximander) *primus gnomones confecit, ad dignoſcendas converſiones ſolis, & tempora, & anni tempeſtates, & æquinoctia.* Plura non addo, ne notarum brevitatem excedam.

6 Ἠλισγημένος] Vide ſupra v. Ἀλισγηθῶ.

Ἤλισεν. ἅλατι ἤλειψεν. Ἤλισε δὲ, συνήθροισε.[1]

Ἠλίσκοντο. ἐπορθοῦντο. ἢ ἠλέγχοντο.

Ἤλιτεν. ἥμαρτεν. καὶ Ἠλίτησας, ὁμοίως.

Ἠλιτενὴς πέτρα. ὑψηλή.

Ἠλιτοεργός. ὁ τοῦ ἔργου ἀποτυχών. [2] Ὣς θάνεν ἠλιτοεργός.

Ἠλιτόμηνον. [3] τὸ παρὰ μῆνα γεννηθέν. ἢ τὸ ἁμαρτάνον τοῦ γεννήσεως τοῦ ἐνδεχομένου χρόνου.

Ἤλκωσαι. τέτρωσαι. καὶ Ἡλκωμένος.

Ἠλογήθησαν. ἠμελήθησαν. καταφρονήθησαν. Οἱ δὲ ἠλογήθησαν εἰς τὴν εἴσοδον, καὶ καταπατήθησαν. Καὶ αὖθις. Πάντων ἠλόγουν. τουτέστι, κατεφρόνουν.

Ἠλοίησεν. Ἡ μητέρ' ἠλοίησεν. ἀντὶ τοῦ, ἔτυψεν. οὕτως [4] Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις.

Ἠλοκίσατο. ἠροτρίασεν.

Ἧλος. Ἡλάριον.

Ἥλω. ἐλήφθη. ἐφανερώθη. ἐπορθήθη.

Ἥλους κρατῶν, τὰ κέντρα [5] τῶν ἐχθρῶν βλέπε. λύσις ὀνείρου.

Ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούεις. παροιμία. ἀντὶ τοῦ, ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα σπεύδεις ἐξελάσαι. τὸ δὲ οὐχ οἷόν τε.

Ἑάλωκεν. ἐκράτησεν.

Ἠλλοίωσεν. ἀλλαχοῦ ᾤκισεν.

Ἡλωκότος. κρατηθέντος. καὶ Ἡλωκόσιν.

Ἥλω. γενικῇ. Ταύτης ὁ μέγας ἥλω Κυπριανός.

Ἠλώμην. ἐπλανώμην.

Ἤλων. ἤλαυνον.

Ἠλώνη. πόλις. καὶ Ἠλωναῖος, ὁ πολίτης.

Ἥλωσαν. ἐνικήθησαν. ἐλήφθησαν.

Ἠλλοιωμένος. μεταβληθείς. [6] ταπεινωθείς. [7] Οὐδὲν ἠλλοιωμένος ὑπὸ τῶν συμβεβηκότων [8] δυστυχημάτων, ἔτι δὲ βεβαιότερον μένων ἐπὶ τῆς ἐξ ἀρχῆς διαλήψεως.

Ἠλύγη. τὸ σκότος τῆς νυκτός. καὶ Ἠλυγισμένον, τὸ [9] ἐσκιασμένον. βαρύνεται δέ. παρὰ γὰρ τὴν λύγην. πλεονάζει τὸ η. [10] Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν. Οὐχ ὁρῶντες οὐδὲν, εἰ μὴ τῆς δίκης τὴν ἠλύγην. ἀντὶ τοῦ, τῶν ἀνθρώπων. καὶ ἐξ αὐτοῦ ἠλυγαία.

Ἡ Λύκου δεκάς. παροιμία. [11] Λύκος Ἀθήνησι πρὸς τοῖς δικαστηρίοις ἥρως, μορφὴν ἔχων θηρίου. Δεκὰς δὲ, τὸ δεκάζεσθαι, πρὸς ὃ ἡ παροιμία [12] καὶ οἱ πρῶτοι δικασταὶ πρὸς τῷ λυκοειδεῖ ἥρωϊ ἐκλήθησαν.

Ἤλισεν. Salivit. Item, congregavit.

Ἠλίσκοντο. Vastabant. Item, convincebantur.

Ἤλιτεν. Peccavit. Et Ἠλίτησας, peccasti.

Ἠλιτενὴς πέτρα. Rupes excelsa.

Ἠλιτοεργός. Cujus propositum eventus frustratur. *Sic obiit, spe sua frustratus.*

Ἠλιτόμηνον. Quod præter mensem est natum: vel, quod aberravit a justo generationis tépore.

Ἤλκωσαι. Vulneratus es. Et Ἡλκωμένος [Vulneratus.]

Ἠλογήθησαν. Neglecti & contempti fuerunt. *Illi vero in ipso ingressu contempti & conculcati fuerunt.* Et rursus. *Omnes contemnebant.*

Ἠλοίησεν. Verberavit. Aristophanes in *Ranis*. *Vel matrem verberavit.*

Ἠλοκίσατο. Aravit.

Ἧλος. [Clavus.] Ἡλάριον. [Parvus clavus.]

Ἥλω. Captus est. Deprehensus est. Direptus est.

Ἥλους κρ. Clavos tenens, stimulos inimicorum cave. Ad somniorum interpretationem pertinet.

Ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρ. Clavo clavum pellis. Proverbium. Id est, peccato peccatum expellere studes. Hoc autem fieri non potest.

Ἑάλωκεν. Cepit.

Ἠλλοίωσεν. In alia sede collocavit.

Ἡλωκότος. Capti. Et Ἡλωκόσιν. Captis.

Ἥλω. Genitivo. [Captus est.] Ab hac magnus ille Cyprianus captus est.

Ἠλώμην. Errabam.

Ἤλων. Agebant.

Ἠλώνη. Elone urbs. Et Eloniæus, ipse civis.

Ἥλωσαν. Victi sunt. Capti sunt.

Ἠλλοιωμένος. Mutatus. Animo fractus. *Nihil mutatus ob calamitates, quæ ipsi contigerant: imo vero longe constantius manens in pristina opinione.*

Ἠλύγη. Noctis obscuritas. Et Ἠλυγισμένον Obscuratum. Habet autem gravem [in ultima.] Deducitur enim a λύγη, redundante litera η. Aristophanes *Acharnens.* *Non videntes quicquam nisi judicii caliginem.* [Dixit δίκης] pro τῶν ἀνθρώπων. Hinc fit ἠλυγαία.

Ἡ Λύκου δεκάς. Proverbium. Lycus heros Athenis juxta judicii locum collocatus erat, lupi formam habens. A δεκὰς vero [orta est] vox δεκάζεσθαι, i. e. muneribus corrumpi: quo proverbium spectat: unde primi judices apud lupiformem Heroem appellati sunt [δεκασταὶ pro δικασταί.]

1 Ἤλισε δὲ συνήθροισε] Legendum potius est, & ἤλισε, συνήθροισε. Vide supra v. Ἀλισθῆναι.

2 Ὣς θάνεν ἠλιτοεργός] Vide Anthol. l. III. p. 384. ubi verba hæc sunt pars Epigrammatis in hirundinem, cujus nidum cum serpens aliquis invasisset, pullos recens natos devoraturus, contigit, ut, antequam eos faucibus hausisset, ex arbore in subjectum ignem decidens extingueretur. Hinc ergo intelligimus, quis sit propositorum verborum sensus.

3 Ἠλιτόμηνον] Vide Schol. Hom. ad v. 118. Il. T.

4 Ἀριστοφάνης ἐν Βατρ.] Pag. 136. P.

5 Τῶν ἐχθρ. βλέπε] Apud Nicephorum in Oneirocritico pro βλέπε legitur νόει. Astrampsychus vero habet βλέπεις.

6 Ταπεινωθείς] Hanc vocem ex MSS. addidi. Ea enim in prioribus Edit. desideratur.

7 Οὐδὲν ἠλλοιωμ.] Fragmentum hoc sumptum est ex Polyb. l. III. c. CIII. ut recte a Jacobo Gronovio observatum fuit.

8 Δυστυχημάτων] Vox ista apud Polybium non legitur: unde apparet, eam primo ad marginem, tanquam Scholium, vel glossam, ab aliquo notatam, & deinde in textum intrusam fuisse.

9 Ἐσκιασμένον] Lege ἐσκοτισμένον, ut apud Schol. Aristoph. *Acharn.* p. 404. unde Suidas hæc descripsit.

10 Ἀριστοφ. Ἀχαρν.] Pag. 403.

11 Λύκος Ἀθήν. πρὸς τοῖς δ.] Vide supra v. Δεκάζεσθαι, & infra v. Λύκου δεκάς.

12 Καὶ οἱ πρῶτοι δικ.] Locus hic est obscurus, & valde vereor, ne aliquod Grammaticastri somnium contineat; in quo proinde illustrando frustra quis sudet.

Ἠλύσιον. [1] ἱερὸν περὶ τὸν ἄδην. οἱ δὲ περὶ Αἴγυπτον. οἱ δὲ, περὶ Λέσβον. οἱ δὲ, [2] τὸ κεκεραυνωμένον χωρίον, ἢ πεδίον. τὰ δὲ [3] τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα. καλεῖται δὲ καὶ [4] ἐνηλύσια. Πολέμων δὲ Ἀθηναίους, φησὶ, τὸ [5] καταςκηφθὲν χωρίον καλεῖν.

Ἠλύσιον. Elysium. Campus sacer circa Rhodum. Alii vero circa Ægyptum. Alii circa Lesbum. Nonnulli vero dicunt, [sic appellari] locum fulmine tactum. Ejusmodi autem [loca] sunt inaccessa. Vocantur etiam ἐνηλύσια. Polemo quoque dicit, Athenienses sic vocare locum de cœlo tactum.

Ἠλύσιον πεδίον. ἐν ᾧ οἱ παρ' Ἕλλησι δίκαιοι αὐλίζονται, μετὰ θάνατον ἐκεῖσε ἐλευσόμενοι. οἱ δὲ κολάσεων ἄξιοι, ἐν τῷ Κωκυτῷ, καὶ τῷ Πυριφλεγέθοντι ἀπελεύσονται. ποταμοὶ δὲ οὗτοι, ὁ μὲν Κωκυτὸς, ψυχρότατος· ὁ δὲ Πυριφλεγέθων, θερμότατος.

Ἠλύσιον πεδίον. Elysius campus, in quo homines, qui juste inter Græcos vixerunt, post mortē degunt. Suppliciis vero digni ad Cocytum & Pyriphlegethontem abeunt. Horum fluviorum autem Cocytus quidem est frigidissimus; Pyriphlegethon vero, fervidissimus.

Ἤλυσις. ἔλευσις. ἄφιξις. ἔφοδος. πορεία.

Ἤλυσις. Accessus. Adventus. Invasio. Gressus.

Ἠλυσκάζειν. ἐκκλίνειν.

Ἠλυσκάζειν. Declinare.

Ἧμα. ἀκόντισμα.

Ἧμα. Jaculatio.

Ἠμαθία. [6] ἡ τὸ παλαιὸν Παιονία προσαγορευομένη. καὶ Ἠμαθίων, Ἠμαθίωνος, ὄνομα κύριον.

Ἠμαθία. Emathia, quæ olim Pæonia vocabatur. Et Emathion, Emathionis, nomen propriū.

Ἠμαθόεις, ἠμαθόεντος. ψαμμώδης.

Ἠμαθόεις. Arenosus.

Ἡμάκτεον. καὶ Ἡμέκτεον· ἀντὶ τοῦ ἐδυσφόρουν. καὶ Ἡμεκτέων παρὰ Ἡροδότῳ, ἀντὶ τοῦ δυσφορῶν.

Ἡμάκτεον, & Ἡμέκτεον. Iniquo animo ferebant. Et Ἡμεκτέων apud Herodotum, graviter ferens.

Ἠμάλαψεν. ἔβλαψεν.

Ἠμάλαψεν. Læsit.

Ἡμαντήριον. [7] καλοῦσί τινες τὸ ἀργυροκοπεῖον, ἐν ᾧ κόπτεται τὸ νόμισμα.

Ἡμαντήριον. Sic quidam vocant officinam, in qua argentum cuditur, & moneta signatur.

Ἦμαρ. ἡμέρα. τὸ Ἦμαρ ψιλοῦται. τὰ γὰρ ἀπὸ δασέων μετασχηματιζόμενα ψιλοῦται· οἷον ἡδονὴ, ἦδος. ἅμα, ἄμυδις. οὕτως ἡμέρα, ἦμαρ. ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς φησιν, ὅτι τὰ εἰς ος οὐδέτερα, εἰ ἀπὸ φύσει μακρᾶς ἄρχονται, ψιλοῦνται· οἷον αἶσχος, εὖχος, εὖρος, ἦθος. οὕτω καὶ ἦμος, καὶ ἦμαρ. [8] Σοφοκλῆς.

Τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα τέρπειν ἔχει,

Προσθεῖσα [9] κἀναθεῖσα τοῦγε κατθανεῖν;

Σχόλια. Τί γὰρ ἡμέρα μία ἔχει, προσθεῖσα τὸ ζῆν, καὶ ἀναβαλλομένη τοῦ θανεῖν, τέρπειν τὸν ἄνθρωπον.

Ἦμαρ. Dies. Hæc vox tenui spiritu notatur. Quæ enim ab asperis formantur, tenuem spiritum habent: ut ἡδονὴ, ἦδος: ἅμα, ἄμυδις. Sic etiam ἡμέρα, ἦμαρ. Herodianus vero dicit, nomina neutra in ος desinentia, si a syllaba natura longa incipiant, tenui spiritu notari: ut αἶσχος, εὖχος, εὖρος, ἦθος. Sic etiam ἦμος & ἦμαρ. Sophocles: *Quam enim voluptatem dies post diem afferre potest, vitam quidem prorogans, sed mortem differens?*

Ἤματα. ἡμέρας. Εἵματα δὲ, τὰ ἱμάτια, διὰ διφθόγγου, καὶ δασύνεται.

Ἤματα. Dies. Εἵματα vero, vestimenta, per ει diphthongum, & cum spiritu aspero.

Ἤμβλω. παραλόγως εἰς [10] πέρας ἦλθεν. Οἱ δὲ σπασάμενοι τὰ ἐγχειρίδια, τοῦτον ἀπέσφαξαν. καὶ ἐξήμβλω μὲν ἡ ἔννοια τῆς ἱεροσυλίας τῷ ἀνοσίῳ· ἐπαύσαντο δὲ τοῦ δέους οἱ Δελφοί.

Ἤμβλω. Præter opinionem ad terminum, vel finem pervenit. *Illi vero strictis pugionibus hunc jugularunt: quo facto sacrilegium, quod mente agitaverat, instar abortivi partus ante maturitatē periit, & Delphi metu liberati sunt.*

Ἤμβροτεν. ἀπέτυχεν.

Ἤμβροτεν. Aberravit.

Ἧμαι. κάθημαι.

Ἧμαι. Sedeo.

1 Ἱερὸν περὶ τὸν ἄδην] Hic locus in omnibus Edit. fœdissimo mendo inquinatus est. Legendum enim est, ἱερὸν πεδίον περὶ Ῥόδον. ut apud Etymologum. In Lexico Photii MS. legitur ἱερὸν περίοδον: quod & ipsum quidem mendosum est, at propius tamen ad veram lectionem accedit.

2 Τὸ κεκεραυνωμένον χωρ.] Sic locum hunc, qui in cæteris Edit. mendosissimus est, ex Hesychio & Lexico Photii MS. emendavi.

3 Τὰ δὲ τοιαῦτά ἐστιν ἄβατα] Loca fulmine tacta fuisse religiosa, eaque nemini calcare & ingredi licuisse, notum est ex veteribus scriptoribus. Artemidorus l. II. c. VIII. p. 90. Ὁ κεραυνὸς τὰ μὲν ἄσημα τῶν χωρίων ἐπίσημα ποιεῖ, διὰ τοὺς ἐνιδρυμένους βωμοὺς, καὶ τὰς γινομένας ἐν αὐτοῖς θυσίας· τὰ δὲ πολυτελῆ χωρία ἔρημα καὶ ΑΒΑΤΑ ποιεῖ.

4 Ἐνηλύσια] Sic vocabantur loca fulmine tacta. Pollux l. IX. c. V. p. 427. Τὰ μέντοι ἐνηλύσια οὕτως ὀνομάζοιτο, εἰς ἃ κατασκήψειε βέλος ἐξ οὐρανοῦ. Latini ejusmodi locum vocabant *bidental*. Glossæ veteres: *Bidental*, τόπος κεραυνοπληξ. Vide Scaligerum ad Festum v. *Bidental*.

5 Καταςκηφθὲν] Sic locum hunc ex ingenio emendavi. In prioribus enim Edit. & MSS. Paris. itemque in Hesychio & Lexico Photii MS. mendose & nullo sensu legitur καταςκαφὶν: quod Portus verterat *locum effossum*. Nihil autem certius est, quam scribendum hic esse καταςκηφθὲν i. e. fulmine tactum, a κατασκήπτομαι, quod fulmine feriri significat. Difficile autem dictu est, utrum librarii locum hunc apud Hesychium & Suidam corruperint: an vero ipse Hesychius & Suidas, cum ista excerperent, corruptis Codd. usi fuerint, & in iis scriptum repererint καταςκαφὶν pro καταςκηφθὲν. Si prius admittatur: ultimam hujus articuli periodum a Suida sic scriptam fuisse dicendum est: Πολέμων δὲ [καὶ] Ἀθην. φησὶ, τὸ [καταςκηφθὲν] χωρίον [οὕτως] καλεῖν. Sin posterius; vulgata quidem lectio mutanda non est, sed tantum monendus lector, Suidam fuisse deceptum, & ab eo ita, ut diximus, locum hunc scribi debuisse.

6 Ἠμαθία. ἡ τὸ παλ. Παιονία προσ.] Non dubium est Suidam hæc descripsisse ex Collectaneis Constantini Porphyrog. a Valesio editis, in quibus p. 118. Sic legitur. Ἐπὶ τὴν, νῦν μὲν Ἠμαθίαν, τὸ δὲ παλαιὸν Παιονίαν προσαγορευομένην.

7 Ἡμαντήριον. καλοῦσί τινες τὸ ἀργ.] Eadem leguntur supra v. Ἀργυροκοπεῖον. Apud Harpocrationem vero eadem v. legitur σημαντήριον. Vide Ducangium in Glossario Græco.

8 Σοφοκλῆς] In *Aj. Flagell.* p. 29. ut Portus observavit.

9 Προσθεῖσα κἀναθ.] Locum hunc antea mutilum ex MSS. in integrum restitui. Vide etiam Scholia ad Sophocl. *Aj. Flag.* p. 29. unde hæc Suidas descripsit.

10 Πέρας] Vocem hanc ex MSS. revocavi. In prioribus enim Edit. legitur πόδας.

Ἡμεδαπός. ἀντὶ τοῦ ἡμέτερος. [1] Ἀριστοφάνης.

Ὁ μὲν χαρακτὴρ ἡμεδαπὸς τῶν ῥημάτων.

Καὶ αὖθις. Καί τι καὶ παίσωμεν περὶ τοῦ παρασίτου μνημονεύσαντες ἡμεδαποῦ. Καὶ Ἡμεδαπῶν, ἰδίων, ἐγχωρίων, αὐτοχθόνων. Δάπεδον γὰρ τὸ ἔδαφος. ὅθεν καὶ τὸ ποδαπὸς, ἀντὶ τοῦ ποῖος λαμβάνεται, ἢ ποίας χώρας, ἢ τίνος πατρίδος.

Ἤιμεν. ἐπορευόμεθα. ἀπὸ τοῦ εἴω. διὸ καὶ τὸ ι ἔχει προσγεγραμμένον. [2] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Ἔπειτα πρὸς τὸ τέμενος ἤιμεν τοῦ θεοῦ.

Ἡμένη [3] πελειάς. ἐπὶ τῶν ἀπλουστάτων, κατὰ ἀντιπαρεξέτασιν τῆς παλευτρίας. αἱ γὰρ ἐξιπτάμεναι ἀπατῶσιν ἑτέρας. [4] παλεῦσαι γὰρ τὸ ἀπατῆσαι σημαίνει.

Ἢ μὲν κλέος, ἠδὲ καὶ ἦσθα. ἐπὶ τῶν ὁμοίων τῇ περὶ αὐτῶν φήμῃ.

Ἦ [5] μέν μοι πρόφρων ἔπεσιν καὶ χερσὶν ἀρήξειν. ἐν μέρος λόγου ἐστί. τὸ δὲ ἐντελέστερον, ἢ μήν. ἔστι δὲ ὁρκικὸν ἐπίφθεγμα.

Ἥμενος. ὁ καθήμενος. Ἡμμένος δὲ, ὁ ἐξηρτημένος, καὶ ἀνηρτημένος.

Ἡμμένοι. συνημμένοι. ἀντὶ τοῦ ἀνηρτημένοι. [6] Οἱ δὲ καταρράκτας, οὓς εἶχον ὀλίγον ἐξωτέρω διὰ μηχανημάτων ἀνημμένους, αἰφνίδιον καθῆκαν, καὶ ἐπεβάλοντο. καὶ τούτους καταχόντες περὶ τοῦ τείχους ἀνεσκολόπισαν.

Ἡμέρα. ζήτει ἐν τῷ Ἀξίωμα.

Ἡμέρα δυνάμεως. ἡ δευτέρα τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια. Δαβίδ. Μετὰ σοῦ ἡ ἀρχὴ ἐν ἡμέρᾳ τῆς δυνάμεώς σου.

Ἡμέρα ἐπαγωγῆς. παρὰ τὸ ἐπάγεσθαι ἡμῖν τὰ ἄξια τῶν βεβιωμένων.

Ἡμέρα πονηρά. ἡ Γραφὴ [7] τὴν τῆς τιμωρίας ἡμέραν πονηρὰν καλεῖ. ὥσπερ καὶ ἀγγέλους πονηροὺς, τοὺς τῆς τιμωρίας ὑπουργούς. [8] ὀργὴν δὲ, καὶ θυμὸν, καὶ θλῖψιν ἐπὶ θεοῦ, τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ. οὐ γὰρ φύσιν, οὐδὲ προαίρεσιν φησιν.

Ἡμέρα [9] πονηρά. ἡ τῆς κρίσεως ἡμέρα. ἡ αἰωνία κόλασις. Δαβίδ. Τοῦ [10] πραΰναι αὐτὸν ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν. Ὁ [11] γὰρ μικρὰν παιδείαν κατὰ τὸν παρόντα δεξάμενος, πρᾳότερον τὸ κριτήριον ἕξει.

Ἡμέραι πλήρεις. τὸ γῆρας.

Ἡμεδαπός. Noſter. Ariſtophanes:

Character verborum eſt noſter.

Et rurſus: *Quinetiam jocemur, paraſiti noſtri mentione facta.* Et Ἡμεδαπῶν, Noſtratium, Indigenarum, Aboriginum. Δάπεδον enim ſolum ſignificat: unde ποδαπὸς, qualis, cujas.

Ἤιμεν. Ibamus. Ab εἴω, eo. Quamobrem etiam ι adſcriptum habet. Ariſtophanes *Pluto*:

Deinde ad delubrum ibamus Dei.

Ἡμένη πελειάς. [Sedens columba.] De ſimpliciſſimis [dicitur,] per comparationem cum columba illice. Hæ enim evolantes decipiunt alias. Παλεῦσαι enim ſignificat decipere.

Ἢ μὲν κλέος, ἠδὲ καὶ ἦσθα. Dicitur de illis, qui famæ, de ſe ſparſæ, reſpondent.

Ἦ μέν μοι πρ. *Te & manibus & verbis prompte mihi opem laturum.* Eſt una pars orationis. Magis vero integrum eſt, ἢ μήν. Eſt autem vox jurantis.

Ἥμενος. Sedens. Ἡμμένος vero, pendens, ſuſpenſus.

Ἡμμένοι. Connexi. Item, ſuſpenſi. *Illi vero cataractas, quas ope machinarum ſuſpenderant, repente [in hoſtes] dejecerunt, eoſque comprehenſos pro mœnibus in crucem ſuſtulere.*

Ἡμέρα. Dies. Quære in voce Ἀξίωμα.

Ἡμέρα δυνάμεως. [Dies potentiæ.] Secunda Chriſti apparitio. David. *Tecum eſt imperium in die potentiæ tuæ.*

Ἡμέρα ἐπαγωγῆς. [Dies retributionis.] Sic dictus, quod nobis afferat mercedem vita ante acta dignam.

Ἡμέρα πονηρά. [Dies mala.] Sic diem ſupplicii Scriptura vocat: ut Angelos malos, ſupplicii miniſtros. Cum autem iram & indignationem Deo tribuit, ſic vocat afflictionem & acerbas pœnas, ; non autem naturam & voluntatem ejus.

Ἡμέρα πονηρά. Dies judicii. Supplicium æternum. David. *Ut præſtet ei quietem a diebus malis. Qui enim in hoc ſeculo parvam caſtigationem acceperit, minus rigidum judicium experietur.*

Ἡμέραι πλήρεις. Senectus.

1 Ἀριστοφάνης] In *Pace*, p. 441. *P.*

2 Ἀριστοφάνης Πλ.] Pag. 35. *P.*

3 Ἡμένη πελειάς] Fruſtra eſt Portus, qui pro ἡμένη hic legendum conjicit ἡμμένη, i. e. nexa, ligata; quoniam ſenſus loci hujus ſententiam illam refellit. Docet quippe Suidas, columbas ſimpliciores dici ſedentes, quoniam ex, quæ ſunt callidiores & ad fallendum inſtructæ, quales ſunt illices, ultro citroque volare ſoleant, ut alias ſeducant.

4 Παλεῦσαι γὰρ τὸ ἀπ.] Vide Scholiaſtam Ariſtoph. ad *Aves*, p. 593.

5 Ἦ μέν μοι πρ.] Eſt verſus Homericus Il. A. 77. ubi legitur ἀρήξειν.

6 Οἱ δὲ καταρράκτας] Fragmentum hoc ad Polybium refert Valeſius, putatque Livium id expreſſiſſe lib. xxvii. p. 480. his verbis. *Porta cataracta dejecta clauſa erat: eam partim vectibus levant; partim funibus ſubducunt, in tantum altitudinis, ut ſubire recti poſſent. Vix dum ſatis patebat iter, quum perfugæ certatim ruunt per portam: & cum ſexcenti ferme intraſſent, remiſſo fune, quo ſuſpenſa erat, cataracta magno ſonitu cecidit.*

7 Τὴν τῆς τιμωρίας ἡμ.] Huc ſpectant verba Chryſoſtomi in Pſalmum xlix. Πονηρὰν ἡμέραν ἡ Γραφὴ καλεῖ τὴν τῶν συμφορῶν, τὴν τῆς κολάσεως, τὴν τῆς ἀπαιτήσεως. Vide etiam ſupra v. Ἄγγελοι.

8 Ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν καὶ θλ.] Locum hunc, in quo nonnulla verba tranſpoſita videntur, ſic conſtituendum puto: ὀργὴν δὲ καὶ θυμὸν ἐπὶ θεοῦ, τὴν θλῖψιν, καὶ τὰς πικρὰς &c. quem ordinem in verſione ſecutus ſum.

9 Ἡμέρα πονηρά. ἡ τῆς κρ.] Locum hunc Suidas deſcripſit ex Theodoreto ad Pſalma xciv. 13. ut Suicerus in *Theſauro Eccleſiaſtico*, v. Ἡμέρα recte obſervavit.

10 Τοῦ πραΰναι αὐτόν] Sic etiam in Edit. Romana τῶν lxx. legitur. At Edit. Baſileenſis, & Theodoretus habent πραΰναι αὐτόν. Verum autem horum verborum ſenſum, quem Portus non fuerat aſſecutus, me in verſione expreſſiſſe puto.

11 Ὁ γὰρ μικρὰν π.] Hæc apud Theodoretum ſic leguntur: Ὁ γὰρ μικρὰν παιδείαν κατὰ τὸν παρόντα βίον δεχόμενος, πρᾳότερον ἕξει τὸ μέλλον κριτήριον. Ἡμέραν γὰρ πονηρὰν τὴν αἰώνιον ὀνομάζει κόλασιν.

Ἡμερήσιον. τὸ καθ' ἡμέραν διδόμενον.

Ἡμερινὰ ζῶα. τὰ πᾶσι φαινόμενα καθ' ἡμέραν. Νυκτερινὰ δὲ, γλαῦξ, ἐλεὸς, βύας, νυκτικόραξ, ἐπωλιὸς, σκώψ. Θαλάσσια δὲ, [1] ἀλκυὼν, ἀηδὼν, κήϋκες, αἴθυιαι, λάρος, χαραδριὸς, καταῤῥάκτης, κάγχλος.

Ἡμερινῶν σιτίων. ἀντὶ τῶν θνητῶν, καὶ ἐπιγείων.

Ἡμερίς. ἄμπελος. ἀπὸ τοῦ ἡμεροῦν ἡμᾶς. καὶ ἡ κνίδη. τινὲς δὲ ἀναδενδράδα, καὶ ἐλαίαν. καὶ ἡ ἥμερος ὕλη. λεπτόφυλλος δρῦς, ἢ οἰνάνθη.

Ἡμερὶ [2] πανθέλκτειρα, μεθυτρόφε, μῆτερ ὀπώρης
Οὔλης, ἣ σκολιὸν πλέγμα φύεις ἕλικος.

Ἡμεροδρόμος. ὁ ἥλιος. λέγονται δὲ καὶ οἱ τοῖς βασιλικοῖς διατάξεσι τάχιστα διακονούμενοι· [3] νέοι δ' εἰσὶν, ἐφήβων ὀλίγον πρεσβύτεροι, πρωτογενείων ἐγγὺς, τοῖς τοιαύταις ὑπηρετούμενοι χρείαις· τόξον, καὶ βελῶν, καὶ ἀκοντίων, [4] καὶ πυροβόλων λίθων ἐπιφερόμενοι πλέον οὐδέν. ταῦτα γὰρ αὐτοῖς [5] πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν γίνεται χρήσιμα.

Ἡμεροκαλές. [6] εἶδος ἄνθους.

Ἡμερόκοιτος. ἰχθύς τις. καὶ ὁ κλέπτης.

Ἡμερόλεγδον. [7]

Ἥμερος. ὁ πρᾶος.

Ἡμεροσκόποι. [8] οἱ ἐν ἡμέρᾳ φρουροῦντες.

Ἡμερῶ. αἰτιατικῇ.

Ἡμερωρεῖν. ἡμεροφυλακεῖν.

Ἡμετέρειος. κτητικόν.

Ἠμείβετο. ἀνταπεκρίνατο.

Ἠμείδηκε. καὶ Ἠμειδηκὼς, μὴ γελάσας. Ἀμειδῶ γὰρ, τὸ οὐ γελῶ.

Ἠμείφθη. ἠλλάγη.

Ἤμειψα. ἤλλαξα.

Ἠμημένον. τεθερισμένον.

Ἡ μὴ 'μπειρία. ἡ μὴ ἐμπειρία. τουτέστιν, ἡ ἀπειρία. [9] Ἀριστοφάνης. Δεινὸν ἐστὶν ἡ μὴ 'μπειρία.

Ἦ μήν. ὄντως δή. καὶ ἀλλ' οὖν, καὶ ἀλλ' ὅμως. Ὄμνυμι τοὺς βασιλείους θεοὺς, ἦ μὴν ἐγὼ ὑμᾶς σώσω.

Ἡμερήσιον. Diarium. Merces diurna.

Ἡμερινὰ ζῶα. Diurna animalia, quæ ab omnibus interdiu cernuntur. Nocturna vero, noctua, eleos, bubo, nycticorax, epolius, scops. Marina vero, halcyon, luscinia, ceyces, fulicæ, larus, charadrius, cataracta, canchlus.

Ἡμερινῶν σιτίων. Ciborum mortalium, & terrestrium.

Ἡμερίς. Vitis. Sic dicta, quod mansuetiores nos reddat. Item, urtica. Quidam vero, vitem arbustivam & oleam. Vel, arbor mansueta. Quercus tenuifolia, vel oenanthe.

Vitis omnia demulcens, vini nutrix, mater racemi
Crispi, quæ tortilem producis claviculam.

Ἡμεροδρόμος. Sol. Sic etiam vocantur, qui Regum mandata celeriter in aliqua loca perferunt. Ii autem, qui hujusmodi ministeria obeunt, sunt ephebis paulo majores, & ætate proximi illis, qui primam barbam emittere cœperunt. Nihil autem aliud secum ferunt, quam arcum, & sagittas, & jacula, & lapides igniarios. Hæc enim ad iter ipsis sunt utilia.

Ἡμεροκαλές. Genus floris.

Ἡμερόκοιτος. Piscis quidam. Item, fur.

Ἡμερόλεγδον. [More ejus, qui quotidie aliquid numerat.]

Ἥμερος. Mansuetus.

Ἡμεροσκόποι. Diurni speculatores.

Ἡμερῶ. Accusativo. [Cicuro.]

Ἡμερωρεῖν. Interdiu custodire.

Ἡμετέρειος. [Noster.] Pronomen possessivũ.

Ἠμείβετο. Respondit.

Ἠμείδηκε. Non risit. Et ἠμειδηκὼς, qui non risit. Ἀμειδῶ enim, non rideo [significat.]

Ἠμείφθη. Permutatus est.

Ἤμειψα. Permutavi.

Ἠμημένον. Demessum.

Ἡ μὴ 'μπειρία. Non peritia. Hoc est, imperitia. Aristophanes. *Grave [malum] est imperitia.*

Ἦ μήν. Profecto. Sane. Attamen. *Regios Deos juro, me vos servaturum esse.*

1 Ἀλκυὼν, ἀηδ.] Bochartus *Hierozoic.* Part. Poster. lib. II. c. XIV. locum hunc corruptum esse suspicatur; cujus verba adducam. "Nescio, quo fato factum, ut, quamvis ἀλκυὼν & ἀηδὼν, "sint voces scriptura dissimiles satis, tamen a librariis non raro "confundantur. Sic in Aristotele Histor. Anim. l. VIII. c. II. ubi "recentiores recte habent, τὸ τῶν ἀλκυόνων γένος περὶ ὕδωρ ἐστί: *alcyonum autem genus ad aquam degit*: pro τῶν ἀλκυόνων, perperam "legebatur in veteribus Edit. τῶν ἀηδόνων. Et cum apud Suidam "in Ἡμερινὰ ζῶα, marinis avibus adscribuntur ἀλκυὼν, ἀηδὼν, "κήϋκες, *alcyon, luscinia, ceyces*; vox ἀηδὼν nihil quicquam est, "quam diversa lectio vocis ἀλκυὼν, quæ ad marginem primo notata est, deinde in textum intrusa". Hæc Bochartus: cujus sententiæ facile subscribo, quoniam non video, quomodo lusciniæ inter aves marinas locus assignari queat.

2 Ἡμερὶ πανθέλκτ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Anacreontem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. p. 399.

3 Νέοι δ' εἰσὶν, ἐφήβων ὀλίγον πρεσβ.] Henricus Stephanus *Schediasm.* l. VI. monet, se habuisse Historicum Græcum ineditum, apud quem locus hic Suidæ extet. Nomen autem ejus, fugiente prima litera, refert fuisse ΕΙΛΟΥ: quod addita litera Ν scribendum esse ΝΕΙΛΟΥ certo certius est. Apud Nilum enim Monachum in Narrationibus, p. 88. fragmentum hoc de hemerodromis αὐτολήξει legitur, ut Pearsonius in nota ad marginem Suidæ sui recte observavit.

4 Καὶ πυροβόλων λίθων] Πυροβόλοι λίθοι hic vocantur silices, ex quibus ignis excutitur; ut ex iis, quæ apud Nilum sequuntur, haud obscure patet.

5 Πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν] Apud Nilum legitur, πρὸς τὴν ζωὴν καὶ τὴν ὁδοιπορίαν: uti etiam apud Suidam reponendum est.

6 Ἡμεροκαλλίς] Photius in Lexico MS. vocem hanc prolixius exponit, cujus verba adducere operæ pretium puto. Ἡμεροκαλλὶς, ἄνθος σπειρόμενον ὁ Δίδυμος. Οὐκ ἔστι δὲ ἄνθος, ἀλλὰ φοινικοῦν ἔριον διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθήνησιν, ὡς Θεόδωρος ὁ Πανάγης συνεπιγενόμενος ἐν τῷ α' περὶ τοῦ Κηρύκων γένους. καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ ὀνόματος ἀποδιδούς. Γράφει δέ· καλεῖται ἡμεροκαλλὶς διὰ τὸ στιλβόν, καὶ βιβάφθαι, καὶ ξηραίνεσθαι ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ. Κάλλη δὲ ὀνομάζεται τὰ ἄνθη. Ex hoc loco Etymologus tum emendari, tum etiam suppleri potest.

7 Ἡμερόλεγδον] Photius in Lex. MS. Ἡμερόλεγδον, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμούμενον. Eadem habet Etymologus.

8 Ἡμεροσκόποι οἱ ἐν ἡμ. φρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, p. 597.

9 Ἀριστοφάνης] Ἐκκλησιαζούσαις p. 729. ubi legitur ἡ 'μὴ 'μπειρία, id est, ἡ ἐμὴ ἀπειρία, ut vetus enarrator ibi docet. Hinc ergo Suidas emendandus est.

Ἤμην. ὑπῆρχον. [1] ἢ ἐκαθήμην.

Ἠμί. Φημί. λέγω.

Ἡμιδαής. ἡμίκαυστος. Ἡμιδεὴς δὲ πίθος, ὁ τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ ἔνδειαν ἔχων. ἐν Ἐπιγράμμασιν. Ἡμιδεὲς πέμψαι, χοῦς γὰρ ἔνεισι δύο.

Ἡμιδαπής. [2] ἡμιτελής.

Ἡμιδιπλοΐδιον. [3] γυναικεῖον ἱμάτιον. ἀναβόλαιον γυναικῶν. ὁ σπέλληξ.

Ἡμιεκλέον. [4] μέτρον. τουτέστι δ' χοινίκων. ὁ γὰρ μέδιμνος, μη' χοινίκων ἐστί. τούτων οὖν τὸ ἕκτον εἰσὶν η' χοίνικες. τὸ δὲ ἡμίεκτον, τουτέστι, τὸ δωδέκατον τῶν μη' χοινίκων, τέσσαρα. τοῦ μεδίμνου ἔχοντος χοίνικας μη', τὸ ἡμιμέδιμνον δηλονότι τὰς κδ' εἶχεν. Ἡμίεκτον δὲ τὸ χωροῦν δ' χοίνικας. τὸ γὰρ ἕκτον χοίνικες ὀκτώ. Ἡμιεκλέον δὲ, καὶ οὐχ Ἡμιεκταῖον.

Ἡμίεργον. ἡμιτέλεστον. Ἀντωνίῳ δὲ ᾠκοδόμει νεὼν μέγαν, ὅσπερ οὖν ἡμίεργος ἀπελείφθη· τῷ Σεβαστῷ δὲ ἐπετελέσθη.

Ἡμικάδιον. τὸ ἡμίμετρον.

Ἡμίκαυτος. ἡμίφλεκτος.

Ἡμικλεῖς. Ἐξαίφνης ἀνοίξαντες τὰς ἡμικλεῖς πύλας, ἐξελαύνουσι τῆς πόλεως αὐτῶν, Παρθυαίων, καὶ Μήδων, ὅ, περ ὄφελος ἦν τῆς Ἱππικῆς δυνάμεως, ἵππους ὡς χ'.

Ἡμίκρανον. [5] τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς.

Ἡμίκραιρα. [6] καὶ ὁμοίως. [7] Τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων.

Ἡμικύκλιον. τὸ ἥμισυ τοῦ κύκλου.

Ἡμιμάλλωνες. [8] μαινάδες. νύμφαι. ἢ βάκχαι.

Ἡμιμέδιμνον. μέτρον χοινίκων κδ'.

Ἡμιμόχθηροι. οἱ κακίζοντες δῆθεν τὴν ἁμαρτίαν, πράττοντες δὲ αὐτήν.

Ἡμίνα. μέτρον.

Ἡμιολία. τὸ ἥμισυ τοῦ κεφαλαίου. Δίδοσθαι δὲ ὀψώνιον τοῖς στρατεύειν αἱρουμένοις παρ' αὐτῷ, ἡμιόλιον τοῦ νῦν διδομένου. Καὶ Ἡμιολίας, ἡμίσεως.

Ἡμιολιασμός. [9] Ἀντιφῶν. ἀντὶ τοῦ, τὰ ἡμιόλια δοῦναι.

Ἡμιολίαις. πειρατικοῖς πλοίοις. [10] Ταχὺ δὲ τοὺς κέλητας, καὶ τὰς [11] ἡμιολίας ὑπερισθμίσας ἀνήχθη,

Ἤμην. Eram. [At ἥμην] Sedebam.

Ἠμί. Pro Φημί. Dico.

Ἡμιδαής. Semiustus. Ἡμιδεὴς πίθος vero, dolium semiplenum. In Epigrammate: *Semiplenum mitte: choes enim insunt duo.*

Ἡμιδαπής. Semiperfectus.

Ἡμιδιπλοΐδιον. Muliebre pallium. Amiculum muliebre. [Alias etiam] σπέλληξ vocatum.

Ἡμιεκλέον μέτρον. Semisextarius. Hoc est, quatuor chœnices. Medimnus enim continet 48 chœnices. Horum igitur sexta pars sunt octo chœnices. Semisextarius vero, hoc est, duodecima pars 48 chœnicum, sunt quatuor. Quia igitur medimnus, 48; semimedimnus 24 continebat chœnices. Semisextarius vero quatuor chœnices capiebat. Sexta enim pars sunt octo chœnices. Dicitur autem ἡμιεκλέον, non ἡμιεκταῖον.

Ἡμίεργον. Semiperfectum. *Antonio autem ædificavit templum magnum, quod semiperfectum relictum ab Augusto absolutum est.*

Ἡμικάδιον. Dimidium cadi.

Ἡμίκαυτος. Semiustus.

Ἡμικλεῖς. [Semiclausas.] *Cum autem portas semiclausas repente aperuissent, ex urbe expellunt Parthorum & Medorum (quibus equitatus magno erat usui) equites DC.*

Ἡμίκρανον. Dimidium capitis.

Ἡμίκραιρα. [Dimidia pars capitis.] *Alteram partem capitis pilis nudatam habens.*

Ἡμικύκλιον. Semicirculus.

Ἡμιμάλλωνες. Mænades, Nymphæ, vel Bacchæ.

Ἡμιμέδιμνον. Mensura 24 chœnicum.

Ἡμιμόχθηροι. Qui peccatum vituperant quidem: sed tamen id committunt.

Ἡμίνα. Hemina. Mensura.

Ἡμιολία, Dimidia pars sortis. *Stipendium autem apud ipsum militare volentibus dimidium illius, quod nunc datur, dari jussit.* Et Ἡμιολίας, dimidiæ partis.

Ἡμιολιασμός. Antipho. Id est, Sescuplum dare.

Ἡμιολίαις. Piraticis navigiis. *Cum autem celoces & parva navigia Isthmum celeriter traje-*

1 Ἢ ἐκαθήμην] Lege, ἥμην δὲ. ἐκαθήμην.

2 Ἡμιδαπής] Vocem hanc suspectam habeo. Puto legendum Ἡμίεπτος. Photius in Lexico MS. Ἡμίεπτοι οἱ ἡμιτέλειοι αὐλοί. Vide etiam Hesych. v. Ἡμίοπος & Casaub. ad Athen. l. IV. c. XXIV.

3 Ἡμιδιπλοΐδιον. γυναικ.] Ex Schol. Aristoph. ad Ἐκκλησ. p. 733. lin. ult. apud quem tamen duo ultima verba ὁ σπέλληξ non leguntur.

4 Ἡμιεκτέον. μέτρον. τ.] Ex Schol. Arist. ad *Nubes*, p. 164. quem consule. Vide etiam Harpocrationem v. Ἡμίεκτον.

5 Ἡμίκρανον. τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς. † Ἡμίκραιρα. καὶ ὁμοίως τ.] Locus hic sic legendus & in integrum restituendus est. Ἡμίκρανον. τὸ ἥμισυ τῆς κεφαλῆς. καὶ Ἡμίκραιρα, ὁμοίως. Τὴν ἡμίκρ. &c. Manifestum enim est, unum articulum in duos hic a librariis diremptum esse, quod & in non paucis aliis apud Suidam locis contigisse deprehendi.

6 Ἡμίκραιρα] Priores Edit. habent ἡμίκραιρα. Sed potior apud me fuit MSS. auctoritas, in quibus scriptum inveni ἡμίκραιρα: quam lectionem etiam confirmat Aristophanes. ex quo locum hunc depromptum esse in nota sequente docebo. Huc accedit, quod κραῖρα, teste Hesychio, caput significet: unde dimidia pars capitis, ἡμίκραιρα, non vero ἡμίκρανια, appellanda est.

7 Τὴν ἡμίκραιραν τὴν ἑτέραν ψιλὴν ἔχων] Ex Aristoph. Θεσμοφορ. p. 779. ad quem locum Comici respexit Eustathius ad Il. Σ. p. 1127. ubi inquit: Ὅτι κραῖρα, κεφαλὴ κυρίως ἡ ὀρθία. ὃ ὡς ἂν εἴποι τις, κάρα ὀρθωμένον. ὅθεν ἡ ἡμίκραιρα, ὃ ἐν συνθέτῳ, κραῖρα. ἐξ ἧς οἱ Ἀττικοὶ τὸ τῆς κεφαλῆς ἥμισυ, ἡμίκραιραν φασίν, ὡς ἱστορεῖ καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ.

8 Ἡμιμάλλωνες] Sic etiam apud Hesychium & Photium in Lexico inedito scriptum est. In *MSS.* vero, & Edit. Mediolanensi, itemque Veneta, legitur ἡμιμαλλώνης. Sed non dubito duas voces hic in unam coaluisse, & divisim scribendum esse Αἱ μιμαλλόνες: cujusmodi errata apud Grammaticos, corrupta Codicum suorum lectione deceptos, non raro deprehendas. Vide infra v. Μιμαλλόνες.

9 Ἡμιολιασμός] Hanc lectionem ex *MSS.* & Harpocratione Suidæ restitui. Priores enim Edit. habent ἡμιολισμός.

10 Ταχὺ δὲ τοὺς κέλητας καὶ τ.] Hoc fragmentum Valesius Polybio tribuit.

11 Τὰς ἡμιολίας] Dicitur & ἡμιόλιον & ἡμιολία· In priore enim voce subintelligitur πλοῖον; in posteriore vero, ναῦς.

σπεύδων

σπεύδων καταλαβεῖν τὴν τῶν Ἀχαιῶν σύνοδον. Καὶ αὖθις. Λῃσταί τινες εἰς πολυχειρίαν, καὶ πειρατικαῖς ἡμιολίαις τῇ Λακωνικῇ προσσχεθέντες εἰς τὰ χωρία ἐζωσάμενοι, λείαν ἀπήγαγον.

Ἡμιόλιος. [1] ἐστὶν ἀριθμὸς, ὁ ἔχων ὅλον, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτοῦ.

Ἡμιόνειον ζεῦγος. καὶ Ἡμιονεία, ἡ κόπρος τοῦ ἡμιόνου.

Ἡμιωβέλιον. τὸ ἥμισυ τοῦ ὀβολοῦ.

Ἡμιωβόλιον. καὶ παροιμία. [2] Τὸ Πάσητος ἡμιωβόλιον. ὅπερ ἔχων ὁ Πάσης ἐδίδου τοῖς πιπράσκουσι, παρ' ὧν ἤθελεν ὠνεῖσθαι, καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ εὑρίσκετο. Οὗτος ὁ Πάσης μαλακὸς μὲν ἦν τὴν φύσιν, πάντας δὲ τοὺς ἐν μαγείᾳ διενήνοχεν· ὥστε ἐκ τῶν ἐπαοιδῶν αὐτοῦ καὶ δεῖπνα πολυτελῆ ὁρᾶσθαι, καὶ διακονουμένους τινάς· καὶ πάλιν ἀφανῆ πάντα γίνεσθαι.

Ἡμιπαίδευτος. ὁ ἀπαίδευτος.

Ἡμιπέλεκκα. [3] αἱ μονότομοι ἀξίναι.

Ἡμιπέλεκυς. ἡμιπελέκεως.

Ἡμίσεα. ἥμισυ παντός. Ἡσίοδος.

Νήπιοι οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός.

Ἔστι δὲ οὕτως. Ἀδελφὼ δύο ἤστην. ὁ τοίνυν ἕτερος ἀποθνήσκων, καὶ παῖδα ὀρφανὸν ἀπολείπων, τὸν ἀδελφὸν ἐνέγραφε καὶ τοῦ υἱοῦ ἐπίτροπον, καὶ τῶν χρημάτων, ὧν ἐκείνῳ κατέλιπε, μελεδωνόν. ὁ δὲ ἀνόσιος ὢν τὰ τοῦ παιδὸς σφετερίσασθαι γλιχόμενος, εἶτα μέντοι καὶ τὰ οἰκεῖα προσαπώλεσε. [4] Δεομένῳ δὲ πολυωρίας τινὸς, καὶ ῥοπῆς τυχεῖν τῆς εἰς τὸ κρεῖττον, ἀπεκρίνατο· Νήπιος, οὐκ ἐνόησεν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Παιδεύσεως ταῦτα ἔχεται, καὶ ψυχὴν καθαίρει, καὶ βίον κοσμεῖ, καὶ σωφροσύνην ἐντίθησι, καὶ δικαιοσύνην νομοθετεῖ.

Ἥμισυς. ὁ βραχύς. [5] Ἥμισυς ἀνὴρ Προυσίας ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας ἀγεννὴς καὶ γυναικώδης.

Ἥμισυς, ἡμίσεος. καὶ τὸ ἥμισυ, τοῦ ἡμίσεος.

Ἡμιτύβιον. δίκροσσον. [6] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. Ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβών.

Ἡμιτύμβιον. ὁ μικρὸς τάφος.

Ἡμιφάριον. τουτέστιν, ἥμισυ ἱματίου.

Ἡμίφωνον. τὸ ἐξ ἡμισείας φωνῆεν, καὶ ἄφωνον.

Ἥμονες. οἱ ἀκοντισταί.

Ἦ [7] Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο; ἐπὶ τῶν ἀπελήπτων καὶ διαβεβλημένων. ὁ γὰρ Μόρσιμος, τραγῳδὸς ἦν, ποιητὴς ψυχρὸς, Φιλοκλέους,

tiffet, in altum est provectus, Achæorum conventum deprehendere studens. Et rursus. *Latrones quidam magna manu & piraticis naviculis ad Laconicam appulsi, in agros irruptione facta, prædam abegerunt.*

Ἡμιόλιος. Est numerus sesquialter, sive qui totum, & præterea dimidium ejus continet.

Ἡμιόνειον ζεῦγος. Jugum mulorum. Et Ἡμιονεία κόπρος, stercus mulorum.

Ἡμιωβέλιον. Dimidium oboli.

Ἡμιωβόλιον. [Semiobolus.] Et proverbium: Pasetis semiobolus: quem habens Pases dabat venditoribus, a quibus aliquid emere volebat, & idem rursus apud ipsum reperiebatur. Hic Pases natura quidem mollis fuit: sed tamen omnes magia superavit, adeo ut incantationibus suis efficeret, ut & cœnæ sumptuosæ, & ministri quidam ad mensam ministrantes conspicerentur, & rursus omnia evanescerent.

Ἡμιπαίδευτος. [Semidoctus.] Indoctus.

Ἡμιπέλεκκα. Secures, quarum unum tantum latus aciem habet.

Ἡμιπέλεκυς. [Semisecuris.]

Ἡμίσεα. Dimidium totius. Hesiodus.

Stulti, nec sciunt quanto plus sit dimidium toto.

Sic autem res habet. Duo fratres fuerunt, quorum alter moriens, & filiũ pupillum relinquens, fratrem in testamento & filii tutorem, & pecuniæ, quam illi reliquerat, curatorem constituit. Ille vero, cum esset vir improbus, & pupilli opibus inhiaret, postea & sua perdidit. Huic autem opis indigo, & subsidii, quod ad meliorem fortunam ipsi momentum aliquod adferret, responsum est: *Stultus non intellexit, quanto plus sit dimidium toto.* Hæc [bonæ frugis] & doctrinæ plena sunt, animumque purgant, & vitam ornant, & moderationem inculcant, & justitiam præcipiunt.

Ἥμισυς. Brevis. *Rex Prusias corporis specie dimidiato homini similis erat, & ad res bellicas ignavus & mollis.*

Ἥμισυς. εος. Dimidius. Et τὸ Ἥμισυ. Dimidiũ.

Ἡμιτύβιον. Sudarium utrinque fimbriatũ. Aristoph. *Pluto: Deinde purũ sudarium capiens.*

Ἡμιτύμβιον. Parvum sepulcrum.

Ἡμιφάριον. Semipallium.

Ἡμίφωνον. Semivocale, & mutum.

Ἥμονες. Jaculatores.

Ἦ Μορσίμου τις ῥ. Num quis Morsimi formulam loquendi descripsit? [Dicitur] de iis, qui contemptu digni sunt, & male audiunt. Mor-

1 Ἡμιόλιος. ἐστὶν ἀρ.] Vide Salmasium de *Modo Usur.* p. 331.

2 Τὸ Πάσητος ἡμιωβ.] Vide infra v. Πάσης.

3 Ἡμιπέλεκκα] Πέλεκυς apud Græcos significat securim bipennem; sive quæ ex utraque parte aciem habet: cujus figuram nobis repræsentat Simmiæ Rhodii πέλεκυς, quam Salmasius docto commentario illustravit. Hinc ἡμιπέλεκκον est ἀξίνη μονότομος, sive securis, ex una tantum parte aciem habens. Vetus interpres ad Homer. Il. Ψ. v. 856. Πελέκεας. ἀξίνας διστόμους. Τὰ δὲ ἡμιπέλεκκα, τὸ ἥμισυ τοῦ πελέκεως, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους μέρος ἔχον ἀκμῆς, ὃ καὶ σκεπάρνιον καλοῦσι.

4 Δεομένῳ δὲ πολυωρ.] Hæc repetuntur infra, v. Πολυωρία, præfixo Æliani nomine: unde discimus, totum hoc fragmentum ex isto auctore depromptum esse.

5 Ἥμισυς ἀνὴρ Προυσίας ὁ βασ.] Hoc fragmentum legitur apud Constantinum Porphyrog. in Excerptis a Valesio editis, p. 173, unde id Suidas descripsit.

6 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 76. ubi vide veterem enarratorem; ex quo post δίκροσσον apud Suidam addendum est φακιόλιον, quod fasciam significat.

7 Ἦ Μορσίμου τις ῥῆσιν ἐξεγράψατο] Ex Aristophane in *Ranis*, p. 136. v. 14. *P.*

ὀφθαλμῶν ἰατρὸς, μικρός· υἱὸν δὲ ἔσχεν [1] Ἀστυδάμαντα.

Ἡμωδιῶ. ἀντὶ τοῦ, αἱμωδιῶ.

Ἡμωδὸν ὄρος.

Ἤμων. ἐθέριζον. Ἤμυν δὲ, ἤγουν ἐμέτῳ κατείχοντο.

Ἠμπέσχετο. περιεβάλλετο. δοτικῇ. Ἠμπείχετο δέ.

Ἠμπόληκας. ἐπώλησας. ἐκέρδανας. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ φαύλου τροπικῶς. ἀντὶ τοῦ περιεποίησας. [2] Ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ;

Ἠμοιρηκώς. ἀμοιρήσας. μὴ μετέχων. μὴ τυχών.

Ἠμύω. κλίνω. [3] Ἠμύσατο δὲ τὴν καρδίαν· ἀντὶ τοῦ, ἐταράσσετο.

Ἦν. ἀντὶ τοῦ ἤμην. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Ἐγὼ θεοσεβὴς, καὶ δίκαιος ὢν ἀνὴρ,
Κακῶς ἔπραττον, καὶ πένης ἦν.——

Καὶ Πισίδης.

Κἀγὼ γὰρ εἷς ἦν τῶν βοῶν ἠπειλημένων.

καὶ Ἦν. ὑπῆρχε. δοτικῇ.

Ἤν. ἀντὶ τοῦ ἐάν. [5] Ἀριστοφάνης.

——Τοῦτ' αὐτὸ γὰρ καὶ βούλομαι
Ἤν ἡ σμινύη μὴ προδῷ τὰς ἐλπίδας.

Ἂν μὴ κλασθῇ. ταῦτα δὲ ἔλεγεν ἐμπιπρῶν τὴν σχολὴν τοῦ Σωκράτους.

Ἦν [6] ἄρα καὶ πυρὸς θερμότερα, καὶ λόγων ἐν πόλει τῶν ἀναιδῶν ἀναιδέστεροι. ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν γινομένων.

Ἠνάριστν καὶ Ἠνάριξεν. ἐφόνευσεν. ἐσκύλευσεν.

Οὔ [7] πω γὰρ τοιόνδε νέον ὁ φιλαίματος Ἄρης
Ἠνάριστε συνεχὴς ἐν στροφάλιγγι μάχης.

Ἥνδανεν. ἤρεσκεν.

Ἦν δ' ἐγώ. ἔφην δὲ ἐγώ. παρὰ Πλουτάρχῳ, καὶ Ἀριστοφάνει.

Ἠνδρίσατο. ἀνδρικῶς ἐπάλαισεν.

Ἠνδράθησαν. [8] ἀνδράσιν ὡμίλησαν. οὕτως Δίων πολλάκις ἐχρήσατο.

Ἠνδρωμένος. ηὐξημένος.

Ἠναιδηκότες. ἀναισχυντήσαντες.

Ἠναίνετο. ἀπηγόρευε. ἀπεστρέφετο. Καὶ ὑπὲρ ὧν ἐδίψησ' ἀκοῦσαι, ἠναίνετο.

Ἤνεγκον. ἀπὸ τοῦ ἐνέγκω. Ἐνέγκας δὲ, ἀπὸ τοῦ ἤνεγκας.

Ἠνεμόεσσαν. ὑψηλήν. καὶ Ἠνεμῶσθαι, τὸ περὶ ἔρωτα ἐπτοῆσθαι. Αἰλιανός. Καὶ ἐδόκει περὶ τὴν ἄνθρωπον ἀκρατῶς ἠνεμῶσθαι.

Ἦν ἐμπνέω. ἕως οὗ ζῶ.

simus enim fuit poeta tragicus, & frigidus; Philoclis filius, oculorum medicus, pusillus. Filium autem habuit Astydamantem.

Ἡμωδιῶ. Pro αἱμωδιῶ.

Ἡμωδὸν ὄρος. Hemodus mons.

Ἤμων. Metebant. Ἤμυν vero, vomebant.

Ἠμπέσχετο. Vestiebatur. Dativo. Et Ἠμπείχετο, idem.

Ἠμπόληκας. Vendidisti. Lucratus es. Accipitur etiam malo sensu, tropice. *Num mortem tibi accersivisti, ut fama fert?*

Ἠμοιρηκώς. Expers. Non particeps. Non assequutus.

Ἠμύω. Inclino. Ἠμύσατο vero τὴν καρδίαν, corde turbabatur. Pro ἐταράσσετο.

Ἦν. Pro ἤμην. Eram. Aristophanes *Pluto*:

Ego quamvis pius & justus essem,
Infelix tamen & pauper eram.——

Et Pisides:

Etenim & ego unus eram vociferantium.

Et ἦν. Erat. Existebat. Dativo.

Ἤν Pro ἐάν. Si. Aristophanes:

——*Hoc ipsum enim etiam volo,*
Si dolabra non prodiderit spes meas.

Id est, nisi frangatur. Hæc autem [Strepsiades] dicebat, Scholam Socratis incendens.

Ἦν ἄρα κ. π. Erant utique igne alia calidiora, & sermonibus in urbe impudentibus impudentiores. [Dicitur] de rebus, quæ modum omnem superant.

Ἠνάριστν, & ἠνάριξεν. Interfecit. Spoliavit.

Nunquam enim talem juvenem sanguinarius Mars
Interfecit in tristi prælii conflictu.

Ἥνδανεν. Placebat.

Ἦν δ' ἐγώ. Dixi autem ego. Apud Plutarchum, & Aristophanem.

Ἠνδρίσατο. Viriliter luctatus est.

Ἠνδράθησαν. Cum viris rem habuerunt. Ita Dion hoc verbo sæpe usus est.

Ἠνδρωμένος. Adultus.

Ἠναιδηκότες. Qui impudenter se gesserunt.

Ἠναίνετο. Negabat. Aversabatur. *Et ea, quæ vehementer audire cupiebat, ipsi negabat.*

Ἤνεγκον. Tuli. Ab ἐνέγκω. fero. Ἐνέγκας vero, qui tulit, ab ἤνεγκας.

Ἠνεμόεσσαν. Excelsam. Et Ἠνεμῶσθαι, amori valde deditum esse. Ælianus: *Videbatur amore puellæ vehementer ardere.*

Ἦν ἐμπνέω. Quamdiu vivam.

1 Ἀστυδάμαντα] Apud Scholiastam Aristophanis legitur Ἀμφιδάμαντα.

2 Ἆρ' ἠμπόληκας, ὥσπ. ἡ φάτις κρ.] Ex Sophocl. *Ajac.* Fl. p. 57. v. 4. ubi vide Scholia. *P.*

3 Ἠμύσατο δὲ τ.] Hoc exemplum non pertinet ad vocem ἠμύω, sed ἀμύσσω.

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 3. v. 11, 12. *P.*

5 Ἀριστοφάνης] In *Nubibus*, p. 127. *P.*

6 Ἦν ἄρα καὶ πυρὸς θ.] Ex Aristoph. *Equit.* p. 210, *P.*

7 Οὔ πω γὰρ τοιόνδε ν.] Distichum hoc legitur Anthol. III. p. 287.

8 Ἠνδράθησαν. ἀνδράσιν ὡμίλησαν] Id est, cum viris rem habuerunt, vel, stupratæ sunt. Res turpis κατ' εὐφημίαν honesto vocabulo exprimitur. Dion in Excerptis, a Valesio editis, p. 626. de tribus virginibus Vestalibus stupro pollutis ait, τρεῖς ἅμα ἠνδράθησαν: quod exemplum ideo adduco, quoniam Suidas hoc loco observat, Dionem voce ἠνδράθησαν eo, quo diximus, sensu, sæpe usum esse.

Ἠνίσσα-

Ἠνεσάμην. ἠσπασάμεθα. ἠγαπήσαμεν. ἐν Ἐπιγράμματι. Ἐκ [1] πατέρων ταύτην ἠνεσάμην βιοτήν.

Ἠνεσχέθην. ὑπέμεινα. καὶ Ἠνέσχετο. γενικῇ.

Ἤνεγκα. ἐκόμισα.

Ἠνείχοντο. ἐβούλοντο. ἤθελον. Δαμάσκιος. Οὔτε ἐπεγγελᾶν ἠνείχοντο τοῖς εἰρημένοις.

Ἠνησάμην. ἠνεσάμην.

Ἠνί. ἀντὶ τοῦ ἰδού, Δωρικῶς.

Ἠνὶ [2] δὲ σιμβλεύει κηροτρόφα δῶρα μελισσᾶν
Ἑσμῷ βομβητῇ κυκλόσε βεβριθόμενα.

Ἠνιγμένος. μετὰ αἰνίγματος λελεγμένος. Αὐτόθι φανερὸν ἔχων τὸν νοῦν, παρ' ὅσον οἱ χρησμοὶ λοξῶς ἐφέροντο, καὶ ποικίλως πως, καὶ σαφῶς ἠνιγμένοι. οἷον, ἄλλα μὲν λέγοντες, καὶ ἄλλα δὲ νοοῦντες.

Ἡνία. λῶροι χαλινῶν.

Ὁπότερος ἂν [3] σφῷν εὖ με μᾶλλον ἂν ποιῇ,
Τούτῳ παραδώσω τῆς Πυκνὸς τὰς ἡνίας.

τουτέστι, τὴν ἐξουσίαν. [4] τροπικῶς, ἀπὸ τῶν ἁρμάτων. ταῖς γὰρ ἡνίαις ἡνιοχοῦνται οἱ ἵπποι· οἱ δὲ δῆμοι διὰ τῶν πολιτευομένων.

Ἠνιμᾶσθαι, καὶ Ἀνιμᾶσθαι. ἀντλεῖσθαι, ἀνέλκειν.

Ἡνίκα. ὁπότε.

Ἠνιξάμην. αἰνιγματωδῶς εἶπον.

Ἡνίοχος. καὶ Ἡνιοχεία.

Ἡνίοχος. Ἀθηναῖος. Κωμικὸς τῆς μέσης κωμῳδίας. [5] ἔστι τῶν δραμάτων αὐτοῦ τάδε. Τροχίλος. Ἐπίκληρος. Γοργόνες. Πολυπράγμων. Θωρύκιον. Πολύευκτος. Φιλέταιρος. Δὶς ἐξαπατώμενος. [6] † Κατὰ Πολυεύκτου. Ἐγένετο καὶ καθ' ἡμᾶς Πολύευκτος, [7] ἀποφράς, ἡμιγύναιος, θεοστυγής, βαρυόργητος, [8] Κωκυτὸς καὶ Στυγὸς δεινὸν καὶ ὀλέθριον τῷ βίῳ ἐκλόχευμα.

Ἠνίπαπεν. ἐκακολόγησεν.

Ἦνις. ὁ ἐνιαύσιος. ὁ ἀκέντητος βοῦς.

Ἠνθισμένον. Οὐ [9] γάρ σε γήρᾳ μακρῷ γνῶσ' οὐδ' ὑποπτεύσουσιν ὧδ' ἠνθισμένον. Τινὲς τὸ ἠνθισμένον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἤκουσαν. οἷον, ταῖς πολιαῖς ἠνθισμένον. τοῦτο γὰρ ἀπίθανον. ἐγνώσθη δὲ εἰ καὶ τοσοῦτον ἤλλαξε τὴν κεφαλήν. δοκεῖ οὖν μοι τὸ ἠνθισμένον, ἀντὶ τοῦ ἠσκημένον. οὐ μὴ οὖν σε ἐπιγνῶσι τοιαῦτα ἠσκημένον εἰπεῖν. τουτέστι πλαττόμενον. εἰ δὲ τὸ ἠνθισμένον ἐπὶ ἡλικίας δεξαίμεθα, ἔστιν οὐκ ἐπὶ τριχῶν, ἀλλ' ἐπὶ παντὸς τοῦ σώματος.

Ἠνεσάμην. Amplexi sumus. Probavimus. In aliquo acquievimus. In Epigrammate: *In hoc vitæ genere a patribus tradito acquievimus.*

Ἠνεσχέθην. Sustinui. Et Ἠνέσχετο. Genitivo.

Ἤνεγκα. Tuli. Portavi.

Ἠνείχοντο. Sustinebant. Volebant. Damascius. *Nec ea, quæ dicta erant, risu excipere sustinebant.*

Ἠνησάμην. Idem quod ἠνεσάμην.

Ἠνί. Pro ἰδού. Dorice.

Ecce autem favos instar alvearii continent
Examine apum bombum edentium undique gravata.

Ἠνιγμένος. Obscure dictus. *Ibi sensum habens clarum, quoniam oracula erant ambigua, dubiaque & obscura; ut aliud quidem significarent, aliud vero verba eorum præ se ferrent.*

Ἡνία. Lora frænorum. Habenæ.

Uter vestrum beneficio me majore affecerit,
Huic tradam Pnycis habenas.

Id est, potestatem. Translatio sumpta est a curribus. Equi enim reguntur habenis: populi vero a moderatoribus civitatum.

Ἠνιμᾶσθαι & ἀνιμᾶσθαι. Haurire. Sursum trahere.

Ἡνίκα. Quando. Quum.

Ἠνιξάμην. Obscure dixi.

Ἡνίοχος. [Auriga.] Et Ἡνιοχεία, [aurigatio.]

Ἡνίοχος. Heniochus, Atheniensis, mediæ comœdiæ Comicus. Ex fabulis ejus & hæ sunt. Trochilus. Epiclerus. Gorgones. Polypragmon. Thorycium. Polyeuctus. Philetærus. Bis deceptus. † Contra Polyeuctum. *Fuit & nostra ætate Polyeuctus, homo nefandus, semivir, Deo invisus, iracundus, Cocyti & Stygis horribilis & perniciosus humanæ vitæ partus.*

Ἠνίπαπεν. Maledixit. [Increpavit.]

Ἦνις. Bos anniculus. Juvencus, qui nullos stimulos passus est.

Ἠνθισμένον. *Haud enim te ob longævam senectutem agnoscent, nec suspicabuntur canis adeo aspersum.* Quidam vocem ἠνθισμένον de capite intelligunt, quasi dixisset, canis albicantem: quod tamen probabile non est. Agnitus enim fuisset, etiamsi caput adeo mutasset. Videtur igitur mihi, τὸ ἠνθισμένον hic sumendum, pro exercitatus. [Ut sit sensus,] haud te agnoscent, tam scite hæc proferre, & fingere doctum. Quod si vero τὸ ἠνθισμ. de ætate intelligendum sit; non de capillis, sed de toto corpore dicetur.

1 Ἐκ πατέρων ταύτην ἠνεσάμην β.] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. l. I. p. 70.

2 Ἠνὶ δὲ σιμβλεύει κ.] Distichum hoc depromptum est ex Anthol. l. VI. p. 577, ut a Porto etiam observatum fuit.

3 Ὁπότερος ἂν σφῷν εὖ με μ.] Ex Aristoph. *Equit.* p. 248. P.

4 Τροπικῶς, ἀπὸ τῶν ἁρμ.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Ἔστι τῶν δραμάτων αὐτοῦ τ.] Ex fabulis Heniochi, quas Suidas recenset, Athenæus meminit *Gorgonum, Polypragmonis, Polyeucti, & Trochili.*

6 Κατὰ Πολυεύκτου. Ἐγέν.] Hæc sunt prorsus ἀπροσδιόνυσα, nec ullam aliam video rationem, quare ea ab homine quodam imperito huic loco adsuta fuerint, quam quia in præcedentibus inter fabulas Heniochi memoratur *Polyeuctus.*

7 Ἀποφράς.] Nota, vocem ἀποφράς, quæ proprie diem atrum vel nefastum significat, hic de homine nefario dici: de quo loquendi genere legendus est Lucianus in *Pseudologista.*

8 Κωκυτὸς & Στυγός.] Lege Κωκυτοῦ & Στ.

9 Οὐ γάρ σε γήρᾳ μακρῷ γν.] Locus hic apud Sophoclem in *Electra*, p. 81. unde cum a Suida depromptum esse Portus recte observavit, sic legitur:

Ἠν

Ἢν κατεργάσῃ. ἐὰν διαπράξῃς ἅπερ αὐτοῖς ἐπαγγείλω.

Ἠνορέη. ἀνδρεία. Ἄγγελλ' ἠνορέην Κρητὸς Ἐχεκρατίδα. ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ἠνοπίδης. ὄνομα κύριον.

Ἦνοψ. ὁ λαμπρός. οὐρανὸς ἤνοψ. καὶ Ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι. τουτέστι, σῖτον. καὶ ἡ δοτική, ἤνοπι.

Ἠνώχλησα. ἐβιασάμην.

Ἤντησε. συνήντησεν.

Ἠντεβόλει. ἱκέτευεν, ἐδεῖτο, ἐλιπάρει.

Ἠνύσατε. ἐφθείρατε. καὶ [1] Ὅμηρος·

Ἦ θήν σ' ἐξανύω γε καὶ ὕστερον ἀντιβολήσας.

καὶ [2] Σοφοκλῆς. Ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος. [3] ἐκτοπίαν δὲ, ἀντὶ τοῦ ξένην, καὶ ἀκόλαστον. ἀντὶ τοῦ, ἐκτοπίαν γενέσθαι. ὅ ἐστιν ἐκτὸς καὶ ἀπὸ τῶν τόπων τῆς πόλεως.

Ἤνυστρον. τὸ παχὺ μέρος τῆς κοιλίας ἐν ἐντέρῳ. [4] εἰς τρία γὰρ τέτμηται ἡ γαστήρ· ἤνυστρον, ἐχῖνον, κεκρύφαλον.

Ἐγὼ [5] δ' ἤνυστρον βοὸς, καὶ κοιλίαν ὑείαν
Καταβροχθίσας.

Ἧξε. παρεγένετο.

Ἠξίου. διὰ φροντίδος εἶχε. [6] Προκόπιος. Οὐ γὰρ ἠξίου τοῖς καιροῖς ἐναρμόζειν τὰς πράξεις, ἀλλ' [7] ἀπὸ καιροῦ παντὸς εἰργάζετο.

Ἠξίωτο. ἐπεπίστευτο. Ἐπεὶ δὲ καὶ συμμαχικῶν χρημάτων ἠξίωτο, ταῦτα μὲν ἀφῃρέθη, αὐτὸς δὲ ἀνεπέμφθη παρὰ τὸ ἔθνος τῶν Ἰαζύγων.

Ἤομεν. ἐπορεύθημεν. [8] Ὅμηρος. Ἤομεν, ὡς ἐκέλευσας. Ἀπὸ τοῦ εἴω, τὸ πορεύομαι, Δωρικῶς, τροπῇ τῆς διφθόγγου ει εἰς η. Ἀππιανός. [9] Ἀλλόβριγες, Γαλατῶν ἔθνος. Δύσμαχοι δ' αὐτῶν ἦσαν αἱ πόλεις, ἀπὸ τῆς ἀμπώτεως ἐφ' ἡμέραν ἠπειρούμεναί τε καὶ νησούμεναι. οἱ δὲ πλοίοις ἐπολέμουν. Τοῦ δὲ Καίσαρος Γαΐου περὶ τὰς πόλεις σταυροὺς πήξαντος ὑψηλοὺς, καὶ τοῖς σταυροῖς ἐπιθέντος γεφυρώματα, ὁ μὲν κλύδων ἐχώρει διὰ τῶν σταυρωμάτων ὑπὸ τοῖς γεφυρώμασι· Ῥωμαίοις δὲ ἀδεὲς ἦν καὶ ἐπίμονον τὸ ἔργον.

Ἠοῦς. ὄρθρου. ἡμέρας. ἢ ἀνατολῆς.

Ἢν κατεργάσῃ. Si perfeceris ea, quæ ipsis promisisti.

Ἠνορέη. Fortitudo. In Epigrammate. *Nuncia fortitudinem Cretensis Echecratidæ.*

Ἠνοπίδης. Nomen proprium.

Ἦνοψ. Splendidus. Οὐρανὸς ἤνοψ. Cœlum splendidum. Et Ἤνοπα πυρὸν ἔδουσι. Splendidum frumentum edunt. Et dativus, ἤνοπι, splendido.

Ἠνώχλησα. Vim intuli.

Ἤντησε. Occurrit.

Ἠντεβόλει. Suppliciter orabat. Precibus instabat.

Ἠνύσατε. Confecistis. Perdidistis. Homerus. *Profecto te conficiam, cum posthac occurrero* [*tibi.*] Et Sophocles: *Exstinxistis horribilem flammam mali.* Ubi ἐκτοπίαν positum est pro ξένην & ἀλλόκοτον, i. e. novum & inusitatum. Vel sensus est, [malum] ab urbe removistis.

Ἤνυστρον. Crassa ventris pars in intestino. In tres enim partes venter divisus est: in ἤνυστρον, partem crassiorem; ἐχῖνον, echinum, & κεκρύφαλον, reticulum.

Ego vero ventre bovis, & ventre suillo
Devorato.

Ἧξε. Advenit.

Ἠξίου. Curabat. Procopius. *Haud enim curæ ipsi erat, actiones temporibus accommodare, sed omnia intempestive actitabat.*

Ἠξίωτο Dignus judicatus est, cujus fidei aliquid credatur. *Cum autem sociorum pecuniæ ipsius fidei creditæ fuissent, his quidem spoliatus fuit; ipse vero ad Jazygum gentem remissus est.*

Ἤομεν. Ivimus. Homerus. *Ivimus, ut jussisti.* A verbo εἴω, quod significat eo, Dorice mutata diphthongo ει in η. Appianus. *Allobroges, Gallorum gens. Urbes illorum autem erant expugnatu difficiles, quod propter æstus reciprocationem quotidie nunc in continentis, nunc vero in insulæ formam mutarentur. Illi vero navibus bellum gerebant. Cum autem C. Cæsar excelsos vallos circum illorum urbes fixisset, & vallis pontes imposuisset, fluctus quidem per medium vallum sub pontibus transibat: Romani vero tuto & absque interruptione opus continuabant.*

Ἠοῦς. Primi diluculi. Diei. Vel, ortus Solis.

Οὐ γάρ σε μὴ γῆρας τι καὶ χρόνῳ μακρῷ
Γνῶσ', οὐδ' ὑποπτεύσωσιν οὐδ' ἀνθισμένον.

Consule ad eum locum veterem enarratorem, cujus scrinia Grammaticus noster compilavit.

1 Ὅμηρος] Il. Λ. 365. ubi Scholiasta: Ἐξανύω. ἐπὶ τέλος ἄξω, φονεύσω.

2 Σοφοκλῆς] In *Oedip.. Tyran.* p. 158. ubi vide Scholia. *P.*

3 Ἐκτοπίαν δὲ, ἀντὶ τ. ξ.] Hæc sunt verba Scholiastæ, ex quo locus iste sic in integrum restituendus est. Ἐκτοπίαν δὲ, ἀντὶ τοῦ ξένην καὶ ἀλλόκοτον. ἢ ἠνύσατε αὐτὴν ἐκτοπίαν γενέσθαι, &c.

4 Εἰς τρία γὰρ τέτμηται.] Huc pertinent verba Scholiastæ ad Nicandri Theriaca, p. 27. Ἰστέον δὲ, ὅτι τρεῖς εἰσι κοιλίαι· καὶ ἡ μὲν πρώτη ἐστὶν ἄνω, κεκρύφαλος καλεῖται, παρὰ τὸ κρύπτειν τὴν τροφήν. ἡ δὲ δευτέρα, ἐχῖνος, διὰ τὸ ἔχειν ἐκεῖ τὴν τροφήν· ἢ διὰ τὸ τραχὺ, ὅ ἐστι πολύπτυχος. τρίτη δὲ, ἡ ἀπηνυστική. Οἱ δὲ τῶν μηρυκωμένων ζώων τρεῖς τὰς κοιλίας λέγοντες, τὴν μὲν πρώτην ἤνυστρον καλοῦσι· τὴν δὲ δευτέραν, ἐχῖνον· τὴν δὲ τρίτην, κεκρύφαλον.

5 Ἐγὼ δ' ἤνυστρον β.] Ex Aristoph. *Equit.* p. 307. legendum est, Ἐγὼ δέ γ' ἤνυστρον β.

6 Προκόπιος] *Histor. Arcan.* c. 18.

7 Ἀπὸ καιροῦ παντὸς εἰργ.] Lege ex Procopio, ἀπὸ καιροῦ παντὸς εἰργ. quam lectionem in versione secuti sumus.

8 Ὅμηρος] Odyss. Κ. v. 251.

9 Ἀππιανός. Ἀλλόβρ.] Hæc in *MSS.* absque ulla distinctionis nota cum præcedentibus cohærent: quamvis eo non pertinere manifestum sit. Existimo igitur, duos diversos articulos hic in unum confusos esse, & caput posterioris hic excidisse, ut multis aliis in locis apud Suidam. Quare, cum in sequenti fragmento nulla vox ad literarum seriem propius accedat, quam ἠπειρούμεναι, hanc novi articuli initium fuisse puto: & proinde locum hunc sic legerim & distinxerim: τροπῇ τῆς διφθόγγου ει εἰς η. † Ἠπειρούμεναι. Ἀππιανός. Ἀλλόβριγες, Γαλατῶν ἔθνος, &c. Sed objiciat forte aliquis, voci ἠπειρούμεναι propter literarum seriem non posse hic suum assignari locum. Cui respondeo, vocem istam non procul a sede sua abesse, neque hanc solam esse, quæ apud Suidam transposita sit; sed alia quoque apud eundem reperiri loca, quæ simili modo extra seriem suam legantur. Antequam ab hoc loco discedam, monendus est lector, pro Ἀππιανὸς, ut 2 *MSS.* Paris. scriptum habent, in prioribus Edit. corruptissime legi Ἠπιαν.

Ἠοίην. ἀπὸ ὄρθρου ἕως μεσημβρίας. [1] Ὅμηρος. Πᾶσαν δ' ἠοίην μείναμεν τετληότι θυμῷ.

Ἠών. ὄνομα πόλεως.

Ἠῶθεν. ἕωθεν. ὄρθρου.

Ἠώκοιτος. ὁ πρωϊνὸς ὕπνος.

Ἠών. [2] Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. πόλις ἐστὶ, Μενδαίων ἀποικία.

Ἠωνίχθη. ἐβράδυνεν. ἐχρόνισεν. ἀπὸ τοῦ αἰωνίζω.

Ἠωρείμ. ὄνομα κύριον.

Ἠωρημένα. κρεμάμενα. καὶ ἠώρησεν, ἐνεκρέμασεν, ἀνέθηκεν. ἐν [3] Ἐπιγράμματι.

Ἁβροκόμην Διόνυσε, περὶ παστάδος ἠώρησε
Ταῦτα τὰ τοῦ κάλλους κόσμια, καὶ μανίης.

Ἠώρουν. ἐβάσταζον. ἀνεῖχον. Τὴν δὲ κλίνην ταῶνες τέσσαρες χρυσοῖ ἠώρουν. Αἰωρῶ τὸ ῥῆμα.

Ἠώς. ὁ πρὸ ἡμέρας ὄρθρος. ἐπὶ μὲν τῆς θεᾶς· [4] Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων. ἐπὶ δὲ ὅλης τῆς ἡμέρας· Ἥδε δέ μοι νῦν ἠὼς ἑνδεκάτη. ἐπὶ δὲ τῆς πρωΐας, ἕως ἕκτης ὥρας· [5] Ἔσσεται ἦμαρ, ἢ ἠὼς, ἢ δείλης, ἢ μέσον ἦμαρ. Λέγεται δὲ ἡμέρα κοινῶς, ἠώς· Ἰωνικῶς, ἕως· Δωρικῶς, ἀώς· Αἰολικῶς ἐκ τούτου [6] αὐώς.

Ἠπαλιώθησαν.

Ἧπαρ. Ἡπατοσκοπία ἐν τῷ Πέρσῃ. καὶ ἡπατοσκοπία, ἡ τῶν ἐγκάτων ἀναλογή, δι' ὧν προεμήνυον τὰ συμβησόμενα. ἀνατέμνοντες γὰρ σημεῖά τινα ἐθεώρουν ἐν τοῖς ἐγκάτοις.

Ἠπεδανός. [7] ἀσθενής. ἐν μύθῳ. Ἑστήκει δ' ἐγγὺς ἠπεδανοῖο λέοντος.

Ἠπέδιζον. ἄπεδα γὰρ τὰ ἰσόπεδα. Κλείδημος. Καὶ ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν· περιέβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν.

Ἧπερ. ἀντὶ τοῦ ὥσπερ.

Ἀλλ' ἧπερ αὐτὸς τὴν δίκην διωρίσω,
Θὲς δεῦρο τοὐπίξηνον. ἐγχείρει λέγειν.

Ἀριστοφάνης. [8]

Ἧπερ. ὥσπερ. [9] Εἰσεποιήσατο αὐτὸν χερσὶν οἰκείαις παῖδα, ἧπερ εἰσποιεῖσθαι Χριστιανοῖς νόμος.

Ἧπερ. καθότι. Ἐδόκει δὲ τῷ βασιλεῖ, ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσι, καὶ μὴ σφόδρα ἐπαίρεσθαι· ἧπερ ἐστὶν

Ἠοίην. Ab aurora usque ad meridiem. Homerus. *Totum vero matutinum tempus expectavimus patiente animo.*

Ἠών. Nomen urbis.

Ἠῶθεν. Mane. Matutino tempore.

Ἠώκοιτος. Matutinus somnus.

Ἠών. Demosthenes in oratione contra Timocratem. Urbs est [Thraciæ,] Mendæorum colonia.

Ἠωνίχθη. Moratus est. Diu duravit. Ab αἰωνίζω.

Ἠωρείμ. Nomen proprium.

Ἠωρημένα. Suspensi. Et Ἠώρησεν. Suspendit. Dedicavit. In Epigrammate:

Molli coma decore Dionyse, ante porticum
suspendit
Hæc pulchritudinis ornamenta, & insaniæ.

Ἠώρουν. Gestabant. Sustinebant. *Quatuor autem aurei pavones lectum sustinebant.* Verbum est αἰωρέω, ῶ.

Ἠώς. Diluculum ante diem. Pro Dea quidem [accipitur in his Poetæ verbis:] Ἠὼς δ' ἐκ λ. *Aurora vero ex lecto [surrexit.]* Pro toto vero die: *Hæc autem mihi est undecima aurora.* Pro tempore matutino vero usque ad horam sextam, [in hoc Poetæ versu:] *Erit vel mane, vel vespera, vel meridies.* Communiter autem dies dicitur ἠώς: Ionice, ἕως: Dorice, ἀώς: Æolice, αὐώς.

Ἠπαλιώθησαν. [Molles facti sunt.]

Ἧπαρ. Jecur. Ἡπατοσκοπία, viscerum dissectio, per quæ futura prædicebant. In dissectis enim visceribus signa quædam contemplabantur.

Ἠπεδανός. Infirmus. In fabulis. *Stetit autem prope infirmum leonem.*

Ἠπέδιζον. Solo æquabant. Ἄπεδα enim vocantur ἰσόπεδα, i. e. plana. Clidemus. *Et arcem urbis solo æquabant*, &c.

Ἧπερ. Quemadmodum.

Sed quemadmodum tu ipse litem definisti,
Pone hic truncum culinarium, supra quem
secantur carnes, & incipe dicere.

Aristophanes.

Ἧπερ. Quemadmodum. *Ipsum propriis manibus adoptavit, ut Christianis mos est adoptare.*

Ἧπερ. Quemadmodum. *Placuit autem Regi præsentibus contentum esse, nec fastu se nimi-*

1 Ὅμηρος] Odyss. Δ. 447.

2 Ἠών] Lege Ἠιών, ut apud Harpocrationem, & Stephanum de Urbibus, ad quem vide Berkelium & Holstenium.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. l. vi. p. 417. P.

4 Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων] Homer. Odyss. E. v. 1.

5 Ἔσσεται ἦμαρ, ἢ ἠώς] Tollenda est vox peccans ἦμαρ, quæ Porto tantas tenebras hic offudit, ut de vero hujus loci sensu inveniendo desperaret. Delendam autem eam esse fidem facile faciet Homerus, apud quem Il. Φ. v. 111. versus iste sic legitur: Ἔσσεται, ἢ ἠὼς, ἢ δείλης (potius δείλη) ἢ μέσον ἦμαρ.

6 Αὐώς] A Dorico ἀώς formatur Æolicum αὐώς sive ἀϝώς, inserto digammate; ut ab ὄϊς, ὄϝις; αἰὼν, αἰϝὼν, & sexcenta alia.

7 Ἀσθενής. ἐν μύθῳ.] In prioribus Edit. interpunctio deest. Quæ res effecit, ut Portus locum hunc ridicule sic verteret, *infirmus in oratione.* Haud enim ipsi suboluit, per voces ἐν μύθῳ significari, locum istum depromptum esse ex aliquo Mythographo Græco. Sic enim Suidas loqui solet, cum aliquam ῥῆσιν ex fabulis se descripsisse indicare vult, ut lector discere poterit ex Indice Auctorum, v. *Fabula.*

8 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* p. 277. v. 15, 16. P.

9 Εἰσεποιήσατο αὐτὸν χ.] Ex Procop. Histor. Arcan. c. 1. ubi verba fiunt de Bellisario, qui adolescentem quendam, nomine Theodosium, ex sacro baptismatis fonte susceptum, in filii locum adsciscit. Apud Procopium autem sic legitur: Τοῦτον ἔλουσε μὲν ὁ Βελισάριος τὸ θεῖον λουτρὸν, καὶ χερσὶν ἀνελόμενος ἐνθένδε οἰκείαις, εἰσποιητὸν ἐποιήσατο ξὺν τῇ γυναικὶ παῖδα, &c. Vide etiam supra v. Εὐνομιανός.

ἄριστον πολέμῳ, καὶ τοῖς ἐκ τοῦ πολέμου συμβαίνουσιν ὁμιλεῖν, ὡς οὐδενὸς ἐν αὐτοῖς βεβαίου καὶ πιστοῦ πάντως ὑπάρχοντος.

Ἡ Περγαία [1] Ἄρτεμις. τάσσεται ἐπὶ τῶν ἀγυρτῶν, καὶ [2] πλανητῶν. παρ' ὅσον ἡ θεὸς αὕτη νομίζεται ἀγυρτεύειν ἀεὶ καὶ πλανᾶσθαι.

Ἠπεροπεύειν. ἐξαπατᾷν. παραλογίζεσθαι. καὶ τὰ τούτοις ἐπακολουθοῦντα. [3] Ἀριστοφάνης. Σὸν ἔργον ἐστὶ τοῦτ' ὀπτᾷν καὶ τρέφειν κἀξηπεροπεύειν, καὶ πάνθ' ὑπέχειν, πλὴν ὧν σύνοιδεν ἡ κύλιξ. περὶ Κινησίου φησίν, ὅτι καταφερὴς ἦν εἰς συνουσίαν. πλὴν ὧν συνωμοσάμεθα μὴ ποιεῖν ἐπὶ τῆς κύλικος. τουτέστι, συνουσιάζειν. ἔστι δὲ ὅρκος ὁ ἐπὶ τῆς κύλικος·

Οὐδέποθ' ἑκοῦσα τἀνδρὶ τῷ 'μῷ πείσομαι.
Εἰ δέ [4] μ' ἄκουσαν βιάζεται βίαν,
Κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι.

Ἠπεροπευτής. ὁ ἀπατεών. καὶ Ἠπεροπῆας.

Ἤπειρον. [5] τῷ Ἰσοκράτει συνηθές ἐστι, τὴν ὑπὸ τῷ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν.

Ἤπειρος. χέρσος γῆ. οἷον ἄπειρός τις οὖσα. Ἤπειρος δὲ λέγεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἡ γῆ καταχρηστικῶς. κυρίως δὲ ἡ εἰς ἄπειρον ἐκβάλλουσα. ὡς Εὐριπίδης· Ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβαλὼν πόδα. καὶ Ἠπειρωτικὴ θάλασσα.

Ἠπειρώτης.

Ἠπῃνημένων. ἐπαίνου τυχόντων. Ὁ [6] δὲ ἐκέλευε παρὰ τῷ ἠπῃνημένῳ πλείονα μισθὸν κομίζεσθαι.

Ἠπήτρια. [7] ῥάπτρια. καὶ Ἠπήτριον, τὸ σουβλίον, μεθ' οὗ ῥάπτουσι τὰ βυρσάρια. οἱ δὲ Ἀττικοὶ, ἀκέστριαν.

Ἠπίαλος. ὁ ῥιγοπύρετος. καὶ Ἠπιαλῶν, μετοχή. [8] Ἀριστοφάνης. Ἠπιαλῶν γὰρ οἴκαδ' ἐξ ἱππασίας βαδίζει. Ἠπιαλῶν, ὁ ῥιγοπυρέτῳ περιπεσών. Ἠπίαλος γὰρ κυρίως ὁ μετὰ ῥίγους πυρετός. Ἐξ ἱππασίας δὲ, ἐξ ἱππικῆς. Καὶ γὰρ ἕως ἑσπέρας διέτριβον [9] οἱ ἵπποι ἐν τῇ δοκιμασίᾳ.

Ἠπιόδωρος. [10] ἤπια καὶ προσηνῆ δωρούμενος. ἀγαθή.

Ἠπιόνη. γυνὴ Ἀσκληπιοῦ. καὶ θυγάτηρ αὐτῆς Ὑγεία, Αἴγλη, Ἰασὼ, Ἀκεσὼ, Πανάκεια.

Ἤπιος. πρᾶος. ἢ λιπαρός. καὶ Ἠπιώτατος.

Ἡ ἐπίτριπτος. ἡ ἀξία τοῦ ἐπιτρίβεσθαι. ἢ ἡ με-

rum efferre; sed in bello, casibusque bellicis, ita se gerere, ut qui secum reputaret, nihil in illis esse certi nec fidi.

Ἡ Περγαία Ἄρτεμις. Diana Pergæa. Dicitur de circulatoribus, & erronibus: quia hæc Dea semper vagari & errare existimatur.

Ἠπεροπεύειν. Decipere, fallere, & quæ illis sunt consentanea. Aristophanes: *Tuum munus erit hunc assare, & versare, & decipere, & osculari, & non osculari, & omnia præbere, præter illa, quorum conscius est calix.* De Cinesia hæc Poeta dicit, quia ad Venerem erat propensus. [Illi igitur præbebis omnia] præter illa, quæ supra calicem simul juravimus, nos non facturas, hoc est, nos cum maritis nostris non coituras. Jusjurandum autem supra calicem [juratum] tale est:

Nunquam mea sponte marito meo parebo.
Si vero me invitam cogat vi,
Maligne morigerabor, nec reciprocabo corpus.

Ἠπεροπευτής. Impostor. Et Ἠπεροπῆας. [Impostores.]

Ἤπειρον. Continentem. Usitatum est Isocrati terram, quæ est in ditione Regis Persarum, sic appellare.

Ἤπειρος. Continens. Quasi dicas ἄπειρος, *i. e.* infinita. Apud Poetas vero Ἤπειρος abusive dicitur terra. Proprie tamen ita vocatur terra, quæ in infinitum extenditur. Ut Euripides: *Terram in infinitam immittens pedem.* Et Epiroticum mare.

Ἠπειρώτης. Epirota.

Ἠπῃνημένων. Laudem adeptorum. *Ille vero jussit a laudato viro majorem accipere mercedem.*

Ἠπήτρια. Sarcinatrix. Sartrix. Et Ἠπήτριον, subula, qua pelles, vel corium, consuunt. Attici vocant ἀκέστριαν.

Ἠπίαλος. Febris frigida. Et Ἠπιαλῶν, participium. Aristophanes: *Febri frigida correptus ex equitatione domum redit.* Ἠπιαλῶν [hic significat] eum, qui in febrem frigidam incidit. Ἠπίαλος enim proprie est, febris frigida. Ἐξ ἱππασίας vero significat, ex equitatione. Nam ad vesperam usque equitum examen durabat.

Ἠπιόδωρος. Mitia & suavia dona largiens. Benigna.

Ἠπιόνη. Uxor Æsculapii. Filiæ ipsius sunt Hygeia, Ægle, Jäso, Acceso, Panacea.

Ἤπιος. Lenis. Vel, nitidus. Et Ἠπιώτατος, [superlativus.]

Ἡ ἐπίτριπτος. Digna quæ conteratur. [Sce-

1 Ἡ Περγαία Ἄρτ.] Erasmus in Adagiis habet Ἡ παναγαία Ἄρτεμις; qui lectionem illam corruptam ex Apostolio hausit. De Pergæa autem Diana vide quæ erudite ex nummis observavit Magnus Spanhemius ad Callimachum, p. 256.

2 Πλανητῶν] Apostolius male πενήτων.

3 Ἀριστοφάνης] *Lysistr.* p. 560. ubi versus hi sic leguntur & distinguuntur:

Σὸν ἔργον εἴη τοῦτον ὀπτᾷν καὶ στρέφειν
Κἀξηπεροπεύειν, καὶ φιλεῖν καὶ μὴ φιλεῖν,
Καὶ πάνθ' ὑπέχειν, &c. *P.*

4 Εἰ δέ μ' ἄκουσαν β.] Lege ex Aristoph. p. 546. Ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ. *P.*

5 Ἤπειρον. τῷ Ἰσοκρ.] Ex Harpocratione, ad quem vide Valesium,

6 Ὁ δὲ ἐκέλευε κ.] Fragmentum hoc obscurum est, in quo, si divinare licet, pro παρὰ τῷ ἠπῃνημένῳ, legendum puto παρὰ τοῦ ἠπῃνημένου.

7 Ἠπήτρια] Vide Thomam Magistrum v. Ἀκέστρια.

8 Ἀριστοφάνης] *Acharn.* p. 306. *P.*

9 Οἱ ἵπποι] Legendum puto οἱ ἱππεῖς.

10 Ἠπιόδωρος] Vox hæc est epithetum matris apud Homerum Il. Z. v. 251. ubi Scholiasta: Ἤπια καὶ πρᾶα, τουτέστι προσηνῆ, δωρουμένη κατὰ τὴν παιδοτροφίαν.

χάλα φθεγγομένη. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ, περὶ τῆς πενίας. Αὕτη μὲν ἡμῖν ἡ 'πίτριπτος οἴχεται.

Ἡ [1] ποδῶν εἶχεν ἕκαστος ἔθεον. ἀντὶ τοῦ, ὡς εἶχεν δυνάμεως.

Ἦ πολλοῦ γε δεῖ. ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ ὅλως.

Ἦπου. ἴσως. σχεδόν. ἄρα. ὄντως Ἦπου δεόμενοι δυσωπεῖν.

Ἦπου γε. πολλῷ πλέον.

Ἠπύει. φωνεῖ. καὶ Ἄπυε, καὶ Ἤπυον. καὶ Ἠπύτης. ὁ φωνητικός. ὁ κήρυξ.

Ἠπυτίδης.

Ἤπυτον. ὄρος Θρᾴκης.

Ἤρ. ὄνομα κύριον Ἑβραϊκόν.

Ἤρα. ἐπεθύμει. ἐγλίχετο. Ἐρωτικῶς εἶχεν. Ὁ δὲ [2] Ἀβραὰμ ἤρα Ῥωμαϊκῆς παρατάξεως, ἀεί πως αὐτῷ γελᾶν τὴν τύχην οἰόμενος. [3] Αἰσχρᾶς τινος ἤρα καὶ κακοτρόπου δούλης. Βάβριος. Καὶ αὖθις. Ἤρα νεκρὸν ἰδεῖν βάρβαρον, καὶ ὑπ' ἄλλου πεφονευμένον.

Ἤρα. ἐπεθύμει. [4] Ἱππαρχία ἤρα τῶν λόγων Κράτητος, οὐδενὸς ἄλλου ἐπιστρεφομένη πράγματος. ἥτις εἰς συμπόσιον ἐλθοῦσα σὺν Κράτητι, Θεόδωρον τὸν Ἄθεον ἤλεγξεν, σόφισμα προτείνασα τοιοῦτο. Ὃ ποιῶν Θεόδωρος οὐκ ἂν ἀδικεῖν λέγοιτο, οὐδ' Ἱππαρχία, ποιοῦσα τοῦτο, ἀδικεῖν λέγοιτο ἄν. Θεόδωρος τύπτων ἑαυτὸν οὐκ ἀδικεῖ. οὐδ' Ἱππαρχία Θεόδωρον τύπτουσα ἀδικεῖ. Ὁ δὲ πρὸς τὸ λεχθὲν οὐκ ἀπήντησεν· ἀνέσυρε δ' αὐτῆς [5] τὸ ἱμάτιον.

Ἥρα. [6] ὁ ἀήρ. καὶ ἐπεὶ ὁ ἀὴρ καθαίρει, τὸ εἴδωλον αὐτῆς [7] ἀντιβαστάζει ψαλίδα χαλκῆν, ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς κειρούσης ψαλίδος τὰς τρίχας, καὶ καθαρὸν ἀποδεικνυούσης τὸ σῶμα.

Ἡραΐσκος. [8] Τὴν μὲν φύσιν θεοειδέστερος ἦν Ἡραΐσκος. Ὁ δὲ τὴν Αἰγυπτίων σοφίαν [9] ἀδαημονέστερος, ὁ Ἀσκληπιάδης, ἅτε τοσοῦτον χρόνον οὗτος μὲν τῇ Αἰγυπτίων προσδιατρίβων. ἐκεῖνος δὲ, ἀποδημῶν. ὁ δ' ἕτερος ὅμως τοῦ ἑτέρου κατὰ πολὺ ἐλείπετο φύσεως, ἢ ἐπιστήμης. [10] Ὁ μὲν δὴ Ἡραΐσκος αὐτοφυὴς ἐγένετο διαγνώμων τῶν τε ζώντων καὶ τῶν μὴ ζώντων ἱε-

lerata] Vel quæ magna loquitur. Aristophanes *Pluto* de paupertate inquit: *Hæc scelerata nunc a nobis discedit.*

Ἡ ποδῶν εἶχ. Qua pedum celeritate poterant, quisque currebant.

Ἦ πολλοῦ γε δεῖ. Pro, neutiquam.

Ἦπου. Fortasse. Propemodum. Profecto. Revera. *Certe rogati amicis negare non sustinent.*

Ἦπου γε. Multo magis.

Ἠπύει, & ἄπυε. Loquitur. Vociferatur. Et Ἤπυον. [Loquebantur.] Et Ἠπύτης, claram habens vocem, præco.

Ἠπυτίδης. [Epyti filius.]

Ἤπυτον. Thraciæ mons.

Ἤρ. Nomen proprium Hebraicum.

Ἤρα. Amabat. Cupiebat. Cupidus erat. *Abrahamus vero Romanam aciei instruendæ rationem amabat, existimans, fortunam quodammodo sibi semper arrisuram.* † *Turpem quandam amabat, & malis moribus præditam servam.* Et rursus. *Cupiebat mortuum videre barbarum, & ab alio cæsum*

Ἤρα. Amabat. Hipparchia cupide audiebat Cratetem, nec quicquam aliud curabat. Illa in convivio, cui cum Cratete intererat, Theodorum, Ἄθεον vocatum, coarguit, hujusmodi sophismate ipsi proposito. Quod Theodorus faciens, injuste facere non dicetur; ne Hipparchia quidem hoc faciens, injuste facere dicetur. Theodorus autem se ipse verberans, injuste non facit. Nec Hipparchia igitur Theodorum verberans, injuste facit. Ille vero ad hoc non respondit: sed vestem ejus levavit.

Ἥρα. [Juno] Aer. Quoniam autem aer purgat, simulacrum ejus æneam forficem gestat, per translationem ductam a forfice capillos tondente, & corpus purgante.

Ἡραΐσκος. Heraiscus. Hic quidem ingenio fuit diviniore. Asclepiades vero Ægyptiorum sapientiæ peritior, ut qui Ægyptiorum [scientiis addiscendis] tanto tempore vacasset: ille vero domo semper absuisset. Alter tamen altero longe erat inferior ingenio, vel scientia. Et Heraiscus quidem naturæ quodam instinctu animata & inanimata simula-

1 Ἡ ποδῶν εἶχεν] Hæc phrasis scriptoribus Atticis frequenter usitata est. Ælian. V. H. l. I. c. XI. Ἡ ποδῶν ἔχουσιν, ἀποδιδράσκουσι. i. e. *quanta pedum velocitate possunt, aufugiunt.* Idem l. XIV. c. XXII. Ἡ ποδῶν εἶχεν, ἀφίκετο. Subintelligitur autem ταχύτητι, vel simile quid.

2 Ἀβραάμ.] Hoc fragmentum intelligendum est de Abraamo, duce Turcarum, de quo multa habet Cedrenus p. 771. & sqq.

3 Αἰσχρᾶς τ.] Portus putat versum hunc esse Iambicum, & proinde monet, præter morem spondeum pro jambo in sexta sede positum esse: quæ observatiuncula lituram meretur. Babrius enim mythographus non scripsit versus Iambicos, sed choliambicos, qui semper spondeum in sexta sede recipiunt; secus ac Iambi, quos spondeum in ea sede nunquam admittere constat. Vide Suidam supra v. Βάβριος.

4 Ἱππαρχία ἤρα τῶν λόγων Κρ.] Ex Laert. l. VI. Sect. XCVI, XCVII.

5 Τὸ ἱμάτιον] Sic legitur apud Laertium. In *MSS.* vero Paris. itemque Edit. Mediol. scriptum est ῥημάτιον: cui lectioni tamen alteram merito prætuli.

6 Ἥρα. ὁ ἀήρ. καὶ ἐπεὶ ὁ ἀὴρ κ.] Eadem leguntur apud Codinum de *Origin. Constantinop.* p. 14. ut Pearsonius etiam observaverat.

7 Ἀντιβαστάζει] Scribe βαστάζει. Codinus loco laudato: Ποιοῦσι τῆς Ἥρας τὸ ἄγαλμα βαστάζειν ψαλίδα χαλκῆν.

8 Ἡραΐσκος. τὴν μὲν φ. ϑ.] Totum hunc articulum Suidas descripsit ex Vita Isidori Philosophi, a Damascio conscripta; quæ ipsa quidem injuria temporum intercidit, sed Excerpta quædam ex ea supersunt adhuc apud Photium in Bibliotheca, Cod. CCXLII. ubi nonnulla eorum, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ etiam leguntur.

9 Ἀδαημονέστερος.] Sic etiam legitur supra v. Ἀδαημονέστερος. Sed in MS. Paris. A. exaratum est δαημονέστερος, i. e. peritior; quam esse veram lectionem non dubito. In hoc ipso enim articulo circa finem de Asclepiade hæc legimus: Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐπιπλεῖον ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις βιβλίοις ἀνατραφεὶς, ἀκριβέστερος ἦν ἀμφὶ θεολογίαν τὴν πάτριον, &c. quæ lectionem Codicis paulo ante laudati optime confirmant.

10 Ὁ μὲν δὴ Ἡραΐσκος αὐτ. ἐγ. διαγνώμων] Hæc etiam leguntur supra v. Διαγνώμων. *Pears.*

ρων ἀγαλμάτων. εὐθὺς γὰρ ἐμβλέπων, ἐτιτρώσκετο τὴν καρδίαν ὑπὸ τοῦ θειασμοῦ, καὶ ἀνεπήδα τό, τε σῶμα, καὶ τὴν ψυχήν, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατάσχετος. εἰ δὲ μὴ κινοῖτο τοιοῦτον, ἄψυχον ἦν ἐκεῖνο τὸ ἄγαλμα, καὶ ἄμοιρον θείας ἐπιπνοίας. Οὕτω διέγνω τὸ ἄρρητον ἄγαλμα τοῦ αἰῶνος, ὑπὸ τοῦ θεοῦ κατεχόμενον, [1] ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν, Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ, κατὰ μυστικήν, ὡς ἀληθῶς φάναι, θεοκρασίαν. Ἐνῆν δὲ τοῦ Ἡραΐσκου τῇ φύσει καί τι τοὺς μολυσμοὺς τῆς φύσεως [2] ἀναινόμενον. εἰ γοῦν αἴσθοιτο φθεγγομένης ὅπως δὴ καὶ ὅθεν γυναικὸς ἀκαθάρτου τινὸς, ἤλγει τὴν κεφαλὴν παραχρῆμα. καὶ τοῦτο σημεῖον ἐποιεῖτο τῆς [3] ἀφεδρείας. Οὕτω μὲν ζῶντι συνῆν ἀεί τι θεοειδές. ἀποθανόντι δὲ ἐπειδὴ τὰ νομιζόμενα τοῖς ἱερεῦσιν ὁ Ἀσκληπιάδης ἀποδιδόναι παρεσκευάζετο, τά τε ἄλλα, καὶ τὰς Ὀσίριδος ἐπὶ τῷ σώματι περιβολάς, αὐτίκα φωτὶ κατελάμπετο πανταχῆ τῶν σινδόνων ἀπόρρητα διαγράμματα, καὶ περὶ αὐτὸν καθεωρᾶτο φαντασμάτων εἴδη θεοπρεπῆ, ἐπιδεικνύντων τὴν ψυχὴν ἐναργῶς, ποίοις ἄρα θεοῖς ἐγεγόνει συνέστιος. Ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ ἡ πρώτη γένεσις τῷ ὄντι μυστική. λέγεται γὰρ κατελθεῖν ἀπὸ τῆς μητρὸς ἐπὶ τοῖς χείλεσιν ἔχων τὸν κατασιγάζοντα δάκτυλον. οἷον Αἰγύπτιοι μυθολογοῦσι γενέσθαι τὸν Ὧρον, καὶ πρὸ τοῦ Ὥρου τὸν Ἥλιον. τοιγαροῦν ἐπεί οἱ συνεπεφύκει τοῖς χείλεσιν ὁ δάκτυλος, ἐδεήθη τομῆς. καὶ διέμεινεν ἀεὶ τὸ χεῖλος ὑποτετμημένον ἰδεῖν ἅπασι φανερὸν τὸ σημεῖον τῆς ἀπορρήτου γενέσεως. ὅθεν αὐτῷ καὶ βίος ἐς τοῦτο προῆλθεν, ἐν ἀδύτοις ἑκάστοτε καὶ τελεστηρίοις ἐνδιαιτᾶσθαι τὴν ψυχήν· οὔτοι κατ' Αἴγυπτον μόνην κινοῦντι τὰς πατρίους τελετάς· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς, εἴπου τι καταλέλειπτο τῶν τοιούτων. Καὶ ἐγεγόνει ὁ Ἡραΐσκος Βάκχος, ὡς ὄνειρος αὐτὸν κατεμήνυσεν. Ὁ δὲ Ἀσκληπιάδης ἐπιπλεῖον ἐν τοῖς Αἰγυπτίοις βιβλίοις ἀνατραφείς, ἀκριβέστερος ἦν ἀμφὶ θεολογίαν τὴν πάτριον, ἀρχάς τε αὐτῆς, καὶ μέσα διεσκεμμένος, καὶ τὴν ἀπειρίαν ἀτεχνῶς τῶν ἐσχάτων περάτων πολυπραγμονήσας, ὡς ἔξεστιν εἰδέναι σαφῶς ἀπό τε τῶν ὕμνων, ὧν συγγέγραφεν εἰς τοὺς Αἰγυπτίων θεούς, καὶ ἀπὸ τῆς πραγματείας, ἣν ὥρμησε γράφειν, περιέχουσαν τῶν θεολογιῶν ἁπασῶν τὴν συμφωνίαν. Καὶ συγγραφὴν δὲ ἔγραψεν, Αἰγυπτίων Ὠγυγίων πράγματα περιέχουσαν οὐκ ἐλαττόνων ἐτῶν ἢ τριῶν μυριάδων, ἀλλὰ πλειόνων ὀλίγῳ. Ὁ δὲ Ἡραΐσκος οὐ μόνον ἀγαθὸς ἦν, καὶ ἤπιος, ἀλλ' εἶχέ τι καὶ πρὸς τὴν πονηρίαν θυμούμενος, καὶ πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς τῶν ἀνθρώπων

era dignoscere poterat. Confestim enim iis conspectis, cor ejus quasi vulnerabatur præ amore religionis, & tam corpore quam animo exsultabat, quasi Numine afflatus. Quod si ea ratione non commoveretur, inanimatum erat simulacrum illud, & divini afflatus expers. Sic cognovit arcanum simulacrum Æternitatis, animatum a Deo, quem Alexandrini Osiridis simul & Adonidis nomine colunt, mystica quadam ratione, ut vere dicam, uno Numine ex diversis Diis conflato. In ejusdem Heraisci natura quiddam etiam inerat, quod pollutiones aversabatur. Nam si mulierem aliquam impuram utcunque & undecunque loquentem audivisset, confestim caput ipsi dolebat; quod ipsi erat argumentum menstruorum. Sic igitur vivo quidem semper inerat aliquid divini. Mortuo vero illi cum Asclepiades honores sacerdotibus debitos reddere, & Osiridis vestibus corpus ejus tegere pararet: confestim luce undique illuminabantur arcanæ sindonum literæ, & circa ipsum conspiciebantur formæ spectrorum divinæ, evidenter ostendentium, quorum Deorum contubernalis factus esset. Fuit autem & primus ipsius ortus revera mysticus. Fertur enim ex matris utero prodiisse digitum silentii indicem labiis admotum habens, quo modo Ægyptii fabulose tradunt natum esse Orum, & Solem ante Orum. Quamobrem cum is digitus labiis adhæresceret, sectione illi opus fuit. Et labrum incisum semper permansit, conspicuum omnibus signum arcanæ ejus nativitatis. Quare etiam ejus vita talis fuit, ut ejus animus in adytis & telesteriis perpetuo versaretur: nec in Ægypto tantum patria sacra moveret, sed etiam peregre; si quid hujusmodi præteritum fuisset. Et Heraiscus fuit Bacchus, ut somnium indicavit. Asclepiades vero Ægyptiorum libris diutius innutritus, accuratius noverat Theologiam patriam, cujus non solum principia & media animo comprehenderat, sed etiam immensum ejus ambitum, & extremos quoque fines curiose scrutatus fuerat: cujus rei documentum sunt hymni, quos in Ægyptiorum Deos conscripsit; item opus, quod scribere instituit de omnium religionum consensu. Scripsit etiam opus, vetustissimorum Ægyptiorum res gestas, & historiam annorum paulo plus triginta millium complectens. Heraiscus autem non solum erat bonus & lenis, sed etiam ei ira quædam inerat adversus malitiam, & fortitudo adversus hominum insidias. Nus-

1 Ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα, καὶ Ἀδ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad τῆς ἀπορρήτου γενέσεως, leguntur etiam apud Photium p. 1050. sed absque ulla connexione cum iis, quæ ibi præcedunt: ut vel dicendū sit, incuria librariorum quædam ibi omissa esse; vel, excerptorem loci istius, quisquis ille sit, officio suo negligenter functum esse. Sunt enim non pauca in Collectaneis Photianis, quæ non crediderim ab ipso Photio profecta esse, sed ab interpolatoribus ejus; qui temere sæpe, & absque ullo judicio, quædam auctorum loca, mutilato prorsus sensu, operi illi inseruerunt. Neque enim Bibliothecam Photii ab uno auctore compilatam esse, vel eo argumento satis probari posse puto, quod non solum integra interdum opera bis in ea recenseantur; sed etiam in unius libri epitome eædem sæpe ῥήσεις, eademque auctorum loca, diversis in locis repetantur: id quod pluribus exemplis hic probare possem, si id nunc agerem. Sed hac de re alibi forte plura.

2 Ἀναινόμενον] Apud Photium minus recte legitur ἀναιρούμενον.

3 Ἀφεδρείας] Locus hic legitur etiam supra v. Ἀφεδρεία. *Pears.*

ἀνδριζό-

ἀποβιαζόμενος. οὐδαμοῦ δὲ παρεκβαίνειν τὸ μέτρον τῆς δικαιοσύνης. ὅ, τε γὰρ Ἀμμώνιος, καὶ Ἐρυθραῖος ὁ Αἰγύπτιος διεμάχοντο πρὸς ἀλλήλους ἐν Βυζαντίῳ, καὶ διετέλει πειρᾶσθαι ἀεὶ ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον εἰς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους.

Ἡραΐσκος. [1] ἀνὴρ Αἰγύπτιος· [2] οὗτος ἦν μὲν συνεῖναι δεινότατος· ἀγωνιστὴς δὲ οὐκ ἰσχυρὸς [3] ἀπὸ τῆς ἀληθείας, οὐδὲ τὰς ἔξω φερούσας ἀπὸ ταύτης ὁδοὺς ἀνιχνεῦσαι καὶ διεξελθεῖν. οὗτος γὰρ ἐς τοὐναντίον ἐκεκλήρωτο τὴν εὐμοιρίαν.

Ἡρακλεοπολίτης.

Ἡρακλέος. γενική.

Ἡρακλέους ἄγαλμα, βαστάζον ἐν τῇ ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλα γʹ. διὰ τὸ, τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς κεκοσμηκέναι αὐτόν. Ἡρακλῆς ὁ Πίκου, τοῦ καὶ Διὸς, φιλόσοφος ἄριστος. [4] Γράφεται δὲ δορὰν λέοντος φορῶν, καὶ ῥόπαλον φέρων, καὶ τρία μῆλα κρατῶν, ἅπερ ἀφελέσθαι αὐτὸν ἐμυθολόγησαν, τῷ ῥοπάλῳ φονεύσαντα τὸν δράκοντα· τουτέστι, νικήσαντα τὸν τῆς ἐπιθυμίας λογισμὸν, καὶ οὕτως ἔχοντα τὰ γʹ μῆλα, τουτέστι, τρεῖς ἀρετὰς, μὴ ὀργίζεσθαι, μὴ φιλαργυρεῖν, μὴ φιληδονεῖν. [5] καὶ τὸ περιβόλαιον τοῦ λέοντος, τὸ γενναῖον περιβεβλημένον φρόνημα.

Ἡρακλέων. Αἰγύπτιος. ἀπὸ κώμης Τιλώτεως, οὔσης ὑπὸ τῇ Ἡρακλέους πόλει, γραμματικός. ἐπαίδευσε δὲ ἐν Ῥώμῃ. [6] ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Ὅμηρον κατὰ ῥαψῳδίαν· καὶ εἰς τοὺς Λυρικούς. περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ προστακτικῶν ῥημάτων.

Ἡρακλεωτικός.

Ἡράκλεια. πόλις περὶ Σικελίαν, ἡ λεγομένη Μινώα.

Ἡράκλεια. [7] πολλῶν ὄντων κατὰ τὴν Ἀττικὴν Ἡρακλείων, [8] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου, ἤτοι τῶν ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν ἐν Κυνοσάργει μνημονεύει. ταῦτα γὰρ διὰ τιμῆς μάλιστα ἦγον Ἀθηναῖοι.

Ἡρακλεία λίθος. ἡ Μαγνῆτις, ἑλκυστικὴ τοῦ σιδήρου. Πισίδης,

Πάντας δ' ὑφέλκων, οἷα Μαγνῆτις λίθος.
Ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, Ἡρακλείαν τὴν λίθον.
Φύσει γὰρ αὐτὸς ἑλκτικωτέραν ἔχει.

Ἡρακλείαν λίθον. τινὲς τὴν Μαγνησίαν ἀπέδοσαν. διὰ τὸ τὴν Ἡράκλειαν τῆς Μαγνησίας εἶναι. [9] οἱ

quam vero justitiæ limites excedebat. Nam Ammonius & Erythræus Ægyptius inter se contendebant, & alter alterum in extremum periculum perpetuo adducere conabantur.

Ἡραΐσκος. Heraiscus, vir Ægyptius. Hic in rebus intelligendis erat acutissimus: non autem fortis propugnator veritatis; nec qui vias ab ea deflectentes prompte investigare & pertransire posset. Huic enim dotes in contrariam potius partem datæ erant.

Ἡρακλεοπολίτης. Heracleopolites.

Ἡρακλέος. Herculis. Genitivus.

Ἡρακλέους ἄγ.. Herculis simulacrum, gestans in sinistra manu tria mala, ideo quod secundum tres animi partes ornatus esset. Hercules filius Pici, (qui & Jupiter) Philosophus optimus: qui pingi solet, pelle leonina amictus, clavam ferens, ac tria poma [manu] tenens, quæ abstulisse eum ferunt, cum Draconem clava occidisset: id est, cum cupidinis affectum vicisset, & sic consecutus esset tria poma, id est, tres virtutes, nimirum, non irasci, non esse avarum, nec voluptatibus deditum. Exuviæ leonis significant animi generositatem & prudentiam, qua [Hercules] præditus erat.

Ἡρακλέων. Heracleon, Ægyptius, ex oppido Tilote, quod Heracleæ subjectum est, Grammaticus. Romæ autem docuit. Scripsit commentarium in Homerum, secundum ordinem Rhapsodiarum. Item in Lyricos. Item de verbis Imperativis apud Homerum.

Ἡρακλεωτικός. Heracleoticus.

Ἡράκλεια. Heraclea, urbs in Sicilia, quæ Minoa vocatur.

Ἡράκλεια. [Herculis templa.] Cum multa Herculis templa fuerint in Attica, Demosthenes in Oratione contra Æschinem, illorum facit mentionem, quæ vel in Marathone, vel in Cynosarge fuerunt. Hæc enim Athenienses in maximo honore habuerunt.

Ἡρακλεία λίθ. Magnes, ferrum attrahens. Pisides,

Omnes attrahens ut Magnes lapis,
Vel, ut rectius dicā, ipsum Magnetem quoque.
Ipse enim [lapidem hunc] vi attrahendi
superat.

Ἡρακλείαν λίθον. Quidam sic vocant lapidem Magnesium, sive Magnetem; quod He-

1 Ἡραΐσκ. ἀνὴρ Αἰγ.] Hunc quoque articulum ex Damascio descriptum esse, & res & stilus satis indicant.

2 Οὗτ. ἦν μὲν συνεῖναι δειν.] Hæc repetuntur infra v. Συνεῖναι, ut Pearsonius monuit.

3 Ἀπὸ τῆς ἀληθείας] Infra v. Συνεῖναι rectius legitur ὑπὲρ τῆς ἀληθ. quam lectionem in versione secutus sum.

4 Γράφ.) δὲ δορὰν λέοντ.] Vide quæ notavimus paulo inferius ad v. Ἡρακλῆς.

5 Καὶ τὸ περιβόλαιον τοῦ λ.] Hæc verba transposita sunt, & collocari debuissent post verba illa, τὸν τῆς ἐπιθυμίας λογισμόν.

6 Ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς Ὅμ.] Opus hoc Heracleonis laudant Etymologus v. Ῥαδινίζειν, Stephanus de Urbibus v. Ἀρίσβη, & vetus enarrator Apollonii Rhodii ad lib. 1. *Argonaut.* v. 769. Ejusdem Heracleonis, absque nomine operis, meminerunt etiam Hesychius, & Harpocratio; item Eustathius ad Il. Α. p. 106. & ad Il. Ε. p. 524. Supra v. Δίδυμος ὁ Κλ. Suidas refert, Didymum Claudium scripsisse ἐπιτομὴν τῶν Ἡρακλέωνος. quod de hoc Heracleone intelligendum esse non dubito.

7 Ἡράκλεια. πολλ.] Ex Harpocratione.

8 Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου] Intelligenda hic est ea Oratio, quæ in Operibus Demosthenis hodie περὶ παραπρεσβείας inscribitur. In ea enim p. 216. B. τῶν Ἡρακλείων mentio fit: quamvis non pro templo, sed festo Herculis, vox illa ibi accipiatur.

9 Οἱ δὲ, ὅτι ἡ μὲν ἑτέρα.] Verum est, quod Suidas hic notat, lapidem Heraclium & Magnetem a quibusdam auctoribus distingui. Hesychius: Ἡρακλεία λίθος, ἣν ἔνιοι Μαγνῆτιν λέγουσιν, οὐκ ὀρθῶς. διαλλάττουσι γὰρ, ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον, Ἡρακλεία ἐστίν· ἡ δὲ ἑτέρα, παραπλήσιος ἀργυρέῳ. Plura de hac materia leget lector apud Salmasium in Exercitat. Plinian. p. 775, 776.

δὲ, ὅτι ἡ μὲν ἐπισπωμένη τὸν σίδηρον, Ἡρακλεώτης· ἡ δὲ Μάγνης, ἀργύρῳ ὁμοία ἐστίν· ὡς Εὐριπίδης ἐν Οἰνεῖ.

——Τὰς [1] βροτῶν
Γνώμας σκοπῶν, ὥστε Μάγνης λίθος
Τὴν δόξαν ἕλκει, καὶ μεθίστησι πάλιν.

Οὐ λέγει νῦν ὑπὸ τῆς Μαγνήτιδος λίθου τὸν σίδηρον, [2] ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμένων δόκησιν ἕλκεσθαι, πλανωμένων ὡς ἐπὶ ἀργύρῳ. Ὅτι ἄποικοι οἱ Ἡρακλειῶται.

Ἡράκλεια λουτρά. Τὰ θερμά. κατὰ [3] δωρεὰν γὰρ ὁ Ἥφαιστος ἀνέδωκεν αὐτὰ τῷ Ἡρακλεῖ. ἐξ ὧν τὰ θερμά.

Ἡρακλείδης. [4] Εὔφρονος. [5] Φιλόσοφος. [6] Ἡρακλείας τῆς ἐν Πόντῳ. τὸ δὲ γένος ἄνωθεν ἀπὸ Δάμιδος, ἑνὸς τῶν ἡγησαμένων τῆς εἰς Ἡράκλειαν ἐκ Θηβῶν ἀποικίας. Πλάτωνος γνώριμος. ἐκδημήσαντος δὲ Πλάτωνος εἰς Σικελίαν, προεστάναι τῆς σχολῆς κατελείφθη ὑπ᾽ αὐτοῦ. [7] οὗτος καὶ δράκοντα ἔθρεψε, καὶ ἡμέρωσε, καὶ εἶχε συνδιαιτώμενον αὐτῷ, καὶ συγκαθεύδοντα. ὃς καὶ μόνος ἐπὶ τῆς κλίνης εὑρέθη, τοῦ Ἡρακλείδου κατακλιθέντος μὲν ὑγιοῦς, οὐχ εὑρεθέντος δέ. καὶ ἄλλοι μὲν αὐτὸν ἀπαθανατισθῆναι ἐνόμισαν. [8] ἄλλοι δὲ ἐν φρέατι αὐτὸν ἐμβεβληκέναι, ὡς ἂν δόξῃ τοῖς ἀνθρώποις ἀπαθανατισθῆναι. [9] ἔγραψε πολλά.

Ἡρακλείδης. Ὀξυρυγχίτης, Φιλόσοφος, ὁ τοῦ Σαραπίωνος· [10] ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος. γεγονὼς [11] ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου, ὃς τὰς πρὸς Ἀντίοχον ἔγραψε συνθήκας. ἔγραψε φιλόσοφα, καὶ ἄλλα

Ἡρακλείδης [12] ὁ Λύκιος, Σοφιστής, ἔφη Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος ἀγνοήσας ἀκροθίνια Πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζειν.

Ἡρακλείδης. Ποντικός. ἀπὸ Ἡρακλείας τοῦ Πόντου. Γραμματικός. ὅς τις Διδύμῳ τῷ πάνυ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἐφοίτησεν. οὗτος ἐπειδὴ ἤκουσεν Ἀπε-

raclea in Magnesia sita sit. Alii vero [dicunt,] lapidem Heraclium esse illum, qui ferrum attrahat: Magnetem vero, argento similem esse. Unde Euripides in *Oeneo:*

——*Mortalium*
Animos explorans, ut Magnes lapis
Opiniones [hominũ] allicit, & vicissim mutat.

Non dicit nunc a Magnete lapide ferrum attrahi; sed opinionem spectatorum, propter falsam argenti speciem, ab eo decipi. † Heracleotæ erant coloni.

Ἡράκλεια λουτρά. Balnea calida. Vulcanus enim in gratiam Herculis [fontes calidos] ex terra erumpere jussit. Unde balnea calida [vocata fuerunt Herculana.]

Ἡρακλείδης. Heraclides, Euphronis F. Philosophus, oriundus ex Heraclea Ponti urbe. Generis vero originem referebat ad Damidem, unum ex iis, qui coloniam Thebis Heracleam deduxerunt. Fuit Platonis auditor. Platone autem in Siciliam profecto, ab ipso relictus est, ut Scholæ præesset. Hic draconem aluit, & mansuefecit, eumque cum alibi, tum etiam in lecto secum semper habuit: qui etiam solus in lecto inventus est, cum Heraclides sanus quidem & bene valens cubitum ivisset, sed postea repertus non fuisset. Et alii quidem ipsum immortalem factum fuisse putarunt. Alii vero tradunt, ipsum se in puteum præcipitasse, ut hominibus videretur immortalitatem consecutus. Multa scripsit.

Ἡρακλείδης. Heraclides Oxyrynchita, Philosophus, Sarapionis F. qui cognomento Lembus est vocatus. Vixit sub Ptolemæo sexto, scripsitque fœdus cum Antiocho factum. Item Philosophica, & alia.

Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος. Heraclides Lycius Sophista librum scripsit, quem vocavit *Niceta purgatus*; ignorans se Pygmæorum spolia aptare Colosso.

Ἡρακλείδης. Heraclides Ponticus, ex Heraclea, urbe Ponti, Grammaticus, qui Didymum illum Magnum Alexandriæ audivit. Hic, cum

1 Τὰς βροτῶν γνώμας] Adducam de hoc loco verba Salmasii in Exercit. Plin. p. 776. "Versus Euripidis in Oeneo sic legendi sunt.

——ἡ βροτῶν
Γνώμη σκοπούντων, ὥστε Μάγνης λίθος,
Τὴν δόξαν ἕλκει καὶ μεθίστησι πάλιν.

"Difficile est primo intuitu judicare, qualis mens sit eorum hominum, quibuscum converseris. Quemadmodum enim aspectum fallit lapis Magneticus & pro argento blanditur, quod facie sit argentea: ita sæpe hominum mens prima fronte allicit ad bene de se sentiendum, quæ penitus postea perspecta & explorata mutare sententiam cogit, & longe aliam parit existimationem. Ita sæpe decipimur in cognoscendis hominum moribus, ut id videantur esse, quod non sunt. Ut Magneticus lapis id videtur, quod non est. Ἡ γνώμη βροτῶν τὴν δόξαν σκοπούντων ἕλκει καὶ μεθίστησι πάλιν, ὡς Μάγνης λίθος. Insignis locus." Hæc Salmasius, cui de emendatione & interpretatione loci hujus assentior.

2 Ἀλλὰ τὴν τῶν θεωμ. δόκησιν ἑλκ.] Huc pertinent verba Hesychii v. Λυδία λίθος. Αὕτη γὰρ (nempe lapis Lydius, vel Heraclius) τὸν σίδηρον ἐπισπᾶται. ἡ δὲ Μάγνης ἀπατᾷ τὴν ὄψιν, ὡς δοκεῖν ἀργύρεον εἶναι.

3 Κατὰ δωρεὰν γὰρ ὁ Ἥφαισ.] Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, p. 183. Ἡράκλεια λουτρά. Ἴβυκός φησι, τὸν Ἥφαιστον κατὰ δωρεὰν ἀναδοῦναι Ἡρακλεῖ λουτρὰ θερμῶν ὑδάτων, ἐξ ὧν τὰ θερμά τινες φασὶν Ἡράκλεια καλεῖσθαι. Hinc igitur Suidas supplendus est, cujus verba ultima sunt mutila. De balneis Herculanis vide etiam Schol. Sophocl. *Trachin.* p. 353.

4 Ἡρακλείδης Εὐφρ.] De hoc Heraclide vide Laertium lib. v. Segm. LXXXVI.

5 Εὔφρονος] Laertius eum dicit fuisse filium Εὐθύφρονος. Utra lectio præferenda sit, dictu difficile est.

6 Ἡρακλείας τῆς ἐν Πόντῳ] Hæc urbs multos olim celebres & doctos viros tulit: unde Timagenes Milesius scripserat opus περὶ Ἡρακλείας, τῆς ἐν Πόντῳ, καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς λογίων ἀνδρῶν. i. e. *De Heraclea, urbe Ponti, & viris doctis ex ea ortis.*: teste Suida v. Τιμαγένης.

7 Οὗτος καὶ δράκοντα ἔθρεψε] Draconis ab Heraclide mansuefacti meminit etiam Laertius lib. v. Segm. LXXXIX.

8 Ἄλλοι δ᾽ ἐν φρέατι αὐτὸν ἐμβεβληκέναι] Legerim potius cum Menagio ad Laertium, ἄλλοι δὲ εἰς φρέαρ τι αὐτὸν ἐμβεβληκέναι.

9 Ἔγραψε πολλά] Scripta ejus recenset Laertius lib. v. Segm. LXXXVII. ubi vide Menagium. De ejusdem scriptis legendus est Meursius in Notis ad Chalcidium. p. 10. & sqq.

10 Ὃς ἐπεκλήθη Λέμβος] Hunc Laertius in catalogo Heraclidarum quintum recenset. Vide etiam de eo Jonsium de Scriptor. Histor. Philos. l. II. c. XI.

11 Ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ ἕκτου] Id est, sub Ptolemæo Philometore, circa Olymp. CL.

12 Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος, Σοφ. ἔφη. Νικήτ.] Hæc sunt corrupta & mutila, & negligenter prorsus excerpta ex Philostrato *de Vitis Sophist.* l. I. p. 513. ubi sic legitur: Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον χρόνοις ὕστερον Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς διορθώσας, ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον. ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια Πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζων. i. e. *Virum vero hunc postea Heraclides Lycius sophista emendavit opere quodam, quod inscripsit Niceta purgatus. Sed ignoravit, se Pygmæorum spolia Colosso aptare.* Quis Criticorum, vel acutissimus, absque hac luce tenebras Suidæ discutere potuisset?

ος, τοῦ Ἀριστάρχου μαθητοῦ, εὐδοκιμοῦντος κατὰ τὴν Ῥώμην, πολλά τε τὸν Δίδυμον διασύροντος, ἔγραψε μέτρῳ Σαπφικῷ, ἤτοι Φαλαικίῳ, βιβλία γ', δυσερμήνευτα, καὶ πολλὴν τὴν ἀπορίαν ἔχοντα προβαλλομένων ζητήσεων· [1] ἅπινα Λέσχας ἐκάλεσεν. εἰς Ῥώμην δὲ κομίσας, καὶ τοῦ Ἄπερος καταφανείς, κατέμεινε σχολάζων ἐν αὐτῇ ἐπὶ Κλαυδίου καὶ Νέρωνος. Ἔγραψε δὲ καὶ ποιήματα Ἐπικὰ πολλά.

audivisset Aprum, Aristarchi discipulum, qui Romæ celebre nomen habebat, & Didymum frequenter perstringebat, Sapphico sive Phalæcio versu tres scripsit libros, explicatu difficiles, multisque & dubiis quæstionibus plenos; quos *Leschas* vocavit. Cum autem Romam eos tulisset, & Apro adversarium se ostendisset, sub Claudio & Nerone ibi remansit, ludumque literarium aperuit. Multa etiam scripsit poemata Epica.

Ἡράκλειαι στῆλαι.

Ἡράκλειαι στῆλαι. Herculis columnæ.

Ἡράκλειος. [2] Βασιλεὺς Ῥωμαίων. Οὗτος ὑπὸ [3] Ἀθανασίου, Πατριάρχου Ἰακωβιτῶν, καὶ Σεργίου τοῦ Σύρου, Κωνσταντινουπόλεως, εἰς τὴν αἵρεσιν τῶν Μονοθελιτῶν ἐξεκυλίσθη. Ἡρακλείῳ τῷ βασιλεῖ, ὄντι ἐν Περσίδι, ἐτελεύτησαν δύο υἱοί, καὶ β' θυγατέρες. [4] Αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ ζωοποιὰ ξύλα ἐσφραγισμένα, καθάπερ ἐλήφθη παραλαμβάνοντα, εἰς τὰ Ἱεροσόλυμα ἀφίκετο, καὶ Μοδέστῳ τῷ Ἀρχιερεῖ, καὶ τῷ αὐτοῦ Κλήρῳ, ταῦτα ὑπέδειξεν. Οἱ δὲ τήν τε σφραγῖδα σῶαν ἐπεγίνωσκον, καὶ ἀνέπαφον, τήν τε κλεῖδα, τὴν παρ' αὐτῷ, ἦγαγον, καὶ προσεκύνησαν, καὶ ὕψωσαν. καὶ ἐς τὸ Βυζάντιον ἐξέπεμψεν ὁ βασιλεύς· ἃ δὴ Σέργιος Ἀρχιερεὺς εἰς Βλαχέρνα ὑπεδέξατο. καὶ μετ' οὐ πολὺ Ἡράκλειος εἰς Βυζάντιον ἔρχεται, δεχθεὶς μετὰ πολλῆς εὐφημίας. Ὁ αὐτὸς Ἡράκλειος ἐκ Περσῶν εἰς τὸ Βυζάντιον δ' ἦγεν ἐλέφαντας, οὓς δὴ καὶ εἰς τοὺς ἱππικοὺς ἀγῶνας ἐθριάμβευσεν ἐπὶ τῇ τῆς πόλεως τέρψει, πάσαις δωρεαῖς φιλοτιμησάμενος. Ἐπεὶ δὲ ἦν ἑλὼν ἐκ τῆς οὐσίας τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, ἐκ τοῦ βασιλέως ταμιείου αὐτῇ τε, καὶ τῷ κατ' αὐτὴν Κλήρῳ, ἐτήσια χρήματα ἔταξε παρέχεσθαι. Καὶ Κωνσταντῖνον υἱὸν αὐτοῦ παρασκευάζει ὑπατεῦσαι. Ἡράκλειόν τε, τὸν ἀπὸ Μαρτίνης, Καίσαρα προχειρίζεται. πυθόμενος δὲ ἀποθανεῖν, ἐν [5] τοῖς εἰς τὰ ἥλια παλατίοις διέτριβε. καὶ συναγαγὼν ὁ ὕπαρχος, καὶ συζεύξας πλοῖα εἰς τὸν πορθμὸν [6] τοῦ καλουμένου Στενοῦ, διέβη κατὰ τὰς ἀκτὰς τοῦ καλουμένου κόλπου Φειδαλίας. καὶ διὰ τῆς γεφύρας τοῦ καλουμένου Βαρυβύσσου ποταμοῦ εἰς τὴν πόλιν εἰσῆλθ. Ὑδέρῳ δὲ τὸν βίον καταστρέφει. Ἐπὶ τούτου βασιλέως Ἡρακλείου σ' χιλιάδες ἀνδρῶν διεφθάρησαν ἐν τῷ περὶ Ἰσαύρους πολέμῳ. Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡράκλειος χρήματα πλεῖστα, καὶ χρυσόν, καὶ ἄργυρον, καὶ λίθους πολυτελεῖς πέμπει, ἅπερ βύθια γέγονεν ἐπὶ Σεργίου Πατριάρχου.

Ἡράκλειος. Heraclius, Romanorum Imperator. Hic ab Athanasio, Jacobitarum Patriarcha, & Sergio Syro, [Patriarcha] C Polis, ad hæresin Monothelitarum pertractus est. Heraclio Imperatori, in Perside agenti, filii duo duæque filiæ obierunt. Ipse vero cum vivificis [Crucis] lignis obsignatis, quemadmodum ea acceperat, Hierosolyma profectus est, eaque Modesto, summo Pontifici, ejusque Clero monstravit. Hi vero & sigillum incolume & intactum agnoverunt, & clavem ab ipso traditam acceperunt, & in altum sublatam adorarunt. Imperator vero ea Byzantium misit: quæ Sergius summus Pontifex in Blachernis reposuit. Nec multo post Heraclius Byzantium ivit; ubi magno populi plausu exceptus fuit. Idem Heraclius ex Perside quatuor elephantes Byzantium duxit, quos ad civitatis oblectationem in certaminibus equestribus publice spectandos exhibuit, nullo munificentiæ genere prætermisso. Quoniam autem de opibus Magnæ Ecclesiæ pecuniam sumpserat, constituit, ut ipsi, ejusque Clero, ex Imperatorio fisco annua pecunia penderetur. Constantinum filium suum Consulem fecit, & Heraclium, ex Martina susceptum, Cæsarem designavit. Cum autem ejus mortem audivisset, in Erianis Palatiis versabatur. Præfectus autem conductis & conjunctis navigiis in freto, quod Stenum vocatur, transiit juxta littora sinus, qui vocatur Phidaliæ, & per pontem Barybyssi fluvii, sic vocati, in urbem ingressus est. Vitam autem aqua intercute finivit. Sub hoc Imperatore Heraclio cc. millia virorum in bello Isaurico perierunt. Hic Imperator Heraclius magnam vim pecuniæ, & auri, & argenti, & gemmarum pretiosarum [in urbem] misit, quæ Sergii Patriarchæ tempore omnia submersa fuerunt.

Ἡράκλειος. στρατηγὸς γεγονὼς ἐπὶ Ζήνωνος· οἷος μὲν τολμῆσαι καὶ πρόθυμος ἐγχειρεῖν ἐς πολέμους ἑτοίμως. οὐ μέν τοι τὸ προμηθὲς εἶχεν ἐν τοῖς κιν-

Ἡράκλειος. Heraclius. Fuit sub Zenone copiarum dux, homo quidem audax, & ad bella incunda promptus: sed nulla in periculis pru-

1 Ἅπινα Λέσχας ἐκάλεσεν] Hinc colligo, Heraclidem hunc esse eundem, quem Laertius in Catalogo Heraclidarum secundum recenset, & Φλυαρίας conscripsisse refert. Λέσχη enim interdum φλυαρίαν significat. Vide Suidam infra v. Λέσχαι.

2 Ἡράκλειος. Βασιλεὺς Ῥωμ.] Hunc articulum Suidas descripsit ex aliquo Historicorum Græcorum, quos injuria temporum nobis eripuit.

3 Ἀθανασίου Πατρ.] De eo vide Cedrenum, p. 420.

4 Αὐτὸς δὲ λαβὼν τὰ ζωοποιὰ ξύλα] Cedrenus p. 420. eandem historiam narrans ait: Ἀπάρας ὁ Βασιλεὺς τῆς βασιλίδος ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα ἀπεδήμησε, καὶ ἀπήγαγε τὰ τίμια καὶ ΖΩΟΠΟΙΑ ΞΥΛΑ, &c.

5 Ἐν τοῖς εἰς τὰ ἥλια παλατίοις διέτριβε] Quoniam locum hunc suspectum habeo, nec scire me fateor, quid sibi velint verba illa, εἰς τὰ ἥλια, versionem Porti qualemcunque hic retinui.

6 Τοῦ καλουμένου Στενοῦ] Freti hujus quod Στενὸν (i. e. angustum) vocabatur, meminit etiam Constantinus Porphyrogeneta *de Administr. Imper.* c. 21. ubi vide Meursium.

δύνοις.

δήλοις· οὐδὲ βουλῇ πρότερον ποιησάμενος, ἅμα πρὸς ὃ ἐσπούδαζε πράττειν· ἀλλ' ἔξω τοῦ λογισμοῦ πρὸς τὰ ἔργα ἐχώρει, καὶ τὸ ἐμπλήκτως ὀξὺ ἐν ἀνδρὸς μοίρᾳ ἐτίθετο. ὅπερ δὴ καὶ μάλιστα αὐτὸν ὕστερον ἔσφηλεν.

Ἡράκλειος ψώρα. ἡ δυσθεράπευτος. ἡ Ἡρακλείων λουτρῶν δεομένη πρὸς θεραπείαν. [1] ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλεῖ πολλὰ ἀνῆκε λουτρὰ, πρὸς ἀνάπαυσιν πόνων.

Ἡρακλειώτης. ὁ ἀπὸ Ἡρακλείας.

Ἡράκλεις. [2] σχετλιαστικὴ φωνή. οὗτος γὰρ ὁ Ἡρακλῆς εἰς ἐπικουρίαν ἐκαλεῖτο, ὡς ἀλεξίκακος τοῖς σχέτλια πάσχουσιν.

Ἡράκλεις. ἐπίφθεγμα θαυμαστικόν. τὸ δὲ Ἥρακλες, κλητικὴ πτῶσις. ὥσπερ τὸ, ὦ Δάματερ τοῦ ἡ Δήμητερ διαφέρει. ἐπικαλοῦνται δὲ τοὺς Ἡρακλείδας ὁμοίως. Μένανδρος. Ἀλλ' ὦ Ἡρακλεῖδαι, καὶ θεοί.

Ἡράκλειτος. ὄνομα κύριον. Ἡράκλειτος [3] ἔφη, ὀλιγωρεῖν πάντη τοῦ σώματος, καὶ νομίζειν αὐτὸ καὶ [4] κοπρίων ἐκβλητότερον· ἐκ τοῦ ῥᾷστου δὲ αὐτῷ τὰς θεραπείας ἀποπληροῦν, ἕως ἂν ὁ θεὸς ὥσπερ ὀργάνῳ τῷ σώματι χρῆσθαι ἐπιτάττῃ.

Ἡράκλειτος. [5] [6] Βλόσωνος, ἢ Βλεύτωνος· οἱ δὲ Ἡρακίνου· Ἐφέσιος, φιλόσοφος φυσικὸς, ὃς ἐπεκλήθη Σκοτεινός. Οὗτος [7] ἐμαθήτευσεν οὐδενὶ τῶν φιλοσόφων· φύσει δὲ καὶ ἐπιμελείᾳ ἠσκήθη. Οὗτος ὑδρωπιάσας οὐκ ἐνεδίδου τοῖς ἰατροῖς, ᾗπερ ἐβούλοντο θεραπεύειν αὐτόν· ἀλλ' αὐτὸς βολβίτῳ χρίσας ὅλον ἑαυτὸν, εἴασε ξηρανθῆναι τοῦτο ὑπὸ τοῦ ἡλίου, καὶ κείμενον αὐτὸν κύνες προσελθοῦσαι διέσπασαν. οἱ δὲ ἄμμῳ χωσθέντα φασὶν ἀποθανεῖν. τινὲς δὲ αὐτὸν ἔφασαν διακοῦσαι Ξενοφάνους, καὶ Ἱππάσου, τοῦ Πυθαγορείου. Ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ξθ' Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Δαρείου τοῦ Ὑστάσπου· καὶ ἔγραψε πολλὰ ποιητικῶς. Ἐν τῷ Δηλίου κολυμβητοῦ.

Ἡρακλείη βίη. ἡ τοῦ Ἡρακλέους.

Ἡρακλῆς. [8] Ἀλκμήνης υἱός. τοῦτον φιλόσοφον ἱστοροῦσι, καὶ γράφουσι δορὰν λέοντος φοροῦντα, καὶ ῥόπαλον φέροντα, καὶ γ' μῆλα κρατοῦντα· [9] ἅπερ τρία μῆλα νικήσαντα τὴν πολυποίκιλον τῆς πονηρᾶς ἐπιθυμίας λογισμὸν, διὰ τοῦ ῥοπάλου τῆς φιλοσοφίας, ἀφελέσθαι ἐμυθολόγησαν, ἔχοντα περιβόλαιον τὸ φρόνημα, ὡς δορὰν λέοντος. καὶ οὕτω φονεύσας τῷ ῥοπάλῳ τὸν δράκοντα τῆς ἐπιθυμίας, ἀφείλετο τὰ τρία

dentia utebatur, neque re ante deliberata aggrediebatur id, quod facere destinaverat; sed absque consilio ad res gerendas accedebat, inconsultam celeritatem viro forti convenire existimans: quæ res fortunas ejus graviter tandem adflixit.

Ἡράκλειος ψώρα. [Herculana scabies.] Id est, curatu difficilis, quæ balneis Herculanis indiget ad sanationem. Minerva enim Herculi multos fontes aperuit, quibus se ablueret, & corpus laboribus confectum recrearet.

Ἡρακλειώτης. Heracleota.

Ἡράκλεις. O Hercules. Vox lamentantis. Hic enim Hercules, ut malorum propulsator, ad opem ferendam implorabatur ab illis, qui gravia mala patiebantur.

Ἡράκλεις. O Hercules. Admirantis adverbium. Ἥρακλες vero est vocativus casus. Eodem modo, quo ὦ Δάματερ ab ἡ Δήμητερ differt. Similiter etiam Heraclidas invocant. Menander: *Sed ô Heraclidæ & Dii.*

Ἡράκλειτος. Nomen proprium. Heraclitus dicebat se prorsus contemnere corpus, & id vel stercore vilius judicare, facillimaque ratione se naturæ desideriis satisfacere, quamdiu Deus corpore, ut instrumento, uti juberet.

Ἡράκλειτος. Heraclitus, Blosonis, seu Bleutonis filius: secundum alios vero, Horacini: Ephesius, Philosophus Physicus, qui cognomine vocatus est Σκοτεινὸς, i. e. Obscurus. Hic nullius Philosophi discipulus fuit: sed naturæ beneficio & suapte industria ingenium excoluit. Idem, aqua intercute laborans, se medicis non præbuit curandum, ut ipsi volebant, sed corpus suum fimo bibulo illitum Soli siccandum exposuit. Sic vero eum jacentem canes accedentes dilacerarunt. Alii vero ipsum obrutum arena periisse dicunt. Quidam tamen tradunt eum Xenophanis, & Hippasi Pythagorei, auditorem fuisse. Vixit autem Olympiade LXIX, sub Dario Hystaspis filio. Multa autem poetice scripsit. Quære in Δηλίου κολυμβητοῦ.

Ἡρακλείη βίη. Vis Herculis.

Ἡρακλῆς. Hercules. Alcmenæ filius. Hunc tradunt fuisse Philosophū: eundemque pingunt pelle leonina amictum, & clavam ferentem, ac tria poma manu tenentem, quæ abstulisse dicitur, cum Draconem clava occidisset: id est, cum varium malæ cupidinis affectum, prudentia, quasi exuviis leonis, tectus, philosophiæ clava peremisset. Et sic Dracone cupiditatis clava occiso, abstulit tria poma, id

1 Ἡ γὰρ Ἀθηνᾶ τῷ Ἡρακλ.] Schol. Aristoph. ad *Nubes*, p. 183. E. Οἱ δέ φασιν, ὅτι τῷ Ἡρακλεῖ μογήσαντι ἡ Ἀθηνᾶ θερμὰ λουτρὰ ἀνέφηνεν. Vide etiam Schol. Sophocl. *Trachin.* p. 353. item Hesych. v. Ἡράκλεια λουτρά. & Eustath. ad Odyss. Θ. p. 1594.

2 Ἡράκλεις. σχετλιας.] Ex Schol. Aristoph. ad Acharn. p. 385. F.

3 Ἡράκλειτος ἔφη, ὀλιγωρ.] Hæc Suidas descripsit ex Juliani Oratione VII. p. 421. ut optime observavit Valesius ad Orationem Eusebii de laudibus Constantini, p. 287. Apud Julianum tamen hic locus hodie corruptus & mutilus legitur, qui proinde ex Suida supplendus est.

4 Κοπρίων ἐκβλητότεροι] Heracliti dictum fuit, νέκυες κοπρίων ἐκβλητότεροι, cujus meminit Strabo in fine libri XVI. Hinc proverbialis locutio manavit, κοπρίων ἐκβλητότερος, de homine nullius pretii. Pollux l. V. c. XLVI. Κοπρίων ἐκβλητότερος, εἰ χρὴ καθ' Ἡράκλειτον λέγειν. Vide Valesium ad Eusebium loco laudato.

5 Ἡράκλειτος. Βλόσ.] De hoc Heraclito legendus est Laertius l. IX.

6 Βλόσωνος. ἢ Βλ. οἱ δὲ Ἡρακίνου] Laertius paulo aliter: Ἡράκλειτος Βλύσωνος, ἢ (ὥς τινες) Ἡρακίωνος.

7 Ἐμαθήτευσεν οὐδενὶ τῶν φιλ.] Vide Menag. ad Laert. IX. Segm. IV.

8 Ἡρακλῆς. Ἀλκμήνης υἱός] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Johanne Antiocheno, vel potius Collectaneis Constantini Porphyrog. a Valesio editis, p. 778. Eadem quoque αὐτολεξεὶ pene leguntur apud Cedrenum, p. 18.

9 Ἅπερ γ' μῆλα νικήσαντα τὴν πολυπ.] Locus hic apud Johannem Antiochenum & Cedrenum ita legitur: Ἅπερ τρία μῆλα ἀφελέσθαι αὐτὸν ἐμυθολόγησαν, τῷ ῥοπάλῳ φονεύσαντα τὴν δρακοντώδη, τουτέστι, νικήσαντα τὴν πολυποίκιλον, &c.

μῆλα·

μῆλα· ὅ ἐστι τὰς τρεῖς ἀρετάς· τὸ μὴ ὀργίζεσθαι, καὶ τὸ μὴ φιλαργυρεῖν, καὶ τὸ μὴ φιληδονεῖν. διὰ γὰρ τοῦ ῥοπάλου τῆς καρτερικῆς ψυχῆς, καὶ τῆς δορᾶς τοῦ θρασυτάτου καὶ σώφρονος λογισμοῦ ἐνίκησε [1] τὸν ἰὸν τῆς φαύλης ἐπιθυμίας, φιλοσοφήσας ἄχρι θανάτου.

Ἡρακλῆς. ὄνομα κύριον.

Ἡρακλῆς. ἀέριον ἔσχε κλέος. οἷον μέγα, καὶ περιβόητον. Ἀνεφάνη δὲ ἐπὶ Μίνωος Ἡρακλῆς Τύριος, ὃς [2] εὗρε τὴν βαφὴν τῆς καλουμένης κογχύλης, ἀπὸ κυνὸς αἱμαχθέντος τὰς σιαγόνας· καὶ προσήγαγε Φοίνικι τῷ βασιλεῖ, ὃς πρῶτος ἐφόρησε πορφύραν.

Ἡρακλῆς ξενίζεται. παροιμία ἐπὶ τῶν βραδυνόντων. οἱ γὰρ ὑποδεχόμενοι τὸν Ἡρακλέα, βραδύνουσι. [3] πολυφάγος γὰρ ὁ ἥρως. Ἡ ἐτυμολογία τῆς κλήσεως, ἀπό τινος χρησμοῦ.

Ἡρακλῆν [4] δέ σε Φοῖβος ἐπώνυμον ἐξονομάζει.
Ἦρα γὰρ ἀνθρώποισι φέρων, κλέος ἄφθιτον ἕξεις.

Ἥρανος. Παῦλος Σιλεντιάριος.

Ἵλαθι τολμήεντι μεγασθενὲς ἥρανε γαίης.

περὶ βασιλέα Ἰουστινιανὸν ἐν [5] τῇ Ἐκφράσει τῆς ἁγίας Σοφίας.

Ἤραρεν. ἥρμοσεν.

Ἠρασάμην. ἠράσθην.

Ἥρας [6] δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος. Πλάτων Πολιτείας β΄. οὕτω γραπτέον. παρὰ Πινδάρῳ γὰρ ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμεύεται ἐν τῷ ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθέντι θρόνῳ· ὅ τινες ἀγνοήσαντες, γράφουσιν ὑπὸ Διός. καί φασι δεθῆναι αὐτὴν ἐπιβουλεύσασαν Ἡρακλεῖ. [7] Κλήμης. ἡ ἱστορία καὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ ἐν Κωμασταῖς, ἢ Ἡφαίστῳ.

Ἤρασσον. ἔκρουον. ἔπληττον. ἐβλασφήμουν.

Μαθόντες, [8] ἀμφέστησαν. εἶτ' ὀνείδεσιν
Ἤρασσον ἔνθεν κἄνθεν.———

ἀντὶ τοῦ, πάντες ὁμοφρόνως. Καὶ αὖθις.

Αὐτὰρ [9] ὁ πεπταμένῃ μέγα τύμπανον ἔσχετο χειρί·

est, tres virtutes; scilicet, non irasci, non esse avarum, nec voluptatibus deditum. Clava enim fortis & constantis animi, & prudentiæ simul atque audaciæ lorica, venenum malæ cupiditatis superavit, & philosophiam usque ad mortem coluit.

Ἡρακλῆς. Hercules. Nomen proprium.

Ἡρακλῆς. Hercules. Nomen habuit ἀέριον, i. e. magnum & celebre. Sub Minoë autem extitit Hercules Tyrius, qui purpuræ tincturam invenit, cane maxillas [sanguine conchylii] cruentante: eamque obtulit Phœnici Regi, qui primus purpuram gestavit.

Ἡρακλῆς ξενίζεται. Hercules hospitio excipitur. Proverbium in cunctantes. Qui enim Herculem hospitio excipiebant, cunctabantur, quod heros iste edax esset. † Etymologia nominis hujus ex quodam Oraculo [manavit.]

Herculem te Phœbus vere nominat;
Gratam enim opem hominibus ferens, immortalem gloriam consequeris.

Ἥρανος. [Princeps.] Paulus Silentiarius:

Propitius sis audaci valde potens Princeps terræ.

Ad Imperatorem Justinianum in Ecphrasi sanctæ Sophiæ.

Ἤραρεν. Aptavit.

Ἠρασάμην. Amavi.

Ἥρας δὲ δεσμ. Junonis vero vincula, quæ a filio [passa est]. Plato lib. II. *de Republica*. Sic enim est scribendum. Apud Pindarum enim [Juno] vincitur a Vulcano, in throno, quem ipse fabricaverat. Quod quidam ignorantes, a Jove eam scribunt vinctam fuisse; & quidem ideo, quod Herculi insidiata esset. Clemens. Historia hæc legitur etiam apud Epicharmum in *Comastis*, vel *Vulcano*.

Ἤρασσον. Pulsabant. Percutiebant. Maledictis insectabantur.

Quem cum vidissent, eum circumsteterunt, & convitiis hinc & inde pulsarunt. Id est; omnes simul, & uno quasi ore. Et iterum: *Sed ille expansa manu magnum tympanum te-*

1 Τὸν ἰὸν] Apud Joh. Antioch. legitur, τὸν υἱὸν, quod corruptum esse existimo. Cedrenus vero habet, τὸν γόνον τῆς φαύλης ἐπιθυμίας ἀγρίας.

2 Ὃς εὗρε τὴν βαφὴν] Historiam inventæ ab Hercule Tyrio purpuræ prolixius enarrant Palæphatus apud Chronici Alexandrini auctorem, & Cedrenus in Compendio Histor. p. 18, 19. quos consule.

3 Πολυφάγος γὰρ ὁ ἥρως] Herculis edacitas nota est ex veteribus scriptoribus. Vide quæ de ea notavit Brodæus ad Antholog. l. I. p. 104. Eandem perstringit vetus Epigramma, quod in vulgatis Anthologiæ codicibus corruptum circumfertur, sed emendatur & illustratur a Salmasio in Notis ad Inscript. Herod. Attic. p. 13.

4 Ἡρακλῆν δέ σε Φοῖβ.] Idem Oraculum citat Eustath. ad Il. E. p. 561. ubi de etymologia Herculis agit.

5 Ἐν τῇ Ἐκφράσει τῆς ἁγ. Σοφ.] Id est, in Ecphrasi Templi, quod S. Sophiæ memoriæ dedicatum erat Constantinopoli. Vide Reines. Var. Lect. l. III. p. 471.

6 Ἥρας δὲ δεσμούς.] Sic ex Platone locum hunc emendavi. Ante enim legebatur Ἥρα δὲ δεσμούς: quod vel series literarum respuit. Locus autem integer apud Platonem *de Republ.* II. p. 430. B. ita legitur: Ἥρας δὲ δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος, καὶ Ἡφαίστου ῥίψεις ὑπὸ πατρός, μέλλοντος τῇ μητρὶ τυπτομένῃ ἀμύνειν, καὶ θεομαχίας, ὅσας Ὅμηρος πεποίηκεν, οὐ παραδεκτέον εἰς τὴν πόλιν.

7 Κλήμης] Clementem hunc etiam alibi Suidas laudat: ejusdemque cum laude meminit Cedrenus in Compend. Histor. p. 19. C.

8 Μαθόντες, ἀμφ.] Ex Sophocl. *Aj. Flag.* p. 44. ut Portus observaverat.

9 Αὐτὰρ ὁ πεπταμένῃ μέγα τύμπ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Gallum, sive Cybeles sacerdotem, qui strepitu tympani leonem fugaverat. Epigramma istud, quod nondum a quoquam editum esse memini, ex Anthologia *MS.* integrum hic subjiciam.

Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἡνίκ' ἀλύξας
Γάλλος ἐρημαίην ἤλυθ' ὑπὸ σπιλάδα·
Ὑετὸν ἄρτι κόμης ἀπεμόρξατο, τοῦ δὲ κατ' ἴχνος
Βουφάγος εἰς κοίλην ἀτραπὸν ἵκτο λέων.
Αὐτὰρ ὁ πεπταμένῃ μέγα τύμπανον ἔσχεθε χειρί,
Ἤραξεν· καναχῇ δ' ἴαχεν ἄντρον ἅπαν.
Οὐδ' ἔτλη Κυβέλης ἱερὸν βόμβον ὑλονόμος θὴρ
Μεῖναι, ἀν' ὑλῆεν δ' ὠκὺς ἔθυνεν ὄρος,
Δείσας ἡμιγύναικα θεῆς λάτριν, ὃς τάδε Ῥείῃ
Ἐνδυτὰ καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασεν πλοκάμους.

Hibernum nivis casum cum fugiens
Gallus desertam subiisset rupem,
Et vix comas abstersa pluvia siccasset, vestigia ejus secutus
Valde vorax in cavum specum venit leo.
Ille vero expansa magnum tympanum manu tenuit,
Et pulsavit: strepitu vero totum antrum resonuit.

Ἤραξεν. κανάχῃ δὲ ἴαχεν ἄνδρον ἅπαν.

Ἠρᾶτο. ηὔξατο.

Ἠργολαβηκώς.

Ἠρδαλωμένος. λεπρὸς, καὶ μεμιασμένος. καὶ Ἠρδάλωσεν. κατεῖλωσεν.

Ἥρδιον. [1] περιφανὲς ἅρμα σκεπαστόν.

Ἡραία. πόλις.

Ἡραῖον. ὁ τῆς Ἥρας ναός.

Ἡραῖον [2] τεῖχος. ὄνομα πόλεως. ἢ χωρίον ἐπὶ ἐν Θρᾴκῃ· ὑπὸ Σαμίων δὲ ᾠκίσθη. καὶ Ἥραιον.

Ἠραιωμένῳ. ἀραιῷ ὄντι.

Ἠρέμα. ἀτρέμας. καὶ ἠρεμαίως, καὶ ἠρέμα, ἡσύχως.

Ἥρημαι. αἰτιατικῇ.

Ἠρεμία. ἀτρεμία τις οὖσα, κατὰ στέρησιν τοῦ τρέμειν, οἷον ἀκινησία.

Ἠρεσάμην. αἰτιατικῇ. εἱλόμην. ἐξελεξάμην.

Ἤρετο. ἠρώτα. ἔλεγεν. [3] ἠρώτησε. κεῖται δὲ [4] καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπαίρεσθαι τῷ φρονήματι.

Ἥρει. ἐλάμβανεν.

Ἤρειδεν. ἤφιεν. ἔπεμπεν. [5] Ἔπη ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων.

Ἤρεικον. ἔσχιζον. Ἤρεικον χθόνα δῖαν.

Ἠρεικώς. στηρίσας, καὶ ὑπακυμβίσας. καὶ [6] Ἤρεισεν, ἐκύμβισεν.

Ἠρεῖτο. ἐπεθύμει. ἐλάμβανε. [7] Πολλάκις γὰρ οὐ μόνον τῆς ἡμέρας, ἀλλὰ καὶ τῆς νυκτὸς [8] ἐσιτοποιεῖτο, καὶ [9] ὑπὲρ τὰς τῶν δείπνων παρασκευὰς τὰ πολυτελῆ τῶν δημοσίων [10] ἀπεξύετο.

Ἡρεῖτο. ἐξελέγετο. προέκρινεν. [11] Ἡρεῖτο δὲ ὁπόσον κάχληκος, τοῦ ἐμφερομένου τοῖς ἐδάφεσιν.

Ἠρεῖτο. ἐπορθεῖτο.

Ἥρη. ἡ Ἥρα. καὶ κλίνεται Ἥρης.

Ἠρήκασι. πεπορθήκασι. καὶ Ἠρηκότες. πεπορθηκότες.

Ἠρημένην. κεχειροτονημένην· καὶ Ἠρημένον, ἐπιχειρθέν.

nuit, idque pulsavit: *strepitu vero totum antrum resonuit.*

Ἠρᾶτο. Precabatur. Precatus est.

Ἠργολαβηκώς. [Qui opus faciendum conduxit.]

Ἠρδαλωμένος. Leprosus. Pollutus. Et Ἠρδάλωσεν, fuligine infecit.

Ἥρδιον. Currus tectus.

Ἡραία. Urbs.

Ἡραῖον. Junonis templum.

Ἡραῖον τεῖχος. Nomen urbis. Vel oppidum in Thracia, a Samiis conditum. Dicitur etiam Ἥραιον.

Ἠραιωμένῳ. Rarefacto.

Ἠρέμα, & ἠρεμαίως, & ἠρεμέως, & ἠρεμᾶ. Quiete.

Ἥρημαι. Accusativo jungitur. [Captus sum.]

Ἠρεμία. Quies. Idem significat quod ἀτρεμία, quæ vox composita est ex α privativo, & τρέμω, tremo.

Ἠρεσάμην. Accusativo. Cepi. Elegi.

Ἤρετο. Interrogabat. Dicebat. Significat etiam animo efferri.

Ἥρει. Capiebat.

Ἤρειδεν. Mittebat. Emittebat. *Verba evomebat in equites.*

Ἤρεικον. Findebant. *Findebant terram Divã.*

Ἠρεικώς. Qui corroboravit, & qui incubuit. Et Ἤρεισεν. Incubuit. Innixus est.

Ἠρεῖτο. Concupiscebat. Capiebat. *Sæpius enim non solum interdiu, sed etiam noctu, epulabatur, & sumptuosis cœnis publicam pecuniam dissipabat.*

Ἡρεῖτο. Deligebat. Anteponebat. *Delegit autem quantum potuit glareæ, quæ in pavimentis ponitur.*

Ἠρεῖτο. Capiebatur. Vastabatur.

Ἥρη. [Ionice, pro] Ἥρα, & declinatur Ἥρης.

Ἠρήκασι. Vastarunt. Et Ἠρηκότες, qui vastarunt.

Ἠρημένην. Electam. Et ᾑρημένον. Electum.

Neque sonum Cybela sacrum sylvestris leo
Tulit, sed cito nemorosum repetiit montem,
Timens semivirum Deæ ministrum: qui hæc Rhea
Indumenta & flavos suspendit cincinnos.

Epigrammatis hujus membra variis in locis dispersa leguntur apud Suidam, nimirum v. Ἀπημοξάμενος v. Βυβάγιος, v. Ἐνδυτά, v. Κατάλυσις, v. Ὀρεία, & v. Λάσιος. Similis argumenti Epigrammata leguntur etiam in Anthologia edita l. 1. p. 70, 71.

1 Ἥρδιον] Duæ priores literæ in hac voce transpositæ sunt. Legendum enim est Ῥήδιον, i. e, rheda. Hesychius, Ῥέδιον, ἁρμάτιον. Et alibi, Ῥηδίον, καρύχιον, i. e, Carrucatum. Glossæ veteres: *Reda*, κάῤῥον, ῥαιδίον.

2 Ἡραῖον τεῖχος] Vide Stephanum de Urbibus.

3 Ἠρώτησε] Hæc vox in cæteris Edit. novi articuli initium est, cum tamen & sensus loci & series literarum clare evincant, vocabulum hoc, & quæ sequuntur, cum præcedentibus esse conjungenda: quod etiam a Porto recte observatum fuit.

4 Καὶ ἐπὶ τοῦ ἐπαίρεσθαι] Ἤρετο, cum significat, interrogabat, deducitur ab ἔρομαι. Cum vero significat, animo efferebatur, scribendum est ᾔρετο cum ι subscripto, quia est ab αἴρομαι. *P.*

5 Ἔπη ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων] Hæc deprompta sunt ex loco illo Aristoph. *Equit.* p. 326.

Ὁ δ' ἄρ' ἰδὼν ἐλασίβροντ' ἀναῤῥηγνὺς ἔπη.

Τιγρατολόφος ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων.

Ubi Scholiastes: Ἤρειδε κατὰ τῶν ἱππέων· ἤρει ἢ ἴπτασαι κατὰ τῶν ἱππέων.

6 Ἤρεισεν, ἐκύμβισεν] Vide supra v. Ἀπηρείδομαι & Ἀπηρείσατο. Item Reines. Var Lect. l. 111. p. 475.

7 Πολλάκις γὰρ οὐ μόνον τῆς ἡμ.] Hæc sunt verba Johannis Antiocheni de Imperatore Vitellio, quæ Suidas descripsit ex Collectaneis Constantini Porphyrog. a Valesio editis. p. 814. ubi fragmentum hoc αὐτολεξεὶ legitur. Vide etiam supra v. Βιτέλλιος, ubi idem fragmentum adducitur.

8 Ἐσιτοποιεῖτο] Sic etiam apud Johannem Antiochenum scriptum est. Supra vero v. Βιτέλλιος legitur σιτία ᾑρεῖτο, uti etiam hic procul dubio legendum est, quoniam vocis ᾑρεῖτο gratia exemplum propositum a Suida hic adductum esse patet. Existimo igitur, τὸ ἐσιτοποιεῖτο primo quidem tanquam glossam, vel diversam lectionem, a quodam ad marginem Suidæ annotatam fuisse; eamque postea locum genuinæ lectionis in textu occupasse.

9 Ὑπὲρ τὰς τῶν δείπν.] Apud Johannem Antiochenum, itemque supra v. Βιτέλλιος, rectius legitur παρὰ τὰς τῶν δείπν.

10 Ἀπεξύετο] Sic etiam legitur supra v. Ἀπεξύετο, & v. Βιτέλλιος. Sed apud Joh. Antiochenum rectius scriptum est ἀπετρώγετο, ab ἀποτρώγω, comedo, consumo.

11 Ἡρεῖτο δὲ ὁπόσον κάχλ.] Hæc repetuntur infra v. Κάχληκας, ut Portus etiam observavit.

χειθέν.

χωρίον. ἐκλελεγμένον. [1] Ἐπειδὴ ἐτύγχανον ἐκ πλείστου τὰ Περσῶν ᾑρημένοι, προπηλακίζεσθαί τε ὑπὸ Κόλχων αὐτῶν, καὶ Ῥωμαίων, καὶ ἐν τοῖς ἀτιμοτάτοις τετάχθαι.

Ἠρήρειστο. ἥρμοστο. Τὸ δὲ δὴ στῖφος εὖ μάλα ἠρήρειστο τῷ συνασπισμῷ, καὶ ἀκριβῶς ὑπῆρχε στερρόν τε καὶ ἀδιάσπαστον.

Ἥρης. τῆς Ἥρας.

Ἠρήσαντο. ηὔξαντο.

Ἤρρησεν. [2] ἐφθάρη. ἦλθεν. ὅθεν καὶ τὸ Εἰσήρρησεν.

Ἦρι. ὄρθρου. ἕωθεν. ἢ ἔαρι.

Ἠρία. τὰ ἐν τῇ γῇ μνήματα.

Ἡνίκα δυσδάκρυτα κατὰ χθονὸς ἠρία τεύχω,
Ὡς ἂν ἀποφθιμένου κεῖθι δέμας κλείσω.

Καὶ αὖθις.

Ἠρίον [3] ἐκ βώλου διψάδος ἐνθέμενος,
Ὄφρα σε καὶ φθίμενον Δηοῦς σταχυοτρόφος αὖλαξ
Θέλγῃ, ἀροτραίῳ κείμενον ἐν θαλάμῳ.

Ἠρία. [4] οἱ τάφοι. φασὶ δέ τινες κοινότερον μὲν πάντας τοὺς τάφους οὕτως ὀνομάζεσθαι. κατ' ἐξαίρετον δὲ, τοὺς μὴ ἐν ὕψει ᾠκοδομημένους. ὀνομάζεσθαι δὲ παρὰ τὴν ἔραν.

Ἠριγένειαν. τὴν τὸν ὄρθρον γεννῶσαν.

Οὐδ' [5] ὑπὸ μαρμαρυγῇ θαλπόμενος ἠριγενείης
Ἄκρα περιθρύψεις θαλπομένων πτερύγων.

Ἠριγόνειος τάφος.

Ἠρέμησεν. ἀπεδειλίασε. μεθ' ἡσυχίας ἦγεν. [6] Τοὺς ἐναντίους ἰδὼν οὐκ ἠρέμησεν, ἀλλ' εὐθὺς ἦν ἀμυνίας. ἕτοιμος πρὸς ἄμυναν.

Ἠριδανός. ποταμός.

Ἠρικαπαῖος. [7] ὄνομα κύριον.

Ἠρικνωμένον. [8] ἐρρυτιδωμένον. παλαιόν.

Ἠρικώς. [9] ἐξισώσας, καὶ φιλονεικήσας.

Ἦριον. ὄνομα τόπου. Ἠρίον δὲ, ὁ τάφος.

Ἤριννα. [10] Τηΐα, ἢ Λεσβία. ὡς δὲ ἄλλοι, Τηλία. Τῆλος δέ ἐστι νησίδιον ἐγγὺς Κνίδου. τινὲς δὲ καὶ Ῥοδίαν αὐτὴν ἐδόξασαν. ἦν δὲ ἐποποιός. ἔγραψεν Ἠλακάτην. ποίημα δέ ἐστιν Αἰολικῇ καὶ Δωρίδι διαλέκτῳ, ἐπῶν τ'. ἐποίησε δὲ καὶ Ἐπιγράμματα.

Delectum. *Quoniam jam pridem Persarum partes elegerant, [fiebat,] ut a Colchis & Romanis contemnerentur, & nullo loco haberentur.*

Ἠρήρειστο. Apte junctus, vel densatus erat. *Caterva vero [militum,] testudine facta, apte densata & valde constipata erat, adeo ut divelli non posset.*

Ἥρης. Pro Ἥρας. [Junonis.]

Ἠρήσαντο. Precati sunt.

Ἤρρησεν. Periit. Venit. Unde est Εἰσήρρησεν [ingressus est.]

Ἦρι. Diluculo. Mane. Vel vere.

Ἠρία. Monumenta subterranea.

Quum tristia sub terra sepulcra condam,
Ut defuncti corpus ibi sepeliam.

Et iterum:

Sepulchrum ex gleba arida condidi,
Ut te vel mortuum frumenti ferax sulcus
Demulceat aratorio jacentem in thalamo.

Ἠρία. Sepulchra. Quidam aiunt generaliter omnia sepulchra sic vocari: specialiter vero ea, quæ non supra terræ superficiem exstructa sunt. Vocari autem ea ab ἔρα, i. e. terra.

Ἠριγένειαν. Quæ diluculum gignit.

Neque purpurea splendescente aurora

Extremas calescentium alarum partes concuties.

Ἠριγόνειος τάφος. Erigoneum sepulchrum.

Ἠρέμησεν. Expavit. Quievit. *Hostes videns metu non est perterrefactus, sed statim ad vim propulsandam se paratum ostendebat.*

Ἠριδανός. Eridanus. Fluvius.

Ἠρικαπαῖος. Nomen proprium.

Ἠρικνωμένον. Rugatum. Vetustum.

Ἠρικώς. Qui exæquavit. Et qui contendit.

Ἦριον. Nomen loci. Ἠρίον vero, sepulchrum.

Ἤριννα. Erinna, Teia, vel Lesbia, vel (ut alii) Telia. Telus vero est parva insula prope Cnidũ. Quidam etiam eam Rhodiã esse tradiderunt. Fuit Poetria Epica, scripsitq: Ἠλακάτην; quod est poema, Æolica & Dorica lingua scriptum,

1 Ἐπειδὴ ἐτύγχανον ἐκ πλ.] Hoc fragmentum apud Agathiam legisse me memini: quamvis locus nunc non succurrat.

2 Ἤρρησεν] Vide supra v. Εἰσήρρησεν.

3 Ἠρίον ἐκ βώλου διψ.] Ex Antholog. l. III. p. 266. P.

4 Ἠρία· οἱ τάφοι] Ex Harpocratione, quem vide.

5 Οὐδ' ὑπὸ μαρμαρυγῇ θαλ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in perdicem, quod integrum legitur Anthol. l. III. p. 380. Vide etiam supra v. Αἰθύσσω.

6 Τοὺς ἐναντίους ἰδὼν οὐκ ἠρ.] Locus hic apud Aristoph. *Equit.* p. 322. B. unde eum Suidas descripsit, sic legitur:

Κἆθ' οἱ κεκράκτης αὐτὸν τοὺς ἐναντίους ἰδὼν
Ἠρέμησεν, ἀλλ' ὁ θυμὸς εὐθὺς ἦν ἀμυνίας.

Vetus enarrator ad eum locum: Ἠρέμησεν. ἀπεδειλίασεν. μεθ' ἡσυχίας ἦγεν: quæ verba Scholiastæ Suidas more suo hic exscripsit. Notandum autem, in vetustissimo *MS.* Paris. A. pro ἠρέμησεν legi ἠρίμησεν: quam lectionem veram esse, eamque tam Aristophani, quam Suidæ, restituendam puto. Nemo enim non videt, durum esse & insolens, ne dicam ineptum, τὸ ἠρέμησεν per ἀπεδειλίασεν & μεθ' ἡσυχίας ἦγεν exponere: quæ significatio contra voci ἠρίμησεν optime convenit.

7 Ἠρικαπαῖος] Hæc vox occurrit etiam infra apud Suidam v. Φάνης. Alii scribunt Ἠρικεπαῖος, per ε. quo nomine apud veteres appellabatur Bacchus, teste Hesychio; apud quem tamen male legitur Ἠρικίπαιος. Hesychio suffragatur Proclus in Timæum Platonis, cujus hæc sunt verba: Διόνυσός τε ὁ Διόνυσος καὶ Φάνης καὶ Ἠρικεπαῖος συνεχῶς ὀνομάζει]. Plura de hac voce erudite observavit Theodorus Canterus Var. Lect. l. I. c. XXVI.

8 Ἠρικνωμένον] Scribendum potius est Ἐρρικνωμένον, a ῥικνόω.

9 Ἠρικώς. ἐξισώσας.] Portus hic non liquere sibi fatetur, quia non vidit, quomodo τὸ Ἠρικώς (quod est ab ἐρίζω) significare possit ἐξισώσας. Sed, uti apud Latinos certare cum aliquo eruditione is dicitur, qui eruditionem alicujus exæquat; sic apud Græcos ἐρίζειν τινὶ significat, alicui parem esse, vel aliquem aliqua re æquare. Exempla passim sunt obvia.

10 Ἤριννα. Τηΐα, ἢ Λεσβ.] Eadem de Erinna habet Eustath. ad Il. B. p. 326, 327. ut Pearsonius ad hunc locum recte notaverat. Videtur ergo Eustathius vel ex Suida sua descripsisse, vel ex eodem auctore, ex quo & Suidas sua hausit.

[1] τελευτᾷ δὲ παρθένος ἐννεακαιδεκαέτις. οἱ δὲ στίχοι αὐτῆς ἐκρίθησαν ἴσοι τοῖς Ὁμήρου. ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς, [2] καὶ ἰσόχρονος.

Ἠρινὸν ἄνθος. ἐαρινόν.

Ἠρινὸς καιρός. ὁ τοῦ ἔαρος.

Ἤριπεν. εἰς τὴν ἔραν κατέπεσεν. [3] Ἤριπεν ἐσχαρεῶνι λάβρον ἐπ' ἆσθμα πυρός.

Ἠριπόλη. ἡ ἡμέρα. ἐν Ἐπιγράμματι.

——Οὐδὲ [4] φαεινῆς
Φέγγος ἰδεῖν ἐθέλω χρύσεον ἠριπόλης.

Ἠριπώθη. ἔπεσεν.

Ἤρισεν. ἐφιλονείκησεν.

Ἤρθη· ηὐξήθη. ὑψώθη.

Ἤρκεσεν. ἐβοήθησεν. Ὁ δὲ τὸν θώρακα αὐτοῦ διέρρηξεν, ὅς ἤρκεσέν οἱ ἀμεῦναι λυγρὸν ὄλεθρον.

Ἡρμαλισμένον. ἠσφαλισμένον.

Ἡρμόσαντο. εὐφυῶς διετέθησαν. Οἱ [5] δὲ ἡρμόσαντο πρὸς τὴν βούλησιν, καὶ συνέθεντο, δέκα τάλαντα δώσειν. Πολύβιος. Οἱ δὲ στρατιῶται πάντα ἡρμόζοντο πρὸς τὴν εἰς οἶκον ἐπάνοδον. ἀντὶ τοῦ ἐγίνοντο. παρεσκευάζοντο.

Ἡρμόσθησαν. φιλικῶς διετέθησαν. Λόγους οὖν προσοίσαντος, καὶ ἥδιστα προσιεμένου, ἡρμόσθησαν ἄμφω.

Ἡρμοττόμην. ἐπαιδευόμην. Ἀριστοφάνης. [6] Ἐν ταῖσιν εὔστραις κονδύλοις ἡρμοττόμην. ἀπὸ τῆς μουσικῆς τὸ ἡρμοττόμην.

Ἡρόδικος. ὄνομα κύριον.

Ἡρόδοτος. [7] Λύξου, καὶ Δρυοῦς, Ἁλικαρνασσεύς, τῶν ἐπιφανῶν, καὶ ἀδελφὸν ἐσχηκὼς Θεόδωρον. μετέστη δ' ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν, τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον γενόμενον Ἁλικαρνασσοῦ. Πισίνδηλις γὰρ ἦν υἱὸς Ἀρτεμισίας. τοῦ δὲ Πισινδήλιδος, Λύγδαμις. Ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον. καὶ ἔγραψεν Ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ', ἀρξάμενος ἀπὸ Κύρου τοῦ Πέρσου, καὶ Κανδαύλου τοῦ Λυδῶν βασιλέως. Ἐλθὼν δὲ εἰς Ἁλικαρνασσὸν, καὶ τὸν τύραννον ἐξελάσας, ἐπειδὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. κἀκεῖ τελευτήσας ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς τέθαπται. Τινὲς δὲ ἐν Πέλλῃ αὐτὸν τελευτῆσαί φασιν. Ἐπιγράφονται δὲ οἱ λόγοι αὐτοῦ Μοῦσαι. Περὶ Ἡροδότου λέγει ὁ [8] Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ. Τίς οὖν ἀγνοεῖ τὸν Αἰθιόπων ὑπὲρ τοῦ παρ' ἡμῖν τροφιμωτάτου σιτίου λόγον; ἀψάμενοι γὰρ τῆς μάζης, θαυμάζειν, ἔφασαν, ὅπως κόπρια σιτούμενοι ζῶμεν. εἴ τῳ πιστὸς [9] ὁ

versibus ccc. constans. Fecit & Epigrammata. Obiit autem virgo, XIX. annos nata. Ejus versus judicati sunt Homericis pares. Fuit autem amica & æqualis Sapphus.

Ἠρινὸν ἄνθος. Vernus flos.

Ἠρινὸς καιρός. Vernum tempus.

Ἤριπεν. In terram decidit. Decidit in focum ardentem, qui densum fumum expirabat.

Ἠριπόλη. Dies. In Epigrammate.

——Neque lucidæ
Lucem videre volo auream Auroræ.

Ἠριπώθη. Cecidit. Decidit.

Ἤρισεν. Contendit. Rixatus est.

Ἤρθη. Crevit. In altum elatus est.

Ἤρκεσεν. Opem tulit. *Ille vero loricam ejus dirupit, quæ tristē mortem ab eo propulsabat.*

Ἡρματισμένον. Stabilitum. Firmatum.

Ἡρμόσαντο. Bene affecti sunt. *Illi vero consilium probarunt, & pactum inter se fecerunt, se X talenta daturos esse.* Polybius. *Milites autem omnia* (ἡρμόζοντο, i. e.) *præparabant ad reditum.*

Ἡρμόσθησαν. Amice affecti sunt. *Cum igitur verbis ipsum allocutus esset, & is sermones ejus blande excepisset, ambo in gratiam redierunt.*

Ἡρμοττόμην. Instituebar. Erudiebar. Aristophanes: *In ustrinis pugnis erudiebar.* Ubi τὸ ἡρμοττόμην est translatio, sumpta a re musica.

Ἡρόδικος. Herodicus. Nomen proprium.

Ἡρόδοτος. Herodotus, Lyxi & Dryonis F. Halicarnasseus, illustri genere natus. Fratrem habuit Theodorum. Samum autem migravit propter Lygdamidem, tertium ab Artemisia tyrannum Halicarnassi. Pisindelis enim erat Artemisiæ filius. Pisindelidis vero, Lygdamis. Sami autem Jonicam dialectum excoluit, & historiam libris novem comprehensam scripsit, auspicatus a Cyro Persa, & Candaule Lydorum Rege. Reversus autem Halicarnassum, & tyranno expulso, cum postea vidisset, se civibus invisum esse, Thurium, quo tunc Athenienses coloniam deducebant, ultro concessit, ubi defunctus, & in foro sepultus est. Quidam vero tradunt, ipsum Pellæ mortuum esse. Ejus libri inscribuntur Musæ. De Herodoto [Julianus] Apostata in epistola quadam scribit: *Quis igitur ignorat Æthiopum dictum de cibo, qui apud nos pro optimo alimento habetur? Cum enim mazam gustassent, dixerunt se mirari, quomodo stercoribus vescentes viveremus: si cui Thurius ille historiæ scriptor fide dignus*

1 Τελευτᾷ δὲ παρθένος ἐννεακαιδ.] Huc pertinent verba Epigrammatis in Erinnam, quod exstat Anthol. l. I. p. 135.
Οἱ δὲ τριηκόσιοι ταύτης στίχοι ἶσοι Ὁμήρῳ
Τῆς ϛ παρθενικῆς ἐννεακαιδεκέτους.

2 Καὶ ἰσόχρονος.] Vixit ergo circa Olymp. XLIV. ad quam Eusebius Sapphonem refert.

3 Εἰς Θωμᾶν τὸν Ἀντάρτην] Thomas hic appellatus fuit Ἀντάρτης, quod a Michaele Balbo Imperatore defecisset, eique bellum intulisset; ut prolixe narrat Cedrenus p. 499. & seqq. Ἀντάρτην enim Græci recentiores vocant rebellem; & ἀνταρσίαν rebellionem: ut docet Ducangius in Glossario Græco.

4 Ἰδάλιμος, ὁ ἱδρώς] Ἰδάλιμος non tam significat ἱδρώς, quam ἱδρῶτα ποιῶν, vel ἱδρῶτα κινῶν, i. e. sudorem ciens. Proclus ad Hesiodum p. 101. Καῦμα δὲ ἰδάλιμον, ἤτοι λαμπρόν, διὰ τὸ φαντάζειν περιλαμπτον ἡμᾶς· ἢ τὸ ἴδειν ποιεῖν, ἢ ἱδρῶτα κινεῖν διὰ τῆς ἐγκαύσεως. Vide etiam Etymologum v. Ἰδάλιμον.

5 Ἴδ' ἀφύη πῦρ] Zenobius proverbium hoc sic exponit: Ἡ ἀφύα πῦρ. Ἐπὶ τῶν ὀξὺ λαμβανόντων τέλος ἡ παροιμία εἴρηται· παρόσον ἡ ἀφύη (ἔστι δὲ ἰχθύς) ἰδοῦσα τὸ πῦρ μόνον ἕψεται, οὕτως ἐστὶ τρυφερά.

6 Παρεμβαλὼν στίχον στίχῳ ἐδίπλ.] Simili modo poema Homeri interpolaverat Timolaus Larissæus, de quo vide Suidam infra.

7 Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰ θερμὰ ταῦθ' ὑπ.] In hoc fragmento (quod etiam citat Athenæus l. 1. c. v. addito auctoris nomine, quem Crobylum Comicum esse dicit) helluo aliquis, & gulæ mancipium, gloriatur, se δακτύλους Ἰδαίους, sive digitos ferro & æri similes habere, quippe quibus cibos, licet calidissimos, absque ullo doloris sensu contrectare, & ori inserere possit. Vocantur autem hic digiti ferrei δάκτυλοι Ἰδαῖοι, quoniam Dactylos Idæos (ad quos lepide alludit Crobylus, & ex ambiguitate vocum, Comicorum more, jocum captat) primos ferri & æris inventores exstitisse, metallique illius tractandi peritissimos fuisse, veteres crediderunt. Hæc enim interpretatio multo magis mihi placet, quam vel Suidæ, qui τὸ Ἰδαίους hoc loco ψυχρούς, i. e. *frigidos*, satis, ut puto, frigide, exponit; vel Casauboni, qui ad laudatum locum Athenæi per δακτύλους Ἰδαίους intelligit digitos *exercitatos* & *doctos*; quæ interpretatio, loco huic convenire nequit. Nam, quacunque habilitate & dexteritate aliquis cibos ferventes contrectet, dolorem utique sentiet, nisi ejus digiti, vel natura, vel arte, ita sint comparati, ut a rebus calidis affici nequeant. Hæc ergo ratio est, quare ea, quam dedi, interpretatio præ cæteris mihi placeat; in qua proinde acquiescam, donec alius quis meliora me docuerit.

8 Πολλαὶ ἰδέαι κακ.] Hanc lectionem ex *MS.* revocavi. In prioribus enim Edit. legitur, πολλῶν ἰδέαι κακῶν.

9 Τὴν ἰδέαν ὁ Πλάτων καὶ εἶδ.] Ex Laertio l. III. Segm. LXIV. Vide etiam supra v. Εἴδη.

10 Παρ' Ἡσιόδῳ] In *Scuto Herculis*, v. 397. ubi Poeta inquit:
Ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὁπότε χρόα Σείριος ἄζει.
Vide ad eum locum Joh. Tzetzem.

Ἰδεῖν.

Ἰδεῖν. βλέψαι.

Ἴδη. πᾶν τὸ σύμφυτον ὄρος. ἢ ἄντρον ἐν Κρήτῃ.

Ἰδίᾳ. χωρίς.

Ἰδίαν. [1] ἀντὶ τοῦ, ἰδιωτικήν. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. καὶ ἴδιον, τὸ ἰδιωτικόν.

Ἰδιαίτατα. καταμόνας. καὶ ἰδιαίτατος, ὁ μοναχός.

Ἰδιαίτερον. ἰδικώτερον.

Ἰδίειν. ἱδροῦν, κοπιᾶν. καὶ ἴδος, καῦμα τος, ἱδρῶτος. Ἰδίω, τὸ ἱδρῶ. Ἴδιον, ὡς ἐνόησα, [2] ὅλως.

Ἰδίῃς. ἱδρώσῃς. Ἀριστοφάνης. Μή [3] μοι σοβαρῶς χώρει, πρὶν ἂν ἰδίῃς, καὶ διαλύσῃς ἄρθρων ἶνας πτερύγων ῥύμῃ. ἐπὶ τοῦ κανθάρου.

Ἰδικῶς. καταμόνας.

Ἴδιον.. ἰδιωτικόν [4] Τὸ γὰρ συμβαῖνον ἴδιον ἦν, καὶ παρηλλαγμένον. τουτέστι, σπανίως συμβὰν γενέσθαι. Καὶ αὖθις. Οἱ [5] δὲ ἐπολυπραγμόνησαν ἀκριβῶς τά τε ἄλλα, καὶ τὰς περὶ τὸν Φάρον ἰδιότητας.

Ἴδιον. [6] τοῦτο διττόν ἐστιν. εἴτε ὡς μέρους ἴδιον ὡς λέγομεν ἴδιον τοῦ ποδὸς τὸ βαδίζειν (οὐ γὰρ ὡς μὴ δεόμενον τοῦ ὅλου λέγομεν ἴδιον εἶναι τὸ βαδίζειν δεῖται γάρ· ἀλλ' ὡς τοῦ μορίου τούτου παρὰ τὰ ἄλλα μόρια ἴδιον ὄν) ἢ τὸ μὴ δεόμενον τοῦ ὅλου πρὸς ὕπαρξιν. ὡς εἴ τις εἴποι, ὅτι ἡ γλισχρότης, ἡ ἐν τῷ ὑδρελαίῳ, ἰδία ἐστὶ τοῦ ἐλαίου· ἢ γλυκύτης, ἡ ἐν τῷ οἰνομέλιτι, ἰδία ἐστὶ τοῦ μέλιτος. λέγει οὖν ὁ τοιοῦτος τὸ ἴδιον, οὐχ ἁπλῶς [7] ὡς μέρους, ἀλλ' ὡς μὴ δεόμενον τοῦ ὅλου πρὸς ὕπαρξιν. οὐ γὰρ δεῖται τοῦ οἰνομέλιτος, ἵνα συστῇ ἡ γλυκύτης, ἀλλ' ἔστι τοῦ ὅλου χωριστή· ἔστι γὰρ ἐν μόνῳ τῷ μέλιτι. † Καὶ [8] ἴδιον ἔχουσιν οἱ Κελτίβηρες κατὰ τὸν πόλεμον. θεωροῦντες γὰρ τοὺς παρ' αὐτοῖς πεζοὺς πιεζομένους, παρακαταβάντες ἀπολείπουσι τοὺς ἵππους ἑστῶτας ἐν τάξει. ἄκροις γὰρ τοῖς ἀγωγεῦσι τῶν ἵππων πασσαλίσκους μικροὺς ἀπηρτηκότες ἐπιμελῶς πήξαντες, πειθαρχεῖν διδάσκουσι τοὺς ἵππους ἐν τάξει, μέχρις ἀνακάμψαντες ἀνασπάσωσι τοὺς πασσάλους.

Ἰδιοξενία. [9] Δεδιὼς μὴ διὰ τὴν ἰδιοξενίαν, ἣν εἶχε πρὸς τὸν Ἀρχίδαμον.

Ἰδιόξενος. [10] ὁ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτὸν ξένος ὤν. Πρό-

Ἰδεῖν. Vidisse. Videre.

Ἴδη. Ida. Omnis mons, arboribus consitus, [sic vocatur.] Item antrum in Creta.

Ἰδίᾳ. Privatim. Separatim.

Ἰδίαν. Pro ἰδιωτικήν, privatam. Demosthenes in Oratione contra Cononem. Et ἴδιον, privatū.

Ἰδιαίτατα. Seorsim, solitarie. Et ἰδιαίτατος, monachus.

Ἰδιαίτερον. Magis proprium.

Ἰδίειν. Sudare. Defatigatum esse. Et ἴδος, æstus, sudoris. Ἰδίω, Sudo. *Sudavi, ut conspexi.* Homerus.

Ἰδίῃς. Sudaris. Aristophanes. *Ne nimis confidenter voles, priusquam sudes, & nervos alarum impetu solvas.* De scarabæo hæc dicuntur.

Ἰδικῶς. Separatim. Privatim.

Ἴδιον. Proprium. Peculiare. *Quod enim accidebat, erat rarum quid, & prorsus singulare.* [Hic τὸ ἴδιον significat,] quod raro contingere solet. Et iterum. *Illi vero curiose & accurate inquirebant, cum de aliis, tum de iis, quæ circa Pharum singularia sunt.*

Ἴδιον. Proprium. Hoc duplex est; vel, ut partis propriū: ut cum dicimus pedis esse propriū ambulare: (non enim quasi pes non indigeret totius, dicimus ejus esse proprium ambulare; indiget enim ejus: sed quod hujus partis præter cæteras partes hoc sit proprium) Vel, quod non eget totius ut existat. Ut, si quis dicat lentorem in oleo cum aqua confuso proprium esse olei: vel, dulcedinem in mulso propriam esse mellis. Is enim proprium dicit, non simpliciter, ut partis: sed ut id, quod non indiget totius ad existentiam. Dulcedo enim non indiget mulso, ut existat: sed est a toto separabilis. Est enim in solo melle. † *Et Celtiberi hoc habent in bello proprium, ut, cum viderint pedites suos ab hoste premi, ex equis descendentes, eos ordine stantes relinquant. Ex summis enim equorum loris parvos clavos suspendunt, eosque accurate defigunt, & ita docent equos parere, & in ordine manere, donec reversi clavos revellant.*

Ἰδιοξενία. [Privatum hospitium.] *Veritus, ne propter privatum hospitium, quod ei cum Archidamo intercedebat.*

Ἰδιόξενος. Privatus hospes. Πρόξενος vero,

1 Ἰδίαν. ἀντὶ τοῦ ἰδιωτ.] Ex Harpocratione.

2 Ὅλως] Scribe meo periculo Ὅμηρος. Apud eum enim Odyss. Υ. v. 204. integer versus sic legitur:

Ἴδιον, ὡς ἐνόησα, δεδάκρυνται δέ μοι ὄσσε.

Uti autem hic ὅλως pro Ὅμηρος; sic supra v. Ἦδος, pro eodem ὅμως, & alibi ὁμοίως, perperam scriptum est. Sæpe enim in nomine Ὅμηρος ab imperitis librariis peccatum esse video, compendio scripturæ, quo nomen illud exarari solebat, errandi causam illis præbente.

3 Μή μοι σοβαρῶς χ.] Apud Aristophanem in *Pace*, p. 437. locus iste sic legitur: Μή μοι σοβαρῶς χώρει λίαν

Εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς, ῥώμῃ πίσυνος

Πρὶν ἂν ἰδίῃς, καὶ διαλύσῃς Ἄρθρων ἶνας, πτερύγων ῥύμῃ. P.

4 Τὸ γὰρ συμβαῖνον ἴδ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Valesius. Vide etiam v. Κελτίβηρες. ubi eadem reperiuntur.

5 Οἱ δὲ ἐπολυπραγμόνησαν] Hoc fragmentum legitur apud Diodorum in Excerptis Legationibus, ab Hœschelio editis. cap. xxxii.

6 Ἴδιον. τοῦτο διττόν ἐστιν. εἴτε ὡς μέρους ἴδ.] Hæc, & quæ sequuntur, usque ad verba illa ἐν μόνῳ τῷ μέλιτι, deprompta sunt ex Philopono in Aristotelem *de Anima*. l. ii. ut Pearsonius in notula ad marginem Suidæ sui recte observaverat.

7 Ὡς μέρους] Sic ex Philopono rescripsi. In prioribus enim Edit. mendose legitur μέρος.

8 Καὶ ἴδιον ἔχουσιν οἱ Κελτ.] Hæc Polybii esse vult Valesius. Vide etiam infra v. Κελτίβηρες, ubi eadem repetuntur.

9 Δεδιὼς μὴ διὰ τὴν ἰδιοξ.] Sensus hujus loci est omnino imperfectus; quem supplere nequeo, quoniam auctorem, ex quo hæc deprompta sunt, ignoro.

10 Ἰδιόξενος. ὁ ἰδίᾳ καθ' ἑαυτ.] Quæ hic Suidas de vocibus ἰδιόξενος, πρόξενος, δορύξενος, & ἀστύξενος affert, ipsissimis pene verbis leguntur etiam apud Eustathium ad Il. Γ. p. 405. qui sua tamen non ex Grammatico nostro, sed, ut ipse testatur, ex Ælii Dionysii Lexico descripsit. Vide etiam Ammonium, v. Πρόξενος.

ξενος

ξένος δὲ, [1] ὁ νήηλυς πόλεως ξένος, παρ' ᾧ καὶ οἱ πρέσβεις κατάγονται· καὶ προσάγει τὰς πρεσβείας οὗτος πρὸς τὸ δημόσιον, καὶ τὰ ἄλλα διοικεῖ καὶ πράττει ἐν τῇ πατρίδι τῇ ἑαυτοῦ, τὰ τῇ πόλει ἐκείνῃ διαφέροντα, ἧς προξενεῖ. Δορύξενος δὲ, [2] ὁ ἐκ πολέμου [3] ξένος γεγονώς τινι. Ἀστόξενος δὲ, ὁ ἐκ προγόνων μὲν ἀστῶν, αὐτὸς δὲ ξένος, καὶ ἀνανεώσεως δεόμενος· οἷον Ἀγαμέμνων ἐν Λυδίᾳ. Ἀππιανός. ὁ δὲ στρατηγὸς αἰσθόμενος παρ' ἰδιοξένῳ ἐξήγγειλεν Ὁστιλίῳ.

Ἰδιοπραγεῖ. [4] τὰ ἴδια πράσσει, ἡσυχάζει.

Ἰδιότης. ἡ συγγένεια. καὶ κλίνεται ἰδιότητος.

Ἰδίω. κοπιῶ. ἱδρῶ.

Ἰδίωμα. Τὸ δὲ τῆς χώρας ἰδίωμα συνήργει αὐτῷ· σύνδενδρος γὰρ ἦν.

Ἰδίως. κατὰ μόνας. χωρίς.

Ἰδιώσασθαι. ἰδιοποιήσασθαι.

Ἰδιῶται. ἀντὶ τοῦ, πολῖται. οὕτως Θουκυδίδης. [5] Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Βατράχοις, ἰδιώτας τοὺς ἰδίους λέγει. περὶ τοὺς ξένους, καὶ τοὺς ἰδιώτας. κατὰ παραγωγήν. Ἰδιώτης δὲ λέγεται, ὁ πρὸς γένος ἴδιος· καὶ ὁ ἀμαθής. καὶ ἐν Πλούτῳ ἴδιον τὸ ἰδιωτικόν φησιν.

Ἰδιώτης. ὁ ἀγράμματος. Δαμάσκιος περὶ Ἰσιδώρου φησί. [6] Πάντων τῶν καθ' ἑαυτὸν ἰδιωτῶν ὁμοίως, καὶ φιλοσόφων, ἐχέμυθος ἐς τὰ μάλιστα καὶ κρυψίνους ἦν· ἀλλ' εἴς γε συναύξησιν τῆς ἀρετῆς, καὶ τῆς κακίας μείωσιν, ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν.

Ἴδμεν. οἴδαμεν.

Ἴδμονα. ἔμπειρον. καὶ Ἐπίδμονα.

Τὸν κύνα τὸν πάσης κρατερῆς ἐπίδμονα θήρης.

Ἰδνωθείς. καμφθείς.

Ἰδομενεύς. Ἱστορικός. ἔγραψεν ἱστορίαν τὴν κατὰ Σαμοθρᾴκην.

Ἴδοσάν [7] σε ὕδατα. δευτέρου ἀορίστου.

Ἰδού. ἀντὶ τοῦ, λάβε, κράτει. συγκαταθέσεως ἐπίρρημα.

Ἰδοῦ. ἰδέσθω.

Ἰδριεύς. [8] δυνάστης ἦν οὗτος ἐν Καρίᾳ, υἱὸς Ἑκατόμνου, ἀδελφὸς δὲ Μαυσώλου, καὶ Ἀρτεμισίας.

Ἴδριας. ἐμπείρους. Πολέμων τε γὰρ ἡμᾶς ἴδριας ὄντας ἀμωσγέπως εὑρήσοιτ' ἄν. Καὶ ἐν Ἐπιγράμματι, ἰδρείτης·

Ἰδρεῖτα καὶ γαίης, ἰδρεῖτα καὶ πελάγους.

[9] Σοφοκλῆς·

publicus civitatis hospes, apud quem legati divertunt, & qui legatos ad populum adducit, & cætera administrat, & peragit in sua patria, quæ expediunt civitati illi, cujus est publicus hospes. Δορύξενος vero, cum quo in bello hospitium contractum est. Ἀστόξενος vero, cujus majores quidem cives fuerunt, ipse vero peregrinus est, & proinde civium albo de integro inscribi debet: ut Agamemnon in Lydia. Appianus: *Imperator vero, cum hoc apud privatum hospitem intellexisset, Hostilio rem declaravit.*

Ἰδιοπραγεῖ. Suum negotium agit. [In sua sorte acquiescit.]

Ἰδιότης. Cognatio. Declinatur autem ἰδιότητος.

Ἰδίω. Defatigatus sum. Sudo.

Ἰδίωμα. Proprietas. *Loci ingenium eum adjuvabat: erat enim regio illa sylvestris.*

Ἰδίως. Privatim. Separatim. Seorsum.

Ἰδιώσασθαι. Suum facere.

Ἰδιῶται. Cives. Ita Thucydides. Aristophanes quoque in *Ranis* ἰδιώτας vocat cives. Ait enim, περί τε ξένους καὶ ἰδιώτας: i, e. *erga peregrinos & cives.* Ἰδιώτης etiam vocatur, qui cognatione cum aliquo conjunctus est. Item, indoctus. Et in *Pluto*, ἴδιον dixit pro ἰδιωτικόν.

Ἰδιώτης. Indoctus. Imperitus. Damascius de Isidoro dicit: *Omnium suæ ætatis & indoctorum pariter & Philosophorum erat maxime taciturnus, & animi occulti; idemque & in virtutis incrementum, & vitiorum imminutionem, toto animo incumbebat.*

Ἴδμεν. Novimus. Scimus.

Ἴδμονα. Gnarum. Peritum. Et Ἐπίδμονα. *Canem cujuscunque venationis peritum.*

Ἰδνωθείς. Incurvatus.

Ἰδομενεύς. Idomeneus. Historicus. Scripsit historiam Samothracicam.

Ἴδοσαν. Viderunt. Est Aor. 2. *Viderunt te aquæ.*

Ἰδού. Accipe, tene. Est adverbium annuendi.

Ἰδοῦ. Vide. Ἰδέσθω. Videat.

Ἰδριεύς. Cariæ Princeps fuit, filius Hecatomni, frater vero Mausoli & Artemisiæ.

Ἴδριας. Gnaros. Peritos. *Bellorum enim nos peritos esse quodammodo deprehendetis.* Et in Epigrammate dicitur ἰδρείτης.

Peritus & terræ, peritus & pelagi.

Sophocles:

1 Ὁ νήηλυς πόλεως ξένος] Apage pessimum illud mendum, quod omnes Edit. hactenus insedit. Scribendum enim est, ὁ ὅλης πόλεως ξένος; ut Apud Photium in Lexico inedito, & Eustathium loco laudato recte legitur.

2 Ὁ ἐκ πολέμου ξένος γεγονώς] Non dubito scribendum esse, ὁ ἐκ πολεμίου ξένος γεγ. i. e. qui ex hoste amicus & hospes alicui factus est. Emendationem hanc, per se claram, confirmat Pausanias apud Eustathium, loco ante laudato; cui δορύξενος est, ὁ ἐκ πολεμίων φίλος: quam interpretationem vocis δορύξενος affert etiam Suidas supra v. Δορύξενος.

3 Ξένος γεγονώς τινι] In prioribus Edit. legitur, ξένος γνωστεὶς καὶ γεγονώς τινι. Sed MSS. duas illas voces γνωστεὶς καὶ non agnoscunt; quas proinde, tanquam supervacaneas, & sensum turbantes, expungere non dubitavi.

4 Ἰδιοπραγεῖ. τὰ ἴδια πράσσει. ἡσ.] Eadem habet Hesychius.

5 Ἀριστοφάνης ἐν Βατρ.] Pag. 149. ubi vide Scholiastam. P.

6 Πάντων τῶν καθ' ἑαυτ.] Vide supra v. Ἐχέμυθος: & infra v. Ὅλην ἐξεκέχυτο.

7 Ἴδοσάν σε ὕδατα] Hæc verba leguntur in Psalmo 77. v. 16. ubi tamen εἴδοσαν legitur.

8 Ἰδριεύς. δυνάστης ἦν οὗτος ἐν Καρ.] Ex Harpocratione.

9 Σοφοκλῆς] In *Electra*, p. 109. 8. ubi legitur πολλῶν τῶν ἔργων ἴδρις. P.

Εἰ

Εἰ γὰρ πέφυκα τῶνδε τῶν λόγων ἴδρις,
Σχεδόν τι τὴν σὴν οὐ καταισχυνῶ φύσιν.

Τουτέστι, ζηλῶ σε.

Ἱδρίω. ἱδρῶ.

Ἴδρις. ἔμπειρος. [1] ἀπὸ τοῦ ἴδω, ἴσω. καὶ ἴδιος, ὁ ἐν γνώσει ἡμῖν ὤν. παρὰ τὸν μέλλοντα αὐτοῦ, ἴστωρ. καὶ εἰδήμων, ἀπὸ τοῦ εἰδῶ, εἰδήσω. γίνεται δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ εἴδω, εἴσω, εἶσος, καὶ ἶσος. κυρίως γὰρ ἶσος ἐστὶν, ὁ ὅμοιός τινι.

Ἱδρώοντας. ἱδροῦντας.

Ἱδρῶτι. Λελείψεται ἡμῖν ἱδρῶτι πολλῷ λούεσθαι. Ἱδρῶτι περιρρεόμενοι, ὥρᾳ θέρους, ὑπὸ τροφῆς ὄντες βεβαρεῖς καὶ δυσκίνητοι.

Ἱδρυμένος. τεθεμελιωμένος.

Ἱδρύω. αἰτιατικῇ. καὶ Ἱδρυθέντι. Ἱδρύσαντο, ἐκάθισαν.

Ἱδρύσας. Ὁ δὲ ἐπὶ κολώνης τινὸς ἱδρύσας τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς, ἐσκόπει τὴν θέσιν τοῦ στρατοπέδου. ἀντὶ τοῦ, στήσας.

Ἵδρυσις. ἑδραία ἀσφάλεια.

Ἰαίνεσθαι. εὐφραίνεσθαι. καὶ Ἰαινόμενοι.

Ἴαιρα. ὄνομα κύριον.

Ἰεβοή. ὄνομα κύριον. καὶ ὄνομα πόλεως. καὶ Ἰεβουσαῖος ὁ ἀπ' αὐτῆς.

Ἰεζάβελ. [2] γυνὴ τοῦ Ἀχαὰβ βασιλέως, γύναιον δραστήριον, καὶ τολμηρὸν, εἰς τοσαύτην ἀσέβειαν καὶ μανίαν προὔπεσεν, ὥστε καὶ ναὸν [3] τῷ Τυρίων καὶ Σιδωνίων θεῷ κατασκευάσαι. καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Ἀχαὰβ ἀνοίᾳ καὶ πονηρίᾳ πάντας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ὑπερβέβηκεν. ἐπὶ τούτων ἦν Ἠλίας ὁ προφήτης.

Ἰεζάβελ. ἡ τοῦ Ἀχαὰβ βασιλέως γυνή· ὑφ' ἧς διωκόμενος ὁ προφήτης Ἠλίας ἐν ἅρματι πυρὸς μετετέθη. [4] ἣν Ἰηοῦς ὁ βασιλεὺς ῥίπτει ἀπὸ τοῦ τείχους καὶ κυσὶ παραδίδωσι βρῶσιν.

Ἰεζεκιήλ. ὄνομα κύριον.

Ἰερεμίας. ὄνομα κύριον.

Ἱέμενοι. ἐπιθυμοῦντες. προθυμούμενοι.

Ἵεμην. ἐπορευόμην.

Εὐθὺς γὰρ αὐτοῦ κατόπιν ἐνθένδ' ἵεμην.

Ἰέναι. πορεύεσθαι, ἢ πορευθῆναι.

Ἵενται. ὁρμῶσιν. Οἱ δὲ γευσάμενοι τῆς νίκης, τέλεον ἵεντο κρατῆσαι.

Ἱέντες. ἀφιέντες. [5] Ἀππιανὸς περὶ τῶν Κελτῶν φησίν· Οὓς γυμνοὺς ἐπεδείκνυε Ῥωμαίοις· οὗτοί εἰσιν οἱ τὴν βοὴν τὴν βαρεῖαν ἱέντες ὑμῖν ἐν ταῖς μάχαις, καὶ ὅπλα παταγοῦντες, καὶ ξίφη μακρὰ, καὶ κόμας αἰωροῦντες· ὧν τὸ ἄτολμον ὁρῶντες, καὶ τὸ σῶμα μαλακὸν, καὶ ἄτολμον, πρόσιτε τῷ ἔργῳ.

Si enim sum harum rerum perita,
Haud a tuis moribus degenerabo.

Hoc est, æmulor te.

Ἱδρίω. Sudo.

Ἴδρις. Peritus. Ab ἴδω, ἴσω. Et ἴδιος, qui est nobis notus. Ab hujus verbi futuro fit ἴστωρ, peritus. Et εἰδήμων, ab εἰδῶ, εἰδήσω. Ab εἴδω, εἴσω, fit εἶσος, & ἶσος. Proprie enim ἶσος est alicui similis.

Ἱδρώοντας. Sudantes.

Ἱδρῶτι. [Sudore.] *Illud nobis relinquetur, ut multo sudore lavemur.* † *Sudore perfusi æstivo tempore, & ob cibum graves & tardi.*

Ἱδρυμένος. Fundatus. Collocatus.

Ἱδρύω. Accusativo. Colloco. Et ἱδρυθέντι, collocato. Et ἱδρύσαντο, collocarunt.

Ἱδρύσας. Qui collocavit. *Ille autem equitibus, quos secum habebat, in tumulo quodam collocatis, castrorum situm contemplabatur.*

Ἵδρυσις. Firmum præsidium.

Ἰαίνεσθαι. Exhilarari. Et Ἰαινόμενοι, qui exhilarantur.

Ἴαιρα. Nomen proprium.

Ἰεβοή. Nomen proprium. Et nomen urbis, unde dicitur Jebusæus.

Ἰεζάβελ. Achaabi Regis uxor, mulier strenua & audax, eo impietatis & furoris prolapsa est, ut templũ Tyriorũ & Sidoniorũ Deo construeret. Ipse quoque Achaabus amentia & improbitate omnes suos majores superavit. Sub his vixit Elias Propheta.

Ἰεζάβελ. Achaabi Regis uxor, a qua vexatus Elias Propheta igneo curru [in cœlum] translatus est. Hanc Rex Jehu de muro deturbavit, & canibus devorandam objecit.

Ἰεζεκιήλ. Nomen proprium.

Ἰερεμίας. Nomen proprium.

Ἱέμενοι. Cupientes. Promptum animum habentes.

Ἵεμην. Ibam. *Statim enim hinc discedens eum sequebar.*

Ἰέναι. Ire, vel ivisse.

Ἵενται. Cupiunt. *Illi vero, gustata semel victoria, eam ad finem usque persequi cupiebant.*

Ἱέντες. Jacientes. Emittentes. Appianus de Gallis inquit: *Quos Romanis nudos ostendebat, dicens: Hi sunt illi, qui terribilem vobis vocem in præliis emittunt, & arma concrepant, & enses longos vibrant, comasque jactant: quorum timiditatem & molle corpus cernentes, operi vos accingite.*

1 Ἀπὸ τοῦ ἴδω, ἴσω] Scribe ἀπὸ τοῦ εἴδω, εἴσω. Vide Etymologum v. Ἴδρις.

2 Ἰεζάβελ γυνὴ τοῦ Ἀχαὰβ βασ.] Hæc descripsit Suidas ex Josepho *Antiq. Judaic.* l. VIII. c. VII.

3 Τῷ Τυρίων καὶ Σιδωνίων θεῷ] Hanc lectionem ex *MSS.* revocavi. In prioribus enim Edit. excusum est, τῷ Τυρίῳ καὶ Σιδωνίῳ θεῷ. Apud Josephum tantum legitur τῷ Τυρίων θεῷ, omissis vocibus illis καὶ Σιδωνίων.

4 Ἣν Ἰηοῦς ὁ βασιλ.] Vide IV. Reg. cap. IX. & Joseph. *Antiq. Judaic.* l. IX. c. VI.

5 Ἀππιανὸς περὶ τῶν Κελτῶν φησίν] Fragmentum hoc Appiani frustra quæras in libris ejus historiarum, qui hodie superstites sunt.

Ἵειντο. περιεθυμοῦντο. περιηγοῦντο.

Ἱερὰ [1] νόσος. αὕτη τῇ σελήνῃ ἀνάκειται. [2] ὑπὸ γὰρ ταύτης γίνεσθαί φασι.

Ἱέραξ. εἶδος ὀρνέου.

Ἱέραξ. [3] εἷς ἦν τῶν ὑπ' Ἀμφιπολιτῶν πεμφθέντων πρέσβεων Ἀθήναζε, βουλομένων αὐτῶν Ἀθηναίοις παραδοῦναι τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν.

Ἱερὰ [4] ὁδός. ἣν οἱ μύσται πορεύονται ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐπ' Ἐλευσῖνα.

Ἱεράσασθαι. ἱερουργεῖν.

Ἱερατική, [5] καὶ φιλοσοφία, οὐκ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄρχεται ἀρχῶν. ἀλλ' ἡ μὲν φιλοσοφία ἀπὸ τῆς μιᾶς τῆς πάντων αἰτίας εἰς τὴν ὑποστάθμην τῶν ὄντων καθήκουσα, διὰ μέσων τῶν ὅλων γενῶν, θείων τε, καὶ τῶν μετὰ θεοὺς κρειττόνων, καὶ ἐν τρίτῳ, φασί, βήματι φαινομένων. ἓν γὰρ οὐδέν ἐστι τῶν καθόλου περιειρημένων τοῖς ἑκατέρωθι φιλοσόφοις ὥς τε καὶ ῥᾳδίαν εἶναι τὴν ἐφαρμογὴν τῶν βουλομένων [6] περισαρμόττειν τοῖς Αἰγυπτίοις τὰ τῶν Ἑλλήνων. Τὴν δὲ ἱερατικήν, ἥ ἐστι θεῶν θεραπεία, ἐντεῦθέν ποθεν ἀπὸ τῶν [6] περικοσμίων αἰτιῶν ἄρχεσθαι, καὶ περὶ ταῦτα πραγματεύεσθαι, περὶ ἀθανασίας ψυχῶν, ὅτι κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ Αἰγυπτίοις φιλοσοφεῖται· τῶν τε ἐν ᾅδου μυρίων λήξεων παντοίων πρὸς ἀρετὴν καὶ κακίαν ἀφωρισμένων, τῶν τε περὶ τὸν βίον μεταβολῶν μυρίων· [7] ὡς ἄλλοτε ἐν ἄλλοις σώμασιν, ἢ γένεσι ζῴων καὶ φυτῶν διατριβουσῶν. Αἰγύπτιοι δὲ ταῦτα εἰσιν οἱ πρῶτοι φιλοσοφοῦντες. ἀπὸ γὰρ τῶν Αἰγυπτίων ἕκαστα τούτων οἱ Πυθαγόρειοι ἐξήνεγκαν εἰς τοὺς Ἕλληνας.

Ἱέρατο. ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ ο μικροῦ. Ἱεράτω δέ, κατὰ νόμον ὀργιαζέτω, καὶ θυέτω. Ὀργεῶνες γάρ, οἱ θύται.

Ἱερὰ [8] τριήρης λέγοιτ' ἂν ἡ Πάραλος. οἱ δὲ [9] τὴν εἰς Δῆλον ἀπερχομένην κατ' ἔτος.

Ἱερεμίας. ὄνομα κύριον. περὶ τῶν ἁγίων ὀστῶν τοῦ Προφήτου τούτου ἐν τῷ Ἀργόλαι.

Ἱέρευσεν. ἔθυσεν.

Ἱέρεια. θύτρια.

Ἱερείας ἐνύπνιον. ἄλλοι δέ φασι, δεῖν μᾶλλον Ἱμεραίας ἐνύπνιον λέγεσθαι. Ἱμεραία δὲ γραῦς τις, ὥς φασιν, ὁρᾶν ἑαυτὴν ἔδοξεν ἀναφερομένην εἰς οὐρανοὺς καὶ εἶτα ἐλθοῦσαν εἰς τὰ τοῦ Διὸς οἰκήματα, θεάσασθαι ἄνδρα πυῤῥόν, δεδεμένον ἁλύσει σιδηρᾷ, ὑπὸ τὸν βασιλέως θρόνον. πυθομένην δὲ τίς εἴη, ὁ ἀλάστωρ, ἀκοῦσαι, τῆς Σικελίας. τὸ μὲν οὖν ἐνύπνιον ἐν τούτοις. ὕστερον δὲ χρόνοις ἰδοῦσα τυραννοῦντα τὸν Διο-

Ἵειντο. Cupiebant. Volebant.

Ἱερὰ νόσος. Hic morbus Lunæ sacer est, quoniam ab ea provenire dicitur.

Ἱέραξ. Accipiter. Avis genus.

Ἱέραξ. Unus fuit legatorum, ab Amphipolitis Athenas missorum, cum illi urbem & agrum suum Atheniensibus dedere vellent.

Ἱερὰ ὁδός. Sacra via, qua Mystæ ab urbe [Athenarum] Eleusinem eunt.

Ἱεράσασθαι. Sacra facere.

Ἱερατική. Scientia Sacerdotalis & Philosophia non ab iisdem principiis oriuntur. Nam Philosophia ab una illa omnium causa ad infima rerum descendit, omnia genera media, & a Diis secunda, & in tertio gradu collocata [pervadens.] Singula enim eorum, quæ in genere ante dicta sunt, nullius sunt momenti utriusq; sectæ Philosophis: ita ut Philosophia Græcorum & Ægyptiorum facile inter se conciliari possit. Scientia vero sacerdotalis, quæ in Deorum cultu consistit, a causis, mundum gubernantibus, incipit, & circa eas occupatur; consideratque animarum immortalitatem, de qua eodem modo Ægyptii philosophantur; infinitosque mortuorum apud inferos status, qui singulis pro virtutibus & vitiis attributi sunt; itemque varias durante vita migrationes animarum, quæ in aliis atque aliis corporibus generibusque animalium & plantarum degunt. Hujus Philosophiæ Ægyptii primi fuerunt auctores; a quibus omnia Pythagorei ad Græcos transtulerunt.

Ἱέρατο. Plusquamperfectum per o parvum. Ἱεράτω vero, secundum legem sacra celebret. Ὀργεῶνες enim, sunt sacrifici.

Ἱερὰ τριήρης. Sacra triremis dici potest ea, quæ vocabatur *Paralus*. Alii vero sic vocari tradunt illam, quæ quotannis in Delum mittebatur.

Ἱερεμίας. Nomen proprium. De sanctis ossibus hujus Prophetæ, vide in voce Ἀργόλαι.

Ἱέρευσεν. Immolavit. Sacrificavit.

Ἱέρεια. Sacrifica. Sacerdos.

Ἱερείας ἐνύπνιον. Hieriæ somnium. Alii vero dicunt dicendum potius Himeræ somnium. Himeræa vero, anus quædam, ut aiunt, visa est sibi per quietem in cœlum subduci; cumque ad domicilium Jovis pervenisset, conspexisse virum rufum catena ferrea vinctum sub Regis solio. Cum autem quæsivisset, quisnam ille esset, audiisse, Alastorem Siciliæ. Ac somnium quidem est hujusmodi. Aliquot autem annis post, cum vidisset Dionysium, tunc [Siciliæ]

1 Ἱερὰ νόσος. αὕτη τῇ σελ.] Ex Artemidoro l. II. c. XII. p. 100. ubi tamen locus hic paulo aliter legitur.

2 Ὑπὸ γὰρ ταύτης γίν.] Lego, ὑπὸ γὰρ ταύτης αὐτὴν γίνεσθαί φασι. Quæ autem in prioribus Edit. sequuntur (Κίρκος. Κίρκος κυδαίνει. & cætera, quæ leguntur infra v. Κίρκος) hic expungenda censui, quoniam nemo non videt ea ad hunc locum minime pertinere, sed ad vocem Κίρκος.

3 Ἱέραξ. εἷς ἦν τῶν ὑπ' Ἀμφιπ.] Eadem leguntur apud Harpocrationem, ex quo Suidas sua descripsit.

4 Ἱερὰ ὁδός.] Ex Harpocratione, apud quem plura leguntur. Vide etiam Meursium *Eleusin.* c. XXVII.

5 Ἱερατική, καὶ φιλοσοφία, οὐκ ἀπὸ τῶν αὐτῶν ἄρχ. ἀρχ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, redolent stilum Damascii, ex quo ea deprompta esse nullus dubito.

6 Περικοσμίων] Hanc lectionem ex *MSS.* revocavi. In prioribus enim Edit. mendose legitur περισαρμόττειν.

7 Ὡς ἄλλοτε] Sic in *MSS.* Parif. B. recte scriptum est. In prioribus vero Edit. excusum est ἄλλως τε.

8 Ἱερὰ τριήρης λέγ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Πάραλος.

9 Οἱ δὲ τὴν εἰς Δῆλον ἀπερχ.] De navi, quæ ab Atheniensibus quotannis sacrorum causa in Delum insulam mittebatur, & Θεωρὶς vocabatur, vide Suidam v. Θεωρίς, & Meurs. in *Theseo* c. XVI.

νύσιον

νύσιον τό, τε ὄναρ πολλοῖς διηγήσατο, καὶ αὐτὸν εἶναι τὸν τεθεαμένον ἀπήγγελεν· ἣν ὀργισθεὶς ἀπέκτεινε Διονύσιος.

Ἱερεῖον. θῦμα πᾶν, τὸ θυόμενον θεῷ.

Ἱερείτης. ὁ ἱερεύς.

Ἱερή. θαυμαστή.

Ἱεριχώ. ὄνομα πόλεως. καὶ Ἱεριχούντια τείχη, διὰ τοῦ ι. Σεμιράμεια δὲ, διὰ διφθόγγου.

Ἱεροβάαλ. [1] οὕτως ἐκαλεῖτο ὁ Γεδεὼν διὰ τὸ καταβαλεῖν τὸ ἱερὸν τοῦ Βάαλ.

Ἱεροβοάμ, ἀδελφὸς Γεδεὼν, [2] πλείστας εἶχε γυναῖκας, ἐξ ὧν υἱοὺς ο΄ ἐπεποίητο, [3] καὶ ἕνα ἐκ παλλακῆς. [4] Ὅτι Ἰωάθαμ εἰς Γαριζὶν ἐλθὼν (ὅπερ ἅγιον ὄρος ἑρμηνεύεται) μῦθόν τινα διηγησάμενος προεδήλωσε τοῦτε Ἀβιμέλεχ καὶ τῶν ὑπηκόων τὰς μελλούσας ἔχθρας ἀποβήσεσθαι. Ἱεροβοὰμ ὑπονοήσας, εἰ ἀπέρχοιτο ὁ λαὸς εἰς Ἱερουσαλὴμ προσκυνήσων, ἐπιστρέψειν αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀποστασίας ἐπὶ τὸ Δαβὶδ γένος, δαμάλεις δύο χρυσᾶς, τὴν μὲν ἐν Βεθὴλ, τὴν δὲ ἐν Φυλῇ Δὰν ἀναθεὶς, ἐκέλευε τούτους ἡγεῖσθαι θεοὺς, οἳ ἐξήγαγον τοὺς πατέρας ἐκ γῆς Αἰγύπτου. κἀνταῦθα προσκυνεῖν ἐδικαίου παραιτουμένους Ἱερουσαλὴμ, προφάσει πορείας πολλῆς· ἱερεῖς τε, ὡς ἔτυχεν, ἐπέστησε, καὶ τοὺς Λευίτας ἐξέωσεν εἰς Ἱερουσαλὴμ, ἑορτὰς δὲ τὰς αὐτὰς ἔταξε ταῖς ἐν τῷ Ναῷ. καὶ ὁ λαὸς εὐδιάφθορος ὢν ἐξηκολούθησεν οὐκ ἄκων.

Ἱεροβοάμ. [5] οὗτος κατασκευάσας βασίλειον ἐν Σικίμῳ πόλει, ἐν ταύτῃ τὴν δίαιταν εἶχε. κατεσκεύασε δὲ καὶ ἐν Φανουὴλ πόλει λεγομένῃ. μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς Σκηνοπηγίας ἑορτῆς ἐνίστασθαι μελλούσης, λογισάμενος, ὡς, ἐὰν ἐπιτρέψῃ τῷ πλήθει προσκυνῆσαι τὸν θεὸν εἰς Ἱεροσόλυμα πορευθέντι, καὶ ἐκεῖ τὴν ἑορτὴν διαγαγεῖν, μετανοῆσαν ἴσως, καὶ δελεασθὲν ὑπὸ τοῦ ναοῦ, καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἐν αὐτῷ τοῦ θεοῦ, καταλείψει μὲν αὐτὸν, προσχωρήσει δὲ τῷ πρώτῳ βασιλεῖ, καὶ κινδυνεύσει τούτου γενομένου τὴν ψυχὴν ἀποβαλεῖν· ἐπιτεχνᾶταί τι τοιοῦτον. Δύο ποιήσας δαμάλεις χρυσᾶς, καὶ οἰκοδομήσας ναΐσκους τοσούτους, ἕνα μὲν ἐν Βεθὴλ πόλει, τὸν δὲ ἕτερον ἐν Δάνῃ (ἣ δ' ἐστι πρὸς ταῖς πηγαῖς τοῦ μικροῦ Ἰορδάνου) τίθησι τὰς δαμάλεις ἐν ἑκατέρῳ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ναΐσκων, καὶ παρῄνει αὐτοὺς θῦσαι ταύταις.

Ἱεροβοάμ. βασιλεὺς ἕτερος τῶν Ἰσραηλιτῶν ἔτη μ΄. ὃς τὰ μὲν εἰς θεὸν ἀσεβὴς ἦν καὶ παράνομος δεινῶς ἐγένετο, εἴδωλά τε σεβόμενος, καὶ πολλοῖς ἀτόποις καὶ ξένοις ἐγχειρῶν ἔργοις· ὃς τῷ λαῷ τῶν Ἰσραηλιτῶν μυρίων κακῶν αἴτιος ὑπῆρχεν.

imperantem, somnium hoc multis narravit, dicens, hunc ipsum esse, quem in somnis vidisset. Dionysius igitur iratus eam interfici jussit.

Ἱερεῖον. Omnis victima, quæ Deo immolatur.

Ἱερείτης. Sacerdos.

Ἱερή. Admirabilis.

Ἱεριχώ. Hiericho. Nomen urbis. Et mœnia Ἱεριχούντια, per ι scribitur: at Σεμιράμεια, per diphthongum ει.

Ἱεροβάαλ. Ita vocabatur Gedeon, quod demolitus esset templum Baal.

Ἱεροβοάμ. Hieroboam, frater Gedeonis. Plurimas habuit uxores, ex quibus filios LXX. suscepit, & unum ex pellice. Joatham in Garizin, (i. e. montem sanctum) profectus, fabula quadam narrata, prædixit inimicitias inter Abimelechum & ipsius subditos futuras. † Hieroboam vero suspicatus, si populus Hierosolyma Deum adoraturus proficisceretur, fore, ut pœnitentia defectionis ductus imperio Regum, a Davide genus trahentium, se rursus subjiceret, duos vitulos aureos, alterum in Bethel, & alterum in Tribu Dan erexit, eosque pro Diis coli jussit, qui majores suos ex Ægypto eduxissent. Illis igitur in locis Deum adorari voluit, omissis Hierosolymis, longum iter causatus; & sacerdotes, temere [delectos, novis sacris] præfecit, Levitasque pulsos Hierosolyma migrare coegit, & festa eadem, quæ in Templo celebrabantur, instituit. Populus igitur, facile se corrumpi sinens, haud invitus eum secutus est.

Ἱεροβοάμ. Hic in urbe Sicimo regiam ædificauit, ibique domicilium habuit. Extruxit etiam [alteram regiam] in urbe, Phanuel appellata. Non multo post autem, cum instaret celebratio festi Scenopegiæ, reputans secum, si populo permitteret, ut Hierosolymis Deum adoraret, ibique festum celebraret, futurum, ut fortasse pœnitentia ductus, & amore Templi cultusque divini captus, a se ad priorem Regem rursus deficeret, & hoc facto in capitis discrimen ipse adduceretur; tale quid excogitavit. Duos vitulos ex auro fecit, & constructis totidem delubris, altero in urbe Bethel, & altero in Dan (quod oppidum situm est ad fontes minoris Jordanis) vitulos in utriusque urbis delubris collocavit, & populum illis sacra facere jussit.

Ἱεροβοάμ. Rex alius Israelitarum, qui annos XL. regnavit, & in Deum summe fuit impius, ejusque mandata violavit. Idem etiam simulacra coluit, multaque absurda & insolita patravit, & populum Israeliticum in infinita mala conjecit.

1 Ἱεροβάαλ. οὕτως ἐκαλ.] Vide *Judic.* c. VIII.

2 Πλείστας εἶχε γυναῖκας, ἐξ ὧν υἱούς] Hæc intelligenda sunt de Gedeone. Illi enim LXX. erant filii, ut legimus Judic. cap. VIII.

3 Καὶ ἕνα ἐκ παλλακῆς] Is erat Abimelechus. Vide supra v. Ἀβιμέλεχ.

4 Ἰωάθαμ] In prioribus Edit. mendose legitur Ἰωάθαν, cujus loco scribendum esse Ἰωάθαμ patet ex *Judic.* c. IX.

5 Ἱεροβοάμ. οὗτος κατασκευάσας βασίλειον ἐν Σικ] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Josepho *Antiq. Judaic.* L. VIII. c. 3.

Ἱερογλυφικὰ ἔγραψεν ὁ Χαιρήμων.

Ἱερογραμματεῖς. οὗτοι παρ' Αἰγυπτίοις ἦσαν δεινοὶ καὶ περὶ τῶν μελλόντων τὴν ἀλήθειαν εἰπεῖν. καὶ τούτων τὶς ἀναγγέλλει τῷ βασιλεῖ, τεχθήσεσθαί τινα κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῖς Ἰσραηλίταις, ὃς ταπεινώσει μὲν τὴν Αἰγυπτίων ἡγεμονίαν, αὐξήσει δὲ τοὺς Ἰσραηλίτας, τραφεὶς, ἀρετῇ τε πάντας ὑπερβαλεῖ, καὶ δόξαν ἀείμνηστον κτήσεται· περὶ Μωϋσέως λέγων. Καὶ αὖθις. [1] Εὐήνης, Αἰγυπτίων βασιλεὺς, δίκαιος πάνυ. ἕπεται δὲ τῷ τρόπῳ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ἄλλα μὲν ἐκ θεοῦ ἀγαθά· καὶ μέν τοι καὶ Ἱερογραμματέα ᾄδουσιν οἱ Αἰγύπτιοι λόγοι κατ' αὐτὸν γενέσθαι θεοφιλῆ τε, καὶ ἐς πολλὰ λυσιτελῆ, ὄνομα αὐτῷ Ἰαχίμ· ὅν φασι περιάπτων καὶ ἐπαοιδῶν ἔμπειρον γενέσθαι.

Ἱεροκήρυξ.

Ἱεροκλῆς. [2] Φιλόσοφος, Ἀλεξανδρεύς. οὗτος [3] μετὰ τοῦ ἀτρέπτου καὶ μεγαλοπρεποῦς εὔρους τε τῆς διανοίας εἰς ὑπερβολὴν, καὶ διαφέρων εὐγλωττίᾳ, καὶ εὐπορίᾳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπληττε πανταχοῦ τοὺς ἀκροωμένους. ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μαθητὴς [4] Θεοσέβιος, ἀνὴρ, εἴπερ τις ἕτερος, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, εἰωθὼς ἀποβλέπειν ἐς τὰς ἀνθρώπων ψυχάς. ἔλεγε γὰρ ὁ αὐτὸς Θεοσέβιος, ἐξηγούμενον φάναι ποτὲ τὸν Ἱεροκλέα, κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους· ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ, ὅπη ἂν πέσωσι. τοῦ δὲ Ἱεροκλέους τὸ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλόθυμον ἦθος ἀπέδειξεν ἡ συμβᾶσα τύχη περὶ αὐτόν. εἰς γὰρ τὸ Βυζάντιον ἀνελθὼν [5] προσέκρουσε τοῖς κρατοῦσι, καὶ εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς ἐτύπτετο [6] τὰς ἐξ ἀνθρώπων πλη-

Ἱερογλυφικά. Hieroglyphica scripsit Chæremon.

Ἱερογραμματεῖς. Sacri scribæ. *Hi apud Ægyptios erant valde periti futura prædicendi: quorum quidam Regi prædixit, quendam illo tempore nasciturum esse apud Israelitas, qui, adultior factus, Ægyptiorum potentiam labefactaturus, Israelitarum vero opibus incrementum allaturus, omnesque virtute superaturus, & gloriam immortalem consecuturus esset:* de Mose loquens. Et iterum: Euenes, Ægyptiorum Rex, valde justus fuit. Hujus viri virtutem & alia bona divinitus comitata sunt, & illud, quod, ut Ægyptiorum historiæ tradunt, ejus tempore sacer aliquis scriba exstiterit, singularibus a Deo dotibus instructus, & ad multa utilis, nomine Jachim: quem amuletorum & incantationum peritum fuisse perhibent.

Ἱεροκήρυξ. Sacer præco.

Ἱεροκλῆς. Hierocles, Philosophus Alexandrinus. Hic non solum erat venerabilis & magnificus, sed etiam insigni ingenii ubertate præditus, & copiose ornateque dicendi facultate excellens, adeo ut auditores suos ubique in admirationem raperet. Habuit autem & discipulum Theosebium, virum, si quisquam alius eorum, quos quidem novimus, solitum in hominum animos inspicere. Hic Theosebius ajebat, Hieroclem aliquando inter docendum dixisse: Socratis sermones tesseris esse similes: nunquam enim eos cadere, quacunque cecidissent. Hieroclis autem animum virilem & generosum adversa ejus fortuna demonstravit. Cum enim Byzantium profectus Christianos offendisset, in judicium ductus, & verberibus

1 Εὐήνης] In *MS.* Paris. B. scriptum est Συήνης, uti etiam supra v. Ἰαχίμ, ubi fragmentum hoc itidem legitur.

2 Ἱεροκλῆς. φιλόσοφος, Ἀλεξ.] Totum hunc articulum descripsisse Suidam ex Damascii Vita Isidori Philosophi, vel ex Photio patet; apud quem in Excerptis ex illa Vita, Cod. CCXLII. p. 1037. nonnulla eorum, quæ hic de Hierocle Grammaticus noster habet, αὐτολεξεὶ leguntur.

3 Μετὰ τοῦ ἀτρέπτου] Apud Photium loco laudato legitur στερροῦ, quam lectionem in versione secutus sum.

4 Θεοσέβιος] Hujus Theosebii meminit Photius loco citato.

5 Προσέκρουσε τοῖς κρατοῦσι] Ut hic locus recte intelligatur, sciendum est, non solum Hieroclem, sed etiam Damascium, qui hæc de Hierocle memoriæ prodidit, fuisse gentilem; & Christianos interdum a gentilibus appellatos fuisse κρατοῦντας (quo sensu vox ista hoc loco accipienda est) & religionem illorum τὴν κρατοῦσαν, i. e *prævalentem*, ut erudite ostendit accuratissimus Valesius ad Euseb. *Histor. Eccles.* p. 62, 63. cujus verba hic excerpere operæ pretium duco. "Hinc factum est, inquit, ut Christana religio a "gentilibus tandem vocata fuerit ἡ κρατοῦσα δόξα, & Christiani "κρατοῦντες dicerentur. Ita Damascius in Isidori Vita p. 1058. de "Petro Mongo loquens Alexandrinæ urbis Episcopo: ὁ δὲ τῆς κρατούσης δόξης ἐπισκοπεῖν εἰληχὼς, ὄνομα Πέτρος, &c. i. e. *Is "vero qui prævalentis tunc religionis Episcopus erat.* Idem rursus "p. 1072. de Ammonio loquens: Ὁμολογίας τίθεται πρὸς τὸν ἐπισκοποῦντα τὸ τηνικαῦτα τὴν κρατοῦσαν δόξαν. i. e. *Paciscitur cum "eo, qui tunc temporis Episcopus erat prævalentis sectæ;* Christianorum scilicet. Denique idem Damascius apud Suidam v. Σεβηριανός. Τοῦτο, inquit, κατεπηγγείλατο Ζήνων βασιλεὺς, εἰ γένοιτο τῶν κρατούντων, τὴν μετὰ βασιλέα μεγίστην ἀρχήν. i. e. *Huic Zeno "Augustus maximam ab Imperatore dignitatem, præfecturam scilicet Prætorii, promisit, dummodo Christianus fieret.* Sed & Porphyrius longe ante Damascium ita locutus fuerat in libro *de Oraculorum Philosophia.* cujus locum adduxit Eusebius in libro nono "*Præpar. Evang.* c. 10. & Theodoritus in libro 1. *de Curatione "Græcanicæ superstitionis:* Χαλκόδετος γὰρ ἡ πρὸς θεοὺς ὁδὸς, αἰπεινή τε καὶ τραχεῖα, ἧς πολλὰς ἀτραποὺς βάρβαροι μὲν ἐξεῦρον, Ἕλληνες δὲ ἐπλανήθησαν, οἱ δὲ κρατοῦντες ἤδη καὶ διέφθειραν. i. e. "*Via quidem, quæ ducit ad Deos, ære munita est, & ardua atque "aspera: cujus plurimos quidem calles Barbari repererunt; Græci "vero ab ea longius aberrarunt; qui autem nunc prævalent, prorsus "corruperunt.* Ex iis intelligendus est Juliani locus *Misopogone* p. "99. Καὶ ὁ μὲν θεὸς ἐμαρτύρησέ μου τοῖς λόγοις, ἐκλιπὼν τὸ προάστειον, ὃ πολλῷ ἐτήρησε χρόνῳ, ἐν ἐκείνῃ τῇ ζάλῃ, τρέψας ἀλλαχοῦ τῶν κρατούντων τὴν διάνοιαν, καὶ τὰς χεῖρας βιασάμενος. Quæ "sic interpretor: *Meamque orationem Deus testimonio suo comprobavit: quod utinam nunquam fecisset, relicto suburbano, quod tamdiu servaverat, cum eorum, qui tunc temporis prævalebant, in illa tempestate ac procella mentes alio avertisset, manusque repressisset.* "Tempestatem ac procellam vocat Constantiniana tempora, quibus templa Deorum toto pene Orbe terrarum subversa fuerant a "Christianis; quorum tamen manus Apollinis Daphnæi templum "effugerat." Hæc Valesii verba, quoniam locum hunc Suidæ (cujus verum sensum ne per somnium quidem priores interpretes viderant) mirifice illustrant, observationemque prorsus singularem continent, hic describere operæ pretium duxi.

6 Τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς] Pearsonius ad marginem Suidæ sui locum aliquem Æschinis ex Orat. contra Timarchum annotavit, in quo eadem phrasis, qua Damascius hic usus est, occurrit. Ait enim Æschines: Δήσαντες πρὸς τὸν κίονα αὐτὸν τὸν Πιττάλακον ἐμαστίγουν τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς, &c. In Edit. Hieron. Wolfii (quam nunc solam penes me habeo) p. 179. legitur τὰς ἐξανθρώπους πληγάς: quam tamen lectionem ex ingenio suo confinxisse Wolfium non dubito. Cæterum, de loco hoc Suidæ interpretando & emendando diversæ sunt quorundam doctorum virorum sententiæ. Johannes Curterius enim, Latinus Hieroclis interpres, pro ἐξ ἀνθρώπων legit ἀπανθρώπως, & locum hunc sic vertit, *plagisque crudelissime acceptus fuit.* Mericus Casaubonus vero emendationem hanc Curterii rejicit, scribendumque potius censet τὰς ἑξ ἀνθρώπων: qui quare ita senserit, non melius quam ipsius verbis Lectorem docere poterimus. Ait igitur: "Res expedita & plana, "si sine ulla literarum, sola spiritus mutatione, legamus, τὰς ἑξ "ἀνθρώπων. Sex lictores intelligit, qui Prætoribus provincialibus, ut & Procoss. assidui comites, potestatis eorum præcipua insignia. Unde & ipse magistratus ἀρχὴ ἑξαπέλεκυς, i. e. *potestas "sex securium,* sive *prætura*, Polybio non semel dictus. An fortasse peculiaris aliquis Byzantii magistratus οἱ ἑξ ἄνθρωποι dictus, "qualis qui Romæ *Triumviri*; & Athenis οἱ ἕνδεκα, de quibus "tot locis Plato? Ut autem Græcus hic scriptor ἑξ ἀνθρώπων πληγάς, i. e. *Sevirales plagas*: ita Horatius (quo nihil similius esse "queat) *Triumviralia flagella* in *Epodis* dixit." Hæc Mericus Casaubonus: de cujus conjectura liberum Lectori judicium relinquo.

γάς.

γάς. ῥεόμενος δὲ τῷ αἵματι, βάψας κοίλην τὴν χεῖρα, προσραίνει τὸν δικαστὴν ἅμα λέγων·

Κύκλωψ, [1] τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα.

Φυγὴν δὲ καταγνωσθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, συνεφιλοσόφει τὰ εἰωθότα τοῖς πλησιάζουσιν. ἔξεστι δὲ μαθεῖν τοῦ Ἱεροκλέους μεγαλογνώμονα φρόνησιν ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων, [2] ὧν γέγραφεν εἰς τὰ Χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθαγορείων [3] βιβλίων· [4] καὶ περὶ Προνοίας ἐν ἑτέροις βιβλίοις συχνοῖς· ἐν οἷς φαίνεται ὁ ἀνὴρ τὸ μὲν ζωὴν ὑψηλόφρων, [5] τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἀκριβής.

Ἱερολογία. ἡ θεία λειτουργία.

Ἱερομηνία. ἱερὰ ἑορτὴ κατὰ μῆνα.

Ἱερομηνίαι. [6] αἱ ἑορτώδεις ἡμέραι ἱερομηνίαι καλοῦνται. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους.

Ἱερομνήμονες. οἱ εἰς Πυλαίαν ἐκπεμπόμενοι γραμματεῖς.

Ἱερομνήμονες. [7] οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τῶν Ἀμφικτυόνων συνέδριον ἐξ ἑκάστης πόλεως, τῶν τοῦ συνεδρίου μετεχουσῶν, οὕτω καλοῦνται.

Ἱερομύστης. ἱερὰ μυστήρια εἰσηγούμενος. ἅγιος.

Ἱερόν. ἅγιον. τῷ θεῷ ἀνατεθειμένον. [8] ἱερὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἀνατεθειμένον τοῖς θεοῖς. καὶ παροιμία· [9] Ἱερὸν ἡ συμβουλή. ἐπὶ τῶν δεινῶν συμβουλεύειν.

Ἱερὸν ἰχθύν. [10] Ὅμηρος [11] τὸν ἄνετον καὶ αὐτεξούσιον λέγει· οὐ τὸν κάλλιχθυν, ἢ τὸν πομπίλον, ὥς τινες.

Ἱερόν [12] τι νεωκορήσας. εὐφημότερον, ἀντὶ τοῦ ἱερατεύσας.

Ἱερόπτον. ὄνομα πόλεως.

Ἱεροσόλυμα. ὄνομα πόλεως.

cæsus, sanguinem, quo manabat, cava manu excepit, eoque judicem aspersit, dicens: *Ecce, Cyclops, bibe vinum, postquam humanam carnem devorasti.* Cum autem post exilium, quo mulctatus erat, Alexandriam tandem rediisset, more solito discipulis suis philosophiam exposuit. Mentis ejus sublimitas perspici potest ex commentariis, quos scripsit in *Aurea Carmina Pythagoreorum*; itemque ex multis aliis ejus libris *de Providentia*: ex quibus apparet, virum illum animo quidem excelso, sed scientia minus accurata, præditum fuisse.

Ἱερολογία. Liturgia sacra.

Ἱερομηνία. Sacrum festum, quod singulis mensibus celebratur.

Ἱερομηνίαι. Dies festi vocantur Ἱερομηνίαι. Demosthenes in oratione contra Timocratem.

Ἱερομνήμονες. Sacri scribæ, qui ad Pylæam mittebantur.

Ἱερομνήμονες. Ita vocabantur, qui ad Amphictyonicum concilium mittebantur ex singulis civitatibus, quæ illius concilii participes erant.

Ἱερομύστης. Sacrorum mysteriorum doctor & interpres. Sanctus.

Ἱερόν. Sanctum. Deo consecratum. Sanctũ enim vocant quidquid Diis est consecratum. Et proverbiũ: *Res est sacra consilium.* De iis, qui consiliis pollent.

Ἱερὸν ἰχθύν. Sacrum piscem. Homerus sic vocat piscem Deo alicui dicatum, & naturali libertati restitutum; non autem callichthyn, vel pompilum, ut quidam putant.

Ἱερόν τι νεωκορήσας. Euphemiæ causa dicitur pro ἱεροσυλήσας, i. e. qui templum spoliavit.

Ἱερόπτον. Nomen urbis.

Ἱεροσόλυμα. Hierosolyma. Nomen urbis.

1 Κύκλωψ. τῆ, πίε οἶνον ἐπ.] Est versus Homericus Odyss. I. 347.

2 Ὧν γέγραφεν εἰς τὰ Χρυσᾶ ἔπη τῶν Πυθ.] Commentarius Hieroclis in *Aurea Carmina Pythagoreorum*, & ipse sane aureus, hodieque exstat, & non sine summa voluptate ab eruditis legitur.

3 Βιβλίων] Vocem hanc delendam censeo. Est enim supervacanea, & sensum potius turbat, quam adjuvat.

4 Καὶ περὶ Προνοίας] Hoc opus libris VII. constabat: ex quo excerpta quædam supersunt adhuc apud Photium in Bibliotheca Cod. CCXIV. & CCLI. Præterea, ejusdem operis exstat epitome quædam, a Federico Morello e Bibliotheca Regia Lutetiæ edita; sed quam nihil aliud esse quam ex Excerptis Photii iterum excerpta, & in alium ordinem digesta, ostendit vir solidæ eruditionis Joannes Pearsonius in Prolegomenis in Hieroclem. Præter scripta autem, a Suida memorata, Hierocles alia quoque ingenii monumenta reliquerat: veluti Λόγους Φιλαλήθεις, (in quo opere impium adversus religionem Christianam stilũ strinxerat, & Apolloniũ Tyaneũ Christo Deo nostro comparaverat, æquaverat & prætulerat) item Φιλοσοφούμενα, a Suida bis citata; de quibus, uti & aliis viri illius scriptis vide modo laudatum Joann. Pearsonium in eruditissimis Prolegomenis in Hieroclem.

5 Τὴν δὲ γνῶσιν οὐκ ἀκριβής] Curterius vocem οὐκ ex textu hic ejiciendam censet; sed retinendam contendit sæpe laudatus Pearsonius, qui de hoc loco Suidæ accurate disputat in Prolegomenis in Hieroclem.

6 Ἱερομηνίαι] Ex Harpocratione.

7 Ἱερομνήμονες. οἱ πεμπόμενοι εἰς τὸ τ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Πυλαία.

8 Ἱερὸν γὰρ λέγουσι πᾶν τὸ ἀνατεθειμ. τοῖς θεοῖς] Hæc verba deprompta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Plutum*, p. 92.

9 Ἱερὸν ἡ συμβουλή] Vide Schottum ad Zenobium Centur. IV. Adag. XL.

10 Ὅμηρος] Locus Homeri, ad quem hæc nota Suidæ referenda est, exstat Il. Π. v. 407.

11 Τὸν ἄνετον καὶ αὐτ.] Varias opiniones veterum de pisce, quem Homerus ἱερὸν vocat, recenset Athen. l. VII. c. VII. & ex eo Eustathius ad Il. Π. p. 1067.

12 Ἱερόν τι νεωκορήσας. εὐφημότ. ἀντὶ τοῦ ἱερατ.] Diu, fateor, in loco hoc interpretando aqua mihi hæsit, donec tandem animadverterem, pro ἱερατεύσας legendum esse ἱεροσυλήσας: cujus emendationis ope omnes tenebræ, quæ notam hanc Suidæ antea obscurabant, penitus discutiuntur. Sensus enim est, verbum νεωκορεῖν (quod proprie dicitur de ædito, templum verrente & mundante) interdum etiam euphemiæ gratia (vel potius, sensu joculari & Comico) significare ἱεροσυλῆσαι, i. e. *templum spoliare.* Vox enim κορεῖν quandoque significat locum aliquem inanem & vacuum reddere, rebus, quæ in eo erant, e medio sublatis: quo sensu capitur apud Aristoph. in *Pace*, p. 627.

Κατεῖχε τὸ κόρημα, μὴ κόρει τὴν Ἑλλάδα·

ad quem locum recte vetus enarrator inquit: Τὸ δὲ μὴ κόρει, ἀντὶ τοῦ ἔρημον οἰκητόρων μὴ ποίει διὰ τῶν πολέμων. i. e. *Μὴ κόρει autem significat, ne [Græciam] habitatoribus vacuam reddas per bella.* Lego enim διὰ τῶν πολέμων, ut apud Suidam v. Κόρημα. Eodem modo verbum *verrere* apud Latinos non solum significat locum aliquem a sordibus purgare, sed etiam quibuscunque aliis rebus & ornamentis spoliare: quod vel ex Cicerone patet, qui Orat. VII. in Verrem, in nomen Verris eleganter ludens inquit: *Etenim, quam tu domum, quam urbem adiisti, quod fanum denique, quod non eversum atque extersum reliquisti?* Id est, quod non expilasti, & ornamentis suis spoliasti. Ne cui autem ullum de veritate emendationis, quam hic attuli, dubium relinquatur, videndus est Suidas infra v. Νεωκορεῖν, ubi vox illa expresse per ἱεροσυλεῖν exponitur.

Ἱερὸς [1] πόλεμος. δύο ἐγένοντο ἱεροὶ πόλεμοι Ἀθηναίοις· εἷς μὲν πρὸς Βοιωτοὺς, βουλομένους ἀφελέσθαι Φωκέων τὸ μαντεῖον. νικήσαντες δὲ Φωκεῦσι πάλιν ἀπέδωκαν. [2] ὁ δὲ ἕτερος Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδαιμονίους ὑπὲρ Φωκέων, διὰ τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερόν.

Ἱερὸς λέγεται καὶ ὁ εὐσεβής.

Ἱερουσαλήμ. ὄνομα πόλεως. Ζήτει τὴν ἅλωσιν αὐτῆς ἐν τῷ Ἀντίοχος.

Ἱεροφάντης. μυσταγωγός. ἱερεύς. [3] Καὶ ὡς [4] οὐ μέλει τῷ Ἀθηναίῳ θεῷ δεῖξαι Φλεγόμενος, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων ἐς τὸ μέγαρον ἔνθα δήπου τῷ μὲν ἱεροφάντῃ μόνῳ παρελθεῖν θεμιτὸν ἦν κατὰ τὸν τῆς τελετῆς νόμον, ἐκείνῳ δὲ οὐκ ἐξῆν. ἐπεὶ δὲ ἐτολμήθη οἱ τὸ τόλμημα, φρίκη τις αὐτὸν περιέρχεται, καὶ νοσεῖ νόσον μακροτάτην.

Ἱεροφάντης. [5] οὕτω φασὶ τὸν πρῶτον ὀνομασθῆναι ἱεροφάντην, τὸν ἀποφήναντα [6] ἐκ τοῦ πολέμου ἀπιόντα τὰ ἱερά.

Ἱεροφάνων. μεγαλοφώνων.

Ἱερῷ. θείῳ. ἤτοι μεγάλῳ.

Ἱέρων. [7] οὗτος τύραννος ἦν, ὃς πρῶτον μὲν δι' ἑαυτοῦ κατεκτήσατο τὴν τῶν Συρακουσίων βασιλείαν, καὶ τὴν τῶν συμμάχων ἀρχὴν, οὐ πλοῦτον, οὐ δόξαν, οὐχ ἕτερον ἐκ τῆς τύχης ἕτοιμον παραλαβών· καὶ μὴν οὐκ ἀποκτείνας, οὐ φυγαδεύσας, [8] οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν. καὶ διεφύλαξε τὸν αὐτὸν τρόπον. ἔτη γὰρ ν' καὶ δ' βασιλεύσας διετήρησε μὲν τῇ πατρίδι τὴν εἰρήνην, διεφύλαξε δ' αὑτῷ τὴν ἀρχὴν ἀνεπιβούλευτον· διέφυγε δὲ τὸν ταῖς ὑπεροχαῖς παρεπόμενον φθόνον. ὅς γε πολλάκις ἐπιβαλλόμενος ἀποθέσθαι τὴν δυναστείαν, ἐκωλύθη κατὰ κοινὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν. εὐεργετικώτατος δὲ [9] καὶ φιλοδοξότατος ὢν, ἐν περιουσίᾳ δὲ, καὶ τρυφῇ, καὶ δαψιλείᾳ πολλῇ διαγενόμενος, ἐβίωσε πλείω τῶν ϟ' ἐτῶν· διεφύλαξε δὲ τὰς αἰσθήσεις πάσας, καὶ τὰ μέρη τοῦ σώματος ἀβλαβῆ. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ σημεῖον οὐ μικρὸν, ἀλλὰ παμμέγεθες εἶναι, βίου σώφρονος.

Ἱερώνυμος. [10] τύραννος γέγονεν οὗτος. Τινὲς δὲ τῶν λογογράφων τῶν ὑπὲρ τῆς καταστροφῆς αὐτοῦ γεγραφότων, [11] πολλήν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ τῶν δει-

Ἱερὸς πόλεμος. Sacrum bellum. Duo sacra bella gesserunt Athenienses. Unum quidem adversus Bœotos, qui Phocensibus Oraculum adimere volebant. Eo igitur cum victores exstitissent, Phocensibus id restituerunt. Alterum vero iidem Athenienses gesserunt pro Phocensibus contra Lacedæmonios, templi Delphici causa.

Ἱερός. Sic dicitur etiam pius.

Ἱερουσαλήμ. Nomen urbis. De ejus expugnatione vide in v. Ἀντίοχος.

Ἱεροφάντης. Qui mysteriis alios initiat. Sacerdos. *Ostendere volens, Deum non curare res humanas, irrupit in ipsum adytum; quo videlicet secundum leges mysteriorum soli Hierophantæ intrare licebat. Cum vero audacissimum hoc facinus patrasset, horror illum invasit & morbo longissimo laborare cœpit.*

Ἱεροφάντης. Tradunt primum hierophantam vocatum esse illum, qui sacra Eumolpi [populo] ostendit.

Ἱεροφάνων. Qui magna voce præditi sunt.

Ἱερῷ. Sacro. Divino. Item, magno.

Ἱέρων. Hiero. Hic tyrannus fuit: qui primum quidem sua industria Syracusanorum & sociorum principatum sibi comparavit, cum nec opes, nec gloriam, nec aliud quidquam a fortuna paratum habuisset; quinetiam neminem civium occidisset, vel exilio mulctasset, molestiave aliqua affecisset. Iisdem vero artibus, [quibus regnum sibi pepererat,] etiam postea conservavit. Nam cum annos LIV. regnaverit, patriæ quidem suæ pacem, sibi vero securum ab insidiis regnum præstitit; & invidiam, quæ summa quæque comitari solet, effugit. Qui cum sæpius principatu se abdicare tentasset, a civibus publice est prohibitus. Cumque esset liberalissimus, gloriæq; cupidissimus, & in rerum omnium abundantia, & deliciis, summaque copia vitam ageret, annos amplius XC. vixit, omnesq; sensus & cuncta corporis membra illæsa & sana retinuit: quod mihi quidem maximum temperantiæ argumentum esse videtur.

Ἱερώνυμος. Hic fuit tyrannus: de cujus morte qui scripserunt Historici, multa verba fecerunt de rebus atrocibus, quæ in ipsius obitu

1 Ἱερὸς πόλεμος. δύο ἐγένοντο ἱερ.] Locum hunc descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* p. 567, 568.

2 Ὁ δὲ ἕτερος Ἀθηναίοις πρὸς Λακεδ.] Vide Thucydidem l. I. c. CXII.

3 Καὶ ὡς οὐ μέλει τῷ Ἀθ.] Fragmentum hoc, cujus pars legitur etiam supra v. Εὐνοῦχος, & infra v. Μέγαρον, ad Ælianum refert Kuhnius.

4 Οὐ μέλει τῷ Ἀθηναίῳ θεῷ] Hæc corruptissima sunt, quæ infra v. Μέγαρον recte sic leguntur, ὡς οὐ μέλει τῶν ἀνθρωπίνων τῷ θεῷ. Lectionem hanc in versione secutus sum.

5 Ἱεροφάντης. οὕτω φ.] Ex Harpocratione.

6 Ἐκ τοῦ πολέμου.] Lege ex Harpocratione, ἐκ τοῦ Εὐμόλπου: quam lectionem in versione secutus sum. Vide Meurs. *Eleusin.* c. XIII.

7 Ἱέρων. οὗτος τύραννος ἦν, ὃς πρῶτ.] Totus hic locus de Hierone verbatim legitur apud Constantinum Porphyrog. in Excerptis, a Valesio editis, p. 10. unde eum Suidas descripsit.

8 Οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν, καὶ διεφύλ.] Hic locus ex Collectaneis Constantini sic supplendus & emendandus est: Οὐ λυπήσας οὐδένα τῶν πολιτῶν, δι' αὑτοῦ βασιλεὺς κατέστη τῶν Συρακουσίων· ὃ πάντων ἐστὶ παραδοξότατον. ἔτι δὲ τὸ μὴ μόνον κτήσασθαι τὴν ἀρχὴν οὕτως, ἀλλὰ καὶ διαφυλάξαι τὸν αὐτὸν τρόπον. i. e. interprete Valesio: *Nemine e civibus molestia affecto, suo Marte Syracusanorum regnum est adeptus, quod quidem maximam habet admirationem. Illud vero non minus mirabile, quod regnum non modo ita est assecutus, sed etiam iisdem artibus conservavit.*

9 Καὶ φιλοδοξότατος ὤν, ἐν περιουσ.] Et hic locus est mutilus, qui ex Collectaneis Constantini sic suppleri debet: Καὶ φιλοδοξότατος γενόμενος εἰς τοὺς Ἕλληνας, μεγάλην μὲν αὑτοῦ δόξαν, οὐ μικρὰν δὲ Συρακουσίοις εὔνοιαν παρὰ πᾶσιν ἀπέλιπε. καὶ μὴν ἐν περιουσίᾳ, &c.

10 Ἱερώνυμος. τύραννος γέγ. οὗτος. Τινὲς δὲ τῶν λογ.] Hic articulus itidem descriptus est ex Collectaneis Constantini *de Virtut. & Vit.* p. 9, & 10.

11 Πολλήν τινα πεποίηνται λόγον, καὶ τῶν δ.] Hunc locum mutilavit Suidas, qui apud Constantinum sic legitur: Πολὺν πεποίηνται λόγον, καὶ πολλήν τινα διατέθεινται τερατείαν, ἐξηγούμενοι μὲν τὰ πρὸ τῆς ἀρχῆς αὐτοῖς γενόμενα σημεῖα, καὶ τὰς ἀτυχίας τὰς Συρακουσίων, τραγῳδοῦντες καὶ τὴν ὠμότητα τῶν τρόπων καὶ τὴν ἀσέβειαν τῶν πράξεων, ἐπὶ δὲ πᾶσι τὸ παράλογον καὶ τὸ δεινὸν τῶν περὶ τὴν καταστροφήν, &c.

νὰν τῶν περὶ τὴν καταστροφὴν αὐτοῦ συμβάντων ὥστε μήτε Φάλαριν, μήτ' Ἀπολλόδωρον, μήτ' ἄλλον μηδένα, γεγονέναι τύραννον ἐκείνου πικρότερον. καὶ παῖς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, εἶτα μῆνας οὐ [1] πλείους τριῶν ἢ δώδεκα ζήσας, μετήλλαξε τὸν βίον. κατὰ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἕνα μέν τινα καὶ δεύτερον στρεβλῶσαι, καί τινας τῶν φίλων καὶ τῶν ἄλλων Συρακουσίων ἀποκτεῖναι δυνατόν· ὑπερβολὴν δὲ γεγονέναι παρανομίας, καὶ παρηλλαγμένην ἀσέβειαν, οὐκ εἰκός. καὶ τῷ μὲν τρόπῳ διαφερόντως εἰκαῖον αὐτὸν γεγονέναι, καὶ παράνομον, φατέον· οὐ μὴν εἴς γε σύγκρισιν ἀξίως οὐδενὶ τῶν προειρημένων τυράννων. Ἀλλά μοι δοκοῦσιν οἱ τὰς ἐπὶ μέρους γράφοντες πράξεις, ἐπειδὰν ὑποθέσεις εὐπεριλήπτους ὑποστήσωνται καὶ στενὰς, πτωχεύοντες πραγμάτων ἀναγκάζεσθαι τὰ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, καὶ περὶ τῶν μηδὲ μνήμης ἀξίων πολλούς τινας διατίθεσθαι λόγους. Ἔνιοι δὲ καὶ δι' ἀκρισίαν εἰς τὸ παραπλήσιον τούτοις ἐμπίπτουσιν. ὅσῳ γὰρ ἄν τις εὐλογώτερον καὶ περὶ ταῦτα τὸν ἀναπληροῦντα τὰς βίβλους, καὶ τὸν ἐπιμετροῦντα λόγον τῆς διηγήσεως, εἰς Ἱέρωνα καὶ Γέλωνα διάφοριτο, παρεὶς Ἱερώνυμον; καὶ γὰρ τοῖς φιληκόοις ἥδιον οὗτος, καὶ τοῖς φιλομαθέσι τῷ παντὶ χρησιμώτερος.

acciderunt: ut nec Phalaris, nec Apollodorus, nec unus alius tyrannus fuerit illo acerbior. Et tamen, cum puer principatum suscepisset, & postea non amplius, quam menses tredecim vixisset, vitam cum morte commutavit. Hoc autem tempore fieri sane potuit, ut unus aut etiam alter cruciatus, & quidam ex amicis & cæteris Syracusanis interfecti fuerint. Illius vero crudelitatem fuisse immodicam, & impietatem singularem, minime credibile est. Ac natura quidem temerarium & injustum illum fuisse fatendum est: nemini tamen ante dictorum tyrannorum est conferendus. Sed qui historias particulares literis mandant, cum argumenta brevia & angusta susceperint tractanda, mihi videntur rerum inopia laborantes eo necessitatis adduci, ut parva exaggerent, & de rebus, ne mentione quidem dignis, multa verba faciant. Quidam etiam præ judicii inopia in idem vitium incidunt. Quanto enim rectius quis hujusmodi sermonem, qui librorum explendorum causa narrationibus cumuli vice adjici solet, ad Hieronem potius & Gelonem transtulisset, omisso Hieronymo? Hic enim sermo audiendi discendique cupidis longe gratior atque utilior foret.

Ἱερώνυμος. Καρδιανός. [2] ὃς τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πραχθέντα συνέγραψε. Καρδία δὲ, ὄνομα πόλεως.

Ἱερώνυμος. Hieronymus Cardianus, qui res ad Alexandriam gestas conscripsit. Cardia vero, nomen est urbis.

Ἱερῶς. μεγάλως.

Ἱερῶς. Magnopere.

Ἱερῶσθαι. φησὶ [3] Θουκυδίδης· Νομίσαντες κατὰ δή τινα παλαιὰν αἰτίαν οὐ καθαροὺς ὄντας ἱερῶσθαι. Σημαίνει γὰρ τὸ ἱεροὺς νομίζεσθαι, καὶ οἷον καθιερῶσθαι.

Ἱερῶσθαι. Thucydides inquit: *Quod existimarent ipsos, quamvis ob vetus quoddam piaculi crimen polluti essent, Deo tamen esse consecratos.* [Hic ἱερῶσθαι significat] sacros haberi, & [Deo] consecratos esse.

Ἰεσαί. ὄνομα κύριον.

Ἰεσαί. Nomen proprium.

Ἵεσθαι. [4] προεθυμοῦντο, ἐπορεύοντο.

Ἵεσθαι. Cupiebant. Ibant.

Ἵεται. προθυμεῖται, πορεύεται.

Ἵεται. Cupit. Proficiscitur.

Ἰεφθάε. Κριτὴς Ἰουδαίας, ὁ ῥυσάμενος τὸν Ἰσραὴλ ἐκ χειρὸς Φιλιστιείμ. ὃς ηὔξατο τῷ Θεῷ τὸ πρῶτον ὑπ' αὐτοῦ ὑπαντώμενον καταθύειν. ἐπεὶ οὖν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα ἐπὶ τοῖς νικητηρίοις ὀρχουμένην ἐθεάσατο, ταύτην εὐθέως ἀνεῖλε. διὸ δὴ αἱ τῶν Ἰουδαίων παρθένοι τετραήμερον αὐτῆς κατ' ἔτος ἐπετέλεσαν μνήμην.

Ἰεφθάε. Judex Judææ, qui Israelitas a dominatu Philistæorum liberavit, & Deo vovit, se ei immolaturum esse, quod sibi primum occurrisset. Cum igitur suam filiam ob victoram a se partam vidisset saltantem, eam confestim occidit. Quare virgines Judæorũ per quatuor dies quotannis ipsius memoriam celebrarunt.

Ἰεχονίας. ὄνομα κύριον.

Ἰεχονίας. Nomen proprium.

Ἱζάνω. καθέζομαι.

Ἱζάνω. Sedeo.

Ἵζει. καθίζει, ἢ κάθηται. Ἵζησαι, καθῆσαι.

Ἵζει. Collocat, vel sedet. Ἵζησαι. Sedere.

Ἵει. πέμπει. ἀφίησιν. Ὁ δὲ ἵει ἑαυτὸν εἰς ὕδωρ ψυχρὸν, φάσκων, γῆρας ἀνθρώπων εἶναι τὰ βαλανεῖα.

Ἵει. Jacit. Mittit. *Ille vero se conjicit in aquam frigidam, dicens, balnea senectutem hominum esse.*

Ἱείη κατὰ λαιμόν.

Ἱείη κατὰ λαιμόν. Per guttur eat.

i. e. interprete Valesio: *Plurimis verbis ad commovendam admirationem abusi sunt; dum partim prodigia, quæ illius tyrannidem præcessere, narrant, & Syracusanorum calamitates, partim crudelitatem ingenii ac res ab eo impie gestas tragicorum more exaggerant, ac postremo novitatem atque atrocitatem eorum, quæ in ipsius obitu acciderunt*, &c.

1 Οὐ πλείους τριῶν ἢ δώδεκα] Reponendum est ex Constantino, οὐ πλείους τριῶν καὶ δέκα, quam lectionem in versione expressi.

2 Ὃς τὰ ἐπ' Ἀλεξανδρείᾳ πρ.] Lego, ὃς τὰ ὑπ' Ἀλεξάνδρου πρ. Id est, qui res gestas Alexandri M. conscripsit. Vide de hoc Hieronymo Vossium *de Histor. Græc.* l. 1. c. xi.

3 Θουκυδίδης] Initio libri v.

4 Ἵεσθαι προεθ.] Verbum ἵεσθαι cum significat προεθυμοῦντο, cum spiritu aspero scribendum est, ab ἵημαι, *cupio*: cum vero significat ἐπορεύοντο, spiritu leni notandum est, ab ἴημι, *eo*. P.

Ἱείς.

Ἱείς. ἀφείς. τοξεύων. [1] Σοφοκλῆς· Κατὰ μὲν τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱείς τις οὐκ ἂν ἁμάρτοι· κατ' εὐτελοῦς δὲ ἱείς τις, οὐκ ἂν πείθοι τὸν ἀκούοντα. πρὸς γὰρ τὸν ἔχοντα ὁ φθόνος ἕρπει. τροπικῶς, ἀπὸ τῶν τοξευόντων κατὰ μεγάλου σώματος, οἳ οὐχ ἁμαρτάνουσι. πιστὰ οὖν τοῖς ἀκούουσι τὰ κατὰ τῶν μεγάλων διὰ τὸν φθόνον.

Ἱείς. ἀφιείς. Πάσας δ' ὑμῖν φωνὰς ἱείς. Ἀριστοφάνης φησίν.

Ἰή. [2] τοῦτο ψιλοῦται, ὅταν μὴ ᾖ ἐν ὕμνῳ· ἐκεῖ γὰρ δασύ ἐστιν. ὡς ἐφυμνίῳ δὲ κέχρηται [3] Εὐριπίδης τῷ, Ἰήκοπτον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀγοράν.

Ἰή. [4] ἰή. ἰή. πρόσφθεγμά ἐστι καταφρονοῦντος. σημαίνει δὲ μῆκος τοῦτο λεγόμενον. Φησὶ γάρ.

Ὅτου δὲ μέλλεις ἐγγὺς εἶναι τῶν θεῶν·

Ἰῇ. μιᾷ. μιᾷ φωνῇ.

Ἰῇ. ἐπὶ μέλλοντος· ἀντὶ τοῦ, ἔλθοι.

Ἰήϊος. [5] ὁ τοξότης. ὁ Ἀπόλλων. καὶ [6] Ἰήϊε Φοῖβε.

Ἰηοῦ. βασιλεὺς Σαμαρείας· ὃς ἀνεῖλεν Ἰεζάβελ, καὶ τοὺς υἱοὺς Ἀχαάβ, κατὰ τὸ ῥῆμα Ἠλίου τοῦ προφήτου. [7] ὃς συναθροίσας πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ ἔφη μετὰ πανουργίας· Ἀχαὰβ μὲν ἐδούλευσε τῷ Βάαλ ὀλίγα· Ἰηοῦ δὲ πολλὰ δουλεύσει αὐτῷ. καὶ νῦν πάντας καλέσατε πρός με τοὺς προφήτας καὶ ἱερεῖς τοῦ Βάαλ, ὅτι μεγάλη μοι θυσία τῷ Βάαλ. πᾶς γὰρ, ὃς ἂν ἀπολείψῃ, οὐ ζήσεται. συναθροισθέντων οὖν ἁπάντων, καὶ τοῦ εἰδωλείου πλησθέντος, στόμα πρὸς στόμα ἔφη· ἐρευνήσατε, εἰ ἔστι τῶν δούλων Κυρίου τις. καὶ μὴ εὑρεθέντος, ἀπέκτεινε πάντας, καὶ τὸν Βάαλ ἐνέπρησε. πλὴν οὐκ ἐφύλαξεν εἰς τέλος πορεύεσθαι ἐν νόμῳ Κυρίου.

Ἰηίων. [8] τῶν μετ' εὐχῆς γινομένων ἢ τῶν λοιμικῶν. Ἰήϊος γὰρ ὁ Ἀπόλλων, εἰς ὃν ἡ ἁγνεία τῶν λοιμῶν ἀναφέρεται. ἢ ὅτι ἐπίφθεγμα κοινόν ἐστι καὶ Ἀρτέμιδος. αἱ δὲ γυναῖκες ἐν ταῖς ἀνάγκαις τὰς τοιαύτας ἀφιᾶσι φωνάς. οἱ δὲ ἀκούουσι τῶν θρηνητικῶν· Σοφοκλῆς· Οὐδὲ ἰηίων καμάτων ἀνέχουσι γυναῖκες. τουτέστιν, οὐ περιγίνονται τῶν πόνων.

Ἴηλα. [9] ἐδέσμευσα. καὶ Ἰῆλαι, ἐπικάμψαι.

Ἰηλεμῆσαι. [10] θρηνῆσαι. καὶ Ἰηλεμῆσθαι, τεθρηνῆσθαι.

Ἵησιν. ἀφίησιν. πέμπει. Σχίζων τις ξύλα, ὡς

Ἱείς. Jaciens. Jaculans. Sophocles: *Magnos enim animos his maledictis qui petit, scopum facile ferit. Contra hominem vero vilem talia qui dixerit, fide carebit apud audientes. Summa enim petit livor.* Dictum hoc est per translationem, ductam a sagittariis, qui sagitta magnæ molis corpus petentes, ab eo haud aberrare solent. [Sensus igitur est,] ea, quæ contra viros magnos dicuntur, ob invidiã facile credi solere.

Ἱείς. Emittens. *Omnes autem vobis voces emittens:* ait Aristophanes.

Ἰή. Hæc vox scribitur cum spiritu tenui, cum non occurrit in hymno: illic enim spiritu aspero notatur. Ut ephymnio autem Euripides usus est his verbis: Ἰήκοπτον οὐ πελάθεις ἐπ' ἀγοράν.

Ἰή. ἰή. ἰή. Est adverbium contemnentis. [Per repetitionem autem istius vocis apud Comicum] longitudo temporis significatur. Ait enim: *Quod ad Deos nullo modo sis accessurus.*

Ἰῇ. Una. Sola. Una voce.

Ἰῇ. De futuro dicitur. Veniat.

Ἰήϊος. Sagittandi peritus. Est epithetum Apollinis. Et Ἰήϊε Φοῖβε, Phœbe sagittator.

Ἰηοῦ. Jehu. Rex Samariæ, qui Jesabelen & Achaabi filios interfecit, secundum prædictionem Prophetæ Eliæ. Hic totius exercitus multitudine congregata, callide ac subdole dixit: Achaabus quidem Baali parum inserviit; Jehu vero multum illi serviet. Nunc igitur ad me vocate omnes Prophetas & sacerdotes Baalis, quia magnum sacrificium Baali facere decrevi. Quisquis autem abfuerit, non vivet. Omnibus igitur congregatis, & Idoli templo repleto, coram ipsis dixit: Inquirite, num quis Domini servus hic adsit; & nullo reperto, omnes interfecit, & Baalem cremavit. Sed tamen in lege Domini constanter non perseveravit.

Ἰηίων. Ob quæ vota fieri solent: vel, pestilentium. Apollo enim vocatur Ἰήϊος, ad quem lustratio, qua lues pestifera depellitur, refertur. Vel, quia epithetum illud etiam Dianæ commune est. Mulieres vero in partus doloribus tales voces emittere solent. Alii autem vocem illam significare ajunt θρηνητικῶν, *i. e.* verborũ, quæ cum lamentis proferuntur. Sophocles: *Neque mulieres dolores partus* (ἀνέχουσι, i. e.) *ferre & superare possunt.*

Ἴηλα. Ligavi. Et Ἰῆλαι. Incurvasse.

Ἰηλεμῆσαι. Luxisse. Et Ἰηλεμῆσθαι, de eo dicitur, qui lugetur.

Ἵησιν. Jacit. Mittit. *Quidam ligna findens,*

1 Σοφοκλῆς] Apud Sophoclem in *Ajace*, v. 155. locus hic ita legitur:

Τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς
Οὐκ ἂν ἁμάρτοι, κατὰ δ' ἄν τις ἐμοῦ
Τοιαῦτα λέγων οὐκ ἂν πείθοι.
Πρὸς γὰρ τὸν ἔχονθ' ὁ φθόνος ἕρπει.

Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit. *P.*

2 Ἰή. τοῦτο ψιλοῦται ὅταν μὴ ἐν ὕμν.] Vide Etymologum. v. Ἰήϊε.

3 Εὐριπίδης] Locum istum Euripidis diu frustra quæsivi, nec invenire potui: quare lampada hic aliis trado.

4 Ἰή, ἰή, ἰή. πρόσφθ.] Recte observavit Portus notam hanc Suidæ referendam esse ad locum illum Aristoph. in *Pace* p. 636.

Ἰή, ἰή, ἰή.
Ὅτ' ἐδὲ μέλλεις ἐγγὺς εἶναι τῶν θεῶν.

5 Ἰήϊος. ὁ τοξότης] Vide Etymolog. M. v. Ἰήϊε.

6 Ἰήϊε Φοῖβε] Vide Schol. Sophocl. ad *Oedip. Tyr.* p. 156. ad verba illa Tragici, Ἰήϊε Δάλιε Παιάν.

7 Ὃς συναθροίσας πᾶν τὸ πλῆθος τοῦ στρ.] Vide 2. Reg. c. x.

8 Ἰηίων. τῶν μετ' εὐχῆς γινομένων] Hanc notam descripsit Suidas ex Schol. Sophocl ad *Oedip. Tyrann.* p. 158, ut a Porto etiam observatum fuit.

9 Ἴηλα. ἐδέσμευσα] Sic etiam Etymologus vocem hanc interpretatur: sed uterque fallitur. Ἰάλλειν enim non significat *δεσμεύειν*, sed *ἐπιβάλλειν*, vel *πέμπειν*, i. e. *injicere*, *mittere*, ut ex Grammaticis notum est. Apud Homerum sæpe legitur *ἐπὶ δεσμὸν ἰάλλεα*, vel *ἴαλλεν*, vel *ἴηλα* (i. e. vinculum injicere, vel, una voce, ligare) quæ loca Poetæ Suidas & Etymologus in animo habuerunt. At in eo falluntur, quod significationem *ligandi* soli voci *ἴηλα* tribuant, quæ ei nisi reliquis duabus vocibus junctæ competere non potest.

10 Ἰηλεμῆσαι. θρην.] Vide Etymolog. M. v. Ἰήλεμος.

εἶδε τὸν Κλέαρχον προσιόντα, ἵετο τῇ ἀξίνῃ. Ξενοφῶν.

Ἴησιν. ἀπέλθῃ.

Ἰησονίδης. Ἰάσονος παῖς.

Ἰησοῦς [1] ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἄνθρωπός τις, ἀρχηγὸς τῶν Ἰουδαίων, Θεοδόσιος ὄνομα αὐτῷ, ὃς πλείστοις τῶν Χριστιανῶν γνωστὸς ὑπῆρχε, καὶ αὐτῷ τῷ μνημονευθέντι πιστῷ βασιλεῖ. Κατὰ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἦν τις ἄνθρωπος Χριστιανὸς (Φίλιππος ὄνομα αὐτῷ) τὴν μέθοδον ἀργυροπράτης. Οὗτος γνωστῶς ἔχων τὰ πρὸς τὸν Θεοδόσιον, καὶ πολλὴν πρὸς αὐτὸν σώζων τὴν γνησιότητα, προετρέπετο αὐτὸν καὶ συνθέτως γενέσθαι Χριστιανόν. Ἐν μιᾷ οὖν τῶν ἡμερῶν ὁ προλεχθεὶς Φίλιππος πρὸς τὸν λεχθέντα Θεοδόσιον, τοιαῦτά τινα ἔλεγε· τί δή ποτε σοφὸς ἀνὴρ ὑπάρχων, καὶ ἀκριβῶς ἐπιστάμενος τὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν κεκηρυγμένα περὶ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, οὐ πιστεύεις αὐτῷ, καὶ γίνῃ Χριστιανός; πέπεισμαι γὰρ περὶ σοῦ, ὅτι οὐκ ἀγνοῶν τὰ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν προλεχθέντα περὶ τῆς τοῦ κοινοῦ ἡμῶν δεσπότου Χριστοῦ παρουσίας παραιτῇ τοῦ γενέσθαι Χριστιανός. Σπεῦσον οὖν σῶσαι τὴν σεαυτοῦ ψυχὴν, πιστεύων εἰς τὸν Σωτῆρα καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, ἵνα μὴ, ἐπιμένων τῇ ἀπιστίᾳ, κρίσει αἰωνίᾳ ὑπεύθυνον σεαυτὸν καταστήσῃς. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἰουδαῖος παρὰ τοῦ Χριστιανοῦ λεγόμενα πρὸς αὐτὸν, ἀπεδέξατο αὐτόν· εὐχαριστίας τε αὐτῷ τὰς διὰ λόγων προσήγαγε, καὶ τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Ἀποδέχομαι τὴν κατὰ Θεόν σου ἀγάπην, ὅτι τὰ ὑπὲρ τῆς σωτηρίας τῆς ἐμῆς ψυχῆς σπουδάζων, ἀγωνίζῃ Χριστιανόν με γενέσθαι προτρεπόμενος. διὸ ὡς ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, τοῦ τὰ κρυπτὰ τῶν καρδιῶν ἐπισταμένου καὶ θεωροῦντος, ἀδόλως, καὶ ἀνυποκρίτως, καὶ μετὰ πάσης ἀληθείας, τοὺς πρὸς σε λόγους ποιήσομαι. ὅτι μὲν οὖν παραγέγονεν ὁ ὑπὸ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν προκεκηρυγμένος Χριστὸς, ὁ ὑφ' ὑμῶν τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενος, πεπληροφόρημαι καὶ ὁμολογῶ τεθαῤῥηκῶς, ὡς πρὸς γνήσιόν μου φίλον, καὶ τὰ πρὸς εὐεργεσίαν μοι ἀεὶ σπουδάζοντα. ἀλλ' ἀνθρωπίνῳ λογισμῷ κρατούμενος οὐ γίνομαι Χριστιανὸς, καὶ ἐν τούτοις καταγινώσκω ἐμαυτοῦ. Νῦν γὰρ, Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἀρχηγός εἰμι τῶν Ἰουδαίων, καὶ τιμῆς πολλῆς, καὶ δώρων πολλῶν, καὶ πάντων τῶν πρὸς τὴν ζωὴν ταύτην ἐπιτηδείων, ἐν ἀπολαύσει τυγχάνων. ὑπολαμβάνω δὲ, ὅτι οὐδὲ ἐὰν πατριάρχης τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας γένωμαι, ἢ ἀρχὰς μείζονας καὶ ὑπεροχὰς λαμβάνω παρ' ὑμῶν, τοσαύτης

cum vidisset Clearchum accedentem, eum securi petiit. Xenophon.

Ἴησιν. Abierit.

Ἰησονίδης. Jasonides. Jasonis filius.

Ἰησοῦς. Jesus Christus & Deus noster. Temporibus religiosissimi Imperatoris Justiniani fuit homo quidam, princeps Judæorum, nomine Theodosius, qui plurimis Christianis, & ipsi modo dicto pio Imperatori notus erat. Iisdem etiam temporibus fuit quidam homo Christianus, nomine Philippus, argentarius arte, Theodosii familiaris & sincerus amicus; qui hominem subinde hortabatur, ut fieret Christianus. Quodam autem die ante dictus Philippus Theodosium his fere verbis est alloquutus: Cur quæso, cum sis vir sapiens, Legisque & Prophetarum de Christo Domino præconia accurate noris, ipsi non credis, & fis Christianus? Persuasum enim de te habeo, te non ignarum eorum, quæ in divinis Scripturis de communis Domini nostri Christi adventu prædicta sunt, Christianismum recusare. Propera igitur animam tuam servare, credens in Servatorem & Dominum nostrum Jesum Christum, ne permanens in incredulitate te ipsum æterno judicio facias obnoxium. Judæus, his auditis, Christianum laudavit, gratiisque actis ad hunc modum ei respondit: Probo amorem tuum erga me, quod de animæ meæ salute sollicitus, me tuis adhortationibus Christianum efficere contendis. Quamobrem, tanquam coram Deo, qui cordium occulta novit & contemplatur, sincere & absque mendacio animi mei sensa tibi expromam. Christum a lege & Prophetis prædictum, qui a vobis Christianis adoratur, venisse certus sum, & aperte confiteor, ut apud amicum sincerum, meique studiosissimum. Sed rationes humanæ obstant, quo minus fiam Christianus: ejusque rei gratia memet ipse condemno. Nunc enim, dum Judaicam religionem profiteor, sum Judæorum Princeps, & magno honore multisque muneribus afficior, & rerum omnium ad hanc vitam beate transigendam necessariarum copia abundo. Quamvis autem Ecclesiæ Catholicæ Patriarcha fierem, summosque Magistratus & honores a vobis consequerer, me tamen tanta observantia cultum iri non puto. Ne igitur vitæ hujus voluptatibus excidam, vitæ futuræ nullam rationem habeo: in quo me peccare fateor. Ut autem fidem tibi faciam, verum esse quod dixi; aperiam tibi mysterium,

1 Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβ.] Totam hanc de Jesu Christo narrationem meram esse fabulam, nec majori fide dignam, quam historiæ illæ, quæ in *Protevangelio Jacobi*, & *Evangelio Infantiæ*, aliisque hujus generis libris Apocryphis de Servatore nostro leguntur, ab aliis jam est demonstratum. Hic tantum moneo, eandem narrationem separatim exstare in Cod. MS. Biblioth. Reg. Paris. 3437. p. 59. ubi nonnulla aliter, quam hic apud Suidam, leguntur. Nam primum statim principium ita ibi se habet: Διήγησις ψυχωφελὴς τῆς χειροθεσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ ἐν εὐσεβεῖ τῇ μνήμῃ γενομένου πιστοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἄνθρωπός τις, τῶν Ἰουδαίων ἀρχηγὸς, ὀνόματι Θεοδόσιος, ὃς ἐν πλείστοις χρόνοις γνωστὸς τοῖς Χριστιανοῖς ὑπῆρχεν· ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτῷ τῷ εὐσεβεστάτῳ βασιλεῖ &c. Et paulo post: Ἀργυροπράτης τὴν τέχνην. Οὗτος γνῶσιν πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν εἰρημένον Θεοδόσιον τὸν Ἰουδαῖον, συνεχῶς ὁμιλῶν αὐτῷ, καὶ τὴν κατὰ ἄνθρωπον γνησίαν ἀγάπην ἔχων, συνεβούλευσεν &c. Et deinde, paucis versibus interjectis, pro πρὸς εὐεργεσίαν μοι ἀεὶ σπουδάζοντα (ut Suidas habet) in eodem Cod. rectius legitur, καὶ τὰ πρὸς εὐεργεσίαν μου ἀεὶ πράττειν σπουδάζοντα. &c. Reliqua loca, in quibus Codex ille a Suida discrepat, hic annotare supersedeo, quoniam rem tanti non puto.

θεραπείας ἀξιωθήσομαι. ἵνα οὖν μὴ τῶν δοκούντων εἶναι τερπνῶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ ἐκπέσω, καταφρονῶ τῆς μελλούσης ζωῆς, κακῶς τοῦτο ποιῶν. ἵνα δὲ τοὺς λόγους μου ἀληθεῖς τῇ σῇ ἀγάπῃ παραστήσω, θαῤῥῶ σοι μυστήριον, ὅ ἐστι παρ' ἡμῖν τοῖς Ἑβραίοις ἀποκεκρυμμένον, ἐξ οὗ ἀκριβῶς ἐπιστάμεθα, ὅτι ὁ ὑφ' ὑμῶν τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενος Χριστὸς, αὐτός ἐστιν ὁ ὑπὸ τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν προκεκηρυγμένος· οὐ μόνον ἐξ αὐτῶν προγεγραμμένων, ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ παρ' ἡμῖν ἐκπεγραμμένου καὶ ἀποκεκρυμμένου μυστηρίου. Ἔστι δὲ ὁ λόγος τοῦ μυστηρίου τοιοῦτος. Κατὰ τοὺς ἀρχαίους χρόνους, ἡνίκα ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις ναὸς ἐκτίζετο, συνήθεια ἦν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις, ἰσαρίθμους τῶν παρ' ἡμῖν γραμμάτων, εἰκοσιδύο τυγχανόντων, ἱερεῖς ἐν τῷ Ναῷ καθίστασθαι· ὅθεν καὶ τὰ θεόπνευστα βιβλία εἰκοσιδύο ἀπαριθμούμεθα. Κώδιξ οὖν ἀπέκειτο ἐν τῷ Ναῷ, ἐν ᾧ ἐπεγράφετο ἑκάστου ἱερέως τῶν κβ' ἡ προσηγορία, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς μητρός. ἑνὸς οὖν τελευτήσαντος τῶν ἱερέων, οἱ λοιποὶ συνήρχοντο ἐν τῷ Ναῷ, καὶ ἐκ κοινοῦ ψηφίσματος καθίστων ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος ἕτερον ἱερέα, πληροῦντες τὸν ἀριθμὸν τῶν κβ' ἱερέων. καὶ ἐπεγράφετο ἐν τῷ κώδικι, ὅτι τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησεν ὁ δεῖνα ἱερεύς· ὁ υἱὸς τοῦδε καὶ τῆσδε· καὶ ἀντ' αὐτοῦ προεχειρίσθη ὁ δεῖνα, ὁ υἱὸς τοῦδε καὶ τῆσδε. Τούτου οὖν τοῦ ἔθους κρατοῦντος ἐν τῷ ἔθνει τῶν Ἰουδαίων, συνέβη κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους, καθ' οὓς ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ διέτριβε, τελευτῆσαι ἕνα ἐκ τῶν κβ' ἱερέων, πρὶν ἄρξηται ἐμφανίζειν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς, καὶ διδάσκειν πιστεύειν τοὺς ἀνθρώπους εἰς αὐτόν. Συνῆλθον οὖν οἱ λοιποὶ ἱερεῖς ἐπὶ τῷ ποιῆσαι ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος ἕτερον ἱερέα· καὶ ἑκάστου προβαλλομένου τὸν νομιζόμενον, αὐτῷ ἄξιον τοῦ γενέσθαι, οἱ λοιποὶ τοῦτον ὡς ἐλλειπῶς ἔχοντα πρὸς ἀρετὴν, ἐξ ἧς ὀφείλει καταστῆναι ἱερεὺς, ἀπεδοκίμαζον. εἰ γὰρ σοφὸς ἦν, ἤθει τε καὶ βίῳ χρηστὸς, ἐν ἀγνοίᾳ δὲ τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν ἐτύγχανεν, ἀπρόσφορος ἱερατείας ἐκρίνετο.. Οὕτως οὖν πολλῶν ἱερέων ψηφισθέντων, καὶ πάντων ἀποδοκιμασθέντων, εἷς τις ἱερεὺς ἐγερθεὶς ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει τοῖς λοιποῖς· ἰδοὺ, πολλοὶ ὑφ' ἡμῶν ὀνομασθέντες ἀνεπιτήδειοι εὑρέθησαν πρὸς ἱερωσύνην· δέξασθε οὖν κἀμὲ λέγοντα περὶ ἑνὸς ἀνθρώπου ὀφείλοντος προχειρισθῆναι ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος ἱερέως. Ὑπολαμβάνω γὰρ, ὅτι οὐδεὶς ἐξ ὑμῶν ἀπαρεσθήσεται τῷ παρ' ἐμοῦ γενομένῳ ψηφίσματι. Ἐπιτρεψάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἱερέων, εἶπεν, ὅτι βούλομαι ἐγὼ γενέσθαι ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος ἱερέως Ἰησοῦν, τὸν υἱὸν Ἰωσὴφ τοῦ τέκτονος· ὅς τις νέος μέν τῇ ἡλικίᾳ ἐστὶ, λόγῳ δὲ, καὶ βίῳ, καὶ ἤθεσι χρηστοῖς κεκόσμηται. καὶ ὑπολαμβάνω μηδένα ποτὲ τῶν ἀνθρώπων ὀφθῆναι ἐν λόγῳ, ἢ ἐν βίῳ, ἢ ἐν ἤθεσι τοιοῦτον, οἷός ἐστιν οὗτος. καὶ οἶμαι ὑμῖν πᾶσι τοῖς οἰκοῦσιν ἐν Ἱερουσαλὴμ τοῦτο γνωστὸν καὶ ἀναντίῤῥητον ὑπάρχειν. Ἀκούσαντες δὲ

quod est apud nos Hebræos occultum, ex quo certo scimus, Christum, qui a vobis Christianis adoratur, illum esse, qui a Lege, & Prophetis est prædictus. Hæc autem est hujus mysterii ratio. Antiquis temporibus, quum Hierosolymitanum templum conderetur, consuetudo fuit apud Judæos, totidem sacerdotes, quot sunt nostrates literæ, scilicet XXII, in templo constitui. Unde etiam divinitus inspiratos libros XXII numeramus. Codex igitur repositus erat in templo, in quo uniuscujusque XXII sacerdotum appellatio, & nomen patris ipsius & matris describebatur. Uno autem ex sacerdotibus defuncto, reliqui in templum conveniebant, & communi suffragio sacerdotem alterum in defuncti locum surrogabant, ut XXII sacerdotum numerum complerent. Addebatur etiam in codice, quo die sacerdos ille obiisset, quo patre, qua matre natus, & quis in ejus locum surrogatus esset, quo patre & qua matre natus. Hoc igitur more apud Judæorum gentem obtinente, accidit, ut illis temporibus, quibus Jesus in Judæa degebat, moreretur unus ex XXII sacerdotibus, priusquam Jesus sese patefecisset, & homines docuisset in se credere. Convenerunt igitur reliqui sacerdotes, ut alium sacerdotem in defuncti locum substituerent. Cum autem unusquisque proponeret eum, quem sacerdotii munere dignum judicabat, cæteri eum improbabant; ut non satis instructum virtutibus, quibus eos instructos esse oportet, qui sacerdotes creandi sunt. Quamvis enim sapiens esset, & vita moribusque probatis, si tamen Legem & Prophetas minus calleret, ad sacerdotium ineptus judicabatur. Hoc igitur modo multis sacerdotibus designatis, & omnibus improbatis; unus quidam sacerdos surrexit, & in medio stans, cæteris dixit: Ecce, multi a vobis nominati, ad sacerdotium inepti sunt inventi. Audite igitur & meam de quodam homine in sacerdotis defuncti locum surrogando sententiam, quam neminem vestrum improbaturum esse puto. Cum autem cæteri sacerdotes ipsi potestatem dicendi fecissent: Volo, inquit, in sacerdotis defuncti locum surrogari Jesum, Josephi fabri lignarii filium; qui ætate quidem est adolescens, sed eloquentia, & vita, & moribus probis est ornatus. Ac existimo neminem unquam mortalium esse visum, vel sermone, vel vita, vel moribus talem, qualis est iste. Atque vobis omnibus, qui Hierosolymis habitatis, hoc notum & extra controversiam esse arbitror. Cæteri vero sacerdotes, hac oratione audita, viro assensi sunt, ejusque sententiam comprobarunt, dicentes, Jesum præter omnes mortales ad sacerdotium esse aptum. Quidam tamen dicebant, ipsum non esse ex Tribu Levi, sed ex Tribu Juda, existimantes ipsum esse Josephi filium, (sic enim apud Judæos vocabatur,) Josephum vero e Tribu

τοὶ

τὸν λόγον τοῦτον οἱ λοιποὶ ἱερεῖς, ἀπεδέξαντο τὸν ἄνδρα, καὶ ἐβεβαιώσαντο τὸ ψήφισμα, ἐπιτήδειον εἶναι ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους εἰς ἱερωσύνην τὸν Ἰησοῦν εἰρηκότες. ἔλεγον δέ τινες περὶ αὐτοῦ μὴ εἶναι ἐκ Φυλῆς Λευΐ, ἀλλ' ἐκ Φυλῆς Ἰούδα τυγχάνειν· τοῦ Ἰωσὴφ τε υἱὸν αὐτὸν ὑπολαμβάνοντες εἶναι (οὕτω γὰρ παρὰ Ἰουδαίοις ἐχρημάτιζετο) τὸν δὲ Ἰωσὴφ ἐκ Φυλῆς Ἰούδα, οὐκ ἐκ Φυλῆς Λευῒ κατάγεσθαι, ἐμαρτύρουν πάντα. καὶ τούτου ἕνεκα, ὡς τῷ δοκεῖν μὴ ὄντα αὐτὸν ἐκ φυλῆς Λευϊτικῆς, ἐκώλυον γενέσθαι ἱερέα. ὁ δὲ τοῦτον ὀνομάσας ἱερεὺς ἀποκριθεὶς πρὸς αὐτοὺς εἶπε, μικτὸν εἶναι τὸ γένος αὐτοῦ. πάλαι γὰρ ἐν γενεαῖς ἀρχαίαις ἐπιμιξία τις γέγονε τῶν δύο Φυλῶν· κἀκεῖθεν κατάγεσθαι τὸ γένος τοῦ Ἰωσήφ. τοῦτο οὖν ἀκούσαντες οἱ λοιποὶ ἱερεῖς, συνῄνεσαν τῷ ψηφίσματι· καὶ κοινῇ βουλῇ πᾶσι τοῖς συνελθοῦσιν ἱερεῦσιν, ἔδοξεν ἀντὶ τοῦ τελευτήσαντος ἱερέως τὸν Ἰησοῦν καταστῆσαι. τῆς δὲ συνηθείας ἐχούσης μὴ μόνον τὸ ὄνομα τοῦ γινομένου ἱερέως ἀπογραφῆναι ἐν τῷ κώδικι, ἀλλὰ καὶ τοῦ πατρὸς, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· εἶπόν τινες αὐτῶν, ὀφείλειν αὐτοὺς πρῶτον καλέσαι τοὺς γονεῖς, καὶ παρ' αὐτῶν μαθεῖν τὰ ὀνόματα αὐτῶν· λαβεῖν δὲ καὶ κατάθεσιν αὐτῶν, εἰ υἱὸς αὐτῶν ἐστιν ὁ πρὸς ἱερωσύνην προχειριζόμενος· καὶ ἤρεσε τοῦτο πᾶσιν. ὁ οὖν προονομάσας τὸν Ἰησοῦν γενέσθαι ἱερέα, ἔλεγε τετελευτηκέναι Ἰωσὴφ τὸν πατέρα Ἰησοῦ· μόνην δὲ τὴν τούτου ζῆν μητέρα. Συνῆκαν οὖν ἅπαντες ἀγαγεῖν τὴν μητέρα αὐτοῦ εἰς τὸ συνέδριον, καὶ μαθεῖν παρ' αὐτῆς, εἰ μήτηρ τυγχάνει τοῦ Ἰησοῦ, καὶ εἰ αὐτὴ ἔτεκεν αὐτόν· καὶ τὸ ὄνομα τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἀκοῦσαι, ἐξ οὗ ἔτεκε τὸν Ἰησοῦν· καὶ δὴ τούτου πᾶσιν ἀρέσαντος, ἐκάλεσαν τὴν μητέρα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ εἶπον πρὸς αὐτήν· ἐπειδήπερ ὁ δεῖνα ἱερεὺς ἐτελεύτησεν, ὁ υἱὸς τοῦδε καὶ τῆσδε, καὶ βουλόμεθα ἀντ' ἐκείνου ποιῆσαι τὸν υἱόν σου Ἰησοῦν, ἔθος δέ ἐστιν ἀπογράφεσθαι τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς· εἰπὲ ἡμῖν, εἰ ὁ Ἰησοῦς υἱός σου ἐστὶ, καὶ εἰ σὺ ἔτεκες αὐτόν. ἡ δὲ Μαρία ἀκούσασα ταῦτα, ἀπεκρίνατο λέγουσα πρὸς τοὺς ἱερεῖς· ὅτι μὲν υἱός μου ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς, ὁμολογῶ· ἐγὼ γὰρ ἐγέννησα αὐτὸν, καὶ μαρτυροῦσί μοι οἱ εὑρεθέντες καὶ αἱ εὑρεθεῖσαι γυναῖκες τικτούσης μου αὐτόν. ὅτι δὲ οὐκ ἔχει ἐπὶ τῆς γῆς πατέρα, πληροφορίαν λάβετε παρ' ἐμοῦ, ὡς βούλεσθε. παρθένου γὰρ τυγχανούσης μου, καὶ ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ διατριβούσης, Ἄγγελος Θεοῦ ἐγρηγορούσης μου, οὐ καθευδούσης, εἰσελθὼν ἐν ᾧ ἤμην οἰκήματι, εὐηγγελίσατό μοι ἐκ πνεύματος ἁγίου τεκεῖν υἱὸν· οὗ τὸ ὄνομα ἐνετείλατο καλέσαι Ἰησοῦν. παρθένος τοίνυν ὑπάρχουσα, ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὀπτασίαν, συνέλαβον, καὶ ἐγέννησα τὸν Ἰησοῦν μείνασα παρθένος μέχρι τῆς σήμερον, καὶ μετὰ τὸ τεκεῖν με. ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἱερεῖς, [1] ἐκέλευσαν ἐλθεῖν μαίας πιστὰς, καὶ ἐπέτρεψαν αὐταῖς πολυπραγμονῆσαι, εἰ ἔτι ἀληθῶς παρθένος ἐστὶν ἡ Μαρία. αἱ δὲ ἐκ τῆς πραγμα-

Levi oriundum esse: eaque de causa, quod ex Tribu Levitica non esse videretur, sacerdotem fieri vetabant. Sacerdos vero, qui ipsum nominarat, respondit, ejus genus esse mixtum. Olim enim duas illas Tribus permistas fuisse; & inde Josephi genus ortum. Hoc igitur audito cæteri sacerdotes sententiam ejus comprobarunt, communique consilio toti sacerdotum cœtui placuit, in defuncti sacerdotis locum substitui Jesum. Quia vero mos erat, ut non solum sacerdotis designati nomen in codicem referretur, sed etiam patris & matris ipsius; quidam eorum dixerunt, oportere prius vocari parentes ejus, eorumque nomina ex ipsis cognosci, & testimonium illorum audiri, sitne ipsorum filius ille, qui sacerdos designatus sit. Quod cum omnibus placuisset; is, qui Jesum nominarat, dixit, Josephum patrem Jesu obiisse: solam vero ejus matrem adhuc vivere. Omnes igitur censuerunt matrem ejus in concilium esse vocandam, & ex ea cognoscendum, an mater sit Jesu, & an eum ipsa pepererit, & nomen mariti audiendum, ex quo pepererit Jesum. Cum autem hoc etiam omnibus placuisset, matrem Jesu vocarunt, eique dixerunt: Quia sacerdos ille obiit, filius hujus & hujus, nosque in illius locum surrogare decrevimus tuum filium Jesum, & moris est nomen & patris & matris in tabulas nostras referri; age, dic nobis, an Jesus sit filius tuus, & an ipsa eum pepereris. Maria vero, his auditis, sacerdotibus ita respondit: Jesum esse meum filium confiteor: ipsa enim eum peperi, ejusque rei testimonium mihi perhibent & viri & mulieres adhuc superstites, qui me illum pariente præsentes fuerunt. Eum vero nullum in terra patrem habere, argumentis certis, si velitis, vobis ostendam. Cum enim virgo essem, & in Galilæa degerem, Angelus Dei, me vigilante, non dormiente, ingressus conclave, in quo eram, mihi lætum nuntium attulit, me e Spiritu sancto parituram esse filium, cui nomen Jesu a me jussit imponi. Cum igitur essem virgo, & hanc visionem vidissem, concepi & peperi Jesum, mansique virgo ad hunc usque diem, etiam postea quam peperi. Sacerdotes his auditis, obstetrices fide dignas venire jusserunt, iisque mandarunt, ut accurate explorarent, an adhuc vere Virgo esset Maria. Illæ vero, rei veritate convictæ, virginem eam esse affirmarunt. Advenerunt etiam mulieres adhuc superstites, quæ præsentes ipsam parientem viderant, testificantes filium ejus esse Jesum. Sacerdotes autem ob ea, quæ a Maria & testibus partus ejus dicta erant, admiratione perculsi, Mariæ dixerunt: dic nobis libere, ut ex ore tuo audiamus, cujus iste

1 Ἐκέλευσαν ἐλθεῖν μαίας πιστὰς, &c.] Mariæ virginitatem post partum ab obstetricibus fuisse exploratam vetus fuit traditio, ut patet ex Clemente Alex. *Strom.* l. vii. p. 545. Καὶ γὰρ μετὰ τὸ τεκεῖν αὐτὴν μαιωθεῖσάν φασί τινες παρθένον εὑρεθῆναι. i. e. *Quidam etiam dicunt, eam postquam peperisset, ab obstetricibus inspectam, inventam fuisse virginem.* Pears.

των λαβοῦσαι πληροφορίαν, διεβεβαιώσαντο παρθένον αὐτὴν ὑπάρχειν. παρεγένοντο δὲ καὶ αἱ παρθενευθεῖσαι, καὶ θεασάμεναι αὐτὴν ἔκλυσαν, μαρτυροῦσαι ὅτι υἱὸς αὐτῆς ἐστὶν ὁ Ἰησοῦς. ἔκθαμβοι δὲ γενόμενοι οἱ ἱερεῖς ἐπὶ τοῖς λεγομένοις παρὰ Μαρίας, καὶ τῶν μαρτυρησάντων περὶ τοῦ τόκου αὐτῆς, ἀποκριθέντες εἶπον τῇ Μαρίᾳ· εἰπὲ ἡμῖν παρρησίᾳ, ἵνα ἐκ τοῦ στόματός σου ἀκούσωμεν, τίνος ἐστὶ καὶ τίνος υἱός, ἵνα οὕτως ἀπογραψώμεθα αὐτόν. οὓς γὰρ εἴπῃς ἡμῖν γονέας αὐτοῦ, τούτους ἡμεῖς, καὶ οὐχ ἑτέρους, ἀπογραψόμεθα. ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα εἶπεν· ἐν ἀληθείᾳ ἐγὼ αὐτὸν ἐγέννησα, πατέρα αὐτοῦ ἐπὶ γῆς μὴ ἐπισταμένη, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Ἀγγέλου ἤκουσα, υἱὸν Θεοῦ εἶναι αὐτόν. υἱὸς οὖν ἐμοῦ τῆς καλουμένης Μαρίας ἐστὶ, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ γημαμένη παρθένος ὑπάρχω. Ταῦτα ἀκούσαντες οἱ ἱερεῖς ἤγαγον τὸν κώδικα, καὶ ὑπέγραψαν οὕτως· Τῇδε τῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησεν ἱερεὺς ὁ δεῖνα, ὁ υἱὸς τοῦδε, καὶ τῆσδε, καὶ γέγονεν ἀντ' αὐτοῦ κοινῇ ψήφῳ πάντων ἡμῶν ἱερεὺς, Ἰησοῦς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ Μαρίας τῆς παρθένου. καὶ οὗτος ὁ κώδιξ ἐσώθη ἀπὸ τοῦ ναοῦ σπουδῇ τῶν τὰ πρῶτα φερόντων παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἁλώσεως τοῦ ναοῦ, καὶ τῶν Ἱεροσολύμων, καὶ ἀπόκειται ἐν Τιβεριάδι· καὶ τὸ μυστήριον τοῦτο ὀλίγοις πάνυ καὶ πιστοῖς τοῦ ἔθνους ἡμῶν ἔγνωσται. διὸ καὶ ἐμοὶ, ὡς ἄρχοντι καὶ διδασκάλῳ τοῦ ἔθνους τῶν Ἰουδαίων, ἀπεκαλύφθη. οὐ μόνον γὰρ ἐκ τοῦ Νόμου καὶ τῶν Προφητῶν πεπληροφορήμεθα, ὅτι ὁ ὑφ' ὑμῶν τῶν Χριστιανῶν προσκυνούμενος Χριστὸς, αὐτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κόσμου ἐλθὼν ἐπὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῆς ἀπογραφῆς, ἥτις καὶ σέσωσται μέχρι τῆς σήμερον, καὶ ἀπόκειται ἐν Τιβεριάδι. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Χριστιανὸς παρὰ τοῦ Ἰουδαίου πρὸς αὐτὸν λελεγμένα, τῷ θείῳ ζήλῳ κινηθεὶς, ἔλεγε τῷ Ἰουδαίῳ, ὅτι εὐθὺς καὶ παραχρῆμα ἀναφέρω τῷ πιστῷ καὶ εὐσεβεῖ βασιλεῖ τὰ ὑπὸ σοῦ λεγόμενα, ἵνα πέμψῃ ἐν Τιβεριάδι, καὶ φανερώσῃ τὸν κώδικα, ὃν λέγεις, εἰς ἔλεγχον τῆς ἀπιστίας τῶν Ἰουδαίων. ὁ δὲ Ἰουδαῖος πρὸς τὸν Χριστιανὸν ἔλεγε· τί θέλεις κρίμα τῇ σεαυτοῦ ψυχῇ προσαγαγεῖν, καὶ ἀναγαγεῖν τῷ βασιλεῖ, καὶ μὴ τυχεῖν τοῦ σπουδαζομένου; εἰ γάρ τι τοιοῦτον γένηται, πόλεμος μέγας μέλλει συνίστασθαι, καὶ φόνοι παρακολουθήσουσι· καὶ τότε, ἐὰν ἴδωσιν ἑαυτοὺς καταπονουμένους, ἐμπρήσουσι τὸν τόπον, ἐν ᾧ ἀπόκειται ὁ κώδιξ, καὶ μάτην κοπιῶμεν τοῦ σπουδαζομένου ἡμῖν μὴ κατορθουμένου, μόνον ἐκχύσεως αἱμάτων πρόξενοι γενόμενοι. ταῦτα γὰρ ὡς γνησίῳ φίλῳ φανερὰ πεποίηκα τῇ σῇ ἀγάπῃ, ἵνα πιστώσω σε, ὅτι οὐκ ἐξ ἀγνοίας παραιτοῦμαι τὸν Χριστιανισμὸν, ἀλλ' ἐκ κενῆς δόξης. Ταῦτα ἀκούσας παρὰ τοῦ Ἰουδαίου ὁ Χριστιανὸς, καὶ ἀληθῆ εἶναι πιστεύσας τὰ λεγόμενα παρ' αὐτοῦ, τῷ μὲν πιστῷ βασιλεῖ Ἰουστινιανῷ τὸν τοιοῦτον λόγον οὐκ ἐγνώρισεν, ἵνα μὴ τῷ θείῳ ζήλῳ ὁ πιστὸς ἐκεῖνος καὶ μέγας βασιλεὺς κινούμενος ἐκχύσει αἱμάτων παρασκευάσῃ γενέσθαι, καὶ ταῦτα μηδὲ τοῦ σπουδαζομένου κατορθωθέντος· πολλοῖς δὲ τῶν γνω-

sit filius, ut cum in tabulis nostris sic describamus. Quos enim nobis dixeris esse parentes ejus, eos nos, & non alios, in codicem nostrum referemus. Illa vero respondens dixit: Revera ego illum peperi, patrem ejus in terra nesciens; sed ex Angelo audivi ipsum esse Dei filium. Est igitur filius meus, quæ Maria vocor, & filius Dei; & expers conjugii virgo sum. Sacerdotes, his auditis, codicem attulerunt, & ita in eo annotarunt: Hoc die sacerdos ille obiit, filius hujus & illius, & communi nostrum omnium suffragio in illius locum surrogatus est sacerdos Jesus, filius Dei viventis, & Mariæ virginis. Hic autem codex eo tempore, quo Templum & Hierosolyma capta fuerunt, principum apud Judæos virorum studio servatus, & Tiberiade repositus est: idque mysterium perpaucis & fidelibus nostræ gentis hominibus est notum. Quamobrem etiam mihi, ut principi & doctori Judaicæ gentis, est revelatum. Non solum enim ex Lege & Prophetis certo scimus, Christum, qui a vobis Christianis adoratur, ipsum esse Dei viventis filium, qui propter mundi salutem in terram venit: sed etiam ex descriptione, quæ ad hunc usque diem asservatur & reposita est Tiberiade. Quæ cum Christianus ex Judæo audivisset, divino zelo commotus Judæo dixit: Ego confestim & e vestigio tua dicta fideli & pio Imperatori referam, ut Tiberiadem mittat, & in lucem protrahat illum codicem, quem dicis, ad coarguendam Judæorum incredulitatem. At Judæus Christiano: Cur, inquit, animam tuam piaculo obstringes, hæc ad Imperatorem referens; cum tamen voti compos non sis futurus? Si quid enim horum fiat, magnum bellum conflabitur, & cædes sequentur, & Judæi, quum videbunt se bello premi, cremabunt locum, in quo codex iste repositus est, & sic frustra laborabimus, eventu conatibus nostris non respondente, & tantum multarum cædium auctores erimus. Hæc enim tibi, ut sincero & charo amico, aperui, ut fidem tibi facerem, me Christianismum non ex ignorantia, sed ex inani gloria, recusare. Christianus, his ex Judæo auditis, & credens vera esse, quæ ab ipso dicebantur, Imperatori quidem talem sermonem non retulit, ne divino zelo fidelis ille & magnus Imperator incitatus, multorum hominum cæde manus suas cruentaret, idque frustra, & eventu votis non respondente. Multis tamen notis & amicis hunc sermonem aperuit; quem nos, cum ab iis, qui ex laudato Philippo argentario eum audiverant, accepissemus, non parvum studium adhibuimus, ut, vere ne illa Judæus, an secus dixisset, cognosceremus. Invenimus itaque, Josephum, qui excidium Hierosolymitanum descripsit (cujus sæpe meminit Eusebius Pamphili, in Historia Ecclesiastica) in Commentariis suis

ρίμω

ἱερέων καὶ φίλων τὸν λόγον τοῦτον ἐποίησε δῆλον· ὃν ἡμεῖς παρὰ τῶν ἀκουσάντων ὑπὸ τοῦ προεξονομασθέντος Φιλίππου τοῦ ἀργυροπράτου μεμαθηκότες, φροντίδα οὐ μικρὰν ἐθέμεθα, γνῶναι βουλόμενοι, εἰ ἄρα ἀληθῶς τοὺς λόγους τούτους ὁ Ἰουδαῖος εἴρηκε περὶ τῆς τοιαύτης ἀπογραφῆς. Εὕρομεν οὖν Ἰώσηπον, τὸν συγγραφέα τῆς ἁλώσεως Ἱεροσολύμων (οὗ μνήμην πολλὴν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ αὐτοῦ Ἱστορίᾳ ποιεῖται) [1] Φανερῶς λέγοντα ἐν τοῖς τῆς Αἰχμαλωσίας αὐτοῦ ὑπομνήμασιν, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἡγίαζε. τοῦτο οὖν εὑρόντες λέγοντα τὸν Ἰώσηπον, ἄνδρα ἀρχαῖον ὄντα, καὶ οὐ μετὰ πολὺν χρόνον τῶν Ἀποστόλων γενόμενον, ἐζητήσαμεν εὑρεῖν καὶ ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν τὸν τοιοῦτον λόγον βεβαιούμενον. Εὕρομεν οὖν ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίῳ, ὅτι εἰσῆλθεν ὁ Ἰησοῦς ἐν τῇ συναγωγῇ τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐπεδόθη αὐτῷ βιβλίον, καὶ ἀνέγνω Ἡσαΐαν τὸν προφήτην λέγοντα· Πνεῦμα κυρίου ἐπ' ἐμέ· οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. Ἀνελογισάμεθα δὲ, ὅτι, εἰ μὴ τάξιν τινὰ λειτουργικὴν παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις εἶχεν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, οὐκ ἂν ἐν τῇ συναγωγῇ ἐδόθη αὐτῷ βιβλίον ἀναγνῶναι εἰς ἀκοὰς τοῦ λαοῦ. οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν τοῖς Χριστιανοῖς ἐπ' Ἐκκλησίας ἔξεστί τινας ἀναγνῶναι τῷ λαῷ βίβλους τῶν θεοπνεύστων γραφῶν, εἰ μή τις ἐν κλήρῳ καταλέγηται. καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ Ἰωσήπου οὖν γραφέντων, καὶ ἐκ τῶν ὑπὸ τοῦ Εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ ἱστορηθέντων, ἔγνωμεν, ὅτι Θεοδόσιος ὁ Ἰουδαῖος, τὸ προλεχθὲν διήγημα εἰπὼν τῷ μνημονευθέντι Φιλίππῳ τῷ ἀργυροπράτῃ, οὐκ ἐπλάσατο τοῦτο, ἀλλ' ἀληθῶς ὡς γνησίῳ φίλῳ τῷ Φιλίππῳ τὸ παρὰ Ἰουδαίοις ἀποκεκρυμμένον μυστήριον ἐθάῤῥησεν.

de Bello Judaico aperte dicere, Jesum in Templo cum sacerdotibus sacra fecisse. Quod cum a Josepho, scriptore antiquo, & Apostolorum temporibus proximo, traditum invenissemus, operam dedimus, ut hujusmodi sermonem ipsius quoque S. Scripturæ auctoritate confirmatum reperiremus. Invenimus igitur in Evangelio secundum Lucam tradi, Jesum ingressum esse Synagogam Judæorum, ipsique traditum fuisse librum, & Esaiam Prophetam legisse, dicentem: *Spiritus Domini super me; qua de causa unxit me, ad lætum nuntium afferendum pauperibus misit me.* Quamobrem nobiscum ipsi reputavimus, nisi Christus Jesus aliquod sacerdotale munus apud Judæos habuisset, non futurum fuisse, ut in Synagoga liber ipsi daretur, quem audiente populo legeret. Nam ne apud nos quidem Christianos in Ecclesia cuiquam licet S. Scripturæ libros populo legere, nisi quis in Clerum sit cooptatus. Quare cum ex Josephi scriptis, tum ex Evangelistæ Lucæ narratione, patet, Theodosium Judæum non confinxisse ea, quæ ante memorata sunt, sed Philippo argentario, ut sincero amico, occultum apud Judæos mysterium vere & candide aperuisse.

Ἰητήρ. ὁ ἰατρός. καὶ ἰητρός.

Ἰητήρ. Medicus.

Ἰθαγενής. [2] αὐτόχθων. γνήσιος παῖς. ὁ ἰθὺ καὶ ἀδιάστροφον ἔχων τὸ γένος. [3] Ἀγαθίας· Τοὺς γοῦν ἐκ παλαιοῦ οἰκήτορας καὶ ἰθαγενεῖς ἀνέκαθεν ἡγεμόνας τὴν γῆν ἀνακομίσασθαι.

Ἰθαγενής. Indigena. Germanus ac legitimus filius. Qui rectum & minime adulteratum genus habet. Agathias: *Antiquos igitur habitatores, & indigenas ab origine duces, terram recuperare* [*æquum esse ajebat.*]

Ἰθάκη. πόλις. καὶ Ἰθακήσιος, ὁ πολίτης.

Ἰθάκη. Urbs. Et Ἰθακήσιος, ejus civis.

Ἴθακος. ὄνομα κύριον.

Ἴθακος. Nomen proprium.

Ἰθαγενής. ἀντὶ τοῦ, ἐνταῦθα γεννηθείς.

Ἰθαγενής. Indigena.

Ἰθέως. ὀρθῶς.

Ἰθέως. Recte.

Ἰθεῖα. εὐθεῖα. ὀρθή.

——Οὐ γὰρ ἀφαυρῶς
Ἐκ Διὸς ἰθείης οἶδε τάλαντα δίκης.

Ἰθεῖα. Recta. Directa.

——*Haud enim obscure*
A Jove directæ novit lances Justitiæ.

Ἴθι. ἔρχου, ἢ πορεύου. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ἴθ' ἀντιβολῶ σε. πορεύου. νῦν δὲ, πείσθητί μοι. ἀντιβολῶ σε, παρακαλῶ σε, Ἀττικῶς. ὁ αὐτὸς [5] ἐν Βατράχοις· ἴθι νῦν, ἐπειδὴ λημᾷς. ἀντὶ τοῦ, ἄγε. συνωνυμεῖ γὰρ τῷ δεῦρο. σημαίνει καὶ τὸ ἄγε.

Ἴθι. Veni, Ito. Aristophanes *Nubibus*: *Ito, oro te.* [Τὸ ἴθι alias quidem significat] πορεύου; hic vero, πείσθητί μοι, i. e. obtempera mihi. Ἀντιβολῶ σε Attice dictum est pro παρακαλῶ σε. Idem in *Ranis* ait: *Age nunc, quandoquidem animo superbis.* Hic τὸ ἴθι idem significat quod ἄγε & δεῦρο.

Ἴθματα. ἴχνη. βήματα. δικαιώματα. ὁρμάς.

Ἴθματα. Vestigia. Gressus. Jura. Impetus.

Ἴθορος. παροιμιῶδες. ἐπὶ τῶν παρακελευομένων.

Ἴθορος. Proverbiale [vocabulum, quod dicitur] de illis, qui aliquos adhortantur.

Ἰθώμη. [6] ὄνομα πόλεως· καὶ Ἰθωμίτης, ὁ ἀπ' αὐτῆς.

Ἰθώμη. Nomen urbis. Et Ἰθωμίτης, ejus civis.

1 Φανερῶς λέγοντα ἐν τοῖς τῆς Αἰχμ.] Per ὑπομνήματα τῆς Αἰχμαλωσίας auctor anonymus intelligit libros Josephi *de Bello Judaico*, sed in quibus hodie nihil tale de Jesu Christo legitur. Mentio quidem fit apud Josephum nonnullorum sacerdotum, quibus nomen *Jesus* fuit, sed ii a Servatore nostro diversi fuerunt.

2 Ἰθαγενής. αὐτόχθων. γν. π.] Eodem modo vocem hanc interpretatur Etymologus.

3. Ἀγαθίας] Lib. 1. p. 32.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 65. P.

5 Ἐν Βατράχοις] Pag. 150. P.

6 Ἰθώμη. ὄνομα πόλ.] Vide Stephanum h. v.

 Ἰθύ.

Ἰθύ. ἐπ' εὐθείας. [1] Ἡρόδοτος· Ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείας στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, [2] ἅτε οἰδαινόντων ἔτι τῶν πραγμάτων. ἀντὶ τοῦ, ἐκ τοῦ προφανοῦς, παραυτίκα.

Ἰθύνει. αἰτιατικῇ. διοικεῖ. κατευθύνει. ὀρθοῖ.

Ἰθυντήρ. [3] ὁδηγός. κυβερνήτης. χαλινός. πηδάλιον.

Ἴθυσεν. ἐπ' εὐθείας ὥρμησεν.

Ἰθυτενές. εἰς εὐθεῖαν τεταμένον.

Ἰθύφαλλοι. [4] οἱ ἔφοροι Διονύσου, καὶ ἀκολουθοῦντες τῷ Φαλλῷ, γυναικείαν στολὴν ἔχοντες. [5] λέγεται δὲ Φαλλὸς, τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον. καὶ ποιήματα δὲ καλεῖται, ἃ ἐπὶ τῷ ἱσταμένῳ Φαλλῷ ᾔδετο μετ' ὀρχήσεως.

Ἰθύφαλλοι. οἱ εἰς τοὺς μηροὺς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς τραχήλοις ἐπ' εὐθείας δεσμούμενοι. ἐξ ἐρυθρῶν δερμάτων. εἴρηται ἐν τῷ περὶ Φαλλοῦ.

Ἴκανε. παρεγένετο.

Ἱκανός. ὁ ἀρκῶν. ὁ γὰρ ἱκάνων, ὅ ἐστι παραγενόμενος, ἤρκεσε πρὸς τὴν ὁδόν. [6] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ

Ἱκανοὺς νομίζεις δῆτα θανάτους εἴκοσι;

καὶ ἱκανὸς, ὁ Θεός.

Ἱκανῶς ἔχω. γενικῇ. ἀρκούντως.

Ἰκαριεύς. [7] δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς.

Ἰκάριος. ὄνομα κύριον.

Ἴκαρος. ὄνομα κύριον.

Ἱκεσία. ἡ ἱκέτευσις.

Ἱκέσιος. ἱκετικός.

Ἱκέσθην. παρεγένοντο.

Ἱκετάονος. ὄνομα κύριον.

Ἱκέτευμα. τὸ δουλοπρεπῶς παρακαλεῖν καὶ ἱκετεύειν. Ὁ γὰρ Αὔγαρος ἀπαντήσας Τραϊανῷ προσιόντι, καὶ συγγνώμης ἔτυχεν. ὁ γὰρ παῖς λαμπρὸν αὐτοῦ ἱκέτευμα ἦν.

Ἱκετεύω. αἰτιατικῇ. Ἱκετεία, ἡ ἱκεσία. [8] Ἱκετεία δὲ ἱκετηρίας διαφέρει. Ἱκετεία μὲν γάρ ἐστιν ἣν ποιεῖταί τις διὰ λόγων ὅταν δέηται συγγνώμης τυχεῖν, ἢ ἐλέους. Ἀντιφῶν· Περὶ τοῦ ἐλεεῖν ὑμᾶς ἐμὲ ἐδεήθη, δείσας, μὴ ἐγὼ δάκρυσι καὶ ἱκετείαις πειρῶμαι ὑμᾶς ἀναπείθειν. Ἱκετηρία δέ ἐστιν, ἣν οἱ δεόμενοι κατατίθενταί που, ἢ μετὰ χεῖρας ἔχουσιν.

cere coner. Ἱκετηρία vero, [est oleæ ramus] ponunt, aut manibus præferunt.

Ἱκετηρία. [9] ὁ θαλλὸς τῆς ἐλαίας. Ὁ δὲ Αἰσχίνης

Ἰθύ. Recta. Herodotus: *Recta quidem exercitum adversus ipsum mittere non placuit, quippe rebus domi adhuc turbatis.* [Hic ἐκ τῆς ἰθείας significat,] palam, recta, statim.

Ἰθύνει. Accusativo. Administrat. Dirigit. Ad regulam exigit.

Ἰθυντήρ. Viæ dux. Gubernator. Frænum. Gubernaculum.

Ἴθυσεν. Recta contendit.

Ἰθυτενές. Ad rectam lineam extensum.

Ἰθύφαλλοι. Bacchi inspectores, qui Phallum sequebantur muliebri veste induti. Phallus autem vocatur nervus intentus. Sic etiam vocantur carmina, quæ in Phallum erectum cum tripudio canebantur.

Ἰθύφαλλοι. [Sic vocabantur Phalli recti,] qui femoribus tantum, non etiam cervicibus alligati circumferebantur. Ii autem ex rubris pellibus conficiebantur, ut dictum est in v. Φαλλός.

Ἴκανε. Venit.

Ἱκανός. Qui sufficit. Ἱκάνων enim, i. e. veniens, ad iter conficiendum suffecit. Aristophanes *Pluto: An sufficere putas mortes viginti?* Et Deus dicitur ἱκανὸς, i. e. sibi sufficiens.

Ἱκανῶς ἔχω. Satis virium mihi suppetit. Possum.

Ἰκαριεύς. Populus Tribus Ægeidis.

Ἰκάριος. Nomen proprium.

Ἴκαρος. Nomen proprium.

Ἱκεσία. Preces supplices.

Ἱκέσιος. Supplex.

Ἱκέσθην. Venerunt. Advenerunt

Ἱκετάονος. [Ἱκετάων,] nomen proprium.

Ἱκέτευμα. Supplicatio humilis & servilis. *Abgarus enim Trajano advenienti obviam ivit, & veniam impetravit. Nam filius ejus splendidæ supplicationis loco ei erat.*

Ἱκετεύω. Accusativo. [Suppliciter oro.] Ἱκετεία. Preces supplices. Ἱκετεία vero differt ab Ἱκετηρία. Nam Ἱκετεία est, cum verbis aliquem suppliciter oramus, veniamque petimus, vel misericordiam alicujus imploramus. Antiphon: *Me rogavit, ut vos sui misereamini, veritus, ne ego lacrymis & supplicibus precibus vos de priore sententia dedu-* lana obvolutus,] quem supplices alicubi de-

Ἱκετηρία. Oleæ ramus. Æschines in *Apo-*

1 Ἡρόδοτος] In *Thalia*, p. 131. ut Portus observavit.

2 Ἅτε οἰδαινόντων] In prioribus Edit. corruptissime legitur, ἅτε οἱ δεόντων, cujus loco veram lectionem ex Herodoto reposuimus. Eleganter autem πράγματα οἰδαίνοντα dicuntur res turbatæ, & minime tranquillæ: qua phrasi idem Herodotus usus est in *Thalia* p. 122.

3 Ἰθυντήρ. ὁδηγ.] Eadem habet Hesychius.

4 Οἱ ἔφοροι] Apud Photium in Lexico inedito, & Hesychium, legitur οἱ ἐπίσκοποι.

5 Λέγεται δὲ φαλλὸς, τὸ ἐντετ.] Vide Harpocrationem. v. Ἰθύφαλλοι; & Eustath. ad Odyss. A. p. 1413.

6 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 25. P.

7 Ἰκαριεύς. δῆμ.] Ex Harpocratione.

8 Ἱκετεία δὲ ἱκετηρίας διαφέρει] Eandem differentiam notat Tzetzes Chil. XII. cap. CD. his verbis:

Ἱκετηρία μέν ἐστιν, ἄν τις ποιῇ δεήσεις

Εἰκόνα φέρων ἐν χερσὶν, ἢ κλάδον, ἢ λαμπάδα,

Εἴτε καὶ χάρτην ἔγγραφον, ἔχοντα τὰς δεήσεις.

Ἡ ἱκετεία δὲ ἁπλῶς, παράκλησις ἐν λόγοις.

9 Ἱκετηρία. ὁ θαλλὸς τῆς ἐλ.] Ex Harpocratione.

ἐν τῇ Ἀπολογίᾳ· Ἱκετηρία καλεῖται [1] ἐλαίας κλάδος, στέμμασιν ἐστεμμένος.

Ἱκέτης. ὁ δουλοπρεπῶς παρακαλῶν, καὶ δεόμενος περί τινος ὁτουοῦν.

Ἱκέσθω. παραγενέσθω.

Ἰκμάζω. ὑγραίνω. καὶ Ἰκμὰς, ἡ ὑγρασία.

Ἴκμενον. [2] πρόσφορον ἄνεμον.

Ἱκνοῦμαι. ἔρχομαι. ἱκετεύω. καὶ Ἱκνούμενος, παρακαλῶν.

Ἰκόνιον. ὄνομα πόλεως. καὶ Ἰκονιαῖος.

Ἵκοντο. παρεγένοντο.

Ἵκου. ἐλθέ.

Ἀλλ', [3] ὦ ταλαίπωρ' Οἰδίπους, κλύων ἐμοῦ,
Ἵκου πρὸς οἴκους.

Ἵκω. καταλαμβάνω.

Ἰκρία. [4] ὀρθὰ ξύλα, ἢ σανιδώματα τῆς νηὸς, καὶ τὰ τῶν θεάτρων, ἃ ἦσαν καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. ἐπὶ ξύλων γὰρ ἐκάθηντο [5] πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον. ξύλα ἐδέσμευον, καὶ οὕτως ἐθεώρουν. [6] Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις·

Ὥστ' εὐθὺς εἰσιόντας ἀπὸ τῶν ἰκρίων
Ὑποβλέπουσ' ἡμᾶς.——

Προβλήματα δὲ ξύλων κατὰ τῶν ἡμιτελέστων ἐφίστασαν, καὶ ἴκρια προσπήξαντες διαβάσεις παρὰ σφᾶς ἐμηχανῶντο.

Ἴκριον. Ἰκρίῳ Ἰουδαῖοι τὸν Σωτῆρα προσήλωσαν. Ἴκρειον γὰρ ἐπὶ τοῦ τάφου κεῖται τοῦ κενοταφίου. [7] Θουκυδίδης. Γνώρισμα ἐπιχώριον, καὶ νόμιμον Ἀττικὸν τῶν ἐπὶ δυστυχίᾳ τετελευτηκότων, καὶ μὴ ἐν Ἀθήναις ταφέντων.

Ἴκταρ. πλησίον. ἐγγύς. εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐφικνεῖσθαι. καὶ παροιμία· Οὐδ' ἴκταρ βάλλει. [8] εἴρηται δὲ κατὰ γλῶτταν, ὥσπερ τὸ διωλύγιον.

Ἰκτεριῶν. [9] Τοῖς ἰκτεριῶσι πᾶς χυμὸς δοκεῖ πικρὸς εἶναι, διὰ τὸ τὴν ὑγρότητα, τὴν περὶ τὴν γλῶτταν, τοῦτον ἔχειν τὸν χυμόν· οὗ πρῶτον γευομένη οὐκ ἀντιλαμβάνεται τῶν προσφερομένων. Ζητήσειε δ' ἄν τις, εἰ πικρὸς ὁ περὶ τὴν γλῶτταν χυμὸς, ἔδει, ὁπηνίκα προσφέρεται τὸ μέλι, ἧττον δοκεῖν πικρὸν εἶναι, ἐμμεμιγμένου τοῦ γλυκέος, καὶ κολάζοντος τὴν ἀμετρίαν τοῦ πικροῦ. νῦν δὲ, ὅταν προσφέρηται τὸ γλυκὺ, τότε τῆς πικρίας μᾶλλον [10] ἀντιλαμβάνεται. ἀλλὰ, διὰ τὸ ἠρεμεῖν πρὸ τούτου τὴν αἴσθησιν, οὐκ ἀντιλαμβάνεται τοῦ περὶ αὐτὴν

logia: Ἱκετηρία (inquit) *vocatur oleæ ramus, lana velatus.*

Ἱκέτης. Qui humiliter & more servili aliquem orat, & aliquid ab altero petit.

Ἱκέσθω. Veniat. Accedat.

Ἰκμάζω. Humecto. Et Ἰκμάς. Humor.

Ἴκμενον. Secundum ventum.

Ἱκνοῦμαι. Venio. Suppliciter oro. Et Ἱκνούμενος. Suppliciter orans.

Ἰκόνιον. Nomen urbis: [unde deducitur] Ἰκονιαῖος.

Ἵκοντο. Venerunt.

Ἵκου. Veni.

At, o miser Oedipe, audiens me,
Veni domum.——

Ἵκω. Assequor.

Ἰκρία. Recta ligna, vel tabulata navis, & theatrorum, quæ erant in locis, ubi populi concio habebatur. In ligneis enim tabulis sedebant, antequam conditum esset theatrum. Ligna enim colligabant, & ita spectabant. Aristoph. in *Thesmophor.*

Quare statim ingressi, de tabulatis
Limis oculis intuentur nos.——

† *Ligna vero prominentia in semiperfectis muris constituerunt, et tabulatis affixis transitum ad illos moliebantur.*

Ἴκριον. [Crux.] Judæi Servatorem cruci clavis affixerunt. Ἴκριον etiam sumitur pro cenotaphio, quod est monumentum apud Atticos condi solitum illis, qui infelici morte obierant, nec Athenis sepulti erant. Thucydides.

Ἴκταρ. Juxta. Prope. Dictum autem est ἴκταρ ab ἐφικνεῖσθαι. Et proverbium: *Ne prope quidem scopum ferit.* Est autem ἴκταρ vox minus usitata, ut διωλύγιον.

Ἰκτεριῶν. Ictero laborantibus omnia videntur esse amara, quod humor, qui est in lingua, hunc saporem habeat. Lingua igitur, eo primum gustato, reliquarum rerum saporem non percipit. Quærat autem aliquis, si succus linguæ est amarus, oportere ut, si mel edatur, minus amarus videatur, dulcedine, quæ ei admiscetur, immodicū amarorem temperante. Nunc vero, cum dulce quid editur, lingua amarum saporem magis percipit. Hoc autem verum non est. Non enim tunc

1 Ἐλαίας κλάδος.] Scholiasta Aristoph. ad *Plutum*, p. 41. Ἱκετηρία ἐστὶ κλάδος ἐλαίας, ἐρίῳ πεπλεγμένος. οἱ γὰρ ἱκετεύοντες ἐλαίας κατεῖχον κλάδον. Æschylus in *Eumenidibus* v. 43. supplicem olivæ ramum sic describit:

——Ἐλαίας ὑψιγέννητον κλάδον
Λήνει μεγίστῳ σωφρόνως ἐστεμμένον,
Ἀργῆτι μαλλῷ.

2 Ἴκμενον.] Scribitur & ἴκμενον, & ἰκμενον, cum spiritu leni. Vide Schol. Homeri ad Il. A. v. 479. & Hesychium.

3 Ἀλλ' ὦ ταλαίπωρ' Οἰδ.] Ex Sophocl. *Oedip. Colon.* p. 296. P.

4 Ἰκρία. ὀρθὰ ξύλα, ἢ σανιδώμ.] Hanc notam Suidas procul dubio descripsit ex Scholiasta Aristophanis deperdito ad locum illum Comici, qui paulo post ex *Thesmophoriazusis* citatur.

5 Πρὶν γενέσθαι τὸ θέατρον] Huc pertinent verba Hesychii v. Αἰγείρου θέα. Αἴγειρος ἦν Ἀθήνησι πλησίον τοῦ ἱεροῦ (lege ἰκρίου vel ἰκρίων, monentibus viris doctis) ἕως, πρὶν γενέσθαι θέατρον, τὰ ἴκρια ἐπήγνυον. Idem v. Παρ' αἰγείρου θέα. Ἴκρια ἐστὶν ὀρθὰ ξύλα, ἔχοντα σανίδας προσδεδεμένας, οἷον βαθμοὺς, ἐφ' αἷς ἐκαθίζοντο, πρὸ τοῦ κατασκευασθῆναι τὸ θέατρον.

6 Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις] Pag. 787. (521. Edit. Bas.)

7 Θουκυδίδης] Hanc vocem existimo alieno loco positam esse, & collocari debere post verba illa, ἐν Ἀθήναις ταφέντων.

8 Εἴρηται δὲ κατὰ γλῶτταν] Sensus horum verborum est is, quem in versione expressi. Γλῶτται enim vocantur voces obscuræ, obsoletæ, & minus usitatæ: quod cum Porto & Schotto in mentem non venisset, locum hunc imperite admodum interpretati sunt.

9 Τοῖς ἰκτεριῶσι πᾶς χυμὸς δοκεῖ πικρὸς εἶναι] Integrum hunc articulum excerpsit Suidas ex Philopono in librum II. Aristotelis *de Anima*, M. VII. 1.

10 Ἀντιλαμβάνεται. ἀλλὰ, διὰ τὸ ἠρ.] Locus hic mutilus ex Philopono sic supplendus & in integrum restituendus est: Ἀντιλαμβάνεται. τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ἀληθές. οὐ γὰρ μᾶλλον τότε ἀντιλαμβάνεται,

χυμοῦ

χυμοῦ· ἐπεὶ ἐὰν μηδενὸς προσενεχθέντος κινηθῇ, μᾶλλον αἰσθάνεται τῆς πικρότητος. Ὥσπερ οὖν, ὁ ὑγρὰν ἔχων τὴν γλῶτταν, ἧττον αἰσθάνεται· οὕτω καὶ ὁ ἄγαν ξηράν. δεῖ γὰρ παθεῖν τι τὸ αἰσθητήριον ὑπὸ τοῦ γευστοῦ, ὑγροῦ ὄντος. τὸ δὲ ἄγαν ξηρὸν ἧττον πάσχει ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ, καὶ διὰ πλείονος χρόνου. δηλοῦσι δὲ αἱ κατεξηραμμέναι τῶν βυρσῶν ἐπὶ πολὺν χρόνον, μὴ πάσχουσαι ὑπὸ τοῦ ὑγροῦ.

Ἴκτερος. νόσος ἐκ χολῆς συνισταμένη.

Τοὺς ἰκτέρῳ χρωσθέντας ὥσπερ χρυσίῳ.

λέγουσι δὲ εἶναι πόνον ὠχροειδῆ, ἀπὸ θυμοῦ ἐγειρόμενον, ὥστε τοὺς ὀφθαλμοὺς τῶν κεκρατημένων ὠχροὺς καὶ μέλανας ποιεῖν, ὡς καὶ τῶν ἰκτίνων, ἀφ' ὧν καὶ καλοῦνται οἱ ἰκτεριῶντες. ἀπαλλάττονται δὲ [1] πρὸς ὄρνιν τὸν χαραδριὸν ἐπιβλέψαντες. καὶ ζήτει ἐν τῷ Χαραδριός.

Ἰκτῆρας. ἱκετευτικούς. [2] Ἵστασθε, τούσδ' ἄραντες ἱκτῆρας κλάδους.

Ἴκτις, ἴκτιδος. εἶδος ζώου, ὡς οἱ κάστορες. ἢ ἔνυδρόν ἐστιν, ἰχθυοφάγον. καὶ [3] Ἰκτιδέα, τὸ τοῦ αἰλούρου δέρμα.

Ἴκτινα. ὄνομα κύριον.

Ἴκτινος. [4] εἶδος ὄρνιθος ἁρπακτικοῦ, ἐν ἔαρι φαινομένου. καὶ παροιμία· [5] Προκυλινδεῖσθαι ἰκτίνοις. Ἔαρος γὰρ ἀρχομένου ἴκτινες φαίνονται· ἐφ' ᾧ ἡδόμενοι ἐκυλινδοῦντο, ὡς ἐπὶ γόνυ πίπτοντες εἰς βασιλέα. ἴδιον γὰρ βασιλέων τὸ ἐξ ἀνθρώπων γονυπετεῖσθαι. ἢ, ὅτι τὸ διὰ μεταβολῆς γινόμενον καιροῦ εἰς βασιλικὴν μετέτρεψε τιμήν. οἱ γὰρ ἴκτινοι τὸ ἔαρ σημαίνουσι. οἱ πένητες οὖν, ἀπαλλαγέντες τοῦ χειμῶνος, προεκυλινδοῦντο καὶ προσεκύνουν αὐτούς.

Ἴκτινος. εἶδος ὀρνέου. Οὐ γὰρ οἶμαι ῥᾴδιον ἐν γήρᾳ μετατιθεμένῳ διαφυγεῖν τὸν λεγόμενον περὶ τοῦ ἰκτίνου μῦθον· ὃς ὄρνις ὤν, ἐπιθέμενος τῷ χρεμετίζειν, ἀμφοῖν ἥμαρτεν, ἀγροικίας τε ἅμα, καὶ δεξιότητος.

Ἰλλάδες. [6] οἱ δεσμοί.

Ἰλαδόν. ἐν ἀθροίσει, κατ' ἴλας. δηλοῖ δὲ καὶ τὸ δασύ.

Ἵλαθι. ἵλεως ἔσο.

Ἵλαος. ὁ ἵλεως, καὶ εὐμενής.

lingua magis percipit saporem amarum, sed ideo, quia sensus ante quiescit, non afficitur a succo, qui ei inest. Nam si, nullo quamvis melle sumpto, moveatur, magis percipiet saporem amarum. Uti igitur, qui humidam habet linguam, minus gustat; sic etiam, qui nimis siccam. Oportet enim sensus instrumentum aliqua ratione affici ab humido gustabili. Nimis vero siccum, minus afficitur ab humido, & tardius. Hoc autem demonstrant coria diu siccata, quæ ab humore non afficiuntur.

Ἴκτερος. Morbus, qui nascitur ex bile. *Ab ictero coloratos, ut ab auro.* Dicunt autem esse morbum, pallidos reddentem homines, & ab ira provenientem: adeo ut, qui eo laborant, oculos habeant pallidos & nigros, quales sunt milvorum, [qui Græce vocantur ἴκτινοι,] a quibus ii, qui morbo hoc laborant, ἰκτεριῶντες vocantur. Liberantur autem ab eo malo, si in avem, quæ charadrius vocatur, intueantur. Quære in v. Χαραδριός.

Ἰκτῆρας. Supplices. *Surgite, sublatis supplicibus his ramis.*

Ἴκτις, ἴκτιδος. Genus animalis, quales sunt castores. Vel est animal aquaticum & piscivorum. Et Ἰκτιδέα, pellis mustelæ.

Ἴκτινα. Nomen proprium.

Ἴκτινος. Milvus. Genus avis rapacis, tempore verno apparentis. Et proverbium: *Procumbere in genua coram milvo.* Vere enim ineunte apparent milvi, qua re gaudentes homines, humi provoluti, quasi ante Regem in genua procidebant. Regum enim hic honor proprius est, ut genibus flexis ab hominibus adorentur. Vel quia ob temporis mutationem, quæ tunc contingit, regio honore eos affecerunt. Milvi enim ver significant. Pauperes igitur, hyeme defuncti, procumbentes eos adorabant.

Ἴκτινος. Milvius, sive milvus. Genus avis. *Haud enim facile est ei, qui senex priorē sententiam, vel sectam, mutat, effugere fabulam illam, quæ de milvo narratur. Is enim, cum avis esset, hinnire conatus, utroque excidit, & rusticitate simul & dexteritate.*

Ἰλλάδες. Vincula.

Ἰλαδόν. Confertim. Turmatim. Significat & densum.

Ἵλαθι. Propitius sis.

Ἵλαος. Propitius & benevolus.

ἀλλὰ διὰ τὸ ἠρεμεῖν, &c. Hanc lectionem in versione expressi. Videtur autem Philoponus secutus hic esse vestigia Alexandri Aphrodisiensis, qui *Probl.* l. 1. Q. 61. [de eadem materia disputans sic ait: Τὸ μέλι τὸ πᾶσι γλυκύτατον τοῖς ἰκτερικοῖς πικρὸν φαίνεται· διότι πικρὰν χολὴν ἔχουσι περιστάζουσαν ἐν παντὶ τῷ σώματι, ἤδη ἐν τῇ γλώσσῃ. τὸ οὖν μέλι ἐσθιόμενον τὸν ἡσυχάζοντα πικρὸν χυμὸν κινεῖ· καὶ ἡ γεῦσις λοιπὸν ἀντιλαμβανομένη τῆς πικρότητος τῆς χολῆς, φαντασίαν ποιεῖ τοῦ νομίζεσθαι τὸ μέλι πικρὸν ὑπάρχειν. i. e. *Mel, quod omnibus dulcissimum est, ictericis videtur esse amarum; quia amara bilis per totum eorum corpus, atque adeo per linguam, diffusa est. Mel igitur, quod editur, quiescentem succum amarum movet, & sic gustus, amarorem bilis percipiens, falsam opinionem præbet hominibus, mel esse amarum.* Hæc iis, quæ Suidas ex Philopono hic adducit, omnino sunt consentanea.

1 Πρὸς ὄρνιν τὸν χαραδρ. ἐπιβλ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Aves* p. 553.

2 Ἵστασθε, τούσδ' ἄραντες ἱκτ.] Ex Sophocl. *Oedip. Tyran.* v. 143. ut Portus observavit.

3 Ἰκτιδέα, τὸ τοῦ αἰλ.] Vide infra v. Κτιδέη.

4 Ἴκτινος. εἶδος ὄρνιθος ἁρπ. ἐν ἔαρι φαιν.] Notam hanc descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, p. 565.

5 Προκυλινδεῖσθαι ἰκτίνοις] Portus recte observavit, hæc referenda esse ad locum illum Aristophanis in *Avibus* p. 565. (388. Edit. Bas.)

———Καὶ κατέδειξέ γ' οὗτος πρῶτος βασιλεύων
Προκυλινδεῖσθαι τοῖς ἰκτίνοις.

6 Ἰλλάδες. οἱ δεσμοί] Ab ἴλλω, constringere, continere. Vide Supra v. Εἰλεῖν. Apud Hesychium in serie sua corrupte legitur Ἰάλασι, δεσμοῖς; pro ἰλλάσι: cui mendo occasionem præbuit similitudo τοῦ Λ & Λ, quæ literæ sæpe invicem locum permutarunt. Sic apud eundem Hesychium mendose legitur Λιδεῖν, pro Αἰδεῖν, Ἀλοσιωνη, pro Ἀδοσιωνη. i. e. ἀδειῆ: & in v. Θύψαι, ἐπικλύσαι pro ἐπικαῦσαι, multaque alia hujus generis.

Ἰλαπι-

Ἰλαπινάζω.[1] εὐωχοῦμαι.

Ἰλαπίνας.[2] θυσίας. ἑορτάς. εὐωχίας.

Ἱλάριος,[3] Ἀντιοχεὺς, τῆς ἐν Συρίᾳ πόλεως. ἐν τῷ βουλευτηρίῳ τὰ πρωτεῖα φέρων· ἐπιεικὴς δὲ τὴν φύσιν ὢν, καὶ φιλομαθὴς, καὶ προσέτι ὀξὺς ἐν τοῖς λόγοις, καὶ βιβλίων παντοδαπῶν εὐπορώτατος, ὅμως ὀψιμαθὴς ἐξεγένετο λόγων φιλοσόφων. πολιτεύεσθαι γὰρ ἀναγκαζόμενος τὰ κοινὰ πολιτεύματα τῆς πατρίδος, οὐδεμίαν ἦγε σχολὴν πρὸς φιλοσοφίαν. ἦν δὲ αὐτῷ δυσάγωγον ἦθος ἐν τῇ νεότητι πρὸς[4] σωφροσύνην· ὥστε καὶ τοῦτο πολλὴν ἀσχολίαν παρείχετό οἱ πρὸς καλλίω βίον. ἀλλὰ γὰρ ἡ τύχη σοφώτερον τούτῳ κατέστη, καὶ ὁ χρόνος, ἅμα παρηκούσης ἤδη τῆς ἀκράτους ἡλικίας. ἀτύχημα γάρ τι συνέβη κατὰ τὸν οἶκον, ὅπερ εὐτύχημα ἀπέβη κατὰ τὸ ἀληθέστερον. ἡ γὰρ γυνὴ αὐτοῦ τῶν οἰκείων τινὶ συμφθειρομένη κατείληπτο. ὁ οὖν οἰκοφθόρος τὸ ἐπιτήδευμα ῥήτωρ ἐγεγόνει, Μόσχος ὄνομα. τυγχάνων δὲ τοῦ Ἱλαρίου πρὸς εὐνοίας καὶ οἰκειότητος, ἄδικος ἐφάνη περὶ τὸν εὐεργέτην. ἑάλω γὰρ συνὼν τῇ γυναικί. καὶ ὃς οὐδὲν ταραχθεὶς ἐπὶ τῇ συμφορᾷ, πρᾶγμα ἐποίησεν ἀνδρείας τε καὶ φρονήσεως ἐχόμενον. τὸν γὰρ ἄνδρα παραλαβὼν, ἐξέστη μὲν αὐτῷ τῆς γυναικὸς, ἐξέστη δὲ τοῦ σφετέρου κλήρου, ἐφ' ᾧτε κατὰ τὸν νόμον ἐκεῖνον βουλεύειν· αὐτὸς δὲ (καὶ[5] γὰρ ἄπαιδα βίον τῇ γυναικὶ συμβεβιώκει) ἀπολιπὼν τὴν πατρίδα μετεσκευάσατο τὸν βίον πρὸς τοὺς φιλοσόφους, εἰς Καρίαν τε καὶ Λυδίαν μεταστάς. Ἀθήναζε δὲ ἀφικόμενος ἐβούλετο τοῦ Πρόκλου ἀκροάσασθαι, καὶ λόγων φιλοσόφων. ὡς[6] δὲ οὐκ ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν τρυφὴν ὁ Πρόκλος, ἀκηκοὼς αὐτὸν ἐληλυθέναι μετὰ τῶν παλλακίδων, καὶ τῆς συνήθους ἔτι ἐνδιαιτήσεως, ἀναχωρήσας Ἀθήνηθεν ὁ Ἱλάριος ἄλλον μεθώδευκε τρόπον ὠφελείας τὸν συμμετρότερον, ἢ κατὰ τὸν Πρόκλειον.

Ἱλάριος,[7] ὁ ἐκ Φρυγίας, ἐπὶ Ἰοβιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων. κατὰ παιδείαν μὲν τὴν ἀνὴρ οὐ γνώριμος· κοινωνεῖν δὲ αὐτῷ θεὸς ἐδόκει τῆς τοῦ μέλλοντος προγνώσεως. ὥστε ἦν μάντις ἄριστος.

Ἱλαρίων. Ἱλαρίωνος.

Ἱλαρός. εὔχαρις. ἀστεῖος. ἡδύς. Ἀππιανός· Σὺν βοῇ ἱλαρᾷ καὶ θορύβῳ χρηστῷ παρέπεμπον αὐτὸν, καὶ θαρρεῖν ἐκέλευον. Ἔπρεπε δὲ αὐτῷ μάλιστα τὸ τῆς ψυχῆς ἱλαρόν.

Ἱλαροῖς.[8] Ἀφορῶντες τὴν πόλιν ἱλαροῖς τοῖς προσώποις, εὔθυμοι τὴν τελευτὴν προσδέχεσθαι ἔλεγον.

Ἱλαρώτερος. εὐπροσιτώτερος.

Ἴλας. ἀγέλας, ἢ τάξεις. καὶ Ἰλάρχας, ταξιάρ-

Ἰλαπινάζω. Convivor. Epulor.

Ἰλαπίνας. Sacrificia. Dies festos. Convivia.

Ἱλάριος. Hilarius, Antiochenus, Syrus, princeps Senatus, natura bonus & discendi cupidus, praetereaque acutus in sermonibus, & librorum omnigenorum copia instructissimus; quamvis philosophiae serius operam dare coeperit. Cum enim Reipub. muneribus fungi, & publica patriae negotia tractare cogeretur, philosophico studio vacare non poterat. In adolescentia vero mores habebat parum tractabiles, & a modestia alienos: quae res & ipsa magno ei erat impedimento, ne vitae meliori studeret. Sed quod ratio non potuit, fortuna praestitit, & ad sapientiam eum perduxit; itemque tempus, postquam indomitus juvenilis aetatis aestus deferbuisset. Domesticum enim quoddam infortunium ei contigit, quod tamen, ut vere dicam, felicitatem potius dici debere eventus demonstravit. Uxor enim ejus cum aliquo amicorum in adulterio deprehendebatur. Adulter autem erat orator, nomine Moschus, qui benevolentiam Hilarii expertus, & ab eodem in amicorum numerum adscitus, malam ei pro beneficiis gratiam retulit. Cum uxore enim ejus in adulterio deprehendebatur. Ille autem infortunio isto minime turbatus, rem fecit generositatis & prudentiae plenam. Nam adultero cessit uxore sua, & bonis, ut ea ratione legitimus esset Senator. Ipse vero (nullos enim ex uxore susceperat liberos) patria relicta in Cariam & Lydiam profectus, vitam philosophicam amplexus est. Cum Athenas venisset, Proclum audire voluit. Sed cum is luxum ejus ferre non posset, quod eum cum concubinis & consueta adhuc vitae mollitie venisse audivisset, Athenis digressus, aliam philosophiae rationem, Proclea sibi accommodatiorem, secutus est.

Ἱλάριος. Hilarius Phryx, sub Joviano Romanorum Imperatore vixit. Fuit autem vir non quidem doctrina celebris, sed Deus ipsi futurorum praescientiam impertiri videbatur. Quare praestantissimus vates habebatur.

Ἱλαρίων. [Nomen proprium.]

Ἱλαρός. Comis. Urbanus. Suavis. Appianus: *Hilari clamore & fausto applausu eum prosecuti sunt, bonoque animo eum esse jusserunt.* † *Maxime vero eum decebat animi hilaritas.*

Ἱλαροῖς. Laetis. *Urbem laetis oculis intuentes, dicebant se bono animo mortem expectare.*

Ἱλαρώτερος. Accessu facilior. [Blandior.]

Ἴλας. Greges. Turmas. Ordines. Et Ἰλάρ-

1 Ἰλαπινάζω] Pro εἰλαπινάζω. Vocales enim ι, & η, & diphthongum ει, perpetuo apud Grammaticos confundi constat. Vide supra v. Εἰλαπινάζων.

2 Ἰλαπίνας] Vide supra v. Εἰλαπίνη.

3 Ἱλάριος, Ἀντιοχεύς, τῆς ἐν Συρ. πόλ.] Totum hunc articulum de Hilario Antiocheno descriptum esse ex Damascio, non solum patet ex stilo, sed etiam ex Excerptis, quae ex illo scriptore supersunt adhuc apud Photium p. 1069.

4 Πρὸς σωφροσύνην] Sic ex *MSS.* locum hunc emendavi. In prioribus enim Edit. minus recte legitur ἐν σωφροσύνῃ.

5 Καὶ γὰρ ἄπαιδα βίον τῇ γυναικὶ συμβ.] Eadem leguntur apud Photium loco paulo ante laudato.

6 Ὡς δὲ οὐκ ἤνεγκεν αὐτοῦ τὴν τρυφὴν ὁ Πρ.] Photius loco citato: Ὁ δὲ Ἱλάριος, φιλοσοφῶν μὲν, ἐνδεδυμένος δὲ τοῖς ἀπαρχαίοις ἤθεσιν, οὐκ ἔτυχε Πρόκλου διδασκάλου.

7 Ἱλάριος, ὁ ἐκ Φρυγ.] Articulum hunc a Suida descriptum esse ex Eunapii historia suspicatur Valesius ad Amm. Marcell. l. xxix. p. 381.

8 Ἀφορῶντες τὴν πόλιν ἱλαρ. τοῖς προσ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Josepho *de Bello Jud.* l. VII. p. 965.

χας. Ἴλη γὰρ, ἡ συστροφὴ, καὶ τάξις ὄχλου ἱππικοῦ.

Ἱλλάς.[1] τὸ σχοινίον. καὶ Ἱλλάσι, τοῖς δεσμοῖς.

Ἱλάσθητι. ἵλεως μοι γένοιο.

Ἱλάσκεσθαι. ἐξιλεοῦσθαι.

Ἱλάσκονται.[2] περὶ τὸν αὐτὸν εἰλοῦνται τόπον, ἢ ἐν κύκλῳ πλανῶνται.

Ἱλασμός. εὐμένεια. πρᾳότης. συγχώρησις. εἴτε διαλλαγή.

Ἱλαστήριον.[3] θυσιαστήριον.

Ἱλεδανοί. οἱ δεσμοί.

Ἰλεός. ἡ καταδύσις τοῦ ὄφεως. ὁ φωλεός. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα νόσου περὶ τοὺς ἵππους γινομένης.

Ἵλεων. πρᾷον. καὶ Ἵλεως, τὸ Ἀττικὸν, εὐμενής.

Ἱλεωτήριον. ἱλαστήριον.

Ἰλεύς. ὄνομα κύριον.

Ἴλλειν. συνέχειν.

Ἴλη. σύστημα. συστροφή. τάξις ὄχλου ἱππικοῦ. κυρίως δὲ φρατρία. Μία δ'[4] ἐκκλησίας ἀνδρῶν ἴλη τὸν ὑπασπίδιον κόσμον φερέτω. Σοφοκλῆς. καὶ Εὐνάπιος· Τότε δὲ ἴλη τῶν καταφράκτων ἱππέων ὑπὲρ τοὺς υ' ἐς τοὺς ὀπισθοφύλακας κατέῤῥαγη.

Ἱλήκοις. ἵλεως καὶ εὐμενὴς γένοιο. ἐν Ἐπιγράμματι· Ἱλήκοις, Διόνυσε, τῆς ἀμελήσα χορείης.

Ἰλιάς. τὸ πλῆθος. Ἰλιὰς κακῶν. ἐπὶ τῶν μεγάλων κακῶν.

Ἰλιβηνοί. ὄνομα ἔθνους.

Ἰλιγγιᾶν.[5] ὅταν περὶ τὴν καρδίαν στρόφος γένηται, ἐπακολουθεῖ σκότος. καὶ τοῦτο καλοῦσιν ἰλιγγιᾶν· καὶ ἴλιγγον τὸ πάθος. ἰστέον δὲ ὅτι εἰλιγγιῶ διὰ διφθόγγου· ἴλιγγος δὲ, διὰ τοῦ ι.

Ἰλιεύς. ὁ ἀπὸ τοῦ Ἰλίου τῆς πόλεως. καὶ Ἰλιέων.

Ἰλίεια[6] Ἀθηνᾶ. ἡ παρ' Ἰλιεῦσι τιμωμένη.

Ἰλλίζω. διανεύω.

Ἴλιον.[7] ἡ τῆς Φρυγίας πόλις. Ὅτι κατὰ τοὺς Ἀργοναύτας ἐπεράχθη, τηνικαῦτα παρ' Ἕλλησιν ἐχρη-

χας, ordinum ductores. Ἴλη enim est conglobata multitudo, & turma equitum.

Ἱλλάς. Funis. Vinculum. Et Ἱλλάσι, vinculis.

Ἱλάσθητι. Sis mihi propitius.

Ἱλάσκεσθαι. Placari. Propitium fieri.

Ἱλάσκονται. Circa eundem locum conglobati versantur; vel, in orbem vagantur.

Ἱλασμός. Gratia. Clementia. Venia peccati. Reconciliatio.

Ἱλαστήριον. Altare.

Ἱλεδανοί. Vincula.

Ἰλεός. Serpentis latibulum, quod & φωλεός vocatur. Significat autem & nomen morbi, quo equi laborant.

Ἵλεων. Propitium. Et Ἵλεως, Attice, propitius.

Ἱλεωτήριον. Propitiatorium.

Ἰλεύς. Ileus. Nomen proprium.

Ἴλλειν. Continere. Constringere.

Ἴλη. Multitudo congregata. Globus. Ordo equitum. Proprie ita vocatur phratria. *Una vero virorum turma ex tentorio arma afferat.* Sophocles. Et Eunapius: *Tunc autem equitum cataphractorum turma, quæ quadringentorum numerum superabat, in agminis novissimi custodes impressionem fecit.*

Ἱλήκοις. Propitius, & benevolus sis. In Epigrammate: *Propitius sis, Bacche: tuam enim neglexi choream.*

Ἰλιάς. Multitudo. *Ilias malorum.* De magnis malis dicitur.

Ἰλιβηνοί. Ilibeni. Nomen gentis.

Ἰλιγγιᾶν. [Vertigine laborare.] Quum [spiritus] circa cor in gyrum vertuntur, consequitur caligo: idque vocant ἰλιγγιᾶν, & morbũ ipsum ἴλιγγον, i. e. vertiginem. Sciendum autẽ, verbum εἰλιγγιῶ per ει diphthongum, ἴλιγγος vero nomen per ι scribi.

Ἰλιεύς. Iliensis. Qui est ex Ilio urbe. Et Ἰλιέων, Iliensium.

Ἰλίεια. Minerva, quæ apud Ilienses colitur.

Ἰλλίζω. Oculis innuo.

Ἴλιον. Ilium, urbs Phrygiæ. Tempore Argonautarum apud Græcos vaticinata est Sibyl-

1 Ἱλλάς. τὸ σχ.] Repræsentavi hic lectionem *MSS.* In prioribus enim Edit. minus recte excusum est Ἱλάς, & Ἱλάσι, per unum λ. Vide paulo ante v. Ἱλλάδες, ubi recte hæc vox per duo λλ scripta est.

2 Ἱλάσκονται] Sciendum est vocales η & ι sæpissime apud Suidam confundi, & alteram pro altera poni; quod & hic factum. Nam pro ἱλάσκονται scribendum est ἠλάσκονται, ab ἠλάσκω; qua voce Homerus cum alibi usus est, tum etiam Il. B. 470. ubi de apibus inquit:

Αἵ τε κατὰ σταθμὸν ποιμνήϊον ἠλάσκουσι.

Scholiasta ad eum locum: Ἠλάσκουσι. περὶ τὸν αὐτὸν τόπον εἰλοῦνται: quæ est ipsissima interpretatio, quam & Suidas hoc loco affert.

3 Ἱλαστήριον. θυσιασ.] Altare vocatur ἱλαστήριον, quia in eo offeruntur victimæ divini Numinis placandi gratia. In veteri autem Testamento ἱλαστήριον appellatum fuisse operculum Arcæ notum est.

4 Ἐκκλησίας] Apud Sophoclem in *Ajace*, p. 76. unde locus hic sumptus est, recte legitur ἐκ κλισίας, i. e. *ex tentorio.*

5 Ἰλιγγιᾶν. ὅταν περὶ τὴν καρδ.] Hanc notam descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharn.* p. 398.

6 Ἰλίεια Ἀθηνᾶ] Ἰλίεια non erat cognomen Minervæ, sed festi, quod in honorem Minervæ ab Iliensibus celebrabatur. Vid. Meurs. *Græc. Fer.* v. Ἰλίεια.

7 Ἴλιον. ἡ τῆς Φρυγίας πόλις. Ὅτι τὰ κατὰ τοὺς Ἀργ.] Dubium non est, quin Suidas hunc articulum descripserit ex Joanne Antiocheno, non eo, cui cognomen est Malalæ, & qui hodie adhuc exstat; sed altero, ex cujus libris deperditis Excerpta supersunt in Collectaneis Constantini Porphyr. a Valesio editis. Constat enim, scriptorem illum ex iisdem fontibus sua hausisse, ex quibus & Chronici Alexandrini auctor, itemque Cedrenus, & Joannes Malala; qui eandem historiam, si argumentum & sensum spectes, eodem prorsus modo referunt. Cedreni verba, p. 120. hæc sunt: Τότε καὶ Τρωὸς τῆς Φρυγῶν χώρας ἦρχεν, ὁ Ἦλου (lege Ἴλου) καὶ Γανυμήδους πατήρ. Οὗτος δύο πόλεις Τροίαν καὶ Ἴλιον ᾠκοδόμησε· καὶ τοὺς ἀπογόνους εἰς τὸν ἐγκαινισμὸν τῶν πόλεων συγκαλεσάμενος, τοῦ Μυκηναίων ἄνακτος Ταντάλου ἐπελάθετο. ὃς καὶ εἰς ἔχθραν αὐτῷ διὰ τοῦτο ἀντικατέστη. Ἦν δὲ ὁ Τρωὸς περὶ τὸ τῶν πόλεων οἰκοδομῆς εὐξάμενος εὐχὴν τῷ Διῒ, θυσίας καὶ δῶρα πέμπειν εἰς Εὐρώπην. καὶ ἐπειδὴ αἱ πόλεις ἐπληρώθησαν, τὸν Γανυμήδην σὺν ἀνδράσι ποτίμοις, δῶρά τε καὶ θυσίας πρὸς τὸ τοῦ Διὸς ἱερὸν ἐκπέμπει. Τάνταλος δὲ, δόλον εἰκάσας, δύναμιν ἀποστείλας ἥρπασε τὸν Γανυμήδην καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, εἰ καὶ ἔλεγεν θυσίας κομίζειν τῷ Εὐρωπαίῳ Διΐ. Ὁ δὲ Γανυμήδης

ματιζε

μάντιζε καὶ [1] ἡ Ἐρυθρὰ Σίβυλλα· κατὰ δὲ τὴν Φρυγῶν χώραν Τρὼς, ὁ πατὴρ Ἴλου καὶ Γανυμήδους, ἐβασίλευσεν, κτίσας τὴν μὲν Τροίαν εἰς ἴδιον ὄνομα· τὸ Ἴλιον δὲ εἰς ὄνομα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ πληρώσας τὰς πόλεις, πάντας τοὺς τοπάρχας ἐν τοῖς ἐγκαινίοις προσεδέξατο, δίχα Ταντάλου τοῦ βασιλέως τῆς Θρᾴκης. καὶ μετά τινα χρόνον ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ Γανυμήδην, ὃν ἀγαπώμενον ὑπ' αὐτοῦ σφόδρα, θυσίαν ἐπάγειν καὶ δῶρα τῷ [2] Εὐρώπῃ Διῒ ὑπὲρ εὐχαριστίας, δεδωκὼς αὐτῷ ἄνδρας ν'. Νομίσας οὖν ὁ Τάνταλος ὅτι κατάσκοπος ἐπέμφθη τῆς αὐτοῦ βασιλείας, ἐκράτησεν αὐτὸν πρὶν ἢ καταλαβεῖν τὸ ἱερόν. καὶ μαθὼν τὴν αἰτίαν, ἐθεράπευσεν. ὁ δὲ μικρὸν διατρίψας, καὶ νόσῳ περιπεσὼν, ἐτελεύτα. λυπηθεὶς δὲ ὁ Τάνταλος, αὐτὸν μὲν ἔθηκεν ἐν σορῷ· τοὺς δὲ σὺν αὐτῷ ἀπέστειλεν ἀπαγγελοῦντας τῷ πατρὶ τὸν ἐκείνου θάνατον. Οἱ δὲ ποιηταὶ ἁρπαγῆναι τὸν Γανυμήδην ὑπὸ τοῦ Διὸς ἔγραψαν τὸ ὀξὺ τοῦ θανάτου μυθολογήσαντες.

Ἰλισσός. ὄνομα τόπου, καὶ ποταμοῦ.

Ἰλλόμενος. δεσμευόμενος.

Ἴλλον. στρεβλὸν, στραβὸν, ἢ τυφλόν. [3] Ἀριστοφάνης· Ἴλλος γεγένημαι· ὁ δ' οὐδέπω. καὶ τὸ πληθυντικὸν, Ἴλλοι.

Ἴλλος. ὄνομα κύριον, ὃς ἦν [4] μάγιστρος Ζήνωνος.

Ἰλλοῦσιν. [5] Εὑρὼν δὲ Ἰλλοῦσιν Φθορέα, ἐκρέμασεν ἐπὶ [6] διδύμου ξύλου. τυλέσιν, εἰς Φούρκαν.

Ἰλλώπτειν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Τῷ γλυκερὸν καὶ θῆλυ καλιλλώπτοντι Πριήπῳ.

Ἰλλυριοί. Βάρβαροι Θρᾳκικοί. οἱ δὲ, Περσίδας αὐτούς φασιν. καί φησιν [7] Ἀριστοφάνης· Ἰλλυριοὶ κεχριγότες. ἀντὶ τοῦ, ποιὰν φωνὴν ἀποτελοῦντες. Κεχριγότες οὖν διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς αὐτῶν. Κρίγη γὰρ ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τρισμὸς, τοῖς ὀδοῦσι γινόμενος.

Ἰλύς. βόρβορος. καὶ Ἰλύσι, τὸ πληθυντικόν.

Ἰλυσπώμενον. [8] συνειλούμενον. [9] Εἰς πέλμα

la Erythræa; in Phrygia vero Tros, Ili & Ganymedis pater, regnavit: qui Trojam conditam suo nomine appellavit; Ilium vero, filii nomine. Urbibus igitur absolutis, omnes [vicinorum] locorum Principes, excepto Tantalo Thraciæ Rege, ad earum dedicationem celebrandam invitavit. Aliquanto post Ganymedem filium suum, quem valde amabat, misit, ut sacrificium & dona Jovi Europæo pro gratiarum actione offerret, additis illi L. viris. Tantalus igitur existimans, eum regni sui explorandi causa missum esse, eum comprehendit, priusquam ad templum pervenisset. Cum vero causam adventus ipsius cognovisset, eum in honore habuit. Ille autem paulisper ibi moratus, & morbo confectus, obiit. Tantalus ejus morte dolens, ipsum in loculo posuit, ejusque comites remisit ad patrem, mortem illius nunciaturos. Poetæ vero Ganymedem a Jove raptum tradunt; cui fabulæ subita ejus mors locum dedit.

Ἰλισσός. Ilissus. Nomen loci, & fluvii.

Ἰλλόμενος. Qui ligatur. Qui vincitur.

Ἴλλον. Distortum, strabonem, vel cœcum. Aristophanes: *Strabo factus sum: hic vero nondum.* Pluralis, Ἴλλοι, strabones.

Ἴλλος. Illus. Nomen proprium viri, qui fuit Zenonis Magister [Officiorum.]

Ἰλλοῦς. Illus. *Cum autem Illus invenisset stupratorem, eum in gemino ligno* (hoc est in furca) *suspendit.*

Ἰλλώπτειν. [Strabonem esse.] In Epigrammate: *Oculos more fœminarum suaviter distorquenti Priapo.*

Ἰλλυριοί. Illyrii, Barbari Thraces. Alii vero dicunt eos esse Persas. Aristophanes inquit: *Illyrii* κεχριγότες, i. e. *stridorē edentes.* Dixit autē κεχριγότες, quod vox illorum sit minime plana. Κρίγη enim est ille stridor, quem morientes dentibus edunt.

Ἰλύς. Lutum. Cœnum. Et pluralis, Ἰλύσι.

Ἰλυσπώμενον. Se contrahentem & versantem.

διὰ τὴν κἀχόρην ἅμα καὶ τὴν φθόνον ἀξίωσιν, καὶ συγγνώμης τυχεῖν, καὶ καὶ μετ' ὀλίγον πλουτεῖν. καὶ τὰ μὲν δῶρα τοῦ Ταντάλου κελεύσαντος τῷ ἱερῷ τοῦ Διὸς ἀπέδειξε. τὸ δὲ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῷ ναῷ ἴδιον ἀπέθηκε. Ἐντεῦθεν ἐμυθεύσαντο τὸν Δία γενόμενον αἰτὸν, διὰ τὸ τῆς ἁρπαγῆς ὀξὺ, τὸν Γανυμήδην ἀναλαβεῖν εἰς τὸ οἰνοχοεῖν αὐτῷ. Hæc Cedrenus: cum quibus confer quæ habet Joannes Antiochenus Malala p. 97, 98.

1 Ἡ Ἐρυθρὰ Σίβυλλα] Lege, ἡ Ἐρυθραία Σίβυλλα, ut apud Malalam.

2 Εὐρώπῃ Διΐ] Scribe Εὐρωπαίῳ Διΐ, ut apud Malalam legitur.

3 Ἀριστοφάνης] In *Thesmophor.* p. 812. ubi versus hic ita legitur: Ἴλλὸς γεγένημαι προσδοκῶν, ὁ δ' οὐδέπω.

4 Μάγιστρος] Hanc lectionem ex optimo *MS.* Paris. A. revocavi. In prioribus enim Edit. pessime excusum est μάγος; quod mendum ex scripturæ compendio ortum esse nemo non videt. Eruditissimus Pearsonius in Prolegomenis in Hieroclem locum hunc ex ingenio jam ante emendaverat, & pro μάγος scribendum esse μάγιστρος recte monuerat; cujus verba hic adducam. "Ἴλλους, "vel Ἴλλος Græcis, Hyllus, aut Illus Latinis dictus, sub Zenone "vixit, eique familiaris admodum fuit. Suidas: Ἴλλος. ὄνομα κύ"ριον, ὃς ἦν μάγος Ζήνωνος. At Zenoni operam in arte magica "præstitisse, aut omnino magum fuisse Illum non memini. Imo, "errorem ex scripturæ compendio natum pro certo habeo. Scri"psit aut Suidas, aut librarius, μάγος, vel brevius, ut in *MS.* co"dice Manuelis Moschopuli expressum vidi, μγς. Hoc qui seque"bantur μάγος effecere, cum μάγιστρος abbreviatura illa intellige"retur. Victori in Chronico *Hyllus Patritius*, & simpliciter *Pa*"*tritius* nominatur. At Marcellino *Illus, natione Isaurus, digni*"*tate* MAGISTER *Officiorum* dicitur. Et Joannes Antiochenus: "Καὶ ἐγένετο ὁ Ἴλλους συγκλητικὸς, καὶ ὕπατος, καὶ ΜΑΓΙΣΤΡΟΣ, "καὶ Πατρίκιος. Non igitur Magus, sed Μάγιστρος Zenoni Illus "fuit". Hæc Pearsonius: quibus addo, Illi hujus mentionem etiam fieri infra apud Suidam v. Μαρκιανός. v. Παμπρέπιος, & v. Λεόντιος μοναχός.

5 Ἰλλοῦσιν. εὑρὼν δὲ Ἰλλοῦσιν φθορ.] Locus hic corruptissimus est, quem optime in integrum restituit Valesius ad Evagrii Histor. Eccles. l. 1. c. xvi. ubi monet, hæc cum præcedenti articulo connectenda esse, totumque illum locum sic legendum: Ἴλλος, ὄνομα κύριον, ὃς ἦν μάγιστρος Ζήνωνος ὁ καὶ Ἰλλοῦς. Εὑρὼν δὲ Ἰλλοῦς τὸν φθορέα ἐκρέμασεν ἐπὶ διδύμου ξύλου. Nihil hac emendatione est verius.

6 Ἐπὶ διδύμου ξύλου] Lipsius in libello *de Cruce* τὸ δίδυμον ξύλον *crucem* significare putat, reprehenditque Suidam, quod verba hæc auctoris anonymi de ea quam Romani vocant *furca* exponat. Sed interpretationem Suidæ contra Lipsium merito defendit Casaubonus adversus Baron. Exercit. xvi. num. lxxvii. quem vide.

7 Ἀριστοφάνης] In *Avibus* p. 611. (425. Ed. Bas.) ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas sua descripsit.

8 Ἰλυσπώμενον. συνειλούμενον] Vide Hesych. v. Εἰλυσπᾶσθαι, & Εἰλυσπᾶται.

9 Εἰς πέλμα] In prioribus Edit. mendose legitur εἰς πέρμα; cujus loco εἰς πέλμα ex 2 *MSS.* Paris. reposui.

βοιῦ ἐμπεσόντα, καὶ ἰλυσπώμενον, ἕως τεθνάναι.

Ἰλυοῖσι. [1] ταῖς καταδύσεσιν. Ἑρπετὰ δ' ἰλυοῖσιν ἐνέκρυφθεν.

Ἱμᾶν, καὶ ἱμεῖν. ἀντλεῖν. ἀνέλκειν. ἀνασπᾶν.

Ἱμάντες. λῶροι. δεσμοί. Ἱμᾶσί τε πολλοῖς ξυνδεθῆναι ἐντειλάμενος ἑκάστῳ ἀνδρί.

Ἱμάντωσις. δέσις ξύλων, ἐμβαλλομένων ἐν τοῖς οἰκοδομήμασι.

Ἱμάς. ὁ λῶρος.

Ἵμασεν. ἐμάστιξεν.

Ἱμάσθλην. μάστιγα. ἐν [2] Ἐπιγράμματι· Κώπην θ' ἅμα νηὸς ἱμάσθλην.

Ἱμάσσω. πλήσσω. πατάσσω.

Ἱματίδιον. τὸ μικρὸν ἱμάτιον.

Ἱματισμένος. ἱμάτια ἐνδεδυμένος. [3] Ἱματισμένον, καὶ σωφρονοῦντα. διὰ τοῦ ι.

Ἱματισμός. ἡ ἐσθής.

Ἴμβρασος. [4] ὄνομα κύριον.

Ἱμαῖον [5] ᾆσμα. τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλήσει λεγόμενον· παρὰ τὸ ἱμᾶν. οἱ δὲ, τὸ μυλωθρικόν. Καί πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸν ἱμαῖον ᾄδει. Καλλίμαχος Ἑκάλῃ.

Ἱμαῖος. [6] ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή. δηλοῖ δὲ καὶ ὄνομα κύριον.

Ἱμέρα. [7] ὄνομα κύριον.

Ἱμεραία. [8] γραῦς τις. καὶ πόλις. Ἐκ δὴ τούτων νόσοι καὶ τροφῶν ἀπορία τὴν Ἱμεραίαν κατέσχον.

Ἱμεραῖος. ὁ ἀπὸ τῆς πόλεως Ἱμέρας.

Ἱμέριος [9] Ἀμεινίου ῥήτορος, Προυσιάδος τῆς Βιθυνίας, Σοφιστὴς τῶν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ βασιλέως, ἀντιπαιδεύσας Προαιρεσίῳ ἐν Ἀθήναις· πηρὸς τὰς ὄψεις ἐν γήρᾳ. [10] ἔγραψε μελέτας.

Ἱμερία. ποταμός.

Ἱμερόεντα. ἐράσμια. λάμποντα. Ἐν Ἐπιγράμματι·

Αὐτή [11] σοι Κυθέρεια τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν
Κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν.

καὶ Ἱμερόεις, ὁ ἐπιθυμητικός.

Ἵμερος. ἡ ἐπιθυμία. Ἵμερος αὐτὸν εἰσῆλθε διάπυρος ἰδεῖν Μάρκελλον νεκρόν.

Ἱμερτής. ὁ ἐπιθυμητής.

Ἱμερτός. καλός. ἐπέραστος. ποθεινός.

Ἱμείρω. γενικῇ. καὶ Ἱμείρομαι, γενικῇ, ἐπιθυμῶ.

Bovem in lutum delapsum, & ex eo eluctari conantem, donec moreretur.

Ἰλυοῖσι. Lustris. Latibulis. *Reptilia vero in latibulis erant occultata.*

Ἱμᾶν, & ἱμεῖν. Haurire, sursum trahere.

Ἱμάντες. Lora. Vincula. *Cum unicuique viro imperasset, ut multis vinculis [eos] constringerent.*

Ἱμάντωσις. Colligatio lignorum, quæ in ædificia conjiciuntur.

Ἱμάς. Lorum.

Ἵμασεν. Loris, vel flagris cecidit.

Ἱμάσθλην. Flagellum. Scuticam. In Epigrammate: *Et simul remum, navis flagellum.*

Ἱμάσσω. Flagris cædo. Percutio.

Ἱματίδιον. Palliolum. Parvum pallium.

Ἱματισμένος. Vestibus indutus. Per ι scribitur. *Vestibus indutum, & sana mente præditum.*

Ἱματισμός. Vestitus.

Ἴμβρασος. Imbrasus. Nomen proprium.

Ἱμαῖον ᾆσμα. Cantilena, quæ canitur, dum aqua hauritur; a verbo ἱμᾶν. Alii vero [sic vocant cantilenam,] a molentibus cani solitam. *Canit etiam alicubi vir aquam hauriens carmen Himæum.* Callimachus *Hecale.*

Ἱμαῖος. Cantilena, quæ ad molam canitur. Significat etiam nomen proprium.

Ἱμέρα. Himera. Nomen proprium.

Ἱμεραία. Himeræa. Quædam anus ita vocata. Item, urbs. *Ob hæc igitur morbi & annonæ penuria Himeram vexarunt.*

Ἱμεραῖος. Himeræus. Ab urbe Himera sic dictus.

Ἱμέριος. Himerius, Aminiæ Rhetoris filius, ex Prusiade Bithyniæ urbe, Sophista, sub Juliano Imperatore vixit, & Athenis Proæresii æmulus fuit, oculosque in senectute amisit. Scripsit Declamationes.

Ἱμερία. Fluvius.

Ἱμερόεντα. Amabilia. Splendentia: In Epigrammate: *Ipsa Venus amabilem a mammis cestum tibi gestandum dedit.* Et ἱμερόεις, desiderabilis.

Ἵμερος. Amor. Desiderium. *Ipsum invasit ardens desiderium videndi Marcellum mortuum.*

Ἱμερτής. Qui desiderat.

Ἱμερτός. Formosus. Amabilis. Desiderabilis.

Ἱμείρω, & Ἱμείρομαι genitivo junguntur. Cu-

1 Ἰλυοῖσι. ταῖς κατ.] Forte legendum est Ἰλυσμοῖσι. Vide supra v. Εἰλυσμός.

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. l. vi. p. 549.

3 Ἱματισμένον καὶ σωφρονοῦντα] Hæc sunt verba Evangelistæ Lucæ, viii. 35. ubi narratur historia de homine, quem a malis spiritibus Servator noster liberaverat.

4 Ἴμβρασος] Sic dicta fuit Samus. Vide Stephanum.

5 Ἱμαῖον ᾆσμα. τὸ ἐπὶ τῇ ἀντλ.] Hæc deprompsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas*, p. 273. ubi versus Callimachi recte sic legitur:

Ἀείδει καὶ πού τις ἀνὴρ ὑδατηγὸς ἱμαῖον.

6 Ἱμαῖος. ἡ ἐπιμύλιος ᾠδή] Vide Menagium ad Laertium l. i. Segm. lxxxi.

7 Ἱμέρα] Urbs Siciliæ; de qua Geographi.

8 Ἱμεραία. γραῦς τις] De ea vide supra v. Ἱμεραία.

9 Ἱμέριος. Ἀμειν.] De eo vide Eunapium.

10 Ἔγραψε μελέτας] Declamationum Himerii argumenta & titulos habes apud Photium in Bibliotheca Cod. clxv. & ccxliii.

11 Αὐτή σοι Κυθέρεια τὸν ἱμ.] Anthol. l. vi. p. 560. integrum distichum sic legitur:

Αὐτή σοι, Κυθέρεια, τὸν ἱμερόεντ' ἀπὸ μαστῶν
Ἱνα λαοπειθῆ κεστὸν ἔδωκεν ἔχειν.

Τὸ

Τὸ ἱμείρειν τοῦ βίου καὶ φιλοζωεῖν τῆς μεγίστης ἀγεννείας ἐστὶ σημεῖον καὶ κακίας.

Ἱμητόν. τὸ ἀντλητόν. Ἱμονιὰ γὰρ τὸ τοῦ ἀντλήματος σχοινίον. [1] Οἱ δὲ Ἄβαροι ἐχώρουν, ἵνα ὁ Δάνουβις ἔρρει ποταμός.

Ἱμονιά. [2] Τὸ δὲ φρέαρ, ἅτε ὀρεινὸν ὄν, κοῖλον ἦν, καὶ βαθύ, ὥστε δεῖν ἱμονιᾶς μακρᾶς. Οἱ δὲ αὐτὸ τὸ ἀντλητήριον. παρὰ τὸν ἱμάντα.

Ἱμονιᾶν. [3] ἀποπατεῖν. ἀντὶ τοῦ, μακρὰ χέζειν ἀπὸ τοῦ σχοινίου, δι᾽ οὗ τὰ ὕδατα ἀρύονται, ὃ καλοῦσιν ἱμονιάν.

Ἱμονιοστρόφου [4] μέλη. Ἱμονιὰ καλεῖται τὸ ἀντλητήριον τῶν φρεάτων. Ἱμαῖον δὲ, τὸ ᾆσμα. Ἱμονιοστρόφου δὲ, τοῦ εὐτελοῦς. Ἀριστοφάνης·

Πόθεν συνέλεξας ἱμονιοστρόφου μέλη;
Ἦιδον δὲ ᾆσμα οἱ ἀντλοῦντες Ἱμαῖον.

Ἱμῶσα. γεμίζουσα. ἀντλοῦσα.

Ἵνα. ὅπου. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῆς Ὁμονοίας· Ὀκνεῖν ἵνα οὐδὲν ἔργον ὀκνεῖν. Καὶ [5] Ἀρριανός· Ἵνα ἐπιμαχώτατον τοῦ τείχους ἐφαίνετο, ἐστρατοπεδεύσατο. Ἶνα δὲ, τὴν δύναμιν, αἰτιατική, καὶ ψιλοῦται, καὶ περισπᾶται· ἀπὸ τῆς ἲς εὐθείας.

Ἵνα. τούτῳ χρῶνται ἀντὶ τοῦ ἄν. Ἵνα [6] μὴ ῥέξομεν ὧδε.

Ἶνα. πόλις.

Ἵνα [7] μή σε βάψω [8] βάμμα Σαρδινιακόν. τουτέστιν, ἵνα μή σε ἐρυθρὸν ποιήσω τοῖς βάμμασι μαστίξας. οἷον, ἵνα μή σε φοινίξω. Νῆσος γάρ ἐστι μεγίστη ἡ Σαρδὼ περὶ τῇ Ἰταλίᾳ. [9] γίνονται δὲ ἐν αὐτῇ πορφύραι διάφοροι, καὶ ὀξύταται. βούλεται οὖν δηλοῦν, ἵνα μή σοι πληγὰς ἐντρίψω. ἐν Σαρδοῖ γὰρ τῆς Ἰταλίας βάμματα πυρρὰ γίνεται.

Ἵνα μὴ φάγῃ σκόροδα, μηδὲ κυάμους. τουτέστιν, ἵνα μὴ δικάσῃ, μηδὲ πολεμήσῃ. εἰς γὰρ τὸν πόλεμον ἔφερον σκόροδα· οἱ δὲ [10] δικασταὶ ἔτρωγον κυάμους, ἵνα μὴ κοιμηθῶσι.

Ἰνάσω. [11] ἰσχὺν παρέχω.

Ἰνάχιον ἄστυ. τὸ τοῦ Ἰνάχου.

pio. Desidero. *Vitæ amore teneri, a nim maxime humilis & ignavi signum est.*

Ἱμητόν. Haustum. Ἱμονιὰ enim significat funem haustri. *Abari autem iverunt eo, ubi Danubius fluvius fluebat.*

Ἱμονιά. [Funis haustri.] *Puteus autem, utpote in monte situs, cavus erat & profundus; unde longo fune ad aquam hauriendam opus erat.* Quidam vero ipsum vas, quo aqua hauritur, sic appellari ajunt. Ab ἱμὰς, ἱμάντος.

Ἱμονιᾶν. Ventrem exonerare. Longum cacare. Translatio ducta est a fune haustri, quem vocant ἱμονιάν.

Ἱμονιοστρόφου μέλη. Cantilenæ, quæ canuntur ab eo, qui aquam haurit. Ἱμονιὰ vocatur haustrum puteorum. Ἱμαῖον vero ipsa cantilena. Ἱμονιοστρόφου vero [hic significat] vilem hominem. Aristophanes: *Unde collegisti triviales has cantilenas?* Ἱμαῖον erat cantilena, quæ ab iis, qui aquam hauriebant, cani solebat.

Ἱμῶσα. Onerans. Hauriens.

Ἵνα. Ubi. Antiphon in *Oratione de Concordia: Tergiversari, ubi tergiversari non oportet.* Et Arrianus: *Ubi muri pars oppugnatu facillima esse videbatur, illic castra posuit.* Ἶνα autem, [significans] vim, potentiam, est accusativus, qui circumflectitur & tenuatur: a recto Ἴς.

Ἵνα. Hac particula utuntur [Poetæ] pro ἄν. *Nisi fecerimus ita.*

Ἶνα. Ina. Urbs.

Ἵνα μή σε βάψω β. *Ne te tingam tinctura Sardonica.* Id est, ne te rubro colore inficiam flagris cædens; sive, ne te cruentem. Sardinia enim est insula maxima, prope Italiam sita; in qua excellentes & intensissimi coloris purpuræ gignuntur. Sensus igitur hic est, ne tibi plagas infligam. In Sardinia enim Italiæ vicina [lanæ] rubro colore tinguntur.

Ἵνα μὴ φάγῃ σκ. *Ut nec allia, nec fabas comedat.* Hoc est, ut neque jus dicat, neque militet. Milites enim in bellum allia secum ferebant: Judices vero fabas edebant, ne dormirent.

Ἰνάσω. Vires præbeo. Robur addo.

Ἰνάχιον ἄστυ. Urbs Inachi.

1 Οἱ δὲ Ἄβαροι ἐχ.] Hoc exemplum nihil ad v. Ἱμητὸν facit.

2 Ἱμονιά] In *MS.* Paris. A. vox hæc per ω scripta est, ἱμωνιά; ut & voces sequentes ἱμωνιοστρόφου, & ἱμωνιᾶν.

3 Ἱμονιᾶν. ἀποπατεῖν. ἀντ.] Hunc articulum in sedem suam reposui, qui in prioribus Edit. post vocem sequentem, contra literarum seriem, collocatus est. Descripsit autem ista Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Ecclesiaz.* p. 734. ex quo patet, legendum hic esse ἱμονιὰν ἀποπατεῖν, id est, (quod salvo aurium honore dicere liceat) funem quasi cacare.

4 Ἱμονιοστρόφου μέλη.] Ex Schol. Aristoph. ad *Ranas*, p. 272. (180. Ed. Bas.) ut Portus monuit.

5 Ἀρριανός] *De Expedit. Alex. M.* l. IV. p. 293.

6 Ἵνα μὴ ῥέξομεν ὧδε] Hæc sunt verba Homeri Il. H. v. 353. ut a Porto etiam observatum fuit.

7 Ἵνα μή σε βάψω βάμμ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Acharnens.* p. 376. (266. Edit. Bas.) ut Portus monuit.

8 Βάμμα Σαρδινιακόν] Si tinctura hæc nomen accepit ab Insula Sardinia (ut Scholiasta Aristophanis & Suidas statuunt) appellanda est βάμμα Σαρδωνικόν, vel, ut in *MS.* Paris. A. scriptum est, Σαρδονικόν: sin a Sardibus, urbe Lydiæ, vocari debet βάμμα Σαρδιανικόν, ut legitur apud eundem Aristophanem in *Pace*, p. 710.

Ἢν ἐκεῖνός φησιν εἶναι βάμμα Σαρδιανικόν.

Utram ergo sententiam elegeris, lectio vulgata Σαρδινιακὸν stare non potest.

9 Γίνονται δὲ ἐν αὐτῇ πορφύραι διάφοροι καὶ ὀξ.] Portus hæc ita Latine reddiderat: *Nascuntur enim in ipsa variæ & acutissimæ, vel velocissimæ purpuræ*; qua versione nihil est puerilius. Διάφοροι enim hic non significat *variæ*, sed *excellentes, præstantes, optimæ*; & ὀξύταται, *valde claræ*, vel *splendidæ*. Colorem enim intensum & clarum Græci vocant ὀξύν, vel πλουσιώτερον; cui opponitur color σκοτεινὸς & ἀμαυρὸς, ut pluribus docet Salmasius ad Solinum, p. 244.

10 Δικασταὶ δὲ ἔτρωγον κυάμους, ἵνα μὴ κοιμ.] Hæc quidem jocularia sunt. Vera autem ratio proverbii hujus est, quod Judices olim apud Athenienses ante inventum calculorum usum fabis in suffragiis ferendis uterentur. Hinc ii, qui jus dicendo victum sibi quærebant, a Comicis facete vocabantur κυαμοτρῶγες, i. e. *fabas edentes*; & κυάμους φαγεῖν ab iisdem dicebatur pro judicis munere fungi, vel, jus dicere. Vide Scholiastam Aristoph. ad *Equites*, p. 290. & Suidam infra v. Κυαμοτρώξ.

11 Ἰνάσω. ἰσχ. παρέχω] Vide Hesychium, qui vocem hanc aliter exponit.

Ἴνδακος. [1] ὄνομα κύριον. ἤκμαζε δὲ ἐπὶ Λέοντος, τοῦ μετὰ Μαρκιανὸν βασιλέως· λαμπρὸς τὴν τόλμαν, καὶ τοῖς ποσὶ χρήσασθαι δυνατώτατος· χειρῶν δὲ τὴν ἀριστερὰν ἀμείνων, καὶ ταχυτῆτι ποδῶν διαφέρων. Εὐχίδου γὰρ, καὶ Ἀσσώπου, καὶ Χρυσομάζου, καὶ Ἐχίονος, καὶ εἴ τις ἕτερος ἐπὶ ποδῶν ὠκύτητι διεβοήθη, ὠκύτερος ἦν. Οὗτος γὰρ ἐξεφαίνετο ὁδεύων, καὶ ἠφανίζετο αὖθις, οἷά τις ἀστραπὴ, κατὰ κρημνῶν οὐ τρέχοντι μᾶλλον ἢ πετομένῳ ἐοικώς. ἣν γὰρ κέλευθον ἀνὴρ δι' ἵππων ἀμειβῆς αὐθημερὸν οὐκ ἔσθενε δρᾶσαι, τοῖς ἰδίοις αὐτὸν ποσὶν ἰσχυρίζοντο ἀναλγήτως διαβέχειν. Ἀπὸ γὰρ τοῦ ἐρύματος Χέρεως διὰ μιᾶς ἐφοίτα ἐς τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ πάλιν τῇ ἑξῆς ἐς τὸ ῥηθὲν εὑρίσκετο φρούριον. ἐκ δὲ τούτου αὖθις μὴ ἀναπαύλης δεόμενος, διὰ μιᾶς ἡμέρας εἰς Νεάπολιν ἐγίνετο Ἰσαυρίας.

Ἰγγρουσία. [2] παρὰ Ῥωμαίοις [3] τὸ τοῖς ἀσθενέσι διδόμενον σιτίον, ὃ οὔτε ζῆν, οὔτε ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

Ἰνδάλλεται. καταφαίνεται. ὁμοιοῦται.

Ἰνδάλματα. Φαντάσματα. ὀνείρατα. ἅπερ μὴ παρόντα ὑποποιεῖ τις. ὁμοιώματα. ἀπεικονίσματα. Αἰλιανός· Ὄψις οὖν ἰνδάλματος ἱεροῦ, ὄναρ ἐπιστᾶσα, λέγει ποιήσασθαι μεταβολὴν βίου.

Ἰνδικλεών, [4] καὶ Ἴνδικλος λέγεται.

Ἰνδοί. ἔθνος βάρβαρον. [5] Κατὰ δὲ τὸν πόλεμον ἦσαν αὐτοῖς σημαῖαι τῶν ἱππέων καθ' ἑκάστην χιλιοστὺν, δράκων ἐπὶ κάμακος ἀνατεταμένος, οὗ ἀργυρέα μὲν ἡ κεφαλὴ πεποίηται, σεσηρότων τῶν ὀδόντων, καὶ τοῦ χάσματος ἀπειλὴν ἔχουσα. Τὸ δὲ ἄλλο σῶμα [6] σηρικόϋφον ἦν, ἔς τε μῆκος, καὶ βάθος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς χρόας, ἐς ἀληθινὸν δράκοντα. τοῦτο φέρων ἱππεὺς, μετεωρίσας ἐς τὸν ἀέρα τὸν κάμακα, ῥύμῃ τὸν ἵππον διάγει, καὶ ἐμπίπτει μὲν, ὥσπερ εἰκὸς, ἐλαυνόμενον βίᾳ τὸ πνεῦμα. εἰλούμενον δὲ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ κοίλου ὕφους, καὶ διέξοδον εὑρεῖν διὰ τὸ στεγανὸν οὐ δυνά-

Ἴνδακος. Indacus. Nomen proprium. Floruit sub Imperatore Leone, Marciani successore: vir insigni audacia præditus, & cursu valens; quique manum sinistram agiliorem habebat dextra, & pedum velocitate præstabat. Fuit enim Euchide, & Assopo, & Chrysomazo, & Echione, & si quis alius ob pedum velocitatem celebratur, velocior. Hic cum iter faceret, simul ac apparuisset, illico ex conspectu rursus auferebatur, instar fulguris, per præcipitia non currenti magis quam volanti similis. Quam enim viam alius quisquam equis subinde mutatis uno die conficere non poterat, eam suis ipsum pedibus absque ulla molestia emetiri posse affirmabant. Nam a castello Chereo uno die Antiochiam currebat, & postridie in eodem castello rursus reperiebatur. Hinc porro, nulla indigens requie, Neapolin Isauriæ uno die ire valebat.

Ἰγγρουσία. Ingrusia, apud Romanos [vocatur] cibus quidam, ægris dari solitus, qui nec vires tribuit, nec mori finit.

Ἰνδάλλεται. Videtur. Apparet. Similis est.

Ἰνδάλματα. Phantasmata. Somnia. Imaginationes rerum absentium. Simulacra. Species. Ælianus: *Species igitur sacræ imaginis, per somnium adstans, jubet eum vitæ rationem mutare.*

Ἰνδικλεών, & Ἴνδικλος, utrumque dicitur.

Ἰνδοί. Indi. Gens barbara. Horum equitibus in bello pro numero turmarum millenariarum erant vexilla, Draco scilicet in pertica extensus, cujus caput erat argenteum, dentibus exertis, & rictu minitabundo: reliquum vero corpus, ex serico contextum, longitudine, & profunditate, & coloris varietate, verum Draconem referens. Hoc vexillum ferens eques, pertica in aerem sublata, impetu concitat equum, & ventus, ut credibile est, magna vi impulsus [in Draconem] incidit; in cujus cavo sinu dum rotatur, nec propter [laterum] densitatem transitum invenire potest, in aere

1 Ἴνδακος. ὄν. κύρ. ἤκμ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex aliquo historicorum, qui nunc interciderunt, (forte ex Johanne Antiocheno, vel Malcho) quoniam in nullo scriptorum, hodie exstantium, Lector ista reperiet.

2 Ἰγγρουσία] De voce hac barbara vide Meursium in *Glossario*, Vossium *de Vitiis Serm.* l. III. c. XII. Casaub. ad Athen. l. VI. c. 20. & Gatakerum in *Adversariis Posthumis*, c. IX. p. 500. cujus verba hic adscribam: "Ἰγγρουσία quid sit, ariolari vix possum. Forsan Ἰόσκυλα fuerat: occurrunt enim apud auctorem illum (Suidam) fœdissime depravata non pauca; & Latina quoque vocabula non infrequentia. Jusculis autem tenuioribus refici ut plurimum ægrotos, norunt etiam laborantibus assidere solitæ mulierculæ. Addam alteram conjecturam. Quid si Ἰγγρουτία fuerit? non Latinum quidem illud, sed Græco-barbarum. Sic enim Glossæ Græco-barbaræ: Ἀναγνώς, μάζα, σημαδία, γροῦτα, παντάδα. Annon agnoscis statim Gallum *gru.* unde nobis Anglis *gruel.* & *Water-gruel*; Italum *Panada*: quorum utroque vocabulo sorbitiunculæ genus quoddam designatur, quæ infirmis præberi consueverit. Γροῦτα ergo, *in* præfixo, Ἰνγρουτα. &, vel vocabuli deflexione, vel descriptoris vitio, Ἰγγρουσία. Atque hæ quidem suspiciones meæ fuerint; a quibus haud invitus discesserim, si quis certius aliquid aut melius suggesserit". Hæc Gatakerus: cujus conjecturas uti nec absque examine amplectendas, ita nec temere damnandas censeo.

3 Τὸ τοῖς ἀσθενέσι διδόμ. σιτίον, ὃ οὔτε ζῆν, οὔτε ἀποθν. ποιεῖ.] Respexit Suidas, vel si quis alius est notæ hujus auctor, ad verba illa Demosthenis in *Olynth.* III. p. 14. Ἴσως ἄν, ἴσως, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τέλειόν τι καὶ μέγα κτήσαισθε ἀγαθόν, καὶ (lego εἰ) τῶν τοιούτων λημμάτων ἀπαλλαγείητε, ἃ τοῖς ἀσθενοῦσι παρὰ τῶν ἰατρῶν σιτίοις διδομένοις ἔοικε. Καὶ γὰρ ἐκεῖνα οὔτε ἰσχὺν ἐντίθησιν, οὔτε ἀποθνήσκειν ἐᾷ &c. i. e. *Fortassis, Athenienses, fortassis perfectum aliquod & magnum bonum consequemini, talibus lucellis repudiatis, quæ cum cibis, quos dant ægrotis medici, conferri possunt. Etenim uti illi neque vires augent, neque emori patiuntur,* &c. Hanc ῥῆσιν Demosthenis propter elegantiam multi veterum scriptorum vel laudarunt, vel imitati sunt. Athen. l. VI. c. XX. p. 270. Κατὰ τὸν Παιανιέα Ῥήτορα, τοιούτων τινῶν μεταλαμβάνομεν, ἃ μήτ' ἰσχὺν ἐντίθησι, μήτ' ἀποθνήσκειν ἐᾷ. i. e. *Tales cibos capimus, qui, secundum Oratorem Pæaniensem* (i. e. Demosthenem) *neque vires conciliant, neque mori sinunt.* Dio Histor. l. LVIII. narrat, Tiberium Romano cuidam nobili, in custodia detento, exhiberi curasse diætam τοιαύτην καὶ τοσαύτην, ὥστε μήτε τινὰ ἡδονὴν καὶ ῥώμην παρασχεῖν, μήτε ἀποθνήσκειν αὐτὸν ἐᾶν. Hieronymus in caput IV. Ezechielis: *Qui cibus & potus, juxta inclytum Oratorem, non vires tribuit, sed mortem prohibet.* Philostratus in *Vit. Apoll.* l. VII. p. 353. Ἀναδιδάξω λόγον ὑμᾶς, οὐδὲν ἐοικότα τοῖς τῶν ἰατρῶν σιτίοις· καὶ γὰρ ἰσχὺν ἐντίθησι, καὶ ἀποθνήσκειν οὐκ ἐάσει. i. e. *Docebo vos doctrinam, medicorum cibis prorsus dissimilem. Nam & vires vobis conciliabit, & mori non finet.*

4 Ἰνδικλεών, καὶ Ἴνδ.] Vide Ducangium in Glossario Græco.

5 Κατὰ δὲ τὸν πόλεμον ἦσαν αὐτ.] Integrum hoc fragmentum legitur etiam infra v. χιλιοστύς.

6 Σηρικόϋφον] Infra v. Χιλιοστὺς minus recte legitur συγκεκυφός.

*

μενον,

μένον, κυμαίνει τε εἰς τὸν ἀέρα, [1] μετεωρίζον τὸ ποικίλον ἤτριον, πάσας ἑλίσσει τροπὰς, ὥσπερ ὁλκὸς δράκοντος ἀληθινοῦ.

Ἰνδοὶ [2] οὔτε σώμασιν, οὔτε χρήμασι συνεμάχησαν κατὰ Ῥωμαίων τῷ βασιλεῖ. οὐ γὰρ ὅσιον αὐτοῖς πολεμεῖν πρὸς ἄνδρας ἀδικουμένους.

Ἶνες. νεῦρα. καὶ ἡ δοτικὴ τῶν πληθυντικῶν, Ἰσί.

Ἵν' εἰδῇς. ἵνα μάθῃς. εἰδῶ, περισπωμένως. ἵν' εἰδῆτε. ὅπως μάθητε. [3] Ἀλλὰ τούτων μὲν ταχ'. ἡμῖν δώσεις δίκην οὐκ ἐς μακρὰν, ἵν' εἰδῆθ', οἷός ἐστι τρόπος ἀνδρῶν ὀξυθύμων τε, καὶ δικαίων, καὶ [4] βλεπόντων κάρδαμα.

Ἰνίον. ἀπὸ τῆς τοῦ ἐγκεφάλου βάσεως ἐπὶ τὰ πλατία νεῦρα, ἃ δὴ τὴν ἰσχὺν ἡμῶν ἔχειν δοκεῖ.

Ἶνις. ὁ νέος. ὁ υἱός.

Ἴνις. [5] τοὺς ἑτέρους. καὶ Ἴνις, χώρα.

Ἰνοῦς [6] ἄχη. αὕτη δύο παῖδας ἔσχε, Λέαρχον, καὶ Μελικέρτην, οἳ κατετοξεύθησαν ὑπὸ Ἀθάμαντος. ὕστερον δὲ ἐκλήθη Λευκοθέα.

Ἰνώ. ὄνομα θεᾶς.

Ἰνωπός. ὄνομα τόπου, ἢ ποταμοῦ.

> Λοῦσαι [7] δ' Ἰνωπῷ καθαρὸν χρόα, βᾶθι δ' ἐς οἴκους.

Ἴνωψ. ὄνομα κύριον.

Ἰννοί. [8] οἱ κολοβοὶ τῶν ἵππων. Νάννοι δὲ, οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ [9] νανοφυεῖς. Ἰνοῖ κρεμαμένη πρὸ ποδῶν. Εὐριπίδης.

Ἴξαλος. πηδητικός. ἐν [10] Ἐπιγράμμασι·

> Ἴξαλον εὐσκάρθμον, λόχμιον ὑλοβάτα,
> Πανὶ φιλοσκοπέλῳ λάσιον παρὰ πρῶνα Χαρικλῆς
> Κνακὸν ὑπηνήταν τόνδ' ἀνέθηκε τράγον.

Καὶ αὖθις·

> Πρόσθε [11] μὲν ἀγραύλοιο διὰ τριχὸς ἰξάλου αἰγὸς
> Δοιοῖς [12] ἐπὶ χώροις ἐστεφόμην πετάλοις.

Ἷξε, καὶ Ἷξον. Οἱ δ' ἷξον κοίλην Λακεδαίμονα.

Ἰξευτής. ἰξευτικός. ὁ διὰ ἰξοῦ τοὺς ὄρνεις θηρῶν, ἤτοι κόλλης τινός.

fluctuat, & variegatum vexillum in ſublime elatum variis converſionibus agitat, ut pene veri Draconis tractus exprimantur.

Ἰνδοί. Indi neque corporibus, neque pecuniis in bello Regem adverſus Romanos juverunt. Nefas enim ipſis eſt bellum gerere contra viros, quibus injuria illata eſt.

Ἶνες. Nervi. Et dativus pluralis Ἰσί, Nervis.

Ἵν' εἰδῇς. Ut ſcias. Ut intelligas. Εἰδῶ, ſcio, cum circumflexo [ſcribitur.] Ἵν' εἰδῆτε, ut diſcatis. *Sed horum quidem [facinorum] nobis brevi dabitis pœnas, ut intelligatis, quale ſit ingenium virorum iracundorum, & juſtorum, & naſturtia cernentium.*

Ἰνίον. Occiput a cerebri baſi ad latos nervos [extenditur,] qui robur noſtrum continere creduntur.

Ἶνις. Juvenis. Filius.

Ἴνις. Juniores. Et Inis, regio.

Ἰνοῦς ἄχη. Dolores Inonis. Hæc duos habuit filios, Learchum, & Melicertam, qui ſagittis confixi fuerunt ab Athamante. Poſtea vero vocata fuit Leucothea.

Ἰνώ. Ino. Nomen Deæ.

Ἰνωπός. Inopus. Loci, vel fluvii nomen. *Ablue in fluvio Inopo purum corpus, & domum intra.*

Ἴνωψ. Inops. Nomen proprium.

Ἰννοί. Equi puſilli. Nani vero vocantur homines puſilli. Et νανοφυεῖς [nanorum ſtaturam habentes.] † *Inoni ſuſpenſa ante pedes.* Euripides.

Ἴξαλος. Crebro ſaltans. In Epigrammate:

> *Saltatorē, celeri; ſylveſtrē, in ſylvis degenti*
> *Pani ſcopulorum amanti ad collem arboribus opacum Charicles*
> *Fulvum & barbatum hunc dedicavit hircum.*

Et rurſus.

> *Ante quidem per pilos agreſtis, & crebro ſaltantis capræ,*
> *Duobus in locis coronabar foliis.*

Ἷξε. Venit. Et Ἷξον, venerunt. *Illi vero venerunt cavam Lacedæmonem.*

Ἰξευτής. Auceps. Qui viſco, ſive glutine quodam, aves capit.

1 Μετεωρίζον τὸ ποικ. ἤτρ. πάσας ἑλ. τρ.] Hæc leguntur etiam ſupra v. Ἠτριαῖον.

2 Οὔτε σώμασιν, οὔτε χρήμασι] Sic ex 2 *MSS.* Pariſ. locum hunc reſtitui. In prioribus enim Edit. minus recte legitur οὔτε σώματα, οὔτε χρήματα.

3 Ἀλλὰ τούτων μὲν ταχ' ἡμ.] Locus hic apud Ariſtophanem in *Veſpis*, p. 326. ſic legitur:

> Ἀλλὰ τούτων μὲν ταχ' ἡμῖν δώσετον καλὴν δίκην
> Οὐκ ἔτ' ἐς μακρὰν, ἵν' εἰδῆθ', οἷός ἐστ' ἀνδρῶν τρόπος
> Ὀξυθύμων, καὶ δικαίων, καὶ βλεπόντων κάρδαμα. P.

4 Βλεπόντων κάρδαμα] Id eſt, acre tuentium, ſive δριμυόπων, ut Scholiaſta exponit.

5 Τοὺς ἑτέρους] Puto legendum eſſe τοὺς νεωτέρους. Ἶνις enim ſignificat νέος, ut ex Grammaticis conſtat.

6 Ἰνοῦς ἄχη] Vide Zenobium Adag. cccxxxviii. qui de proverbio hoc prolixe agit.

7 Λοῦσαι δ' Ἰνωπῷ κτλ.] Hexameter iſte eſt pars Epigrammatis in Dianam, hactenus inediti, quod ex Anthologia *MS.* integrum hic ſubjiciam:

> Ἄρτεμι, Δᾶλον ἔχουσα καὶ Ὀρτυγίαν ἐρόεσσαν,
> Τόξα μὲν εἰς κόλπους ἄγν' ἀπόθου Χαρίτων·
> Λοῦσαι δ' Ἰνωπῷ καθαρὸν χρόα, βᾶθι δ' ἐς οἴκους,
> Λύσουσ' ὠδίνων Ἀλκίππην ἐκ χαλεπῶν.
> *Diana Delum tenens, & Ortygiam amabilem,*
> *Arcus caſtos in gremium Charitum depone.*
> *Corpuſque purum in fluvio Inopo ablue, ædeſque intra,*
> *Ut Alcetin a gravibus partus doloribus liberes.*

8 Ἰννοί οἱ κολ. τῶν ἵππ.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Aves.* p. 683. ubi pro ἰννοὶ legitur ἶννοι. Vide etiam infra v. Νάννος, & Euſtathium ad Il. Λ. p. 834. ubi Suidam laudat, & in ejus Lexico reperiri ait vocem Ἶννος, ad hunc ipſum locum procul dubio reſpiciens.

9 Νανοφυεῖς] Vide infra v. Καρχῖνος.

10 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. l. vi. p. 574.

11 Πρόσθε μὲν ἀγραύλοιο διὰ τρ.] Hexameter hic eſt pars Epigrammatis, quod integrum legitur in Anthol. l. iv. p. 517.

12 Δοιοῖς ἐπὶ χώροις] In Anthol. loco laudato minus recte legitur δισσοῖς ἐπὶ χλωροῖς.

Ἰξιονίδης. ἀπὸ Ἰξίονος.

Ἰξῶδες.

Ἰξίων. Οὗτος ἠράσθη τῆς Ἥρας. ἡ δὲ προσαγγέλλει τῷ Διΐ, ὃς βουληθεὶς τοῦτο γνῶναι ἐξομοιοῖ νεφέλην τῇ Ἥρᾳ, καὶ ἔστησεν. ὁ δὲ Ἰξίων μίγνυται αὐτῇ. καὶ ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς κολάζει αὐτὸν τροχῷ διατείνων ἀεὶ φερομένῳ καὶ ἀνακυκλουμένῳ.

Ἴξιρος. ποταμός.

Ἰξός. ᾧ χρῶνται εἰς ἄγρευσιν πτηνῶν.

Ἰξύν. τὴν ὀσφύν. [1] Ἐπ' ἠϊόνι ψυχόμενον χηλάς τε καὶ ἰξύας. τουτέστι τὴν ῥάχιν. καὶ αὖθις.

[2] Ἔκρεκες εὐπτέροιο δι' ἰξύος, ἀχέτα, μολπὰν,
Τέττιξ, οἰονόμοις τερπνότερον χέλυος.

Ἰόβακχος. ὄνομα κύριον.

Ἰόβας. Λιβύης καὶ Μαυρουσίας ὁ βασιλεὺς, ὃν λαβόντες καὶ μαστιγώσαντες ἐπόμπευσαν οἱ Ῥωμαῖοι· οὐ μὴν ἀνεῖλον, διὰ τὴν παίδευσιν. ἦν δὲ ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος, καὶ τὴν Κλεοπάτρας θυγατέρα Σελήνην, ἣν ἐκ τοῦ Καίσαρος Γαΐου γενομένην ἐπεποίητο, γυναῖκα εἰλήφει. συνήκμαζε δὲ αὐτῷ Δίδυμος ὁ Χαλκέντερος, ὁ καὶ πολλὰ γράψας κατ' αὐτοῦ. Ἔγραψε πάνυ πολλά.

Ἰοβάτης. ὄνομα κύριον. ὁ πατὴρ Σθενεβοίας, [3] ὃς ἐπέστειλε γράμματα Προίτου, ἀνελεῖν τὸν Βελλεροφόντην.

Ἰοβιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων ὀρθόδοξος, ὃς ἐπιμέλειαν καὶ φροντίδα πολλὴν ἐποιεῖτο τῶν Ἐκκλησιῶν, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίαις Ἐπισκόπους πάντας ἀνεκαλέσατο, τῷ τε ἁγίῳ Ἀθανασίῳ ἐπέστειλε τῆς ἀμωμήτου πίστεως ἐγγράφως αὐτῷ σημᾶναι τὴν ἀκρίβειαν. ὁ δὲ ἀπέστειλεν ἐπιστολὴν πλήρη ὀρθοδοξίας. [4] Οὗτος μετὰ Ἰουλιανὸν ἦρξεν· ὃς ἡνίκα Ἰουλιανὸς αἵρεσιν τοῖς στρατευομένοις ἐπέθει, θύειν ἢ ἀποστρατεύεσθαι, μᾶλλον τὴν ζώνην ἀποθέσθαι ἐβούλετο. ἐλθὼν δὲ ἐς Νίσιβιν, πόλιν πολυάνθρωπον, [5] δύο μόνον ἡμερῶν ἐνδιατρίψας αὐτῇ, ὅσα παρεῖχε χρήματα, κατηνάλωσε, τοῖς ἐνοικοῦσι μηδενὸς μεταδοὺς ἢ λόγου φιλανθρώπου, ἢ πράξεως ἀγαθῆς. ἄνθρωπος οὐ δι' ἀρετὴν οἰκείαν, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ πατρὸς δόξαν ἐς τοσοῦτον ἀρχῆς προελθών. Ἦν μὲν

Ἰξιονίδης. Ixionis filius.

Ἰξῶδες. Viſcoſum.

Ἰξίων. Ixion. Hic Junonem amavit. Illa vero Jovi rem indicavit: qui cum hoc cognoſcere vellet, nubem Junoni ſimilem fecit, eamque Ixioni objecit; cum qua ille coivit. Quare Jupiter iratus, eum ſupplicii loco in rota, quæ identidem circumagebatur, diſtendit.

Ἴξιρος. Ixirus, fluvius.

Ἰξός. Viſcum, quo utuntur [aucupes] ad capiendas aves.

Ἰξύν. Lumbum. *In littore refrigerantem chelas & lumbos.* Et rurſus: *Canebas per ile latis alis tectum, canora cicada, cantilenam, paſtoribus ſuaviorem teſtudine.*

Ἰόβακχος. Jobacchus. Nomen proprium.

Ἰόβας. Juba, Lybiæ & Mauritaniæ Rex, quem Romani captum, & virgis cæſum, in triumpho duxerunt: non autem occiderunt, ob eruditionem. Vixit ſub Auguſto Cæſare, & Cleopatræ filiam Selenen, quam ex C. Cæſare natam adoptarat, uxorem duxit. Scripſit permulta. Eodem, quo ille, tempore floruit Didymus, Chalcenterus dictus, qui multa contra ipſum ſcripſit.

Ἰοβάτης. Jobates. Nomen proprium. Sthenebœæ pater, ad quem Prœtus de interficiendo Bellerophonte literas dedit.

Ἰοβιανός. Jovianus, Romanorum Imperator orthodoxus, qui magnam curam geſſit Eccleſiarum, & omnes Epiſcopos, qui erant in exilio, revocavit. Idem ad S. Athanaſium ſcripſit, ut accuratam ſinceræ fidei formulam, ſcripto mandatam, ſecum communicaret. Ille vero ipſi miſit epiſtolam orthodoxæ doctrinæ plenam. † Hic poſt Julianum imperavit: qui, cum Julianus militibus aliquando optionem daret, ut aut Diis ſacrificarent, aut militia abirent, cingulum deponere maluit. Idem, cum Niſibin veniſſet, urbem incolarum multitudine abundantem, biduum tantum in ea commoratus, omnes opes ſuas abſumpſit, incolaſque nec benigno ſermone, nec ullo beneficio proſecutus eſt: vir non propriæ virtutis cauſâ, ſed ob paternam gloriam ad tantum fa-

1 Ἐπ' ἠϊόνι ψυχόμ. χηλάς τε καὶ ἰξ.] Hæc decerpta ſunt ex Epigrammate inedito in bubulcum, qui tauri in ſe ferociter irruentis cornu ictu clavæ fractum, & a capite avulſum, ex pyro ſilveſtri ſuſpenderat. En tibi integrum Epigramma ex Anthologia inedita.

Τοῦτο Σάων τὸ δίπαχυ κόλον κέρας Οὐμβρακιώτας
 Βουμολγὸς ταύρου κλάσσεν ἀπ' αὐχένος,
Ὁππότε μιν κνημοῖς τε κατὰ, λασίας τε χαράδρας,
 Ἐξ ὀρέων ποταμοῦ φράσσατ' ἐπ' ἠϊόνι
Ψηχόμενον χηλάς τε καὶ ἰξύας. αὐτὰρ ὁ βούτας,
 Ἀντίος ἐκ πέτρου ἰών. ὁ δὲ ῥοπάλου
Γυρὸν ἀπεκεφάλιζε βοὸς κέρας· ἐκ δέ μιν αὐτοῦ
 Ἀχράδος ἐν μέσσῳ πῆξε πιτυρῇ κλισίᾳ.

In Hexametro primo Σάων eſt nomen proprium bubulci, in quem Epigramma hoc compoſitum eſt. Diſtichum ſecundum ſic vertes: *Cum eum (taurus paſcens) in locis præruptis, & ad opacas torrentium ripas, ex monte conſpexit in littore fluvii ſcalpentem,* &c. In Hexametro tertio ψηχόμενον, *ſcalpentem*, magis placet, quam quod Suidas hic habet ψυχόμενον, i. e. *refrigerantem.* Ibidem pro ἰξύας lego ἰξός. i. e. καλάμους ἰξευτικούς, ut Grammatici interpretantur, ſive *calamos aucupatorios.* In Pentametro tertio pro ἐκ πέτρου, quod manifeſte corruptum eſt, Suidas v. Βοῦς legit ἐκ πλαγίων, quod rejiciendum non eſt. Forte tamen verius eſt, legi debere ἐκπαίγλως, i. e. *terribiliter.* In Hexametro ultimo ἀπεκεφάλιζε ſignificat *a capite avulſit, decuſſit, ſeparavit;* vel τὴν κάραν ἀπεχώρισεν, ἀπέκοψεν, ut exponit Suidas v. Ἀπεκεφάλιζε, ubi hæc ipſa Epigrammatis verba exempli loco adducit.

2 Ἔκρεκες εὐπτέρ.] Diſtichum hoc depromptum eſt ex Antholog. l. III. p. 302.

3 Ὃς ἐπέστειλε γράμματα Προίτου] Hiſtoriam hanc de Prœto & Bellerophonte pluribus narrat Homerus Il. Z.

4 Οὗτος μετὰ Ἰουλιανὸν ἦρξεν] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad finem articuli, deſcripſit Suidas ex Johanne Antiocheno, ut patet ex Excerptis, quæ ex illo auctore hodie adhuc ſuperſunt in Collectaneis Conſtantini Porphyrog. a Valeſio editis. p. 845. Ibi enim nonnulla eorum, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ etiam exſtant; quædam vero brevius ibidem leguntur; nonnulla etiam prorſus omiſſa ſunt, prout nimirum compilatori illorum Collectaneorum Conſtantino viſum fuit.

5 Δύο μόνον ἡμερῶν] Hanc lectionem ex 2 *MSS.* Pariſ. revocavi. In prioribus enim Edit. excuſum eſt δύο μῆνας, i. e. *duos menſes.* In Suida *MS.* Henrici Memmii legitur δύο χρόνους, i. e. *duos annos*, ut teſtatur Henr. Valeſius in notis ad Collectanea Conſtantini p. 120. In ipſis vero Collectaneis Conſtantini, loco laudato, legitur δύο μόνων ἡμερῶν, quod ad ſcripturam *MSS.* Pariſ. proxime accedit.

τῶ

γὰρ οὐδὲ παντάπασιν ἀσθενὴς τὸ σῶμα, οὔτε πολεμικοῖς ἔργοις ἀγύμναστος· ἀμελέτητος δὲ ὤν, καὶ ἄγευστος παιδεύσεως, καὶ ἣν εἶχε φύσιν διὰ ῥαθυμίαν ἠμαύρου καὶ ἠφάνιζεν. Οὗτος μετὰ Ἰουλιανόν, ὡς εἴρηται, τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐγκρατὴς γενόμενος, πάντων καταφρονήσας, ἐσπούδαζε τοῦ συμβάντος αὐτῷ ἀξιώματος ἀπολαῦσαι, καὶ φεύγων ἐκ Περσίδος ἔσπευδε γενέσθαι τῶν [1] Ῥωμαίων ἐθνῶν ἐντὸς εἰς ἐπίδειξιν τῆς τύχης, καὶ τὴν Νίσιβιν πόλιν τοῖς Πέρσαις, πάλαι Ῥωμαίοις οὖσαν κατήκοον, ἐκδίδωσιν. Ἀπέσκωπτον οὖν αὐτὸν ᾠδαῖς, καὶ παρῳδίαις, καὶ τοῖς καλουμένοις φαμώσοις, διὰ τὴν τῆς Νισίβιδος προδοσίαν. Ὁ δὲ Ἰοβιανός, ἐκ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ κινηθείς, τὸν ὑπὸ Ἀδριανοῦ τοῦ βασιλέως κτισθέντα ναὸν χαριέστατον εἰς ἀποθέωσιν τοῦ πατρὸς Τραϊανοῦ, [2] παρὰ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ κατασταθέντα βιβλιοθήκην εὐνούχῳ τινὶ Θεοφίλῳ, κατέφλεξε σὺν πᾶσιν οἷς εἶχε βιβλίοις, αὐτῶν τῶν παλλακίδων ὑφαπτουσῶν μετὰ γέλωτος τὴν πυράν. Οἱ δὲ Ἀντιοχεῖς ἠγανάκτησαν κατὰ τοῦ βασιλέως, καὶ τὰ μὲν ἀπέρριπτον τῶν βιβλίων ἐς τὸ ἔδαφος, ὥστε ἀναιρεῖσθαι τὸν βουλόμενον, καὶ ἀναγινώσκειν· τὰ δὲ τοῖς τοίχοις προσεκόλλιζον. Ἦν δὲ τοιαῦτα·

Ἤλυθες ἐκ πολέμου, ὡς ὤφελες αὐτόθ' ὀλέσθαι.

Καί, Δύσπαρι, εἶδος ἄριστε, καὶ τὰ ἑξῆς. Καί.

Εἰ μὴ ἐγώ σε λαβὼν ἀπὸ μὲν φίλα εἵματα δύσω,
Χλαῖνάν τ', ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει·
Αὐτὸν δὲ κλαίοντα θοὰς ἐπὶ Πέρσας ἀφήσω.

Γραῦς δέ τις μέγαν καὶ καλὸν αὐτὸν θεασαμένη, μαθοῦσά τε ἀνόητον εἶναι, ἐφθέγξατο· Ὅσον μῆκος καὶ βάθος ἡ μωρία. Καὶ ἄλλος δέ τις ἰδιώτης, ἀποτολμήσας μεγάλῃ τῇ φωνῇ βοῆσαι ἐν τῷ Ἱπποδρομίῳ, γέλωτα παρέσχε πᾶσιν, εἰπὼν κενὰ καὶ ψυχρὰ τῇ ἡλικίᾳ αὐτοῦ. καὶ ἐπράχθη ἂν ἄτοπα, εἰ μὴ Σαλούστιός τις ἔπαυσε τὴν στάσιν. Ὁ δὲ Ἰοβιανὸς χειμῶνος ὄντος ὁδοιπόρει ἐπὶ Κιλικίαν καὶ Γαλατίαν, καὶ ἐν Δαδαστάνοις ἀπέθανε, μύκητα πεφαρμακευμένον φαγών. Κατὰ δὲ τὴν ἡγεμονίαν κοινὸς καὶ ἐλευθέριος ἔδοξεν εἶναι. Ἐπὶ Ἰοβιανοῦ ἦν Ἀκάκιος Ἐπίσκοπος Καισαρείας Παλαιστίνης, ὃς λίβελλον ἔγραψε περὶ Ὀρθοδόξου πίστεως, ἀποδεχόμενος τὴν ἐν Νικαίᾳ Σύνοδον.

Ἰόβις. παρὰ Ἰταλοῖς ὁ Ζεύς.

Ἰόβειοι καὶ Ἑρκούλειοι, ὀνόματα τάξεων. τάγματα γάρ τινα δαίμοσιν ἐπώνυμα. Ἰόβις γὰρ παρὰ Ἰταλοῖς ὁ Ζεύς· Ἑρκούλης δέ, ὁ Ἡρακλῆς.

Ἰοβόλος. ὁ ὄφις.

Ἰόδδας. ὄνομα κύριον.

Ἰοδόκη. βελοθήκη.

Ἰόεντα [3] σίδηρον. τὸν μέλανα· ὡς ἰοειδέα Πόν-

stigium evectus. Erat ipse quidem non infirmo corpore, nec rei bellicæ prorsus rudis; sed disciplinarum prorsus expers, indolem a natura datam socordia deterens ac corrumpens. Hic post Julianum, ut dictum est, imperio Romanorum potitus, omnibus rebus neglectis, dignitate, quam consecutus erat, frui studens, e Perside fugit, & in Romanorum fines, ad ostentationem fortunæ suæ, properavit, & Nisibin urbem, quæ olim Romanis paruerat, Persis dedidit. Quare carminibus, & parodiis, & famosis libellis eum insectari cœperunt, propter proditam Nisibin. Idem Jovianus, ab uxore impulsus, fanum pulcherrimum ab Adriano Imperatore ad consecrandam patris sui Trajani memoriam conditum, ex quo Julianus Bibliothecam Eunucho cuidam Theophilo fecerat, cum omnibus libris cremavit, ipsis ejus pellicibus ignem cum risu subjicientibus. Antiocheni vero indignatione adversus Imperatorem accensi famosos libellos partim quidem humi jactarunt, ut a quolibet tolli & legi possent; partim vero parietibus affixerunt. Erant autem hujusmodi:

Venisti ex bello: utinam ibi periisses.

Et, *Infelix Pari, forma quidem excellens*, &c.
Et, *Nisi ego te captum vestibus exuam,*
Lænaque, & tunica, & illis vestibus, quæ pudenda tegunt;

Te vero ipsum plorantem ad Persas celeriter remittam.

Anus vero quædam ipsum & magnum & formosum conspicata, cum nulla sapientia præditum intellexisset, dixit: *Quanta longitudo & profunditas est stultitia.* Et alius quidam privatus, in Circo vociferans, risum omnibus movit, cum inania quædam & frigida in illius staturam dixisset. Et in atrocem utique seditionem res eruptura fuisset, nisi Salustius tumultum sedasset. Jovianus vero hyeme in Ciliciam & Galatiam profectus est, & Dadastanis ex esu fungi venenati obiit. Dum imperaret, communis & liberalis esse visus est. Sub Joviano vixit Acacius, Cæsareæ Palæstinæ Episcopus, qui libellum de Orthodoxa fide scripsit, in quo Synodo Nicænæ assentitur.

Ἰόβις. Apud Italos Jupiter [ita vocatur.]

Ἰόβειοι. Jovii, & Herculei, nomina legionum. Sunt enim quædam legiones, quæ a Diis sunt denominatæ. Ἰόβις enim apud Italos est Jupiter; & Hercules illis est, qui [a Græcis] Ἡρακλῆς vocatur.

Ἰοβόλος. Est epithetum serpentis. Venenatus.

Ἰόδδας. Joddas. Nomen proprium.

Ἰοδόκη. Pharetra.

Ἰόεντα σίδηρον. Nigrum ferrum: ut ἰοειδέα Πόν-

1 Ῥωμαίων ἐθνῶν] Hanc lectionem ex Johanne Antiocheno revocavi. In prioribus enim Edit. male excusum est ἐθῶν.

2 Παρὰ δὲ τοῦ Ἰουλιανοῦ κατασταθέντα βιβλιοθήκην εὐν. τινὶ Θεοφ. κατέφλ.] Vide Leonem Allatium in *Diatriba de Georgiis*, p. 307.

3 Ἰόεντα σίδηρον.] Hæc nota referenda est ad locum illum Homeri Il. ψ. v. 850.

Αὐτὰρ ὁ τοξότῃσι τίθει ἰόεντα σίδηρον.

Ubi Scholiastes: Ἰόεντα· ἤτοι ἰὸν ἔχοντα, ἢ μέλανα. Ἀμεινον δὲ τὸν ἰὸν καθαρὸν ἀποδέχεσθαι. ὃ ἐστι βελῶν.

τον, τὸν μέλανα. βέλτιον δὲ, εἰς ἰοὺς εὐθετοῦντα.

Ἰοειδές. τὸ μέλαν.

Ἰοθόρ. πενθερὸς Μωϋσέως.

Ἰοκάστη. ὄνομα κύριον. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Οἰδίποδος.

Ἰόλαος.[1] ὄνομα κύριον.

Ἰόλαος. Ἥρως τις τιμώμενος παρὰ Ἀθηναίοις. Ἰόλεως δὲ Ἀττικῶς.

Ἰόλεια.[2]

Ἰόλη. ὄνομα κύριον.

Ἰόμωρος.[3]

Ἴον. τὸ ἄνθος.

Ἴονθος. ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν τριχῶν, ἀπὸ τοῦ ἰέναι, καὶ ἀνθεῖν.

Ἰόνιον πέλαγος. ὁ νῦν Ἀδρίας. καὶ Ἰόνιος κόλπος.

Ἰόντες. πορευόμενοι.

Ἰόπη. ὄνομα κύριον. Ἰόππη δὲ, ὄνομα τόπου.

Ἰορδάνεια ῥέεθρα.

Ἰορδάνης. ὁ ποταμός. ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ συμμίγνυσθαι δύο ἅμα ποταμοὺς, Ἰορ, καὶ Δάνην.

Ἰόρτιος. ὄνομα κύριον.[4] Ὁ τοίνυν Ἰόρτιος οὐκ ἔχων ὅ, τι παρ' ἑαυτοῦ περιθήσαιτο, σιγῆς γενομένης εἶπεν· Ἐκεῖνο δὲ οὐκ ἐνοεῖτε, ὦ φίλοι συμπόται, ὡς στρογγύλη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ ἄγαν περιφερής; ἐπὶ τοίνυν τῇ ἀκαίρῳ κολακείᾳ, ὡς τὸ εἰκὸς, γέλως κατερράγη. Ἐγγώνιος γὰρ ἦν, καὶ οὐ στρογγύλη, ἡ τοῦ Μαικήνα τράπεζα. Πλούταρχος.

Ἰοστέφανοι.[5] Πίνδαρος· Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι.

Ἰότητι. βουλήσει. γνώμῃ.

> Ἄρτεμι, σῇ δ' ἰότητι γάμος θ' ἅμα καὶ γένος εἴη
>
> Τῇ Λυκομηδείῳ παιδὶ φιλαστραγάλῃ.

Ἰού. σχετλιαστικὸν ἐπίρρημα. ἀντὶ τοῦ οἴμοι, φεῦ. καὶ ἰοὺ, ἰού, σχετλιαστικὸν ὁμοίως ἐπίρρημα.

Ἰοῦ ἰοῦ. τὸ ἰοῦ ἐπὶ χαρᾶς περισπᾶται.

Ἰουβενάλιος, ποιητὴς Ῥωμαῖος. Οὗτος ἦν ἐπὶ Δομετιανοῦ βασιλέως Ῥωμαίων. Ὁ δὲ Δομετιανὸς ἐφίλει τὸν ὀρχηστὴν τοῦ Πρασίνου μέρους, τὸν λεγόμενον Πάριν. περὶ οὗ καὶ ἐλοιδορεῖτο ὑπὸ τῆς Συγκλήτου, καὶ Ἰουβεναλίου

τον, nigrum mare. Sed præstat [exponere,] ad sagittas aptum.

Ἰοειδές. Atrum. Nigrum.

Ἰοθόρ. Socer Moysis.

Ἰοκάστη. Jocasta. Nomen proprium. Est in Οἰδίπους.

Ἰόλαος. Jolaus. Nomen proprium.

Ἰόλαος. Jolaus. Heros quidam, qui apud Athenienses colebatur. Idem Ἰόλεως dicitur Attice.

Ἰόλεια. Jolea. [Dies festi, qui in Jolai honorem celebrabantur.]

Ἰόλη. Jole. Nomen proprium.

Ἰόμωρος. Sagittis occidens.

Ἴον. Flos, qui viola vocatur.

Ἴονθος. Prima lanugo, sic dicta ab ἰέναι, ire, & ἀνθεῖν, florere.

Ἰόνιον πέλαγος. Ionium pelagus, quod nunc Adria [vocatur.] Et Ionius sinus.

Ἰόντες. Euntes.

Ἰόπη. Jope. Nomen proprium. Ἰόππη vero, nomen loci.

Ἰορδάνεια ῥέεθρα. Jordania fluenta.

Ἰορδάνης. Jordanes fluvius. Sic autem est vocatus, quod duo fluvii simul commisceantur, Jor, & Danes.

Ἰόρτιος. Jortius. Nomen proprium. *Jortius igitur, cum nihil comminisci posset, quod novitate sua admirationem moveret, facto silentio: An non illud, inquit, chari compotatores, animadvertitis, quam rotunda sit & exquisite orbicularis hæc mensa? Ob illam igitur insignem assentationem magnus (uti par est) excitatus est risus. Angularis enim, non autem rotunda, erat illa Mecœnatis mensa.* Plutarchus.

Ἰοστέφανοι. [Violis redimitæ.] Pindarus: *Splendidæ & violis redimitæ Athenæ.*

Ἰότητι. Voluntate. Consilio. Sententia.

> *Diana, tua vero voluntate nuptiæ simul & progenies contingant*
>
> *Lycomedis filiæ talorum ludum amanti.*

Ἰού. Lamentantis adverbium. Pro οἴμοι, hei mihi: φεῦ, papæ. Et ἰοὺ, ἰού, itidem est lamentantis adverbium.

Ἰοῦ. Hoc adverbium, quum est lætantis, & de gaudio dicitur, circumflectitur.

Ἰουβενάλιος. Juvenalis, Poeta Romanus. Hic sub Domitiano Romanorum Imperatore vixit. Domitianus vero amabat Prasinæ factionis saltatorem, qui Paris vocabatur. Qua

1 Ἰόλαος] Fuit is Herculis comes, & in plerisque laboribus socius: de quo vide scriptores Mythicos.

2 Ἰόλεια] Si Suidas hac voce significare voluit festum, quod olim in Jolai honorem a Græcis celebrabatur, scribendum est Ἰολάεια. Sic enim festum illud appellabatur, ut Lector discere poterit ex Meurs. *Græc. Fer.* v. Ἰολάεια.

3 Ἰόμωρος] Vide Schol. Homeri ad Il. Δ. v. 242.

4 Ὁ τοίνυν Ἰόρτιος οὐκ ἔχων ὅ, τι παρ' ἑαυτοῦ περιθ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἐγγώνιος.

5 Πίνδαρος.] Locus hic Pindari exstabat in ejus Dithyrambis (teste Schol. Aristoph. ad *Acharn.* p. 401.) quos injuria temporum nobis eripuit. Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, p. 142. Λιπαρὰς Ἀθήνας οὐκ ἀπεικότως καλοῦσι, μάλιστα μὲν καὶ διὰ τὸ δόξαι πλουτεῖν τὴν πόλιν· ἔπειτα δὲ τι καὶ διὰ τὴν τῶν ἐμπόρων περιφορὰν εὐφορεῖν. παρ' οἷς ἔτι καὶ νῦν τὸ λιπαρὸν τῆς ἐλαίας φυτὸν δείκνυ]. Ἄλλως. Λιπαρὰν, εὔφημον, τὴν πᾶσι κεχαρισμένην. Πίνδαρος· Λιπαραὶ καὶ ἀοίδιμοι Ἑλλάδος ἔρεισμα, κλειναὶ Ἀθῆναι. Aristophanes *Equit.* p. 362.

> Ὦ ταὶ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι, καὶ ἀριζήλωτοι Ἀθῆναι.

Ubi Scholiasta monet, hæc per parodiam ex Pindaro expressa esse. Idem in *Acharnens.* p. 401.

> Πρῶτον μὲν ΙΟΣΤΕΦΑΝΟΥΣ ἐκάλουν, κἀπειδὴ τοῦτό τις εἴποι,
>
> Εὐθὺς διὰ τοὺς στεφάνους ἐπ' ἄκρων τῶν πυγιδίων ἐκάθησθε.
>
> Εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας ΛΙΠΑΡΑΣ καλέσειεν Ἀθήνας, &c.

Scholiasta ad eum locum: Ἰοστεφάνους. παρὰ τὰ ἐκ τῶν Πινδάρου Διθυράμβων· Αἱ λιπαραὶ καὶ ἰοστέφανοι Ἀθῆναι.

τοῦ

τοῦ ποιητοῦ. [1] ὅτε βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν Ἰουβενάλιον ἐν Πενταπόλει ἐπὶ τῆς Λιβύης· τὸν δὲ ὀρχηστὴν πλουτίσας ἔπεμψεν εἰς Ἀντιόχειαν· ὃς κτίσας οἶκον καὶ λουτρὸν ἔξω τῆς πόλεως ἐκεῖ τελευτᾷ.

Ἰούδας. καὶ Ἰουδαῖος. Δημόκριτος ὁ ἱστορικὸς περὶ Ἰουδαίων τάδε φησί· Χρυσῆν ὄνου κεφαλὴν προσεκύνουν, καὶ κατὰ τριετίαν ξένον ἀγρεύοντες προσέφερον, καὶ κατὰ λεπτὸν τὰς σάρκας διέξαινον, καὶ οὕτως ἀνῄρουν.

Ἰουδίθ. Ἐπὶ Ξέρξου, τοῦ βασιλέως Περσῶν, οἱ τῶν Αἰθιόπων βασιλεῖς ἐπανίσταντο Πέρσαις· καὶ τοῦ βασιλέως κατ' ἐκείνων στρατεύσαντος, οἱ Ἰουδαῖοι πρὸς ἀπόστασιν εἶδον, καὶ καταφρονήσαντες αὐτοῦ, ἐπὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνῆλθον. Οὗτος δὲ περιγενόμενος τῶν Αἰθιόπων, ἐπὶ τοὺς Ἰουδαίους στρατεύει, Ὀλοφέρνην τὸν κατ' αὐτῶν πόλεμον ἐπιτρέψας. Πολιορκοῦντος τοίνυν Ὀλοφέρνου τὴν Ἱερουσαλὴμ, γυνή τις, ὄνομα Ἰουδίθ, προσποιησαμένη τὸ φιλοῦσαν αὐτὸν, ὡς ἐκάθευδε, νυκτὸς ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἀνασκολοπίσασα ταύτην ἀπὸ τοῦ τείχους φυγεῖν παρεσκεύασε τοὺς Πέρσας. οὕτω τε τῆς πολιορκίας λυθείσης ἀπηλλάγησαν οἱ Ἰουδαῖοι τοῦ φόβου. Ὁ δὲ τῶν Ἰουδαίων ἱερεὺς [2] Νεμεσήσας, παῤῥησίαν ἔχων πρὸς αὐτὸν, ἔπεισεν αὐτὸν εἰρήνην σπείσασθαι πρὸς αὐτοὺς, καὶ συγχωρῆσαι αὐτοῖς ἀνακτίσασθαι τὴν Ἱερουσαλὴμ, Ἔσδρα προηγουμένου αὐτῶν. Ἰούλιος δὲ Ἀφρικανὸς λέγει, ὅτι [3] Ναβουχοδονόσορ, ὁ καὶ Καμβύσης, ἀναιρεῖται ὑπ' αὐτῆς.

Ἰουδίθ, Ἑβραία, ἡ τὸν Ὀλοφέρνην, τὸν ἀρχιστράτηγον Καμβύσου, τοῦ υἱοῦ Κύρου, ἀνελοῦσα, τὰ τοῦ Ὀλοφέρνου πάντα λαβοῦσα, ταῦτα ἀνέθηκε τῷ Θεῷ· καὶ ὑποστρέψασα ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῆς, ἀρετὴν καὶ ἄσκησιν ἔχουσα, ἐτελεύτησε [4] ρέ ἔτη βιώσασα.

Ἰουθοῦγγοι. [5] ὄνομα ἔθνους. Οἱ δὲ ἐπεραιώσαντο τὸν Ἴστρον, δόντων ἑκόντων εἶναι τὴν δίοδον Ἰουθούγγων ἔχθει τῷ πρὸς Ῥωμαίους.

Ἰουλιανὸς, Χαλδαῖος, φιλόσοφος, πατὴρ τοῦ κληθέντος θεουργοῦ Ἰουλιανοῦ. Ἔγραψε περὶ δαιμόνων βιβλία δ'. ἀνθρώπων δέ ἐστι φυλακτήριον [6] πρὸς ἕκαστον μόριον· ὁποῖα τὰ Τελεσιουργικὰ Χαλδαϊκά.

Ἰουλιανὸς, ὁ τοῦ προλεχθέντος υἱὸς, γεγονὼς ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε καὶ αὐτὸς Θεουργικά· [7] Τελεστικά· Λόγια δι' ἐπῶν καὶ ἄλλα ὅσα

de causa & a Senatu, & a Juvenali Poeta carpebatur. Imperator vero Juvenalem Pentapolin in Africa sitam relegavit: saltatorem vero locupletatum Antiochiam misit; qui, domo & balneo extra urbem ædificato, ibi mortuus est.

Ἰούδας. Judas. Et Judæus. Democritus historicus de Judæis hæc dicit: *Asini caput adorabant, & tertio quoque anno hospitem captum immolabant, eumque, carnibus minutatim dissectis, interficiebant.*

Ἰουδίθ. Judith. Sub Xerxe, Persarum Rege, Æthiopum Reges bellum Persis intulerunt. Cum autem Persarum Rex expeditionem adversus ipsos suscepisset, Judæi ad defectionem spectabant, eoque contempto, Hierosolyma redierunt. Ille vero, superatis Æthiopibus, exercitum contra Judæos duxit, bellumque ipsis inferendum Holopherni commisit. Cum autem Holofernes Hierosolyma obsideret, mulier quædam, nomine Judith, simulans se illius amore captam, noctu dormientis caput amputatum palo imposuit, effecitque, ut Persæ ab urbe fugerent. Sic igitur, obsidione soluta, Judæi metu sunt liberati. Judæorum vero Sacerdos Neemias, intrepide & libere Regem allocutus, ei persuasit, ut pacem cum Judæis faceret, & ipsis permitteret, ut Hierosolyma instaurarent, Esdra ipsorum duce. Julius vero Africanus Nabuchodonosorem, qui etiam Cambyses [vocatur,] ab ipsa interfectum fuisse dicit.

Ἰουδίθ. Judith, Hebræa, quæ Holophernem, primarium belli Ducem Cambysis, filii Cyri, sustulit. Hæc omnia, quæ Holophernis erant, in potestatem suam redacta, Deo consecravit, domumque suam reversa, & virtutis castitatisq; studio dedita, anno ætatis cv. obiit.

Ἰουθοῦγγοι. Juthungi. Nomen gentis. *Illi vero trajecerunt Istrum, Juthungis, propter odium adversus Romanos, ipsis transitum ultro concedentibus.*

Ἰουλιανός. Julianus, Chaldæus, Philosophus, pater Juliani, cognomento Theurgi. Scripsit de Dæmonibus libros quatuor: quod opus docet modos propulsandi mala ab hominibus, omnibusque eorum partibus; qualia sunt Telesiurgica Chaldæorum.

Ἰουλιανός. Julianus, ante dicti filius, vixit sub M. Antonino Imperatore. Scripsit & ipse *Theurgica. De modis res magice conse-*

1 Ὅτε βασιλεὺς ἐξώρισε τὸν Ἰουβ.] Juvenalem non sub Domitiano, sed Hadriano, in exilium missum esse, contra Suidam aliosque scriptores contendit Salmasius ad Solinum p. 320. quem vide.

2 Νεμεσήσας] Wolfius & Portus legunt Νεεμίας; cui conjecturæ ratio temporum adversatur, si verum est, quod Suidas ex Julio Africano hic tradit, Cambysem esse Nabuchodonosorem illum, cujus tempore Juditha vixerit. Nehemias enim Cambyse posterior fuit. Quoniam tamen Suidas in Chronologia errare potuit, conjecturam illam non censeo esse repudiandam.

3 Ναβουχοδονόσορ, ὁ καὶ Καμβύσης] Sic ex *MSS.* Paris. locum hunc restitui. In prioribus enim Edit. excusum est, Ναβουχοδ. ὁ Καμβύσου, i. e. *Nabuchodonosor, Cambysis filius.*

4 Ρέ ἔτη βιώσασα] Hanc lectionem ex *MSS.* Paris. revocavi. In prioribus enim Edit. legitur ρν', i. e. CL.

5 Ἰουθοῦγγοι ὄνομα ἔθνους] Hujus gentis crebra mentio fit in Excerptis ex Dexippo, ex quibus etiam fragmentum, quod Suidas hic subjungit, si bene memini, depromptum est.

6 Πρὸς ἕκαστον μόριον] Vox *μόριον* hic tam potest accipi de parte corporis humani, quam parte cœli in qua Sol versatur (illā enim *μόριον* Astrologi vocare solent) cujus in magicis suis consecrationibus, phylacteriisque & amuletis concinnandis, rationem præcipue habere solebant illi, qui vanæ huic arti studebant.

7 Τελεστικά] Interpretatus sum, *De modis res magice consecrandi.* Usitata enim erat inter veteres magica quædam consecratio, qua mala propulsari & averruncari credebant. Hujusmodi consecrationem Græci vocabant τελετήν; eosque, qui ita consecrabant, τελεστάς; & res ipsas consecratas, τελέσματα. vel ἀποτελέσματα. Hujus generis τελεστής erat Apollonius Tyaneus, de quo in Chronico Alexandrino hæc leguntur: Ἐπὶ τούτου τῶν ὑπάτων Ἀπολλώνιος ὁ Τυανεὺς ἐγνωρίζετο, περιπολεύων πανταχοῦ, καὶ ποιῶν ΤΕΛΕΣΜΑΤΑ εἰς τὰς πόλεις κατὰ χώρας. Interpres ibi ridicule τελέσματα vesti-

της

τῆς τοιαύτης ἐπιστήμης κρύφια τυγχάνουσι. [1] Τοῦτόν φασί τινες, δίψῃ ποτὲ καμνόντων τῶν Ῥωμαίων, ἐξαίφνης ποιῆσαι νέφη τε ἀγειρῆναι ζοφώδη, καὶ ὄμβρον ἀφεῖναι λάβρον ἅμα βρονταῖς τε καὶ σέλασιν ἐπαλλήλοις· καὶ τοῦτο σοφίᾳ τινὶ ἐργάσασθαι τὸν Ἰουλιανόν. [2] Οἱ δέ φασιν, Ἄρνουφιν, τὸν Αἰγύπτιον φιλόσοφον, τοῦτο πεποιηκέναι τὸ θαυμάσιον.

crandi. Oracula versibus; & quæcunque alia sunt hujus scientiæ arcana. Quidam tradunt, hunc, Romanis aliquando siti laborantibus, effecisse, ut atræ nubes subito coactæ ingentem imbrem cum crebris tonitribus & fulguribus effunderent: idque sapientia quadam effecisse Julianum. Alii vero Arnuphin, Ægyptium Philosophum, hoc miraculum edidisse tradunt.

Ἰουλιανός, Δόμνου, ἀπὸ Καισαρείας Καππαδοκίας, σοφιστής, σύγχρονος Καλλινίκῳ τῷ σοφιστῇ· γεγονὼς ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως.

Ἰουλιανός. Julianus, Domni F. Cæsariensis Cappadox, Sophista, æqualis Callinici Sophistæ. Fuit sub Constantino Imperatore.

Ἰουλιανός, Ἁλικαρνασσεύς, ἀνακρᾶσαι ἠβουλήθη τὴν Σευήρου κακοδοξίαν, [3] ἄφθαρτον εἶναι φάσκων τὸ σῶμα Χριστοῦ τοῦ θεοῦ αὐτῆς γε δή πω τῆς ἐν μήτρᾳ θεότητος ἑνώσεως, καὶ τοῦ σώματος, καὶ πρό γε τῆς ἐκ τῶν κατοιχομένων τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως. Λοιπὸν ἐκ τοῦ τοιοῦδε εἰσάγεσθαι, οὐκ ἐνεργείᾳ τινὶ τοὺς Ἰουδαίους αἰκίσασθαί τε καὶ θανατῶσαι τὸν Χριστόν. Ἅτε οὖν σκάζουσά τε καὶ οὐκ ἐρρωμένη ἡ δόξα, πρὸς τῶν πάλαι θεσπεσίων Πατέρων ἐξωθισθεῖσα ἐτύγχανε. Τότε δὲ Ἰουλιανός, εἴτε ὑπὸ τοῦ γήρως τὰ χειμάζοντα οὐ φρονῶν, εἴτ' οὖν ὑπερβολῇ τῆς πρὸς Χριστὸν ἐπιμελείας, τῆς ἀληθοῦς τε καὶ ἀπταίστου δόξης ἐπέκεινα ἐκπεσών, εἴτε καὶ ἑτέρου τινὸς ἀναδιδάξαντος· ὑποψιθυρίζεται γὰρ καὶ τοῦτο, ὡς πόλεώς τινος ἱερεὺς ταύτην δή πω τὴν κακίστην δόξαν Ἰουλιανῷ εἰσηγήσατο. Ἔμελλεν οὖν τὰ ἐξευρήματα τοῦ Χριστοῦ διακηρύττειν· καὶ δὴ Μαρῖνον τὸν ἀπὸ Κάρρων, τῆς ἐν Συρίᾳ πόλεως, ἔστειλεν ἀνὰ τὴν Ἕω βεβαιῶσαι τὸ δόγμα· εἰ μὴ μετὰ βραχὺν χρόνον ᾤχετο ἐξ ἀνθρώπων. Ὁ Ἰουλιανὸς οὗτος τῆς Σευήρου κακοδοξίας πρόμαχος ἐγένετο εὐθυμότατος· Σευήρου μὲν μιᾶς φύσεως λέγοντος τὸν Χριστόν, καὶ τὴν ἐν τῷ Χριστῷ διαφορὰν μὴ δεχομένου· Ἰουλιανὸς δὲ μίαν μὲν κατὰ Σευῆρον ἔφασκε φύσιν, ἀνῄρει δὲ τὴν διαφοράν.

Ἰουλιανός. Julianus, Halicarnasseus, Severi hæresin renovare voluit, asserens Christi Dei corpus incorruptibile esse, ob ipsam scilicet in matris utero unionem Deitatis cum corpore, etiam ante Christi resurrectionem e mortuis. Restat igitur, ut inde concludatur, Judæos non vere Christum supplicio affecisse, & morte mulctasse. Hæc igitur opinio, ut claudicans, nec satis corroborata, a divinis Patribus olim fuerat explosa. Tunc vero Julianus, sive senio mentem & intellectum ejus obscurante, sive nimio cultu, quo Christum prosequebatur, impulsus, sive etiam ab alio persuasus (nam & tale quid occulto rumore fertur; urbis nimirum cujusdam sacerdotem Juliano pessimæ hujus opinionis auctorem fuisse) a vera & recta doctrina aberravit. Hanc igitur ut veram de Christo sententiam [Julianus] divulgaturus erat (nam Marinum, Carris Syriæ urbe oriundum, jam miserat in Orientem, ut dogma illud confirmaret) nisi paulo post obiisset. Hic Julianus hæresin Severi acriter propugnavit. Cum enim Severus diceret, Christum una tantum natura præditum esse, & in Christo nullam [naturarum] differentiam admitteret; Julianus etiam secundum Severum, unam tantum in Christo naturam esse dicebat, & [omnem in eo naturarum] differentiam tollebat.

Ἰουλιανός, ὁ Παραβάτης, καὶ Ἀποστάτης, Ῥωμαίων βασιλεύς, Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀνεψιός, ἀπὸ Δαλματίου ἀδελφοῦ αὐτοῦ, καὶ μητρὸς Γάλλας τοὔνομα. Ἔγραψε τοὺς καλουμένους Καίσαρας. Περιέχει δὲ τοὺς ἀπὸ Αὐγούστου Ῥωμαίων βασιλεῖς. [4] Ἑτέραν βίβλον περὶ τῶν τριῶν σχημάτων· καὶ [5] τὰ καλούμενα Κρόνια· [6] καὶ τὸν Μισοπώγωνα, ἢ Ἀντιοχικόν· περὶ τοῦ, Πόθεν κακά, κατὰ τοὺς ἀπαιδεύτους· [7] πρὸς

Ἰουλιανός. Julianus, desertor & Apostata, Romanorum Imperator, Constantini M. nepos, ejus fratre Dalmatio genitus, & matre Galla nomine. Scripsit librum, qui vocatur *Cæsares*, continentem omnes ab Augusto Romanorum Imperatores. Alium quoque librum scripsit *de tribus figuris*; & quæ vocantur *Saturnalia*. Item, *Misopogonem*, seu *Antiochicum*. *Unde mala proficiscantur*, contra ineruditos. Adversus Canem Heraclitum,

galia reddit, qui ideo merito vapulat τῷ πάνυ Salmasio ad Fl. Vopisc. p. 458. Τελέσματα enim hic significat simulacra vel sigilla magice consecrata, quæ adversus hostium, bestiarum, morborum, aliorumque malorum incursum a curiosis adhiberi solebant. Sic idem Apollonius Tyaneus, cum ciconiæ aliquando Byzantium infestarent, tres ciconias lapideas, magico ritu consecratas, in urbe illa erexit, & hoc modo Byzantinos a malo illo liberavit, ut refert Codinus *de Orig. Constantinop.* p. 4. ad quem locum vide Lambecium. Hujusmodi τέλεσμα secundum quosdam fuit etiam Palladium, quod Dardano, Trojam condenti, ad urbis & regni conservationem dono dedit Asius quidam philosophus, quem ideo Suidas v. Παλλάδιον, τελεστὴν vocat. Plura de hoc argumento legi possunt apud Salmasium, loco paulo ante laudato.

1 Τοῦτόν φασί τινες, δίψῃ ποτὲ καμν.] Vide Scaligerum ad Eusebium. Num. MMLXXXIX.

2 Οἱ δέ φασιν, Ἄρνουφιν, τὸν Αἰγ.] Vide supra v. Ἄρνουφις.

3 Ἄφθαρτον εἶναι φάσκων τὸ σ.] Vide Photium in Biblioth. Cod. CLXII. p. 344. ubi Juliani hujus, hæreticæque ejus doctrinæ mentio fit.

4 Ἑτέραν βίβλον περὶ τῶν τριῶν σχημάτων] Hic libellus hodie non exstat.

5 Καὶ τὰ καλούμενα Κρόνια.] Quidam Juliani *Cronia*, (sive *Saturnalia*) & *Cæsares*, idem opus esse putarunt; inter quos est vir summus Isaacus Casaubonus in libello *de Romanor. Satira*, p. 265. Sed hanc opinionem refellit hoc loco Suidas, qui non solum *Cronia* a *Cæsaribus* distinguit, sed etiam e *Croniis* de Empedotimo locum affert, qui in *Cæsaribus* non reperitur.

6 Καὶ τὸν Μισοπώγωνα, ἢ Ἀντ.] De hoc opere multa dicere non adtinet, cum id hodie adhuc in omnium eruditorum manibus versetur. Meminerunt ejus inter veteres Amm. Marcellinus l. XXII. p. 226. & Gregor. Nazianz. *Stelit.* II. in fine.

7 Πρὸς τὸν Κύνα Ἡράκλειτον, Πῶς κυν.] Hic libellus hodieque exstat, & inter Orationes Juliani septimum locum tenet.

τὸν

τὸν κύνα Ἡράκλειον, Πῶς κυνιστέον. Ἐπιστολὰς παντοδαπὰς, καὶ ἄλλα. Περὶ δὲ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ Παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· Ἡμεῖς δὲ Ἐμπεδοτίμῳ καὶ Πυθαγόρᾳ πιστεύοντες, οἷς τε ἐκεῖθεν λαβὼν Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς ἔφη, καὶ μικρῷ πρότερον ὁ κλεινὸς [1] ἡμῖν ἔδειξε ἱεροφάντωρ Ἰάμβλιχος. [2] Ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χανδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρίνοντος· ἀναβολαί τε οὐκ ἦσαν ἐπ' αὐταῖς, ὅσαι νόμιμον ἐκ τῶν συνήθων γραμμάτων τὸ ἄδικον ἴσχουσιν εἰς βοήθειαν τῶν ἀδικούντων καὶ περιειληφότων· ἀλλ' ἢ παραχρῆμα ἔδει τὸ ἴσον ἐλέγχεσθαι κατὰ φύσιν, ἢ τὸ μέλλον, καὶ διωθούμενοι εἰς τὸν χρόνον, ὕποπτον ἦν. βαρὺς μὲν οὖν καὶ λυπηρὸς ἐτύγχανε, καὶ ἐπὶ τοῖσδε καὶ τὸ τῶν πονηρῶν ἔθνος, καὶ ἀδικούντων, διηγείρετο. οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἐξῆν, οὐδὲ λανθάνειν ἀδικοῦσι. βαρύτερον δὲ αὐτὸν ἀπεδείκνυε τοῖς μοχθηροῖς καὶ τὸ εὐπρόσοδον. οἷα γὰρ προϊόντος μὲν πολλάκις διὰ τὰς ἱερομηνίας καὶ θυσίας, ἡμέρου δὲ φύσει πρὸς πᾶσαν ἔντευξιν τυγχάνοντος, ἀκώλυτον τοὺς δεομένους λόγου τυχεῖν. ὁ μὲν οὖν ἐλάχιστον τῆς ὑπὸ τῶν πονηρῶν ταύτης βλασφημίας τε καὶ ὀργῆς ᾐσθάνετο καὶ ἐφρόντιζε. Περὶ τῆς τελευτῆς Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, τοῦ ἀθέου, χρησμὸς ἦν τοιοῦτος·

Ἀλλ' ὁπόταν σκήπτροισι τεοῖς Περσήϊον αἷμα
Ἄχρι Σελευκείης κλονέων ξιφέεσσι δαμάσσῃς·
Δὴ τότε σε πρὸς Ὄλυμπον ἄγει πυριλαμπὲς ὄχημα,
Ἀμφὶ θυελλείῃσι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι,
Ῥίψαντα βροτέων ῥεθέων πολύτλητον ἀνίην.
Ἥξεις δ' αἰθερίου φάεος πατρώϊον αὐλήν,
Ἔνθεν ἀποπλαγχθεὶς μεροπήϊον ἐς δέμας ἦλθες.

Ἔστι δὲ καὶ ὁ χρησμὸς ὁ δοθεὶς αὐτῷ, ὅτε περὶ Κτησιφῶντα διῆγε.

Γηγενέων ποτὲ φῦλον ἐνήρατο μητιέτα Ζεύς,
Ἔχθιστον μακάρεσσιν Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.
Ῥωμαίων βασιλεὺς Ἰουλιανὸς θεοειδής,
Μαρνάμενος, Περσῶν πόλιας, καὶ τείχεα μακρὰ,
Ἀγχεμάχων διέπερσε πυρὶ, κρατερῷ τε σιδήρῳ.
Νωλεμέως δ' ἐδάμασσε πόλεις τε, καὶ ἔθνεα πολλά.
Ἀλλὰ καὶ Ἑσπερίων ἀνδρῶν Ἀλαμαννικὸν οὖδας
Ὑσμίναις πυκιναῖσιν ἑλὼν, ἀλάπαξεν ἀρούρας.

Ἰουλιανὸς, [3] ὁ ὕπατος, ὠνησάμενος τὴν βασιλεί-

Quomodo Cynice vivendum sit. Epistolas omnis generis; & alia. De Empedotimo sic scribit Parabata in *Saturnalibus*: *Nos vero Empedotimo & Pythagoræ credimus, & iis, quæ inde accepta Heraclides Ponticus tradidit, & quæ paulo ante inclytus ille hierophanta Iamblichus nobis ostendit.* † Ad Julianum multæ causæ deferebantur, quod homines affatim illius judicis æquitate fruerentur. Neque enim dilationibus ejusmodi locus erat, quæ lege sancitam e consuetis scriptis haberent iniquitatem, & hominibus injustis alienaque detinentibus auxiliarentur; sed aut statim æquitas naturæ consentanea demonstranda erat, aut mora & procrastinatio suspecta habebatur. Gravis igitur & molestus erat, & ob hæc improborum & injustorum natio exasperabatur. Nec enim injuriam facere licebat, nec, qui injuriam fecissent, latere poterant. Molestiorem etiam improbis illum reddebat adeundi facilitas. Cum enim sæpe propter festa & sacrificia in publicum prodiret, omnibusque comem & affabilem se præberet, quilibet eum alloqui poterat. Ille vero improborum maledicta & indignationem minime sentiebat|aut curabat. De obitu Juliani Parabatæ & Athei hujusmodi oraculum extabat.

Sed postquam sceptris tuis Persas
Usque ad Seleuciam gladiis fugatos domueris;
Tunc vero te ad Olympum ducet igne fulgens currus,
Procelloso turbine rotatus,
Postquam ærumnosā mortalitatem exuisti.
Venies autem in ætherei luminis paternam aulam,
Unde descendens, humanum in corpus venisti.

Exstat & oraculum ipsi datum, quum juxta Ctesiphontem commoraretur.

Gigantum quondam nationem delevit consiliis pollens Jupiter,
Inimicissimam Diis beatis, Olympias domos habitantibus.
Romanorum vero Imperator Julianus, Deo similis,
Persarum cominus pugnantium urbes, & mœnia longa,
Pugnans vastavit igne, validoque ferro;
Assidueque domuit urbes, & gentes multas.
Quin etiam Occidentalium Alamannorum terra
Præliis crebris in potestatem suam redacta, arva illorum vastavit.

Ἰουλιανός. Julianus Consul, pretio imperi-

1 Ἡμῖν ἔδειξε ἱεροφάντωρ Ἰάμβλ.] Sic locum hunc ex *MSS.* emendavi, qui in prioribus Edit. corruptus circumfertur.

2 Ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, descripta esse puto ex Eunapii historia, quam temporum injuria nobis eripuit.

3 Ἰουλιανὸς, ὁ ὕπατος, ὠνησ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Johannis Antiocheni apud Constantinum Porphyrog. in Collectaneis, a Valesio editis, p. 822. unde ea Suidas excerpsit.

αν, ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἀρχὴν, εὐθέως τρυφαῖς καὶ κραιπάλαις ἐσχόλαζε, τῇ μὲν τῶν δημοσίων ἐπιμελείᾳ ῥαθύμως προσφερόμενος, ἐς δὲ τὸ ἀφροδίσιον ἐπιδιδοὺς ἑαυτόν. εὑρίσκετο δὲ καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος. οὔτε γὰρ οἴκοθεν ἦν αὐτῷ τοσαῦτα χρήματα, καὶ οἱ δημόσιοι θησαυροὶ ἐκκεκένωντο ὑπὸ Κομμόδου. ἐκ ταύτης τῆς αἰτίας οὔτε στρατιῶται ἠγανάκτουν, καὶ ὁ δῆμος ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν καταφρονήσει αὐτὸν ἐποίει.

Ἰουλία Αὐγοῦστα, τοῦ Σευήρου γαμετὴ τοῦ βασιλέως, ἣν ὁ [1] Πλαυτιανὸς πολλὰ καὶ δεινὰ κακὰ εἰργάσατο. πάνυ γὰρ αὐτῇ ἤχθετο, καὶ σφόδρα αὐτὴν πρὸς τὸν Σευῆρον διέβαλλεν· ἐξετάσεις τε κατ' αὐτῆς, καὶ βασάνους κατ' εὐγενῶν γυναικῶν ποιούμενος. καὶ ἡ μὲν αὐτή τε φιλοσοφεῖν διὰ ταῦτα ἤρξατο, καὶ σοφισταῖς συνημέρευεν.

Ἰούλιος. μήν. καὶ ὄνομα κύριον.

Ἰουλόπεζα. ἡ ναῦς.

Ἴουλος. ὁ ἐν ταῖς ἀμπέλοις σκώληξ. πολύπουν δέ τι ζῷον. [2] καὶ τὸ ἐξάνθημα τὸ ἐπὶ τῶν γενείων, καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς καρύαις ἄνθος. [3] καὶ ᾠδῆς τι γένος ἴουλος. καὶ ὁ προσφιλὴς τῇ Ἀρτέμιδι. ἔνιοι δὲ καὶ τὸν ἐπὶ ταῖς ὑδρίαις γινόμενον πολύποδα, καὶ συστρεφόμενον, ἴουλον καλοῦσιν. [4] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ὡραίους ἀνθήσαντας ὑπὸ κροτάφοισιν ἰούλους
Κειράμενος, γενύων ἄρσενος ἀγγελίας,
Φοίβῳ θῆκε Λύκων πρῶτον γέρας.

Ἴουλος. ἀπὸ τοῦ ὅλον εἶναι πυκνὸν, καὶ συνεστράφθαι, καὶ ἴουλ. λέγεται ἡ πρώτη ἐξάνθησις τοῦ γενείου.

Ἰούνιος. [5] ὄνομα. εἰς τὴν ἱππάδα τελῶν, διὰ τὸ καὶ φαγεῖν ζῶν, συνήθης ἦν τρισὶ πλουσίοις, [6] κοιλιοδαίμων τε καὶ [7] ταγηνοκνισοθήρας. [8] βούλομαι γὰρ τὰ τῆς Κωμῳδίας τοὺς τοιούτους εἰπεῖν, οὐδὲ μιᾷ μὰ τὸν * * * * *

Ἰοῦσαν. πορευομένην.

Ἰουστινιανός. [9] οὗτος κτίσας τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἐκάθηρε τὴν αὐλὴν, καὶ ἐμαρμάρωσεν αὐτὴν, τὸ πρὶν οὖσαν [10] Αὐγουστεῖον. καὶ ἔστησε τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα ἐπὶ κίονος ἔφιππον· καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμ-

um adeptus, statim deliciis & crapulæ indulgere cœpit, Rempubl. negligenter tractans, & voluptatibus totum se dedens. Idem militum quoque spem fefellisse manifesto deprehendebatur. Nam neque privatum ejus patrimonium tantum erat, [ut promissam summam solvere posset,] & opes ærarii a Commodo exhaustæ erant. Hanc ob causam & milites indignabantur, & populus in Theatro ipsum despectui habebat.

Ἰουλία Αὐγοῦστα. Julia Augusta, Severi Imperatoris uxor, quam Plautianus multis & atrocibus injuriis affecit. Ipsam enim vehementer oderat, & apud Severum graviter criminabatur, & inquisitiones contra ipsam, & quæstiones de nobilibus matronis instituebat. Quapropter illa philosophari cœpit, & cum Sophistis totos dies transegit.

Ἰούλιος. Julius, mensis. Et nomen proprium.

Ἰουλόπεζα. Navis [multis remis instructa.]

Ἴουλος. Vermis vitium. Est autem animalculum multipes. Item lanugo in mento efflorescens; & flos nucum arborum. Ἴουλος etiam quoddam cantilenæ genus vocatur. Item, qui Dianæ charus est. Quidã etiam sic vocant illum [vermiculum] multipedem, & se convolventem, qui nascitur in hydriis. In Epigrammate:

Mature florentem sub temporibus lanuginem
Detonsam, mentorum virilium indicem,
Phœbo dedicavit Lycon primum munus.

Ἴουλος. Primus lanuginis flos, sic dictus, quod totus sit densus & convolutus.

Ἰούνιος. Junius. Vir equestris ordinis, qui edendi causa vivebat, & tribus divitibus familiaris erat, ad voluptatem ventris omnia referens, & lautas cœnas captans. Ut enim verbis illis Comici utar * * * * *

Ἰοῦσαν. Euntem.

Ἰουστινιανός. Justinianus. Hic condito S. Sophiæ Templo, aream quoque ejus repurgavit, & marmoribus exornavit, cum ante esset forum cibarium. Statuam quoque suam eque-

1 Πλαυτιανός] Priores Edit. habent Πλαπανός, sed legendum est Πλαυτιανός, ut in *MSS.* Paris. & apud Dionem in *Severo*, unde Suidas hunc articulum descripsit.

2 Καὶ τὸ ἐξάνθημα τὸ ἐπὶ τῶν γενείων] Schol. Apollon. Rh. ad l. 1. *Argon.* v. 972. Ἴουλος δὲ καλεῖται ἡ πρώτη ἐξάνθησις καὶ ἔκφυσις τῶν ἐν τῷ γενείῳ τριχῶν. Vide etiam Hesychium, Etymologum, & Eustathium.

3 Καὶ ᾠδῆς τι γένος] Eratosthenes in fragmento, quod exstat apud Schol. Apoll. Rhod. loco modo citato, vocem ἴουλος accepit pro cantilena lanificarum mulierum. Verba Scholiastæ hæc sunt: Ὁ μέν τοι Ἐρατοσθένης ὄνομα ᾠδῆς ἰούλους ἀπέδωκεν ἐν τῷ Ἑρμῇ, λέγων οὕτω·

Ἡ χερνῆτις ἔριθος, ἐφ' ὑψηλοῦ πυλεῶνος
Δινεύουσα πύχεσσι, καλοὺς ᾔειδεν ἰούλους.

Eosdem versus Eratosthenis paulo aliter citant Etymologus v. Ἴουλος, Tzetzes ad Lycophr. v. 23. & Chil. XIII. c. 494. quos vide.

4 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. l. VI. c. XXII. ut Portus observavit.

5 Ἰούνιος. ὄνομα. εἰς τὴν ἱππάδα κτλ.] Hæc repetuntur infra v. Φαγεῖν ζῶν.

6 Κοιλιοδαίμων] Vocabulum hoc eleganter significat hominem, ad voluptatem ventris omnia referentem, quales sunt parasiti & κόλακες, quos eo nomine insignierat Eupolis, ut testatur Athen. l. III. p. 100.

7 Ταγηνοκνισοθήρας] In prioribus Edit. mendose excusum est πηγηνοκνισοθήρας, cujus loco *MSS.* Paris. exhibent πυγηνοκνισοθήρας; quæ scriptura ad veram proxime accedit. Dubium enim non est, quin legendum sit ταγηνοκνισοθήρας; quæ vox eleganter significat hominem, qui beatorum mensis insidiatur, & lautas cœnas captat, sive, si propriam vim vocis exprimere velis, qui sartaginis nidorem captat. Vide infra v. Ταγηνοκνισοθήρας.

8 Βούλομαι γὰρ τὰ τῆς Κωμῳδίας τοὺς τοιούτους εἰπεῖν, οὐδὲ μιᾷ μὰ τὸν] Locus hic in omnibus Edit. mutilus est & corruptus, quem in *MS.* Parif. B. sic scriptum inveni: Βούλομαι γὰρ τὰ τῆς Κωμ. τοὺς τοιούτους εἰπεῖν· οὐδὲ μιᾷ μὰ τὸν [ἀπειροκαλίᾳ, ὡς ἴσμεν τὴν γαστέρα ταῖς τρισὶ τραπέζαις. Καὶ ποικίλαις ἰσχναδίων τραπέζαις λύκου τινὸς δίκην, ἢ ἰκτῖνος, ἢ ἀράχνης, ἵνα τι καὶ πίω. Ultima verba recte se habent, & locum hunc pulchre supplent; priora autem sana non præstem.

9 Οὗτος κτίσας τὴν ἁγίαν Σοφίαν, ἐκάθηρε τὴν αὐλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli hujus, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Codinum *de Origin. Constantinop.* p. 16, 17. qui proinde ex eodem auctore, ex quo & Suidas, sua descripsit.

10 Αὐγουστεῖον] Emenda ex Codino Γουστεῖον, quæ vox ex Latino verbo *gusto* detorta est, & apud recentiores Græcos significat ὀψοπώλιον, sive forum cibarium.

πεπηγότος

πεπηγότος τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῇ, ὑποσημαίνοντος, ὡς διὰ τῆς εἰς τὸν σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς ἐγκρατὴς γέγονε. σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς σχήματος. πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα θεόν. τὴν δὲ δεξιὰν χεῖρα ἀνατεταμένην ἔχει κατὰ ἀνατολὰς, στάσιν τῶν Περσῶν σημαίνων, καὶ μὴ μεταβαίνειν ἐπὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς γῆς, διὰ τῆς ἀνατάσεως καὶ ἀπώσεως τῶν χειρῶν, βοῶν· στῆτε, καὶ μὴ πρόσω χωρεῖτε· οὐ γὰρ συνοίσει ὑμῖν.

Ἰουστινιανὸς, ὁ Ῥινότμητος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Κωνσταντίνου· ὃς, πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς, καὶ ἐς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς καθίστη ἄνδρας ἀπηνεῖς, καὶ ὠμοτάτους, ὧν ἦν Στέφανος ὁ εὐνοῦχος, Πέρσης, ταμίας τῶν βασιλικῶν χρημάτων. καὶ πολλὰ τοὺς ὑπὸ χεῖρα αἰκιζόμενος, ἄχρι καὶ εἰς τὴν μητέρα Ἰουστινιανοῦ τὴν τόλμην ἐξέτεινε, μάστιγας αὐτῇ ἐν ὀχήματι, ὡς οἱ γραμματισταὶ τοῖς παισὶν, ἐπιθέμενος. καὶ Θεόδοτόν τινα ἔγκλειστον γεγονότα κατὰ τὰ Θρᾳκῷα μέρη τοῦ στενοῦ, τῶν δημοσίων λογιστὴν, ὃν [1] τὸ δημῶδες Λογοθέτην γενικὸν, ἐποίησεν. ὃς ὑπερβολῇ ὠμότητος τὰ χρήματα ἔπραττε, μετεώροις σχοινίοις ἀναρτῶν, καὶ περικαπνίζων ἀχύροις τοὺς περιφανεστάτους ἀπέκτεινε. καὶ Λεόντιον, [2] στρατηγὸν τὸν Ἀνατολικὸν, καὶ [3] Πατρίκιον Ἴσαυρον τρισὶν ἔτεσιν ὑποφρούριον ἐποίησεν Ἰουστινιανός. ὕστερον δὲ στρατηγὸν Ἑλλάδος ἀπέδειξεν. ὃν Παῦλος, τῆς Καλλιστράτου μονῆς μοναχὸς, ἀστρονόμος, καὶ Γρηγόριος Καππαδόκης, ἡγούμενος τῆς τοῦ Φλώρου μονῆς, προεμαντεύσαντο ἐγκρατῆ γενήσεσθαι τῆς ἀρχῆς. καὶ ἐγκρατὴς τῆς βασιλείας ἐγένετο.

Ἰουστῖνος, [4] Φιλόσοφος, καὶ τῷ σχήματι τῶν Φιλοσόφων χρώμενος, ἀπὸ τῆς Νεαπολιτῶν ἐπαρχίας τῆς Παλαιστίνης, ἐκ πατρὸς Πρίσκου, τοῦ Βακχίου. οὗτος ὑπὲρ τῆς θρησκείας τῶν Χριστιανῶν πάνυ ἐκοπίασεν, ὥς τε καὶ Ἀντωνίνῳ, τῷ ἐπίκλην Πίῳ, καὶ τοῖς τούτου υἱέσι, καὶ τῇ Συγκλήτῳ Ῥωμαίων βίβλον κατὰ τῶν Ἐθνῶν συνταγεῖσαν ἐπιδοῦναι, τὸν ὀνειδισμὸν τοῦ σταυροῦ μὴ αἰσχυνόμενος. [5] Ἔγραψε καὶ ἑτέραν βίβλον, ἣν καὶ ἐπέδωκε τοῖς Ἀντωνίνου διαδόχοις, τουτέστι Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλη αὐτοῦ βίβλος κατὰ τῶν Ἐθνῶν, ἐν ᾗ [6] περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων διαλέγεται. καὶ τετάρτη βίβλος ὁμοίως κατὰ τῶν Ἐθνῶν, ἣν ἐπέγραψεν Ἔλεγχον. καὶ ἄλλη περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ Μοναρχίας. καὶ ἄλλη, ἣν ὠνόμασε Ψάλτην· καὶ ἑτέρα, περὶ ψυχῆς. Διάλογός τε κατὰ Ἰουδαίων, ὃν ἐσχεδίασε κατὰ Τρύφωνος, ἀρχηγοῦ τῶν ἐν Ἐφέσῳ Ἰουδαίων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ κατὰ Μαρκίωνος ἐπίσημα τεύχη ἐξέδωκε· καὶ τὴν ἄλλην βίβλον κατὰ πασῶν τῶν αἱ-

ſtrem ſupra columnam collocavit, quæ manu ſiniſtra tenet globum, in qua crux defixa eſt, ſignificans, eum propter fidem in crucem Orbis imperium adeptum eſſe. Globus nempe terram ſignificat, ob rotundam ejus figuram: fidem vero crux, quia Deus in carne illi fuit affixus. Dextram manum verſus Orientem extendit, quaſi ſtare jubens Perſas, eoſque protenſis manibus a ſe repellens, & Romanorum fines intrare vetans, & clamans: *State, nec ulterius progredimini; quoniam id vobis minime conducet.*

Ἰουστινιανὸς. Juſtinianus Rhinotmetus, Romanorum Imperator, Conſtantini F. præter cætera mala, Reipub. muneribus præficiebat viros inhumanos, & crudeliſſimos, quorum erat Stephanus eunuchus, Perſa, cui Fiſci Imperatorii cura commiſſa erat. Hic obvios quoſque fœde tractabat, adeo ut in ipſam Juſtiniani matrem audaciam ſuam exercere non dubitaret, ipſi in curru plagas infligens, ut pueris literatores. Et Theodotum quendam qui [in carcere] concluſus fuerat, in ea parte Thraciæ, quæ freto adjacet, publicæ pecuniæ præpoſitum fecit, quem vulgus *Logothetam generalem* vocat. Hic admodum crudeliter & acerbe pecunias exegit, & nobiliſſimos quoſque funibus ſuſpenſos palearum accenſarum fumo necavit. Leontium autem, Orientis ducem, & Patricium Iſaurum Juſtinianus in cuſtodia per triennium tenuit: poſtea vero Græciæ præfecit. Hunc Paulus, monaſterii Calliſtrati monachus, aſtronomus, & Gregorius Cappadox, monaſterii Flori præfectus, imperio potiturum eſſe prædixerunt: quo etiam poſtea potitus eſt.

Ἰουστῖνος. Juſtinus, Philoſophus, & habitu Philoſophorum utens, ex Neapolitana Palæſtinæ provincia, Priſci Bacchii F. Hic pro Chriſtiana religione multum laboravit, & Antonino, cognomento Pio, & ipſius filiis, & Romanorum Senatui, librum contra Ethnicos conſcriptum obtulit, opprobrium crucis non erubeſcens. Scripſit & alium librum, quem Antonini ſucceſſoribus obtulit, ſcilicet M. Antonino, & L. Aurelio Commodo. Eſt & alius ejus liber contra Ethnicos, in quo de Natura Dæmonum diſſerit; & quartus liber itidem contra Gentiles, quem inſcripſit *Elenchum.* Et alius *de Dei monarchia.* Item alius, quem nominavit *Pſaltem.* Item alius *de Anima.* Item Dialogus contra Judæos, quem contra Tryphonem Judæorum Epheſinorum principem conſcripſit. Quinetiam contra Marcionem inſignia ſcripta edidit. Item alium librum contra Sectas omnes, cujus

1 Ὃν τὸ δημῶδες Λογοθέτην γενικόν] Deeſt hic verbum προσαγορεύει, vel ſimile quid.

2 Στρατηγὸν τὸν ἀνατολικόν] Legendum forte eſt, στρατ. τῶν ἀνατολικῶν; ſubintellige μερῶν.

3 Καὶ Πατρίκιον Ἴσαυρον] Verba iſta alieno loco poſita videntur, quoniam ea, quæ ſequuntur, ad Leontium, non vero Patricium Iſaurum pertinent, ut patet ex Zonara, quem conſule.

4 Ἰουστῖνος, φιλόσοφος, καὶ τῷ σχήμ.] Totum hunc articulum de Juſtino Martyre deprompſit Suidas ex Sophronio, qui Vitas ſcriptorum Eccleſiaſticorum, ab Hieronymo Latine conſcriptas, in Græcam linguam tranſtulit.

5 Ἔγραψε καὶ ἑτέραν βίβλ.] De ſcriptis Juſtini Martyris vide Euſebium *Hiſtor. Eccleſ.* l. IV. c. XVIII. quem cum hoc loco Suidæ conferre operæ pretium erit.

6 Περὶ τῆς φύσεως τῶν δαιμόνων] In prioribus Edit. corrupte legitur περὶ τῆς φυγῆς τῶν δαιμόνων, cujus loco περὶ τῆς φύσεως ex Sophronio repoſui. Egiſſe enim Juſtinum Martyrem in libello illo, cujus Suidas hic meminit, de *natura*, non vero *fuga* Dæmonum, præter Hieronymum & Sophronium expreſſe etiam teſtatur Euſebius loco paulo ante laudato.

ῥέσεων, ἧς μέμνηται ἐν τῷ Ἀπολογητικῷ, ὃν ἐπέδωκεν Ἀντωνίνῳ τῷ Πίῳ. Οὗτος ἐν τῇ Ῥώμῃ ἔχων τὰς διατριβὰς, ἐνέφη Κρήσκην τὸν Κυνικὸν, τὸν κατὰ τῶν Χριστιανῶν βλασφημοῦντα, καλῶν αὐτὸν λαίμαργον, ἄσωτόν τε, καὶ ἀκόλαστον, καὶ τὸν θάνατον φοβούμενον, [1]πάνυ κατήσχυνεν ἀποδείξας. τέλος δὲ τῇ τούτου ἐνεργείᾳ καὶ ἐπιβουλῇ ὡς Χριστιανὸς ὑπὲρ Χριστοῦ ἔπαθεν.

Ἰουστινιανὸς, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὀρθοδοξότατος. [2]ἦν δὲ ἀμαθὴς γραμμάτων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος. Οὗτος ἔκτισε καὶ τὸ ἐν τῷ Παλατίῳ χρυσοῦν τρίκλινον, καὶ τὸν ἅγιον Παῦλον, τὸ ὀρφανοτροφεῖον· καὶ αὔξει τὴν περὶ τοῦ βασιλέως Ἰουστίνου κρατήσασαν δόξαν, ὡς ἐστι μάλα ἐμβριθής τε, καὶ κατηκριβωμένος.

Ἰοῦστος, [3]Τιβεριεὺς, ἐπαρχίας Γαλιλαίας· [4]ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδαϊκὴν ἱστορίαν συντάξαι, καί τινα ὑπομνήματα [5]περιγράφειν· [6]ἀλλὰ καὶ τοῦτον [7]Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσάμενον. καὶ γὰρ ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ συνέγραφεν, ὅτε καὶ Ἰώσηπος.

Ἰοφῶν, [8]Ἀθηναῖος, Τραγικὸς, υἱὸς Σοφοκλέους τοῦ τραγῳδιοποιοῦ γνήσιος ἀπὸ Νικοστράτης. γέγονε γὰρ αὐτῷ καὶ νόθος υἱὸς Ἀρίστων, ἀπὸ Θεωρίδος Σικυωνίας. Δράματα δὲ Ἰοφῶν ἐδίδαξε ν'. ὧν ἐστιν Ἀχιλλεὺς, Τήλεφος, Ἀκταίων, [9]Ἴλιος, Πέρσις, Δεξαμενὸς, Βάκχαι, Πενθεὺς, [10]καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφοκλέους.

meminit in *Apologetico*, quem obtulit Antonino Pio. Hic, cum Romæ commoraretur, Crescentem Cynicum fatuum, qui contra Christianos maledicta profundebat, ipsum vocans helluonem, & prodigum, & intemperantem, & mortis metuentem, magno pudore affecit. Tandem autem hujus machinationibus & insidiis factum est, ut tanquam Christianus pro Christo supplicio afficeretur.

Ἰουστινιανὸς. Justinianus, Romanorum Imperator, valde quidem orthodoxus fuit, sed omnium literarum imperitus, & (quod vulgo dicitur) analphabetus. Hic aureum triclinium in Palatio condidit, itemque Orphanotrophium S. Pauli. Auxit etiam de Imperatore Justino opinionem, quæ apud homines invaluerat, ipsum fuisse valde gravem, & in rebus gerendis accurate exercitatum.

Ἰοῦστος. Justus Tiberiensis, ex provincia Galilæa; qui & ipse historiam Judaicam conscribere, & commentarios quosdam componere aggressus est. Sed hunc Josephus mendacii arguit. Scripsit autem historiam suam eodem tempore, quo & Josephus.

Ἰοφῶν. Jophon, Atheniensis, Tragicus, germanus Sophoclis Tragici filius ex Nicostrata. Fuit enim & nothus ipsi filius, Ariston, ex Theodoride Sicyonia. Fabulas Jophon docuit L. in quarum numero sunt, *Achilles*, *Telephus*, *Actæon*, *Ilii excidium*, *Dexamenus*, *Bacchæ*, *Pentheus*, & aliæ quædam patris Sophoclis.

1 Πάνυ κατήσχυνεν ἀποδείξας] Hæc verba desunt apud Sophronium.

2 Ἦν δὲ ἀμαθὴς γραμμάτων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος] Verba hæc leguntur apud Procopium in *Histor. Arcan.* c. VI. p. 19. sed quæ Suidas per insignem negligentiam & oscitantiam ad Justinianum Imperatorem hic refert, cum ea apud Procopium de Justino seniore, Justiniani avunculo, dicantur. Locum integrum Procopii hic adscribam, ut Lector in rem præsentem quasi deducatur. Βασιλείαν παρέλαβε τυμβογέρων μὲν γεγονὼς ἤδη, ἀμαθὴς δὲ γραμμάτων ἁπάντων, καὶ τὸ δὴ λεγόμενον ἀναλφάβητος ὤν, ὃ γεγονὸς ἐν Ῥωμαίοις οὔπω πρότερον τοῦτό γε. εἰθισμένον δὲ γράμματα εἶναι τοῖς βιβλίοις ἐνσημαίνειν τὸν βασιλέα. ὅσα ἂν ἐπαγγέλλοιτο αὐτοῦ χειρὶ, αὐτὸς μήτε ὅτι ἐπαγγέλλειν, ὅτι τοῖς πρασσομένοις ξυνεπίστασθαι οἷός τε ἦν. ὃς δὲ παρεδρεύειν αὐτῷ ἔλαχεν ἀρχὴν τὴν τοῦ καλουμένου Κοιαίστωρος. Πρόκλος ὄνομα, αὐτὸς δὴ αὐτονόμῳ γνώμῃ ἅπαντα ἔπρασσεν. Ὅπως δὲ μαρτυρίαν τῆς βασιλέως χειρὸς ἔχοιεν οἷς ἐπίκειται τὸ ἔργον τοῦτο, ἐπινενόηται τάδε. Ξύλῳ εἰργασμένῳ βραχεῖ ἐγκολάψαντες μορφήν τινα γραμμάτων τεττάρων, ἅπερ ἀναγνῶναι τῇ Λατίνων φωνῇ δύναται, γραφίδα τε βαφῇ βάψαντες, ᾗ βασιλεῖς γράφειν εἰώθασιν, ἐνεχείριζον τῷ βασιλεῖ τούτῳ. καὶ τὸ ξύλον, ὅπερ εἰρήκαμεν, τῷ βιβλίῳ ἐνθέμενοι, λαβόμενοί τε τῆς βασιλέως χειρὸς, περιῆγον μὲν ξὺν τῇ γραφίδι ἐς τὸ τῶν τεττάρων γραμμάτων τύπον, ἐς πάσας τε τὰς τοῦ ξύλου αὐτὴν περιελίξαντες ἐντομάς, οὕτω δὴ ἀπηλλάσσοντο, τοιαῦτα βασιλέως γράμματα φέροντες. Τὰ μὲν ἀμφὶ τῷ ΙΟΥΣΤΙΝΩι ταύτῃ Ῥωμαίοις εἶχε. Versionem Latinam hujus loci, quia prolixior est, brevitatis gratia prætermitto. Satis autem ex eo patet, Procopium ibi de Justino Imperatore loqui, & proinde Suidam Justiniano insignem injuriam hic facere, quod alienæ imperitiæ & ἀναλφαβητίας notam nomini ejus inurat. Sane eruditi Jurisconsulti, Andreas Alciatus, Gulielmus Budæus, aliique loco hoc Suidæ decepti, Justinianum indoctum & plane rudem scripserunt: quem errorem recte redarguit Nicol. Alemannus in notis ad hunc ipsum locum Procopii. Antequam hinc discedam, Lectorem moneo, supra v. Ἀμαθής eadem verba, quæ hic ad Justinianum male referuntur, recte de Justino dici. Unde fere suspicor, peccatum hoc loco admissum non tam ipsi Suidæ tribuendum esse, quam librariis, vel interpolatoribus ejus, quorum imperitia & negligentia plurima sane auctoris nostri loca contaminata esse certissimum est. Huc accedit, quod non solum Nic. Alemannus loco paulo ante citato testetur, in Codicibus Vaticanis Suidæ pro Ἰουστινιανὸς legi Ἰουστῖνος; sed etiam ipsa literarum series sic scribendum esse suadeat; quod Grammatico nostro non parum patrocinatur, & fere mihi persuadet, culpam omnem ab eo in librarios transferendam esse.

3 Ἰοῦστος Τιβερ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Sophronio, apud quem legitur, Ἰοῦστος Τιβεριεύς. Vide præterea de hoc scriptore Photium Cod. XXXIII. & Vossium in Opere *de Histor. Græc.*

4 Ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδ.] Vocula καὶ hic apud Suidam est supervacanea, nec ullum omnino sensum habet: apud Sophronium vero eadem non est otiosa, propter illa, quæ ibi præcedunt. Quoniam enim Sophronius (vel potius Hieronymus, cujus Catalogum Scriptorum Ecclesiasticorum Sophronius Græce vertit) proxime ante de Josepho, historiæ Judaicæ scriptore, agit, eique Justum hunc Tiberiensem, itidem rerum Judaicarum scriptorem, subjungit, recte dicere potuit ἐπεχείρησε μὲν καὶ αὐτὸς Ἰουδ. ἱστορ. συντάξαι; quæ expressa sunt ex verbis his Hieronymi, *conatus est & ipse Judaicarum rerum historiam texere.* Suidas vero hic ἀκρισίαν suam prodidit, dum non observavit, voculam καὶ nonnisi apud Sophronium propter ea, quæ apud eum præcedunt, locum habere posse. Hoc autem ideo moneo, ut Lectori fidem faciam, Suidam hunc & multa alia loca ex Sophronio descripsisse, non vero ea, quæ apud Sophronium hodie leguntur, ex Suida descripta esse; & proinde falsum esse, quod Vir Cl. Isaacus Vossius in notis ad Epistolas Ignatii suspicatur, versionem hanc Græcam Catalogi Hieronymiani nomen Sophronii mentiri, eamque a primo forsan ejus editore Erasmo exercitii gratia procusam, & Orbi literato obtrusam esse. Cum enim ex iis, quæ diximus, clare pateat, interpretem hunc Suida saltem antiquiorem esse oportere, quod is multa ex eo descripserit; unico hoc argumento suspicio Vossii de ejus νοθείᾳ prorsus refellitur, & Erasmus a crimine impostura vindicatur.

5 Περιγράφειν] Sic etiam habet Sophronius. Sed utrobique, scribendum est περὶ γραφῶν, ut patet ex his verbis Hieronymi, *sed & commentariolos de scripturis componere conatus est.*

6 Ἀλλὰ καὶ τοῦτον Ἰώσηπος] Vocula καὶ hic est supervacanea, nec agnoscit eam Sophronius.

7 Ἰώσηπος ἐλέγχει ψευσ.] Justum hunc Tiberiensem mendacii arguit Josephus in Vita, quam ipse de se conscripsit, p. 1024. ubi sic inquit: Γενόμενος δ' ἐνταῦθα τῆς διηγήσεως βούλομαι πρὸς ΙΟΥΣΤΟΝ, τὸν καὶ αὐτὸν τὴν περὶ τούτων πραγματείαν γεγραφότα, πρός τε τοὺς ἄλλους, τοὺς ἱστορίαν μὲν γράφειν ἐπαγγελλομένους, περὶ δὲ τὴν ἀλήθειαν ὀλιγωροῦντας. καὶ δι' ἔχθραν ἢ χάριν τὸ ψεῦδος οὐκ ἐντρεπομένους, μικρὰ διαλεχθῆναι. i. e. interprete Sigismundo Gelenio: *Hoc loco libet paucis reprehendere* JUSTUM, *hujus argumenti scriptorem, cæterosque, qui historiam polliciti, veritate neglecta, non verentur ad gratiam odiumve mendacia posteritati prodere.* Lege ibi & sequentia, ubi Josephus multis verbis contra Justum hunc disputat, eumq; malæ fidei in conscribenda historia accusat.

8 Ἰοφῶν, Ἀθην.] De hoc Jophonte vide Schol. Aristoph. ad *Ranas*, p. 214.

9 Ἴλιος, Πέρσις] Non dubito legendum esse Ἰλίου πέρσις. i. e. *Ilii excidium*; quo nomine poemata etiam scripserant Stesichorus, Arctinus, & Lescheus. Vide Salmas. ad Solinum p. 600. & Maussacum ad Harpocrat. v. Καθιλών.

10 Καὶ ἄλλα τινὰ τοῦ πατρὸς Σοφ.] In MSS. Parisf. legitur, καὶ ἄλλα τινὰ ἔργα τοῦ πατρὸς Σοφ. Sed lectionem vulgatam prætule-

Ἰσχέ-

Ἰοχέαιρα. ἡ τοῖς ἰοῖς χαίρουσα. [1] ὑποδεχομένη. [2] ἐν Ἐπιγράμματι·

> Σοὶ μὲν καμπύλα τόξα, καὶ ἰοχέαιρα φαρέτρα,
> Δῶρα παρὰ Προμάχου, Φοῖβε, τάδε κρέμαται.

Ἰώ. ὄνομα. [3] Ἴναχος, Ἀργείων βασιλεύς, κτίζει πόλιν εἰς ὄνομα τῆς σελήνης, Ἰοῦς. οὕτω γὰρ τὴν σελήνην ἐκάλουν Ἀργεῖοι. ἔσχε δὲ καὶ θυγατέρα Ἰώ, ἣν τινα Πῖκος, ὁ καὶ Ζεύς, ἥρπασε, καὶ ἔσχε θυγατέρα ἐξ αὐτῆς Λιβύην. ἡ δὲ Ἰώ, λυπηθεῖσα ἐπὶ τῇ διαφθορᾷ, ἔφυγεν εἰς τὸ Σίλπιον ὄρος, κἀκεῖ τελευτᾷ. ὁ δὲ πατὴρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ τοῦτο μαθόντες κτίζουσιν αὐτῇ ἱερόν, καὶ ἐκάλεσαν τὸν τόπον Ἰώπολιν, καὶ ἔμειναν ἐκεῖ μέχρι τῆς τελευτῆς, ἐπιτελοῦντες τὴν μνήμην, καὶ κρούοντες εἰς τὰς ἀλλήλων θύρας κατ᾽ ἔτος ἔλεγον, Ἰώ, Ἰώ.

Ἰώ. σχετλιαστικόν. Ἰὼ Νέμεσι, βαρύβρομοί τε βρονταί. καὶ αὖθις· Ἰώ, Ἰώ, [4] τραυμάτων ἐπωδύνων.

Ἰώ. [5] Ἀριστοφάνης·

> Ἰὼ μακάριαι χελῶναι τοῦ δέρματος,
> Καὶ τρισμακάριαι τοῦ ἐπὶ ταῖς πλευραῖς,
> Ὡς εὖ κατηρέψασθε, καὶ νουβυστικῶς.
> Ἰὼ [6] Πρασιαὶ τρισάθλιαι, καὶ πεντάκις,
> Καὶ πολλάκις δεκάκις, ἀπολεῖσθε τήμερον.

Ἔστι δὲ πόλις Λακωνική.

Ἰὼ [7] σκότος, ἐμὸν φάος, Ἔρεβος ὦ φαεννότατον ἐμοί· ἕλεσθέ μ᾽, ἕλεσθέ μ᾽ οἰκήτορα, ἕλεσθέ μ᾽· οὔτε γὰρ θεῶν γένος, οὔθ᾽ ἁμερίων ἔτ᾽ ἄξιος βλέπειν τιν᾽ εἰς ὄνησιν ἀνθρώπων. τουτέστιν, οὔτε θεῶν, οὔτ᾽ ἀνθρώπων γένος ὁρᾶν ἄξιός εἰμι εἰς ὠφέλειαν. ἄξιον τοίνυν ἐξιέναι τοῦ βίου. ἢ οὕτως. εἰς ὠφέλειαν οὐκ εἰσί μοι, οὔτε ἄνθρωποι, οὔτε θεοί· τί οὖν ζῶ; ὡς ἂν εἴ τις θάνατον σωτηρίαν νομίσειεν.

Ἰωάβ. ὄνομα κύριον.

Ἰωακείμ. ὄνομα κύριον.

Ἰωάθαμ. ὄνομα κύριον. ἐν τῷ Ἀβιμέλεχ.

Ἰωάννης. [8] ὄνομα κύριον. ὁ Θεολόγος, καὶ Εὐαγγελιστής, ἀπὸ τῆς ἐν Πάτμῳ ἐξορίας ἐπανελθὼν συντάττει τὸ Εὐαγγέλιον ὢν ἐτῶν ρ᾽, διαρκέσας ἕως ρκ᾽. ἐκεῖ δὲ διάγων συγγράφεται τὴν Θεολογίαν. δέχεται δὲ ὁ Χρυσόστομος καὶ τὰς Ἐπιστολὰς αὐτοῦ τὰς τρεῖς, καὶ τὴν Ἀποκάλυψιν.

Ἰωαννίκιος. ὄνομα κύριον.

Ἰωάννης, [9] Ἀντιοχεύς, ὁ ἐπικληθεὶς Χρυσόστομος· Πρεσβύτερος μὲν ἐν πρώτοις Ἀντιοχείας· Εὐσεβίου δέ,

Ἰοχέαιρα. Sagittis gaudens. In qua sagittæ conduntur. In Epigrammate:

> *Tibi quidem curvus arcus, & sagittis gaudens pharetra,*
> *Dona a Promacho, Phœbe, hæc suspensa sunt.*

Ἰώ. Io. Nomen proprium. Inachus, Argivorum rex, urbem condidit, nomine Lunæ appellatam Io: sic enim Argivi Lunam vocabant. Habuit autem & filiam Io, quam Picus, qui & Jupiter vocatur, rapuit, & ex ea filiam Libyam suscepit. Io vero propter stuprum, [a Jove sibi illatū,] dolore affecta in Silpiū montē confugit, & illic obiit. Pater igitur & fratres ejus hoc cognito templum ipsi condiderunt, eumque locum Jopolin vocarunt; ubi ad mortem usque manserunt, memoriam ejus celebrantes, & alter alterius fores quotannis pulsantes, dicentesque, Io, Io.

Ἰώ. Hei. Heu. Lamentantis adverbium. *Io Nemesis, tonitruaque ingentem fragorē edentia* Et iterum: *Heu, heu vulnera valde dolentia!*

Ἰώ. Io. O. Aristophanes:

> *O testudines beatæ pellis [durissimæ causa,]*
> *Et ter beatæ laterum vestrorum causa,*
> *Quam bene tectæ estis, & prudenter!*
> † *O Prasiæ ter miseræ, & quinquies,*
> *Et millies! Peribitis enim hodie.*

Est autem [Prasiæ] urbs Laconica.

Ἰὼ σκότος. *O tenebræ, mea lux! O Erebe, mihi clarissimæ lucis instar gratissime! Adsciscite me incolam vestrum. Nam nec Deorum genus, nec hominum quenquam aspicere dignus sum, ut auxilium [ab illis consequar.]* Id est, nec Dii, nec homines mihi sunt auxilio. Quid igitur vivo? Idem est, ac si quis mortem salutem suam esse existimet.

Ἰωάβ. Joab. Nomen proprium.

Ἰωακείμ. Joacim. Nomen proprium.

Ἰωάθαμ. Joathā. Nomē propriū. In Ἀβιμέλεχ.

Ἰωάννης. Joannes. Nomen proprium. Theologus, & Evangelista, ex exilio (in Patmo enim exulabat) reversus, ætatis anno centesimo Euangelium conscripsit, & deinde pervenit ad annū ætatis cxx. Illic autē degens Theologiā conscripsit. Chrysostomus tres ejus Epistolas & Apocalypsin pro Canonicis habet.

Ἰωαννίκιος. Joannicius. Nomen proprium.

Ἰωάννης. Joannes, cognomento Chrysostomus, Antiochenus, principio presbyter Antio-

rim. quoniam veteres Grammatici notant, Jophontem fabulis patris Sophoclis pro suis usum esse. Schol. Aristoph. loco paulo ante laudato: Ἰοφῶν, υἱὸς ἦν Σοφοκλέους ἐκ Νικοστράτης, ὃς δόκησιν παρεῖχεν, ὅτι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐχρῆτο ποιήμασιν, ὡς οἰκείοις.

1 Ὑποδεχομένη] Lege & supple τοὺς ἰοὺς ὑποδεχομένη.]

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. l. VI. c. XXV. ut Portus annotavit.

3 Ἴναχος, Ἀργείων βασιλ.] Vide Joannem Malalam in Chronographia, p. 31. 32. ubi eadem historia fusius narratur; itemque Cedrenum p. 21.

4 Ἰώ, ἰὼ τραυμ. ἐπ.] Ex Aristoph. *Acharn.* p. 307. P.

5 Ἀριστοφάνης] In *Vespis* pag. 358. ita legitur, ut & apud Suidam est scribendum:

> Ἰὼ χελῶναι μακάριαι τοῦ δέρματος,
> Καὶ τρισμακάριαι, τοῦ ᾽πὶ ταῖς πλευραῖς ''' &c P.

6 Ἰὼ Πρασιαὶ τρισ.] Hi versus deprompti sunt ex Aristoph. *Pace*, p. 442. P.

7 Ἰὼ σκότος, ἐμὸν φ.] Locum hunc excerpsit Suidas ex Soph. *Ajace* p. 24. ubi vide Scholiastam. P.

8 Ἰωάννης ὄν. κύρ. ὁ Θεολ.] Vide Hieronymum in libello *de Vita Evangelistarum*, ejusque interpretem Sophronium.

9 Ἰωάννης, Ἀντιοχ.] Vide Sophronium, p. 154.

Ἐμεσηνοῦ Φιλοσόφου, καὶ Διοδώρου ἀκόλουθος. Οὗτος πολλὰ συγγράψαι λέγεται, ἀφ' ὧν οἱ περὶ Ἱερωσύνης ὑπερβάλλουσι λόγοι, τῷ τε ὕψει, καὶ τῇ φράσει, καὶ τῇ λειότητι, καὶ τῷ κάλλει τῶν ὀνομάτων. τούτοις ἐφάμιλλοι καὶ οἱ εἰς τοὺς Ψαλμοὺς τοῦ Δαβὶδ λόγοι, καὶ ἡ τοῦ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγελίου σημασία, καὶ τὰ εἰς τὸν Ματθαῖον, καὶ Μάρκον, καὶ Λουκᾶν ὑπομνήματα. τὰ δὲ λοιπὰ αὐτοῦ συγγράμματα κρείττονα ἀριθμοῦ τυγχάνει. ἅπασαν γὰρ Ἰουδαϊκὴν γραφὴν καὶ Χριστιανικὴν ὑπεμνημάτισεν, ὡς ἄλλος οὐδείς. τὰς τῶν Μαρτύρων δὲ πανηγύρεις ἐπανέξησεν ἐν τῷ σχεδιάζειν ἀνεμποδίστως, καὶ τὴν γλῶσσαν αὐτοῦ καταρρεῖν ὑπὲρ τοὺς Νειλῴους καταρράκτας. οὐδεὶς οὖν τῶν ἀπ' αἰῶνος τοιαύτην λόγων ηὐπόρησεν εὔροιαν, ἣν μόνος αὐτὸς ἐπλούτησε, καὶ μόνος ἀκιβδήλως τὸ χρυσοῦν τε καὶ θεῖον ἐκληρονόμησεν ὄνομα. τὸν δὲ συγγραμμάτων αὐτοῦ καταλέγειν τὸν ἀριθμὸν, οὐκ ἀνθρώπου, Θεοῦ δὲ μᾶλλον, τοῦ τὰ πάντα γινώσκοντος. Οὗτος ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Χρυσόστομος, ἀσκητὴς ἦν ἄκρος, καὶ πολυάγρυπνος, καὶ φιλήσυχος λίαν. καὶ διὰ ζῆλον σωφροσύνης εὐπαρρησίαστος, καὶ ἀκρόχολος. θυμῷ γὰρ μᾶλλον, ἢ αἰδοῖ ἐχαρίζετο, καὶ ἐλευθεροστομίᾳ πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀμέτρως ἐνέχρητο. καὶ ἐν μὲν τῷ διδάσκειν πολὺς ἦν πρὸς ὠφέλειαν· ἐν δὲ ταῖς συντυχίαις ἀλαζονικός τις καὶ ὑπερόπτης ἐνομίζετο τοῖς αὐτὸν ἀγνοοῦσι. διὸ καὶ ἐπὶ τὴν ἐπισκοπὴν προβληθεὶς μείζονι ὀφρύϊ κατὰ τῶν ὑπηκόων ἐκέχρητο, πρὸς διόρθωσιν ἑκάστου, καὶ σωτηρίαν, καὶ τοὺς τρόπους, καὶ τοὺς λόγους μεταλλάττων. οὐ τοίνυν εἰ μή τις εἴη κόλαξ, τοῦτον ἀλαζόνα νομιστέον εἶναι. οὐδ' αὖ πάλιν, εἰ κόλαξ εἴη, καὶ ἀγεννὴς, τοῦτον μετριόφρονα λεκτέον. ἀλλὰ τὸν ἐν τῇ προσηκούσῃ τάξει τῇ ἐλευθέροις πρεπούσῃ ἑαυτὸν φυλάττοντα, μεγαλόψυχον μὲν εἶναι προσήκει, οὐχ ὑπερήφανον· ἀνδρεῖον, οὐ θρασὺν· ἐπιεικῆ, οὐ δουλοπρεπῆ· μετριόφρονα, οὐ ταπεινοφροσύνην ὑποκρινόμενον· ἐλευθέριον, οὐκ ἀνδραποδώδη· ὡς καὶ αὐτὸς λέγει· Διὰ τοῦτο ποικίλον εἶναι δεῖ τὸν ποιμένα καὶ διδάσκαλον. ποικίλον δὲ λέγω, οὐχ ὕπουλον, οὐδὲ κόλακα, καὶ ὑβριστὴν, ἀλλὰ πολλῆς ἐλευθερίας καὶ παρρησίας ἀνάμεστον, εἰδότα καὶ συγκατιέναι χρησίμως, ὅταν ἀπαιτῇ τοῦτο ἡ τῶν πραγμάτων ὑπόθεσις, καὶ χρηστὸν εἶναι ὁμοῦ, καὶ αὐστηρόν. οὐ γὰρ ἑνὶ τρόπῳ χρῆσθαι τοῖς ἀρχομένοις ἅπασι δέον· ἐπεὶ μηδὲ ἰατρῶν παισὶν ἑνὶ φαρμάκῳ πᾶσι τοῖς κάμνουσι προσφέρεσθαι καλόν· μηδὲ κυβερνήτῃ, μίαν ὁδὸν ἰέναι τὴν πρὸς τὰ πνεύματα μάχης. Ἐννόησον οὖν ὁποῖόν τινα εἶναι χρὴ τὸν μέλλοντα πρὸς χειμῶνα τοσοῦτον ἀνθέξειν, καὶ τοιαύτην ζάλην, καὶ τοσαῦτα κύματα, πρὸς τὸ γενέσθαι τοῖς πᾶσι πάντα, ἵνα πάντας κερδήσῃ. καὶ γὰρ σεμνὸν εἶναι δεῖ τὸν τοιοῦτον, καὶ ἄτυφον, καὶ φοβερὸν, καὶ προσηνῆ, καὶ ἀρχικὸν, καὶ κοινωνικὸν, καὶ ἀδέκαστον, καὶ θεραπευτικὸν, καὶ ταπεινὸν, καὶ ἀδούλωτον, καὶ σφοδρὸν, καὶ ἥμερον, ἵνα ταῦτα εὐκόλως δύνηται μάχεσθαι. οὕτω δεῖ τὸν ἐναργέστατον, καὶ ἐχέφρονα, φεύγειν τὸ κολακεύειν, καὶ κολακεύεσθαι, μήτε ἀλαζονικὸν

chiæ, & Eusebii Emeseni Philosophi, & Diodori pedissequus. Hic multa scripsisse fertur, in quibus excellunt sermones de Sacerdotio, tum sublimitate & elocutione, tum suavitate & elegantia verborum. Cum his certant sermones ejus in Davidis Psalmos, & in Joannis Evangelium annotationes, & in Matthæum, Marcum, & Lucam Commentarii. Cætera vero ejus scripta numerum superant. Totam enim & Judaicam & Christianam scripturam commentariis explicavit, ut alius nemo. Plurimas etiam Orationes in laudem Martyrum prompte & ex tempore habuit, quippe qui flumine eloquentiæ ipsas Nili cataractas superaret. Nullus enim mortalium ab omni ævo tanta dicendi copia abundavit, quanta ille præditus fuit; adeo ut solus merito vereque aureũ illud & divinum nomen consecutus sit. Scriptorum ejus numerum recensere non hominis sit, sed Dei potius, qui omnia cognoscit. Hic S. Joannes Chrysostomus vitam summe asceticam agebat, multumque vigilabat, & quietis erat amantissimus, & præ studio vitæ castæ & sobriæ, quo flagrabat, in dicendo liberrimus, & iracundus. Iræ enim magis quam pudori obsequebatur, & immodica linguæ libertate adversus obvios quosque utebatur. In docendo utilitati audientium maxime consulebat; at in congressibus arrogantia & fastu quodam præditus videbatur illis, qui eum non norant. Quamobrem etiam Episcopus designatus majore supercilio adversus subditos utebatur, ad uniuscujusque correctionem, & salutem, & mores, orationem accommodans. Non tamen, si quis non sit assentator, is ideo existimandus est arrogans: neque etiam contra, si quis sit assentator, & humili animo præditus, propterea vocandus est modestus. Sed illum, qui personam ingenuo homine dignam, ita ut par est, tueri vult, magnanimum esse oportet, non superbum; fortem, non audacem; comem, non humilem; modestum, non modestiæ simulatorem; liberalem, non sordidum; ut & ipse [aliquo loco] dicit: *Quare varium esse decet Pastorem & Doctorem. Varium vero dico, non subdolum, nec adulatorem, nec injurium; sed multæ in dicendo libertatis, & qui norit hominibus utiliter se accommodare, quoties ipsa res hoc requirit; lenemque simul, & austerum esse. Haud enim uno eodemque modo decet omnes subjectos tractare. Nam ne medicorum quidem filios decet omnibus ægrotis unum & idem medicamentum præbere: neque gubernatorem eundem semper cursum tenere, ventis reflantibus. Cogita igitur qualem esse deceat illum, quem tantæ tempestati, tantæque procellæ, & tot fluctibus resistere oporteat, ut omnibus omnia sit, & omnes Deo lucretur. Etenim talem virum oportet esse & gravem, & fastus expertem, & formidabilem, & mansuetum, & imperiosum, & sociabilem, & incorruptum, & in obsequium pronum, & submissum, & nemini serviliter obsequentem, & hilarem,*

εἶναι

εἶναι, μήτε κόλακα, ἀλλ' ἀμφοτέρων τῶν κακῶν τούτων κολάζειν τὴν ἀμετρίαν· καὶ ἐλεύθερον εἶναι, μήτε εἰς αὐθάδειαν ἀποκλίνοντα, μήτε εἰς δουλοπρέπειαν καταπίπτοντα. πρὸς μὲν γὰρ χρηστοὺς ταπεινὸν ὑπάρχειν δεῖ· πρὸς δὲ θρασεῖς, ὑψηλόν. ἐπείπερ οἱ μὲν ἀρετὴν εἶναι τὴν ἐπιείκειαν ἡγοῦνται· οἱ δὲ ἀνδρείαν θρασύτητα. ἐκείνοις μὲν τὴν ταπεινοφροσύνην προσφέρειν, τούτοις δὲ τὴν ἀνδρείαν, σβεννῦσαν αὐτῶν τὴν ἀπὸ τῆς θρασύτητος δόξαν· ἵνα τοὺς μὲν ὠφελήσῃς, τῶν δὲ ταπεινώσῃς τὸ φρόνημα. καιρὸς γὰρ τῷ παντὶ πράγματι, φησὶ Σολομῶν· τουτέστι, ταπεινότητος, ἐξουσίας, ἐλέγχου, παρακλήσεως, φειδοῦς, παῤῥησίας, χρηστότητος, ἀποτομίας, καὶ ἁπαξαπλῶς, παντὸς πράγματος· ὥστε ποτὲ μὲν τὸ τῆς ταπεινότητος δεικνύειν, καὶ μιμεῖσθαι ἐν ταπεινώσει τὰ παιδία, κατὰ τὴν κυριακὴν φωνήν· ποτὲ δέ, τῇ ἐξουσίᾳ κεχρῆσθαι, ἣν ἔδωκεν ὁ Χριστὸς εἰς οἰκοδομήν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν, ὅταν ἡ χρεία ἐπιζητῇ τὴν παῤῥησίαν. καὶ ἐν καιρῷ μὲν παρακλήσεως τὸ χρηστὸν ἐνδείκνυσθαι· ἐν καιρῷ δὲ ἀποτομίας, τὸν ζῆλον ἐμφαίνειν, καὶ ἐφ' ἑκάστου τῶν ἄλλων ὁμοίως τὸν ἔγκριτον καὶ δίκαιον λογισμὸν ἀποφέρεσθαι. λογισμοὶ γὰρ δικαίων κρίματα. Καὶ [1] Ἰσίδωρος δέ, τὸν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ καὶ φοβερόν· ἵν' οἱ μὲν εὖ βιοῦντες, θαῤῥοῖεν· οἱ δ' ἁμαρτάνοντες, ὀκνοῖεν. θάτερον γάρ, θατέρου χωρίς, ἀναρχία μᾶλλόν ἐστιν, ἢ ἀρχή. εἰ μὲν γὰρ πάντες ἦσαν εὐπειθεῖς καὶ φιλάρετοι, ἀγαθότητος ἔδει μόνης· εἰ δὲ φιλαμαρτήμονες, φόβου. ἐπειδὴ δὲ καὶ ἀγαθοί εἰσι, καὶ κακοί, ἀμφότερα κατακλειστέον τῷ ἄρχοντι, καὶ παρεϊσαμένῳ.

& lenem, ut hæc certamina facile conficere possit. Oportet igitur virum strenuum & cordatum cavere, ne vel ipse aliis aduletur, vel patiatur, ut alii sibi adulentur; ut nec arrogans sit, nec assentator, sed id, quod in utroque vitio nimium est, recidat: itaque liber sit, ne vel ad arrogantiam deflectat, vel ad servile obsequium se demittat. Nam adversus bonos quidem submisse se gerere oportet; adversus audaces vero, supercilio uti. Illi enim humanitatem judicant esse virtutem; hi vero audaciam fortitudinem. Adversus hos ergo modestia utendum est; adversus illos vero animo forti & virili, quo audacia illorum retundatur: ut his quidem prosis, illorum vero spiritus deprimas. Nam, ut ait Solomon, cujusque rei suum est tempus: id est, modestiæ, auctoritatis, reprehensionis, consolationis, clementiæ, libertatis, lenitatis, severitatis, &, ut uno verbo dicam, omnium rerum: ut nunc quidem submisse te geras, & animi submissione pueros imiteris, ex Domini præcepto; nunc vero auctoritate utaris, quam Christus nobis dedit ad ædificationem, non vero ad destructionem, cum res severitatem requirit. Et tempore quidem consolationis lenitatem ostendere; tempore vero objurgationis, zelum demonstrare, & in omnibus aliis rebus justam judicii & rationis normã adhibere oportet. Justorũ enim judicia ratione nituntur. Et Isidorus dicit: *Principem oportet esse justum, & simul terribilẽ, ut boni quidem securi sint; mali vero ab injuria facienda deterreantur. Nam alterum sine altero imperium potius evertit, quam conservat. Si enim omnes legibus sponte parerent, & virtutem amarent, sola bonitate opus foret: sin autem mali, severitate. Quia vero & boni sunt, & mali, utramque rationem adhibere debet is, qui populo præest.*

Ἰωάννης Γραμματικός, Ἀλεξανδρεύς, ὁ ἐπικληθεὶς Φιλόπονος. [2] τούτου συγγράμματα πάμπολλα, Γραμματικά, Φιλόσοφα, Ἀριθμητικά, Ῥητορικά, τῆς τε θείας γραφῆς, καὶ [3] κατὰ τῶν δεκαοκτὼ Προκλείων ἐπιχειρημάτων, καὶ κατὰ Σευήρου. πλὴν ὅτι παρὰ τῶν τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλων ὡς Τριθεΐτης ἐκβάλλεται, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ὀρθοδόξων ἀποδιώκεται.

Ἰωάνν. Γραμ. Joannes Grammaticus, Alexandrinus, cognomento Philoponus. Hujus plurima sunt scripta, Grammatica, Philosophica, Arithmetica, Rhetorica, & in Sacram Scripturam, & contra XVIII Procli disputationes [*de Æternitate Mundi*,] itemque contra Severum. Sed tamen ab Ecclesiæ Doctoribus ut Tritheita rejicitur, nec in Orthodoxorum catalogum admittitur.

Ἰωάννης [4] Φιλαδελφεὺς Λυδός. οὗτος ἔγραψε [5] περὶ μηνῶν βιβλίον α'· καὶ [6] περὶ διοσημειῶν ἕτερον καὶ ἄλλων τινῶν ὑποθέσεων μαθηματικῶν. προσομιλεῖ δὲ ταῦτα [7] Γαβριήλῳ τινὶ ὑπάρχῳ.

Ἰωάνν. Φιλ. Joannes Philadelphensis Lydus. Hic scripsit *de Mensibus* librum unum; & *de Tempestatibus, Ventis* &c. alterum; itemque Mathematica varia. Ea autem dedicavit Gabrieli cuidam Præfecto.

Ἰωάννης, ὁ ἐπονομαζόμενος Στοβαῖος. [8] Ἀνθο-

Ἰωάννης, ὁ ἐπον. Joannes, cognomento Stobæus.

1 Καὶ Ἰσίδωρος δέ, τὸν ἄρχοντα δίκαιον εἶναι δεῖ, καὶ φοβ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur apud Isidorum Pelusiotam lib. V. Epist. CLXVIII. ut Pearsonius observavit.

2 Τούτου συγγράμματα πάμπ.] Hujus Philoponi varia hodieque exstant opera, quorum titulos quære in Catalogis Bibliothecarum. Vide etiam Photium in *Bibliotheca*, qui ex diversis ejus libris excerpta exhibet.

3 Καὶ κατὰ τῶν δεκαοκτὼ Προκλ. ἐπ.] Opus hoc Philoponi contra Proclum *de Æternitate Mundi* hodieque exstat, editum Venetiis anno MDXXXV. in fol.

4 Ἰωάννης, Φιλαδ.] Vixit hic Joannes Philadelphensis seculo VI, sub Anastasio & Justiniano Imperatoribus, ut testatur Theophyl. Simoc. Histor. l. VII. cap. XVI. in fine; & Photius Cod. CLXXX, qui eum Joannem Laurentium Philadelphensem Lydum vocat. Scripserat opera varia, ex quibus nihil, quod sciam, in lucem editum est, præter libellum exiguum, inscriptum, Ἐφήμερος βροντοσκοπία ἐπιχωρία πρὸς τὴν σελήνην; quem Janus Rutgersius *Variar. Lect.* lib. III. primus publici juris fecit. In Codice *MS.* 2432 Bibliothecæ Regiæ Parisiensis varia Joannis hujus Philadelphensis opuscula inedita continentur; veluti de Sortibus; de Terræ motibus; Diarium, seu Ephemeris, indicans per totum annum ortus & occasus signorum, ex libris Claudii Thusci ad verbum Græce versa; περὶ Διοσημειῶν, & alia.

5 Περὶ μηνῶν βιβλίον α'] Liber hic lucem nondum aspexit, sed in Bibliothecis *MS.* latet; ex quo Suidas & Codinus magnam partem eorum, quæ de simulacris Deorum gentilium in medium adferunt, ad verbum descripserunt; ut monet Lambecius ad Codinum, qui & librum illum vidit, & varia ex eo loca ad illustrandum Codinum adducit.

6 Περὶ διοσημειῶν] Græci διοσημείας vocant tempestates, ventos, imbres, tonitrua &c. solito graviora & vehementiora; de quibus proinde Johannes Lydus libro hoc egerat.

7 Γαβριήλῳ τινὶ ὑπ.] Hujus Gabrielis mentio fit Anthol. l. IV. cap. I. p. 430. ut Pearsonius observavit.

8 Ἀνθολόγιον, περιέχει τὰς π.] Hoc opus hodie adhuc exstat, nec sine voluptate a literarum studiosis legitur.

λόγιον, περιέχει τὰς παρὰ πᾶσι πολλῶν δόξας ἐν βιβλίοις δ', ἐνάρετα πάνυ, καὶ γέμοντα πάσης παιδεύσεως. γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Ἐπίμιον υἱὸν αὐτοῦ.

Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνὸς, ὁ ἐπικληθεὶς Μανσοὺρ, ἀνὴρ καὶ αὐτὸς ἐλλογιμώτατος, οὐδενὸς δεύτερος τῶν κατ' αὐτὸν ἐν παιδείᾳ λαμψάντων. Συγγράμματα αὐτοῦ πάνυ πολλὰ, καὶ μάλιστα φιλόσοφα· [1] εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν Παράλληλοι κατ' ἐκλογὴν, καὶ οἱ Ἀισματικοὶ Κανόνες, Ἰαμβικοί τε, καὶ καταλογάδην. συνήκμαζε δ' αὐτῷ καὶ Κοσμᾶς ἐξ Ἱεροσολύμων, ἀνὴρ εὐφυέστατος, καὶ πνέων μουσικὴν ὅλως τὴν ἐναρμόνιον. οἱ γοῦν Ἀισματικοὶ Κανόνες Ἰωάννου τε καὶ Κοσμᾶ σύγκρισιν οὐκ ἐδέξαντο, οὐδὲ δέξαιντο, μέχρις ἂν ὁ καθ' ἡμᾶς βίος περαιωθήσεται.

Ἰωάννης, [2] ὁ τυραννήσας εἰς Ῥώμην ἐπὶ Θεοδοσίου, πρᾶος ἦν, καὶ ξυνέσεως εὖ ἥκων, καὶ ἀρετῆς ἀντιποιεῖσθαι ἐξεπιστάμενος. ὃς τὴν τυραννίδα μετρίως ἐξηγήσατο, οὐδὲ τοῖς διαβάλλουσι τὴν ἀκοὴν ὑπέσχεν, οὐδὲ φόνον ἄδικον εἰργάσατο ἑκών γε εἶναι, οὐδὲ χρημάτων ἀφαιρέσει ἐπέθετο.

Ἰωάννης, [3] ὁ [4] Καππαδοκίας ἔπαρχος Ἰουστινιανοῦ, [5] λόγων μὲν τῶν ἐλευθερίων καὶ παιδείας ἀνήκοος ἦν. [6] οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς γραμματιστοῦ φοιτῶν ἔμαθεν, ὅτι μὴ γράμματα, καὶ ταῦτα κακὰ κακῶς γράψαι. φύσεως δὲ ἰσχύϊ πάντων γέγονε δεινότατος, ὧν ἡμεῖς ἴσμεν. γνῶναί τε γὰρ τὰ δέοντα ἱκανώτατος ἦν, καὶ λύσιν τοῖς ἀπόροις εὑρεῖν. πονηρότατος δὲ πάντων ἀνθρώπων γεγονὼς, τῇ τε φύσεως δυνάμει ἐς τοῦτο ἐχρῆτο, καὶ οὔτε θεοῦ λόγος, οὔτε ἀνθρώπων αὐτὸν αἰδώς τις εἰσῄει, ἀλλὰ βίους τε αὐτῷ ἀνθρώπων πολλῶν ἀπολλύναι κέρδους ἕνεκα, καὶ πόλεις ὅλας καθελεῖν ἐπιμελὲς ἦν. χρόνου γοῦν ὀλίγου χρήματα μεγάλα περιβαλλόμενος, ἐς κραιπάλην τινὰ ἐκλελάκτικεν, ὅρον οὐκ ἔχουσαν· ἄχρι μὲν ἐς τὸν τοῦ ἀρίστου καιρὸν ληϊζόμενος τὰς τῶν ὑπηκόων οὐσίας, μέθῃ δὲ τὸ λοιπὸν, καὶ σώματος ἔργοις ἀσελγέσιν ἠσχολημένος. κατέχειν δὲ αὐτὸν οὐδαμῇ ἴσχυεν, ἀλλὰ τά τε βρώματα [7] μέχρις ἐς ὅσον ἤσθιε, καὶ τὰ χρήματα κλέπτειν μὲν ἦν ἕτοιμος, προΐεσθαι δὲ καὶ δαπανᾷν ἑτοιμότερος. [8] Οὗτος δὲ ὁ Ἰωάννης πᾶσιν ἀνθρώποις βαρὺς ἦν ὁμοίως καὶ χαλεπός· πληγάς τε τοῖς προσπίπτουσιν ἐντεινόμενος, καὶ τὰ χρήματα ἀπαξάπαντα λόγῳ οὐδενὶ ληϊζόμενος, τὴν δίκην ὀρθῶς καὶ δικαίως τῆς [9] ἐς τὴν δίκην παρανομίας ἐξέτισεν.

Scripsit Florilegium, variorum sententias complectens, libris quatuor: quod opus est præclarum, & varia doctrina plenum. Scripsit autem illud ad Epimium filium suum.

Ἰωάννης ὁ Δαμασκ. Joannes Damascenus, cognomento Mansur, vir & ipse celeberrimus, & ætatis suæ nulli eorum, qui doctrina fuerunt illustres, secundus. Ejus scripta sunt permulta, & præcipue philosophica; & in S. Scripturâ Parallela selecta; & canticorum Canones, tam Iambis, quam oratione soluta conscripti. Eodem etiam tempore Cosmas Hierosolymitanus floruit, vir ingeniosissimus, & omnino Musicam harmonicam spirans. Illi autem Canticorum Canones Joannis & Cosmæ nullam [cum aliorum scriptis] comparationem admiserunt, nec admittent, quamdiu hominum vita durabit.

Ἰωάννης, ὁ τυρ. Joannes, Tyrannus Romæ fuit sub Theodosio; idemq; clemens, & valde prudens, & virtutis studiosus fuit, tyrannidemque moderate exercuit, nec delatoribus aures præbuit, nec ullam injustam cædem volens patravit, nec bona cuiquam eripuit.

Ἰωάννης, ὁ Καππ. Joannes Cappadox, Præfectus Aulæ sub Justiniano, liberalium artium & doctrinæ prorsus rudis fuit. Nihil enim aliud, dum literatoris scholam frequentaret, didicit, præter literas, easque malas male pingere. Ingenii autem vi omnium, quos novimus, maxime polluit. Nam & quid facto opus esset mira sagacitate illico perspiciebat, & ex negotiis difficilibus facillime se expedire norat. Illa autem ingenii vi ad improbitatem, qua etiam omnes homines superabat, abutebatur; ita ut nec Dei rationem ullam haberet, nec hominum reverentia animum ejus subiret: sed in id tantum incumberet, ut quæstus gratia & multorum hominum vitas perderet, & integras urbes everteret. Cum igitur exiguo tempore magnam pecuniæ & opum vim sibi comparasset, supra modum in crapulam se effudit. Et ad tempus quidem prandii usque expilandis subditorum fortunis vacare solebat; quod reliquum erat temporis in temulentia & obscœnis corporis voluptatibus traducens. Nullo etiam modo temperare sibi poterat, adeo ut cibis ad vomitum usque se repleret. Semper quidem ad corradendum aurum erat paratus, ad prodigendum vero multo etiam promptior. Hic Joannes omnibus hominibus gravis erat & molestus. Nam obvios quosque verberibus afficiebat, & omnium subditorum fortunas expilabat. Quare tandem juris violati justas meritasque pœnas exsolvit.

1 Εἴς τε τὴν θείαν γραφὴν Παράλληλοι] *Parallela* Johannis Damasceni hactenus Latine tantum in lucem prodierunt, quorum editionem Græcam doctissimus Lequienius, Dominicanus, hoc tempore Parisiis molitur.

2 Ἰωάννης, ὁ τυραννήσας εἰς Ῥώμ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripsit Suidas ex Procopio *de Bello Vandal.* lib. 1. cap. III. p. 182.

3 Ἰωάννης, ὁ Καππαδ. ἔπαρχος Ἰουστ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad verba illa *δαπανᾷν ἑτοιμότερος*, leguntur apud Procopium *de Bello Pers.* lib. 1. cap. XXIV. pag. 70. unde Suidas ea descripsit.

4 Ὁ Καππαδοκίας ἔπαρχος] Legendum est ex Procopio, Ἰωάννης ὁ Καππαδόκης, ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, &c. Joannes enim ille non erat Cappadociæ præses, sed Cappadox, & ἔπαρχος τῆς αὐλῆς, i.e. Aulæ præfectus sub Justiniano.

5 Λόγων μὲν ἐλευθερίων καὶ παιδ.] Vide supra v. Ἀνήκοος.

6 Οὐ γὰρ ἄλλο οὐδὲν ἐς Γραμμ.] Vide supra v. Γραμματιστής.

7 Μέχρις ἐς ὅσον ἤσθιε] Emenda ex Procopio, μέχρις ἐς τὸ ἐμεῖν ἤσθιε, quam lectionem in versione secutus sum.

8 Οὗτος δὲ ὁ Ἰωάννης πᾶσιν ἀνθρ.] Hoc fragmentum excerpsit Suidas ex Procop. l. 1. *de Bell. Pers.* cap. XXV. pag. 75.

9 Ἐς τὴν δίκην παρ.] Procopius habet ἐς τὴν δίαιταν, cui tamen lectionem Suidæ præfero.

Ἰωάννης,

Ἰωάννης,[1] βασιλεὺς Ἱεροσολύμων, μετὰ θάνατον [2] Ἰωδαὲ τοῦ Ἀρχιερέως προέδωκε τὴν ἐπιμέλειαν τὴν πρὸς τὸν θεόν. συνδιεφθάρησαν δὲ αὐτῷ καὶ οἱ τοῦ πλήθους πρωτεύσαντες, ὥστε πλημμελεῖν εἰς τὰ δίκαια, καὶ νενομισμένα παρ' αὐτοῖς ἄριστα εἶναι. δυσχεράνας δὲ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῇ μεταβολῇ τοῦ βασιλέως, καὶ τῶν ἄλλων, πέμπει τοὺς Προφήτας, διαμαρτυρησομένους τε τὰ πραττόμενα, καὶ παύσοντας τῆς πονηρίας αὐτούς. οἱ δὲ ἰσχυρὸν ἔρωτα καὶ δεινὴν ἐπιθυμίαν ἄρα ταύτης εἶχον. ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίαν, υἱὸν τοῦ Ἀρχιερέως Ἰωδαὲ, κατέλευσαν λίθοις ἐν τῷ ἱερῷ, διότι προεφήτευσεν, αὐτοῖς τιμωρίαν μεγάλην ὑφέξειν μὴ πειθομένοις.

Ἰώβ,[3] ὁ μέγας ὄντως ἐκεῖνος καὶ γενναῖος τῆς ἀληθείας ἀγωνιστής· ὁ πρῶτος ἀνοίξας τὸ γυμνικὸν ἐκεῖνο, καὶ μέγα, καὶ παγκόσμιον στάδιον. ὁ τὸν ἀντίπαλον πάσαις ταῖς πάλαις καταβαλών. ὁ μέχρι καὶ τῶν ὀστέων τὰς πληγὰς καὶ τοὺς μώλωπας εἰσδεξάμενος, καὶ μείνας ἀήττητος. ὁ σκωλήκων πλήρης, καὶ στεφανίτης. ὃν οὐδὲ θάνατος ἴσχυσε καταστρῶσαι, καὶ κλῖσαι τὰ ὄπισθεν, ἀλλ' ἔτι ἕστηκεν ὥσπερ τις ἀνδριὰς ἀπερίτρεπτος, ἢ καὶ ἄκμων ἀνήλατος, δι' ὅλου τοῦ βίου καταπαλαίων καὶ καταράσσων τὸν ἀντικείμενον. οὗτος πρῶτος κατεπάλαισε τὸν Διάβολον. οὗτος ἤρατο κατὰ τοῦ πονηροῦ νίκης τρόπαια, οὐ Νέμεα, καὶ Ὀλύμπια, Ἴσθμιά τε, καὶ Πύθια, καὶ ὅσα Ἑλληνικοὶ διακομπάζουσι λόγοι, ἀγωνιζόμενος, ἀλλὰ περὶ παίδων, καὶ κτήσεως, καὶ βοσκημάτων, καὶ θεραπείας, καὶ πάσης τῆς τοῦ βίου διαγωγῆς, καὶ πτωμάτων οἰκίας, τάφους τὰς αὐτὰς καὶ πολυάνδρια τῶν αὐτοῦ παίδων γεγενημένας ὁ καρτερόψυχος θεασάμενος, οὓς ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ ἐπὶ τῆς τραπέζης εὐωχουμένους καὶ συνεσθίοντας κατέστρωσε σωρηδὸν ὁ παμμίαρος, ἐπισείσας αὐτοῖς τὸ δωμάτιον, οὐ δύο, καὶ τρεῖς, ἢ τέτταρας, ἀλλὰ δέκα τοὺς πάντας καὶ πάσας καταβαλών. καὶ οὐδὲ μέχρι τούτων ἡ λύσσα καὶ βασκανία ἠρκέσθη τοῦ ἀντιπάλου, ἕως αὐτὸν τὸν ἀθλητὴν γυμνὸν ἐπὶ τῆς κοπρίας ἐγκαλεσάμενος, καὶ κατάστικτον ὅλον τοῖς ἕλκεσι, καὶ πλήρη σκωλήκων ἀπεργασάμενος, θέαμα φρικτόν τε καὶ ξένον ὅλῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ κατέστησεν, ἔτεσιν ἑπτὰ τοῖς ὀδοῦσι δαρδάπτων, καὶ τῇ γλώσσῃ λικμώμενος ὅλον τὸ σῶμα τοῦ μάρτυρος· μέχρις ὅτου τὴν ἧτταν ἐφ' ἑαυτὸν ὁ παμμίαρος ἐπεσπάσατο, καὶ τὴν αἰσχύνην τέλεον ἐκληρώσατο. ἔχεις τὸ λοιπὸν καὶ τούτου τοῦ Φιλοσόφου τὰ ἔπαθλα. ἔχεις καὶ τούτου τὴν βίβλον πολὺ τοῦ Ὁμήρου καὶ Πλάτωνος ἀηδόνος λιγυρώτερον ᾄδουσαν· οὐ μύθων καὶ παθῶν ἀλλοτρίων ὑφηγήσεις διαγορεύουσαν, ἢ τὸν θρασύτατον Ἀχιλλέα, ἢ τὸν Ὀδυσσέα τὸν πολυμήχανον, ὧν αἱ σφαγαὶ τυγχάνουσι τρόπαιον, καὶ γυναικῶν φθοραὶ κατορθώματα· ἀλλὰ τὸν Σατανᾶν ὑπὸ γυμνοῦ τινος, καὶ ἀόπλου, καὶ μόνου

Ἰωάννης, βασ. Joannes, Rex Hierosolymorum, post mortem Jonadi Pontificis divinum cultum prodidit. Cum ipso autem corrupti sunt & ipsi Principes populi, ut optima majorum jura & instituta violarent. Deus autem graviter indignatus ob hanc Regis & cæterorum mutationem, mittit Prophetas, qui facinora ipsis exprobrarent, & improbitatem illorum compescerent. Sed illi pravitatis suæ erant tenacissimi: adeo ut Zachariam Pontificis Jodaæ filium in templo lapidibus obruerent, quod ipsis magnas pœnas prædixisset, nisi Deo parerent.

Ἰώβ. Job. Ille vere magnus & generosus veritatis pugil, qui primus aperuit gymnicum illud, & ingens, & totum terrarum orbem includens stadium. Hic omnibus luctis adversarium prostravit, &, quamvis plagis ad ossa usque cæsus, & vibicibus lividus, permansit tamen invictus. Hic vermibus scatens, coronam meruit: cumque neque mors prosternere potuit, neque in tergum resupinare; sed constanter stetit, ut statua quædam firmissima, vel etiam, ut incus durissima, per totam vitam subigens & contundens adversarium. Hic primus diabolum devicit. Hic de improbo illo triumphavit, & victoriæ tropæa erexit, non Nemea, vel Olympia, vel Isthmia, vel Pythia, vel quæcunq; alia Græcorum scriptores ambitiose jactant, certamina certans,; sed pro liberis, & bonis, & gregibus, & armentis, & religione, omnique vitæ cultu, ædes suas collapsas invicti animi vir, easque sepulcra liberorum suorum factas, conspicatus. Eos enim uno eodemque die & tempore ad mensam simul assidentes & vescentes, acervatim prostravit sceleratissimus ille, dejecto in eos conclavi, neque duos, aut tres, aut quatuor, sed omnes decem utriusque sexus oppressit. Neque vero adversarii rabies & invidia huc usque progressa stetit; sed ipsum athletam nudum in sterquilinium evocatum, & totum ulceribus compunctum, vermibusque repletum, spectaculum horrendum & inusitatum toti terrarum Orbi, qui sub Sole est, effecit, per septem annos lacerans, & lingua ventilans totum illius martyris corpus; donec sceleratissimus ille tandem succubuit, & summo dedecore affectus est. Habes etiam philosophi hujus præmia. Habes & ejus librum, Homerica & Platonica Musa suavius quid canentem, qui nec fabularum, nec alienarum calamitatum narrationes prædicat, vel audacissimum Achillem, aut callidissimum Ulyssem, quibus cædes sunt triumphus, & mulierum stupra, præclara facinora: sed Satanam describit a nudo quodam, & inermi, & solo superatum; & amicorum vicem ejus dolentium conciones, & lachrymas, & totius rerum naturæ explicatio-

1 Ἰωάννης. βασιλεὺς Ἱεροσολ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Josephi *Antiq. Judaic.* l. IX. c. VIII. ut Pearsonius etiam ad marginem Suidæ sui annotaverat. Cæterum, quem Suidas hic vocat Joannem, cum LXX Interpretes *Paralipom.* II. cap. IX. & X. vocant Ἰωὰς, & Josephus Ἰώασος.

2 Ἰωδαὲ] Hunc LXX Interpretes *Paralip.* II. X. appellant Ἰωδαὲ, & Josephus Ἰώδας.

3 Ἰὼβ, ὁ μέγας ὄντως ἐκ.] Hunc articulum de Jobo descripsit Suidas ex scriptore quodam deperdito, quem eundem esse, ex quo etiam ea, quæ supra de Adamo leguntur, excerpta sunt, stilus suadet.

καταριθμούμενον καὶ φίλων συμπαθῶν δημηγορίας, καὶ δάκρυα, καὶ φυσιολογίαν ὅλης τῆς κτίσεως, καὶ ζώων, καὶ ὀρνέων φύσεις, καὶ λαμπρά τινα διηγήματα, καὶ αὐτοῦ δὲ τοῦ δράκοντος τὴν εἰκόνα τοῦ σκολιοῦ, καὶ πολλὰς ἔχοντος τὰς ἑλίξεις, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὡς πῦρ ἀπαστίλβοντος· καὶ τὴν εἰς ᾅδου, καὶ τὴν καταχθονίαν τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ τοῦ Θεοῦ συγκατάβασιν, καὶ τὴν ἐξ ᾅδου, καὶ τὴν νεκρῶν ἀναβίωσιν, καὶ πάλιν τὸν δίκαιον στεφανίτην ἀναγορεύουσαν, καὶ παῖδας, καὶ κτῆσιν ὅλην πολλαπλασίως λαμβάνοντα, καὶ χρόνον ζωῆς διπλασιαζόμενον, καὶ θυγατέρων ὀνόματα ἐξαλλάσσοντα, οὐ Λήδας, ἢ τῆς Εὐρώπης, καὶ Ἀντιόπης, ἃς ὁ τῶν θεῶν ὕπατος Ζεὺς διεκόρησεν, ἀλλ' Ἡμέρας τε, καὶ Κασσίας, καὶ Ἀμαλθείας προσωνυμίας λαμβανούσας, καὶ τὸ κρατῆσαι πασῶν γυναικῶν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἐκπρεπέστερα, καὶ τὸ δὴ μέγιστον τοῦ νικηφόρου καὶ στεφανίτου Ἰὼβ τὴν εὐγένειαν, ὥσπερ τι γνώρισμα καὶ κλῆρον, λαχούσας ἐξαίρετον. [1] μόνος γὰρ οὗτος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, ὁ κλεινὸς, καὶ τριπόθητος, ὁ τοῦτο κερδάνας τῶν ἑαυτοῦ ἄθλων τὸ τελευταῖον καὶ ἔσχατον, τὸ μετὰ Χριστοῦ συναναστῆναι, καὶ τὸν τῇδε κόσμον θεάσασθαι πάλιν μετὰ τοῦ σώματος, οὐ κατὰ τὸν Ἡρακλέους μῦθον, καὶ τὴν Ἀδμήτου Ἄλκηστιν, ἣν ὁ καλλίνικός τε καὶ τριέσπερος ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσασαν ἤγειρε, κἂν ἔσχατον πυρός τε καὶ γυναικὸς γέγονε παρανάλωμα· ἀλλὰ κατὰ τὴν ἄρρητον τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν δύναμιν, τοῦ τὸν ᾅδην σκυλεύσαντος, καὶ τοὺς νεκροὺς τῶν καταχθονίων ἁρπάσαντος, ὃς ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ γεννήτορος μετὰ τοῦ προσλήμματος, καὶ βασιλεύει πάσης ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως.

Ἰωβιλαῖος. [2] μὴν παρ' Ἰουδαίοις τιμώμενος. ἰστέον, ὅτι τὸ ἱερὸν ἔτος κατὰ ἑπταετίαν [3] ἐτηρεῖτο παρ' Ἰουδαίοις, ὁμοίως ταῖς ἑβδομάσιν ἡμέραις.

Ἰωγή. σκέπη.

Ἰωδαέ. [4] οὗτος ἱερεὺς ἦν, ὃς διὰ τὴν πολλὴν αὐτοῦ εὐσέβειαν ἐβίωσεν ἔτη ρλ'.

Ἰώεσδρος. ὄνομα κύριον.

Ἰωή. πνοή.

Ἰωήλ. ὄνομα κύριον.

Ἰωθάμ. [5] ὄνομα κύριον. καὶ Ἰωάθαμ.

Ἰώθη. ἐχολώθη.

Ἰώθων. ὄνομα κύριον.

nem, & animalium, & avium naturas, & splendidas quasdam narrationes; quinetiam ipsius Draconis imaginem, qui oblique incedit, & in varias spiras se convolvit, oculosque ignis instar micantes habet: itemque unigeniti Filii Dei ad inferos & subterranea loca descensum, & ex Orco reditum, & ex mortuis resurrectionem. Idem liber justum illum pronuntiat victorem, eumque liberos & rem familiarem magno cum fœnore recepisse, vitæque ejus tempus duplicatum, & nomina filiarum ab ipso mutata commemorat. Neque enim Ledæ, aut Europæ, aut Antiopæ, quas Deorum summus Jupiter stupravit, sed Hemeræ, & Cassiæ, & Amaltheæ nominibus vocantur, & omnium mulierum, quæ sub cœlo sunt, præstantissimæ judicantur; &, quod maximum est, inclyti illius victoris Jobi nobilitatem, ut quædam insignia & eximiam hæreditatem sunt adeptæ. Solus enim hic omnium, quos Oriens tulit, vere nobilis fuit; hic, inquam, inclytus ille, & exoptatus, qui suorum certaminum hoc ultimum tulit præmium, quod una cum Christo resurrexerit, & hunc mundum, pristino corpore recepto, denuo viderit; non secundum fabulam illam de Hercule, & Alcestide, Admeti conjuge, quam inclytus ille victor & trinoctius [Heros] pro marito defunctam in vitam revocavit, quamvis ipse tandem a muliere & igne fuerit absumptus: sed per ineffabilem Servatoris nostri potentiam, qui Orcum spoliavit, & mortuos ab inferis reduxit; qui sedet ad dextram Patris, clientibus una secum assumptis, & in omnes res conditas, tam visibiles, quam invisibiles, imperium obtinet.

Ἰωβιλαῖος. Jubilæus mensis, apud Judæos celebrari solitus. Sciendum est, septimum quemque annum, ut & septimum quemque diem, Judæos celebrare solitos fuisse.

Ἰωγή. Tegmen. Tectum.

Ἰωδαέ. Jodae. Hic fuit sacerdos, qui propter insignem pietatem suam vixit annos cxxx.

Ἰώεσδρος. Joesdrus. Nomen proprium.

Ἰωή. Flatus. Ventus.

Ἰωήλ. Joel. Nomen proprium.

Ἰωθάμ, & Ἰωάθαμ. Jotham, & Joatham, nomen proprium.

Ἰώθη. Iratus est.

Ἰώθων. Jothon. Nomen proprium.

1 Μόνος γὰρ οὗτος εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν] Hæc verba deprompta sunt ex versione Græca Jobi cap. I. ad quæ respexit Theodorus Prodromus in Carmine *de Providentia*, ubi de bonorum infelicitate conqueritur:

Ἄλλος δὲ σεμνὸς, εὐγενὴς τῶν ἐξ ἕω,
Ἀνέστιος πρόεισιν, ἄθλιος πένης. i. e.

Alius vero quidam vir gravis, nobilis inter Orientales,
Lare carens, progreditur, miser, & pauper.

Jobum enim intelligit. Quidam veterum verba illa, quæ de plaga Orientali, ubi Jobus habitabat, proprie dicta sunt, allegorice interpretati sunt; ut Didymus in Nicetæ *Catena*: Πρὸς μὲν τὸ ῥητὸν, εὐγενὴς τῶν ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν, διὰ τὴν κατὰ σάρκα τοῦ Ἀβραὰμ οἰκειότητα· πρὸς δὲ ἀναγωγὴν, οἱ υἱοὶ τοῦ φωτὸς, καὶ τέκνα Θεοῦ δι' ἔργων φωτεινῶν χρηματίζοντες, οὗτοί εἰσιν οἱ ἀφ' ἡλίου ἀνατολῶν. Ὁ γὰρ δίκαιος εὐγένειαν κέκτηται, οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φωτὸς τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης καταλαμπόμενον. i. e. *Literam quod attinet, genere clarus dicitur inter Orientales, ob cognationem, quæ cum Abrahamo illi secundum carnem intercessit: at juxta anagogen, qui filii lucis & Dei soboles ob opera lucida nuncupantur, isti sunt Orientales illi. Justus enim generis claritatem obtinet, non ab hominibus, sed a lumine Solis justitiæ effulgentem.* Plura de hoc argumento vide apud Gatakerum *Adversar. Miscell.* lib. II. cap. XII.

2 Μὴν παρὰ Ἰουδαίοις τιμ.] Scribere debuit Suidas Ἰωβιλαῖον ἔτος, *annus Jubilæus*, de quo multi multa.

3 Ἐτηρεῖτο] In *MSS.* Parif. legitur ἠργεῖτο.

4 Ἰωδαέ. οὗτος ἱερ.] De hoc vide II. *Paralipom.* cap. X. & supra v. Ἰωάννης, βασιλεὺς Ἱερ.

5 Ἰωθάμ.] Vide supra v. Ἀβιμέλεχ.

Ἰωκάς.

Ἰωκάς.[1] ὁρμάς. διώξεις.

Ἰῶκά τε δακρυόεσσαν. [2] Ὅμηρος [3] ἰῶκα λέγει τὴν ἰωκήν. ὡς Ἡσίοδος, κρόκα, τὴν κρόκην· καὶ αὐτὸς [4] Ὅμηρος τὴν ἀλκὴν, ἄλκα. Ἀλκὶ πεποιθώς. Λέγει δὲ ἰωκὴν ἀπὸ μέρους τὴν μάχην, ἐπεὶ διώξεως αἰτία γίνεται· ὅθεν καὶ βοὴν τὸν πόλεμον ἀπὸ τοῦ ἀλαλαγμοῦ.

Ἰὼ, [5] κλάετ' ὦ βολοστάται,
Αὐτοί τε, καὶ [6] τ' ἀρχεῖα, καὶ τόκοι τόκων.
Οὐδὲν γὰρ ἄν με φλαῦρον ἐργάσαισθ' ἔτι.
Οἷος ἐμοὶ τρέφεται
Τοῖσδ' ἐνὶ δώμασι παῖς,
Ἀμφήκει γλώττῃ
Λάμπων, πρόβολος ἐμὸς,
Σωτὴρ δόμοις, ἐχθροῖς ἀνιαρὸς,
Λυσανίας πατρῴων μεγάλων κακῶν.

Ἴωλκα. [7] αὔλακα.

Ἰῶμαι. αἰτιατικῇ. Ἰώμενος. θεραπεύων.

Ἴων [8] Χῖος, Τραγικὸς, καὶ Λυρικὸς, καὶ Φιλόσοφος, [9] υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου. ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς πβ' Ὀλυμπιάδος. Δράματα δὲ αὐτοῦ ιβ'. οἱ δὲ λ'. ἄλλοι δὲ, μ' φασίν. Οὗτος ἔγραψε περὶ μετεώρων, [10] καὶ συνθέτους λόγους. ὃν παίζων Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς [11] Ἀοῖον φησι.

Ἰῶν. βελῶν. Ἰὼν δὲ, ὀξυτόνως, ἀντὶ τοῦ πορευθείς.

Ἰωνάθης. ὄνομα κύριον.

Ἰωνᾶς. ὄνομα κύριον.

Ἴωνες. Ἀσιᾶται, καὶ [12] Ἀττικοὶ, Ἀθηναῖοι· διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Εἴης [13] ἐν μακάρεσσιν, Ἀνάκρεον, εὖχος Ἰώνων.

Ἰωνιά. [14] ὁ λειμὼν τῶν ἴων· ὥσπερ ῥοδωνιά,

Ἰωκάς. Impetum, quo alios perfequimur.

Ἰῶκά τε δακρ. *Pugnamque lacrymofam.* Homerus [per metaplafmum] ἰῶκα dixit, pro ἰωκὴν, ut Hefiodus κρόκα, pro κρόκην; & idem Homerus ἄλκα pro ἀλκήν. Ἀλκὶ πεποιθὼς, i. e. *viribus fretus.* Vocat autem pugnam ἰωκὴν, a parte, quoniam in ea hoftem perfequi folemus. Unde βοὴν quoque prælium appellat, a clamore fcilicet & vociferatione.

Ἰὼ κλ. *Io, plorare vos jubeo fœneratores! Actum enim eft de vobis ipfis, & fortibus veftris, & ufuris ufurarum; quoniam nihil mali in pofterum mihi facietis. O qualem alo his in ædibus filium! ancipiti lingua præditum, columen meum, fervatorem familiæ, inimicis moleftum; patremque ab omni malo liberantem.*

Ἴωλκα. Sulcum.

Ἰῶμαι. Accufativo jungitur. Sano. Ἰώμενος. Curans. Sanans.

Ἴων. Ion Chius, Tragicus, & Lyricus, & Philofophus, filius Orthomenis, cognomento Xuthi. Tragœdias docere cœpit Olympiade LXXXII. Fabulas fcripfit XII. Secundum alios vero XXX. at fecundum alios XL. Idem etiam fcripfit de Meteoris. Hunc Ariftophanes Comicus per jocum Ἀοῖον vocat.

Ἰῶν. Telorum. Sagittarum. Ἰὼν vero, cum acuto, qui ivit, qui profectus eft.

Ἰωνάθης. Jonathes. Nomen proprium.

Ἰωνᾶς. Jonas. Nomen proprium.

Ἴωνες. Iones, Afiatici, & Attici, [vel] Athenienfes: per ω magnum fcribitur.

Sis inter beatos, Anacreon, gloria & decus Ionum.

Ἰωνιά. Violarum pratum: ut ῥοδωνιά, rofarum

1 Ἰωκάς.] Scholiafta Homeri ad Iliad. E. v. 521. Ἰωκάς. κραυγάς, ἀπειλάς, ἢ ὅσαι ἐν τῷ πολέμῳ διώξεις καὶ ὁρμαί. Ἰωκὴ ἐστὶ διωκή.

2 Ὅμηρος] Il. Λ. v. 600.

3 Ἰῶκα λέγει τὴν ἰωκήν] Vide Etymologum h. v.

4 Ὅμηρος] Il. E. v. 299.

5 Ἰὼ, κλάετ' ὦ βολος.] Locum hunc excerpfit Suidas ex Ariftoph. *Nubib.* p. 188. (116. Ed. Baf.) ut Portus etiam obfervavit.

6 T' ἀρχεῖα] Sic etiam in Ariftophane hodie legitur. Sed Bifetus ad locum illum Comici recte monet, legendum hic effe ἀρχαῖα, i. e. *fortes.* Græci enim *fortem,* five totam pecuniæ fummam fœnori datam, ἀρχαῖον vocant, ut docet Suidas fupra v. Ἀρχαῖον.

7 Ἴωλκα] Sic recte hæc vox fcripta eft in *MSS.* & Edit. Mediolan. itemque Hefychio. Male autem Editiones Bafil. & Genev. habent Ἴωκα.

8 Ἴων Χῖος, Τραγ.] Articulum hunc de Ione defcripfit Suidas ex Schol. Ariftoph. ad *Pacem,* pag. 686. Vide etiam fupra v. Διθυραμβοδιδάσκαλοι: & eruditiff. Bentleium in Epiftola ad Rever. Millium, Joanni Malalæ fubjuncta, qui ibi de hoc Ione Chio, ejufque fcriptis, prolixe agit; poft cujus accuratam diligentiam nihil quod addam habeo.

9 Υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δὲ Ξούθου] Sic etiam habet Harpocration v. Ἴων. Vide tamen de hoc loco Suidæ conjecturam Pauli Leopardi *Emendat.* l. II. cap. XX.

10 Καὶ συνθέτους λόγους] De hoc loco Suidæ audiendus eft Illuftris Bentleius in Epiftola paulo ante laudata, cujus verba adducam. "Si Suidæ credimus, fcripfit etiam Ion de Meteoris, & compofitas five ornatas orationes. Οὗτος, ait, ἔγραψε περὶ μετεώρων, καὶ συνθέτους λόγους: quo nihil ineptius aut falfius dici poteft. Imo neque magis contumeliofe, fi quis ἐπιμελεστέρως & perverfe interpretari velit de fermonibus ad fraudem & fallaciam compofitis, fecundum illud Æfchyli in *Prometheo:*

"——— Μηδέ μ' οἰκτίσας
"Ξύνθαλπε μύθοις ψευδέσι. Νόσημα γὰρ
"Αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

"Error autem ortus eft ex perperam intellecto loco Scholiaftæ Ariftoph. ad *Pacem.* Poetæ fcilicet Dithyrambici amant verborum tralationes ἐκ τῶν μετεώρων, ex aftris, nubibus, aliifque quæ in fublimi fiunt; libenter etiam vocabulis fefquipedalibus & coagmentatis utuntur. Demetrius περὶ Ἑρμηνείας: Λαμβάνει δὲ καὶ σύνθετα ὀνόματα, οὐ τὰ διθυραμβικῶς συγκείμενα, οἷον Θεοπεράτους πλάνας, οὐδὲ Ἄστρων δορύπυρον στρατόν, ἀλλ' ἐοικότα τοῖς ὑπὸ τῆς συνηθείας συγκειμένοις. Et Horatii illud:

"*Seu per audaces nova Dithyrambos*
"*Verba devolvit.*

"Ipfe Suidas alibi: Διθυραμβοδιδάσκαλοι περὶ τῶν μετεώρων καὶ τῶν νεφελῶν λέγουσι πολλὰ, καὶ ΣΥΝΘΕΤΟΥΣ δὲ λέξεις ἐποίουν, καὶ ἔλεγον ἐνδιαεριαυερινηχέτους· οἷος ἦν Ἴων ὁ Χῖος ποιητής. Omnino vide Ariftophanem in *Pace,* ejufque enarratorem. Itaque manifefto compertum & deprehenfum eft uidæ mendacium." Hæc Bentleius acutiffime & vere.

11 Ἀοῖον φησι] Vide fupra v. Διθυραμβοδιδάσκαλοι.

12 Καὶ Ἀττικοὶ, Ἀθηναῖοι] Ut hic locus Suidæ recte intelligatur, fciendum eft, antiquiffimis temporibus Jonum nomine etiam comprehenfos fuiffe Athenienfes. Clare Conon *Narrat.* XXVII. Ἴων δὲ, θανόντος τοῦ μητροπάτορος, διά τε τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν αἱρεθεὶς βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἐξ οὗ Ἴωνες οἵ τε Ἀθηναῖοι ἠρξαντο καλεῖσθαι. i. e. *Jon vero, mortuo* [*Erechtheo*] *avo materno, cum ob virtutem, tum ob cæteram dignitatem electus, regnum Athenienfium tenuit; a quo Athenienfes etiam appellati fuerunt Jones.* Scholiafta Ariftoph. ad *Acharnenf.* p. 276. Ἰαονῶ δὲ, ἀντὶ τοῦ Ἀθηναίου. Ἴωνες γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος τοῦ Ξούθου.

13 Εἴης ἐν μακάρεσσιν, Ἀνάκρ.] Ex Anthol. l. III. p. 400. (277. Edit. Henr. Steph.) ut Portus obfervavit.

14 Ἰωνιά, ὁ λ.] Vide Scholiaft. Ariftoph. ad *Pacem,* p. 664.

ὁ τῶν ῥόδων, καὶ κρινωνιά, ὁ τῶν κρίνων.

Ἰωνία. [1] χώρα. καὶ Ἰωνίας πόλεις ιβ', [2] ἃς ἐνῴκιζε Νηλεὺς ὁ Κόδρου. εἰσὶ δὲ [3] Ἔφεσος Ἀνδρόκλου, Μίλητος, Μυοῦς, Πριήνη, Κολοφῶν, Τέως, [4] Λέβεδος, Ἐρυθραί, Φώκαια, Κλαζομεναί, Χῖος, Σάμος. Ταύταις Δαρεῖος, [5] ἐπὶ Σκύθας ἰών, φύλαξιν ἐπὶ τοῦ Ἴστρου ἐχρήσατο· ἐκτομίας δὲ αὐτῶν τοὺς εὐγενεστάτους ἐποίει, καὶ παλλακὰς τὰς θυγατέρας.

Ἰωνικός. [6] Ἑλληνικός, Ἀθηναῖος, ἀρχαῖος. [7] καὶ Ἰωνικῶς, ἀντὶ τοῦ ἁβρῶς. [8] Ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκίνουν Ἰωνικῶς. [9] Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις.

Ἰωνίς. χώρα.

Ἴωξις. ἡ δίωξις.

Ἰωράμ, [10] Ὀχοζίου υἱὸς βασιλέως Ἰσραήλ, πάσης κακίας καὶ πονηρίας ἀνάπλεως, καὶ ἀσεβής. ἦν δὲ τὰ ἄλλα δραστήριος.

Ἰώραμος. ὄνομα κύριον.

Ἰωρός. ὁ θυρωρός. ὁ φύλαξ. καὶ παροιμία· Οὐδ' ἐντὸς ἰωροῦ. καὶ ὁ νόμος, ὁ παρ' Ἀθηναίοις, ἐκτὸς ἰωροῦ ἐκέλευεν εἶναι τοὺς ἀνδροφόνους. ἐπὶ τοίνυν τῶν ἀπειλούντων καὶ σοβαρευομένων τῇ παροιμίᾳ κέχρηνται.

Ἰωσαφάτ, βασιλεὺς Ἰουδαίων. οὗτος εὐηρέστησε τῷ Θεῷ· διὰ δὲ τὴν πρὸς Ἀχαὰβ φιλοστοργίαν ἔφη πρὸς αὐτὸν Ἰοὺ ὁ Προφήτης, ὁ τοῦ Ἀνανί· Βασιλεῦ Ἰωσαφάτ· Εἰ ἁμαρτωλῷ σὺ βοηθεῖς, ἢ μισουμένῳ ὑπὸ Κυρίου φιλιάζεις, διὰ τοῦτο ἐγένετο ἐπὶ σὲ ὀργὴ Κυρίου, εἰ μὴ λόγοι ἀγαθοὶ εὑρέθησαν ἐν σοί. καὶ ὅτι ἐξῆρας τὰ ἄλση ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα, καὶ κατηύθυνας τὴν καρδίαν σου ἐκζητῆσαι τὸν Κύριον, καὶ εὑρέθη ἡ καρδία σου τελεία πρὸς Κύριον. διὰ τοῦτο ἐφείσατό σου ὁ Κύριος· πλὴν ὅτι διεκόπη τὰ ἔργα σου, καὶ συνετρίβησαν τὰ πλοῖά σου. κἀντεῦθεν διδασκόμεθα, ὡς ἐλαττοῦσι τὰς ἐπὶ τοῖς ἁμαρτήμασι τιμωρίας τὰ προγεγενημένα κατορθώματα. ὁ γὰρ Θεὸς ταῦτα ἐκείνοις ἀντιμετρῶν, οὕτως ἐκφέρει τὴν ψῆφον.

Ἰωσεδέκ. ὄνομα κύριον.

Ἰώσηπος, Ἰουδαῖος, φιλαλήθης, λέγων περὶ τοῦ προδρόμου, καὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Θεοῦ,

pratum, & κρινωνιά, liliorum pratum.

Ἰωνία. Ionia, regio. Ea urbes habebat XII, quas Neleus, filius Codri, condidit. Sunt autem hæ: Ephesus, ab Androclo condita, Miletus, Myus, Priene, Colophon, Teos, Lesbus, Erythræ, Phocæa, Clazomenæ, Chius, Samus. His Darius, adversus Scythas proficiscens, Istri custodibus usus est, earumque nobilissimos quosque fecit eunuchos, & filias, concubinas.

Ἰωνικός. Jonicus. Græcus. Atheniensis. Antiquus. Et Ἰωνικῶς, molliter, delicate. Aristoph. in *Thesmophor. Mitras ferebant, & corpus molliter movebant.*

Ἰωνίς. Jonia regio.

Ἴωξις. Idem quod δίωξις, insecutio.

Ἰωράμ. Joram, Ochoziæ Regis Israelitarum filius, omnium vitiorum omnisque improbitatis plenus, & impius, cæteroqui strenuus.

Ἰώραμος. Joramus. Nomen proprium.

Ἰωρός. Januæ custos. Janitor. Et proverbium: *Nec intra vestibulum.* Lex enim apud Athenienses homicidas arcebat a loco illo ædium, ubi stabat janitor. De minacibus & insolentibus proverbium hoc dicitur.

Ἰωσαφάτ. Josaphat, Rex Judæorum. Hic Deo placuit: sed propter amicitiam erga Achaabum Jehu Propheta, Ananæ filius, ipsi dixit: *Rex Josaphat, quia peccatorem juvas, & illi amicus es, cui Dominus est inimicus; ideo adversus te accensa fuisset ira Domini, nisi bonus animus in te fuisset inventus: & quia ex terra Judaica sustulisti lucos, & tuum cor direxisti ad inquirendum Dominum, & tuum cor inventum est perfectum erga Dominum; propterea Dominus tibi pepercit, nisi quod dissecta sunt opera tua, tuaque navigia comminuta.* Hinc igitur discimus, præterita recte facta pœnas peccatorum minuere. Deus enim hæc illis comparat, & ita fert sententiam.

Ἰωσεδέκ. Josedec. Nomen proprium.

Ἰώσηπος, Josephus, Judæus, veritatis amans, de [Joãne Baptista] præcursore, & de Domino

1 Ἰωνία. χώρα.] Vide Harpocrationem h. v.

2 Ἃς ἐνῴκιζε Νηλεὺς ὁ Κόδρου] Falsum est, quod Suidas hic affirmat, Neleum XII urbium Jonicarum conditorem fuisse, quoniam veteres scriptores Miletum tantum ab eo conditam fuisse testantur; reliquis vero urbibus Joniæ alios conditores assignant. Vide Strabonem initio libri XIV.

3 Ἔφεσος Ἀνδρόκλου] In Editionibus Suidæ, quæ Mediolanensem secutæ sunt, posterior vox deest. In Editione vero Mediolanensi, & *MSS.* Paris. itemque Harpocratione legitur Ἔφεσος, Ἄνδροκλος, Μίλητος, &c. quasi Ἄνδροκλος esset nomen urbis: quod vel ideo admitti non potest, quoniam tunc XIII, non vero XII forent Joniæ urbes, cum tamen Herodotus, Strabo, Ælianus, Harpocratio, & Suidas hoc ipso loco, expresse XII tantum Joniæ urbes fuisse tradant. Huc accedit, quod Strabo initio l. XIV. & Ælianus V. H. VIII. c. V. in catalogo urbium Jonicarum nullam omnino Androcli mentionem faciant, haud sane eam prætermissuri, si urbs quædam Joniæ eo nomine appellata fuisset. Quare manifestum errorem corrigere, & Ἔφεσος Ἀνδρόκλου pro Ἔφεσος, Ἄνδροκλος, reponere non dubitavi. Androclus enim non est nomen urbis, sed viri, qui Ephesum condidisse fertur, teste Strabone, loco ante citato. Unde Ephesus recte dici potest *urbs Androcli*, ut vocatur in Epigrammate Anthol. l. IV. c. XX.

Ἐς πόλιν Ἀνδρόκλοιο, θοῶν βασίλειαν Ἰώνων,
Τὰν δορὶ καὶ Μούσαις αἰπυτάταν Ἔφεσον.
In urbem Androcli, strenuorum Reginam Jonum,
Armisque & litteris ad summum culmen evectam Ephesum.

Consule ad hunc locum Anthologiæ eruditissimum Brodæum, a quo mendum Suidæ, de quo diximus, recte etiam observatum esse video.

4 Λέβεδος] In prioribus Edit. male excusum est Λέσβος, cujus loco Λέβεδος ex *MSS.* Paris. reposui. Lesbus enim erat urbs Æolica, non Jonica, quæ proinde in catalogo urbium Jonicarum locum habere non potest.

5 Ἐπὶ Σκύθας ἰών] Vox ἰὼν in prioribus Edit. deest, quam ex *MS.* Paris. A. revocavi.

6 Ἰωνικός. Ἑλλην. Ἀθην.] Ex Harpocratione. Vide etiam quæ paulo ante notavimus ad v. Ἴωνες.

7 Καὶ Ἰωνικῶς, ἀντὶ τοῦ ἁβρ.] Vide Hesych. v. Ἰωνικόν.

8 Ἐμιτροφόρουν τε καὶ διεκ.] Vide supra v. Ἐμιτρώσατο.

9 Ἀριστοφ. ἐν Θεσμ.] Pag. 775.

10 Ἰωράμ, Ὀχοζίου υἱός] Aliud nos docet historia sacra; Joramum nempe hunc fuisse fratrem Ochoziæ, & filium Achabi. Vide IV Reg. c. I. & III.

καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. [1] Ματθαίου [2] παῖς ἱερέως ἐξ Ἱεροσολύμων ὁ γράψας τὴν Ἰουδαϊκὴν Ἀρχαιολογίαν ἐν βιβλίοις κ΄. Οὗτος ἁλοὺς παρὰ Οὐεσπασιανοῦ, καὶ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ, ἐπὶ τῇ τῶν Ἱεροσολύμων ἁλώσει κατελείφθη, καὶ σὺν αὐτοῖς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν, ἑπτὰ λόγους τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως τοῖς βασιλεῦσι προσήνεγκεν, οἵτινες τῇ δημοσίᾳ βιβλιοθήκῃ παρεδώκασιν, καὶ [3] διὰ τὴν δόξαν τῆς συγγραφῆς ἀνδριάντος ἠξιώθη. Ἔγραψε δὲ καὶ τῆς Ἰουδαϊκῆς Ἀρχαιολογίας λόγους κ΄, [4] ἀπὸ τῆς τοῦ Κόσμου ἀρχῆς ἕως τεσσαρεσκαιδεκάτου ἔτους Δομετιανοῦ Καίσαρος· καὶ β΄ βίβλους ἑτέρας ἀρχαιότητος, κατὰ Ἀππίωνος Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως, ὃς ἐπὶ Καλλιγόλα πρεσβευτὴς ἀπεστάλη παρὰ τοῦ μέρους τῶν Ἑλλήνων κατηγορήσων Φίλωνος διὰ λόγου τινὸς, καταγνῶσιν περιέχοντος τοῦ Ἰουδαίων ἔθνους. [5] Ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος, περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, ἐνάρετος πάνυ, ἐν ᾧ καὶ τοῦ πάθους τῶν Μακκαβαίων ἐμνήσθη. Οὗτος ἐν τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τῆς Ἀρχαιολογίας βίβλῳ φανερῶς ὁμολογεῖ, διὰ τὸν ὄγκον τῶν σημείων τὸν Χριστὸν ἐσφάχθαι παρὰ Ἰουδαίων, καὶ Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν ἀληθῶς γεγενῆσθαι προφήτην, καὶ διὰ τὴν σφαγὴν Ἰακώβου τοῦ Ἀποστόλου τὰ Ἱεροσόλυμα πεπορθῆσθαι. Γράφει δὲ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ οὕτως· [6] Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς· διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων. καὶ πολλοὺς μὲν τῶν Ἰουδαίων, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες. ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς, τρίτην ἔχων ἡμέραν, πάλιν ζῶν τῶν θείων Προφητῶν ταῦτα, καὶ ἄλλα μυρία θαυμαστὰ περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. εἴς τε νῦν τὸ τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένον οὐκ ἀπελείπετο φῦλον. Τοσαῦτα Ἰώσηπος περὶ Χριστοῦ ἐν τῷ ιή λόγῳ φησίν.

Ἰώσηπος, [7] Ἰουδαῖος, ἱστοριογράφος. τοῦτον φρουρεῖσθαι κελεύει Οὐεσπασιανὸς, ὡς ἀναπέμψων αὐτίκα

nostro, & Deo, & Servatore Jesu Christo loquitur. Fuit autem Matthæi sacerdotis Hierosolymitani filius, & Antiquitates Judaicas libris xx descripsit. Hic a Vespasiano & Tito ejus filio captus, usque ad Hierosolymorum expugnationē apud ipsos mansit; & cum ipsis Romam profectus libros septem de Excidio Hierosolymitano Imperatoribus obtulit, qui in Bibliotheca publica sunt repositi; & ob illius scripti celebritatem statua donatus est. Scripsit etiam *Antiquitatum Judaicarum* libros xx, ab exordio Mundi usque ad xiv annum Domitiani Cæsaris. Item duos alios Antiquitatum libros contra Apionem, Grammaticum Alexandrinum, qui sub Caligula a parte Gentilium legatus missus est, ut oratione quadam Philonem accusaret, quæ gentis Judaicæ criminationē continet. Est & alius ejus liber, omnino præclarus, *de Principatu rationis*, in quo martyrii Macchabæorum meminit. Hic libro xviii *Antiquit.* aperte fatetur, propter multitudinem miraculorum Christum a Judæis interfectum fuisse; & Joannem Baptistam vere fuisse Prophetam; & propter cædem Jacobi Apostoli Hierosolyma vastata fuisse. Sic autem de Domino nostro Jesu Christo scribit: *Eodem tempore extitit Jesus, vir sapiens; si tamen virum eum dicere oportet. Fuit enim mirabilium patrator operum, & doctor hominum veritatem libenter suscipientium; multosque tam Judæorum, quam Gentilium, sibi adjunxit. Hic fuit Christus; quem cum a primariis nostræ gentis viris delatum Pilatus ad crucem damnasset, qui ipsum initio dilexerant, diligere non desierunt. Apparuit enim ipsis tertio die post, redivivus: divinis Prophetis hæc & multa alia admiranda de eo prædicentibus. Et ad hoc usque tempus gens Christianorum, ab eo denominata, non defecit.* Hæc Josephus lib. xviii. de Christo dicit.

Ἰώσηπος. Josephus, Judæus, historiographus. Hunc Vespasianus custodiri jussit, ut eum

1 *Ματθαίου παῖς ἱερέως ἐξ Ἱεροσ.*] Hæc, & quæ sequuntur de Josepho, ad verbum pene descripta sunt ex Sophronio.

2 *Παῖς ἱερέως ἐξ Ἱεροσολ.*] Apud Sophronium sic legitur: *Ματθίου υἱὸς, Ἱεροσολύμων ἱερεὺς, παρὰ Οὐεσπασιανοῦ ἁλοὺς, μετὰ Τίτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ κατελείφθη. ὃς εἰς Ῥώμην ἐλθὼν ἑπτὰ λόγους τῆς Ἰουδαϊκῆς ἁλώσεως τοῖς δύο βασιλεῦσι, τῷ τε πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, προσήνεγκεν,* &c.

3 *Διὰ τὴν δόξαν τῆς συγγρ.*] Sophronius habet, *διὰ τὴν δόξαν τῆς εὐφυΐας ἀνδριάντος ἠξιώθη.* i. e. *Propter ingenii gloriam statua dignus judicatus est.*

4 *Ἀπὸ τῆς τοῦ Κόσμου ἀρχῆς ἕως τεσσαρεσκαιδ. ἔτους Δομετ. Καίσαρος*] Fallitur hic Suidas, vel potius Hieronymus in *Catalogo Scriptor. Eccles.* ex cujus versione Græca hæc Suidas descripsit. Libri enim *Antiquitatum Judaicarum* desinunt in annum xii. Neronis, non vero, ut Suidas hic affirmat, in xiv. Domitiani. Errori isti ansam præbuerunt verba hæc Josephi, quibus *Antiquitatum* libros claudit: *Ἐπὶ τούτοις δὲ καταπαύσω τὴν Ἀρχαιολογίαν βίβλοις μὲν κ΄ περιειλημμένην, ἓξ δὲ μυριάσι στίχων. κἂν τὸ θεῖον ἐπιτρέπῃ, κατὰ περιδρομὴν ὑπομνήσω πάλιν τοῦ πολέμου, καὶ τῶν συμβεβηκότων ἡμῖν μέχρι τῆς νῦν ἐνεστώσης ἡμέρας, ἥτις ἐστὶ τρισκαιδεκάτου μὲν ἔτους τῆς Δομετιανοῦ Καίσαρος ἀρχῆς.* i. e. interprete Sigism. Gelenio: *Atque ita concludetur harum Antiquitatum tractatio, viginti voluminibus comprehensa, versuum vero lx. millibus. Quod si Deus concesserit, compendio rursum referam belli casus, & quæ nobis in præsentem usque diem evenerunt, quæ incidit in decimum tertium annum principatus Domitiani Cæsaris.* Hic Josephus dicit, se anno xiii Domitiani *Ἀρχαιολογίαν* suam absolvisse, non vero ad id usque tempus perduxisse: quæ proinde verba obiter tantum Hieronymus legisse videtur.

5 *Ἔστι καὶ ἄλλος αὐτοῦ λόγος π.*] Præter opera, quorum Suidas ex Sophronio hic meminit, scripserat etiam Josephus *περὶ τῆς τῶν πάντων αἰτίας*, ut colligitur ex his verbis ipsius Josephi in proœmio *Antiquitatum*: *Τοῖς μέντοι βουλομένοις καὶ τὰς ΑΙΤΙΑΣ ἑκάστου σκοπεῖν, πολλὴ γένοιτ' ἂν ἡ θεωρία, καὶ λίαν φιλόσοφος, ἣν ἐγὼ νῦν ὑπερβαλοῦμαι· Θεοῦ δὲ διδόντος ἡμῖν χρόνον πειράσομαι μετὰ ταύτην γράψαι τὴν πραγματείαν.* i. e. interprete Gelenio: *Quorum CAUSAS si quis singillatim considerare vellet, sublimis inde & valde philosophica speculatio exoriretur in aliud tempus differenda. Quod si Deus longiorem ætatem concesserit, absolutis quæ nunc tractamus ut illa quoque perscribantur operam dabimus.* Ejusdem instituti aliis quoque in locis Josephus obscure meminit. Edidit autem ejus operis fragmentum ex *MS.* quodam Hœschelius in notis ad Photium, quod tamen ipse Hœschelius pro spurio habet.

6 *Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησ.*] Hic locus, quo nullus est in toto Josepho illustrior & celebrior, doctorum virorum ingenia non parum exercuit, aliis eum *παρεμβεβλημένον* & spurium, aliis vero ab ipso Josepho scriptum esse contendentibus. De hoc argumento plures dissertationes in utramque partem editæ sunt, & in omnium manibus versantur: quæ ratio est, quare plura hic non addam.

7 *Ἰώσηπος, Ἰουδαῖος, ἱστορ.*] Hunc articulum descripsit Suidas ex Josepho *de Bello Jud.* l. iii. c. xiv. p. 854.

Νέρωνι. τοῦτο ἀκούσας Ἰώσηπος, μόνῳ τι διαλεχθῆναι θέλειν ἔλεγεν αὐτῷ. μεταστησαμένου δὲ ἐκείνου πάντας, πλὴν τοῦ παιδὸς Τίτου, καὶ δυεῖν φίλων· Σὺ μὲν, ἔφη, Οὐεσπασιανὲ, νομίζεις αἰχμάλωτον εἰληφέναι Ἰώσηπον· ἐγὼ δὲ ἄγγελος ἥκω σοι μειζόνων. [1] μὴ γὰρ οὐχ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος εἴδειν τὴν Ἰουδαίων μοῖραν. Νέρωνί με πέμπεις; τοιγὰρ οἱ μετὰ Νέρωνα μέχρι σοῦ διάδοχοι μένουσι. Σὺ δὲ Καῖσαρ, καὶ σὺ παῖς οὗτος. δέσμει δέ με ἀσφαλεστάτοις, καὶ τήρει σεαυτῷ. δεσπότης σὺ, καὶ γῆς, καὶ θαλάττης, καὶ παντὸς ἀνθρώπων γένους. ἐγὼ δὲ φρουρᾶς μείζονος δέομαι, εἰ καταχεδιάζω καὶ Θεοῦ. Ὁ δὲ Οὐεσπασιανὸς παραχρῆμα μὲν ἀπιστεῖν ἐδόκει, καὶ [2] τὸν Ἰώσηπον ἐδόκει πανουργεῖν· ἀτρεκῆ δὲ τὸν Ἰώσηπον εὑρηκὼς, ἐδωρεῖτο ἐσθῆτι, καὶ τοῖς ἄλλοις κειμηλίοις.

Neroni mitteret. Josephus, hoc audito, dixit, se cum ipso solo velle aliqua de re agere. Cum igitur ille omnes, præter filium Titum, & duos amicos, summovisset, *Tu quidem*, inquit, *Vespasiane, putas te Josephum habere captivum: at ego magnarum rerum venio tibi nuntius. Nisi enim a Deo missus essem, Judæorum fatum non scirem. Neroni me mittis? Atqui Neronis successores usque ad te manebunt. Tu vero Cæsar eris, & tuus iste filius. Vincito autem me quam arctissime, & tibi asservato. Tu enim eris terræ, maris, & omnis generis humani Dominus. Ego vero, si quid tibi temere dixero, & mentitus fuero, arctiore custodia sum dignus.* Vespasianus autem principio quidem nullam fidem his verbis adhibere videbatur, quod Josephum astute hæc comminisci putaret: sed cum postea, quæ dixisset, vera esse cognovisset, vestimentis, aliisque pretiosis muneribus eum donavit.

Ἰωσήφ, ὁ πάγκαλος. οὗτος ἐτῶν ιζ΄ φθονηθεὶς ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν, καὶ πραθεὶς γενόμενος ἐτῶν λ΄, ἄρχων τῆς Αἰγύπτου καθίσταται. ἐν ᾗ γεννήσας β΄ υἱοὺς, Ἐφραὶμ καὶ Μανασσῆν, ἀπέθανεν ἐτῶν ρι΄. τὰ δὲ ὀστᾶ Ἰωσὴφ Μωσῆς ἐξήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ. ὅρκῳ γὰρ ὥρκωσεν Ἰωσὴφ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ, λέγων· Ἐπισκοπῇ ἐπισκέψεται ὑμᾶς Κύριος, καὶ συνανοίσετέ μου τὰ ὀστᾶ ἐντεῦθεν μεθ' ὑμῶν.

Ἰωσήφ. Josephus, ille formosissimus, ætatis anno XVII. ob fratrum invidiam venditus, cum ad annos XXX pervenisset, præfectus Ægypti constituitur; in qua duobus filiis, Ephraim & Manasse, procreatis, mortuus est anno ætatis CX. Ejus vero ossa Moses secum avexit. Josephus enim Israelitas jurejurando obstrinxerat, dicens: *Dominus vos omnino invisit: quare ossa mea vobiscum asportabitis.*

Ἰωσίας, βασιλεὺς Ἱερουσαλήμ. ἐπὶ τούτου Χελκίας ὁ ἱερεὺς εὗρεν ἐν τῷ Ναῷ βίβλον Νόμου, καὶ κοινωνησάμενος τῷ γραμματεῖ, ἐπέδειξε τῷ βασιλεῖ. ὁ δὲ εὐλαβὴς ὢν καὶ δίκαιος, ὡς ἀνεγνώσθη αὐτῷ, περιέρρηξε τὴν ἐσθῆτα, τόν τε Ναὸν ἐκάθηρε τοῦ Θεοῦ ἀπὸ τῶν βδελυγμάτων, καὶ τὰ εἰδωλεῖα ἐκπορθήσας ταῦτα, καὶ τὰ ἐν Σαμαρείᾳ, ἀνέζευξεν εἰς Ἱερουσαλήμ· ὅτε καὶ Πάσχα ἤχθη πολλῷ διαλείψαν χρόνῳ.

Ἰωσίας. Josias, Hierosolymorum Rex. Sub hoc Chelcias sacerdos librum legis in templo reperit, & re communicata cum scriba Regi ostendit. Ille vero, cum pius & justus esset, & liber ipsi fuisset lectus, vestes suas dilaceravit, & Dei templum ab abominationibus repurgavit, & idolorum sacellis tum illis, quæ in Judæa, tum illis, quæ in Samaria erant, eversis, Hierosolyma rediit, & Pascha longo tempore intermissum instauravit.

Ἰωσίας, [3] βασιλεὺς Ἰσραὴλ, δικαιότατος ὑπὲρ τοὺς ἔμπροσθεν αὐτοῦ βασιλεῖς γενόμενος. ὃς τὸν Νόμον Κυρίου ἀναγινωσκόμενον ἀκριβῶς ἀκούσας, καὶ λίαν ἀθυμήσας, εἰδὼς τοῦτον ἐν τοσούτοις ἔτεσι καταπατούμενον, τὰ ἱμάτια διαρρήξας, καὶ ἔμφοβος γενόμενος, ἀπέστειλε πρὸς Ὀλδὰν τὴν προφῆτιν, πυνθανόμενος, τί βούλεται Κύριος περὶ αὐτοῦ, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ; ἡ δὲ φησί· Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν [4] ἐπαλύνθη καρδία σου, καὶ ἐνετράπης ἀπὸ προσώπου μου, ὡς ἤκουσας, ὅτι ἐλάλησα ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας αὐτὸν, τοῦ εἶναι εἰς ἀφανισμὸν, καὶ εἰς κατάραν, καὶ διέρρηξας τὰ ἱμάτιά σου, καὶ ἔκλαυσας ἐνώπιόν μου, ἰδοὺ, προστίθημί σε πρὸς τοὺς πατέρας σου ἐν εἰρήνῃ, καὶ οὐκ ὄψει πᾶσι τοῖς κακοῖς, οἷς ἐπάξω ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον. Ὁ δὲ ζήλῳ θείῳ κινούμενος οὐ μόνον τὰ πανταχοῦ εἴδωλα καὶ σεβάσματα κατέστρεψεν ἐκ βάθρων, ἀλλὰ καὶ

Ἰωσίας. Josias Rex Israelis, qui omnes superiores Reges justitia longe superavit. Hic, cum Domini legem recitari accurate audivisset, valde solicitus & anxius fuit, quod sciret, eam per tot annos fuisse conculcatam. Quare, laceratis vestibus suis, & timore plenus, ad Oldam Prophetissam misit, ut sciscitaretur, quidnam de se & toto populo Dominus statuere vellet. Illa vero respondit: *Dominus hæc dicit: Quoniam emollitum est cor tuum, & vultum meum pertimuisti, quum audivisti, quæ locutus sum contra locum istum, & ipsius incolas; fore scilicet, ut evertatur, & aliis sit execrationi; & dilacerasti vestimenta tua, & plorasti ante me: ecce, appono te ad patres tuos in pace, nec ulla mala videbis, quæ super hunc locum adducturus sum.* Ille vero divino zelo motus, non solum omnia idola, eorumque cultum fundi-

1 Μὴ γὰρ οὐχ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος εἴδειν τὴν Ἰουδαίων μοῖραν] Apud Josephum sic legitur. μὴ γὰρ ὑπὸ Θεοῦ προπεμπόμενος οὐκ ᾔδειν τὸν Ἰουδαίων νόμον, καὶ πῶς στρατηγοῖς ἀποθνήσκειν πρέπει.

2 Τὸν Ἰώσηπον ἐδόκει παν.] Josephus habet, τὸν Ἰώσ. ὑπελάμβανε πανουργεῖν.

3 Ἰωσίας, βασιλεὺς Ἰσραὴλ, δικαιότατος ὑπὲρ τ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Cedrenum, p. 111. ut ad marginem Codicis Pearsoniani vir quidam doctus recte notaverat.

4 Ἐπαλύνθη] Sic quidem omnes Edit. habent. Sed apud Cedrenum rectius legitur ἡπαλύνθη, i. e. *emollitum est*, ab ἁπαλύνω, quam lectionem in versione secutus sum.

τοὺς εἰδωλολάτρας μαστίζων ἐξωλόθρευσε· τοὺς δὲ ἤδη τεθνηκότας ἐν τοῖς τάφοις κατέκαυσε. καὶ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ἐπὶ τὸν τάφον τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ, εἶπε· Τί τὸ σκόπελον ἐκεῖνο, ὃ ἐγὼ βλέπω; καί φασιν οἱ ἄνδρες τῆς πόλεως· ὁ ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ προφήτης, ὁ λέγων τοὺς λόγους τούτους ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Βεθήλ. καὶ εἶπεν· Ἄφετε αὐτόν· μηδεὶς κινήσῃ τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ. καὶ μέντοι καὶ τοὺς ἐγγαστριμύθους, καὶ τοὺς ψευδοπροφήτας, καὶ πᾶν βδέλυγμα, καὶ προσόχθισμα ἐν Ἱερουσαλὴμ ἐξῆρε. καὶ ἐπέστρεψε πρὸς Κύριον ἐν ὅλῃ καρδίᾳ, καὶ ἰσχύϊ, καὶ ψυχῇ αὐτοῦ, κατὰ τὸν νόμον Μωσέως. καὶ τὸ Πάσχα ἐποίησεν, οἷον οὐ γέγονεν ἀπὸ τῶν χρόνων Ἰησοῦ τοῦ Ναυῆ καὶ Σαμουήλ· ἐν ᾧ βόας ἔθυσε χιλιάδας ιβʹ, πρόβατα χιλιάδας λήʹ. καὶ κατωρθώθη τὰ ἔργα Ἰωσίου ἐνώπιον Κυρίου ἐν καρδίᾳ πλήρει εὐσεβείας. πλὴν οὐκ ἀπεστράφη Κύριος ἀπὸ θυμοῦ τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, οὗ ἐθυμώθη ἐν τῷ Ἰούδᾳ διὰ τοὺς παροργισμούς, οὓς παρώργισεν αὐτὸν Μανασσῆς.

tus evertit; sed etiam idolorum cultores flagris cæsos perdidit, & jam mortuos in sepulcris cremavit. Cumque conspexisset sepulcrum, in quo vir Dei conditus erat, dixit: *Quodnam est excelsum illud monumentum, quod video?* Et responderunt cives illius urbis: *Est hic vir ille Dei & Propheta, qui dixit verba hæc contra altare Bethel.* Et dixit [Josias:] *Sinite eum, & nemo moveat ipsius ossa.* Quinetiam engastrimythos, & falsos prophetas, & omnem abominationem, & detestandam fœditatem Hierosolymis sustulit, & se convertit ad Dominum ex toto corde, & omnibus viribus, & toto animo, secundum legem Mosis. Pascha etiam celebravit, quale a temporibus Josuæ, filii Nave, & Samuelis, celebratum non fuit: in quo immolavit duodecim millia boum, & XXXVIII. millia ovium. Et Josiæ opera recta fuerunt coram Domino, quippe ex animo religioso & pio profecta. Dominus tamen ab ira sua non est aversus, quam conceperat adversus Judam, propter peccata, quibus eum Manasses ad iram provocaverat.

Ἰῶτα. τὸ στοιχεῖον. τὸ γράμμα.

Ἰῶτα. Iota. Litera.

Ἰωτάπατα. πόλις. καὶ Ἰωταπατηνός, ὁ ἀπ' αὐτῆς.

Ἰωτάπατα. Jotapata. Urbs. Et Jotapatenus, ejus civis.

Ἰωτόμης. [1] Ἐδεῖτο δὲ τὸ πλῆθος προσωτάτω Ἀρμενίας ἀπαλλάξαι Ἰωτόμην, ὡς οὔποτ' ἂν ἀποσχόμενον τοῦ νεωτερίζειν, εἰ τύχῃ ἔνδημος ὤν.

Ἰωτόμης. Jotomes. *Plebs vero rogabat, ut Jotomen ab Armenia quam longissime abesse juberet, quod nunquam a rerum novandarum studio sibi temperaturus esset, si in ea remaneret.*

Ἰωχμός. θόρυβος.

Ἰωχμός. Tumultus.

Ἴωψ. ἰχθύς τις.

Ἴωψ. Piscis quidam.

Ἱππαγωγός. ναῦς ἡ τοὺς ἵππους καὶ τοὺς ἄνδρας ἄγουσα.

Ἱππαγωγός. Hippago. Navis, quæ equos & viros vehit.

Ἱππάζεσθαι. [2] οὐχ ἁπλῶς τὸ περὶ ἱππικὴν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ ἐφ' ἑνὸς ἵππου ὀχεῖσθαι· ὃ νῦν κέλητα καλοῦσιν.

Ἱππάζεσθαι. [Verbum ἱππάζεσθαι] non simpliciter significat equitare, sed equo singulari vehi, quem nunc celetem vocant.

Ἱππαλεκτρυών. [3] εἶδος ζώου.

Ἱππαλεκτρυών. Animalis genus.

Ἱππαρχία, [4] ἀδελφὴ Μητροκλέους τοῦ Κυνικοῦ, Μαρωνεῖτις, Φιλόσοφος Κυνική, γυνὴ Κράτητος τοῦ Κυνικοῦ, ὃς ἦν Ἀθηναῖος, Βρύσωνος μαθητὴς τοῦ Ἀχαιοῦ, ἤ, ὥς τινες, Διογένους. ἔγραψε Φιλοσόφους ὑποθέσεις, καί τινα ἐπιχειρήματα καὶ προτάσεις πρὸς Θεόδωρον τὸν ἐπικληθέντα Ἄθεον. ἤκμασεν ἐπὶ τῆς ριαʹ Ὀλυμπιάδος.

Ἱππαρχία. Hipparchia, soror Metroclis Cynici, Maronitis, Philosopha Cynica, uxor Cratetis Cynici, qui fuit Atheniensis, Brysonis Achæi discipulus, vel (ut alii tradunt) Diogenis. Scripsit Philosophica quædam; item, Argumentationes nonnullas & Quæstiones ad Theodorum, cognomento Atheum. Floruit Olympiade CXI.

Ἱππαρχίων [5] ἄφωνος. δύο ἐγένοντο κιθαρῳδοί, Ἱππαρχίων, καὶ Ῥουφῖνος· καὶ ἀγῶνος ἐνστάντος, ὁ Ἱππαρχίων ἄφωνος ἔστη.

Ἱππαρχίων. Hipparchion mutus. Duo fuerunt citharœdi, Hipparchion, & Rufinus. Cum autem instaret certamen, Hipparchion mutus stetit.

Ἵππαρχος, [6] Κωμικὸς τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας. Δράματα αὐτοῦ περὶ γάμων.

Ἵππαρχος. Hipparchus, Comicus antiquæ Comœdiæ. Ejus fabulæ [agunt] de nuptiis.

Ἵππαρχος, Σταγειρίτης Φιλόσοφος, Ἀριστοτέλους γνώριμος. καὶ συγγενής. Τί τὸ ἄρρεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς, καὶ τίς ὁ γάμος, καὶ ἄλλα τινά.

Ἵππαρχος. Hipparchus, Stagirites, Philosophus, Aristotelis discipulus & cognatus. Scripsit de masculino & fœminino sexu Deorum; itemque, de nuptiis, & alia quædam.

1 Ἐδεῖτο δὲ τὸ πλῆθος προσωτ.] Hoc fragmentum legitur etiam supra v. Ἀπαλλάξαι.

2 Ἱππάζεσθαι. οὐχ ἁπλ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Nubes* p. 123.

3 Ἱππαλεκτρυών] Vide Schol. Aristoph. ad *Ranas*, p. 256.

4 Ἱππαρχία, ἀδελφὴ Μητρ.] Vide Laert. l. VI. Segm. XCVI.

5 Ἱππαρχίων ἄφωνος] Vide de hoc proverbio Zenobium Adag. CXXXV.

6 Ἵππαρχος] De Hipparchis vide Meursium ad Chalcidium, pag. 9.

Ἵππαρχος, Νικαεύς, φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ τῶν ὑπάτων. [1] Ἔγραψε περὶ τῶν Ἀράτου Φαινομένων. περὶ τῆς τῶν Ἀπλανῶν Συντάξεως καὶ τοῦ [2] Καταστεριςμοῦ. περὶ τῆς κατὰ πλάτος μηνιαίας τῆς σελήνης κινήσεως. [3] καὶ εἰς τοὺς ἀρίστους.

Ἵππαρχος. ὁ τῶν ἱππέων ἄρχων. [4] Πρῶτος αἱρεθεὶς Δικτάτωρ Μάρκιος προσαιρεῖται ἵππαρχον Σπόριον πρῶτον μετὰ τοῦτον. καὶ τῆς ἱππαρχικῆς ἐπινοηθείσης ἡγεμονίας, δευτερευούσης κατὰ τὴν ὑπεροχὴν τοῦ Δικτάτορος.

Ἵππαρχος, [5] τύραννος Ἐρετρίας. ἕτερος δὲ Ἵππαρχος Πεισιστράτου. ἄλλος δὲ Ἵππαρχος, ὁ Χάρμου, ὃς συγγενὴς ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ὑπέστη τὸν ἐξοστρακισμὸν, διὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ Πεισιστράτου, ὅτι δημαγωγὸς ὢν, καὶ στρατηγὸς, ἐτυράννησεν. ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος ὑποκριτὴς, [6] οὗ μνημονεύει Δημοσθένης. Λέγεται δὲ Ἵππαρχος παρ' Ἀθηναίοις καὶ ὁ τῶν ἱππέων ἄρχων. δύο δὲ ἦσαν οὗτοι.

Ἱππάρχου [7] πίναξ. ἐπεὶ παρὰ Συρακουσίοις οἱ Ἵππαρχοι ἐν πίνακι τὰ ὀνόματα γράφοντες τῶν ἀτακτούντων παρεσημειοῦντο.

Ἱππάς. ὁ Σόλων, ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας, [8] εἰς δ' τέλη τὸ πᾶν πλῆθος αὐτῶν διέταξε τῶν κατὰ τὰς οὐσίας τιμημάτων. καὶ τῷ πρώτῳ ὄνομα ἦν Πεντακοσιομεδίμνων· τῷ δευτέρῳ, Ἱππέων· τῷ τρίτῳ, Ζευγιτῶν· [9] τῷ δ' Θητῶν.

Ἱππαφέσεων. τῆς ἀφετηρίας. Πολύβιος· Παραπλήσιόν τι πάθος ἔφασκε τοῖς ἐπὶ τῶν ἱππαφέσεων· οἷον εἰκὸς ἐφιστάμενοι ἐκ τῶν αἰρομένων πυρσῶν.

Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλῇ. δηλονότι ἔνθα ἂν [10] εὐημερῇ τις. τὰ γὰρ ἱππικὰ ἐν πεδίῳ κρατεῖ.

Ἵππερος. ὡς ἴκτερος. ὁ περὶ τοὺς ἵππους τὸν ἔρωτα ἔχων. [11] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Ἀλλ' ἵππερόν μου κατέχεε τῶν χρημάτων.

Ἵππαρχος. Hipparchus, Nicænsis, Philosophus, qui sub Consulibus vixit. Scripsit *de Arati Phænomenis: De stellarum inerrantium constitutione: De Catasterismo: De menstruo Lunæ motu secundum latitudinem.*

Ἵππαρχος. Magister equitum. *Martius primus Dictator creatus, Magistrum equitum adscivit Spurium, ab illo secundum: quod magisterium, a Dictatura proximum, tunc demum inventum est.*

Ἵππαρχος. Hipparchus, Eretriæ tyrannus. Alius vero fuit Hipparchus Pisistrati F. Alius etiam Hipparchus, Charmi F. qui fuit Pisistrati tyranni cognatus, & primus ostracismo mulctatus est, ob Pisistrati suspicionem, qui, cum Demagogus & copiarum dux esset, tyrannidem occupaverat. Alius etiam Hipparchus histrio fuit, cujus meminit Demosthenes. Apud Athenienses etiam Ἵππαρχος dicitur Magister equitum; qui bini erant.

Ἱππάρχου πίναξ. Hipparchi tabula. Apud Syracusanos Equitum Magistri nomina eorum, qui solute vivebant, in tabulis annotabant.

Ἱππάς. [Equester ordo.] Solon, qui leges Atheniensibus scripsit, totam eorum multitudinem in quatuor classes distinxit, pro fortunarum cujusque censu. Ac primæ quidem nomen erat *Pentacosiomedimnorum.* Secunda attributa erat *Equitibus:* tertia *Zeugitis:* quarta, mercenariis, qui Θῆτες vocabantur.

Ἱππαφέσεων. Carcerum, unde emittuntur equi ad cursum. Polybius: *Dicebat hunc casum similem esse illis, qui in ludis equestribus, cum equi ad cursum emittuntur, accidere solent. Tunc enim faces in altum sublatæ,* [*cursus signum*] *expectantur.*

Ἱππέας. *Equites in campum provocas.* In eum videlicet locum, in quo quis victoriam reportare possit. In campo enim equites superiores esse solent.

Ἵππερος. Ut ἴκτερος. Studium & amor equorum. Aristophanes *Nubibus:*

Sed hipperum rei meæ familiari offudit.

1 Ἔγραψε περὶ τῶν Ἀράτου Φαινομένων] Exstant hodie sub Hipparchi nomine libri tres *Expositionum in Arati & Eudoxi Phænomena,* quos ex Bibliotheca Medicea Græce primus edidit Petrus Victorius Florentiæ 1567. eosdemque Græce simul & Latine in lucem postea emisit Dionysius Petavius in *Uranologio.*

2 Καταστεριςμοῦ] Scribendum est Καταστερισμοῦ. quoniam opere illo Hipparchus egerat de *astris,* sive stellis. Ejusdem argumenti & tituli librum conscripsit olim Eratosthenes Cyrenæus, qui hodie adhuc exstat, ut monemus supra v. Ἐρατοσθένης.

3 Καὶ εἰς τοὺς ἀρίστους] Cum verba hæc emendanda prius esse censeam, quam interpretanda, & nihil nunc in mentem mihi veniat, quo locus hic illustrari possit, lampada hic aliis trado.

4 Πρῶτος αἱρεθεὶς Δικτάτωρ Μάρκιος] Scribendum est *Λάρκιος,* ut patet ex Dionys. Halicarn. qui *Antiq. Rom.* l. v. p. 336. primum Romæ Dictatorem eo nomine appellatum fuisse auctor est. Eundem vero Livius l. II. vocat *T. Lartium.*

5 Ἵππαρχος, τύραννος Ἐρετρ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Harpocratione, ad quem vide doctos commentatores.

6 Οὗ μνημονεύει Δημοσθένης] In Orat. contra Neæram, p. 520.

7 Ἱππάρχου πίναξ. ἐπεὶ παρὰ Συρ.] Eadem habent Zenobius *Adag.* CCCXLII. & Hesychius.

8 Εἰς δ' τέλη τὸ πᾶν κτλ.] Priores Edit. pessime habent εἰς ί τέλη: quem errorem etiam absque auctoritate *MSS.* corrigere non dubitavi, quoniam nemini, qui quidem antiquitates Græcas vel a limine salutavit, ignotum esse potest, populum Atheniensem non in quinque sed quatuor classes a Solone divisum fuisse. Vide Harpocrationem h. v. apud quem recte legitur εἰς δ' τέλη.

9 Τῷ δ' Θητῶν] In prioribus Edit. post hæc additur: Τῷ δὲ ί ἱππάς. quæ verba, tanquam ab imperito quodam homine loco huic adsuta, delere non dubitavi. Nam, ne repetam, quod jam paulo ante monui, Athenienses in IV. tantum classes a Solone distributos fuisse; quis non videt, inepte hic iterum fieri mentionem Equitum, quos Suidas jam ante in Catalogo hoc classium Atheniensium secundo loco recensuerat.

10 Εὐημερῇ] Notandum est, vocem εὐημερεῖν interdum significare in certaminibus vel commissionibus victoriam reportare; quæ significatio huic loco congruit. Athen. l. XIII. p. 584. Ἀνδρονίκου δὲ τοῦ τραγῳδοῦ ἀπ' ἀγῶνός τινος, ἐν ᾧ τοὺς Ἐπιγόνους ΕΥΗΜΕΡΗΚΕΙ, πίνειν μέλλοντος. i. e. *Cum vero Andronicus tragœdus post certamen quoddam, in quo* Epigonis *vicerat, bibere vellet,* &c. Idem l. XIV. p. 632. Οἱ καθ' ἡμᾶς τέλος ποιοῦνται τῆς τέχνης τὴν παρὰ τῶν θεατῶν ΕΥΗΜΕΡΙΑΝ. i. e. *Nostri temporis Poetæ hunc artis suæ finem sibi proponunt, ut victoriam in theatris reportent.* Contrarium est δυσημερεῖν, i. e. vinci, vel inferiorem discedere. Idem Athen. l. XIII. p. 585. Μενάνδρῳ τῷ ποιητῇ ΔΥΣΗΜΕΡΗΣΑΝΤΙ, καὶ εἰσελθόντι εἰς τὴν οἰκίαν, Γλυκέρα προσενέγκασα γάλα παρεκάλει ῥοφῆσαι. i. e. *Menandro vero Poetæ, qui in commissione scenica victus fuerat,* &c.

11 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 127. (63. Ed. Bas.) ubi vide Scholiastam.

ἔπαιξε περὶ τὸν ἴκτερον, ὃς περιχεῖται ταῖς ὄψεσι τῶν τοσούτων. οὕτως ἐπικεχύσθαι τοῖς χρήμασι τὸν ἴπτερον.

Alludit comice ad ἴκτερον, qui ægrotorum oculis [colorem flavum] offundit. Sic etiam ἴπτερον bonis suis offusum esse dicit.

Ἶπες. θηρίδια λυμαντικὰ ξύλων, καὶ τῶν καρπῶν.

Ἶπες. Animalcula, quæ ligna & fruges lædunt.

Ἵππευε. ἵππων φρόντιζε.

Ἵππευε. Equorum curam gere. Equos cura.

Ἵππευμα. πορεία. [1] Ἀριστοφάνης· Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύων [2] αἰθέρος.

Ἵππευμα. Iter. Aristoph. *Quam longum iter conficis, per stelligerum cæli dorsum bigis invecta.*

Ἱππεία. ἡ ἵππευσις. Ἱππεία φάτνη, καὶ οὐρά.

Ἱππεία. Equitatio. [Est etiam ἱππεία adjectivum, ut] ἱππεία φάτ. Præsepe & cauda equina.

Ἵππειον κράτος. ἡ τοῦ ἵππου ἰσχύς. καὶ ἵππειον θράσος. καὶ ἵππειος ζυγός.

Ἵππειον κράτος. Robur equi. [Sic etiam dicitur] ἵππειον θράσος, & ἵππειος ζυγός, &c.

Ἱππειολόφος.

Ἱππειολόφος. Crista, ex setis equinis confecta.

Ἱππείων ὁπλέων. τῶν ὀνύχων τῶν ἵππων.

Ἱππείων ὁπλέων. Equinarum ungularum.

Ἱππεῖς. [3] Εἰς τέσσαρα μέρη διῄρητο ὁ δῆμος τῶν Ἀθηναίων, εἰς Πεντακοσιομεδίμνους, εἰς Ἱππέας, εἰς Ζυγίτας, εἰς Θῆτας. καὶ τοὺς μὲν Πεντακοσιομεδίμνους διὰ τὸ γεωργεῖν τοσαῦτα μέτρα οὕτως ὠνόμαζον. καὶ ἦσαν οὗτοι εὔποροι. οἱ δὲ Ἱππεῖς, ἥττους μὲν τῶν Πεντακοσιομεδίμνων, μέχρι δὲ τῶν τετρακοσίων ἐγεώργουν μέτρων. Ἱππεῖς δὲ αὐτοὺς ὠνόμαζον, διὰ τὸ δύνασθαι, εἴ ποτε χρεία γένοιτο, ἵππον ἕκαστον αὐτῶν τρέφειν. ἦσαν δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἑξακόσιοι τὸν ἀριθμόν. οὗτοι δὲ μετὰ ταῦτα, τῆς πόλεως πληθυνθείσης, ἐγένοντο σ' περὶ τοὺς χιλίους. ὅθεν καὶ τὰς θυσίας, ἃς αὐτοὶ πέμπουσι ταῖς πομπαῖς, ἐκάλουν ἱππάδας. ἐξῆν δὲ αὐτοῖς [4] ἐπιλεμᾷν καὶ κομᾷν. [5] ἦσαν δὲ οἱ Θῆτες παρ' αὐτοῖς οἷς οὐκ ἐφεῖτο ἄρχειν, ἀλλ' ἢ δικάζειν, ἢ ἐκκλησιάζειν μόνον, ἵν' ἐκ τε τοῦ δικαστικοῦ καὶ τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ τρέφοιντο.

Ἱππεῖς. Equites. [Equester ordo.] Populus Atheniensis in quatuor classes divisus erat: in *Pentacosiomedimnos*, *Equites*, *Zygitas*, & *Thetas*, (*i.e.* mercenarios.) Et *Pentacosiomedimnos* quidem ita vocabant, quod tot medimnorum agrum colerent. Et hi divites erant. *Equites* vero *Pentacosiomedimnis* quidem inferiores erant, sed tamen, quod ad modum agri attinet, usque ad cccc medimnos perveniebant. Vocabantur autem *Equites*, quod, si forte necessitas requireret, singuli equum alere possent. Hi initio numerum DC tantum implebant: postea vero, aucta civitate, ad MCC excreverunt. Sacrificia quoque, quæ illi in pompis ferebant, ἱππάδας θυσίας vocabant. Illis autem comam alere licebat. Tertia vero classis erat Thetarum, quibus non licebat magistratum gerere, sed vel jus dicere, vel in concione populi verba facere, ut duobus istis modis vitam sustentarent.

Ἱππεῖς λευκοθώρακες. καὶ παροιμία· Ἱππεῖς μὲν ἐν Θετταλίᾳ, καὶ Θρᾴκῃ· τοξόται δὲ, καὶ τὰ κουφότερα τῶν ὅπλων, ἐν Ἰνδίᾳ, καὶ Κρήτῃ, καὶ Καρίᾳ.

Ἱππεῖς λευκοθώρακες. Equites albis loricis armati. Et proverbium: Equites quidem [præstantissimi] sunt in Thessalia, & Thracia: sagittarii vero & velites in India, Creta, & Caria.

Ἱππήλατον. εὐρύχωρον. πλατύ. λεῖον. ἐψιλωμένον.

Ἱππήλατον. Latum. Spatiosum. Planum. [Arboribus] nudum.

Ἱππημολγός. ὁ τοὺς ἵππους ἀμέλγων.

Ἱππημολγός. Qui equos mulget.

Ἰπί. σκώληκι. Ἴψ, ἡ εὐθεῖα· ἰπός, ἰπί.

Ἰπί. Vermi. Rectus casus est ἴψ, [& declinatur] ἰπός, ἰπί.

Ἱππία Ἀθηνᾶ. ταύτην Ποσειδῶνός εἶναί φασι θυγατέρα, καὶ [6] Πολύφης τῆς Ὠκεανοῦ· ἅρμα δὲ πρώτην κατασκευάσασαν διὰ τοῦτο Ἱππίαν κληθῆναι.

Ἱππία Ἀθηνᾶ. Equestris Minerva. Hanc ajunt esse filiam Neptuni, & Coryphæ, filiæ Oceani: quam Ἱππίαν ajunt vocatam fuisse, quod prima currum construxisset.

Ἱππίας, Διοπείθους, Ἠλεῖος, σοφιστὴς καὶ φιλό-

Ἱππίας. Hippias, Diopithis F. Eleus, So-

1 Ἀριστοφάνης] In *Thesmophor.* p. 815. ubi Comicus de Nocte loquitur.

2 Διφρεύουσ' αἰθέρος] Sic recte habent Aristophanes. & 2 *MSS.* Parisienses. In prioribus vero Edit. male excusum est διαφρεύουσ' αἰθέρος.

3 Ἱππεῖς. Εἰς τέσσαρα μέρη διῄρ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Equit.* p. 316. ubi tamen tres tantum classes recensentur, *Pentacosiomedimnorum* nempe. *Equitum*, & *Thetarum*, nulla facta mentione *Zugitarum*; quæ est manifesta labes, vel ab ipso Scholiasta, vel, quod potius crediderim, a librariis profecta. Vide paulo ante v. Ἱππάς.

4 Ἐπιλεμᾷν] Hanc vocem Scholiasta Comici non agnoscit, etque merito mihi suspecta est, quoniam non video, quomodo significatio ejus loco huic convenire possit.

5 Ἦσαν δὲ οἱ Θῆτες παρ' αὐτοῖς] Lege & supple ex Scholiasta Aristophanis: Ἡ δὲ τρίτη τάξις ἦσαν οἱ Θῆτες. Debebant autem hic *Thetas* præcedere *Zugitæ*; sed quorum mentio, nescio quo casu, tam a Suida, quam Scholiasta Comici prætermissa est.

6 Πολύφης] Sic quidem omnes Edit. habent. Sed jamdudum viri doctissimi, Joannes Meursius *Lect. Attic.* l. v. c. xx. & Valesius ad Harpocrationem, monuerunt legendum esse Κορύφης; quos vide.

σοφος, μαθητὴς Ἡγησιδήμου, ὃς τέλος ἀπέδειξε τὴν αὐτάρκειαν. ἔγραψε πολλά.

phista & Philosophus, discipulus Hegesidami, qui summum bonum statuebat αὐτάρκειαν, i. e. animum sua sorte contentum. Multa scripsit.

Ἱππίας.[1] οὗτος τῆς εἰς Ἀθηναίους ὀργῆς, καὶ τῆς ὕστερον ὠμότητος προὐβάλλετο αἰτίαν τὸν Ἱππάρχου θάνατον. καὶ πικρὸς ἐκ τούτων δεσπότης κάτω τῶν ἀστῶν γενόμενος, ὅμως οὐκ ἀπώνατο. ἤλασαν γοῦν οἱ Κεκροπίδαι αὐτόν. ὁ δὲ ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος ἐπῆγετο τοὺς Πέρσας συμμάχους, ὁρῶν ὃν εἶχεν ἔρωτα Δαρεῖος τῆς Ἀττικῆς, διὰ τὴν ἄτοπον ἐκείνην σπουδὴν, ἵνα τὰ σῦκα τὰ Ἀττικὰ μὴ ἐν ἐλευθερίᾳ γῇ ἔτι, ἀλλὰ δούλῃ γένηται τῇ ἐκείνου. ἰὼν μὲν οὖν Ἱππίας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα σὺν τοῖς Πέρσαις, καὶ ἐκπλήσσων τοὺς Βαρβάρους, μέγα ἔπταρε, καὶ ἅτε γέρων ἤδη εἶχε τοὺς ὀδόντας κραδαινομένους. ἐκ τοίνυν τῆς βιαίας κινήσεως τοῦ πταρμοῦ εἷς ὀδοὺς ἐξεκρούσθη, καὶ κατώλισθεν εἰς τὴν ψάμμον, καὶ εὑρεθῆναι ἀδύνατος ἦν. ἐπεὶ δὲ ἡττήθησαν οἱ Βάρβαροι, φεύγων αὖθις εἰς Λῆμνον ἀφικνεῖται, καὶ χαμαὶ νόσῳ, καὶ τὴν ὄψιν τυφλοῦται, αἵματος ἐπιρρεύσαντος οἱ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀλγεινῶς ἀπέθανε, δίκας ταύτας δοὺς τῇ πατρίδι, ἐπεὶ τοὺς Βαρβάρους ἦγεν ἐπὶ καταδουλώσει αὐτῆς, μηνίσαι τε τοὺς πατρίους θεούς.

Ἱππίας. Hippias, tyrannus. Hic suæ in Athenienses iræ & crudelitati, quā postea exercuit, causam prætexuit Hipparchi cædem. Ex eo enim tempore acerbum se civibus suis dominū præbuit: quamvis nullum inde fructum perceperit, Cecropidis eum expellentibus. Cum igitur patria ejectus esset, Persis in societatem belli adscitis, arma Atheniensibus intulit. Animadvertebat enim, Darium magna Atticæ occupandæ cupiditate flagrare, propter ineptam illam rationem, ne ficus Atticæ in libero amplius solo, sed terra sibi subjecta, nascerentur. Hippias igitur adversus patriam suam cum Persis profectus, cum aliquando vehementer sternutasset, Barbaris timorem incussit. Quoniam enim ob senium dentes ejus vacillabant, vehementi illa sternutatione dens unus ex ore excussus in arenam decidit, nec reperiri potuit. Victis autem Barbaris, in Lemnum fugit: ubi in morbum incidens visum amisit, &, sanguine per ipsius oculos effluente, misera tandem morte obiit, his pœnis patriæ datis, quod ope Barbarorum eam in servitutem redigere conatus esset, Deosque patrios sibi iratos reddidisset.

Ἱππίας,[2] Ἀθηναίων τύραννος. οὗτος Δαρεῖον παροξύνας ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους στρατεῦσαι, καὶ τὴν Ἑλλάδα, διὰ Ἀρταφέρνους καὶ Δάτιδος Σατραπῶν, καὶ λ' μυριάδων στρατοῦ, καὶ αὐτὸς σὺν αὐτοῖς κατῄει γηραιὸς ἤδη ὤν. καὶ ἐλθόντες ἐσαγήνευσαν μὲν Ἐρέτριαν, καὶ τοὺς ληφθέντας τῷ βασιλεῖ ἔπεμψαν. ὁ δὲ αὐτοὺς περὶ τὰ Σοῦσα κατῴκισε, ἐφ' οἷς καὶ Πλάτωνός ἐστιν Ἐπίγραμμα·

Ἱππίας. Hippias, Atheniensium tyrannus. Hic Darium incitavit, ut expeditionem susciperet adversus Athenienses & Græciam, missis Artapherne & Datide Satrapis cum ter centenorum millium exercitu, cum quibus & ipse, licet jam senex, profectus est. Cum igitur [in Græciam] venissent, Eretriam copiis subito cinctam ceperunt, & captivos Regi miserunt, qui eis sedes circa Susa assignavit. In hos extat & Platonis Epigramma:

Εὐβοέων γένος ἐσμὲν Ἐρετρικόν· ἄγχι δὲ Σούσων
Κείμεθα, φεῦ γαίης ὅσσον ἀφ' ἡμετέρης.

Eubœensium genus sumus Eretricum: sed prope Susa
Jacemus, heu quam procul a terra patria!

Ἐντεῦθεν ἐπὶ Μαραθῶνα ἦλθον. Ἀθηναῖοι δὲ ὑπὸ Μιλτιάδῃ στρατηγούμενοι τῷ Κίμωνος, τοῖς Βαρβάροις ἐπολέμησαν. ἐκάλουν δὲ ἐπὶ συμμαχίᾳ τοὺς Λακεδαιμονίους διὰ Φιλιππίδου τοῦ ἡμεροδρόμου, ὃς τοὺς χιλίους καὶ πεντακοσίους σταδίους ἤνυσε διὰ μιᾶς νυκτός. καὶ ὅτι ὁ νόμος οὐκ εἴα στρατεύειν αὐτοὺς πρὸ πανσελήνου,[3] παρητήσαντο.[4] τῷ δὲ Φιλιππίδῃ ἐπανιόντι κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος τῆς Ἀρκαδίας ὁ Πὰν ἐντυχὼν ἐμέμψατο μὲν Ἀθηναίοις, ὡς μόνος θεῶν ὑπ' αὐτῶν ἀμελούμενος, καὶ συμμαχήσειν ὑπέσχετο. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, συμβουλευσάντων ἑνὸς, ἦσαν γὰρ δέκα, περιμένειν τοὺς Λακεδαιμονίους, Μιλτιάδου δὲ προτρέποντος ἐξιέναι, καὶ Καλλιμάχου, ἐξῆλθον αὐτοὶ μὲν ὄντες θ, Πλαταιεῖς ἔχοντες α. καὶ ἐν αὐτῇ φασὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐνίκησαν. Ἐν τούτοις Καλλίμαχος ἐπὶ δεξιὸν εἱστήκει πικρός· Πολύζηλος

Inde in Marathonem venerunt. Athenienses vero duce Miltiade, Cimonis F. cum Barbaris prælium commiserunt. Lacedæmonios autem ad opem ferendam invitarunt per Philippidem hemerodromum, qui una nocte stadia MD confecit. Sed quia lex illos ante plenilunium expeditionem facere vetabat, abnuerunt. Philippidæ vero redeunti Pan juxta Parthenium, Arcadiæ montem, obvius factus, se solum Deorum ab Atheniensibus neglectū fuisse questus est: nihilominus se opem illis laturum esse promisit. Athenienses autem, uno censente, (erant enim decem) ut Lacedæmonios expectarent; Miltiade vero & Callimacho suadentibus, ut statim prælium committerent; exiverunt, ipsi quidem cum novem millibus militum; Platæenses vero cum mille militibus: eodemque die vicisse dicun-

1 Ἱππίας. Οὗτος τῆς εἰς Ἀθηναίους ὀργ.] Kuhnius ad Ælianum suspicatur, totum hunc articulum ex Æliani libris deperditis a Suida depromptum esse. Quod si verum est, frustra quis cum in scriptoribus hodie exstantibus quærat.

2 Ἱππίας, Ἀθηναίων τύρ. οὗτος Δαρ.] Confer cum hoc loco Suidæ Herodotum l. vi. p. 233.

3 Τῷ δὲ Φιλιππίδῃ ἐπανιόντι κατὰ τὸ Παρθ.] Vide Isidor. Pelusiotam l. iv. Epist. lxix.

4 Παρητήσαντο.] Hæc vox in prioribus Edit. deest, quam ex MSS. Parif. loco huic restitui.

δὲ

δὲ πειρωθεὶς, ὡς φάσμα θεασάμενος, τῷ πώγωνι κρύπτων τὴν ἀσπίδα, (σύμμαχον τὸν Πᾶνα δ' εἰκάζουσιν εἶναι,) ἐμάχετο ὡς ὁρῶν, καὶ διέκρινε τῇ φωνῇ τοὺς ἰδίους, καὶ τοὺς πολεμίους.

Ἱππική. [1] εἰσὶ καὶ τῆς ὀχηματικῆς δυνάμεως τρεῖς διαφοραί. ἡ μὲν γάρ ἐστιν ἱππική· ἡ δὲ, δι' ἁρμάτων· ἡ δὲ, δι' ἐλεφάντων. τοῦ δὲ ἱππικοῦ, τὸ μὲν ἁπλῶς οὕτω καλεῖται ἱππεῖς, καὶ ἱππικόν· [2] τὸ δὲ, ἄφιπποι. καὶ ἄφιπποι μὲν οἱ ἐπὶ δυοῖν ἀστρώτοιν συνδεδεμένοιν ὀχούμενοι· οἱ μεταπηδῶσιν ἀπ' ἄλλου ἐπ' ἄλλον, ὅταν ἡ χρεία καλῇ. τοῦ δὲ κυρίως ἱππικοῦ, τὸ μέν ἐστι κατάφρακτον, ὃ καὶ τοὺς ἵππους, καὶ τοὺς ἱππέας πεφραγμένους περιέχει· τὸ δὲ ἀκατάφρακτον· οἷον, δορατοφόροι, ἢ κοντοφόροι, ἢ ξυστοφόροι. καλοῦνται γὰρ τοῖς τρισὶν ὀνόμασιν. οὗτοι δέ εἰσιν οἱ ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ πλησίον τοῖς πολεμίοις δόρασι μαχόμενοι. τούτων δὲ οἱ μὲν δορατίοις χρῶνται, οἳ καλοῦνται Ταραντῖνοι· οἱ δὲ, τόξοις, οἳ καλοῦνται ἱπποτοξόται· οἱ δὲ ἀκροβολισταὶ, οἷον οἱ πόῤῥωθεν βάλλοντες· οἱ δὲ μόνον ἀκοντίζουσιν, εἰς χεῖρας δὲ τοῖς πολεμίοις οὐκ ἔρχονται· καὶ καλοῦνται ἱππακοντισταὶ, καὶ ἰδίως Ταραντῖνοι. οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐλαφροῖς ἀκοντίοις ἀκοντίζουσι πόῤῥωθεν, ἔπειτα δὲ καὶ πλησιάζοντες συμπλέκονται τοῖς πολεμίοις, ἢ σπάθαις, ἢ πελέκεσιν ἀπομαχόμενοι· οὓς φασιν ἐλαφρούς.

tur. In his Callimachus juxta hastam stans mortuus inventus est: Polyzelus vero oculis amissis,ut qui spectrum vidisset barba clypeum obtegens (Pana vero pugnæ socium fuisse conjiciunt) pugnabat tanquam videns, & voce suos ab hoste discernebat.

Ἱππική. [Res, vel ars equestris.] Vectionum tria sunt discrimina. Nam vel equis vehimur, vel curru, vel elephantis. Primi generis duæ sunt species, quarum una quidem simpliciter vocatur Ἱππεῖς & Ἱππικόν: altera vero est eorum, qui appellantur Ἄμφιπποι. Hi autem sunt, qui binis equis colligatis, iisque non stratis vehuntur, & ab uno in alterum transiliunt, cum est opus. Illorum vero equitum, qui proprie ita vocantur, alii sunt cataphracti, (quo nomine tam equi quam viri cataphracti comprehenduntur) alii non cataphracti, quales sunt Hastati, Contophori, & Xystophori. Tribus enim his nominibus appellantur. Hi autem sunt, qui ex equis, & cominus cum hoste hastis pugnant. Et horum equitum alii quidem parvis hastis utuntur, qui vocantur *Tarentini*: alii vero sagittis, qui vocantur *Hippotoxotæ*, quod ex equo sagittis hostem petant: alii vero *Acrobolistæ*, quod eminus jaculentur, hostesque feriant. Rursus, alii quidem tantum jaculantur, sed cum hostibus cominus non pugnant, & vocantur *Hippacontistæ*, quod ex equis in hostem jaculentur; & proprie *Tarentini*: alii vero primum quidem levia jacula eminus jaculantur, deinde vero propius etiam accedentes cum hostibus congrediuntur, vel gladiis, vel securibus pugnantes; quos vocant leviter armatos.

Ἱππιόθων. ὄνομα κύριον.

Ἱππιόθων. Hippiothon. Nomen proprium.

Ἵππιος. [3] ὁ Ποσειδῶν.

Ἵππιος. Epithetum Neptuni.

Ἴπνια. [4] τὰ ἀποκαθάρματα τοῦ ἰπνοῦ, τοῦ λεγομένου φούρνου. ἢ τὰ πρὸς τὴν κάμινον ἐπιτήδεια καύσιμα. λέγει δὲ οὕτω καὶ τὴν κόπρον τῶν ζώων Καλλίμαχος·

Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἴπνια λύματ' ἄειρεν.

Ἴπνια. Purgamenta furni. Vel materia, quæ ad ignem in camino alendum apta est. Callimachus vero sic etiam vocat animalium stercus.

Simul autem & quisquilias & stercora abstulit.

Ἡ ἰπνὸς, τὸ μαγειρεῖον, ἢ ἡ καπνοδόκη, ἢ ὁ φανός. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ὁ δ' [5] ἰπνὸς ἡμῖν ἐξαπίνης ἐλεφάντινος.

Vel ἰπνὸς culina, vel caminus fumum excipiens, vel lucerna. Aristophanes in *Pluto*:

Furnus vero nobis repente factus est eburneus.

Καὶ ἰπνοὶ, οἱ λαμπτῆρες, οἱ φανοὶ, οἱ λύχνοι.

Et ἰπνοὶ, faces, lampades, lucernæ.

Ἰπνοπλάσται.

Ἰπνοπλάσται. Furnorum fabri.

Ἰπνός. [6] ὁ φοῦρνος. ἢ κάμινος. ἢ ὁ φανός. καταχρηστικῶς δὲ ἡ ἐσχάρα. [7] ἰπνεσταπαλέου φθοῖς. τυ-

Ἰπνός. Furnus. Caminus. Lucerna. Abusive vero focus, * * * * vel pars quædam

1 Ἱππικά. εἰσὶ καὶ τῆς ὀχημ.] Vide Catalogum vocabulorum Tacticorum, Suidæ ad calcem subjunctum, v. Ὁπλῖται, ubi eadem leguntur.

2 Τὸ δὲ, ἄφιπποι] Repræsentavi hic lectionem *MSS.* Parisiensium, quamvis corruptam; quam etiam agnoscunt Editio Mediolanensis & Aldina. Editio vero Basileensis & Genevensis habent ἄμφιπποι; (uti etiam legitur in Catalogo vocabulorum Tacticorum) quam lectionem etsi non damnem, putem tamen scribendum potius esse ἄμιπποι. Vide supra v. Ἅμιπποι.

3 Ἵππιος. Ποσειδῶν] Neptunum veteres rei equestris præsidem agnoscebant, cumque ex terra tridente percussa equum primo produxisse credebant. Virgilius *Georg.* I. v. 12.

——Tuque o, cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridente,
Neptune.

Hinc igitur apparet, quare Neptunus vocatus fuerit Ἵππιος. P.

4 Ἴπνια. τὰ ἀποκαθ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Vespas*, p. 490. & ad *Plutum*, p. 82.

5 Ὁ δ' ἰπνὸς ἡμῖν] Sic etiam apud Aristophanem hodie legitur. Sed pro ἰπνὸς apud Comicum olim scriptum fuisse ἶπος (i. e. muscipula) recte monet literarum decus Rich. Bentlejus ad Fragmentum Callimachi CCXXXIII. Julius Pollux enim l. x. c. xxxiv. ad hunc ipsum locum Aristophanis respiciens ait: Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Πλούτῳ εἶπον (sic enim pro ἰπνὸν ibi legendum esse optime nos docuit idem vir eruditissimus) τὴν μυάγραν καλεῖ. i. e. *Aristophanes vero in Pluto muscipulam vocat* εἶπον. Εἶπος vero & ἶπος idem est, quoniam ει pro ι, & vicissim ι pro ει in veterum libris promiscue scribi solere, eamque διπλογραφίαν ex pronuntiatione illa, quæ jam a multis retro seculis apud Græcos obtinuit, ortam esse, notum est.

6 Ἰπνός. ὁ φοῦρνος. ἢ κάμ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Aves*, p. 562. cujus vestigia Suidas hic secutus est.

7 Ἰπνεσταπαλέου φθοῖς. τυτ. πλακ.] Hæc non solum corrupta sunt, sed etiam a loco hoc alienissima, quæ proinde non nisi litura sanari possunt. Certe apud Scholiastam Aristophanis, & Harpocrationem, ex quibus aliqua descripta sunt, ea non reperiuntur.

πέσι, πλακοῦντος, [1] ἢ μέρος ἐκ τῆς οἰκίας, τὸ λεγόμενον παρ' ἡμῖν μαγειρεῖον. λέγεται δὲ κυρίως ἰπνὸς ἡ κάμινος.

Ἱππόβοτος. μεγάλην γῆν ἔχων. δυνάμενος ἵππους τρέφειν.

Ἱππόβοτος, Φιλόσοφος, ὃς ἔφησεν ἐννέα αἱρέσεις εἶναι τῶν Φιλοσόφων. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Αἵρεσις.

Ἱπποδάμεια. [2] ἀγορὰ ἐν Πειραιεῖ, οὕτω καλουμένη [3] ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τὸν Πειραιᾶ.

Ἱππόδαμοι. οἱ ἐφ' ἵππων ἀναστρεφόμενοι.

Ἱπποδασείης. [4] ἐξ ἱππείων τριχῶν λόφον ἐχούσης. ὃ ἐστι δασύ.

Ἱπποθόων. τῆς Ἱπποθοωντίδος Φυλῆς ἐπώνυμος.

Ἱπποκόμος. ὁ τῶν ἵππων ἐπιμελούμενος.

Ἱππόλυτος. [5] οὗτος ἔγραψεν εἰς τὰς ὁράσεις τοῦ Δανιὴλ ὑπόμνημα, καὶ εἰς τὰς Παροιμίας Σολομῶντος.

Ἱππόλυτον [6] μιμήσομαι. ἐπὶ τῶν σωφροσύνην ἐπαγγελλομένων.

Ἱπποκράτης, Κῷος, ἰατρὸς, [7] Ἡρακλείδου υἱός. [8] προτετάχθαι γὰρ καὶ τοῦ πάππου, τοῦ Ἡρακλείδου πατρὸς, εἰ καὶ ὁμώνυμος ἦν, διὰ τὸ ἀστέρα καὶ φῶς τῆς βιωφελεστάτης ἰατρικῆς γενέσθαι. ἀπόγονος δὲ Χρύσου τοὔνομα, καὶ Ἐλάφου, τοῦ ἐκείνου παιδὸς, ἰατρῶν καὶ αὐτῶν. [9] οὗτος μαθητὴς γέγονε τὸ μὲν πρῶτον τοῦ πατρὸς μετὰ δὲ ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Σηλυβριανοῦ, καὶ Γοργίου Ῥήτορος, καὶ Φιλοσόφου. ὡς δέ τινες, Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου ([10] ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέῳ πρεσβύτῃ) ὡς δέ τινες, καὶ Προδίκου. διέτριψε δὲ ἐν Μακεδονίᾳ, φίλος ὢν σφόδρα τῷ βασιλεῖ Περδίκκᾳ. παῖδας δὲ σχὼν δύο, Θεσσαλὸν, καὶ Δράκοντα, κατέστρεψε τὸν βίον ἐνιαυτῶν γεγονὼς δ' καὶ ρ', καὶ τέθαπται ἐν Λαρίσσῃ τῆς Θετταλίας. [11] Ἐν δὲ ταῖς εἰκόσιν ἱστορεῖται τὸ ἱμάτιον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἀναβεβλημένος, καὶ σκεπόμενος· ἢ ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν αὐτῷ, ἢ διὰ τὸ Φιλαπόδημον, ἢ τὸ ἴδιον ἐν ταῖς χειρουργίαις. Οὗτος ἔγραψε πολλὰ, καὶ πᾶσιν ἐγένετο διάδηλος· ὥστε καὶ τὸν τῆς Περ-

domus, quæ apud nos vocatur μαγειρεῖον, i. e. culina. Dicitur autem proprie ἰπνὸς, caminus.

Ἱππόβοτος. Amplum agrum habens. Qui equos alere potest.

Ἱππόβοτος. Hippobotus, Philosophus, qui dixit novem esse Philosophorum sectas. Quære in Αἵρεσις.

Ἱπποδάμεια. Hippodamia. Forum in Piræeo, sic vocatum ab Hippodamo Milesio Architecto, qui Piræeum Atheniensibus condidit.

Ἱππόδαμοι. Qui equos tractant. Equorum domitores.

Ἱπποδασείης. [Galeæ] ex equinis setis cristam confectam habentis. Id enim densum est.

Ἱπποθόων. Hippothoon. Hippothoontidis Tribus cognomen ferens.

Ἱπποκόμος. Equiso. Qui equos curat.

Ἱππόλυτος. Hippolytus. Hic scripsit in prophetias Danielis commentarium, & in Proverbia Salomonis.

Ἱππόλυτον μιμήσομαι. *Hippolytum imitabor.* De iis, qui castitatem profitentur.

Ἱπποκράτης. Hippocrates Cous, Medicus, Heraclidæ filius. Hic etiam avo, patri Heraclidæ, (qui ejusdem nominis erat) præfertur, quod tanquam sidus esset & lumen medicinæ, quæ vitæ est utilissima. Fuit autem unus ex posteris Chrysi, & ejus filii, Elaphi, qui & ipsi fuerunt medici. Hic primum quidem fuit discipulus patris; postea vero, Herodici Selybriani, & Gorgiæ Oratoris & Philosophi. Ut vero quidam tradunt, Democriti Abderitæ (ipsum enim adolescentem ad illum jam senem accessisse ferunt) & secundum alios, Prodici. Commoratus est in Macedonia, ubi regi Perdiccæ admodum charus fuit, susceptisque duobus filiis, Thessalo & Dracone, anno ætatis CIV obiit, & Larissæ in Thessalia sepultus est. In simulacris & imaginibus caput ejus cernitur pallio tectum: vel quod hic esset mos ejus; vel propter peregrinandi studium; vel quod eo habitu chirurgiam exercere soleret. Hic multa scripsit, & apud omnes clarus evasit: adeo ut magnus ille Per-

1 Ἢ μέρος τι τῆς οἰκίας, τὸ λεγ.] Ex Harpocratione.

2 Ἱπποδάμεια. ἀγορὰ ἐν Πειρ.] Ex Harpocratione. Meminit fori hujus Demosthenes contra Timotheum p. 700.

3 Ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλ.] De hoc Hippodamo vide Hesychium, & Schol. Aristoph. ad *Equit.* p. 306.

4 Ἱπποδασείης] Est epithetum galeæ apud Homerum.

5 Ἱππόλυτος, οὗτος ἔγραψεν εἰς τὰς ὁρ.] Plura de hoc Hippolyto habet Sophronius, quem vide.

6 Ἱππόλυτον μιμήσομαι] Vide Diogenianum Adag. CDXXXII.

7 Ἡρακλείδου υἱός] De genere & parentibus Hippocratis vide Stephanum Byzantium v. Κῶς: & Tzetzem Chil. VIII. c. CLV.

8 Προτετάχθαι γὰρ καὶ τοῦ π.] Nisi loco huic quædam desint, legendum puto, τοῦτον προτετάχθαι φασὶ καὶ τοῦ π. Hanc enim lectionem sensus & constructio requirere videntur.

9 Οὗτος μαθητὴς γέγονε τὸ μὲν πρ. τοῦ πατρ.] De præceptoribus & magistris Hippocratis cum Suida consentit Soranus in Vita ejus, ubi hæc leguntur: Μαθητὴς δὲ γέγονεν Ἡρακλείδου τοῦ ἰδίου πατρὸς, εἶτα Ἡροδίκου, κατὰ δέ τινας καὶ Γοργίου τοῦ Λεοντίνου Ῥήτορος. Φιλοσόφου δὲ Δημοκρίτου τοῦ Ἀβδηρίτου. Huc faciunt verba Tzetzis Chil. VIII. c. CLV.

Ὃν ὁ πατὴρ Ἡρακλείδης τὰ ἰατρῶν διδάσκει,
Ὁ ἐκ τῆς Σηλυβρίας τε Ἡρόδικος σὺν τούτῳ.
Γοργίας Λεοντῖνος δὲ τὴν τέχνην τῶν Ῥητόρων,
Φιλοσοφίαν μετ' αὐτοὺς Δημόκριτος ἐκεῖνος.

10 Ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέῳ πρ.] Imo, legendum potius est, ἐπιβαλεῖν γὰρ αὐτὸν νέον πρεσβύτῃ; quod etiam Portus vidit.

11 Ἐν δὲ ταῖς εἰκόσιν ἱστορ.] Huc pertinent verba Sorani: Ἐν δὲ ταῖς πολλαῖς εἰκόσιν ἐσκεπασμένος τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ γράφεται. ὡς μὲν τινες λέγουσιν ἐν πίλῳ, παρεπόμενοι εὐγενείας, καθάπερ Ὀδυσσεύς. ἄλλοι δὲ τῷ ἱματίῳ. καὶ τούτων οἱ μὲν, διὰ εὐπρέπειαν, ἐπεὶ φαλακρὸς ἦν· οἱ δὲ, διὰ τὸ ἀσθενὲς τῆς κεφαλῆς· οἱ δὲ, δι' ἔμφασιν, τοῦ δεῖν τὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ χωρίον φρουρεῖν· οἱ δὲ, τοῦ φιλαποδήμου τεκμήριον· οἱ δὲ, τῆς ἐν τοῖς συγγράμμασιν ἀσαφείας· οἱ δὲ, πρὸς παράστασιν τοῦ δεῖν κἂν τῇ ὑγιείᾳ φυλάσσεσθαι τὰ βλάπτοντα. τινὲς δὲ, ὅτι χειρίζων, πρὸς τὸ τὰς χεῖρας ἀπαρεμποδίστους, συμπεριλαμβάνων τὸ τοῦ ἱματίου περιττεύον ἐπετίθει τῇ κεφαλῇ. Tzetzes loco ante laudato:

——— Οὗτος δ' ἐζωγραφεῖτο
Σκέπων αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ τῷ ἱματίῳ.
Τέσσαρας τὰς αἰτίας δὲ τούτου φασὶν ὑπάρχειν.
Ἢ γὰρ ἀλγῶν τὴν κεφαλὴν, ἢ ὡς τῶν ἀποδήμων,
Ἢ ὡς δεικνὺς τοῦ λογισμοῦ ὄργανον ταύτην εἶναι,
Ἢ τὰς ἐν χειρουργίαις δεῖ χεῖρας κεφαλὰς καλύπτειν.

τὸν βασιλέα, τὸν καλούμενον Ἀρταξέρξην, γράψαι πρὸς Ὑστάνην, τοῦ ἀνδρὸς σοφίας δεόμενον. [1] Βασιλεὺς Βασιλέων μέγας Ἀρταξέρξης Ὑστάνῃ Ἑλλησπόντου ὑπάρχῳ χαίρειν. Ἱπποκράτους ἰητροῦ Κῴου, ἀπὸ Ἀσκληπιοῦ γεγονότος, εἰς ἐμὲ κλέος ἀφῖκται τέχνης. δὸς οὖν αὐτῷ χρυσὸν, ὁπόσον ἂν βούληται, καὶ τἄλλα χορήγει ὧν σπανίζει, καὶ πέμπε πρὸς ἡμέας. ἔσται γὰρ ἰσότιμος τοῖσιν ἀρίστοισι τῶν Περσέων. καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶν ἀνὴρ κατ' Εὐρώπην ἀγαθὸς, φίλον οἴκῳ βασιλέως τίθεσο, μὴ φειδόμενος ὄλβου. Ἄνδρας γὰρ εὑρεῖν δυναμένους τι κατὰ συμβουλίην οὐ ῥᾴδιον. Ἔρρωσο. [2] Αἱ μὲν οὖν γραφεῖσαι παρ' Ἱπποκράτους βίβλοι πᾶσι τοῖς μετερχομένοις τὴν ἰατρικὴν ἐπιστήμην ἔκδηλοι. καὶ οὕτως αὐτὰς κατασπάζονται, ὡς Θεοῦ φωνὰς, καὶ οὐκ ἀνθρωπίνου προελθούσας ἐκ στόματος. πλὴν τῶν ἐν πρώτοις καὶ ἡμεῖς ἀπομνημονεύσομεν. Πρώτη μὲν οὖν βίβλος, ἡ τὸν ὅρκον περιέχουσα. Δευτέρα δὲ, ἡ τὰς προγνώσεις ἐμφαίνουσα. Τρίτη, ἡ τῶν Ἀφορισμῶν ἀνθρωπίνην ὑπερβαίνουσα σύνεσιν. Τετάρτην τάξιν ἐχέτω πολυθρύλλητος καὶ πολυθαύμαστος Ἑξηκοντάβιβλος, ἡ πᾶσαν ἰατρικὴν ἐπιστήμην τε καὶ σοφίαν ἐμπεριέχουσα.

Ἱπποκράτης, Γνωσιδίκου υἱὸς, Κῷος, πατὴρ Ἡρακλείδου, τοῦ πατρὸς Ἱπποκράτους, ἰατρὸς καὶ αὐτὸς, τοῦ γένους τῶν Ἀσκληπιαδῶν· Ἰατρικήν.

Ἱπποκράτης, Θεσσαλοῦ, Κῷος, ἰατρός· ἔγγονος δὲ Ἱπποκράτους τοῦ δευτέρου, τοῦ υἱοῦ Ἡρακλείδου. ἔγραψε καὶ αὐτὸς, Ἰατρικά.

Ἱπποκράτης τέταρτος, ὁ Δράκοντος, ἰατρὸς, Κῷος καὶ αὐτὸς, τοῦ αὐτοῦ γένους, ὃς ἰάτρευσε μὲν Ῥωξάνην. [3] ὑπὸ δὲ Κασσάνδρου τελευτᾷ, τοῦ υἱοῦ Ἀντιπάτρου. ἔγραψε καὶ αὐτὸς Ἰατρικά.

Ἱπποκράτεις δύο, πέμπτος καὶ ἕκτος, ἰατροὶ, Θυμβραίου παῖδες, Κῷοι καὶ αὐτοὶ, τοῦ γένους τοῦ αὐτοῦ. ἔγραψαν ἀμφότεροι εἰς τὴν αὐτὴν ἐπιστήμην.

Ἱπποκράτης [4] ἕβδομος, Κῷος καὶ αὐτὸς, ἰατρὸς, Πραξιάνακτος παῖς, καὶ αὐτὸς ἐκ τοῦ γένους τοῦ αὐτοῦ. ἔγραψε καὶ αὐτὸς εἰς τὸν αὐτὸν τρόπον.

Ἱππομανές. οὕτω λέγεται τὸ ἐπιπεφυκὸς ἐπὶ τοῦ μετώπου τοῦ πώλου, ὅπερ εὐθέως ἡ μήτηρ κατεσθίει· ἔστι δὲ τοῦτο τῷ μεγέθει ἔλαττον ἰσχάδος, μέλαν, πλατὺ, περιφερές. ἔστι δὲ εἰς πολλὰ δόκιμον.

Ἱππομανῆ. [5] μεγάλως μαινόμενον. ἢ τὸν ἐπὶ ἵπποις μαινόμενον, καὶ ἱππικόν. ἢ πρὸς τὸν λειμῶνα ἐκληπτέον. τὸ δὲ ἵππος ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάσσεται· ὡς ἱπποσέλινον, καὶ ἱππογνώμων, ὁ μεγαλογνώμων. εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ λειμῶνος, τὸν ἄγαν ἀνθοῦντα, καὶ ἐνυδρί-

sarum Rex, qui vocabatur Artaxerxes, scriptis ad Hystanem literis, hujus viri sapientiam expetierit. *Rex Regum Magnus Artaxerxes Hystani Hellesponti Præfecto S. Artis Hippocratis, Medici Coi, ab Æsculapio oriundi, fama ad me pervenit. Da igitur ipsi tantum auri, quantum voluerit, & cætera abunde, quibus indiget, suppedita, & ipsum ad nos mitte. Erit enim Persarum Principibus honore par. Quod si quis alius est in Europa vir præstans, ejus amicitiam Regiæ familiæ concilia, nec opibus parce. Haud enim facile est invenire viros, qui consilio polleant. Vale.* Libri autem ab Hippocrate scripti omnibus medicinæ studiosis sunt notissimi, qui eos, tanquam Oracula divina non vero, ut ex ore humano profectos, venerantur. Præcipuos tamen & ipsi recensebimus. Primus igitur liber est ille, qui Jusjurandum continet. Secundus vero, qui prædictiones explicat. Tertius *Aphorismorum*, qui superat ingenium humanum. Quartum locum teneat celeberrimum illud, & valde admirabile opus, quod a LX librorum numero vocatur *Hexecontabiblus*, quod omnem medicam scientiam & sapientiam continet.

Ἱπποκράτης. Hippocrates, Gnosidici filius, Cous, pater Heraclidæ, patris Hippocratis, medicus & ipse, e familia Asclepiadarum. [Scripsit] *Artem Medicam.*

Ἱπποκράτης. Hippocrates, Thessali F. Cous, Medicus, nepos Hippocratis secundi, filii Heraclidæ. Scripsit & ipse Medica.

Ἱπποκράτης. Hippocrates quartus, Draconis F. Cous, Medicus, ejusdemque & ipse generis, qui Roxanen curavit, & sub Cassandro, Antipatri filio, e vita excessit. Scripsit & ipse Medica.

Ἱπποκράτεις δύο. Hippocrates duo, quintus & sextus, Medici, Thymbræi filii, Coi & ipsi, ejusdemque generis. Scripserunt ambo de eadem scientia.

Ἱπποκράτης. Hippocrates septimus, Cous, & ipse Medicus. Praxianactis filius, ejusdemque generis. Scripsit & ipse de eadem arte.

Ἱππομανές. Hippomanes. Ita vocatur id, quod in equini pulli fronte nascitur, quod mater statim devorat. Hoc autem est ficu minus, nigrum, latum, rotundum, & ad multa utile.

Ἱππομανῆ. Vehementer insanientem, vel, insano equorum amori deditum, & equitandi cupidissimum. Vel potest etiam esse epithetum prati. Τὸ ἵππος [in compositione] *magnum* significat: ut ἱπποσέλινον, magnum apium; & ἱππογνώμων, magna mente præditus.

1 Βασιλεὺς Βασ. μέγας Ἀρτ. Ὑστάνῃ Ἑλλ.] Hæc epistola Regis Artaxerxis exstat etiam inter epistolas, quæ sub Hippocratis nomine hodie circumferuntur.

2 Αἱ μὲν οὖν γραφεῖσαι παρ' Ἱπποκρ. βίβλοι] De Scriptis Hippocratis vide Erotianum in Præfat. ad *Collectionem vocum Hippocratis.*

3 Ὑπὸ δὲ Κασσάνδρου τελ.] Legendum forte est, ἐπὶ δὲ Κασσ- quam lectionem in versione secutus sum. Si quis autem τὸ ὑπὸ retinendum censeat, loci hujus hic erit sensus: *A Cassandro necatus est.*

4 Ἱπποκράτης ἕβδομος] Suidas hic septem Hippocrates recenset, uti & Tzetzes loco ante laudato. Octavum his addit Meursius ad Chalcidium l. I. c. VI. quem vide.

5 Ἱππομανῆ. μεγάλως μαιν.] Hæc, & quæ sequuntur, excerpsit Suidas ex Schol. Sophocl. ad *Ajacem* p. 9. v. 144.

ζοντα τῇ χλόῃ διὰ τὸ πλῆθος. ἢ ὁ εὐανθὴς, ἐφ' ᾧ οἱ ἵπποι μαίνονται. Σοφοκλῆς·

——Σὲ τὸν ἱππομανῆ
Λειμῶν' ἐπιβάντα.

Ἱππόμαχος, [1] Ἠλεῖος, καταμαχέσατο τρεῖς ἀνταγωνιστὰς, οὐδὲ πληγὴν δεξάμενος. [2] Καὶ Πολίτης τις ἐκ Κεράμου, τῆς ἐν Θράκῃ Καρίας, τὴν ἀρετὴν τῶν ποδῶν ἀναφαίνων, ἀπὸ μηκίστου, καὶ διαρκεστάτου, καὶ δι' ὀλιγίστου διὰ χαιροῦ, μεθηρμόσατο ἐπὶ τὸ βραχύτατον ὁμοῦ καὶ [3] ἥκιστον.

Ἱππομένης, [4] Ἀθηναίων ἄρχων, ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς δι' αἰτίαν τοιάνδε. Ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἣν τινα τῶν ἀστῶν τινος αἰσχύναντος λάθρα, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ εἰσέπεμπεν. πιεσθεὶς οὖν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ ἀνήλωσέ τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα ἐπισκαφείσης αὐτῷ τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο ἵππου καὶ κόρης.

Ἵππον [5] εἰς πεδίον ἄξεις. ἀντὶ τοῦ, ὅπου μοι ἐστὶ λυσιτελές.

Ἱππόπορνε. ἀντὶ τοῦ μεγαλόπορνε. [6] σπανίως γὰρ [7] Ἀριστοφάνης·

Καὶ Καλλίαν γέ φασι
Τὸν Ἱπποβίνου
Κύσθου λεοντῆν ναυμαχεῖν ἐνημμένον.

Παρεγραμμάτισε διὰ τὴν ἀσέλγειαν παρὰ τὸ Ἱππονίκου εἰς πορνομανῆ. τὸ δὲ ἵππος πολλαχοῦ ἐπὶ τοῦ μεγάλου λαμβάνουσιν· ἱππόπορνε. Κωμῳδεῖται δὲ ὁ Καλλίας πανταχοῦ, ὡς σπαθῶν τὴν πατρικὴν οὐσίαν, καὶ μάλιστα ἐπὶ γυναιξὶ μεμηνώς. ὀνοματοποιεῖ δὲ πάντα πρὸς μαλακίαν αὐτοῦ.

Ἱπποπόταμοι. ζῶα ἀδικώτατα. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀντιπελαργεῖν.

Ἵππος. Δέξιππος· Ὁ δὲ ἵππος αὐτῷ ἤσκητο ἄρα καὶ ἄνευ ἡνίας ἐλαυνόμενός τε ὠκύτατα φέρεσθαι, καὶ βάδην περιιόντος πρᾳότατα ἵστασθαι, καὶ ἐκκλίνοντος, ὅπως περιιόνται, καὶ κυκλώσονται, εὐκαμπέστατα ἐπιστρέφειν.

Ἵπποι [8] μὲν σφηκῶν γένεσις· ταῦροι δὲ, μελισσῶν.

Ἵππους [9] μελαίνας οὐ καλὸν πάντως βλέπειν.

Si autem prato tribuatur, significabit pratum valde florens, & herba viridi luxurians. Vel pulchre florens, quo equi valde exhilarantur. Sophocles:

——*Te ingenti furore percitum*
Pratum ingressum esse.

Ἱππόμαχος. Hippomachus Eleus tres adversarios vicit, ne plaga quidem accepta. Et quidam, nomine Polites, ex Ceramo, Thraciæ Cariæ oppido, singularem pedum pernicitatem ostendit. Quod enim curriculi spatium multo longiori tempore ante confici solitum fuerat, ad brevissimum ipse & minimum tempus contulit.

Ἱππομένης. Hippomenes, Atheniensium Prætor, qui Magistratu hac de causa motus est. Erat ei filia, quam cum civium quidam clam vitiasset, iratus [Hippomenes] religatam cum equo in carcere conclusit, neutri alimentum subministrans. Equus igitur urgente fame impetu in puellam facto eam consumpsit, neque secius ipse postmodum fame periit. Itaque cum domus ejus postea solo æquata fuisset, locus ille *equi & puellæ* inde appellatus est.

Ἵππον. *Equum in planiciem duces.* Id est, in locum, qui mihi conducit.

Ἱππόπορνε. Magne scortator. Aristophanes:

Et Calliam dicunt, Hippobini filium, pudendi muliebris pelle, tanquam exuviis leonis indutum, navalem pugnam pugnasse.

Facta autem quarundam literarum mutatione allusit ad Hipponici carmen in quendam, qui insano meretricum amore flagrabat. Vocem autem ἵππος [in compositione Græci] sæpe pro *magno* sumunt, ut ἱππόπορνε, magne scortator. Callias autem ubique perstringitur a Comicis, ut bona paterna dilapidans, & mulierũ amoribus maxime addictus. Hæc autẽ nomina omnia ad illius molliciẽ indicandã finxit.

Ἱπποπόταμοι. Hippopotami. Animalia injustissima. Quære in Ἀντιπελαργεῖν.

Ἵππος. Equus. Dexippus: *Ejus equus ita institutus erat, ut & sine habenis velocissime ferretur, & illo pedetentim procedente, placidissime staret, & declinante, ut locum aliquem circumiret, agillime se converteret.*

Ἵπποι μὲν σφ. *Ex equis generantur vespæ: ex tauris vero, apes.*

Ἵππους μελ. *Equos nigros videre minime bonum est.*

1 Ἱππόμαχος Ἠλ. καταμαχ. τρ. ἀντ. οὐδὲ πλ. δεξ.] Hæc descripsit Suidas ex Pausan. *Eliac. Poster.* c. XII. p. 481. ut Pearsonius quoque ad marginem codicis sui annotaverat.

2 Καὶ Πολίτης τις ἐκ Κεράμου τῆς ἐν Θρ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur apud Pausaniam *Eliac. Poster.* c. XIII. p. 482. unde ea Suidas deprompsit. Cæterum, illic non de Hippomacho, sed Polite quodam Cerameusi agitur: unde apparet, ea ad hunc locum minime pertinere.

3 Ἥκιστον] Apud Pausaniam loco laudato legitur ὤκιστον.

4 Ἱππομένης, Ἀθην. ἄρχων, ὃς ἐξέπ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Nicolai Damasceni apud Constantin. Porph. in Excerptis, a Vales. editis, p. 446. unde Suidas ea mutuatus est. Confer eadem Excerpta p. 230. item Suidam infra v. Παρ' ἵππον, & Meurs. *de Archont. Athen.* l. 1. c. VI.

5 Ἵππον εἰς πεδ.] Vide supra v. Ἱππέας.

6 Σπανίως γὰρ] Has duas voces delendas censeo. Sunt enim supervacaneæ, nec ad sensum loci hujus quicquam faciunt.

7 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* p. 147. ubi vide Scholiastam, ex quo Suidas sua hausit. *P.*

8 Ἵπποι μὲν σφηκ. γ.] Est versus Nicandri in *Theriacis*, qui legitur etiam Anthol. l. 1. p. 125. Vide etiam supra v. Βούπαις.

9 Ἵππους μελαίνας οὐ κ.] Duo hi senarii Oneirocritici descripti sunt ex Astrampsycho.

"Ιππων δὲ λευκῶν ὄψις, [1] ἀγγέλων φάσις.

Τὸ ἵππους τρέφειν δοκεῖ δαπανηρὸν εἶναι. [2] ὅθεν καὶ τῇ Λακωνικῇ παροιμίᾳ κεῖται. καὶ γὰρ δὴ τούτους οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐν κατάραις ἔθεσαν μέρει. ἔστι δὲ αὕτη. Οἰκοδομά σε λάβοι, καὶ ἀμβολὰ, ὅ, τε ἵππος, καὶ ἁ γυνά τοι μοιχὸν ἔχοι· ὡς τούτων πάντων δαπανηρῶν ὄντων καὶ ἐπιζημίων.

"Ιππος [3] Νισαῖος. [4] Μεταξὺ τῆς [5] Σουσιανῆς καὶ τῆς Βακτριανῆς τόπος ἐστὶ [6] Καταστιγόνα, ὅπερ Ἑλλάδι γλώσσῃ Νῖσος καλεῖται. ἔνθα ἵπποι διάφοροι γίνονται. οἱ δὲ ἀπὸ Ἐρυθρᾶς θαλάσσης. εἶναι δὲ ξανθὰς πάσας. [7] ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῆς Μηδείας τὸν τόπον εἶναι Νισαῖον. ὁ δὲ Πολέμων κακῶς φησι λευκὸν ἵππον Νισαῖον. ἐν δὲ Δικτύϊ Ὀρφεὺς λέγει· Ἡ Νίσα τόπος ἐστὶν ἐν Ἐρυθρᾷ κείμενος.

Ἱπποσύνη. ἡ περὶ τοὺς ἵππους ἐμπειρία.

Ἱπποστράτηγος [8] Ἀλεξάνδρου Ἀλκέτας ἦν.

Ἱππότης. ἱππεύς. ἔφιππος. Εἶδε νεκρὸν κείμενον ἱππότην ἄριστον, καὶ κατὰ χεῖρα πλῆξαι δυνάμενον, κείμενον αὐτῷ τῷ ἵππῳ.

Ἱππούμενος. πιεζόμενος. ἀναγκαζόμενος. [9] Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν· Ἱππούμενος ταῖς συμφοραῖς.

"Ιππουριν. τὴν ἐξ ἱππείων τριχῶν κατεσκευασμένον λόφον ἔχουσαν.

Ἱπποφορβός. ἱπποβοσκός. φορβὴ γὰρ ἡ τροφή. καὶ Ἱπποφόρβιον, ἔνθα οἱ ἵπποι τρέφονται.

"Ιπτω. βλάπτω. [10] Μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχαιῶν. Ἰπῶ δὲ περισπωμένως, ἀντὶ τοῦ θλίβω. καὶ Ἀριστοφάνης· Ἰπούμενος ταῖς συμφοραῖς.

"Ιππῳ [11] γηράσκοντι τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε. ἐπὶ τῶν [12] διὰ γῆρας δεομένων ῥᾳστώνης τινὸς καὶ ἀναπαύλης.

"Ιππων, [13] "Ιππωνος. [14] σημαίνει δὲ καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ οἱ ἵπποι ἵστανται.

Ἱππῶναξ, πατρὸς Πύθεω, καὶ μητρὸς Πρωτίδος, Ἐφέσιος, Ἰαμβογράφος. ᾤκησε δὲ Κλαζομενὰς

At equorum alborum conspectus nuntiorum adventum significat.

Equos alere, sumptuosum putatur: cujus proinde rei etiam mentio fit in formula illa imprecandi, quæ apud Lacedæmonios usitata erat: *Amor ædificandi te capiat, & procrastinationi indulgeas, & equos alas, & uxor tua adulterum habeat.* Hæc enim omnia sumptuosa & damnosa putantur.

"Ιππος Νισαῖος. Equus Nisæus. Inter Susianam & Bactrianam locus est Catastigona, qui Græca lingua Nisus vocatur. Hic equi nascuntur excellentes. Alii vero [dicunt hunc locum situm esse] juxta mare rubrum, & omnes illos equos esse rufos. Herodotus auctor est, Nisum esse locum in Media. Polemo vero male dicit, equum Nisæum esse album. Orpheus in *Dictye* inquit: *Nisa est locus ad mare rubrum situs.*

Ἱπποσύνη. Ars equitandi. Equitandi peritia.

Ἱπποστράτηγος. Equitum dux. *Alcetas erat Alexandri equitum Dux.*

Ἱππότης. Eques. Insidens equo. *Vidit mortuum humi jacentem equitem præstantissimum, & manu fortem, strenuumque, jacentem una cum equo.*

Ἱππούμενος. Pressus. Coactus. Aristoph. in *Equitibus: Pressus calamitatibus.*

"Ιππουριν. [Galeam,] quæ cristam ex equinis setis confectam habet.

Ἱπποφορβός. Equorum pastor. Φορβὴ enim pabulum significat. Et Ἱπποφόρβιον, locus in quo equi aluntur.

"Ιπτω. Lædo. Noceo. *Valde vero læsisti populum Achivorum.* Ἰπῶ vero circumflexo notatum significat premo. Aristophanes: *Pressus calamitatibus.*

"Ιππῳ γηράσκ. *Equo senescenti notam rotulæ inure.* Dicitur de iis, qui propter senectutem aliqua relaxatione & quiete indigent.

"Ιππων, "Ιππωνος. Hippon, Hipponis, [nomen proprium. At ἱππών, ῶνος,] stabulum equorum.

Ἱππῶναξ. Hipponax, patris Pytheæ, & matris Protidis filius, Ephesius, & Jamborum

1 Ἀγγέλων φάσις] Apud Astrampsychum legitur ἀγγέλων φράσις.

2 Ὅθεν καὶ τῇ Λακωνικῇ παροιμ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam supra v. Ἀμβολάς, & v. Δακνόμενος.

3 Νισαῖος] Sunt, qui vocem hanc per η efferant, Νησαῖος scribentes, ut Stephanus Byzantius v. Νησαῖον πεδίον, Hesychius, v. Νησαίας ἵππους, Arrianus *de Expedit. Alex. M.* l. VII. p. 468. & Dio Chrysostomus in *Borysthenitica*. Herodotus vero Νισαῖος per ι scribit, & plures alii scriptores; de qua διχογραφίᾳ vide Salmasium ad Solinum p. 842. & Valesium ad Amm. Marcell. l. XXIII. p. 269.

4 Μεταξὺ τῆς Σουσ. καὶ τῆς Βακτρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque διάφοροι γίνονται, ad verbum etiam leguntur apud Hesych. v. Νησαίας.

5 Σουσιανῆς] Salmasius ad Solinum loco ante laudato reponit Συγδιανῆς, quem vide.

6 Καταστιγόνα] Apud Hesychium corrupte legitur κατὰ στιγῶνα, qui proinde hinc emendandus est.

7 Ὁ δὲ Ἡρόδοτος τῆς Μηδείας τὸν τ.] Locus Herodoti, quem Suidas respicit, exstat l. VII. p. 253.

8 Ἱπποστράτηγος Ἀλεξ. Ἀλκέτας ἦν] Vide supra v. Ἀλκέτας, ubi idem vocatur ὑποστράτηγος Ἀλεξ. Sed ἱπποστράτηγος veram lectionem esse non dubito.

9 Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν] Pag. 344. (241. Edit. Bas. ut Portus observavit) ubi sic legitur:

Δύστηνος ἐγὼ κακῶν δίκην
Ἱππούμενος ταῖς εἰσφοραῖς.

Notandum autem, apud Pollucem l. VII. c. IX. ubi iidem versus leguntur, & Cratino tribuuntur, itidem legi συμφοραῖς, ut hic apud Suidam.

10 Μέγα δ' ἴψαο λαὸν Ἀχ.] Ex Homer. Il. A. v. 454.

11 "Ιππῳ γηράσκοντι τὰ μ.] Equis senescentibus & ætate confectis olim apud Græcos nota rotulæ inuri solebat, idque ideo, ne quis eos ad bellicos usus amplius adhiberet. Nota illa vocabatur τροχίππιον. Hesychius: Τροχίππιον. τὸν χαρακτῆρα, τὸν ἀπὸ τῆς Βουλῆς ἐν ταῖς δοκιμασίαις τοῖς ἀδυνάτοις καὶ πεπηρωμένοις, ἵνα μηκέτι στρατεύωνται τὸ παλαιὸν ἐκάλουν τροχίππιον. Τροχὸς δὲ ἦν ὁ ἐπιβαλλόμενος χαρακτὴρ τῇ γνάθῳ τῶν ἵππων. Loco huic Hesychii quædam desunt. Nam post πεπηρωμένοις omnino addendum est, τῶν ἵππων ἐπιβαλλόμενον, ut recte monuit Petitus *de Leg. Attic.* Idem alibi: "Ιππου τροχός. τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐχάραττον ἐπὶ τὴν γνάθον σημεῖον, τροχοῦ σχῆμα ἔχον. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ τροχίππιον. Hinc ergo apparet, quid in hoc proverbio significent verba illa, τὰ μείονα κύκλ' ἐπίβαλλε. Apud Zenobium male legitur τὰ μείονα κύκλ' ἐπ. pro quo ex hoc loco Suidæ reponendum est κύκλ' ἐπίβαλλε.

12 Διὰ γῆρας] Hinc emenda Zenobium, apud quem corrupte legitur οἱ ἄκρας.

13 "Ιππων, "Ιππ.] Est nomen proprium viri cujusdam impii, cujus meminit Eustath. ad Homer. p. 1224. P.

14 Σημαίνει δὲ καὶ τὸν τόπον, ἐν ᾧ οἱ ἵπ.] Sed tunc scribendum esse ἱππὼν, ῶνος, vel pueris notum est.

ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρα καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς. γράφει δὲ [1] πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο.

Ἵπταται. πέταται.

Ἴπτω. βλάπτω. αἰτιατικῇ.

Ἵππυς, [2] Ῥηγῖνος, ἱστορικός, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Περσικῶν, καὶ πρῶτος ἔγραψε τὰς Σικελικὰς πράξεις, ἃς ὕστερον Μύης ἐπετέμετο. Κτίσιν Ἰταλίας. Σικελικῶν βιβλία ε. Χρονικὰ ἐν βιβλίοις ε. [3] Ἀργολογικῶν γ΄. [4] Οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν, καὶ χωλίαμβον, καὶ ἄλλα.

Ἱρά. ἐκκλησία, καὶ πληθυντικόν, Ἱραί. Ἱράων προπάροιθεν. [5] Ὅμηρος.

Ἱρέων. [6] ἐθνικόν.

Ἱρεῖον. θυσία.

Ἱρεῖς. ἐθνικόν.

Ἱρή. πόλις.

Ἶρις. [7] νέφους ὑγρότητος κατ' ἔμπτωσιν ἡλίου πεποικιλμένου, οἷον τὸ τόξον. ἢ αὐγαὶ ἀφ' ὑγρῶν νεφῶν ἀνακεκλασμέναι. ἢ ἔμφασις ἡλίου τμήματος, ἢ σελήνης, ἐν νέφει δεδροσισμένῳ, κοίλῳ, καὶ συνεχεῖ πρὸς φαντασίαν, ὡς ἐν κατόπτρῳ φανταζομένη, κατὰ κύκλου περιφέρειαν. τῆς Ἴριδος τὸ χλωρόν, ἀέρος σημαντικόν· τὸ πυρρόν, πνευμάτων· τὸ δὲ μελανίζον, ὑδάτων.

Ἶρις. ἀρσενικόν, ὄνομα ποταμοῦ. θηλυκὸν δὲ σημαίνει τὴν ἄγγελον τῶν θεῶν.

Ἶρος. ὁ πτωχός. διὰ μακροῦ τοῦ ι. Ἱρὸς δέ, ὁ ἱερός, κατὰ κρᾶσιν.

Χῶρος δ' [8] ὅδ' ἱρός, ὡς ἀπεικάσαι, βρύων

Δάφνης, ἐλαίας, ἀμπέλου· [9] πυκνόπτεροι

Δ' εἴσω κατ' αὐτὸν εὐστομοῦσ' ἀηδόνες.

Ἱρῶν μηνίσας. παρὰ [10] Ὁμήρῳ.

Ἵρτιος. ὄνομα κύριον.

Ἶς. δύναμις. νεῦρα.

Ἴσα. πόλις. ἶσα δέ, τὰ ὅμοια.

Ἴσσα. ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν ζ λαχόντων, καὶ ὅλως

scriptor. qui Clazomenis habitavit, a tyrannis Athenagora & Coma pulsus. Scripsit in Bupalum & Athenidem statuarios, quod imagines suas ludibrii & contumeliæ gratia effinxissent.

Ἵπταται. Volat.

Ἴπτω. Lædo. Accusativo.

Ἵππυς. Hipys, Rheginus, Historicus, qui tempore bellorum Persicorum vixit, & primus res Siculas scripsit, quas postea Myes in compendium redegit. Item, *Origines Italiæ. Sicularum rerum* libros v. *Chronicorum* libros v. *Argolicorum* libros III. Hic etiam primus Parodiam, & Choliambum, & alia scripsit.

Ἱρά. Concio. Et pluralis, Ἱραί, conciones. *Ante conciones [sedentes.]* Homerus.

Ἱρέων. Hirensium. Gentile nomen.

Ἱρεῖον. Sacrificium. Victima.

Ἱρεῖς. Hirenses. Gentile nomen.

Ἱρή. Hira. Urbs.

Ἶρις. Iris. Nubes humida, quæ ob incidentes Solis radios variorum colorum speciem præbet, & arcui similis est. Vel splendor, ex nubibus humidis reflexus. Vel species Solis, sive Lunæ particulæ, quæ in nube rorante, cava, & continuata visui objicitur, sicut in speculo, ad circuli orbem assimulata. Iridis color viridis, aerem significat; ruber, ventos; niger, aquas.

Ἶρις. Iris, cum est masculini generis, significat nomen fluvii. Cum vero fœminini generis, denotat Iridem, Deorum nuntiam.

Ἶρος. Irus, mendicus, Ἱρὸς vero, sacer, per crasin, pro ἱερός.

Locus autem hic sacer est, ut conjicere licet, plenus
Lauro, olea, vite. In quo etiam densis pennis tectæ
Suaviter canunt lusciniæ.

Ἱρῶν μηνίσας. Sacrorum causa iratus. Apud Homerum.

Ἵρτιος. Hirtius. Nomen proprium viri.

Ἶς. Robur. Nervi.

Ἴσα. Isa. Urbs. Ἶσα vero, paria, similia.

Ἴσσα. Issa. Vox, quæ dicitur in eos, qui-

1 Πρὸς Βούπαλον] Vide Horatium *Epod.* VI. & Anthol. l. III. p. 393. itemque Suidam supra v. Βούπαλος.

2 Ἵππυς, Ῥηγῖνος, ἱσ.] Vide de eo Vossium *de Histor. Gr.* l. IV. c. III. Meminit hujus scriptoris Stephanus Byzant. v. Ἀρκάς: ubi Ἵππυς vocatur.

3 Ἀργολογικῶν] Sic quidem omnes Edit. habent. Sed cum viris doctissimis Lil. Gyraldo, & Joh. Ger. Vossio malim legere Ἀργολικῶν.

4 Οὗτος πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν, καὶ χωλίαμβον, καὶ ἄλλα] Quid Hipyi cum parodiis & Choliambis, qui historicus fuit non poeta? Aut, quis veterum scriptorum de Hipye memoriæ prodidit, cum Choliambis primum usum fuisse, quorum inventionem Hipponacti tribui constat? Quare, ut Lectori breviter sententiam meam de loco hoc exponam, existimo, verba hæc incuria librariorum sede sua mota esse, & annecti debere articulo præcedenti Ἱππῶναξ, quoniam de Hipponacte, ut diximus, scriptores testantur, eum carminis Choliambici, vel Scazontis, inventorem fuisse. Hephæstion *de Metris*, p. 16. Ἔστι ἐπίσημον ἐν τοῖς ἀκαταλήκτοις (Ἰαμβικοῖς) καὶ τὸ Χωλὸν καλούμενον· οὗ τινὲς μὲν Ἱππώνακτα, τινὲς δ' Ἀνανίαν φασὶν εὑρετήν. i. e. *Inter (Iambica) acatalecta celebre etiam est Choliambicum vocatum; cujus inventorem alii quidem Hipponactem, alii vero Ananium fuisse tradunt.* Clemens Alexandrinus *Strom.* l. I. p. 226. Ναὶ μὴν Ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος· χωλὸν δὲ Ἴαμβον Ἱππῶναξ ὁ Ἐφέσιος. i. e. *Sane quidem Iambum excogitavit Archilochus Parius; claudum vero Iambum Hipponax Ephesius.* Plura auctorum loca huc spectantia accumulare possem; sed hæc ad probandam conjecturæ meæ veritatem sufficere arbitror.

5 Ὅμηρος] Il. Σ. v. 531.

6 Ἱρέων. ἐθν.] Vide Stephanum Byzantium v. Ἱρά.

7 Ἶρις. νέφους ὑγ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad κατὰ κύκλου περιφέρειαν, leguntur apud Laertium in *Zenone*, l. VII. Segm. CLII. unde ea Suidas descripsit. Vide etiam Scholiastam Arati ad Διοσημ. p. 120. & 121. ubi veterum quorundam Philosophorum de Iride sententias recenset.

8 Χῶρος δ' ὅδ' ἱρός, ὡς ἀπ.] Hæc leguntur apud Sophoclem in *Oedip. Colon.* p. 271. *P.*

9 Πυκνόπτεροι] Apud Sophoclem hodie legitur πυκνόπτεροι; quod magis probo.

10 Παρὰ Ὁμήρῳ] Il. E. v. 178.

δοπρα-

δυσπραγούντων. ἔστι καὶ ἐν [1] Μεσσανίᾳ Μενάνδρου καὶ ἑτέρωθι.

Ἰσαάκ. ὄνομα κύριον. [2] Ἐπιξενωθεὶς ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, ἐπηγγείλατο τέξεσθαι Σάῤῥαν αὐτῷ παῖδα. ἡ δὲ ἐμειδίασε, καὶ Ἰσαὰκ τὸ γεννηθὲν προσηγορεύθη φερωνύμως τῷ μεθ' ἡδονῆς γέλωτι κατὰ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον.

Ἶσα [3] βαίνων Πυθοκλεῖ. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου· ἀντὶ τοῦ, ζῶν ἀεὶ, καὶ μηδὲ βραχὺ ἀφιστάμενος. καὶ Μένανδρος· Παρ' αὐτὸν ἶσα βαίνουσα ἑταίρα πολυτελής.

Ἶσα γὰρ ἀληθῶς φαίνεταί μοι ψεύδεσιν. ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλων πραγμάτων, καὶ δυσελπίστων, [4] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι.

Ἰσάγγελος. ἴσος ἀγγέλῳ.

Ἰσακίῳ. ἀνδρείῳ.

Ἴσακος. Ἑλληνιστὶ εἴρηται ὁ Ἰσαάκ.

Ἴσαμεν. καὶ ἴσασι, γινώσκουσι.

Ἴσαν. ἐπορεύθησαν. παρ' Ὁμήρῳ, καὶ [5] μόνον σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἔγνωσαν.

Ἴσας [6] δ' [7] ἰσμίνη κεφαλὰς ἔχον. Ἡ τῶν Ἑλλήνων φησὶ, καὶ ἡ τῶν Βαρβάρων μάχη ἰσοκέφαλος ἦν.

Ἴσασι, γινώσκουσιν.

Οἱ [8] γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χεροῖν
Ἔχοντες, οὐκ ἴσασι πρὶν τις ἐκβάλῃ.

Ἴσαυροι. ἐν τῷ Βρύχιος.

Ἴσατο. [9] καθίδρυσεν.

Ἰσδιγέρδης. ὄνομα κύριον.

Ἰσραηλίτης. Ἑβραῖος.

Ἰσαῖος. [10] εἷς μὲν ἐστι τῶν δέκα ῥητόρων, μαθητὴς δὲ Ἰσοκράτους, διδάσκαλος δὲ Δημοσθένους, Ἀθηναῖος τὸ γένος. Δημήτριος δὲ Χαλκιδέα φησὶν αὐτὸν εἶναι. Οὗτος ἐπαινεῖται καὶ ὡς ῥήτωρ, καὶ [11] ὡς Δημοσθένην ἀμισθὶ προσαγαγών.

Ἰσαίου [12] τοῦ ῥήτορος νεωτέρου ἀσωτευομένου, ὕστερον δὲ σωφρονήσαντος, ἤρετο αὐτόν τις· Τίς ἄριστος τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν ὀρνέων εἰς βρῶσιν; πέπαυμαι, ἔφη ὁ Ἰσαῖος, ταῦτα σπουδάζων. ξυνῆκα γὰρ τοὺς Ταντάλου κήπους τρυγῶν· ἐνδεικνύμενος δή που τῷ ἐρομένῳ ταῦτα, ὅτι σκιὰ καὶ ὀνείρατα αἱ ἡδοναὶ πᾶσαι.

bus litera Z forte obvenit, & qui modis omnibus sunt infelices. Legitur in *Messania* Menandri, & alibi.

Ἰσαάκ. Isaac. Nomen proprium. Deus hospitio exceptus ab Abrahamo, ei promisit fore, ut Sara filium ipsi pareret. Illa vero risit, & inde filius ejus appellatus est Isaac, quæ vox Hebraica lingua *suavem risum*, significat.

Ἶσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Demosthenes in Orat. contra Æschinem. Id est, cum eo semper versans, & ne minimum quidem ab eo recedens. Et Menander: *Meretrix sumptuosa, quæ semper cum eo erat.*

Ἶσα γὰρ ἀλ. *Hæc enim revera mihi mendaciis similia videntur.* Aristophanes *Avibus*. Dicitur de rebus dubiis, & quæ vix sperari possunt.

Ἰσάγγελος. Similis Angelo.

Ἰσακίῳ. Forti.

Ἴσακος. Isacus. Sic Græce vocatur Isaac.

Ἴσαμεν. Scimus. Et Ἴσασι, sciunt.

Ἴσαν. Iverunt. Apud Homerum. Significat etiam cognoverunt.

Ἴσας ἰσμίνη κεφ. *Paria autem in pugna capita habebant.* Id est, Græcorum & Barbarorum acies pari numero militum constabat.

Ἴσασι. Cognoscunt.

Nam homines mali, bonum manibus
Tenentes, id non intelligunt, antequam alter id eis excusserit.

Ἴσαυροι. Isauri. Vide in Βρύχιος.

Ἴσατο. Collocavit. Posuit.

Ἰσδιγέρδης. Isdigerdes. Nomen proprium.

Ἰσραηλίτης. Hebræus.

Ἰσαῖος. Isæus, unus decem Oratorum, discipulus Isocratis, & magister Demosthenis, genere Atheniensis. Demetrius vero dicit ipsum esse Chalcidensem. Hic laudatur, & ut Orator, & quod Demosthenem sine mercede instituerit.

Ἰσαίου τοῦ ῥήτ. Isæum Oratorem, in adolescentia quidem prodigum & luxuriæ deditum, postea vero ad bonam frugem se recipientem, quidam interrogavit, quis piscis, & quæ avis esu esset suavissima. Cui ille: *Desii*, inquit, *his rebus studere, quoniam intellexi, me Tantali hortos vindemiasse.* Quibus verbis indicare voluit illi, qui hæc percontabatur, omnes voluptates umbræ & somnio similes esse.

1 Ἐν Μεσσανίᾳ] Hanc fabulam Suidas alibi Μεσηνίαν vocat.

2 Ἐπιξενωθεὶς ὁ Θεὸς τῷ Ἀβρ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἀβραάμ.

3 Ἶσα βαίνων Πυθοκλεῖ Δημοσθένης ἐν τ.] Ex Harpocratione. Eodem proverbio usus est Athen. l. v. p. 213. ubi inquit: Καὶ παρελθὼν ὁ περιπατητικὸς εἰς τὴν ὀρχήστραν, ΙΣΑ ΒΑΙΝΩΝ ΠΥΘΟΚΛΕΙ, εὐχαρίστησέ τε τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ἔφη. Ad quem locum Casaubonus hæc notat: "Assentior Suidæ, ἶσα βαίνειν τινὶ "esse, moribus atque ingenio cum aliquo conspirare. In hoc ta-"men proverbio aliter accipiendum, pro tanto fastu ac pompa in-"cedere, ac faceret Pythocles: quod Græci σοβεῖν dicunt. Vel "pro vivere alicujus moribus. Βαίνειν a consequenti est βιοῦν. Sic "ἁβρὰ βαίνειν, dicebant pro molliter & delicate vivere". Hæc Casaubonus.

4 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 413. P.

5 Καὶ μόνον.] Hæc verba sunt somnium inepti cujusdam hominis. Nihil enim ad hunc locum faciunt: imo falsa penitus sunt, si hæc ita intelligere velis, quasi apud Homerum solum vox ἴσαν pro ἐπορεύθησαν legatur.

6 Ἴσας δ' ἰσμίνη κεφαλὰς ἔχεν] Hæc sunt verba Homeri Il. Λ. v. 72. ad quem locum vide veterem Scholiastam & Eustathium.

7 Ἰσμίνη] Lege Ὑσμίνη, ut apud Homerum.

8 Οἱ γὰρ κακοὶ γνώμαισι, τἀγαθὸν χερ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace* p. 56. v. 975. ut Portus monuit.

9 Ἴσατο] Pro εἵσατο. Vide supra h. v.

10 Ἰσαῖος. εἷς μ.] De hoc vide Dionys. Halicarnass. in Tractatu περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων; Plutarchum in opusculo περὶ τῶν δέκα Ῥητόρων; Philostratum l. 1. *de Vitis Soph.* p. 513. & Photium Cod. CCLXIII.

11 Ὡς Δημοσθένην ἀμισθὶ πρ.] Vide Plutarch. in *Demosthene* p. 848.

12 Ἰσαίου τοῦ ῥήτ. νεωτ. ἀσωτ. ὕστερον δὲ σωφρ.] Articulum hunc descripsit Suidas ex Philostr. *de Vitis Soph.* p. 512. ut Pearsonius observavit.

Ἰσαῖος. ὁ πολίτης.

Ἰσαιὼν, ῶνος. ὄνομα κύριον.

Ἴσαι [1] ψῆφοι. ἐπὶ τῶν παρ' ὀλίγον ἐν τοῖς δικαστηρίοις ἁλισκομένων. ἀπελύοντο γὰρ οἱ διωκόμενοι ὑπὸ τῶν δικαζομένων, ἂν ἴσαι γένωνται ψῆφοι, [2] ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκαλούμενος· [3] Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Ἕτερος δὲ πλεύσας ἰδιώτης εἰς Ῥόδον, ὅτι τὸν [4] φόβον ἀνάνδρως ἤνεγκε, πρώην μέν ποτε εἰσηγγέλθη, καὶ ἴσαι αἱ ψῆφοι αὐτῷ ἐγένοντο. [5] εἰ δὲ μία ψῆφος ὑπερέπεσεν, ὑπερώριστο ἄν, καὶ ἀπέθανεν.

Ἴσαι ψῆφοι. [6] Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται. ὑπερβολικῶς εἴρηται. ὅταν γὰρ αἱ ψῆφοι ἴσαι ἐγίνοντο, ἀπελύετο ὁ κατηγορούμενος.

Ἰσηγορεῖ. ἐπίσης λέγει.

Ἰσολογεῖ. Πολύβιος· Οὔσης δημοκρατίας παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, καὶ τῶν μὲν ἀξιολόγων ἀνδρῶν πεφυγαδευμένων, τῶν δὲ κατακεκληρουχημένων τὰς τούτων οὐσίας ἐπικρατούντων τῆς πολιτείας, δυσχερῶς ὑπέφερον τὴν τούτων ἰσηγορίαν οἱ μένοντες τῶν ἀρχαίων πολιτῶν.

Ἰσηλίκων. τῆς αὐτῆς ἡλικίας. Γυναικῶν ἰσηλίκων χορὸν ἑαυτῇ περιχέασα (γηραιαὶ αὗται, χορὸς θεοφιλής, καὶ καθεῖσαι τὰς παλαιὰς ἐκείνας κόμας) ἐθεοκλύτουν.

Ἴσημι. γινώσκω.

Ἰσίδωρος πρεσβύτης, ὁ Πηλουσιώτης, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, φιλόσοφός τε καὶ ῥήτωρ. [7] Ἐπιστολὰς ἑρμηνευούσας τὴν θείαν γραφὴν γ γέγραφε, καὶ ἄλλα τινά.

Ἰσίδωρος [8] φιλόσοφος· ὃς ἐφιλοσόφησε μὲν ὑπὸ τοῖς ἀδελφοῖς, εἴπερ τις ἄλλος, ἐν τοῖς μαθήμασιν· ἐπιμελής τε καὶ ἐν ἱεροῖς, καὶ τὰ πρὸς ταῦτα κατασκευάζειν ἅπαντα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἱκανώτατος εἰς ὑπερβολήν. ἐμοί τε δοκεῖν τὴν ζωὴν μὲν ἦν φιλόσοφος, [9] τὰ δὲ πρὸς ἐπιστήμην οὐ διεξητασμένος· ἀγύμναστος ἂν μᾶλλον, ἢ ἀφυὴς τὰ διαλεκτικά. νέῳ δὲ ὄντι θαυμαστόν τι συμβέβηκεν. [10] ἀδελφῆς γὰρ υἱὸς αὐτοῦ, καὶ ἡλικιώτης, ἔτη ιη' γεγονώς, ἐπιδειξάμενος εὐθὺς ἐκ νέας φύσεώς τινα ῥώμην δαιμονίαν, ἀπὸ τοῦ τέγους πεσὼν ἐτελεύτα παραχρῆμα τὸν βίον· καὶ πένθους ἐπ' αὐτῷ μεγάλου συνεστῶτος, ἐπιφοιτῶν ἐνύπνιος τῷ Ἰσιδώρῳ, τοῦτον παρεμυθεῖτο.

Ἰσαῖος. Civis Isæ urbis.

Ἰσαιὼν, ῶνος. Isæon. Nomen proprium.

Ἴσαι ψῆφοι. Paria suffragia. De iis, qui condemnationem in judicio vix evaserunt. Rei enim a Judicibus absolvuntur, si pares sint sententiæ. Æschines in Oratione contra Ctesiphontem: *Alius vero quidam privatus, in Rhodum navigans, ob timiditatem viro generoso indignam, nuper criminis publici accusatus est, & pares sententias habuit. Quod si vel una sententia ad reliquarum numerum accessisset, vel exilio, vel morte mulctatus fuisset.*

Ἴσαι ψῆφοι. Paria suffragia. *Pereat, quamvis paria suffragia fuerint.* Hoc hyperbolice dictum est. Quum enim suffragia paria erant, reus absolvebatur.

Ἰσηγορεῖ. Pari dicendi libertate fruitur.

Ἰσολογεῖ. Pari dicendi jure fruitur. Polybius: *Cum Democratia apud Messenios obtineret, & clarissimi quique viri in exilium pulsi essent; illi vero, qui eorum bona inter se diviserant, Reip. præessent, veteres cives, qui in urbe remanserant, ægre ferebant, eos æquo secum jure gaudere.*

Ἰσηλίκων. Æqualium. *Cum autem mulierum æqualium choro circumfusa esset (erant autem hæ matronæ natu grandes, chorus Deo charus, & quarum veteres comæ demissæ erant) Deum invocarunt.*

Ἴσημι. Scio. Cognosco.

Ἰσίδωρος. Isidorus senex, Pelusiota, vir clarissimus, Philosophus, & Orator. Scripsit epistolas 3000, quibus sacram Scripturam interpretatur.

Ἰσίδωρος. Isidorus Philosophus, qui sub fratribus, si quis alius, in disciplinis philosophice se exercuit, & sacrorũ valde studiosus fuit, & omnia, quæ ad ea pertinebant, ut uno verbo dicã, summa dexteritate tractare & perficere norat. Ac (ut mihi quidem videtur) vita fuit Philosophus, scientia vero non satis excultus, & in Dialecticis inexercitatus magis, quam hebes. Ipsi vero adolescenti mirum quiddam accidit. Nam ejus æqualis, & ex sorore nepos, annos xviii natus, statim a prima ætate divinam quandam ingenii vim præ se ferens, de tecto delapsus, repente vitam finivit. Cum autem ingenti luctu eum omnes prosequerentur, in somnis ad Isidorum accessit, & eum consolatus est.

1 Ἴσαι ψῆφοι] Vide Harpocrationem h. v.

2 Ἐν αἷς ἀπολύεται ὁ ἐγκ.] Glossa hæc est supervacanea, & ex margine in textum irrepsisse videtur.

3 Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος] Pag. 89. Edit. Henr. Stephani.

4 Φόβον] In prioribus Edit. mendose legitur φόνον, cujus loco φόβον ex *MSS.* & Æschine reposui.

5 Εἰ δὲ μία ψῆφος ὑπερέπ.] Apud Æschinem legitur, εἰ δὲ μία ψῆφος μετέπεσεν, ὑπερώρισ' ἂν ἢ ἀπέθανεν.

6 Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι ψῆφοι γένωνται] Hæc sunt verba Aristoph. in *Ranis* p. 244. ubi vide veterem enarratorem.

7 Ἐπιστολὰς ἑρμην. τὴν θείαν γραφὴν γ.] Portus ridicule, *Scripsit epistolas tres* &c. Isidorum enim plures epistolas quam tres scripsisse satis constat. Quare dubitandum non est, quin Suidas nota illa significare voluerit 3000. qui numerus nimius videri non debet, cum epistolæ Isidori hujus, hodie superstites, bis mille excedant. Potuit igitur & alias epistolas Isidorus scripsisse, quæ vel injuria temporum interciderunt, vel adhuc in tenebris Bibliothecarum latent. Vide præterea de hoc loco Suidæ Sirmondum ad Facundum Hermianens. p. 79.

8 Ἰσίδωρος, φιλόσοφος, ὃς ἐφ.] Hic Isidorus philosophus vixit initio Seculi V, discipulumque & in Schola Atheniensi successorem habuit Damascium, qui ejus vitam literis mandaverat, ex qua Eclogam satis prolixam exhibet Photius in Bibliotheca. Ex illa Vita Suidam articulum hunc descripsisse dubium non est; præsertim cum multa alia apud eundem sint loca, quæ inde deprompta esse certo constat.

9 Τὰ δὲ πρὸς ἐπισ. οὐ διεξητ.] Huc spectant ea, quæ de Isidoro leguntur infra v. Συγκαιός

10 Ἀδελφῆς γὰρ υἱός] Vide supra v. Δαιμονία, ubi eadem leguntur.

Ἰσι-

Ἰσσικὸς κόλπος.

Ἰσσιωνίας. ὄνομα κύριον.

Ἶσις, Ἴσιδος. ὄνομα δαίμονος. καὶ ἡ κλητικὴ, ὦ Ἶσι. Σὺ δὲ, ὦ Ἶσι τάλαινα, μενεῖς [1] ἐπὶ χύματος νήσου.

Ἶσις. [2] αὕτη λέγεται Ἰὼ ἣν ἥρπαζεν ὁ Ζεὺς ἐξ Ἄργους, καὶ τὴν Ἥραν φοβούμενος, αὐτὴν μετέβαλλε ποτὲ μὲν εἰς λευκὴν βοῦν, ποτὲ δὲ, εἰς μέλαιναν, ποτὲ δὲ, εἰς ἰάζουσαν· μεθ' ἧς πλανώμενος ἦλθεν εἰς Αἴγυπτον. τιμῶσιν οὖν Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν· διὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ ἀγάλματος αὐτῆς κέρατα βοὸς γλύφουσι, δηλοῦντες τὴν εἰς βοῦν τῆς κόρης μεταβολήν.

Ἴσθι. γίνωσκε.

Ἴσθμια. περιστόμια. περιδέραια. περιτραχήλια. λέγονται δὲ καὶ ἑορταὶ Ἑλλήνων. [3] καὶ παροιμία, Ἰσθμιάζειν. ἐπὶ τῶν κακῶς βιούντων. ἐπίνοσος γὰρ ὁ τῶν Ἰσθμίων χρόνος. Ἴσθμιον ἀμφιφορῆ. ὁ τράχηλος τοῦ κεράμου, διὰ τὸ στενὸς εἶναι.

Ἰσθμικὴ [4] πίτυς. ἆθλον ἐπινίκιον.

Ἰσθμός. θάλασσα μεταξὺ δύο γαιῶν, πορθμός· [5] [Ἰσθμὸς] δὲ, γῆ μεταξὺ δύο θαλασσῶν. [6] Ἀριστοφάνης·

Ἰσθμόν τιν' ἔχεις ἄνθρωπ', ἄνω τε καὶ κάτω

Τὸ πέος διέλκεις, πυκνότερον Κορινθίων.

Ἐπεὶ τὰς ναῦς διὰ τοῦ Ἰσθμοῦ εἷλκον οἱ Κορίνθιοι, ὥστε μὴ [7] περιέρχεσθαι. τοῦτο δὲ [8] διϊσθμίσαι ἐκάλουν.

Ἰσκαριώτης. σκηνὴ θανάτου.

Ἴσκεν. ὡς τὸ, [9] Ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων. καὶ Ἴσκειν, εἰκάζειν.

Ἴσμα. [10] ἵδρυμα.

Ἰσμαήλ. [11] ὁ μεθ' ἡδονῆς γέλως Ἑβραϊστί. καὶ Ἰσμαηλίτης, ὁ ἀπὸ Ἰσμαήλ.

Ἰσμαρικὸς οἶνος. [12] Ἀρχίλοχος·

——Ἐν δορὶ δ' οἶνος

Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Ἴσμαρος δὲ πόλις, ἡ νῦν Μαρώνεια λεγομένη.

Ἴσμεν. οἴδαμεν.

Ἰσσικὸς κόλπος. Issicus sinus.

Ἰσσιωνίας. Issionias. Nomen proprium.

Ἶσις, Ἴσιδος. Isis, Isidis. Nomen Deæ. Et vocativus, O Isi. *Tu vero, ô Isi misera, manebis in aggere insulæ.*

Ἶσις. Isis. Hæc vocatur Io, quam Jupiter Argis rapuit, & Junonem metuens, ipsam nunc quidem in albam, nunc vero in nigram, nunc in violaceam vaccam mutavit, &, multis locis peragratis, cum ea in Ægyptum tandem venit. Hanc igitur ob causam Isin Ægyptii colunt, & in simulacri ejus capite cornua bovis effingunt, significantes, eam in bovem quondam mutatam fuisse.

Ἴσθι. Cognosce. Scito.

Ἴσθμια. Capistra. Monilia. Vincula colli. Sic etiam ludi quidam Græcorum appellantur. Et proverbiũ, Ἰσθμιάζειν, quod dicitur de illis, qui cum malis conflictãtur. Tempus enim Isthmiorum solet esse insalubre. Ἴσθμ. ἀμφ. Amphoram angustum collum habentem. Collum enim amphoræ [vocatur ἰσθμὸς,] quia angustum est.

Ἰσθμικὴ πίτυς. Isthmica pinus. Victoriæ præmium.

Ἰσθμός. Mare [angustum] inter duas terras vocatur fretum: terra vero angusta inter duo maria Isthmus. Aristophanes:

Isthmum quendam habes homo, sursumque & deorsum

Penem reciprocas, magis crebro quam Corinthii.

Hoc Poeta dicit, quia Corinthii naves per Isthmum trahebant, ne cogerentur [continentem] circumire; idque διϊσθμίσαι vocabant.

Ἰσκαριώτης. Iscariotes. Tabernaculũ mortis.

Ἴσκεν. Sciebat. Norat. Ut illud [Homeri:] *Multa mendacia in promptu habebat.* Et Ἴσκειν, assimilare.

Ἴσμα. Collocatio.

Ἰσμαήλ. Ismael. Suavis risus Hebraice. Et Ismaelites, qui ab Ismaele genus ducit.

Ἰσμαρικὸς οἶνος. Ismaricũ vinum. Archilochus:

——*Ad hastam vinum*

Ismaricum: hastæque innixus bibo.

Ismarus vero est urbs, quæ nunc Maronea vocatur.

Ἴσμεν. Scimus. Novimus.

1 Ἐπὶ χύματος νήσου] Forte legendum est ἐπὶ χύματι νήσου, quam lectionem in versione secutus sum. Sensum autem scriptoris, ex quo hæc excerpta sunt, quis ex tam mutilis & laceris reliquiis divinare queat?

2 Ἶσις. αὕτη λέγεται Ἰώ. ἣν ἥρπ.] Vide supra v. Ἰώ.

3 Καὶ παροιμία, Ἰσθμιάζειν] Vide Hesychium v. Ἰσθμιάσαι, qui ejusdem proverbii meminit.

4 Ἰσθμικὴ πίτυς] Forte respexit Suidas ad locum illum Gregor. Naz. Orat. XVIII. in fine: Τοῦτό σοι καὶ τῶν λόγων γέρας, καὶ τῶν ἀθλήσεων, οὐ κότινος Ὀλυμπικὸς, οὔτε μῆλα Δελφικὰ παίγνια, οὐδὲ ΙΣΘΜΙΚΗ ΠΙΤΥΣ, &c. Multæ enim occurrunt apud Suidam voces & ῥήσεις, ex Gregor. Nazianz. excerptæ; ut clare probamus alibi. Vide supra, v. Ἀγάπη.

5 Ἰσθμός] Hæc vox in prioribus Edit. deest; quam tamen ad supplendum loci hujus sensum necessariam esse vel cœcus videat.

6 Ἀριστοφάνης] In *Thesmophor.* p. 801. (526. Edit. Bas. P.) ubi tamen prior versus hodie deest: quem proinde ex hoc loco Aristophani restituendum esse Bisetus recte monuit.

7 Περιέρχεσθαι] Hanc lectionem ex 2 *MSS.* Paris. revocavi. In prioribus enim Edit. male excusum est περιέχεσθαι.

8 Διϊσθμίσαι] Vide supra h. v.

9 Ἴσκε ψεύδεα π.] Homerus Odyss. T. v. 203.

10 Ἴσμα. ἵδρυμα] Vide Hesych. & Etymologum.

11 Ἰσμαήλ. ὁ μεθ' ἡδ. γέλως Ἑβρ.] Vel Suidam ignorantia linguæ Hebraicæ hic decepit; vel, cum hæc scriberet, de voce Ἰσαὰκ eum cogitasse oportet. Mitior, id est posterior sententia mihi verior videtur, propterea, quæ leguntur supra v. Ἰσαάκ: ubi Lector expresse docetur, vocem illam in lingua Hebræorum τὸν μεθ' ἡδονῆς γέλωτα significare.

12 Ἀρχίλοχος· Ἐν δορὶ δ' οἶνος Ἰσμ.] Athenæus l. 1. p. 30. Ἀρχίλοχος τὸν Νάξιον τῷ Νέκταρι παραβάλλει· ὅς καί που φησίν.

Ἐν δορὶ μὲν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος

Ἰσμαρικός· πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Synesius epist. CXXIX. Ἐγὼ δ' ὑπὸ μεσοπυργίῳ τεταγμένος ὑπνομαχῶ·

Ἐν δορὶ μὲν μοι μᾶζα μεμαγμένη, ἐν δορὶ δ' οἶνος

Ἰσμαρικός. πίνω δ' ἐν δορὶ κεκλιμένος.

Id est, interprete Dion. Petavio: *Ego pro manibus inter turres collocatus, somno consiictor.*

Maza mihi hastato præbetur, Bacchus in hasta

Ismaricus: dum me sustinet hasta, bibo.

Hunc locum Synesii descripsit Suidas infra v. Ὑπνομαχῶ, ubi iidem Archilochi versus leguntur.

Ἰσμη-

Ἰσμηνίας. [1] εἷς παρ' Ἀθηναίοις τῶν Πολεμάρχων ἐπιφανής.

Ἰσοδαίτης. [2] ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημώδη γύναια, μὴ πάνυ σπουδαῖα, ἐτέλει.

Ἰσοκλεής. ἰσόδοξος.

Ἰσόκωλον. τὸ ἴσα μέρη ἔχον. λέγει δὲ Ἀριστοτέλης, ὅτι, ἐὰν συνθέτου τινὸς λόγου ἀποδοθῇ, τοσαῦτα μέρη ἔχων, ὅσα καὶ τὸ σύνθετον ἔχει, οὗ ὁ ὁρισμὸς ἀποδίδοται, οὐκ ἔσται οὗτος ὁ λόγος ὁρισμὸς ἐκείνου. ἐν γὰρ τοῖς οὕτως ἀποδιδομένοις λόγοις ἀναγκαῖον ὀνομάτων εἰς ὄνομα τὴν μετάληψιν γεγονέναι.

Ἰσοκράτης, [3] Θεοδώρου αὐλοποιοῦ, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, γενόμενος ἐπὶ τῆς πϛ' ὀλυμπιάδος, ὁ [4] ἐπὶ μετὰ τὰ Πελοποννησιακά. [5] καὶ διὰ μὲν τῆς φωνῆς τὴν ἀτονίαν, καὶ τὸ ἀπαῤῥησίαστον, δίκας οὐκ εἶπεν· ἐδίδαξε δὲ πλείστους, [6] καὶ λόγους γέγραφε λϐ'. βιώσας δὲ ἔτη ϛ' πρὸς τοῖς ρ' ἐπελεύτησεν. ἀδελφοὶ δὲ αὐτοῦ ἐγένοντο Τίσιππος, καὶ Θεόμνηστος, καὶ Θεόδωρος· διδάσκαλος δὲ Γοργίας. οἱ δὲ Τισίαν φασίν, οἱ δὲ, Ἐργῖνον, οἱ δὲ, Πρόδικον ἔφασαν, [7] οἱ δὲ, Θηραμένην. οἱ δὲ λόγοι αὐτοῦ πλεῖστοι.

Ἰσοκράτης, Ἀμύκλα τοῦ φιλοσόφου, Ἀπολλωνίας τῆς ἐν τῷ Πόντῳ, ἢ Ἡρακλείας, ὡς Καλλίστρατος ὁ ῥήτωρ· μαθητὴς καὶ διάδοχος τοῦ μεγάλου Ἰσοκράτους, διακούσας δὲ καὶ Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου. οὗτος δὲ ὁ Ἰσοκράτης καὶ Θεοδέκτῃ τῷ ῥήτορι καὶ τραγῳδοποιῷ, καὶ Θεοπόμπῳ τῷ Χίῳ, ἅμα τῷ Ἐρυθραίῳ Ναυκρατίτῃ διηγωνίσατο περὶ λόγων εἰς τὸν ἐπιτάφιον Μαυσώλου τοῦ Καρὸς, βασιλέως Ἁλικαρνασσοῦ. καὶ λόγοι αὐτοῦ ε'. Ἀμφικτυονικός. Προτρεπτικός. Περὶ τοῦ τάφον μὴ ποιῆσαι Φιλίππῳ. Περὶ τοῦ μετοικισθῆναι. Περὶ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας.

Ἰσοκράτης εἶπεν· Ὁ γὰρ φαύλως διανοηθεὶς περὶ τῶν ἰδίων, οὐδέ ποτε καλῶς βουλεύσεται περὶ τῶν ἀλλοτρίων.

Ἰσολογία. ἰσοτιμία. Διαψευσθεὶς δὲ τῆς κρίσεως ἐν οὐδενὶ τῶν ἀμφισβητουμένων ἰσολογίαν ἕξειν οὐδέ ποτε πρὸς τὸ συνέδριον.

Ἴσοξ. ὄνομα ἔθνους.

Ἰσοπαλῆ. ἴσα ἐν κλήρῳ. Πάλος γὰρ, ὁ κλῆρος.

Ἰσόπεδον. ὁμαλὸς τόπος.

Ἰσόῤῥοπον. ἰσοβαρές. ἰσοστάσιον.

Ἰσός. ὄνομα ποταμοῦ.

Ἰασός. ὄνομα πόλεως. Ἴσος δὲ, ὁ ὅμοιος καὶ περισπᾶται. ἐξ οὗ καὶ ἰσότερος.

Ἰσμηνίας. Ismenias. Fuit Polemarchus apud Athenienses illustris.

Ἰσοδαίτης. Isodætes. Peregrinus quidam Dæmon, cui mulierculæ plebeiæ, & parum probæ, sacra faciebant.

Ἰσοκλεής. Aeque celebris.

Ἰσόκωλον. Pares partes habens. Paria membra habens. Dicit autem Aristoteles: *Si alicujus orationis compositæ definitio reddatur, tot habens partes, quot habet & ipsa composita oratio, cujus definitio redditur, hæc oratio non erit illius definitio. Nam in definitionibus, quæ sic redduntur, necesse est metalepsin nominum locum habere.*

Ἰσοκράτης. Isocrates, filius Theodori, fabri tibiarum, Atheniensis, Orator, qui natus est Olymp. LXXXVI. id est, post bellum Peloponnesiacum. Hic ob vocis imbecillitatem & in dicendo verecundiam causas non egit, sed plures erudiit. Orationes scripsit XXXII, & anno ætatis CVI obiit. Fratres ejus fuerunt Tisippus, Theomnestus, & Theodorus: magister vero Gorgias. Hunc tamen alii Tisiam fuisse dicunt; alii, Erginum; alii Prodicum; alii denique Theramenem. Orationes ejus sunt plurimæ.

Ἰσοκράτης. Isocrates, Amyclæ Philosophi F. Apolloniæ in Ponto, vel Heracleæ natus, ut scribit Callistratus Orator; discipulus, & successor Isocratis Magni, & Platonis auditor. Hic Isocrates cum Theodecte Oratore & Tragico, & Theopompo Chio, itemque Erythræo Naucratita, de eloquentia certavit in funere Mausoli Caris, Regis Halicarnassi. Orationes ejus sunt quinque: Amphictyonica: Hortatoria: Philippo sepulchrum non esse faciendum: De migratione: De sua Republica.

Ἰσοκράτης εἶπεν. Isocrates dixit: *Qui male consulit suis rebus, nunquam bene consulet alienis.*

Ἰσολογία. Honoris æqualitas. *Cum eventus judicii spem ejus fefellisset, existimavit, se apud Judices in nulla re controversa æquo unquam cum aliis jure gavisurum esse.*

Ἴσοξ. Isox. Nomen gentis.

Ἰσοπαλῆ. Parem sortem habentia. Πάλος enim, sors.

Ἰσόπεδον. Planities. Locus planus.

Ἰσόῤῥοπον. Æquilibre. Ejusdem ponderis.

Ἰσός. Isus. Nomen fluvii.

Ἰασός. Nomen urbis. Ἴσος vero, par, æqualis, circumflectitur. Hinc comparativus ἰσότερος.

1 Ἰσμηνίας. εἷς παρ' Ἀθ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

2 Ἰσοδαίτης. ξενικός τις δ.] Ex Harpocratione. Vide etiam Hesych. v. Ἰσοδέτης.

3 Ἰσοκράτης, Θεοδ.] De hoc legendus est Dionys. Halicarnass. in libello περὶ τῶν ἀρχαίων Ῥητόρων; item Philostratus *de Vit. Sophist.* l. 1. p. 505. & seqq. Plutarchus in Tractatu *de X. Oratoribus*; Photius in *Bibliotheca* Cod. CCLX. & Tzetzes Chil. XI. cap. CCCLXXXII.

4 Ὁ ἐπὶ μετὰ τὰ Πελοποννησ.] Imo potius ante bellum Peloponnesiacum. Dionysius enim Halicarnass. expresse testatur, nativitatem Isocratis quinque annis belli istius initium antecessisse.

5 Καὶ διὰ μὲν τῆς φωνῆς τὴν ἀτ.] Huc spectant verba illa Dionysii Halicarnassensis, loco ante laudato: Σπουδὴν μὲν ἐποιεῖτο πράττειν τε καὶ λέγειν τὰ πολιτικά. ὡς δὲ ἥ τε φύσις ἠναντιοῦτο, τὸ πρῶτον καὶ κυριώτατον τοῦ Ῥήτορος ἀφελομένη, τόλμαν τε καὶ φωνῆς μέγεθος, ὧν χωρὶς οὐκ ἔνεστι τῷ ἐν ὄχλῳ λέγειν, ταύτης μὲν ἀπέστη τῆς συναιρέσεως.

6 Καὶ λόγους γέγραφε λϐ'] Vide Photium loco citato, qui plures Orationes quam XXXII. ab Isocrate conscriptas fuisse testatur.

7 Οἱ δὲ Θηραμένην] Vide supra v. Ἀρχῖνος.

Ἰσο-

Ἰσοσθενής. ἰσοδύναμος.

Ἰσοστάσιον. ἰσόσταθμον.

Ἰσοτελεῖς. οἱ ἀπὸ τοῦ μετοικεῖν κατά τινα τιμὴν, [1] παρὰ τοῦ δήμου γενομένην, κατὰ ψήφισμα μεταβαίνοντες εἰς τὸ τῶν δημοποιήτων δίκαιον, Ἰσοτελεῖς ὠνομάζοντο. ἐγίνετο δὲ τοῦτο τοῖς μετοίκοις ὑπὸ τῆς πόλεως, ὅτε ἐδόκουν εὖ πεποιηκέναι τὸ κοινόν.

Ἰσοτελεῖς. ἴσα [2] τελοῦντες. ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες.

Ἰσοτελὴς, [3] καὶ Ἰσοτέλεια. πολλάκις τιμή τις ἐδίδοτο τοῖς ἀξίοις φανεῖσι τῶν μετοίκων, καθ' ἣν τοῦ μετοικίου ἄφεσις αὐτῶν ἐγίνετο. ὅτι δὲ καὶ τῶν ἄλλων, ὧν ἔπραττον οἱ μέτοικοι, ἄφεσιν εἶχον οἱ [4] Ἰσοτελεῖς Θεόφραστος λέγει. Καὶ πόλεσι δὲ ὅλαις ἐψηφίζοντο τὴν ἀτέλειαν Ἀθηναῖοι, ὥσπερ Ὀλυνθίοις, καὶ Θηβαίοις. ὁ δὲ Ἰσοτελὴς ὡρισμένον τι τέλος ἐδίδου.

Ἰσότης [5] φιλότης. αὕτη γνωμικὴ δηλοῦσα, ὡς ἰσότης τὴν φιλίαν συνέχει.

Ἰσουργός. ἴσα ἐργαζόμενος.

Ἰσοϋψεῖς [6] οἰκίαι, καὶ παράλληλοι τῷ τείχει, ἐν Σίφλῳ οὖσαι καταλύματα τοῖς ἐργαζομένοις τὰ χρύσεια μέταλλα.

Ἰσοφαρίζειν. ἐξισοῦσθαι.

Ἰσοφωνία.

Ἰσοφυῆ. ἴσα.

Ἰσοχειλεῖς. μέχρι χείλους πεπληρωμένοι. Ἦσαν δὲ κρατῆρες οἴνου ἰσοχειλεῖς.

Ἴσῳ ζυγῷ. ἀντὶ τοῦ, ἐξίσης. Ὁ δὲ ἀγαπήσας αὐτὸν, καὶ φιληθεὶς τὸ λεγόμενον ἴσῳ ζυγῷ παρ' ἐκείνου, ἡδέως μὲν αὐτῷ συνῆν, ἔπραττε δὲ οὐδὲν, ὧν μὴ πρότερον ἐκεῖνος πύθοιτο, καὶ φήσειεν εἶναι πρακτέον.

Ἰσωνία. [7] ἰσοτιμία. ἡ ἴση ἀγορά.

Ἱσπανία. χώρα, ἣ καὶ Ἰβηρία, καὶ Ἑσπερία καλεῖται

Ἰσραηλίτης. Ἑβραῖος.

Ἴστε. γινώσκετε.

Ἰστέον. δεῖ γινώσκειν.

Ἵστατε. στῆσον. προστακτικῶς.

Ἱστία. ἡ καθέδρα.

Ἱστιατόρια. δειπνητήρια.

Ἱστίαια. πόλις. καὶ Ἱστιαῖος, ὁ ἀπὸ ταύτης. καὶ [8] Ἱστιαῖος, ὄνομα κύριον.

Ἰσοσθενής. Pari robore præditus.

Ἰσοστάσιον. Pari pódere præditum. Æquilibre.

Ἰσοτελεῖς. Inquilini illi, qui honoris gratia, decreto populi, jure æquabantur illis, qui in civitatem adscripti erant, vocabantur Ἰσοτελεῖς. Hoc autem honore tum ornabantur, cum Remp. aliquo beneficio affecisse viderentur.

Ἰσοτελεῖς. Qui paria cum civibus tributa Reipub. pendunt.

Ἰσοτελὴς, καὶ Ἰσοτ. Sæpe inquilinis propter merita hic honos habebatur, ut tributum, quod inquilini pendere tenebantur, ipsis remitteretur. [Hi Ἰσοτελεῖς vocabantur.] Eosdem ab aliis quoque oneribus, quæ inquilini præstare tenebantur, immunes fuisse, testatur Theophrastus: qui etiam auctor est, Athenienses integris interdum civitatibus immunitatem decrevisse, ut Olynthiis & Thebanis. Ἰσοτελὴς vero statutum aliquod tributum Reip. pendebat.

Ἰσότης. Amicitia est æqualitas. Hæc sententia docet, amicitiam ab æqualitate contineri.

Ἰσουργός Paria faciens.

Ἰσοϋψεῖς οἰκ. *Ædes parem altitudinem habentes, & æquali spatio a muro distantes, quæ in Siphlo sunt diversoria metallicorum, qui auro effodiendo operam suam locant.*

Ἰσοφαρίζειν. Parem esse.

Ἰσοφωνία. Vocis æqualitas.

Ἰσοφυῆ. Paria. Æqualia.

Ἰσοχειλεῖς. Ad summum usque labrum pleni. *Erant autem crateres ad summa usque labra vino pleni.*

Ἴσῳ ζυγῷ. Pari jugo. Ex æquo. Pariter. *Ille vero, cum diligeret ipsum, & æqualiter vicissim ab eo diligeretur, magnam voluptatem ex consuetudine ejus capiebat, nihil omnino faciens quod non prius cum eo communicasset, vel quod ille faciendum non esse suasisset.*

Ἰσωνία. Æquale pretium.

Ἱσπανία. Hispania, regio, quæ & Iberia, & Hesperia vocatur.

Ἰσραηλίτης. Israelites. Hebræus.

Ἴστε. Cognoscite.

Ἰστέον. Sciendum est.

Ἵστατε. Statue. Constitue. In Imperativo.

Ἱστία. Sedes.

Ἱστιατόρια. Cœnacula. Loca, in quibus cœnatur.

Ἱστίαια. Histiæa. Urbs. Et Histiæus, ejus civis. Et Histiæus, nomen proprium.

1 Παρὰ τοῦ δήμου γενομ.] Sic recte habet Edit. Mediolanensis. Male vero in reliquis, περὶ τοῦ δήμου.

2 Ἴσα τελοῦντες. ἴσα τ.] Locum hunc, qui in prioribus Edit. mutilus est, ex *MSS.* supplevi.

3 Ἰσοτελὴς, καὶ Ἰσοτ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Harpocratione, quem vide.

4 Ἰσοτελεῖς Θεόφραστος λέγει] In prioribus Edit. legitur, ἰσοτελεῖς ἐλέγοντο, Θεόφραστος λέγει. Sed vocem ἐλέγοντο nec *MSS.* agnoscunt, nec sensus admittit; quam proinde tanquam παρεμβεβλημένην expungere non dubitavi.

5 Ἰσότης φιλότης] Plato l. VI. *de Leg.* p. 615. Παλαιὸς γὰρ λόγος ἀληθὴς ὤν, ὡς ἰσότης φιλότητα ἀπεργάζεται, μάλα μὲν ὀρθῶς εἴρηται. i. e. *Recte admodum & vere a veteribus dictum est, æqualitatem parere amicitias.* Hæc ῥῆσις Platonis legitur etiam apud Stobæum Serm. XLII.

6 Ἰσοϋψεῖς οἰκίαι, καὶ παρ.] Vide Polybium l. IX. c. XX. unde fragmentum hoc sumptum esse Cl. Jacobus Gronovius suspicatur.

7 Ἰσωνία. ἰσοτιμία] Respexit Suidas ad locum illum Aristoph. in *Pace* p. 714. (480 Ed. Bas.)

Ἀλλ' αἰεί μοι τοῦτό γε τῆς ἰσωνίας.

Ubi Scholiasta ait: Τῆς ἰσωνίας. τῆς ἴσης τιμῆς.

8 Ἱστιαῖος. ὄν. κ.] Vide supra v. Ἀραχθεῖν, ubi Histiæi mentio fit.

Ἱστίαιον. ὄνομα τόπου.

Ἱστιαῖον. Histiæum. Nomen loci.

Ἱστίον. ἄρμενον. Πλήρεσιν ἱστίοις ἐς τὴν αὐτοῦ σοφίαν καθῆκεν. ἀντὶ τοῦ, παντὶ σθένει, πάσῃ δυνάμει, ὅλῃ ψυχῇ. καὶ [1] παροιμία· Θύειν Ἱστίᾳ. [2] εἴρηται ἡ παροιμία κατὰ τῶν μηδενὶ ῥᾳδίως μεταδιδόντων. Δι' ἔθους γὰρ ἦν τοῖς παλαιοῖς, ὁπότε ἔθυον Ἱστίᾳ, μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς θυσίας.

Ἱστίον. Velum navis. *Plenis velis ad ipsius sapientiam contendit.* Pro, toto robore, totis viribus, toto animo. Et proverbium, *Sacrificare Vestæ:* quod dicitur in eos, qui vix quicquam de suis bonis impertiuntur aliis. Veteribus enim in more positum erat, ut, cum Vestæ sacra facerent, nihil de isto sacrificio aliis impertirent.

Ἱστίον σαπρόν. ἄρμενον παλαιόν, τρίβακον, ἢ μὴ ἁρμόζον. Ἀριστοφάνης· [3] ἀντὶ τοῦ, ἱστίον σαπρόν. [4] Ὥσπερ ἐπιγνοὺς ὀψὲ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὸ οἰκεῖον ἔργον, οὐ κατὰ μικρόν, ἀλλ' ὅλοις ἱστίοις ἀπηνέχθη τῆς σοφιστικῆς προαιρέσεως, ἐπειδὴ τὸ πρῶτον ἐφιλοσόφησεν.

Ἱστίον σαπρόν. Velum putridum, antiquum, & attritum. Aristophanes. † *Quasi ipsius natura sero suum munus agnovisset, non paulatim, sed plenis velis ab instituto & studio sophistico recessit, cum primum philosophari cœpit.*

Ἱστιοῤῥάφος. πανοῦργος. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τὰ ἄρμενα ῥαπτόντων. καὶ οἱ Αἰγύπτιοι δὲ λινοποιοί εἰσιν. [5] Ἀριστοφάνης· Ὀλίγου ταύτην ἱστιοῤῥάφος.

Ἱστιοῤῥάφος. Callidus, versutus. Per translationem ductam ab illis, qui vela consuunt. Sunt & Ægyptii lini textores. Aristophanes: *Fere mihi veterator ille hunc abstulisset.*

Ἱστίοις. τοῖς τοῦ πλοίου λαίφεσιν. [6] Ἀριστοφάνης·

Μὴ πρὸς ὀργὴν ἀντιλέξῃς·
Ἀλλὰ συστείλας, ἄκροισι
Χρώμενος τοῖς ἱστίοισιν,
Εἶτα μᾶλλον μᾶλλον ἄξεις,
Καὶ φυλάξεις, ἡνίκ' ἂν τὸ
Πνεῦμα λεῖον,
Καὶ καθεστηκὸς λάβῃς.

Ἱστίοις. Navis velis. Aristophanes:

Ne iratus contradicas:
Sed vela contrahens, eorumque
Summa tantum parte utens,
Paulatim procedes;
Observabisque tempus, quo
Ventum lenem
Et tranquillum nancisci possis.

Ἱστιοφόρος. [7] ἀρμενοφόρος.

Ἱστιοφόρος. Velifer. Vela ferens.

Ἱστοδόκη. ἡ ὑποδεχομένη τὸν ἱστόν.

Ἱστοδόκη. Theca mali.

Ἱστοπέδη. [8] ξύλον ὀρθὸν ἀπὸ τῆς τρόπιδος, ᾧ προσδέδεται ὁ ἱστός.

Ἱστοπέδη. Lignum in nave erectum, cui malus alligatur.

Ἱστορημέναι. πρὸς θέαν ἱστάμεναι. Οὕτω γὰρ ἦσαν ἱστορημέναι μόνον, ὡς ζωγραφοῦσιν οἱ γραφεῖς τὰς εἰκόνας.

Ἱστορημέναι. Quæ spectandæ exhibentur. [Descriptæ.] *Ita enim erant tantum descriptæ, ut pictores pingunt imagines.*

Ἱστορῆσαι. θεάσασθαι. ὁ Ἑκαταῖος πρῶτος Ἱστορίαν πεζῶς ἐξήνεγκε· συγγραφὴν [9] Φερεκύδης. τὰ γὰρ [10] Ἀκουσιλάου νοθεύεται.

Ἱστορῆσαι. Contemplari. Hecatæus primus Historiā sermone pedestri conscripsit. Pherecydes orationem prosam primus condere instituit. Nam Acusilai scripta sunt spuria.

Ἵστορι. μάρτυρι, ἢ κριτῇ.

Ἵστορι. Teste, vel Judice.

1 Καὶ παροιμία. Θύειν Ἱστίᾳ. εἴρηται ἡ παρ.] Hæc loco suo mota esse, & subjungi debere voci Ἱστία, vel me tacente quilibet facile videt.

2 Εἴρηται ἡ παροιμία κατὰ τῶν μηδ.] Hæc descripsit Suidas ex Tarræo, vel Zenobio, apud quem eadem leguntur.

3 Ἀντὶ τοῦ ἱστίον σαπρόν] Hæc verba meo periculo expunge. Sunt enim supervacanea, & ad loci hujus sensum nihil omnino faciunt.

4 Ὥσπερ ἐπιγνοὺς ὀψὲ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὸ οἰκ.] Hæc sunt verba suavissimi & Ἀττικωτάτου Synesii de Dione Chrysostomo in libello ἐγκωμίων, p. 37. ubi plenius sic legitur: Ἐπειδὰν δὲ ἐφιλοσόφησεν, ἐνταῦθα δὴ καὶ μάλιστα ἡ ῥώμη τῆς φύσεως αὐτοῦ διεδείχθη. ὥσπερ γὰρ ἐπιγνοὺς ὀψὲ τῆς φύσεως τὸ οἰκεῖον ἔργον, οὐ κατὰ μικρόν, ἀλλ' ὅλοις τοῖς ἱστίοις ἀπηνέχθη τῆς σοφιστικῆς προαιρέσεως, &c.

5 Ἀριστοφάνης· Ὀλίγου τ.] Ex Aristoph. *Thesmophor.* p. 818. locus ita legendus est:
— Ὀλίγου μ' ἀφείλετ' αὐτὴν ἱστιοῤῥάφος.

6 Ἀριστοφάνης] In *Ranis*, p. 169. P.

7 Ἀρμενοφόρος] Hæc vox in prioribus Edit. deest, quam ex MS. Paris. revocavi.

8 Ἱστοπέδη. ξύλον ὀρθ.] Eadem habet Hesychius; apud quem tamen pro ἀπὸ τῆς τρόπιδος male legitur ἐπὶ τῆς τρακήλης. Vide etiam Schol. Hom. ad Odyss. M. v. 51.

9 Φερεκύδης] In prioribus Edit. pessime legitur Θουκυδίδης, cujus loco MS. Paris. recte Φερεκύδης exhibent. Pherecydem enim veteres scriptores inter eos recensent, qui primi συγγραφὰς, sive orationem prosam condere instituerunt. Strabo l. 1. p. 18. Πρώτιστα γὰρ ἡ Ποιητικὴ κατασκευὴ παρῆλθεν εἰς τὸ μέσον, καὶ εὐδοκίμησεν. εἶτα ἐκείνην μιμούμενοι, λύσαντες τὸ μέτρον, τἄλλα δὲ φυλάξαντες, τὰ Ποιητικὰ συνέγραψαν οἱ περὶ Κάδμον, καὶ ΦΕΡΕΚΥΔΗΝ, καὶ Ἑκαταῖον. i. e. *Ab initio enim Poeticus apparatus processit, & in pretio fuit. Postea eum imitati soluto metro, cætera vero servantes, argumenta Poetica tractarunt, Cadmus, & Pherecydes, & Hecatæus.* Plinius l. VII. c. LVI. *Prosam orationem condere PHERECYDES Syrius instituit, Cyri Regis ætate; historiam Cadmus Milesius.* Apuleius in *Floridis*: *Quin etiam PHERECYDES Syro ex insula oriundus, qui primus versuum nexu repudiato conscribere ausus est passis versibus, soluto loquutu, libera oratione.* &c. Vide etiam Suidam v. Ἑκαταῖος, v. Συγγράφω. & v. Φερεκύδης, ubi Pherecydes hic itidem primus συγγραφῆς, sive orationis solutæ conditor fuisse expresse traditur. Hinc ergo apparet, quam turpiter se dederit Portus, qui locum hunc Suidæ sic Latine interpretatus est: *Thucydides Syngrapham, [i. e. conscriptionem. Sic enim inscribuntur ejus libri.]* Quis hic non miretur stuporem & imperitiam hominis? Non vidit enim pro Θουκυδίδης, ut priores Edit. habent, scribi debere Φερεκύδης; quod tamen vel ex ipso Suida discere potuisset, apud quem v. Ἑκαταῖος, & v. Συγγραφὴ locus hic repetitur, & recte Pherecydis nomen expressum est. Deinde, non intellexit vim vocis συγγραφὴ, quæ, ut diximus, orationem prosam hic significat, & opponitur metro, sive orationi ligatæ: quo sensu Suidas infra τὸ πεζολόγος recte per συγγραφεὺς exponit. Hæc obiter dicta sint ad ostendendum παρόραμα Porti, cui multos quidem errores passim condonare soleo; sed, cum tam turpiter se dat, facere non possum, quin liberam vocem mittam, & de ejus hallucinatione Lectorem moneam.

10 Ἀκουσιλάου] Vossius l. 1. *de Histor. Græc.* c. 2. legendum hic suspicatur Ἀκεσιλάου, cujus conjecturam verissimam esse puto. Rationes ejus apud ipsum lege.

Ἱστορία·

Ἰστορία. ἡ θέα. [1] Οὐ γὰρ τί που παραπλήσιον ἢ μυστηρίων ἱστορίαν. ἢ τὴν Περσεφόνην ἐθελήσας ἁρπάσαι αὐτήν.

Ἴστορος. ἐπιστήμονος, ἢ μάρτυρος.

Ἱστός. τὸ κατάρτιον.

Ἴστω. γινωσκέτω. καὶ Ἴστω, ἀντὶ τοῦ ἵστασο.

Ἴστω [2] παρ' αὐτήν, δεῦρ' ἴθι κομμώτρια.

Ἱστῶνες, [3] καὶ Ἱστῶνος. ἐν ᾧ οἱ ἱστοί.

Ἴστωρ. [4] ὁ ἐπ' ἄκρῳ τοῦ ῥυμοῦ ἐμπεπηγμένος πάτταλος.

Ἴστωρ, ὑπερίστωρ, πανσύρτῳ, παμμήνῳ πολλῶν δεινῶν, στυγνῶν τ' ἀχέων. [5] Σοφοκλῆς. Κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ· ἀντὶ τοῦ, κἀγὼ τούτου ἐπιστήμων εἰμί, ὅτι ταλαίπωρός εἰμι· οἶδα, ὅτι δειλαία εἰμί, αὐτοῦ τούτῳ τῷ πανσύρτῳ τῶν πολλῶν ἀχέων. τουτέστι, τῷ πάντα σύροντι τὰ κακά. ἢ πανσύρτῳ, τῷ μετὰ πάσης ὁρμῆς τῶν κακῶν ὁρμωμένῳ. Παμμήνῳ δέ, τῷ πολυχρονίῳ, καὶ διηνεκεῖ. Δειλαία οὖν εἰμι, ὅτι πάντα τὰ ἄχη εἰς ἡμᾶς συνεσύρη, καὶ διηνεκῆ παρέμεινεν.

Ἴστρος, [6] Μενάνδρου, Ἴστρου, Κυρηναῖος, ἢ Μακεδών, συγγραφεύς, Καλλιμάχου δοῦλος καὶ γνώριμος. Ἕρμιππος δὲ αὐτὸν φησὶ Πάφιον [7] ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν διαπρεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων. [8] ἔγραψε δὲ πολλὰ καὶ καταλογάδην, καὶ ποιητικῶς.

Ἴσχνανα. ἔξυσα. ἐλέπτυνα. [9] Ἀριστοφάνης· Ἴσχνανα τὴν τέχνην ἐπυλλίοις, καὶ περιπάτοις, καὶ [10] τευτλίοισι λευκοῖς· ἀντὶ τοῦ, διατριβαῖς. ὡς ἐπὶ ἀσθενοῦς. χυλὸν δοὺς ἐγὼ στωμυλμάτων [11] ἀπ' ἠθῶν, οὐκ ἀπὸ πτισάνης, ἀλλ' ἀπὸ ἠθῶν ἀνδρῶν, καὶ βιβλίων.

Ἴσχανδρος. [12] Τραγικὸς ὑποκριτής.

Ἰσχάνει. κωλύει.

Ἰσχανόωσα. [13] κωλύουσα. καὶ Ἰσχανόωσι, κωλύουσι. κατέχουσι. [14] Ἰσχανόω δέ, τὸ ἐπιθυμῶ, γενικῇ.

Ἰσχάς. ἰσχνάς τις οὖσα· ἐπειδή, [15] περὶ ἣ δοθῆναι τὴν κρεωφαγίαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐχρῶντο τῇ ἰσχάδι.

Ἰστορία. Contemplatio. *

Ἴστορος. Scientis, vel testis.

Ἱστός. Malus navis.

Ἴστω. Sciat. At Ἴστω, pro ἵστασο, Sta.

Huc accede, & sta juxta illam comptrix.

Ἱστῶνες, & ἱστῶνος. Locus, in quo sunt mali.

Ἴστωρ. Ligneus clavus, in summo temone infixus.

Ἴστωρ. *Et ego hujus rei sum valde gnara, propter colluviem & diuturnitatem multorum, graviumque, & tristium dolorum.* Κἀγὼ τοῦδ' ἴστωρ, i. e. Et ego illud satis novi, me miseram esse. Πανσύρτῳ hic significat, omnia mala secum trahente: vel, cum omnibus malis ingruente. Παμμήνῳ vero, continuo & diuturno. Sensus igitur est: Misera sum, quia omnia mala in me quasi confluxerunt, eademque perpetuo durant.

Ἴστρος. Ister, Menandri Istri F. Cyrenæus, aut Macedo, historicus, Callimachi servus & discipulus. Hermippus vero Paphium ipsum fuisse dicit, in secundo libro *de Servis, qui eruditione clari fuerunt*. Scripsit multa & soluta & ligata oratione.

Ἴσχνανα. Attenuavi. Polivi. Aristophanes: *Attenuavi artem versiculis, & deambulationibus, & betis albis.* Loquitur autem ut de homine infirmo. Succum enim subtilium sermonum se ei præbuisse dicit, non ex ptisana, sed virorum moribus & libris expressum.

Ἴσχανδρος. Ischander, Tragicus histrio.

Ἰσχάνει. Retinet. Impedit.

Ἰσχανόωσα. Impediens. Et ἰσχανόωσι. Retinent. Impediunt. Ἰσχανόω vero, cum significat concupisco, genitivo gaudet.

Ἰσχάς. Ficus arida. Carica. Ita dicta, quasi ἰσχνὰς, [ab ἰσχνὸς, quod significat tenuis.]

1 Οὐ γάρ τί που παραπλ.] Ex corrupto hoc & mutilo fragmento nullum sensum elicere potui; quæ ratio est, quare versionem ejus prætermiserim.

2 Ἴστω παρ' αὐτὴν δεῦρ' ἴθι κ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. in *Ecclef.* p. 746. (501. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

3 Ἱστῶνες] De hac voce amplius cogitandum censeo. Videtur enim esse spuria, & ex voce ἱστοδόκη corrupta.

4 Ἴστωρ] Lege ἕστωρ. Referenda enim est hæc nota Suidæ ad locum illum Homeri Il. Ω. v. 272.

——— Ἐπὶ δὲ κρίκον ΕΣΤΟΡΙ βάλλον.

Ubi brevis Scholiasta ait: Ἕστορ. τῷ ἀνιμώνῳ (lege ἐνιμώνῳ) πασσάλῳ κατὰ τοῦ ῥυμοῦ τοῦ ζυγοῦ. Τινὲς δὲ γράφουσιν ἕκτορι. Vide etiam Hesych. v. Ἕστορ. & v. Ἕκτορες.

5 Σοφοκλῆς] In *Electra*. p. 119. ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic recitat, ut Portus etiam monuit.

6 Ἴστρος, Μενάνδρ.] De eo vide Vossium *de Hist. Gr.* l. IV. c. XII.

7 Ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν διαπρ.] In duobus Cod. Paris. scriptum reperi, ἐν τῷ βίῳ τῶν διαπρ. quod spernendum non est.

8 Ἔγραψε δὲ π.] Præter opera, a Vossio recensita, scripserat etiam Ister περὶ μελοποιῶν, cujus libri mentionem facit Suidas v. Φρύνις. Præterea Ister ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι laudatur ab Eustathio ad Odyss. I. p. 1627. 15.

9 Ἀριστοφάνης] In *Ranis* p. 256. (167. Edit. Bas. P.) unde sensus hujus loci petendus est.

10 Τευτλίοισι λευκοῖς] Apud Aristoph. hodie legitur πυτλίοισι μικροῖς.

11 Ἀπ' ἠθῶν] Sic etiam apud Aristophanem hodie legitur. Sed scribendum est ἀπηθῶν, ab ἀπηθέω, ut in quibusdam codicibus scriptum fuisse vetus enarrator ad locum illum monet. Significat autem ἀπηθέω, liquorem ex aliqua re expressum percolo; quæ significatio loco huic optime convenit.

12 Ἴσχανδρος] Hujus meminit Demosthenes ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. Vide Harpocrationem h. v.

13 Ἰσχανόωσα. κωλ.] Homerus Il. E. v. 89.

Τὸν δ' οὔτ' ἄρ τε γέφυραι ἐεργμέναι ἰσχανόωσιν.

Ubi vetus Scholiasta. Ἰσχανόωσιν, ἐπέχουσι, λύουσι. Lege κωλύουσι.

14 Ἰσχανόω δέ, τὸ ἐπιθυμῶ] Hac significatione voce illa usus est Homerus Od. Θ. v. 288.

15 Περὶ ἣ δοθῆναι τὴν κρεωφ. τοῖς Ἀθηναίοις] Locus hic fœdo mendo inquinatus est. Pro Ἀθηναίοις enim legendum est ἀθληταῖς, ut recte monuit accuratissimus Reinesius *Var. Lect.* p. 683. cujus verba hic exhibebo. "Iamblichus *de Vita Pythag.* Pythagoram, "filium Eratoclis, philosophi ὁμωνύμου sectatorem, ἀλειπτικὰ συγγράμματα composuisse ait. καὶ τὴν ἀντὶ ἰσχάδων τοῖς τότε ἀθληταῖς κρεῶδες τροφῆς διάταξιν. οὐ καλῶς εἰς Πυθαγόραν τοῦ Μνησάρχου τούτων ἀναφερομένων; idque sequuntur Rittershusius in Not. "ad Malchum, & Meursius in Not. ad Aristoxeni *Harmon. Elem.* "p. 151. Suidas hac de re capiendus est in Ἰσχάς: Ἐπειδή, περὶ ἣ "δοθῆναι τὴν κρεωφαγίαν τοῖς Ἀθηναίοις, ἐχρῶντο τῇ ἰσχάδι. Sed "emendandus prius, τοῖς ἀθληταῖς. Iis, qui studia hæc contem-"nunt, leve videri potest, ita Suidam emendasse: scilicet, post-"quam de athletarum e caricis victu tot testimoniis edocti sunt. "Credo autem plerosque, antequam de isto monerentur, Suidam "corruptum secure secuturos, & immane falsum de Atheniensibus "imbibituros fuisse". Hæc Reinesius.

ἢ ἐπειδὴ μέχρι τούτου προβαίνει. πρῶτον γὰρ ὄλυνθος· εἶτα φήληξ· εἶτα σῦκα· εἶτα ἰσχὰς, ἴσχειν πιέσασα τὴν αὔξησιν. πάντα δὲ τὰ τραγήματα ἰσχάδας ἐκάλουν. [1] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Athletæ ante esum carnium aridis ficubus vescebantur [Vel ἰσχὰς ita appellata est, quod ficuum genus] ad eum usque gradum, nec ultra, progrediatur. Primo enim appellatur ὄλυνθος: deinde, φήληξ: postea σῦκα: & denique ἰσχὰς, quasi ἴσχουσα τὴν αὔξησιν, i. e. incremento terminum ponens. Omnia autem bellaria vocabant ἰσχάδας. Aristophanes *Pluto*:

Ἀνίσταθ' ὡς ἁρπασόμενος τὰς ἰσχάδας.

Surrexit, ut rapturus ficus.

Οὗ [2] καὶ πίονα τυρὸν ἀποδρέψασθε, καὶ αὔην

Ἰσχάδα.——

[In Epigrammate:]

Cujus etiam pinguem caseum decerpetis, & aridam

Ficum.——

Καὶ [3] Ἀριστοφάνης·

Κέχηνεν ὥσπερ ἐμπεδίζων ἰσχάδας.

Item Aristophanes:

Hiat, ut ore aperto excipiens & vorans ficus.

Ὥσπερ, [4] φησὶν, οἱ τὰς ἰσχάδας ἐσθίοντες ἀνεμποδίστως καὶ λάβρως αὐτὰς ἐσθίουσι· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὁ δῆμος, ἐπειδὰν ἐν τῇ Πνυκὶ καθίσῃ, καταχειροτονεῖ καὶ δημεύει.

Quemadmodum (inquit) qui ficus comedunt, eas avide deglutiunt & devorant: eodem etiam modo populus [Atheniensis,] quum in Pnyce consedit, condemnat, & damnatorum bona publicat,

Ἴσχε. κάτεχε. καὶ Ἴσχε, τέκνον.

Ἴσχε. Retine. Cohibe. Et Ἴσχε, τέκνον, *Tene, fili.*

Ἴσχεο, καὶ [5] Ἴσχεο. πέπαυσο.

Ἴσχεο, & Ἴσχεο. Quiesce Cessa. Desine.

Ἴσχεσθαι. παύσασθαι.

Ἴσχεσθαι. Desinere. Cessare.

Ἰσχέτω. κατεχέτω. [6] Ἴωμεν, [7] ἤδη μηδὲν ἡμᾶς ἰσχέτω.

Ἰσχέτω. Retineat. Moretur. *Eamus, & nihil nos moretur.*

Ἴσχειν. τὸ ἔχειν. [8] Οὐκ ἐξῆν κιχλίζειν, οὐδ' ἴσχειν τὼ πόδ' ἐναλλάξ. Ἀριστοφάνης φησί.

Ἴσχειν. Habere. Aristophanes: *Non licebat cachinnari, nec pedibus decussatis sedere.* Aristophanes inquit. [Idem alibi ait:]

Τοὺς [9] δὲ ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα.

His vero hospitibus janua nunquam clausa est.

ἀντὶ τοῦ κωλύει, ἀποκλείει. ἐπὶ τῶν πολλοὺς ξένους ἀποδεχομένων.

Dici potest de illis, qui hospitalitatem amant.

Ἰσχιάζειν. τὸ ἐν τῷ βαδίζειν ἐπιπολὺ ἑκατέρως ἑαυτὸν μεταφέρειν.

Ἰσχιάζειν. Inter eundum corpus ab una parte in alteram transferre.

Ἰσχίον. τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται. παρὰ τὸ ἴσχειν τοὺς καθημένους.

Ἰσχίον. Cavitas coxæ, cui os femoris inseritur. [Vel clunes, sic dictæ,] quod sedentes sustineant.

Ἰσχνομυθίας. λεπτολογίας.

Ἰσχνομυθίας. Argutas & inanes disputationes.

Ἰσχνομυθοῦντες. ἀκριβολογοῦντες.

Ἰσχνομυθοῦντες. Subtiliter disputantes.

Ἴσχω. αἰτιατικῇ, κρατῶ.

Ἴσχω. Accusativo. Teneo. Retineo.

Ἰσχύων. [10] Ὃς καὶ πτερόεντ' αἰετὸν κίχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα· Πίνδαρος τοῦτό φησιν.

Ἰσχύων. Valens. *Qui vel velocem aquilam assequitur, & marinum prævertit Delphinum.* Pindarus inquit.

Ἰσχύων.

——Ὅταν [11] τις Θεῶν

Βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν.

Ἰσχύων.

——*Quum quis Deorum*

Lædit, ne validus quidem effugere potest.

Ἰσχυρὸν θέρμην εἶχεν ὁ βασιλεύς· διὸ καὶ πλειόνων ἡμερῶν ἐν τῇ πόλει διέτριψεν.

Ἰσχυρὸν θέρμ. *Vehementem calorem sentiebat Rex. Quare multos etiam dies in urbe commoratus est.*

1 Ἀριστοφ. Πλούτῳ] Pag. 40. P.

2 Οὗ καὶ πίονα τ.] Hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. l. 1. p. 70.

3 Ἀριστοφάνης.] In *Equitibus* p. 332. (231. Edit. Bas. ut Portus observavit.)

4 Ὥσπερ, φησὶν, οἱ τὰς ἰσ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo laudatum locum Aristophanis.

5 Ἴσχεο. πέπαυσο] Homerus Il. B. v. 247.

Ἴσχεο, μηδ' ἔθελ' οἶος ἐριζέμεναι βασιλεῦσι.

Ubi Scholiasta τὸ ἴσχεο per πέπαυσο exponit, eodem modo ut hic Suidas.

6 Ἴωμεν, ἤδη μηδ.] Senarius hic Iambicus cujus sit auctoris jam non memini.

7 Ἤδη] In prioribus Edit. repugnante omnino metro versus legitur νῦν, cujus loco ἤδη reponere non dubitavi.

8 Οὐκ ἐξῆν κιχλίζειν, οὐδ' ἴσχειν τὼ πόδ' ἐναλλ.] Hæc leguntur apud Aristoph. in *Nubibus* p. 179. (109. Ed. Bas. P.)

9 Τοὺς δὲ ξενίζειν οὐδέποτ' ἴσχει γ' ἡ θύρα] Senarius hic legitur apud Aristoph. in *Acharnens.* p. 376. ubi lectu digna sunt, quæ notat doctus enarrator. Vide etiam supra v. Ἐναλλ.

10 Ὃς καὶ πτερόεντ' αἰετὸν κ.] Hæc sunt verba Pindari *Pyth.* 11. 91.

11 Ὅταν τις Θεῶν βλ.] Hæc expressa sunt ex illo Sophoclis in *Ajace*, v. 456.

——Εἰ δέ τις Θεῶν

Βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.

Vide etiam infra v. Θεὸς.

Ἰσχυρίζετο. ἀντὶ τοῦ διεβεβαιοῦτο. [1] Ὁ δὲ πρηνὴς κείμενος ἰσχυρίζετο, οὐδὲν τοῖς Βεῤῥοιαίοις ἀπολελεῖφθαι τῶν πάντων χρημάτων. Καὶ αὖθις· [2] Ταῦτα γράφω, οὐκ αὐτὸς θεασάμενος, ἀλλὰ τῶν θεάσασθαι ἰσχυριζομένων ἀκούσας.

Ἰσχυρίζετο. Affirmabat. Asseverabat. *Ille vero pronus jacens nihil de bonis universis affirmabat relictum esse Berœæis.* Et rursus: *Hæc, quæ scribo, non quidem ipse vidi, sed ex iis audivi, qui se vidisse affirmabant.*

Ἰσχυρίσκος. ἀντὶ τοῦ ἰσχυρός. οὕτως Ἄλεξις.

Ἰσχυρίσκος. Alexis hac voce usus est pro ἰσχυρός, i. e. validus, robustus.

Ἰσχυρογνώμων. [3] Ὁ δὲ [4] ἐπὶ τοῖς ἁμαρτανομένοις ἰσχυρογνώμων ἦν, καὶ δημοκρατικός.

Ἰσχυρογνώμων, Sententiæ alicujus tenax. *Ille vero sententiæ & propositi sui tenax erat, & potestatis popularis fautor.*

Ἰσχυρόν. μέγα. βαθύ. Ἀλλ' οὖν οὐκ οἶμαι ζῆν αὐτὴν ἔτι, ἰσχυρὸν τραῦμα λαβοῦσαν ὑπ' ἐμοῦ. Καὶ αὖθις· Πνευμάτων δὲ ἐπιγενομένων ἰσχυρῶν, ἔνιοι σὺν τοῖς ὑποζυγίοις εἰς τὴν ὑποκειμένην θάλασσαν κατηνέχθησαν.

Ἰσχυρόν. Validum. Ingens. Profundum. Vehemens. *At eam non amplius vivere puto, quippe quæ grave vulnus a me accepit.* Et rursus: *Ventis autem vehementibus exortis, quidam cum ipsis jumentis in subjectum mare deciderunt.*

Ἰσχυρός. ἰσχύος καὶ δυνάμεως εὖ ἔχων. [5] Ἰώσηπος. Ὁ δὲ Σαμψών, ἔτι γὰρ φρονεῖν ἰσχυρὸς ἦν, ἀντηπάτα τὴν γυναῖκα. Καὶ αὖθις· Ἰσχυρῶς εἴχετο τοῦ ἀνδρός. ἐρωτικῶς. καὶ Αἰλιανός φησιν· Οὕτως ἄρα αἱ ἰσχυραὶ τιμωρίαι πολλάκις εἰς τοὺς εὑρόντας αὐτὰς περιτρέπονται, καὶ ὅσα προσέταξαν παθεῖν ἑτέρους, αὐτοὶ πεπόνθασι.

Ἰσχυρός. Viribus & robore valens. *Samson autem adhuc mentis compos mulierem iisdem artibus decepit.* Et iterum: *Arcte viro illi adhærebat.* Et Ælianus inquit: *Sic igitur atrocia supplicia sæpe in ipsorum inventores recidunt, & ipsi patiuntur ea, quæ alium pati jusserunt.*

Ἰσχύς ἐστι συμμετρία τῶν ὁμοιομερῶν, νεύρων τε, καὶ ὀστῶν, καὶ πνεύματος. Τὰ χωρία ἰσχυρῶς ὄρθια ἦν, καὶ λίθων περιβολαῖς ὠχύρωτο.

Ἰσχύς. [Vis. Robur.] Est similarium partium, ut nervorum, & ossium, & spiritus justa inter se proportio. † *Loca valde ardua erant, saxis aggestis undique munita.*

Ἰταβύριον. ὄρος οὕτω καλούμενον.

Ἰταβύριον. Itabyrium. Mons ita vocatus.

Ἰταλία, [6] ἡ χώρα, [7] ἐν ᾗ ἡ Ῥώμη, ἀπὸ Ἰταλοῦ, ἡ πρὶν Αὐσονία, καὶ Αὐσονίς. τὸ ἐθνικὸν Ἰταλός, καὶ Ἰταλίς. ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰταλία, Ἰταλιώτης, ὡς Φθιώτης, καὶ [8] Σικελιώτης. διαφέρει δὲ τὸ Ἰταλὸς τοῦ Ἰταλιώτου, ὅτι [9] οἱ μὲν ἀπὸ οἰκιστοῦ καὶ ἀρχηγέτου τῆς χώρας, ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα, ἐπωνομάσθησαν· ὡς ἀπὸ Ἰταλοῦ Ἰταλοί, οὗ ἡ Ἰταλία· καὶ ἀπὸ Κίλικος, οἱ [10] Κιλικοί, οὗ ἡ Κιλικία· καὶ ἀπὸ Θετταλοῦ, οἱ Θετταλοί, οὗ ἡ Θετταλία· καὶ ἀπὸ Φρυγός, οἱ Φρύγες, οὗ ἡ Φρυγία. οἱ [11] δὲ ἀπὸ ἐπιγενομένων, καὶ τὴν χώραν εὑρόντων προσκεκλημένην· ὡς ἀπὸ τῆς Ἰταλίας, καὶ Σικελίας, Ἰταλιῶται, καὶ Σικελιῶται. [12] τὸ θηλυκόν, Ἰταλιῶτις. καὶ [13] Ἰταλιεύς, ὡς ἀπὸ τοῦ Αὐσονία, τὸ Αὐσονιεύς. καὶ Ἰταλιάζειν ῥῆμα. καὶ Ἰταλικός, τὸ κτητικόν, καὶ Ἰταλιωτικός. ἔστι καὶ Ἰταλικόν. χωρίον Σικελίας. ἔστι καὶ Ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας. τὸ ἐθνικόν, Ἰταλικήσιος. καὶ Ἰταλικησία ἐκαλεῖτο ἡ χώρα· καὶ Οἰνωτρία, καὶ Ἑσπερία.

Ἰταλία. Italia, regio, in qua est Roma, ab Italo sic appellata; quæ prius Ausonia & Ausonis dicebatur. Gentile nomen est Italus, & Itala. Ab Ἰταλία vero deducitur Ἰταλιώτης, ut a Φθία, Φθιώτης, a Σικελία, Σικελιώτης. Differt autem Ἰταλὸς ab Ἰταλιώτης. Nam illi denominati sunt a primo conditore & duce coloniæ, a quo etiam ipsa regio nomen accepit: ut Itali ab Italo, a quo Italia; Cilices a Cilice, a quo Cilicia; Thessali a Thessalo, a quo Thessalia; Phryges a Phryge, a quo Phrygia. Hi vero sunt, qui in regionem, [jam ante occupatam,] & certo nomine appellatam, post advenerunt; ut a Phthia, Phthiotæ, ab Italia, Italiotæ, a Sicilia, Siciliotæ. Hujus fœmininum est Ἰταλιῶτις. Dicitur etiam Ἰταλιεύς, ut ab Αὐσονία, Αὐσονιεύς. Hinc quoque derivatum est verbum Ἰταλιάζειν: & possessivum Ἰταλικός, & Ἰταλιωτικός. Est & Ἰταλικὸν locus in Sicilia; & præterea Ἰταλικὴ urbs Iberiæ, cujus gentile est Ἰταλικήσιος. Et Ἰταλικησία vocabatur ipsa regio: itemque Oenotria & Hesperia.

Ἰταλιώδης. [14] ὁ ἀλαζών. ἀπὸ τῶν Πυθαγορει-

Ἰταλιώδης. Sic vocatur homo gloriosus &

1 Ὁ δὲ πρηνὴς κείμενος ἰσχ.] Fragmentum hoc legitur apud Procop. *de Bell. Perf.* l. II. c. VII.

2 Ταῦτα γράφω, οὐκ αὐτ. θεασ.] Hæc sunt verba Procopii in *Histor. Arc.* c. XII.

3 Ὁ δὲ ἐπὶ τοῖς ἁμαρτ. ἰσχ.] Hæc sunt verba Laertii de Socrate, l. II. Segm. XXIV.

Θαῤῥαλέον. θρασύ. θρασὺς θαῤῥαλέου διαφέρει ὅτι ὁ μὲν θρασὺς διαβολὴν ἔχει, κακὸς ὤν. ὁ δὲ θαῤῥαλέος, ὡς ἀγαθὸς ἐπαινεῖται. Ὑπερίδης φησὶν ἐν τῷ Κυθνιακῷ· Οἱ μὲν θρασεῖς ἄνευ λογισμοῦ πάντα πράττουσιν· οἱ δὲ θαῤῥαλέοι μετὰ λογισμοῦ τοὺς προσπίπτοντας κινδύνους ἀνεκπλήκτως ὑπομένουσι.

Θαῤῥαλέος. ὁ εὔτολμος. καὶ Θαῤῥαλεώτατος, εὐτολμότατος. Θαρσαλέως δὲ, ἐπιῤῥηματικῶς διὰ τοῦ ω μεγάλου, ἀντὶ τοῦ εὐθαρσῶς, καὶ ἀνδρείως.

Θαργήλια. [2] ἑορτὴ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος. καὶ μὴν Θαργηλιών. [3] καὶ ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος ἱεροῦ ἑψήματος. ἧψον δ' ἐν αὐτῇ ἀπαρχὰς [4] τοῦ Θεοῦ τῶν πεφηνότων καρπῶν, ὀνομαζόμενον ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ ἡλίῳ. ἵσταντο δὲ ἐν αὐτῇ καὶ χοροί. καὶ Ἀγαθῶν Θαργήλια.

terram calefaciat. Est enim idem ac Sol. [Hinc proverbium] Ἀγαθῶν Θαργήλια.

Θαργήλια. [5] ἑορτὴ ἦν τὰ Θαργήλια· ἄγεται δὲ Θαργηλιῶνι μηνὶ, ὅς ἐστιν ἱερὸς Ἀπόλλωνος.

Θαργηλία, [6] Ἀγησαγόρου θυγάτηρ, βασιλεύσασα Θεσσαλῶν λ' ἔτη, Μιλησία τὸ γένος, ἀναιρεθεῖσα δὲ ὑπό τινος Ἀργείου, δεθέντος ὑπ' αὐτῆς.

Θαῤῥελείδης. [7] Σύμμαχος. [8] Ἀσωπόδωρος, καὶ Διδυμαχίας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ἐπὶ σμικρότητι διεβέβληντο τοῦ σώματος.

Θαρσεῖς [9] Καρχηδόνα, τὴν τῆς Λιβύης προκαθημένην, Ἠσαΐας καὶ Ἐζεκιὴλ ὀνομάζουσι. Σαβὰ δὲ, Αἰθιοπικὸν ἔθνος. ἀλλὰ Λίβυες μὲν, οἱ καὶ Ἄφροι προσαγορευόμενοι, τὰ Ἑσπέρια τῆς οἰκουμένης κατέχουσι τμήματα. Αἰθίοπες δὲ, τὰ Ἑῷα καὶ Νότια. Ἄραβες δὲ, τὴν μέσην ἤπειρον. οἱ δὲ Νησιῶται, τὰ τῆς θαλάσσης μέσα. τούτους ἔφη προσπεσεῖσθαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ ὁ [10] Δαβίδ. Προπεσοῦνται Αἰθίοπες.

Θαρσεῖς, χώρα τῆς Ἰνδικῆς, ὅθεν ἤρχετο τῷ Σολομῶντι τὸ χρυσίον.

desperatis pugnam inire vetabat: Desperatione enim nihil esse fortius. Æschylus: *Mors sola inter Deos donis corrumpi nequit.* Dicitur autem θανατῶν & ille, qui aliquem occidit.

Θάπτω. Accusativo. Sepelio.

Θαῤῥαλέον. Audax. Differt autem θρασὺς a θαῤῥαλέος. Nam θρασὺς ut malus vituperatur: θαῤῥαλέος vero, ut bonus laudatur. Hyperides in Oratione *Cythniaca* inquit: *Audaces omnia temere & absque ratione faciunt: Fortes vero, ratione cuncta gerentes, in periculis, quæ ipsis accidunt, animum intrepidum servant.*

Θαῤῥαλέος. Fidens. Animosus. Et Θαῤῥαλεώτατος, fidentissimus. Θαρσαλέως vero, adverbialiter, per ω magnum, significat fidenter & fortiter.

Θαργήλια. Thargelia, festum Apollinis & Dianæ. Et mensis quidam [vocabatur] Thargelion. Et olla in qua primitiæ frugum, Deo sacræ, coquebantur, [appellabatur θάργηλος.] Coquebant enim in ea primitias frugum, quæ provenerant, easque offerebant Deo [Thargelio,] sic dicto ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, i. e. quod In eodem etiam festo choreæ ducebantur.

Θαργήλια. Thargelia. Festum erat, quod celebrabatur mense Thargelione, qui Apollini sacer erat.

Θαργηλία· Thargelia, Agesagoræ filia, quæ per annos XXX Thessalis imperavit, genere Milesia, occisa ab Argivo quodam, quem in vincula conjecerat.

Θαῤῥελείδης. Symmachus [verba illa Comici, τὸν μὲν Θαῤῥελείδου κολοιὸν, de Asopodoro intelligenda putat] † Asopodorus & Didymachias frater ejus ob corporis & staturæ brevitatem notabiles erant.

Θαρσεῖς. Sic Carthaginem, Libyæ principem urbem, Esaias, & Ezechiel nominant. Saba vero, est gens Æthiopica. Et Libyes quidem, qui & Afri nominantur, Occidentales Terræ partes tenent. Æthiopes vero, Orientales & Meridionales. Arabes, mediam continentem. Insulares vero, medium maris. Hos ante Deum procubituros dixit David. *Procumbent Æthiopes.*

Θαρσεῖς. Tharses, Indiæ regio, unde Salomoni aurum advehebatur.

1 Μόνος Θεῶν γὰρ θάν.] Hic locus Æschyli referendus est ad vocem præcedentem Θάνατος, unde perperam huc translatus est.

2 Θαργήλια. ἑορτὴ Ἀπ.] Vide Meursium in *Græc. Fer.* v. Θαργήλια.

3 Καὶ ὁ τῶν σπερμάτων μεστὸς χύτρος ἱερ.] Excidisse hic vocem θάργηλος, scribendumque esse, καὶ θάργηλος ὁ τῶν σπερμ. recte monuit Meursius *Exercit. Crit.* Part. II. l. II. c. XI. Olla enim, in qua primitiæ frugum, Deo sacræ, coquebantur, vocabatur θάργηλος. Hesychius v. Θαργήλια: Ὁ θάργηλος χύτρος ἐστὶν ἀνάπλεως σπερμάτων. Et paulo post: Θάργηλος, χύτρα ἱεροῦ ἑψήματος.

4 Τῷ Θεῷ τῶν πεφηνότων καρπῶν, ὀνομαζ.] Locus hic corruptus est & mutilus, quem sic in integrum restituo: Τῷ Θεῷ τῶν πεφηνότων καρπῶν, [Θαργηλίῳ] ὀνομαζομένῳ, ἀπὸ τοῦ θέρειν τὴν γῆν, τῷ αὐτῷ ὄντι τῷ ἡλ. Hanc lectionem in versione secutus sum.

5 Θαργήλια. ἑορτὴ ἦν τὰ Θαργ.] Eadem habet Harpocratio, ex quo Suidas.

6 Θαργηλία. Ἀγησαγόρου θυγ.] Vide Athenæum l. XIII. p. 609. & Hesychium h. v. apud quem pro ἢ πλείστοις ἐγήματο τῶν διὰ σ. legendum est, ἢ πλείστοις ἐγήματο τῶν διὰ σ. Athenæus enim loco laudato auctor est, Thargeliam hanc, quod esset formosa & sapiens, quatuordecim viris nupsisse.

7 Θαῤῥελείδης. Σύμμ.] Locus hic illustrandus & supplendus est ex Schol. Aristoph. ad *Aves*, p. 543. quem Suidas obiter tantum inspexisse videtur.

8 Σύμμαχος. Ἀσωπόδωρος κ.] Fallitur Portus, qui locum hunc ita interpretatus est, ac si Symmachus unus fuisset illorum, qui brevissimo & minimo corpore fuerunt. Rem enim secus sese habere, & verum loci hujus sensum esse eum, quem in versione expressi, ex Scholiasta Aristophanis clare patet.

9 Θαρσεῖς Καρχηδ. τὴν τῆς Λιβ.] Hunc locum descripsit Suidas ex Theodoreto in Psalmum LXXI. ut Pearsonius in notula ad marginem codicis sui recte observavit.

10 Ὁ Δαβίδ.] Psalm. LXXI. v. 9.

Θάρσυνος. τεθαῤῥηκώς.

Θαρσυνος. Fidens. Fretus.

Θασίαν [1] κυκῶσι [2] λιπαράμπυκα. Ἀριστοφάνης. οἷον φιάλην, Θασίου οἴνου πεπληρωμένην. ἄμπυξ δὲ λέγεται, τὸ περιέχον. νῦν δὲ τὸ πῶμα τοῦ ἀγγείου λέγει. λιπαρὸν μὲν διὰ τὸ ἡδὺ τοῦ οἴνου. ἄμπυκα δὲ, παρὰ τὸ πυκάζειν, καὶ καλύπτειν τὸν οἶνον. καταχρηστικῶς δὲ λείπει τὸ λάγηνον, ἐπεὶ καταχρίονται πίσσῃ τὸ στόμα· οὐ πιθανῶς. οὐδέπω γὰρ τότε Θάσιος οἶνος εὐδοκίμει παρ' Ἀθηναίοις. οἱ δὲ, ὅτι Θάσιοί τινες ῥαφανίδες λέγονται. λέγει δὲ τὴν ἠρτυμένην καὶ βεβρασμένην. οἱ δὲ, Θάσιον βάμμα φασὶ λέγεσθαι. οἱ δὲ, τὴν λεγομένην θερμοποτίδα, ἢ Θασίαν ζωμάλμην, εἰς ἣν ἀπέβαπτον τὰ ἀνθρακωμένα τῶν ἰχθυδίων.

Θασίαν κυκ. *Thasium miscent* [*poculum*,] *eleganti operculo tectum.* Aristophanes. Id est, phialam, Thasio vino plenam. Ἄμπυξ dicitur id, quod continet aliquid. Nunc vero vasis operculum ita vocat. Λιπαρὸν vero addit, propter vini suavitatem. Ἄμπυξ dicitur a πυκάζειν, i. e. tegere. Vinum enim tegit. Catachrestice vero deest τὸ λάγηνον. i. e. lagena: quia os [vasis] pice illinunt; quod tamen minus probabile est. Nondum enim tunc Thasium vinum apud Athenienses in pretio habebatur. Alii vero dicunt, Comicum hic loqui de Thasiis rapis: illis nimirum, quæ condiri & elixari solebant. Alii vero ajunt, de Thasio quodam intinctu [locum hunc] intelligendum esse. Alii denique de ea, quam vocabant, thermopotide, & Thasia zomalme, in quam pisces, supra carbones assati, intingi solebant.

Θάσιος οἶνος. καὶ παροιμία· Εἰ [3] Θάσιον ἐνέχεις. [4] ἐπειδὴ ἐν Θάσῳ ᾤκει Στάφυλος ὁ ἐρώμενος Διονύσου. ὅτι διαφέρει ὁ Θάσιος οἶνος. Ἐνέχεις δὲ, ἀντὶ τοῦ ἐκίρνας.

Θάσιος οἶνος. Thasium vinum. Et proverbium: *Si Thasium infundebas*. In insula Thaso enim Staphylus Bacchi amasius habitabat. Vinum autem Thasium est excellens. Ἐνέχεις vero hic positum est pro ἐκίρνας, i. e. miscebas.

Θάσος [5] ἀγαθῶν. ἐπὶ τῶν εὐδαίμονα καὶ λαμπρὸν ἀποδεῖξαί τινα ἐπαγγελλομένων.

Θάσος ἀγαθῶν. *Thasus bonorum.* De iis, qui pollicentur se aliquem beatum & illustrem reddituros esse.

Θάτερα. ἑτέρως. [6] Ὡς πάντα δεινὰ, κἀπικινδύνως βροτοῖς κεῖται, [7] παθεῖν δὲ θάτερα. χρὴ δ' ἐκτὸς ὄντα πημάτων τὰ δείν' ὁρᾶν· χ' ὤταν τις εὖ ζῇ, τηνικαῦτα τὸν βίον σκοπεῖν μάλιστα, μὴ διαφθαρεὶς λάθῃ.

Θάτερα. Altero modo. Aliter. *Ut omnia tristia & periculis plena mortalibus proposita sunt: ut nunc bene, nunc male cum illis agatur. Oportet autem, cum calamitatum expertes sumus, mala prospicere: &, cum vita est prospera, maxime cavẽdum, ne felicitas nos ignorantes corrumpat.*

Θάτερον. ἕτερον μέρος.

Θάτερον. Altera pars.

Θᾶττον. ἀναπνοῆς τάχιον. ἢ ἀντὶ τοῦ μᾶλλον. Τὰ σιτία τῆς τεκούσης θᾶττον ἐπιπέμψειεν ἄν. Ὑπάτου δὲ παρόντος, θᾶττον ἢ κατὰ δόξαν ἐτελέσθη τὸ ἔργον. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ θᾶττον ἢ φρονιμώτερον ἐγχειρεῖν ἔγνω τοῖς λόγοις. Καὶ αὖθις· Θᾶττον ἀναπνοῆς αὐτοὺς ἐπέκλυζαν, καὶ συγκλείσαντες κατηκόντισαν. Καὶ αὖθις· Ὧν θᾶττον ἂν ἴδῃς τὴν καρδίαν, ἢ τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀδυνατούσης τῆς γλώττης ἐξερμηνεῦσαι τὴν γνώμην.

Θᾶττον. Citius. Celerius. Respiratione celerius. Vel, magis. *Alimenta matris potius mittet.* †*Consule autẽ præsente opinione citius confectũ est opus.* Et rursus: *Ille vero celerius, quam prudentius, literarum studium aggredi statuit.* Et alibi: *Respiratione celerius ipsos circumdederunt, & conclusos sagittis confecerunt.* Et alibi: *Quorum cor citius videris, quam ea, quæ sunt in corde, quoniam lingua mentem illorum exprimere nequit.*

Θᾶττον [8] ἢ Βούτης. ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως γινομένων. τούτου γὰρ μόνον ἐφαίνετο τὸ κρανίον καὶ ὁ ὀφθαλμός· τὰ δὲ λοιπὰ ὑπὸ τοῦ ὄρους ἐκρύπτετο.

Θᾶττον ἢ Βούτης. *Celerius, quam Butes.* De rebus, quæ facile fiunt. Hujus enim caput & oculi tantum apparebant; reliqua vero sub monte occultabantur.

Θᾶττον [9] ὁ τόκος Ἡρακλείτου Περινέω τρέχει. Οὗτος ἐθαυμάσθη ἐπὶ τάχει. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δανειζομένων διὰ τὸν τόκον.

Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρ. *Citius usura currit, quam Heraclitus Perineus.* Hic ad miraculum usque velox fuit. Proverbium illud dicitur in eos, qui pecuniam fœnore ab aliis accipiunt, quia usuræ [celeriter currere videntur.]

Θᾶσσον [10] γὰρ ἄν τις τὴν πᾶσαν ψάμμον ἐξαριθμήσειεν, ἢ

Θᾶσσον γὰρ ἄν τις τ. *Citius quis maris arenam*

1 Θασίαν κυκῶσι λιπαρ.' Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem in *Acharnens.* p. 403. hodie sic legitur:

Οἱ δὲ Θασίαν ἀνακυκῶσι λιπαράμπυκα.

Vide ibi veterem enarratorem, ex quo totum hunc locum Suidas descripsit.

2 Λιπαράμπυκα] In prioribus Edit. post vocem hanc sequens nota inserta est: Διαφέρει δὲ θάρσος θράσους. θάρσος μὲν γὰρ λέγεται τὸ εὔλογον παράστημα τῆς ψυχῆς. θράσος δὲ, τὸ ἐναντίον. Sed hæc cum ad vocem θάρσος, non vero Θασίαν pertineant, ex loco hoc ejicere non dubitavi.

3 Εἰ Θάσιον ἐνέχεις] Hæc sunt verba Aristoph. in *Pluto* p. 99. (48. Ed. Bas. ut Portus monuit.)

4 Ἐπειδὴ ἐν Θάσῳ ᾤκει Στ.] Hæc, & sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Θάσος ἀγαθῶν. ἐπὶ τῶν εὐδ.] Hæc descripsit Suidas ex Zenobio, apud quem plura de hoc proverbio legere licet. Vide etiam supra v. Δάσος.

6 Ὡς πάντα δεινὰ, κἀπικ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Sophoclis in *Philoct.* p. 403. ut Portus observavit. Eadem etiam leguntur supra v. Ἀκροσφαλής.

7 Παθεῖν δὲ θάτερα] Scribe ex Sophocle, παθεῖν μὲν εὖ, παθεῖν δὲ θάτερα.

8 Θᾶττον ἢ Βούτης] Clarius & plenius hoc proverbium exponit Zenobius, quem vide.

9 Θᾶττον ὁ τόκος Ἡρακλείτου Περινέω τρ.] Vide Zenobium Adag. CCCXXXV.

10 Θᾶσσον γὰρ ἄν τις τὴν πᾶσαν ψ.] Hæc sunt verba Procopii de Justiniano *Histor. Arcan.* c. XVIII. p. 53.

ὅζης οὗτος ἀνήρηκε. [1] τὴν δὲ χώραν διαμετρούμενος, ἔρημον οὖσαν τῶν ἐνοικούντων, μυριάδας μυριάδων μυρίας φημὶ ἀπολωλέναι.

Θαύλων, Θαύλωνος. ὃς [2] τῷ ἰδίῳ πελέκει ἀπέκτεινε τὸν βοῦν, τὸν φαγόντα τὸ πόπανον, ὅπερ ἦν παρεσκευασμένον εἰς τὴν θυσίαν ἐν τοῖς Διϊπολίοις. καὶ ζήτει ἐν τῷ Βυφόνια.

Θαυμάζω. ὅτι πρὸς γενικὴν συντασσόμενον, τὸ καταγινώσκω σημαίνει. πρὸς δὲ αἰτιατικήν, τὸ ἐπαινῶ. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἐθεῶντο. Ἑστάμενοι ἐθαύμαζον. Θαυμάζω δὲ ἔγωγε, πῶς τοσούτων εἰρημένων, ἐκείνων μὲν ὄντων πολλῶν καὶ καλῶν, ἐπελάθου. τὸ γὰρ οὐκ ἐνόησας, οὔ ποτ' ἂν εἴποιμι περὶ σοῦ, πλὴν εἰ μὴ πρότερον ἐμαυτὸν πολλάκις ἀγνοήσαιμι.

Θαυμάλωψ. [3] ὁ ἡμίφλεκτος, ἢ ὁ διακεκαυμένος ἄνθραξ.

Θαυμάσας ἔχω. ἀντὶ τοῦ ἐθαύμασα Ἀττικῶς. Οὔτ' εἴ τι μῆχος τῶν λόγων ἔθου πάλαι θαυμάσας ἔχω.

Θαυμάσια [4] ἐν γῇ Χάμ. Θαυμάσια ἐπὶ θεοῦ, τὰ ἐπ' εὐεργεσίαις τισὶν γινόμενα. Δυνάμεις δὲ φοβερῶν, ἡ ἐπὶ τιμωρίᾳ ἑτέρων δειχθεῖσα μεγαλουργία.

Θαυμασταί. [5] Ἐκπλαγέντες ἠκολούθουν, οἱ μὲν σοφίας οἱ δέ, εἴδους, οἱ δέ, διαίτης, οἱ δὲ σχήματος, οἱ δὲ πάντων ὁμοῦ [6] θαυμασταὶ ὄντες.

Θαυμαστούς. Μεγάλας ἔχων ἐλπίδας, θαυμαστούς τινας ἐξοίσεσθαι μισθοὺς τῆς προδοσίας.

Θαψακηνός. ἀπὸ τόπου.

Θαψίνη. [7] Γυναικὶ κλητεύειν ἐοικὼς θαψίνῃ.

Θαιμανίτης. ὁ ἀπὸ Θαιμάν, ὅ ἐστιν ἀνατολή.

Θαιρούς. τοὺς στροφεῖς τῆς θύρας.

Θεαγένης, [8] Ἀθηναῖος ἄρχων, φιλότιμος ἀνήρ, καὶ μεγαλοφυής, Ἑλλήνων τε ὅτι μάλιστα [9] χρήμασι λαμπρυνόμενος, οἷς εἰς δέον ἐχρῆτο τὰ πολλά, πόλεών τε ἐνίων τὰ πταίσματα ἐπανορθούμενος, καὶ τοῖς δεομένοις τῶν ἀνθρώπων ἐπικουρῶν, οὐ μιᾷ χειρὶ δωρούμενος, ἀλλ' ἀμφοῖν, κατὰ τὴν παροιμίαν. ἦν γὰρ φιλόδωρός τε καὶ μεγαλόδωρος εἰς ὑπερβολήν. ἀνηλοῦτο δὲ αὐτοῦ πολλὰ τῶν χρημάτων εἴς τε διδασκάλους, καὶ ἰατρούς, καὶ τὴν ἄλλην τῆς πατρίδος εὐθημοσύνην. ταῦτα μὲν ἀξιέπαινα τῶν Θεαγένους. ἦν δὲ θυμοειδής, καὶ οὐδαμοῦ καταφρονεῖσθαι ἀνεχόμενος, ἀλλὰ καὶ θεραπεύεσθαι σπουδάζων [10] ὑπὸ πάντων,

numeraverit, quam quot homines hic interfecerit. Nam cum regiones, quas ille habitatoribus vacuas reddidit, percenseo, ducenties & decies centena millia hominum ab ipso sublata esse dico.

Θαύλων. Thaulon, Thaulonis. Hic securi sua bovem interfecit, qui placentam devoraverat, quæ in festo Diipoliorum sacrificio destinata erat. Quære in v. Βυφόνια.

Θαυμάζω. Quum verbum hoc cum genitivo construitur, significat condemno, vitupero. Sed accusativo junctum, laudo. Significat etiam contemplor: ut, Ἑστάμενοι ἐθαύμαζον, i. e. *Stantes cum admiratione contemplabantur.* † *Equidem miror, quomodo tot rerum dictarum, quæ profecto multæ sunt & præclaræ, sis oblitus. Illud enim, te eas non animadvertisse, de te nunquam dixerim, nisi prius me ipse ignorem.*

Θαυμάλωψ. Semiustus vel incensus carbo.

Θαυμάσας ἔχω. Attice dicitur pro ἐθαύμασα, i. e. admiratus sum. * * * * * *

Θαυμάσια ἐν γῇ X. [*Deus fecit*] *mirabilia in terra Cham.* Θαυμάσια dicuntur miranda Dei opera, quæ salutis hominum gratia ab eo eduntur. Δυνάμεις vero significat potentiam ejus terribilem, quam in ulciscendis malis ostendit.

Θαυμασταί. Laudatores. Admiratores. *Attoniti autem sequebantur, alii quidem sapientiam ejus; alii vero formam; alii rationem vitæ; alii habitũ; alii deniq; hæc omnia simul admirantes.*

Θαυμαστούς. *Magnam conceperat spem, se insigne proditionis præmium reportaturum esse.*

Θαψακηνός. Thapsacenus. A loco sic dictus.

Θαψίνη. Buxeæ. *Mulierem buxeam in jus vocare videris.*

Θαιμανίτης. Thæmanites. Qui est ex Thæman, i. e. ex Oriente.

Θαιρούς. Januæ cardines.

Θεαγένης. Theagenes, Archon Atheniensium, vir honoris cupidus, & magnanimus, & qui Græcorum omnium opibus maxime illustris erat, quas sæpe in bonos usus impendebat, tum urbes quasdam collapsas instaurans, tum egenis hominibus opem ferens; non una manu, sed ambabus (ut fert proverbium) liberalitatem exercens. Erat enim & liberalis, & magnificus supra modum. Multum etiam pecuniæ in Doctores, & Medicos, & alia patriæ commoda impendit. Et hæc quidem in Theagene laudanda sunt. Idem vero erat iracundus, nec ullo modo contemptum sui ferre poterat, & tum ab omni-

1 Τὴν δὲ χώραν διαμετρούμενος, ἔρ.] Apud Procopium sic legitur: Τὴν δὲ χώραν ἐπιπολεῖστον διαμετρούμενος, ἥνπερ ἔρημον τῶν ἐνοικούντων ξυμπέπτωκεν εἶναι, μυριάδας &c.

2 Ὃς τῷ ἰδίῳ πελέκει ἀπέκτεινε τὸν β.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Nubes*, p. 179. (ubi male legitur Βαύλωνα pro Ταύλωνα) Pausan. in *Atticis*, c. XXIV. & Meursii *Græc. Fer.* v. Βυφόνια, & Διϊπόλια.

3 Θαυμάλωψ.] Scribe θυμάλωψ, & suo loco redde.

4 Θαυμάσια ἐν γῇ Χάμ.] Hæc sunt verba Davidis Psalm. cv. secundum τοὺς LXX.

5 Ἐκπλαγέντες ἠκολούθουν, οἱ μὲν σοφ.] Hæc sunt verba Philostrati in *Vit. Apoll. Tyan.* l. IV. c. 1. p. 158.

6 Θαυμασταὶ ὄντες] Hinc emenda Philostratum, apud quem minus recte legitur θαυμασταί.

7 Γυναικὶ κλητ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. in *Vespis* p. 530. (362. Edit. Bas. ut Portus observavit.)

8 Θεαγένης. Ἀθηναῖος ἄρχων, φιλ.] Totum hunc articulum de Theagene ex Damascio descriptum esse patet ex iis, quæ leguntur apud Photium in Excerptis ex illo scriptore, p. 1057. Ibi enim & Theagenis hujus mentio fit, & fragmentum quoddam ex hoc ipso loco decerptum exhibetur.

9 Χρήμασι] Hanc lectionem ex *MS.* Paris. A. revocavi. In prioribus enim Edit. male legitur χρήματα.

10 Ὑπὸ πάντων, καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν φιλοσοφούντων, ὑπερορῶν καὶ διαφ.] Sic locum hunc ex optimo *MS.* Paris. A. in integrum restitui, qui in prioribus Edit. corruptus & mutilus sic circumfertur, ὑπὸ πάντων τῶν ὑπερορώντων διαφερόντων, &c.

καὶ

καὶ οὐχ ἥκιστα τῶν φιλοσοφούντων, ὑπερορῶν καὶ διαπτύων τοὺς ἄλλους, καὶ μάλιστα τοὺς ἐν δυνάμει δοκοῦντας εἶναι, καὶ [1] προθυμουμένους ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ λαμπρύνεσθαι, καὶ τὰ νέα ἀξιώματα προτιμῶν τῶν ἀρχαίων ἠθῶν τῆς εὐσεβείας, ἔλαθεν ἑαυτὸν ἐμπεσὼν εἰς τὸν τῶν πολλῶν βίον ἀποσπασθεὶς τῶν Ἑλλήνων, καὶ τῶν ἔτι ἄνω προγόνων· ἔλαθε δὲ τοὺς πέλας οὐκ ἔτι φίλους ἀληθινούς, ἀλλὰ κόλακας ἀπατηλοὺς κεκτημένος. οὔκουν ἔτι διέσωζε τὴν πάλαι αἰδῶ πρὸς φιλοσοφίαν· ἀλλὰ τῷ μὲν λόγῳ τοὺς φιλοσόφους ἐπεποίητο περὶ ἑαυτόν, τῷ δὲ ἔργῳ τοὺς θεραπεύοντας. αὕτη πρώτη ἀρχὴ ἐγένετο τῆς πρὸς Μαρῖνον ὑποψίας. ὁ γὰρ Μαρῖνος ἐμμένων τῇ παραδοθείσῃ σεμνότητι τῶν φιλοσόφων, ἐθεράπευε μὲν τὰ εἰκότα τὸν Θεαγένην, [2] καὶ οὐκ ἦν τις ἄρα πρὸς αὐτὸν ἀλαζών, οὐδὲ σκαιός, οὐδὲ σοβαρὸς τὴν ἔντευξιν, οὐδὲ δυσόμιλος, οὐδὲ ἄλλως ὑπὲρ τὸν ἰδιώτην εἶναι βουλόμενος, ἀλλὰ προσδεχόμενός τε καὶ προπέμπων, ἐγένετο δῆλος καὶ τὰς ὀφειλομένας αὐτῷ τιμὰς ἀπονέμων, οἵας ἂν εἵλετο πρωτεύων ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει, τάχα δὲ ἐν τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ συμπάσῃ. καὶ γὰρ ἦν Ῥωμαϊκῶν πατέρων εἷς, καὶ πρῶτος τῆς περὶ τὰ βασίλεια συγκλήτου βουλῆς, τῇ τε ἐξ ἀρχῆς εὐγενείᾳ, καὶ τῇ μεγαλειότητι τῶν τρόπων, καὶ τῇ περὶ τοὺς λόγους διαφανεῖ σπουδῇ τε καὶ ἐπιμελείᾳ. ὥστε καὶ ὁ Μαρῖνος ἐσπούδαζεν αὐτῷ συναύξειν τὸ μέγεθος τῆς κατὰ πάντα περιφανείας.

bus, tum etiam philosophis coli volebat, despiciens & contemnens alios, præcipue vero eos, qui potestate & auctoritate aliqua præditi esse videbantur; & in Republ. Romamana præ aliis excellere studebat, & nova instituta priscis & piis moribus anteponebat. Hinc imprudens a Græcis & majoribus suis recedens ad vitam vulgi delapsus est, nec animadvertit, familiares suos ex veris amicis fallaces adulatores factos esse. Quare pristinam reverentiam erga philosophiam non servavit: cum verbo quidem philosophos secum haberet, sed revera assentatores. Hoc primum suspicionis initium adversus Marinum exstitit. Nam is quidem dignam philosopho gravitatem retinens, Theagenem, uti par erat, observabat; neque se adversus illum insolenter, aut rustice, aut superbe in congressibus, aut morose in colloquiis gerebat, neque in aliis se supra privati sortem efferebat; sed eum palam & præstolabatur, & domum deducebat, & convenientem honorem illi habebat; qualis viro principi urbis, & fortasse totius Reip. Romanæ debebatur. Erat enim unus ex Romanis Patribus, & Senatus Palatini primus, tum ob veterem nobilitatem, tum ob morum magnificentiam, & insigne erga literas studium. Itaque Marinus dignitatis ejus splendorem omni in re amplificare & augere studebat.

Θεαγένης. ζήτει ἐν τῷ Ἀρχιάδας.

Θεαγένης. Theagenes. Quære in Ἀρχιάδας.

Θεαγένης. ὄνομα κύριον. καὶ παροιμία· Θεαγένους Ἑκάτειον. οὗτος δειλὸς ἦν· εἶχε δὲ Ἑκάτης ἄγαλμα, οὗ ἐπυνθάνετο πανταχοῦ ἀπιών. ὃς καὶ Καπνὸς ἐκαλεῖτο.

Θεαγένης. Theagenes, nomen proprium. Et proverbium: *Theagenis Hecateum.* Hic fuit timidus, & Hecates simulacrum habebat, quod consulebat, quocunque iret. Idem etiam appellatus fuit Καπνός, i. e. fumus.

Θεαγένους [3] χρήματα, τά τ' Αἰσχίνου. ἐπὶ τῶν πενήτων μέν, ἀλαζονευομένων δέ. οὗτος γὰρ πένης ὤν, ἔλεγεν ἑαυτὸν πλούσιον εἶναι. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι δύο Θεαγένεις, εἷς [4] μέν, ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας· ἕτερος δέ, ὁ ἐπὶ μαλακίᾳ σκωπτόμενος. οὗτος δὲ πένης ὤν, μεγαλέμπορος ἐβούλετο εἶναι, ἀλαζών, ψευδόπλουτος. ἐκαλεῖτο δὲ Καπνός, ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. καὶ ὁ Αἰσχίνης δὲ πένης, θρυπτόμενος καὶ αὐτὸς ἐπὶ πλούτῳ, καὶ λέγων ἑαυτὸν πλούσιον. ἦν δ' Αἰσχίνης Σέλλου. ἔλεγον δὲ ἐκ μεταφορᾶς τοὺς τοιούτους Σέλλους· καὶ τὸ ἀλαζονεύεσθαι, Σελλίζειν.

Θεαγένους χρ. Theagenis & Æschinis opes. De pauperibus quidem, sed qui se divites esse jactant, [proverbium istud dicitur.] Hic enim, cum pauper esset, se divitem esse dicebat. Sunt & alii duo Theagenes: unus, qui de Homero scripsit; alter vero, qui propter mollitiem vitæ deridebatur. Hic, quamvis esset pauper, opulentus tamen mercator videri volebat, quippe homo gloriosus, & qui falso divitias jactaret. Vocabatur autem *Fumus*, quia, cum multa polliceretur, nihil præstabat. Æschines etiam pauper erat, & ipse divitias inepte ostentans, & opulentum se esse dicens. Erat autem Æschines Selli filius. Per translationem igitur hujusmodi [pauperes gloriosos] vocabant Σέλλους; & Σελλίζειν, se jactare.

Θεάμονας. θεατάς. θεωρητικούς.

Θεάμονας. Spectatores. Contemplatores.

1 Προθυμουμένους]. Malim προθυμούμενος; quam lectionem in versione secutus sum.

2 Καὶ οὐκ ἦν τις ἄρα πρὸς αὐτὸν ἀλαζ. οὐδὲ σκαιός. οὐδὲ σοβ. τὴν ἔντευξ.] Hæc etiam leguntur apud Photium loco laudato; sed temere & negligenter a compilatore excerpta, quippe quæ nec cum iis, quæ ibi præcedunt, nec quæ sequuntur, ullam connexionem habent. Operæ igitur pretium erit, Excerpta illa Photiana cum hoc loco Suidæ conferre.

3 Θεαγένους χρήματα, τάτ' Αἰσχίνου] Hæc sunt verba Aristophanis in *Avibus* p. 579. (400. Edit. Bas. ut Portus monuit) ubi vide veterem Enarratorem, ex quo Suidas integrum hunc locum descripsit. Confer etiam eundem Scholiastam ad *Aves* p. 595. & ad *Pacem* p. 694. itemque Suidam infra v. Σελλίζειν, & v. Ὑψεία.

4 Εἷς μέν, ὁ περὶ Ὁμήρου γράψας] Hic est Theagenes Rheginus, quem Cambysis tempore floruisse, & de Homeri poesi, genere & ætate scripsisse tradit Tatianus in Orat. πρὸς Ἕλληνας §. XLVIII. his verbis: *Περὶ γὰρ τῆς ποιήσεως τοῦ Ὁμήρου, γένους τε αὐτοῦ, καὶ χρόνου, καθ' ὃν ἤκμασεν, προηρεύνησαν οἱ πρεσβύτατοι, Θεαγένης τε ὁ Ῥηγῖνος, κατὰ Καμβύσην γεγονώς*, &c. i. e. *De poesi Homeri, ejusque genere & tempore, quo floruit, antiquissimi viri scrutati sunt, Theagenes Rheginus, qui sub Cambyse floruit*, &c. Vide Jonsium *de Scriptor. Hist. Phil.* l. 1. c. III.

Θεανὼ, Μεταποντίνη, ἢ Θουρία, Πυθαγορεία, θυγάτηρ Λεώφρονος, γαμετὴ δὲ Καρύστου, ἢ Κροτωνιάτου, ἢ [1] Βροτίνου τοῦ Πυθαγορείου. αὕτη ἔγραψε περὶ Πυθαγόρου. Περὶ ἀρετῆς Ἱπποδάμῳ Θουρίῳ. Παραινέσεις γυναικείας· καὶ Ἀποφθέγματα Πυθαγορείων.

Θεανώ. Theano, Metapontina, vel Thuria, Pythagorea, filia Leophronis, uxor vero Carysti, vel Crotonis, vel Brotini Pythagorei. Hæc scripsit de Pythagora. De virtute ad Hippodamum Thurium. Admonitiones muliebres: & Apophthegmata Pythagoreorum.

Θεανὼ, Κρῆσσα, φιλόσοφος, θυγάτηρ μὲν Πυθώνακτος, γαμετὴ δὲ τοῦ μεγάλου Πυθαγόρου, ἐξ οὗ ἔσχε Τηλαύγην, καὶ Μνήσαρχον, καὶ Μυῖαν, καὶ Ἀριγνώτην. τινὲς δὲ [2] Βροτίνου γυναῖκα γενέσθαι. γράφουσι δὲ καὶ τὸ γένος Κροτωνιᾶτιν. Ὑπομνήματα φιλόσοφα, καὶ Ἀποφθέγματα, καὶ ποίημά τι δι' ἐπῶν.

Θεανὼ Κρῆσσα. Theano, Cretensis, Philosopha, filia Pythonactis, & uxor magni Pythagoræ, ex quo suscepit Telaugen, & Mnesarchum, & Myan, & Arignoten. Quidam vero dicunt, eam fuisse uxorem Brotini, & Crotone oriundam. Scripsit Commentarios Philosophicos, & Apophthegmata, & poema quoddam Epicum.

Θεανὼ, Λοκρὶς, λυρική· Ἄσματα λυρικὰ, καὶ Μέλη.

Θεανώ. Theano, Locrensis, Lyrica. Scripsit Cantica Lyrica, & Carmina Melica.

Θεαρίων. [3] ὄνομα κύριον.

Θεαρίων. Thearion. Nomen proprium.

Θεατρεῖον. θέατρον.

Θεατρεῖον. Theatrum.

Θεατρίζω. αἰτιατικῇ. καὶ Ἐκθεατρίζουσι, τὸ ἐξελέγχουσι. Πολύβιος· [4] Οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτυχούντων οὐ πειρῶνται μιμεῖσθαι, τὰ δὲ πάρεργα ζηλοῦντες ἐκθεατρίζουσι τὴν ἑαυτῶν [5] ἀκρισίαν. Καὶ αὖθις· Οὐ μόνον ἑαυτοὺς ἐξεθεάτρισαν, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἑλλάδα κατέστρεψαν.

Θεατρίζω. Accusativo jungitur. In theatrum produco. Et Ἐκθεατρίζουσι, arguunt. Polybius: *Vulgus autem præcipua & primaria fortunatorum hominum facta imitari non conatur; sed parerga eorum æmulans, se nullo judicio præditum esse omnibus manifestum facit.* Et iterum: *Non solum se ipsi publice traduxerunt, sed etiam Græciam everterunt.*

Θεγλαφαλασάρ. ζήτει ἐν τῷ Ἄχαζ.

Θεγλαφαλασάρ. Theglaphalasar. Quære in Ἄχαζ.

Θεατροκρασία. [6] ὀχλοκρασία.

Θεατροκρασία. Imperium populare.

Θεαιδέστατος. [7] Θεοῦ ἰδέαν ἔχων. εἶπε δὲ Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ Ὁμονοίας οὕτως· Ἄνθρωπος, ὅς φησι μὲν πάντων θηρίων θεοειδέστατος γενέσθαι.

Θεαιδέστατος. Dei formam habens. Antipho in Oratione de Concordia inquit: *Homo qui dicit, se omnium animalium Deo simillimum esse.*

Θέαινα. θεά.

Θέαινα. Dea.

Θεαίτητος, [8] Ἀθηναῖος, ἀστρολόγος, φιλόσοφος. μαθητὴς Σωκράτους, ἐδίδαξεν ἐν Ἡρακλείᾳ. πρῶτος δὲ τὰ πέντε καλούμενα στερεὰ ἔγραψε. γέγονε δὲ μετὰ τὰ Πελοποννησιακά.

Θεαίτητος. Theætetus, Atheniensis, astrologus, philosophus, discipulus Socratis, docuit Heracleæ. Primus scripsit de quinque Solidis, quæ sic vocantur; vixitque post bellum Peloponnesiacum.

Θεαίτητος, [9] Ἡρακλείας τοῦ Πόντου, φιλόσοφος, ἀκροατὴς Πλάτωνος.

Θεαίτητος. Theætetus, ex Heraclea Pontica, philosophus, auditor Platonis.

Θέειν, καὶ Θεῖν. τρέχειν.

Θέειν, & per contractionem Θεῖν, currere.

Θεείω. θαυμάζω.

Θεείω. Contemplor. Admiror.

Θεηγόροι. θεολόγοι.

Θεηγόροι. Theologi.

Θεήλατος. ὑπὸ Θεοῦ πεμφθείς. Μένανδρος· Ὁ δὲ Ναρσῆς, ὃς εἰώθει τῶν πολεμίων ἀεὶ κρατεῖν, κατά τινα θεήλατον [10] ὀργὴν ἔφυγε προτροπάδην.

Θεήλατος. A Deo immissus. Menander: *Narses autem, qui semper hostes vincere consueverat, ob quandam iram, divinitus immissam, tergum hostibus dedit..*

Θεηπολεῖν. [11] Θεῶν εἰκόνας ἔχοντα περιπολεῖν, ἀγύρτην εἰσπραττόμενον.

Θεηπολεῖν. Deorum simulacra circumferre, & stipem corrogare.

Θέκλα, [12] Θέκλας.

Θέκλα. Θέκλας. Thecla, Theclæ.

1 Βροτίνου] Videtur legendum Βροντίνου, ut apud Iamblichum *de Vita Pythag.* in fine.
2 Βροτίνου] Sic exaratum est in *MSS.* Paris. Priores vero Edit. habent Κροτίνου.
3 Θεαρίων] De eo vide Athen. l. III. p. 112.
4 Οἱ δὲ πολλοὶ τὰ μὲν ἔργα τῶν εὐτ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἐκθεατρίζουσι.
5 Ἀκρισίαν] Priores Edit. habent ἀκρασίαν, cujus loco ἀκρισίαν ex *MSS.* reposui.
6 Θεατροκρασία] Vox ista suspecta mihi est. Portus legendum putat, Θεατροκρατία, ὀχλοκρατία. Sed nec hoc satis placet.
7 Θεαιδέστατος. Θεοῦ ἰδ.] Scribere debuit Suidas Θεοειδέστατος, quod & Porto visum fuit. Eustathius tamen ad Il. Γ. p. 378. ubi locum hunc Suidæ citat, vocem istam probare videtur. Ait enim: Ὁ δὲ γράψας ἐν στοιχειακῇ περὶ λέξεων, λέγεσθαι θεαιδέστατον, διὰ τὸ αι διφθόγγου συντεταγμένως, τὸν Θεοῦ ἰδέαν ἔχοντα, ἐν παραθεὶς χρῆσιν Ἀντιφῶντος, τὸ, Ἄνθρωπος ὅς φησι πάντων θηρίων θεαιδέστατος γενέσθαι· καινὸν μέν τι γράφει, πιθανὸς δὲ ὡς λέγειν πολλὰ ἄξιος.
8 Θεαίτητος, Ἀθην.] Vide Meursium in *Bibliotheca Attica.*
9 Ἡρακλείας τοῦ Πόντου] Sic habent *MSS.* Paris. In prioribus vero Edit. legitur, ἐν Ἡρακλείᾳ τοῦ Πόντου.
10 Ὀργὴν] An legendum est ὁρμήν? Certe ὀργὴν mihi non placet.
11 Θεηπολεῖν. Θεῶν εἰκ.] Vide, quæ notavimus supra ad v. Ἀγείρει.
12 Θέκλα, Θέκλας] Ejus fit mentio supra v. Ἄβαξι.

Θέλγει. [1] ἀγαπᾷ. ἢ κακοῖ. ἀμαυροῖ. σκοτοῖ. ἢ ἀπατᾷ. ἢ θάλπει. Θέλγειν γὰρ κυρίως ἐστὶ, [2] τὸ εἰς ὃ θέλει τις ἄγειν τινά. ὅθεν καὶ θελκτήρια, τὰ ᾄσματα, ἀπὸ τοῦ διὰ τῆς ᾠδῆς τοὺς ἀκούοντας θέλγειν καὶ ἄγειν εἰς τέρψιν τὸν ἀοιδόν. καὶ [3] Τελχῖνες, [4] Θελχῖνές τινές εἰσι. τὰ γὰρ θάλλοντα, φασὶ, [5] βασκαίνοντες τοῖς ὕδασι τῆς φύσεως αὐτὰ ἐποίουν ἕως φυτῶν βασκαίνοντες.

Θελξίνεια. θυγάτηρ Ὠγύγου.

Θέλειν. [6] ἀντὶ τοῦ δύνασθαι.

Θελιμός. [7] εὔκαρπος, καὶ γονιμώτατη.

Θελκτήριον. θέλγητρον, τὸ εἰς ἡδονὴν ἄγον.

Θελκτώ. κολακευτική.

Θελξινόοις. τοῖς τὸν νοῦν ἐξαπατῶσιν. [8] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ὡς ἂν θελξινόοισιν ἀεὶ φίλτροισι δαμάζῃς

Ἀνέρας.———

Θέμεθλα. [9] τὰ ἐσώτερα μέρη, τὰ ἐν βάθει.

Θέμενος [10] τὰ ὅπλα. ἀντὶ τοῦ περιθέμενος, καὶ ὁπλισάμενος. Δημοσθένης, καὶ Ὅμηρος, καὶ Αἰσχίνης.

Θεμείλια. θεμέλια.

Θέμιν. δικαιοσύνην. [11] Βούχετα πόλις ἐστὶ τῆς Ἠπείρου, οὐδετέρως καὶ πληθυντικῶς λεγομένη, ἥν φησι Φιλόχορος ὀνομάσθαι, διὰ τὸ τὴν Θέμιν ἐπὶ βοὸς ὀχουμένην ἐλθεῖν ἐκεῖ κατὰ τὸν Δευκαλίωνος κατακλυσμόν.

Θέμις. τὸ δίκαιον. Αἰλιανός· Εἰ θέμις καὶ τῷ [12] Ἱμεραίῳ παρὰ Ὅμηρον τὸ ὄμμα ἀνατείνειν.

Θεμίσων. [13] τυράννου ὄνομα. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. [14] Ὁ δὲ [15] ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἔργον οὐχ ὅσιον ἐμηχανᾶτο ἐπὶ τῇ θυγατρί. ἦν γὰρ Θεμίσων ἀνὴρ [16] Θηραῖος. ζήτει ἐν τῷ Βάττος.

Θέμιστα. νόμον, ἢ δίκην.

Θεμιστεύειν. [17] ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν. Λυσίας. γέγονε δὲ τὸ ὄνομα [18] ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος.

Θέλγει. Decipit. Lædit. Obſcurat. Tenebras inducit. Permulcet. Θέλγειν proprie ſignificat, aliquem ducere quo quis vult. Unde & θελκτήρια vocantur carmina, quod per carmina cantor auditores demulceat & voluptate afficiat. Et Τελχῖνες dicti ſunt quaſi Θελχῖνες. Plantas enim virides vi faſcini, ut aiunt, ſucco naturali privabant, eaſque aridas reddebant.

Θελξίνεια. Thelxinia. Ogygis filia.

Θέλειν. Interdum ſignificat poſſe.

Θελιμός. Fœcundus. Ferax frugum.

Θελκτήριον. Oblectamentum. Voluptas. Illecebra.

Θελκτώ. Adulatrix. Blandiens.

Θελξινόοις. Mentem demulcentibus. Animum decipientibus. In Epigrammate:

Ut blandis ſemper philtris domes

Viros.———

Θέμεθλα. Partes interiores & in profundo latentes.

Θέμενος τὰ ὅπλα. Qui arma induit. Sic Demoſthenes, Homerus & Æſchines.

Θεμείλια. Pro θεμέλια. Fundamenta.

Θέμιν. Juſtitiam. Bucheta eſt urbs Epiri, quæ per neutrum genus & pluraliter effertur. Hanc Philochorus ait ſic appellatam, quod Themis bove vecta illuc venerit tempore diluvii Deucalionis.

Θέμις. Jus. Fas. Ælianus: *Si fas eſt etiam Himeræo contra Homerum oculos attollere.*

Θεμίσων. Themiſon. Tyranni nomen. Demoſthenes pro Cteſiphonte. [Herodotus.] *Ille vero ab uxore impulſus impium facinus in filiam eſt molitus. Themiſon enim vir erat Theræus.* Quære in voce Βάττος.

Θέμιστα. Legem. Jus.

Θεμιστεύειν. Oracula edere. Lyſias. Hoc autem verbum inde deductum eſt, quod Themis olim ante Apollinem oracula conſulentibus reddiderit.

1 Ἀγαπᾷ.] Sic etiam habet Etymologus: ſed haud difficile fore puto Lectori perſuadere, ſcribendum eſſe ἀπατᾷ, tum quoniam propter affinitatem ſcripturæ proclivis eſt unius vocis in alteram mutatio; tum quoniam vix ullus Grammaticorum, ſi Etymologum & Suidam excipias, τὸ θέλγει per ἀγαπᾷ, multi vero per ἀπατᾷ exponunt. Heſychius: Θέλγει, ἀπατᾷ. Et paulo poſt, Θελγόμενοι, ἀπατώμενοι. Scholiaſta Homeri ad Il. M. v. 255. Θέλγε. ἠπάτα. ἐκόλαπτε. Scholiaſta Apollon. Rhod. ad l. 1. *Argon.* v. 27. Θέλξαι. ἀπατῆσαι, καὶ τέρψαι. τίθεται δὲ ἡ λέξις ἐπὶ τῆς μετὰ βλάβης ἀπάτης. Ipſe Suidas infra, Καταθέλξας, ἐξαπατήσας. Plura loca adducere ſuperſedeo, quoniam hæc ſufficere puto. Sed objiciat forte aliquis, τὸ ἀπατᾷ apud Suidam hoc ipſo loco paulo poſt ſequi, & proinde illud ἀγαπᾷ ſupervacaneum eſſe non poſſe. Hoc dubium ut ſolvatur, dicimus, vel Suidam notam hanc ex duobus diverſis auctoribus deſcripſiſſe, in quorum uno ἀγαπᾷ pro ἀπατᾷ ſcriptum fuerit; vel, illud ἀπατᾷ, quod ſequitur, non eſſe ab ipſo Suida, ſed a correctore quodam, qui, cum recte obſervaſſet, τὸ ἀγαπᾷ vitioſum eſſe, ad marginem annotaverat ἀπατᾷ; quæ emendatio a librario aliquo in textum poſtea recepta fuit, manente ſimul vocabulo corrupto: quod in Heſychio quoque multis in locis contigiſſe non ignorant, qui Grammaticum illum triverunt.

2 Τὸ εἰς ὃ θέλει τις ἄγειν τινά.] Iſidorus Pel. L. IV. Ep. XCIV. τὸ θέλγειν idem eſſe putat ac τὸ θέλοντα ἄγειν.

3 Τελχῖνες, Θελχ.] Vide infra v. Τελχῖνες.

4 Θελχῖνές τ.] Scribendum potius eſt Θελγῖνες, per γ. Mens enim Suidæ eſt, Τελχῖνες dictos eſſe quaſi Θελγῖνες, a Θέλγω.

5 Βασκαίνοντες τοῖς ὕδασι τῆς φύσεως αὐτὰ ἐπ.] Hæc de mendo non leviter mihi ſuſpecta ſunt, quorum ſenſum utcunque in verſione expreſſi.

6 Θέλειν. ἀντὶ τοῦ δύνασθαι.] Vide ſupra v. Ἐθελήσει, & infra v. Οὐ θελήσῃ.

7 Θελιμός. εὔκ.] Vox hæc ſuſpecta mihi eſt; de qua eruditus lector cogitet, quoniam nihil mihi in mentem nunc venit.

8 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. l. VI. p. 560.

9 Θέμεθλα.] Vide Schol. Homeri ad Il. Ξ. v. 493.

10 Θέμενος τὰ ὅπλα. ἀντὶ τ.] Ex Harpocratione.

11 Βούχετα] In Editione Genevenſi & Baſileenſi corrupte excuſum eſt βούλιζα; in Mediolanenſi vero & Aldina corruptius βούλεται; cujus loco Βούχετα, quæ eſt vera lectio, ex 2 *MSS.* Pariſ. repoſui. Vide quæ de hoc loco notavimus in Diatriba, Editioni huic præfixa, ubi oſtendimus, quam infeliciter Portus Suidam hic illuſtrare & emendare conatus fuerit.

12 Τῷ Ἱμεραίῳ] Forte intelligit Steſichorum, qui Himeræus erat.

13 Θεμίσων. τυράννου ὄνομα. Δημοσθ. ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφ.] Ex Harpocratione.

14 Ὁ δὲ ἀναγκασθεὶς ὑπὸ τῆς γυν.] Portus recte obſervavit hæc eſſe verba Herodoti in *Melpomene* p. 171.

15 Ἀναγκασθείς] Scribe ἀναγνωσθείς, ut legitur apud Herodotum loco laudato; itemque ſupra v. Ἀναγνωσθείς, ubi Suidas idem fragmentum recitat.

16 Θηραῖος] Sic habet Herodotus Male vero priores Edit. exhibent Θηβαῖος.

17 Θεμιστεύειν· ἀντὶ τοῦ χρησμ.] Ex Harpocratione.

18 Ὑπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντ. πρὸ τ.] Vide Æſchylum initio *Eumenidum*, & ibi Stanleium.

Θεμιστεύ-

Θεμιστεύσαντος. [1] ἄρξαντος. δικάσαντος. περὶ Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως. [2] Καὶ τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα.

Θεμίστιος, Φιλόσοφος, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου, ὑφ' οὗ καὶ ὕπαρχος προεβλήθη Κωνσταντινουπόλεως. [3] Γέγραφε δὲ τῆς Ἀριστοτέλους Φυσικῆς Ἀκροάσεως παραφράσιν ἐν βιβλίοις η'. [4] Παράφρασιν τῶν Ἀναλυτικῶν ἐν βιβλίοις β'. [5] Τῶν Ἀποδεικτικῶν ἐν βιβλίοις δύο. Τοῦ [6] περὶ ψυχῆς ἐν βιβλίοις ζ'. ἐν δὲ τούτῳ καὶ ἴδια παρέστησε περὶ τοῦ σκοποῦ καὶ ἐπιγραφῆς. Τῶν Κατηγοριῶν ἐν βιβλίῳ α'. καὶ Διαλέξεις.

Θεμιστογένης, Συρακούσιος, Ἱστορικός. [7] Κύρου Ἀνάβασιν, ἥτις [8] ἐν τοῖς Ξενοφῶντος φέρεται. καὶ ἄλλα τινὰ περὶ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος.

Θεμιστοκλῆς, Ἀθηναῖος δημαγωγός, Νεοκλέους υἱός, ἄσωτος τὴν πρώτην ἡλικίαν γενόμενος, μετὰ δὲ ταῦτα στρατηγὸς αἱρεθεὶς, καὶ κτίσας τὸν Πειραιᾶ, καὶ ναυμαχίᾳ νικήσας τοὺς Πέρσας κατὰ Σαλαμῖνα, καὶ φθονηθεὶς φεύγει πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν τῶν Περσῶν βασιλέα, καὶ σφόδρα τιμηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ ἠναγκάζετο μετὰ ταῦτα τοῖς Ἕλλησι πολεμεῖν. καὶ μὴ βουληθεὶς προδοῦναι τὴν πατρίδα καὶ τὸ ἑαυτοῦ κλέος, ταύρειον αἷμα πιὼν ἀπώλετο. [9] Ἔγραψεν ἐπιστολὰς φρονήματος γεμούσας.

Θεμιστοκλῆς, [10] στρατηγὸς Ἀθηναίων, ὁ καταναυμαχήσας ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ τοὺς Βαρβάρους, εἶθ' ὕστερον φυγαδευθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐπὶ προδοσίας αἰτίᾳ ψευδεῖ, καταφυγὼν πρὸς τὸν Ἀρταξέρξην, τὸν Ξέρξου [11] τοῦ Πέρσου παῖδα, καὶ τιμηθεὶς τὰ μέγιστα παρ' αὐτοῦ, ὡς τρεῖς πόλεις, εἰς ὄψον,

Θεμιστεύσαντος. Illius, qui jura dedit. Illius, qui imperavit. De Apollonio Tyaneo [Philostratus inquit:] *Et quæ ab ipso dicebantur, auctoritatem quandam præ se ferebant, tanquam a Rege pronuntiata.*

Θεμίστιος. Themistius, Philosophus, qui vixit temporibus Juliani Apostatæ, a quo etiam designatus est Præfectus Constantinopolis. Scripsit Aristotelis *Naturalis Auscultationis* paraphrasin libris VIII. Paraphrasin *Analyticorum* libris II. *Apodicticorum* libris II. Libri *de Anima* lib. VII. In hoc autem opere singularia quædam profert de scopo & inscriptione. *Categoriarum* libro uno. Item Dissertationes.

Θεμιστογένης. Themistogenes, Syracusanus, Historicus. Scripsit Cyri expeditionem, quæ inter Xenophontis opera exstat; & alia quædam de patria sua.

Θεμιστοκλῆς. Themistocles, Atheniensis Demagogus, Neoclis filius, adolescens luxuriæ indulsit: postea vero belli Dux creatus, conditoque Piræeo, & navali prælio Persis ad Salamina victis, a civibus suis per invidiam urbe pulsus ad Artaxerxem Persarum Regem confugit, & ab eo honorificentissime exceptus postea Græcis bellum inferre coactus est. Sed cum patriam gloriamque suam prodere nollet, hausto taurino sanguine obiit. Scripsit Epistolas, generosum & excelsū animū ubique spirantes.

Θεμιστοκλῆς. Themistocles, Atheniensium Imperator, qui Barbaros navali prælio ad Salamina superavit, & postea propter falsum proditionis crimen ab Atheniensibus in exilium pulsus, ad Artaxerxem, Xerxis filium, confugit, a quo summis honoribus affectus

1 Θεμιστεύσαντος. ἄρξαντος. δικάσαντος.] Eadem habet Etymologus.

2 Καὶ τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκ.] Hæc sunt verba Philostrati de Apollonio Tyaneo, l. I. c. XIII. p. 23. eademque leguntur supra v. Ἠχώ.

3 Γέγραφε δὲ τῆς Ἀριστοτέλους Φυσ. Ἀκρ. παρ.] Hæc Paraphrasis Themistii *MS.* exstat in Bibliotheca Cæsarea. Vide Nesselium in Catal. Biblioth. Cæs. Part. IV. p. 66.

4 Παράφρασιν τῶν Ἀναλυτικῶν ἐν βιβλ. β'.] Et hæc Paraphrasis Themistii *MS.* exstat in Bibliotheca Cæsarea. Vide Nesselium in Catal. Bibl. Cæs. Part. IV. p. 29.

5 Τῶν Ἀποδεικτικῶν ἐν βιβλίοις δύο] Hæc verba in prioribus Edit. desunt, quæ ex *MSS.* Paris. revocavi.

6 Τοῦ περὶ ψυχῆς ἐν βιβλ. ζ'.] Vide Nesselium in Catal. Bibl. Cæs. Part. IV. p. 66.

7 Κύρου Ἀνάβασις, ἥτις ἐν τοῖς Ξενοφῶντος φέρεται] Utrum historia expeditionis Cyri, sive Ἀνάβασις Κύρου, quæ inter Xenophontis opera hodie exstat, ab ipso Xenophonte conscripta sit, an vero a Themistogene Syracusano, dubitari posse videtur. Suidas enim Themistogeni eam expresse hic tribuit: cujus sententiam extra omnem controversiæ aleam ponere videtur ipsius Xenophontis auctoritas, qui initio libri III. Ἑλληνικῶν Themistogenis hujus Syracusani mentionem facit, & historiam expeditionis Cyri ab eo literis mandatam esse testatur. Verba ejus hæc sunt: Ὡς μὲν οὖν Κῦρος στράτευμά τε συνέλεξε, καὶ τοῦτ' ἔχων ΑΝΕΒΗ ἐπὶ τὸν ἀδελφὸν, καὶ ὡς ἡ μάχη ἐγένετο, καὶ ὡς ἀπέθανε, καὶ ὡς ἐκ τούτου ἀπεσώθησαν οἱ Ἕλληνες ἐπὶ θάλατταν, Θεμιστογένει τῷ Συρακουσίῳ γέγραπται. i. e. interprete Leunclavio: , *Ceterum, quo pacto copias Cyrus collegerit, & cum eis adversus fratrem adscenderit: tum qui pugna commissa fuerit, perierit ipse; Græci deinde salvi ad mare pervenerint, Themistogenes Syracusanus memoriæ prodidit.* Quid clarius, quam ipsissimum argumentum Ἀναβάσεως Κύρου, quæ inter opera Xenophontis hodie exstat, his verbis contineri? Neque vero aliquis objiciat, historiam expeditionis Cyri a Themistogene æque ac a Xenophonte literis mandari potuisse. Nam, si Xenophon idem argumentum tractasset, minime probabile est, eum nullam omnino operis sui mentionem hic facturum fuisse. Alii tamen dicunt, Ἀνάβασιν Κύρου ab ipso quidem Xenophonte conscriptam, sed Themistogeni Syracusano ab eodem de industria adtributam fuisse, quod sub alieno potius quam suo nomine eam in lucem exire vellet, ne fidem eorum, quæ ipse de se in opere isto commemoraverat, posteri suspectam haberent. Insignis est hanc in rem locus apud Plutarchum Tom. II. p. 345. Ξενοφῶν μὲν γὰρ αὐτὸς ἑαυτοῦ γέγονεν ἱστορία, γράψας ἃ ἐστρατήγησε καὶ κατώρθωσε, καὶ Θεμιστογένη [ἔφη] περὶ τούτων συντετάχθαι τὸν Συρακούσιον, ἵνα πιστότερος ᾖ διηγούμενος ἑαυτὸν ὡς ἄλλον, ἑτέρῳ τὴν τοῦ λόγου δόξαν χαριζόμενος. i. e. *Ipse vero Xenophon suæ sibi historiæ argumentum fuit, scribens res a se Imperatore præclare gestas; historiamque earum a Themistogene Syracusano literis mandatam esse affirmat, gloriam scriptionis alii concedens, ut ipse de se tanquam alio scribens facilius fidem inveniret.* Respicit hic Plutarchus ad locum illum Xenophontis, quem paulo ante adduximus. Plutarchi sententiam confirmat scholium quoddam ineditum, (Joannis Tzetzis, ut puto,) quod in Codice *MS.* 2565. Bibliothecæ Reg. Paris. (in quo, præter alia, modo laudati Joann. Tzetzis epistolæ Græcæ ἀνέκδοτοι continentur) e regione epistolæ XXI ad marginem scriptum reperi, his verbis conceptum: Ὥσπερ καὶ Ξενοφῶν ἐπέγραψε τὴν Κύρου Ἀνάβασιν Θεμιστογένει Συρακουσίῳ, κἂν ἐπεκράτησεν ὅμως καὶ πάλιν Ξενοφῶντος καλεῖσθαι. i. e. *Quemadmodum etiam Xenophon Expeditionem Cyri sub nomine Themistogenis Syracusani publicavit: quamvis postea obtinuerit, ut Xenophontis nomine rursus appellaretur.* Vide, quæ de eodem argumento disputat Usserius in *Annalibus* ad A. M. 3603. qui Κύρου Ἀνάβασιν Xenophonti abjudicat, ejusque verum auctorem esse Themistogenem, contra Plutarchi aliorumque auctoritatem, contendit.

8 Ἐν τοῖς Ξενοφῶντος] In prioribus Edit. legitur ἐν τοῖς Ξενοφῶντος Ἑλληνικοῖς. Sed vocem ultimam expunxi, quia nec *MSS.* eam agnoscunt, nec sensus admittit.

9 Ἔγραψεν ἐπιστολὰς φρ.] Exstant hodie adhuc epistolæ quædam Græcæ, Themistoclem auctorem profitentes, sed quas nomen mentiri non dubito.

10 Θεμιστοκλῆς, στρατηγὸς Ἀθην.] Totum hunc articulum de Themistocle descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Equites* p. 292. Plura de eodem legi possunt apud Herodotum, Cornelium Nepotem, & Plutarchum.

11 Τοῦ Πέρσου] Deest apud Scholiastam Aristophanis.

καὶ ἄρτον, καὶ ποτὸν λαβεῖν, Μαγνησίαν, Μυοῦντα, Λάμψακον. ἐπηγγείλατο οὖν καταδουλώσασθαι τὴν Ἑλλάδα, δύναμιν εἰ λάβοι. παραγενόμενος δὲ ἅμα τῷ στρατεύματι εἰς Μαγνησίαν, καταγνοὺς ἑαυτοῦ, εἰ οἱ δι' αὐτὸν σωθέντες Ἕλληνες, δι' αὐτοῦ δουλεύσωσι Βαρβάροις, προφάσει χρησάμενος, ὡς θυσίαν ἐπιτελέσαι βούλεται καὶ ἱερουργῆσαι τῇ [1] Λευκοφρυήνῃ Ἀρτέμιδι, τῷ ταύρῳ ὑποθεὶς τὴν φιάλην, καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα, χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν.

Θεμιστοκλέους παῖδες Νεοκλῆς καὶ Δημόπολις ἀγωνισάμενοι τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα ἐν Ἀθήναις, καὶ νικήσαντες, ἐστεφανώθησαν ἀγνοούμενοι. καὶ Νεοκλῆς μὲν δόλιχον ἐνίκησε· Δημόπολις δὲ στάδιον. γνωρισθέντες δὲ μετὰ τὸν ἀγῶνα καταλευσθῆναι ἐκινδύνευσαν ὑπὸ τῶν Θεμιστοκλέους ἐχθρῶν, [2] ὑπομνησάντων τοὺς Ἀθηναίους τοὺς νόμους τοὺς περὶ τῶν φυγάδων.

Θέμιστος. δικαιοσύνης.

Θεμιτή. Πολλὰ γὰρ τῶν κειμηλίων ἐν ταῖς διώρυξιν ηὑρίσκετο, καὶ πᾶσαν θεμιτὴν ὁδὸν ἐποίει τὸ κέρδος. τοὺς νεκροὺς γὰρ ἐνεπάτουν.

Θεμιτόν. [3] Αἰλιανός· [4] Θεοὺς γὰρ οὐδαμῇ θεμιτὸν ὁρᾷν ἐπὶ νεκροὺς, καὶ ἐὰν ὦσι πάνυ φίλοι, οὐδὲ ὄμμα χραίνειν θανασίμοις ἐκπνοαῖς.

Θεμιτῶς. νομίμως. δικαίως.

Θέναρ. τὸ κοῖλον τὸ τῆς χειρός. [5] Ὅμηρος· Πρυμνὸν ὕπερ θέναρος.

Θεογένης [6] Θάσιος. οὗτος ἔτι παῖς ὢν, ἄγαλμα χαλκοῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ κείμενον ἀναθέμενος ἐπὶ τοὺς ὤμους, ἤνεγκεν ἐς τὸν οἶκον. ὀργιζομένων δὲ [7] τῶν πολιτῶν, πάλιν ἀράμενος ἐκόμισεν ἐς τὴν ἀγοράν. καὶ ἀπὸ τούτου μέγα κλέος ἔσχεν ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα.

Θεογείτων. [8] Δημοσθένης ἐν [9] τῷ αὐτῷ. Δείναρχος δὲ, καὶ ἄλλοι, Θεογένην ὀνομάζουσιν.

Θεόγνητος, Κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι Φάσμα, ἢ Φιλάργυρος, Φιλοδέσποτος, Κένταυρος· ὡς [10] Ἀθήναιος ἐν Δειπνοσοφισταῖς.

Θέογνις, Μεγαρεὺς, [11] τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων, γεγονὼς ἐν τῇ νθʹ Ὀλυμπιάδι. ἔγραψεν Ἐλεγείαν εἰς τοὺς σωθέντας τῶν Συρακουσίων ἐν τῇ πολιορκίᾳ. [12] Γνώμας δι' ἐλεγείας εἰς ἔπη ͵βω. καὶ πρὸς Κύρνον, τὸν αὐτοῦ ἐρώμενον, Γνωμολογίαν δι' ἐλεγείων· καὶ ἑτέρας Ὑποθήκας παραινετικάς. τὰ πάντα ἐπικῶς. καὶ παραινέσεις μὲν ἔγραψε Θέογνις. ἀλλ' ἐν μέσῳ τούτων

est, adeo ut tres urbes, Magnesia, Myus, & Lampsacus, ei assignarentur: quarum una pisces, altera panem, & tertia potum ei præberet. Promisit igitur, se, si copiæ sibi darentur, Græciam subjugaturum esse. Cum autem cum exercitu Magnesiam pervenisset, reputans secum, magno sibi dedecori fore, si Græcos, ante a se servatos, ipse sub jugum Barbarorum redigeret, per speciem sacrificii Dianæ Leucophryniæ peragendi, phiala tauro subjecta, sanguinem excepit, eoque avide hausto obiit.

Θεμιστοκλέους παῖδες. Themistoclis filii Neocles & Demopolis, cum Athenis in funebribus ludis certassent & vicissent, ignoti coronam meruerunt. Et Neocles quidem dolichum; Demopolis vero stadium vicit. Agniti vero post certamen lapidibus propemodum obruti fuerunt a Themistoclis inimicis, qui Atheniensibus in memoriam revocabant leges, adversus exules latas.

Θέμιστος. Justitiæ.

Θεμιτή. Licita. *Multa enim cimelia in fossis reperiebantur, & omnis lucri captandi ratio honesta habebatur. Cadavera enim conculcabant.*

Θεμιτόν. Licitum. Fas. Ælianus: *Diis enim nefas est videre mortuos, quamvis eos in deliciis olim habuerint, nec aspectum polluere morientium exhalationibus.*

Θεμιτῶς. Licite. Legitime. Juste.

Θέναρ. Cava pars manus. Homerus: *In extrema parte cavæ manus.*

Θεογένης. Theogenes Thasius. Hic, cum adhuc puer esset, statuam æneam, quæ in foro erecta erat, humeris impositam domum tulit. Cum autem cives ideo irascerentur, eandem denuo in humeros sublatam in forum retulit: quam ob causam in Græcia magnam gloriam adeptus est.

Θεογείτων. Theogiton. Demosthenes in eadem Oratione [pro Ctesiphonte.] Dinarchus vero & alii eum Theogenem nominant.

Θεόγνητος. Theognetus, Comicus. Ex ipsius fabulis sunt *Phasma*, seu *Philargyrus*, *Philodespotus*, *Centaurus*, ut ait Athenæus in *Dipnosophistis*.

Θέογνις. Theognis, Megarensis, ex urbe Megaris, quæ est in Sicilia, natus Olympiade LIX. Scripsit Elegiam in Syracusanos in obsidione servatos. Sententias versibus Elegiacis, ad versuum MMDCCC. Ad Cyrnum, amasium suum, Gnomologiam Elegiacã. Præcepta moralia: eaque omnia versibus scripta. His tamen turpia quædam, & puerorum amores,

1 Λευκοφρυήνῃ Ἀρτ.] In *MSS.* Paris. exaratum est Λευκοφρυίνῃ Ἀρτ.

2 Ὑπομνησάντων] Sic recte habent *MSS.* Paris. In prioribus vero Edit. male excusum est ὑπομνήσαντες, quod constructionis ratio non admittit.

3 Αἰλιανός. Θεοὺς γὰρ οὐδ.] Integrum locum Æliani, ex quo hæc decerpta sunt, Suidas recitat infra v. Φιλήμων.

4 Θεοὺς γὰρ οὐδαμῇ θεμ.] Ride hic acumen Porti vere ὀξύμωρον, qui fragmentum hoc Æliani, quod oratione prosa constare manifestum est, in versus Iambicos invitis plane Gratiis redigere conatur.

5 Ὅμηρος. Πρυμνὸν ὕπερ θ.] Il. E. v. 339.

6 Θεογένης, Θάσιος.] Hunc Pausanias *Eliac. Poster.* cap. XI. Theaginem vocat, & eandem de eo historiam narrat; cujus vestigia Suidas hic secutus est.

7 Τῶν πολιτῶν] Apud Pausaniam legitur τῶν πολλῶν.

8 Θεογείτων. Δημ.] Ex Harpocratione.

9 Ἐν τῷ αὐτῷ] Vide Harpocrationem, & miraberis stuporem compilatoris nostri.

10 Ἀθήναιος ἐν Δειπν.] Lib. III. p. 104. l. XIV. p. 616. & l. XV. p. 671.

11 Τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγάρων] Aliter sentit Harpocratio v. Θέογνις, quem adi. Vide etiam Scaligerum ad Euseb. Num. MCDLXX.

12 Γνώμας δι' ἐλεγ.] Gnomæ Theognidis, versibus Elegiacis conscriptæ, hodie adhuc in omnium manibus versantur: sed longe paucioribus versibus constant, quam quot Suidas hic memorat.

παρισπαρ-

παρεισπαρμένα εἰσὶ μωρίαι, καὶ παιδικοὶ ἔρωτες, καὶ ἄλλα, ὅσα ὁ ἐνάρετος ἀποστρέφεται βίος.

Θέογνις, [1] τραγῳδοποιητὴς πάνυ ψυχρὸς, ἐκ [2] τῶν λ'. ὃς καὶ Χιὼν ἐλέγετο. ἔστι δὲ καὶ ποιητὴς ὁ Θέογνις. οὗτος δ' ἦν Μεγαρεύς.

Θεοδέκτης, [3] Ἀριστάνδρου, Φασηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ, τραπεὶς δὲ ἐπὶ τραγῳδίας, μαθητὴς Πλάτωνος [4] καὶ Ἰσοκράτους, καὶ Ἀριστοτέλους. οὗτος, καὶ ὁ Ἐρυθραῖος Ναυκράτης, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, ὁ Ἀπολλωνιάτης, καὶ Θεόπομπος, ἐπὶ τῆς ργ' Ὀλυμπιάδος [5] εἶπον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς αὐτοῦ προτρεψαμένης. καὶ ἐνίκησε μάλιστα εὐδοκιμήσας ἐν ᾗ εἶπε τραγῳδίᾳ. ἄλλοι δέ φασι Θεόπομπον ἔχειν τὰ πρωτεῖα. Δράματα δὲ ἐδίδαξε ν'. τελευτᾷ δὲ ἐν Ἀθήναις ἐτῶν γεγονὼς α' καὶ μ', ἔτι τοῦ πατρὸς αὐτοῦ περιόντος. Ἔγραψε δὲ καὶ τέχνην ῥητορικὴν ἐν μέτρῳ, καὶ ἄλλα τινὰ καταλογάδην.

Θεοδέκτης, Φασηλίτης, ῥήτωρ, υἱὸς τοῦ προτέρου. ἔγραψεν Ἐγκώμιον Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἠπειρώτου. Ἱστορικὰ, καὶ ὑπομνήματα. Νόμιμα Βαρβαρικά. Τέχνην ῥητορικὴν ἐν βιβλίοις ἑπτά. καὶ ἄλλα τινὰ ὑπομνήματα.

Θεόδμητος. ὑπὸ Θεοῦ κατεσκευασμένος.

Θεόδοτος. οὗτος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ὕπαρχος ἦν τῶν στρατευμάτων, ὃν παραλύσας τῆς ἀρχῆς, Πέτρον ἐπέστησε, Βαρσυάμην καλούμενον, [6] ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενος, κέρδη αἴσχιστα ἐκ [7] ταύτης δὴ ἐπορίζετο τῆς ἐργασίας, τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν εὖ μάλα τεχνάζων, καὶ τοὺς αὐτῷ ξυμβάλλοντας ἀεὶ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούων. δεξιὸς γὰρ κλέψαι μὲν τῶν αὐτῷ περιπεπτωκότων ἀναιδῶς, ἁλοὺς δὲ ὀμόσαι, καὶ τῶν χειρῶν τὸ ἁμάρτημα τῷ τῆς γλώττης περικαλύψαι θράσει. ἐν [8] δὲ τοῖς τῶν ὑπάρχων στρατηγοῖς καταλεχθεὶς, ἐς τοσοῦτον ἀτοπίας ἐλήλακεν, [9] ὥστε τῷ βασιλεῖ ἀρέσκειν ἐς τὰ μάλιστα, καὶ ἐκ τῶν ἀδίκων αὐτῷ βουλεύματα ῥᾶστα ὑπουργεῖν τὰ ἀμήχανα, τούς τε στρατευομένους ἀποστερεῖν τὰς συντάξεις ἁπάσας, καὶ ὠνίους τὰς ἀρχὰς ἔτι μᾶλλον ἢ πρότερον [10] προθήσας.

Θεοδόσιος [11] Φιλόσοφος ἔγραψε [12] Σφαιρικὰ ἐν βιβλίοις τρισίν. Ὑπόμνημα [13] εἰς τὰ Θευδᾶ κεφά-

& alia, quæ virtutis amantes aversantur, immixta sunt.

Θέογνις. Theognis, Poeta Tragicus, valde frigidus, unus ex xxx. [Tyrannis,] qui etiam Nix vocabatur. Est etiam [alius] poeta Theognis, qui Megarensis fuit.

Θεοδέκτης. Theodectes, Aristandri filius, Phaselites, Lycius, Orator, sed qui ad scribendas tragœdias se contulit, discipulus Platonis, Isocratis, & Aristotelis. Hic, & Erythræus Naucrates, & Isocrates Apolloniates Orator, & Theopompus, Olympiade CIII funebres orationes in Mausoli laudem habuerunt, Artemisiæ uxoris ejus hortatu. Ac ea, quam docuit Tragœdia, magno cum applausu victoriam ei peperit. Alii vero dicunt Theopompum primas tulisse. Fabulas docuit L. Mortuus est Athenis, ætatis anno XLI. ipsius patre adhuc superstite. Scripsit etiam artem oratoriam versibus: & alia quædam oratione soluta.

Θεοδέκτης. Theodectes, Phaselites, Orator, superioris filius. Scripsit Encomium Alexandri Epirotæ. Historicos Commentarios. Instituta Barbarica. Artem oratoriam libris VII. & alios quosdam Commentarios.

Θεόδμητος. A Deo ædificatus.

Θεόδοτος. Theodotus. Hic sub Justiniano fuit Præfectus Prætorio; quem cum dignitate illa movisset [Imperator,] Petrum cognomento Barsyamem ei successorem dedit. Hic olim ad mensam ærariam sedens ex quæstu illo opes turpissime corraserat, artem obolorum solertissime furandorum exercens, & illos, qui cum ipso contrahebant, digitorum celeritate semper decipiens. Non solum autem dextre & impudenter suffurari norat, quicquid in manus ejus incidisset; sed etiam deprehensus confidenter pejerabat, furtum manuum linguæ audacia tegens. Idem inter Prætorianos milites adscriptus eo insolentiæ progressus est, ut Imperatori maxime placeret, & ea, quæ factu difficilia videbantur, rationem facile expediendi consiliis injustis doceret, militesque omnibus stipendiis fraudaret; & Magistratus multo magis, quam ante, venales prostitueret.

Θεοδόσιος. Theodosius Philosophus scripsit Sphærica libris III. Commentarios in Theu-

1 Θέογνις, τραγῳδοπ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* p. 371.

2 Ἐκ τῶν λ'.] Sic recte habent 2 *MSS.* Paris. & Scholiasta Aristophanis loco laudato. In prioribus vero Edit. corrupte legitur ἐτῶν λ', quod Portus secure & bona fide verterat, *annos xxx natus.* Sed error iste quam sit ridiculus patet ex versione nostra, in qua verum loci hujus sensum expressimus. Erat enim Theognis unus ex xxx Tyrannis, ut testatur Harpocratio v. Θέογνις, quem vide.

3 Θεοδέκτης, Ἀριστάνδρου, Φασ.] De hoc Theodecte insignis est locus apud Stephanum Byzant. v. Φασηλίς, quem vide. Ejusdem etiam meminit Athen. l. x. p. 454. & l. XIII. p. 566. Clemens Alexandrinus *Strom.* l. VI. p. 449. itemque Stobæus aliquoties, & Dionysius Halicarnasseus Tom. II. p. 111. & 20. ubi cum inter τοὺς παραγγελμάτων Τεχνικῶν συγγραφεῖς recenset. Ex Theodectis *Alcmæone* fragmentum adducit Eusebius de *Præp. Evang.* l. x. c. 3. p. 466. ejusdemque fabulæ mentionem facit Dionys. Halicarnass. Tom. II. p. 125. Theodectis cujusdam Sophistæ meminit Pollux l. VI. c. XIX. quem a nostro diversum fuisse nec affirmare nec negare ausim.

4 Καὶ Ἰσοκράτους] Theodectem discipulis Isocratis etiam annumerant Dionysius Halicarnass. *Isæo* in fine; Plutarchus in *Vitis X Oratorum*, p. 837. & Photius in Bibliotheca Cod. CCLX. p. 1455.

5 Εἶπον ἐπιτάφ. ἐπὶ Μαυσ.] Vide supra v. Ἰσοκράτης.

6 Ὃς πάλαι μὲν ἐπὶ τῆς τοῦ χ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Procopii *Histor. Arc.* c. XXII. p. 63.

7 Ἐκ ταύτης δὴ ἐπορίζετο] Sic recte *MSS.* & Procopius. Male vero in prioribus Edit. excusum est ἐκ ταύτης διεπορίζετο.

8 Ἐν δὲ τοῖς τῶν ὑπάρχων στρατηγοῖς] Emenda ex Procopio, ἐν δὲ τοῖς τῶν ὑπάρχων στρατιώταις κτλ.

9 Ὥστε τῷ βασιλεῖ ἀρέσκειν ἐς τ.] Hæc, & quæ sequuntur, paulo aliter leguntur apud Procopium, quem vide.

10 Προθήσας] Sic *MSS.* Antea vero male excusum erat προθήσας.

11 Θεοδόσιος φιλόσοφος] De hoc Theodosio vide Menagium ad Laertium l. IX. Segm. LXX.

12 Σφαιρικά] Hoc opus hodie adhuc exstat, a celebri Mathematico Joanne Pena Græce & Latine editum.

13 Εἰς τὰ Θευδᾶ κεφ.] Vide Menag. ad Laert. l. IX. Segm. CXVI.

λαια. [1] Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο. Ὑπόμνημα εἰς τὸ Ἀρχιμήδους Ἐφόδιον. Διαγραφὰς οἰκιῶν ἐν βιβλίοις γʹ. [2] Σκεπτικὰ Κεφάλαια. Ἀστρολογικά. [3] Περὶ οἰκήσεων.

Θεοδόσιος. ἔγραψε δι' ἐπῶν εἰς τὸ ἔαρ, καὶ ἕτερα διάφορα. ἦν δὲ Τριπολίτης.

Θεοδόσιος, [4] βασιλεὺς Ῥωμαίων, μετὰ τὴν Μαξίμου τοῦ τυράννου ἀναίρεσιν καὶ τὴν ἧτταν, καὶ τὴν σφαγὴν τὴν ἐκ τῶν ἐν τοῖς ἕλεσι κρυπτομένων Σκυθῶν, καὶ σφαγὴν Ῥωμαίων, ἐς τὴν Κωνσταντινούπολιν ἐλθών, πολέμοις μὲν ἀπειπεῖν ἐγνώκει καὶ μάχαις, ἐπιτρέψας τὰ περὶ τούτων Προμώτῳ· αὐτὸς δὲ τῆς προτέρας ἀνεμιμνήσκετο διαίτης, πολυτελῆ δεῖπνα δειπνῶν, καὶ πολυπραγμονῶν ἐν ταῖς ἡδοναῖς, καὶ τοῖς θεάτροις, καὶ ἱπποδρομίαις ἐναβρυνόμενος. θαυμάζω δὲ τούτου τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ βίου ῥοπήν. φύσει γὰρ ὢν ἐκμελής, ῥαθυμίᾳ τε πάσῃ ἐκκείμενος, λυπηροῦ μὲν αὐτὸν οὐδενὸς ἢ δέους ἐπάγοντος ἢ ἐνοχλοῦντος, ἐνεδίδου τῇ φύσει. καθιστάμενος δὲ ἐς ἀνάγκην, [5] σαλεύειν κατά τι τὰ καθεστῶτα προσδοκωμένην, ἀπετίθετο μὲν τὴν ῥαθυμίαν, καὶ τῇ τρυφῇ χαίρειν εἰπών, ἐς τὸ ἀνδρωδέστερον, καὶ ἐπίπονον, καὶ ταλαιπαθὲς ἀνεχώρει. τοιοῦτος ἐξ αὐτῆς ἀποδεδειγμένος τῆς πείρας, ἐπειδὴ πάσης ἦν ἀπηλλαγμένος φροντίδος, ταῖς αὐτῷ φύσει προσούσαις ἐκμελείαις ἐδούλευε. τῶν δὲ τὰς ἀρχὰς μετιόντων κατ' ἐξαίρετον ἐν τιμῇ ἦγε Ῥουφῖνος, Κελτὸς τὸ γένος, Μάγιστρος [6] τῶν ἐν τῇ βουλῇ τάξεων καταστάς. Ὁ αὐτὸς μετὰ τὸ ἀναγορεῦσαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ Ὁνώριον ἐν τῇ Ῥωμαίων βασιλείᾳ, συνεκάλεσε τὴν Γερουσίαν, τοῖς πατρίοις ἐμμένουσαν ἔθεσι, καὶ οὐχ ἑλομένην συγκατατεθῆναι τοῖς περὶ τὴν τῶν Θεῶν ἀποκλίνασι καταφρόνησιν, λόγους τε προσῆγε, παρακαλῶν ἀφεῖναι μὲν ἣν πρότερον εἵλοντο πλάνην, ἑλέσθαι δὲ τὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν, ἧς ἐπαγγελία, παντὸς ἁμαρτήματος καὶ πάσης ἀσεβείας ἀπαλλαγή. μηδενὸς δὲ τῇ παρακλήσει πεισθέντος, μηδὲ ἑλομένου τῶν ἀφ' οὗπερ ἡ πόλις ᾠκίσθη παραδεδομένων αὐτοῖς πατρίων ἀναχωρῆσαι, καὶ προτιμῆσαι τούτων τὰ Χριστιανῶν (ἐκεῖνα μὲν φυλάξαντας σʹ καὶ χιλίοις σχεδὸν ἔτεσιν ἀπόρθητον τὴν πόλιν οἰκεῖν· ἕτερα δὲ ἀντὶ τούτων ἀλλαξαμένους τὸ ἐκβησόμενον ἀγνοεῖν) τότε δὴ ὁ Θεοδόσιος δὲ βαρύνεσθαι ἔλεγε τὸ δημόσιον τῇ περὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὰς θυσίας δαπάνῃ, βούλεσθαί τε ταῦτα περιελεῖν, οὔτε τὸ πραττόμενον ἐπαινοῦντα, καὶ ἄλλως τῆς στρατιωτικῆς χρείας πλειόνων δεομένης χρημάτων. Τῶν δὲ ἀπὸ τῆς Γερουσίας μὴ κατὰ θεσμὸν εἰπόντων πράττεσθαι τὰ τελούμενα, μήτε δημοσίου δαπανήματος ὄντος, διὰ τοῦτο τοῦ θυηπολικοῦ θεσμοῦ λήξαντος,

dæ Capita. De Diebus & Noctibus libros II. Commentarium in Archimedis Viaticum. Descriptiones Ædium libris III. Sceptica capita. Astrologica. De Habitationibus.

Θεοδόσιος. Theodosius, versibus de Vere scripsit, & alia diversa. Erat autem Tripolitanus.

Θεοδόσιος. Theodosius, Romanorum Imperator, post Maximi tyranni cædem, & cladem acceptam a Scythis, qui in paludibus latebant, Constantinopolin profectus, bellis & præliis renuntiare decrevit, horum administratione curaque Promoto mandata. Ipse vero priorem vivendi rationem ad animum revocans, cœnas sumptuosas cœnabat, & in exquirendis voluptatibus curiosus erat, & Theatris atque ludis Circensibus semet oblectabat. Mirari autem subit Principis hujus vitam, in utramque partem proclivem. Cum enim esset natura segnis, omnique socordiæ deditus, nulla molestia vel metu ipsum interpellante vel turbante, naturæ frœna laxabat. Cum vero necessitas aliqua urgeret, quæ præsentem rerum statum quassatura videbatur, ignavia deposita, & deliciis valere jussis, fortem & laborũ tolerantẽ se rursus præbebat. Cum igitur ex ipsa experientia talẽ eum esse constaret, idem tamen, omni solicitudine liberatus, ignaviæ a natura ipsi insitæ indulgebat. Inter illos vero, qui Magistratus gerebant, honoratissimo apud eum loco habebatur Rufinus, natione Gallus, Palatinorum ordinum magister. Idem, cum filium suum Honorium Imperatorẽ designasset, convocavit Senatum, instituta patria servantem, & nolentem adsentiri illis, qui ad contemptum Deorum deflexerant, multisque verbis eos hortabatur, ut relicto errore, quem hactenus secuti fuissent, Christianorum fidem amplecterentur, quæ liberationem ab omni delicto & impietate polliceretur. Cum autem nemo adhortationi huic pareret, nec quisquam a patriis institutis, jam inde ab Urbe condita traditis, recedere vellet, iisque ritus Christianorum anteponere: quod dicerent, se illis religiose servatis per annos fere MCC urbem incolumem tenuisse; cum quibus si alia commutarent, se nescire, quid sibi eventurum esset: tum ille, sumptibus sacrificiorum & victimarum onerari ærarium, seque ista abolere velle dixit: cum neque probaret id, quod ageretur, & alioqui res etiam militaris majores sumptus postularet. Cum autem Senatus negaret, legitime ista fieri, quod sumptus [sacrificiorum] non essent publici; & ideo lex sacrorum abolita cessaret, Imperium Romanum paulatim im-

1 *Περὶ ἡμερῶν καὶ νυκτῶν δύο*] Hi duo libri *De diebus & noctibus* etiam nunc *MSS.* exstant in Bibliotheca Regis Christianissimi, ut testatur Menagius ad Laertium l. IX. Segm. LXX. Eosdem Latine Argentorati edi curavit Dasypodius anno MDLXXII.

2 *Σκεπτικὰ Κεφάλαια*] Hujus operis mentionem facit Laertius in *Pyrrhone*.

3 *Περὶ οἰκήσεων*] Menagius ad Laertium loco laudato testatur, se ex Emerico Bigotio audivisse, librum hunc Theodosii *Περὶ οἰκήσεων* manu exaratum exstare in Bibliotheca Florentina.

4 *Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμ.*] Totum hunc articulum de Theodosio Imperatore descripsit Suidas ex Zosimi Histor. l. IV. ut vir quidam doctus ad marginem codicis Pearsoniani recte notaverat.

5 *Σαλεύειν κατά τι τὰ καθεστ. προσδ.*] Sic locum hunc ex *MSS.* & Zosimo restitui. qui in prioribus Edit. sic legitur, *σαλεύειν καθ' ἕνα τινα καθιστῶντα προσδ.*

6 *Τῶν ἐν τῇ βουλῇ τάξεων*] Apud Zosimum legitur, *τῶν ἐν τῇ αὐλῇ τ.*

ἡ Ῥωμαίων ἐπικράτεια κατὰ μέρος ἠλαττώθη. Ὅτι ὁ ἅγιος Θεοδόσιος, ὁ Κοινοβιάρχης, ἐπὶ Ἀναστασίου βασιλέως ἦν, τοῦ Δικόρου, αἱρετικοῦ.

Θεοδόσιος, [1] βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ μικρός. οὗτος διαδεξάμενος παρὰ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν, ἀπόλεμος ὢν, καὶ δειλίᾳ συζῶν, καὶ τὴν εἰρήνην χρήμασιν οὐχ ὅπλοις κτησάμενος, πολλὰ παρεξένησε κακὰ τῇ Ῥωμαίων πολιτείᾳ. ὑπὸ γὰρ τοῖς Εὐνούχοις τραφεὶς πρὸς πᾶν σφίσιν ἐπίταγμα εὐπειθὴς ἦν· ὥστε καὶ τοὺς λογάδας τῆς ἐκείνων δεῖσθαι ἐπικουρίας, καὶ πολλὰ νεοχμεῖσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς καὶ στρατιωτικοῖς τάγμασι, μὴ παριόντων εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν, τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, ἀλλὰ τῶν χορηγούντων χρυσίον, διὰ τὴν τῶν Εὐνούχων πλεονεξίαν. καὶ τῶν Σεβαστιανοῦ δορυφόρων πειρατικὸν συστάντων, τόν τε Ἑλλήσποντον καὶ τὴν Προποντίδα διετάραξαν. ἐς [2] τοῦτο τὰ πράγματα ἀτοπίας οἱ Εὐνοῦχοι παρεσκεύασαν, ἀποβουκολοῦντες τὸν Θεοδόσιον, ὥσπερ τοὺς παῖδας ἀθύρμασιν, καὶ οὐδὲν ὅ, τι καὶ ἄξιον μνήμης διαπράξασθαι [3] παρεσκεύασαν· ἀλλ' εἰς ν' ἐτῶν ἡλικίαν ἐληλυθὼς διετέλεσε βαναύσους τέ τινας μετιὼν τέχνας, καὶ θήρᾳ προσκαρτερῶν· ὥστε τοὺς Εὐνούχους καὶ τὸν Χρυσάφιον ἔχειν τὸ τῆς βασιλείας κράτος. ὅνπερ ἡ Πουλχερία μετῆλθε, τοῦ ἀδελφοῦ τελευτήσαντος. Ὅτι ἐν τῷ Μιλίῳ Θεοδοσίου ἵστατο στήλη ἐφ' ἵππου χαλκῆ, ἣν ἀνεγείρας πολλὰ σιτηρέσια τῇ πόλει ἐχαρίσατο. ζητητέον δὲ ὁποίου Θεοδοσίου.

Θεοδόσιος [4] ὁ μικρὸς, καταλύσας Ἀντίοχον τὸν Πραιπόσιτον, ἐν τοῖς πρεσβυτέροις κατέταξεν. ὁ αὐτὸς Κῦρον, τὸν τούτου διαδεξάμενον τὴν δυναστείαν, καὶ τὰς δύο μεγίστας τῶν ἐπάρχων ἀρχὰς κατὰ τὸν αὐτὸν διανύοντα χρόνον. ὃς τὴν τοσαύτην εὐπραγίαν θαυμάσας, ἀπεφθέγξατο τόδε· Οὐκ ἀρέσκεις μοι τύχη πολλὰ γελῶσα. Καθαιρεῖται γοῦν καὶ αὐτὸς ὡς Ἕλλην, καὶ βασιλεὺς ἐλπίζων, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ δημευθείσης, γέγονεν Ἐπίσκοπος ἐν Κοτυαείῳ τῆς Φρυγίας. μετὰ δὲ τοῦτον ἐδυνάστευσε μόνος Χρυσάφιος, ὁ ἐπίκλην Ζούμμας.

Θεόδουλος. ἐμαρτύρησεν οὗτος ἐπὶ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀμάχιος.

Θεοδώριτος. ὄνομα κύριον. Θεοδώρητος δὲ, διὰ τοῦ η, ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ.

Θεοδώριχος. ὄνομα κύριον.

Θεόδωρος, [5] Βυζάντιος, Σοφιστὴς, ὃς ὑπὸ Πλάτωνος Λογοδαίδαλος ἐκλήθη. Ἔγραψε κατὰ Θρασυβούλου· κατὰ Ἀνδοκίδου· καὶ ἄλλα τινά.

Θεόδωρος, [6] ὁ ἐπίκλην Ἄθεος, ὃς ἠκροάσατο Ζήνωνος τοῦ Κιτιέως· διήκουσε δὲ καὶ Βρύσωνος, καὶ

minutum fuit. † S. Theodosius Cœnobiarcha vixit sub Anastasio Dicoro, qui fuit hæreticus.

Θεοδόσιος. Theodosius Minor, Romanorum Imperator. Hic patri in imperio successit, &, cum esset homo imbellis & ignavus, pacemque pecunia non armis sibi compararet, Rempubl. Romanam graviter afflixit. Nam sub Eunuchis educatus ipsorum voluntati in omnibus obtemperabat, adeo ut legiones etiam ipsorum ope indigerent, multaque in civilibus & militaribus institutis innovarentur, quod ad Magistratus non accederent viri, qui eos recte regere possent, sed qui aurum suppeditarent, propter Eunuchorum avaritiam. Et cum Sebastiani satellites piratarum manum conflassent, Hellespontum & Propontidem infestarunt. In tam miserum enim statum Respubl. adducta erat ab Eunuchis, qui Theodosium, tanquam puerum, ludicris oblectamentis fallebant, & nihil omnino memoria dignum gerere sinebant. Hinc ad L usque ætatis annum sellulariis artibus & venationi semper studuit: adeo ut Eunuchi & Chrysaphius summam imperii potestatem obtinerent. Hunc [Chrysaphium] Pulcheria post mortem fratris ulta est. † In Milio stabat Theodosii statua equestris ænea, quam cum Imperator erexisset, multa congiaria largitus est civitati. Sed quærendum, cujus Theodosii fuerit illa statua.

Θεοδόσιος. Theodosius Minor Antiochum Præpositum dignitate privatum in Presbyterorum ordinem retulit. Idem & Cyrum, qui in principatu ipsi successerat, & duas maximas provincias eodem tempore administrabat, in ordinem coegit. Hic felicitatis suæ magnitudinem admiratus, dixit: *Non places mihi, fortuna, tam blande ridens*. Quamobrem & ipse magistratu spoliatur, ut gentilis, * * * ejusque bonis publicatis factus est Episcopus Cotyaii in Phrygia. Post hunc autem solus Chrysaphius, cognomenta Zummas, dominatus est.

Θεόδουλος. Theodulus. Hic sub Juliano Apostata martyr est factus. Quære in Ἀμάχιος.

Θεοδώριτος. Theodoritus. Nomen proprium. Θεοδώρητος vero per η, donum Dei, [vel potius, a Deo donatus.]

Θεοδώριχος. Theodorichus. Nomē proprium.

Θεόδωρος. Theodorus Byzantius, Sophista: qui a Platone *Logodædalus est* vocatus. Scripsit contra Thrasybulum: contra Andocidem; & alia quædam.

Θεόδωρος. Theodorus, cognomento Atheus, qui Zenonem Citieum, Brysonem, & Pyrrho-

1 Θεοδόσιος, βασιλ.] Totum hunc articulum de Theodosio juniore descriptum esse ex Joanne Antiocheno patet ex Excerptis Peiresc. p. 850.

2 Ἐς τοῦτο τὰ πράγματα ἀτοπ.] In Excerptis Peiresc. sic legitur: Καὶ ἐς τοσοῦτον τὰ πράγματα ἀτοπίας φέρεσθαι οἱ εὐνοῦχοι παρεσκεύασαν &c.

3 Παρεσκεύασαν] Quoniam idem verbum paulo ante præcessit, ingrata hic est ejus repetitio. Quare ex Excerptis Peiresc. rescribere malim συνεχώρησαν.

4 Θεοδόσιος ὁ μικρὸς, κατὰ τὸ λ.] Vide supra v. Ἀντίοχος ὁ Πραιπόσιτος.

5 Θεόδωρος Βυζ. σοφ.] De Theodoris vide Laertium in *Aristippo*, & ibi Menagium.

6 Θεόδωρος, ὁ ἐπίκλην Ἄθεος.] De hoc Theodoro vide Laertium in *Aristippo*, Segm. CII. & CIII. & Hesychium Milesium in libello *de Viris doctrina claris*.

Πύῤῥωνος

Πύῤῥωνος τοῦ Ἐφεκτικοῦ, καὶ ἀδιαφορίαν δοξάζων καὶ παραδιδοὺς, αἵρεσιν ἰδίαν εὗρεν, ἥτις Θεοδώρειος ἐκλήθη. Οὗτος ἔγραψε πολλὰ, συντείνοντα εἰς τὴν οἰκείαν αἵρεσιν, καὶ ἄλλα τινα. Οὗτος [1] εἶπε πρὸς Ἱππαρχίαν, τὴν γυναῖκα Κράτητος· Αὕτη ἐστὶν [2] ἡ τὰς παρ᾽ ἱστοὺς ἐκλιποῦσα κερκίδας, καὶ τρίβωνα φοροῦσα.

Θεόδωρος, [3] Γαδαρεὺς, σοφιστὴς, ἀπὸ δούλων, διδάσκαλος γεγονὼς Τιβερίου Καίσαρος. [4] ἐπεὶ δὲ συνεκρίθη περὶ σοφιστικῆς ἀγωνισάμενος Ποτάμωνι καὶ Ἀντιπάτρῳ ἐν αὐτῇ τῇ Ῥώμῃ. ἐπὶ Ἀδριανοῦ Καίσαρος ὁ υἱὸς αὐτοῦ Ἀντώνιος Συγκλητικὸς ἐγένετο. Βιβλία ἔγραψε περὶ τῶν ἐν φωναῖς ζητουμένων γʹ. περὶ Ἱστορίας αʹ. περὶ Θέσεως ἕν. περὶ Διαλέκτων ὁμοιότητος καὶ ἀποδείξεως βʹ. περὶ Πολιτείας βʹ. περὶ Κοίλης Συρίας αʹ. περὶ Ῥήτορος δυνάμεως αʹ. καὶ ἄλλα.

Θεόδωρος, ποιητὴς, ὃς ἔγραψε διάφορα δι᾽ ἐπῶν, καὶ εἰς Κλεοπάτραν δι᾽ ἐπῶν.

Θεόδωρος, [5] ὁ ἀπὸ Ἀναγνωστῶν τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως. [6] ἔγραψεν Ἱστορίαν Ἐκκλησιαστικὴν ἀπὸ τῶν χρόνων Κωνσταντίνου, ἕως τῆς βασιλείας Ἰουστινιανοῦ.

Θεόδωρος. [7] Οὗτος [8] ἀνεφάνη μετὰ Ἀπολλινάριον τὸν Λαοδικείας τῆς Συρίας, τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν Μοψουεστίας τῆς Κιλικίας, ἐκ διαμέτρου δὲ τῷ Ἀπολλιναρίῳ φερόμενος, καὶ ὕβρεις οὐ τὰς τυχούσας τολμηρᾷ ψυχῇ καὶ ἀφόβῳ καρδίᾳ καταχέων τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, ἄνθρωπον ἕνα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ κοινὸν ἀποκαλῶν, καὶ ἐκ προκοπῆς λαβόντα τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, Θεὸν ὀνομάζεσθαι, καὶ ἐκ τοῦ ἐν Ἰορδάνῃ βαπτίσματος ἀξιωθῆναι τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος δωρεᾶς, ἐν πρώτοις εἰς ὄνομα Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος βαπτισθέντα. τὸν δὲ Θεὸν Λόγον διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀρετὴν αὐτοῦ κατ᾽ εὐδοκίαν ἐν αὐτῷ κατοικήσαντα μεταδοῦναι τῆς θεϊκῆς ἀξίας αὐτῷ καὶ προσκυνήσεως εἰς ὕστερον, μετὰ τὴν τελείωσιν. Ταῦτα καὶ ἕτερα τοιαῦτα δυσφημήσας, [9] δύο φύσεις ἰδιοπεριορίστους ἐδογμάτισεν ἐπὶ Χριστοῦ, σχέσει τινὶ καὶ μόνον ἀλλήλαις ᾠκειωμένας. δευτέρα καὶ αὕτη [10] βλασφημία, τὸ μίαν φύσιν, καὶ δύο φύσεις [11] ἰδιοπεριορίστους ἐν Χριστῷ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ὁμολογεῖσθαι.

Θεοδρομοῦντες. κατὰ Θεὸν πορευόμενος.

nem Ephecticum audivit, & omnia indifferentia esse statuit, sectamque a se *Theodoream* vocatam condidit. Hic multa scripsit, ad sectam [& doctrinam] ipsius spectantia, & alia quædam. Idem ad Hipparchiam, uxorem Cratetis, dixit: *Hæc est illa, quæ radiis apud telas relictis pallium gestat.*

Θεόδωρος. Theodorus, Gadarenus, Sophista, servili genere natus, qui fuit magister Tiberii Cæsaris. Deinde vero de arte Sophistica Romæ cum Polemone & Antipatro certavit. Sub Adriano Imperatore filius ejus Antonius factus est Senator. Scripsit libros tres de iis, quæ in Vocibus quæruntur. De Historia librum unum. De Thesi, unum. De Dialectorum similitudine & demonstratione, duos. De Republica, duos. De Cœlesyria, unum. De facultate Oratoris, unum; & alia.

Θεόδωρος. Theodorus, poeta, qui versibus varia scripsit, & in Cleopatram carmen.

Θεόδωρος. Theodorus, Lector Magnæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Scripsit Historiam Ecclesiasticam a Constantini temporibus usque ad Justiniani imperium.

Θεόδωρος. Theodorus, qui post Apollinarem Laodiceæ in Syria [Episcopum] exstitit, & Mopsuestiæ in Cilicia Episcopatum adeptus est. Hic Apollinari ex diametro contrarius, insignes blasphemias audaci & præfidenti animo contra Christum Dominum effudit, hominem eum uni nostrum similem & communem appellans, & qui pro profectu [virtutis] gratiam divinam consecutus, Deus appelletur, & post baptismum in Jordano donū Spiritus S. adeptus sit, primus omnium in nomine Patris, Filii, & Spiritus S. baptizatus. Deum vero Sermonem, ob excellentem ipsius virtutem, secundum beneplacitum in ipso habitantem, divinam dignitatem, & deinde, post consummationem, adorationem ipsi impertiisse. Hæc & alia hujusmodi impia dicta evomens duas in Christo distinctas naturas, & certo quodam respectu tantum inter se conjunctas esse statuit. Altera & hæc est blasphemia, unam naturam & duas naturas discretas in Christo non secundum sanam doctrinam profiteri.

Θεοδρομοῦντες. Secundum Deum ambulans.

1 Οὗτος εἶπε πρὸς Ἱππαρχ.] Ex Laertio in *Hipparchia*, ubi tamen locus hic paulo aliter legitur. Vide Theodor. Canter. *Var. Lect.* l. 1. c. VI.

2 Ἡ τὰς παρ᾽ ἱστοὺς ἐκλ.] Est versus Euripidis in *Bacchis*, ubi Agave, filia Cadmi, sic de se loquens inducitur:
Ἡ τὰς παρ᾽ ἱστοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδας
Εἰς μείζον᾽ ἥκω, θῆρας ἀγρεύειν χεροῖν. i. e.
Ego, quæ juxta telas relictis radiis
Ad majora veni, feras ut capiam manibus.

3 Θεόδωρος, Γαδαρ.] Hujus Theodori Oratoris meminit Strabo l. XVI. p. 759. eumque sua ætate floruisse dicit.

4 Ἐπεὶ δὲ συνεκρ.] Cum Porto legere malim, ἔπειτα δέ.

5 Θεόδωρος, ὁ ἀπὸ Ἀναγν.] De hoc Theodoro consulendi sunt viri docti, qui ex professo de Scriptoribus Ecclesiasticis scripserunt.

6 Ἔγραψεν Ἱστορίαν Ἐκκλησ.] De hac Historia Ecclesiastica Theodori accurate disputat Henr. Valesius in Præfatione ad Volumen III. Græcorum Historiæ Ecclesiasticæ Scriptorum; qui omnino consulendus est.

7 Θεόδωρος. οὗτος ἀνεφάνη μετὰ Ἀπολλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Theodori Presbyteri in libello *de Incarnatione Domini*, qui ad calcem Gelasii Cyziceni editus est Paris. 1599. 8.

8 Οὗτος ἀνεφάνη μετὰ Ἀπολλινάριον τὸν Συρ. τὴν ἡγ.] Hic locus apud modo laudatum Theodorum Presbyterum sic legitur: Μετὰ τοῦτον δὲ τὸν Ἀπολλινάριον εὐθέως ἀναφαίνεταί τις Θεόδωρος τῆς Μοψουεστίας πόλεως ἐπι λεγόμενος ἐν γῇ τῶν Κιλίκων τὴν ἡγεμονίαν λαχὼν &c.

9 Δύο φύσεις] Prior vox in cæteris Edit. deest, quam ex Theodoro Presbytero revocavi.

10 Βλασφημία] Apud Theodorum Presbyterum corrupte legitur πλάνη, qui proinde hinc emendandus est.

11 Ἰδιοπεριορίστους] Et hæc vox in prioribus Edit. desideratur, quam supplendi sensus gratia ex Theodoro Presbytero Suidæ restitui.

Θεοειδεστάτη.

Θεοειδής. θεοῖς τὸ εἶδος ὅμοιος.

Θεοειδῶς. θείως.

Θεοείκελος. θεοῖς τὸ εἶδος ὅμοιος.

Θεόθεν. ἀπὸ θεοῦ.

Θεόκλεια. ὄνομα κύριον.

Θεοκλυτήσαντες. θεοῦ ἀκούσαντες. θεὸν ἐπικαλεσάμενοι. [1] Ἐξ ὧν κατάραι καὶ θεοκλυτήσεις ἐγένοντο κατ' αὐτοῦ. Καὶ αὖθις· Μήτε μὴν καταναγκάζεσθαι τοὺς ἐν Περσίδι Χριστιανοὺς εἰς μαγικὴν μετιέναι θρησκείαν, μήτε μὴν θεοκλυτεῖν ἀκουσίως τοὺς παρὰ Μήδοις νενομισμένους θεούς. Καὶ αὖθις· Καὶ Κυζικηνῶν θυγατέρας τὴν ὥραν διαπρεπεῖς τῇ Δαρείου θυγατρὶ Ἀρσάμῃ ξένια ἀποστεῖλαι ἐγλίχετο. αἱ δὲ καταφεύγουσιν ἐπὶ τὴν Ἄρτεμιν θεοκλυτοῦσαι, καὶ τοῦ ἀγάλματος ἐκκρεμάμεναι. Καὶ Αἰλιανός· Οὐδαμῆ φορητὸν εἶναι τὸν βίον ἑαυτῇ μετὰ τὴν θήλειαν τὴν ἄθεσμον πεπιστευκυῖα, θεοκλυτοῦσα καὶ μυρίας ἀρὰς Ἐφεσίοις ἐπαρωμένη, εἰ μὴ πράξαιντο τιμωρίαν τούτων παρὰ τῶν τυράννων, ἑαυτὴν διέφθειρε.

Θεόκλυτος. θεότιμος.

Θεοκλυτοῦντες. θεοὺς ἐπικαλεσάμενοι. Καὶ ἐν ἑαυτοῖς θεοκλυτοῦντες, ἅμα καὶ τῶν ὀργίων ἐμέμνηντο.

Θεοκρίνης. [2] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. [3] ἦν δὲ συκοφάντης.

Θεόκριτος, [4] Χῖος, ῥήτωρ, μαθητὴς Μητροδώρου τοῦ Ἰσοκρατικοῦ. ἔγραψε Χρείας· ἀντεπολιτεύσατο δὲ Θεοπόμπῳ τῷ Ἱστορικῷ. Φέρεται δὲ αὐτοῦ Ἱστορία Λιβύης, καὶ ἐπιστολαὶ θαυμάσιαι. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος Θεόκριτος, Πραξαγόρου καὶ Φιλίννης. οἱ δὲ, Σιμμίχου, Συρακούσιον. οἱ δέ φασι Κῷον. μετῴκησε δὲ ἐν Συρακούσαις. οὗτος ἔγραψε τὰ καλούμενα Βουκολικὰ ἔπη Δωρίδι διαλέκτῳ. τινὲς δὲ ἀναφέρουσιν εἰς αὐτὸν καὶ ταῦτα· Προιτίδας, Ἐλπίδας, Ὕμνους, Ἡρωΐνας, Ἐπικήδεια μέλη, Ἐλεγείας, Ἰάμβους, καὶ Ἐπιγράμματα. Ἰστέον δὲ ὅτι τρεῖς γεγόνασι Βουκολικῶν ἐπῶν ποιηταί, Θεόκριτος οὑτοσί, [5] Μόσχος Σικελιώτης, καὶ Βίων ὁ Σμυρναῖος, ἔκ τινος χωριδίου, καλουμένου Φλώσσης.

Θεόληπτος. ὑπὸ θεοῦ συσχεθείς. ἔνθεος. [6] Ὁ δὲ Φιλιππικὸς θέραψ ἦν, καὶ κολακικός, καὶ μέν τοι καὶ τῷ περὶ Ἀντώνιον θιάσῳ κατείλεκτο.

Θεομισής. [7] ὑπὸ θεοῦ μισούμενος. Θεομίσης δὲ, ὁ μισῶν τὸν θεόν.

Θεόμητι. θεόφρονι. θεοβούλῳ.

Θεοειδεστάτη. Deo simillima.

Θεοειδής. Diis forma similis.

Θεοειδῶς. Divine.

Θεοείκελος. Diis forma similis.

Θεόθεν. Divinitus. A Deo.

Θεόκλεια. Theoclea. Nomen proprium.

Θεοκλυτήσαντες. Qui Deum audiverunt. Qui Deum invocarunt. *Unde imprecationes & vota contra ipsum facta fuerunt.* Et rursus: *Ne Christiani, qui erant in Perside, Magorum religionem amplecti cogerentur, neque etiam præter animi sententiam invocare Deos illos, qui apud Medos recepto more colebantur.* Item alibi: *Et Cyzicenorum filias, forma insignes, Darii filiæ Arsamæ xeniorum loco mittere cupiebat. Illæ vero ad Dianam confugiunt, Deam invocantes, & ipsius simulacrum complectentes.* Et Ælianus: *Illa vero vitam sibi minime vitalem fore rata post nefarium illum concubitum, Deosque invocans, & Ephesiis mille diras imprecata, ni pœnas horum a Tyrannis exigerent, se ipsa interfecit.*

Θεόκλυτος. A Deo honoratus.

Θεοκλυτοῦντες. Deos invocantes. *Et intra se ipsos Deos invocantes, simul & orgiorum, recordabantur.*

Θεοκρίνης. Theocrines. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Hic Sycophāta fuit.

Θεόκριτος. Theocritus, Chius, orator, discipulus Metrodori Isocratici. Scripsit Chrias: idemque factionibus in Republ. cum Theopompo Historico certavit. Extat ejus Historia Libyca, & Epistolæ admirabiles. Est & alter Theocritus, Praxagoræ & Philinnæ filius. Alii vero dicunt ipsum fuisse filium Simmichi, & Syracusanum. Alii vero, Coum, & Syracusas [postea] migrasse. Hic scripsit ea quæ vocantur carmina *Bucolica*, Dorica dialecto. Quidam etiam ipsi tribuunt, Prœtidas, Elpidas, Hymnos, Heroinas, carmina Epicedia, Elegias, Iambos, & Epigrammata. Sciendum autem, tres fuisse carminum Bucolicorum poetas, hunc Theocritum, Moschum Siculum, & Bionem Smyrnæum, ex quodam oppidulo, quod Phlossa vocabatur, oriundum.

Θεόληπτος. A Numine correptus. Numine divino afflatus. *Philippicus vero servilis erat ingenii, & assentator, & cœtui eorum, qui Antonium colebant, adscriptus.*

Θεομισής. Deo exosus. Θεομίσης vero, Dei osor.

Θεόμητι. Divina prudentia prædito. Consiliis maxime pollenti.

1 Ἐξ ὧν κατάραι καὶ θεοκλ. ἐγένοντο κατ' αὐτοῦ] Hæc sunt verba Polybii apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis p. 118.

2 Θεοκρίνης] Plura de hoc Theocrine habet Harpocratio, quem vide.

3 Ἦν δὲ συκοφάντης] Hujus criminis gratia accusavit eum Epichares, ut discimus ex argumento Orationis contra Theocrinem, quæ Demostheni in ejus operibus hodie adscribitur; quamvis nonnulli veterum Dinarcho eam tribuerint.

4 Θεόκριτος, Χῖος] De eo vide Vossium in opere *de Histor. Gr.* & Jonsium *de Scriptor. Histor. Philos.* l. 1. c. ix.

5 Μόσχος Σικ. καὶ Βίων, ὁ Σμυρν.] Moschi hujus & Bionis Idyllia quædam hodie adhuc exstare notissimum est.

6 Ὁ δὲ Φιλιππικὸς θέραψ ἦν καὶ κολ.] Fragmenti hujus supplementum habes supra v. Βάρβιος.

7 Θεομισής. ὑπὸ θεοῦ μισούμενος. Θεομίσης δὲ, ὁ μισ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, p. 612.

Θεόπομπος, [1] Θεοδέκτου, ἢ Θεοδώρου, Ἀθηναῖος, Κωμικός. ἐδίδαξε δράματα κδʹ. ἔστι δὲ τῆς ἀρχαίας Κωμῳδίας κατὰ Ἀριστοφάνην. δράματα δὲ αὐτοῦ εἰσὶ καὶ ἄλλα πολλά. Ὅτι [2] Ἀσκληπιὸς καὶ τῶν ἐν παιδείᾳ ἦν προμηθής. φθόῃ γοῦν Θεόπομπον ῥινώμενόν τε καὶ λειβόμενον ἰάσατο, καὶ κωμῳδίας αὖθις διδάσκειν ἐπῆρεν, ὁλόκληρόν τε καὶ σῶον καὶ ἀρτεμῆ ἐργασάμενος. καὶ δείκνυται καὶ νῦν ὑπὸ λίθῳ Θεοπόμπου (πατρόθεν ὁμολογοῦντος αὐτὸν τοῦ ἐπιγράμματος· Τισαμενοῦ γὰρ ἦν υἱός) εἴδωλον Παρίας λίθου. καὶ ἔστι τὸ ἴνδαλμα τοῦ πάθους μάλα ἐναργές. κλίνη καὶ αὐτὴ λίθου. ἐπ' αὐτῆς κεῖται νοσοῦν τὸ ἐκείνου φάσμα, [3] χειρουργίᾳ Φιλοτέχνου· παρέστηκε δὲ ὁ Θεὸς, καὶ ὀρέγει οἱ τὴν παιώνιον χεῖρα, καὶ παῖς νεαρὸς ὑπομειδιῶν καὶ οὗτος. τί δὲ ἄρα νοεῖ ὁ παῖς; ἐγὼ συνίημι τοῦτο, Φιλοπαίστην ποιητὴν ὑποδηλοῦν. γελᾷ γὰρ, καὶ τῆς κωμῳδίας τὸ ἴδιον διὰ συμβόλων αἰνίττεται. εἰ δὲ ἄλλος νοεῖ ἑτέρως, κρατείτω τῆς ἑαυτοῦ γνώμης· ἐμὲ δὲ μὴ ἐνοχλείτω.

Θεόπομπος. Theopompus, Theodectis, sive Theodori filius, Atheniensis, Comicus, edidit fabulas XXII. fuitque antiquæ comœdiæ Poeta secundũ Aristophanẽ, scripsitque plures alias fabulas. † *Æsculapius eorum quoque, qui literis student, curam gerebat. Sanavit enim Theopompum, tabe quasi lima attenuatum diffluentemque, & iterum ad docendas comœdias animum addidit, quum omni ex parte salvum & incolumem eum reddidisset. Et monstratur etiamnum super lapide imago Theopompi (inscriptione ipsum ex patris nomine designante: erat enim Thisameni filius) facta ex marmore Pario; estque morbi simulacrum prorsus manifestũ. Lectus & ipse lapideus est, in quo ejus imago jacet, manu artificis ita efficta, ut morbum præ se ferat. Prope vero Deus adstat, manũ ei porrigens medicam, & tenellus puer, qui leniter subridet. Quid autem sibi vult ille puer? Ego hoc puto eum indicare, poetam ludi jocique amantem esse. Ridet enim, & per symbola significat rem Comœdiæ propriam. Si tamen quis aliter sentiat, is sententiam suam retineat, nec mihi litem moveat.*

Θεόπομπος, [4] Χῖος, ῥήτωρ, υἱὸς Δαμασιστράτου, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων, [5] ἐπὶ τῆς ἐννενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, ὅτε καὶ Ἔφορος, Ἰσοκράτους ἀκουστής. ἅμα Ἐφόρῳ ἔγραψεν ἐπιτομὴν τῶν Ἡροδότου ἱστοριῶν ἐν βιβλίοις βʹ. [6] Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβʹ. Ἑλληνικὰς ἱστορίας. ἕπονται δὲ ταῖς Θουκυδίδου καὶ Ξενοφῶντος, καὶ εἰσὶν ἐν βιβλίοις ιαʹ, ἔχουσαι τὰ ἀπὸ τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, καὶ λοιπά. Ἔγραψε καὶ ἕτερα πλεῖστα.

Θεόπομπος. Theopompus, Chius, orator, Damasistrati filius, vixit tempore interregni Atheniensium, Olymp. XCIII. quando & Ephorus Isocratis auditor floruit. Scripsit pariter ac Ephorus Epitomen Historiarum Herodoti libris II. Philippica, libris LXXII. Historias Græcas, quæ libris XI. constant, & inde narrationem ordiuntur, ubi Thucydides & Xenophon desinunt. Complectuntur autem ea, quæ post bellum Peloponnesiacũ gesta sunt, & alia. Scripsit & alia plurima.

Θεοπροπία. μαντεία. καὶ [7] Θεοπρόπιον. τὸ ἐκ Θεοῦ μάντευμα, ἢ προφήτευμα.

Θεοπροπία. Vaticinium. Oraculum. Et *Θεοπρόπιον*, oraculum a Deo editum. Vaticinium.

Θεοπρόπος. μάντις, ἢ Θεοῦ προφήτης.

Θεοπρόπος. Vates, vel Dei propheta.

Θεοπτία. ἡ θεία ὀπτασία.

Θεοπτία. Divina visio.

Θεορρημοσύνην. τὴν θείαν διδασκαλίαν. τὴν κατήχησιν.

Θεορρημοσύνην. Divinam doctrinam. Institutionem, quæ viva voce fit.

Θεόρρυτον. ἐκ Θεοῦ προϊὸν, ἢ θεόθεν προερχόμενον.

Θεόρρυτον. A Deo progressum. A Deo manans.

Θεός. Φίλων τὸ Θεὸς Κύριος τὴν σημασίαν ἑρμηνεῦσαι πειρώμενος, τῆς βασιλικωτάτης Τριάδος ἔννοιαν ἔσχεν. Φάσκων γὰρ ὅτι εἷς ἐστι Θεὸς, οὐ πρὸς τὸν ἀριθμὸν κατέδραμε τῆς μονάδος, ἀλλὰ πρὸς τὸ μυστήριον τῆς ἁγίας Τριάδος, τὸ τῶν μὲν πάντων διαιρετῶν ἑνικώτερον, τῶν δὲ ὄντως μοναδικῶν ἀφθονώτερον. καὶ οὕτω κατακράτος εἷλεν αὐτοῦ τὴν

Θεός. Deus. Philo, cum dictum illud *Deus Dominus* interpretaretur, summæ Trinitatis notionem habuit. Dum enim dicit unum esse Deum, non ad unitatis numerum respexit, sed ad mysterium sanctæ Trinitatis, quod est magis unum, quam omnia, quæ dividi possunt, & vere singularibus uberius: tantaque vi animum ejus occupavit, ut di-

1 *Θεόπομπος, Θεοδ.*] De hoc Theopompo, aliisque scriptoribus ejusdem nominis, vide Meursium ad Apollonium cap. X.

2 *Ὅτι Ἀσκληπιὸς καὶ τῶν ἐν παιδ. ἦν προμ.*] Sic locum hunc, qui in prioribus Edit. prava interpunctione obscuratus est, ex *MSS.* in integrum restitui. Cæterum totum hunc locum de Theopompo Comico, ab Æsculapio pristinæ valetudini restituto, ex Æliano depromptum esse discimus ex voce *Παρίας λίθου*, & v. *Φθόη*, ubi pars fragmenti hujus præfixo Æliani nomine repetitur.

3 *Χειρουργίᾳ Φιλοτ.*] Pessime Portus, *ingeniosa ac solerte Æsculapii chirurgia utens.* Vox *χειρουργία* enim hic significat artem fingendi statuas & simulacra: uti ipsi statuarii vocantur *χειρουργοί*. Vide infra v. *Χειρουργοί*.

4 *Θεόπομπος, Χῖος.*] De hoc Theopompo vide Photium in Bibliotheca, Cod. CLXXVI. Meursium ad Apollon. Dysc. cap. X. Vossium *de Histor. Gr.* & Jonsium *de Scriptor. Histor. Philos.* l. I. cap. IX. Ob maledicentiam stili male audit, eoque nomine reprehenditur a Polybio in Excerptis Peiresc. p. 21, 22. ubi insigne fragmentum ex ejus *Philippicis* adducitur.

5 *Ἐπὶ τῆς ἐννενηκοστῆς τρίτης*] Jonsius, loco laudato, eum recentiorem facit, & ad Olympiadem CX potius referendum statuit, cujus argumenta & rationes, quibus sententiam suam stabilit, apud ipsum lege.

6 *Φιλιππικὰ ἐν βιβλίοις οβʹ*] Potius credendum est Diodoro Siculo, qui l. XVI. testatur, Historiam Philippicam Theopompi constitisse libris LVIII. ut observarunt Vossius & Jonsius. Ex his LVIII libris tempore Photii LIII tantum superstites fuerunt, ut ipse testatur loco paulo ante laudato.

7 *Θεοπρόπιον, τὸ ἐκ Θεοῦ μ.*] Vide Scholiastam Homeri ad Il. A. v. 87.

ψυχὴν,

ψυχὴν, ὡς εἰπεῖν, δύο μὲν εἶναι τὰς τοῦ Ὄντος δυνάμεις· ὧν ἡ μὲν ποιητική τε καὶ ἐνεργητικὴ, φησὶ, καλεῖται Θεός· ἡ δὲ βασιλικὴ καὶ τιμωρητικὴ, Κύριος. [1] Θεὸν δὲ εἶναι δοξάζουσιν Ἕλληνες ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, τέλειον, νοερὸν, ἐν εὐδαιμονίᾳ, κακοῦ παντὸς ἀνεπίδεκτον, προνοητικὸν Κόσμου τε, καὶ τῶν ἐν Κόσμῳ· μὴ εἶναι μέντοι ἀνθρωπόμορφον· εἶναι δὲ τὸν μὲν δημιουργὸν τῶν ὅλων, καὶ ὥσπερ πατέρα πάντων. κοινῶς δὲ τὸ μέρος αὐτοῦ τὸ διῆκον διὰ πάντων, ὃ πολλαῖς προσηγορίαις [2] προσαρμόζεται κατὰ τὰς δυνάμεις.

Θεός. Δαβίδ φησι· Πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα. ἔνθεν καὶ τὸ Τρισάγιον ἡμῖν ἐξύμνηται.

Θεός. [3] Σοφοκλῆς· Ὅταν τις Θεῶν βλάπτῃ, δύναιτ' ἂν οὐδ' ἂν ἰσχύων φυγεῖν. Ὅμοιον τούτῳ τὸ [4] Πινδαρικόν· Θεὸς καὶ πτερόεντ' αἰετὸν ἔκιχε, καὶ θαλασσαῖον παραμείβεται δελφῖνα. Καὶ παροιμία· [5] Θεὸς ἡ ἀναίδεια. λέγεται κατὰ τῶν δι' ἀναισχυντίαν τινὰ [6] ὠφελούντων. [7] Ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια, καὶ ἱερὸν αὐτῆς, ὡς Ἴστρος ἐν ιδ'.

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. [8] ἐν τῷ Ἀπὸ μηχανῆς.

Θεσσαλὸν [9] σόφισμα. ἐπὶ τῶν μὴ εὐθυμαχούντων ἐν ταῖς παρατάξεσιν, ἀλλὰ κακουργούντων.

Θεοσέπτωρ θεοσεβής.

Θεόσεπτον. [10] Ἀριστοφάνης· Βροντῆς μυκησαμένης θεοσέπτου. ὑπὸ θεῶν καταπεμφθείσης θείας τινὸς καὶ τετιμημένης. [11] Σοφοκλῆς δὲ λέγει· Ἥκοι γὰρ ἂν θεία νόσος. τουτέστιν, ἡ ἐκ θεοῦ κατασκήψασα εἴς τινα. περὶ τῆς μανίας Αἴαντος.

Θεοσημεία. ἡ τοῦ θεοῦ μαντεία.

Θεοστυγεῖς. θεομίσητοι. οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι. καὶ οἱ Θεὸν μισοῦντες. [12] παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ [13] θεοστυγεῖς, οὐχὶ οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισούμενοι, ἀλλ' οἱ μισοῦντες τὸν Θεόν.

Θεοσυλής. ὁ τὰ ἱερὰ συλῶν. Ὁ δὲ θεοσυλὴς γενόμενος, καὶ τὰ ἕδη τῶν Θεῶν αὐτὰ ἐξ ἠθῶν ἀναστήσας, καὶ φόνους ἐργασάμενος ἐναγεῖς.

Θεοῦ παρόντος, ἅπαν ἄπορον πόριμον.

Θεοὺς [14] τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἄρχοντας. Ἄρχοντα τοῦ

ceret, duas esse illius, qui Est, facultates; quarum una, inquit, efficiens & agens, vocatur *Deus*; altera vero regia & ultrix, *Dominus*. † Græci statuunt Deum esse animal immortale, ratione præditum, perfectum, intelligens, beatum, in quod malum non cadat, curam gerens Mundi, & eorum, quæ in Mundo sunt: non tamen esse humana forma præditum. [Iidem dicunt,] esse eum opificem hujus Universi, & tanquam patrem omnium. Communiter vero partem ejus per omnia penetrantem variis nominibus, pro diversis facultatibus, appellari.

Θεός. Deus. David: *Ad Deum illum fortem & viventem.* Hinc etiam *Trisagium* a nobis canitur.

Θεός. Sophocles: *Cum quis Deorum lædit, ne validus quidem effugere queat.* Huic dicto est simile Pindaricum illud: *Deus vel velocem aquilam assequitur, & marinum prævertit Delphina.* Et proverbium: *Impudentia est Dea.* Dicitur in eos, qui ex impudentia emolumentum capiunt. Colebatur enim Athenis Impudentia, eique templum [conditum erat;] ut tradit Ister lib. xiv.

Θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. Deus ex machina. Quære in v. Ἀπὸ μηχανῆς.

Θεσσαλὸν σόφισμα. Thessalicum commentum. De iis, qui non aperto Marte pugnant, sed subdole rem gerunt.

Θεοσέπτωρ, Dei cultor. Pius.

Θεόσεπτον. Venerabile. Aristophanes: *Audistine mugitum tonitru divini?* [Hic Θεόσεπτον exponi potest,] a Deo demissum: vel, divinum & honoratum. Sophocles vero dicit: *Invasisset utique te divinus morbus.* Hoc est, a Deo immissus in aliquem. [Loquitur ibi autem] de Ajacis insania.

Θεοσημεία. Oraculum divinum. Vaticinium divinum.

Θεοστυγεῖς. Deo odiosi. Deo invisi. Item, qui Deum oderunt. Nam apud Apostolum Θεοστυγεῖς vocantur non illi, quos Deus odit, sed illi, qui Deum oderunt.

Θεοσυλής. Sacrilegus. *Ille vero sacrilegus, & templa Deorum funditus evertit, & impias cædes patravit.*

Θεοῦ παρόντος. *Deo præsente omnia quæ sunt difficilia, fiunt facilia.*

Θεούς. Deos [David vocat] Judæorum

1 Θεὸν δὲ εἶναι δοξάζουσιν Ἑλλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Laertii in *Zenone*, Segm. CXLVII.

2 Προσαρμόζεται] Apud Laertium rectius legitur προσονομάζεται, quam lectionem in versione secutus sum.

3 Σοφοκλῆς. Ὅταν τις Θεῶν βλ.] Hæc non sunt ipsa verba Sophoclis, sed expressa ex iis, quæ leguntur in *Ajace*, p. 27.

——— ———Εἰ δέ τις Θεῶν
Βλάπτοι, φύγοι γ' ἂν χὠ κακὸς τὸν κρείσσονα.

Vide etiam supra v. Ἰσχύων.

4 Τὸ Πινδαρικόν] *Pyth.* Od. II. *P.*

5 Θεὸς ἡ ἀναίδεια. λέγεται κατὰ τῶν δι' ἀν.] Locus hic in prioribus Edit. fœde mutilatus est, quem ex 2 *MSS.* Paris. in integrum restitui.

6 Ὠφελούντων] Sic quidem *MSS.* Paris. exhibent: sed scribere malim ὠφελουμένων, ut apud Zenobium & Diogenianum; quam lectionem in versione secutus sum.

7 Ἐτιμᾶτο δὲ καὶ Ἀθήνησιν ἡ Ἀναίδεια] Athenienses *Contumeliæ* & *Impudentiæ* aras olim posuisse ex Theophrasto refert Zenobius Adag. CCCXXVI. Clemens Alexandrinus quoque in *Admonit. ad Gentes*, p. 12. testatur, Epimenidem Athenis *Impudentiæ* aram erexisse; quem vide.

8 Ἐν τῷ ἀπὸ μηχανῆς] In prioribus Edit. hæc præterea leguntur: Ἀπὸ συνθέσεως ὀνόματος γίνεται καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκἀγαθία· Θεὸς καὶ ἐχθρὸς, θεοεχθρία. Sed cum eadem supra v. Ἀντιμισθολιαῖα legantur, supervacaneam hic eorum repetitionem fore credidi.

9 Θεσσαλὸν σόφισμα] Vide Zenobium Adag. CCCXXIX.

10 Ἀριστοφάνης] In *Nubibus* p. 76. *P.*

11 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, p. 12. ut Portus observavit.

12 Παρὰ δὲ τῷ Ἀποστόλῳ] Ad Romanos 1. v. 30.

13 Θεοστυγεῖς, οὐχὶ οἱ ὑπὸ Θεοῦ μισ.] Videntur ista ex Oecumenio descripta, cujus hæc p. 255. sunt verba: Θεοστυγεῖς λέγει οὐ τοὺς ὑπὸ Θεοῦ μισουμένους, ἀλλὰ τοὺς μισοῦντας Θεόν.

14 Θεοὺς τοὺς τῶν Ἰουδαίων ἀρχ.] Hic locus est mutilus, qui ex Theodoreto ad Psalm. LXXXI. p. 727. unde eum Suidas descripsit, sic supplendus & in integrum restituendus est: Τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας Θεοὺς, ὡς τὸ κρίνειν πεπιστευμένους, ὠνόμασεν. οὕτως

λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς, καὶ Θεοὺς οὐ κακολογήσεις. Ἐπειδὴ ὁ Θεὸς ἀληθῶς κριτής ἐστιν· ἐνεχειρίσθησαν δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι κρίνειν, προσηγορεύθησαν Θεοὶ οἱ ἐνδίκως δικάζοντες.

Θεοί. [1] οἱ κατ' εἰκόνα θείαν γεγενημένοι, καὶ ἀκήρατον τὴν εἰκόνα φυλάξαντες. ὁ τούτων Θεὸς συνάγει τὴν οἰκουμένην εἰς τὸ κριτήριον. [2] καὶ Δαβίδ. Θεὸς Θεῶν Κύριος ἐλάλησε, καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν καὶ τὰ ἑξῆς.

Θεοίνια. [3] τὰ κατὰ δήμους Διονύσια Θεοίνια ἐλέγοντο, ἐν οἷς οἱ Γεννῆται ἀπέθυον. τὸν γὰρ Διόνυσον Θέοινον ἔλεγον.

Θεοῖς [4] τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισι. τουτέστιν, Θεῶν βουλομένων. οὐ γὰρ οἱ Ἕλληνες τῆς τοιαύτης αὐτῷ αἰτίαν παρέσχον. Σοφοκλῆς περὶ Αἴαντος.

Θεοφάνεια. [5] ἡ τοῦ Θεοῦ φανέρωσις. θηλυκόν. οὐδετέρως δὲ πληθυντικόν, τὰ Θεοφάνεια· ἡ εὐθεῖα, τὸ Θεοφάνειον.

Θεοφάνης. ὄνομα κύριον. καὶ κλίνεται εἰς ους.

Θεόφιλος, Κωμικός. [6] τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν Ἰατρὸς, Ἐπίδαυρος, [7] Παγκρατεια, Βοιωτία, Προιτίδες, Νεοπτόλεμος.

Θεόφιλος, [8] βασιλεὺς Ῥωμαίων, υἱὸς Μιχαὴλ τοῦ Ἀμωραίου, πατὴρ Μιχαὴλ, ὃς ἐς τοσαύτην ἀφιλοθεΐαν καὶ ἀπόνοιαν ἐξώκειλεν, [9] καὶ τὴν τοῦ Κοπρωνύμου χαλεπὴν καὶ μυσαρωτάτην αἵρεσιν διαδεξάμενος καὶ ἀνακαινίσας, ὡς ἐν μηδενὶ ἧττον ὀφθῆναι τῆς ἐκείνου δυσσεβείας καὶ παρανίας, τυραννίδος τε καὶ ἐμβροντησίας ὁ πεφενακισμένος καὶ ματαιόφρων. Ἐπεὶ οὖν τῇ αὐτῇ συσχεθεὶς τῶν ἀσεβῶν ἐκείνων καὶ παλαμναίων ἀπάτῃ καὶ παραπληξίᾳ, τῶν ἐκ Μανιχαϊκῆς μανίας καὶ Ἀρειανικῆς λύσσης ὁρμωμένων πάλαι, διωγμὸν καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας ὡσαύτως ἐπανετείνετο, συμμύστην, καὶ σύμμαχον, καὶ συνίστορα τῆς αἱρέσεως ἔχων ὁ δεύτερος Νεκτεναβὼν τὸν Πατριάρχην Ἰωάννην, μᾶλλον δὲ [10] μαντιάρχην, ἢ δαιμονιάρχην, τὸν νέον ὄντως Ἀπολλώνιον, ἢ Βαλαὰμ, ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις ἀναφανέντα, [11] λεκανόμαν-

Principes. *Principi populi tui non maledices, & Diis non conviciaberis.* Deus enim vere judex est. Hominibus autem data est etiam judicandi potestas: unde, qui juste judicant, Dii vocantur.

Θεοί. Dii. [Sic etiam vocantur,] qui ad Dei imaginem facti sunt, eamque inviolatam conservant. Horum Deus Orbem Terrarum ad judicium congregat. Et David: *Deus Deorum Dominus locutus est, & terrā vocavit*, &c.

Θεοίνια. Sic vocabantur Bacchanalia, quæ Populi Atticæ celebrabant, & in quibus Gennetæ sacrificabant. Bacchum enim Θέοινον vocabant.

Θεοῖς τέθ. *Diis mortuus est iste, non illis.* Hoc est, Diis ita volentibus. Haud enim Græci talis [insaniæ mortisque] causa ei exstiterunt. Sophocles de Ajace.

Θεοφάνεια. Dei apparitio. Est generis fœminini. Neutrum vero plurale τὰ Θεοφάνεια; cujus casus rectus est Θεοφάνειον.

Θεοφάνης. Theophanes. Nomen proprium. Declinatur in ους.

Θεόφιλος. Theophilus, Comicus. Ex ejus fabulis sunt, *Medicus, Epidaurus, Pancratia, Bœotia, Prœtides, Neoptolemus.*

Θεόφιλος. Theophilus, Romanorum Imperator, filius Michaelis Amorræi, Michaelis pater, qui eo impietatis & amentiæ progressus est, ut infaustam & detestabilem Copronymi hæresin amplectens & renovans, nulla in re vel impietate, vel effræni licentia, vel tyrannide & vecordia ei cedere videretur, homo stolidus & vanus. Cum igitur idem error eademque impiorum illorum & sceleratorum hominum amentia, qui olim ab insano Manichæo & dementi Arrio orti fuerant, animum ejus invasisset, persecutionem & ipse contra Ecclesiam eodem modo instituere cœpit, alter Nectanebo, collegam, & adjutorem, & conscium habens Joannem Patriarcham, vel potius Mantiarcham, aut Dæmoniarcham, novum revera Apollonium, aut Balaamum nostris temporibus exortum, lecanomantem, omnisque impietatis & imposturæ suasorem & auctorem

αὐτοὺς καὶ ὁ Νόμος ἀποκαλεῖ· Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, καὶ ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς. Ἐπειδὴ γὰρ ἀληθῶς κριτὴς ὁ Θεός ἐστιν, ἐνεχειρίσθησαν δὲ καὶ οἱ ἄνθρωποι κρίνειν, προσηγορεύθησαν οἱ ταῦτα πεπιστευμένοι Θεοὶ, ὡς Θεὸν ἐν τούτῳ μιμούμενοι. i. e. *Judæorum Principes Deos, utpote quibus judicandi officium commissum erat, nominavit. Sic etiam Lex eos vocat:* Diis non maledices, & Principi populi tui non conviciaberis. *Quoniam enim vere judex est Deus, & hominibus judicandi officium commissum est, propterea etiam homines, quibus ea potestas data est, Dii nuncupati sunt, tanquam in hoc Deum imitantes.* Huc spectant ejusdem Theodoreti verba *Quæst.* LI. in Exodum: Τοὺς κριτὰς ὀνομάζει Θεοὺς, ὡς κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ κρίνειν πεπιστευμένους. *Judices appellat Deos, ut quibus ad imitationem Dei omnium judicandi munus commissum est.*

1 Θεοί. οἱ κατ' εἰκόνα θείαν γεγ. καὶ ἀκήρατον τὴν εἰκ. φυλ.] Hæc sunt verba Theodoreti in Psalmum XLIX. p. 586. Huc etiam spectat insignis locus apud Photium Epist. CLXII. p. 215. Δευτέρα δὲ τάξει καὶ μεθέξει τῆς πρώτης αἰτίας λέγοιτ' ἂν καὶ τῶν ἀνθρώπων ἐκεῖνος Θεὸς, ὃς, ἐφ' ὅσον ἐστὶ δυνατὸν χρονικῇ φύσει, εἰς μίμησιν ἑαυτὸν ὑπὸ τῶν ἀρετῶν διαπλάττοι Θεοῦ. i. e. *Ordine vero secundo, & nomine a causa prima participato, ille inter homines Deus dicetur, qui pro captu & viribus naturæ creatæ se per virtutis exercitium ad imitationem Dei conformat.*

2 Καὶ Δαβίδ. Θεὸς Θεῶν Κύριος &c.] Psalm. XLIX. v. 1.

3 Θεοίνια. τὰ κατὰ δήμους Διον.] Ex Harpocratione. Vide etiam Hesychium, & Meursium in *Græcia Fer.*

4 Θεοῖς τέθνηκεν οὗτος, οὐ κείνοισι.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, p. 56. ubi consule Scholia. *P.*

5 Θεοφάνεια. ἡ τοῦ Θεοῦ φαν.] Vide Casaub. Exercit. II. adversus Baron. Sect. XI. & præcipue Suicerum in Thesauro Ecclesiastico v. Ἐπιφάνεια, ubi de variis hujus vocis significationibus prolixe agit.

6 Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν] Omisit hic Suidas fabulam *Philaulus*, cujus mentionem facit Athen. l. XIII. p. 563. & p. 587.

7 Παγκράτια] Rescribendum est Παγκρατιαστὴς ex Athenæo, qui fabulam istam duobus in locis hoc nomine appellat.

8 Θεόφιλος, βασιλεὺς Ῥωμ.] Articulum hunc de Theophilo Imperatore Suidas ex aliquo Historico deperdito procul dubio descripsit, quoniam in nullo eorum, qui hodie exstant, eum invenire potui.

9 Καὶ τὴν τοῦ Κοπρωνύμου χαλεπὴν καὶ μυσ.] Imperator Constantinus Copronymus acerrimus fuit imaginum hostis, earumque cultum interdixit: cujus exemplum Theophilus Imperator secutus est. Hanc Iconomachiam auctor anonymus execrabilem hæresin hic vocat, eoque nomine Theophilum, tanquam hominem sceleratissimum & summæ impietatis reum, indignis modis traducit. Confer Cedrenum p. 518.

10 Μαντιάρχην] Non displicet conjectura Porti, qui μανιάρχην (i. e. insaniæ principem) legendum esse suspicatur. Potest tamen etiam μαντιάρχην ferri, quoniam ex sequentibus patet, eum artibus curiosis & divinationibus deditum fuisse.

11 Λεκανόμαντιν] Vide Cedrenum p. 528.

τιν,

πῆ, καὶ πάσης θεοστυγοῦς πράξεως καὶ περιεργείας δεινὸν προφήτην. ὑφ' οὗ καὶ τὰ γράμματα παιδευθεὶς ὁ εὐρίπιστος καὶ δείλαιος, ὑπηρέτης δόκιμος ἐχθίστων πραγμάτων, καὶ τοῦ Διαβόλου ἐπιτήδειον ὄργανον γέγονεν· οὓς ἂν ἐνδίκως ὁ θεῖος λόγος ἐπαράσαιτο, σχετλιαστικῶς φάσκων· Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ Κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ Βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ Κορὲ ἀπώλοντο, καὶ τὰ ἑξῆς.

callidissimum. Ab hoc etiam literas edoctus homo varius & sceleratus, pessimorum facinorum strenuus minister, & idoneum Diaboli instrumentum exstitit. Hos jure divina Scriptura exsecratur, exitium illis tristi hac voce denuntians: *Væ ipsis, quia viam Caini ingressi sunt, & errore mercedis Balaami effusi sunt, & contradictione Coræ perierunt*, &c.

Θεόφιλος. [1] οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπανελθὼν, ἐν Ἀντιοχείᾳ διῆγεν, Ἐκκλησίαν μὲν ἀφωρισμένως οὐδεμίαν ἔχων αὐτὸς, κοινὸς δέ τις ὢν, ὡς πάσαις αὐτῷ μετ' ἀδείας ἐπιφοιτᾶν ὡς ἰδίαις ἐξεῖν, βασιλέως αὐτὸν ἐς τὰ μάλιστα διὰ τιμῆς τε πάσης καὶ αἰδοῦς ἄγοντος, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὁπόσοις ἐπισταίη, μετὰ πάσης προθυμίας αὐτὸν ὑποδεχομένων, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς αὐτοῦ μέγεθος καταπληττομένων. ἦν γὰρ ὁ ἀνὴρ κρείσσων ἢ ὡς ἄν τις δηλώσαι λόγῳ· ὡς ἄν τις τῶν Ἀποστόλων εἰκών. λέγεται γέ τοί ποτε καὶ νεκρὸν ἀναστῆσαι ἐν Ἀντιοχείᾳ Ἰουδαίας τινός. Θαλάσσιος δὲ τοῦτό φησι, τῶν ἐπ' οὐκ ὀλίγον τῷ ἀνδρὶ συγγενομένων χρόνον, καὶ ἥκιστα δὴ εἰς τὰ τοιαῦτα ψεύδεσθαι ὕποπτος ὢν, ἄλλως τε καὶ ἔχων οὐκ ὀλίγους τῶν κατὰ τὸν αὐτὸν αὐτῷ γενομένων χρόνον τοὺς ἐπιμαρτυροῦντας.

Θεόφιλος. Theophilus. Hic, ex India reversus, Antiochiæ vixit, & Ecclesiam quidem nullam sibi assignatam habuit, sed quasi communis quidam [Episcopus] exstitit, adeo ut omnes Ecclesias tanquam suas libere ei adire liceret, quod & Imperator omni honore ac observantia cum coleret ac observaret, & cæteri omnes, ad quos accessisset, ipsum summa animi alacritate reciperent, & illius virtutis excellentiam admirarentur. Vir enim ille præstantior fuit, quam quis oratione declarare possit, quasi quædam Apostolorum imago. Quinetiam aliquando Judæam quandam fœminam mortuam ad vitam revocasse fertur: idque Thalassius affirmat, non exiguo tempore cum illo versatus, & in hujusmodi rebus mendacii minime suspectus; præsertim cum non pauci ejusdem ætatis viri rem eandem suo testimonio confirment.

Θεοφορία. ἐνθουσιασμός.

———Ἄγρια [2] δ' αὐτοῦ
Ἐψύχθη [3] χαλεποῖς [4] πνεύματα θευφορίης.

Θεοφορία. Afflatus Numinis.

———*Vehementer autem*
Spiritus ejus Numinis afflatu concitatus erat.

Θεόφραστος, [5] Μελάντου γναφέως, οἱ δὲ, Λέοντος, ἀπὸ Ἐρεσοῦ, ἀκουστὴς Ἀριστοτέλους, καὶ διάδοχος τῆς σχολῆς, τῆς ἐν τῷ περιπάτῳ ὑπ' αὐτοῦ καταλειφθείσης εἰς Χαλκίδα ἐκδημήσαντος. Οὗτος πρότερον ἐκαλεῖτο Τύρταμος· διὰ δὲ τὸ θείως φράζειν ὑπ' Ἀριστοτέλους ἐκλήθη Εὔφραστος, εἶτα Θεόφραστος· ὥσπερ Πλάτων διὰ τὸ ἐν τοῖς λόγοις πλάτος, τοῦτο ἐπωνομάσθη, πρότερον καλούμενος Ἀριστοκλῆς. μαθητὰς δὲ ἔσχε [6] πλείους ἢ δισχιλίους, ἐρώμενον δὲ τὸν Ἀριστοτέλους υἱὸν τοῦ Φιλοσόφου Νικόμαχον. ἐτιμήθη δὲ παρὰ Κασσάνδρῳ, τῷ Ἀντιπάτρου, καὶ τελευτᾷ κατάπονος ἀπὸ τοῦ ἀεὶ γράφειν γενόμενος, εἶτα ἐνδοὺς ἐπὶ βραχείας ἡμέρας διὰ μαθητοῦ γάμους. [7] Βιβλία δὲ αὐτοῦ πάμπλειστα, ὧν καὶ ταῦτα· Ἀναλυτικῶν προτέρων τρία. Ἀναλυτικῶν ὑστέρων ζ'. Ἀναλύσεως Συλλογισμῶν. Ἀναλυτικῶν ἐπιτομήν.

Θεόφραστος. Theophrastus, Melanti fullonis, vel (ut alii) Leonis F. Eressius, auditor Aristotelis, & successor Scholæ Peripateticæ, ab eo Chalcidem migrante relictæ. Hic ante vocabatur Tyrtamus: sed ob divinam eloquentiam ab Aristotele vocatus est Euphrastus, & postea Theophrastus: sicut Plato propter amplam dicendi facultatem hoc nomine vocatus est, cum ante vocaretur Aristocles. Discipulos habuit plures quam bis mille, & amasius ejus fuit Nicomachus, Aristotelis Philosophi filius. A Cassandro Antipatri filio in honore habitus est. Decessit, assidua scriptione fatigatus, cum ob discipuli nuptias ad paucos dies animum relaxasset. Libri ejus sunt plurimi; inter quos & hi: Analyticorum priorum III. Analyticorum posteriorum VII. Analysis Syllogismorum. Analyticorum Epitome. Loci Reducti. De Lapidibus. De

1 Θεόφιλος. οὗτος ἀπὸ Ἰνδῶν ἐπαν.] Hunc articulum ex Philostorgii Historia Ecclesiastica (ex qua Excerpta tantum hodie supersunt) a Suida descriptum esse putat Valesius, qui locum hunc inter Fragmenta Philostorgiana retulit.

2 Ἄγρια δ' αὐτοῦ ἐψύχθη χαλ.] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate Dioscoridis in Gallum, sive sacerdotem Cybelæ, quod ex Anthologia inedita integrum exhibuimus supra v. Θαλάμη.

3 Ἐψύχθη] Hæc vox mihi non placet, nec sensus eam admittit. Mallem κινήθη, vel simile quid.

4 Πνεύματα θευφορ.] In Anthologia inedita rectius legitur πνεῦμα θευφορίης.

5 Θεόφραστος, Μελάντου γν.] De Theophrasto legendus omnino est Diog. Laertius, & ad eum docti commentatores.

6 Πλείους ἢ δισχιλίους] Sic locum hunc ex 2 MSS. Paris. restitui. In prioribus enim Edit. ineptissime legitur πλείους ἢ δύο: qui error inde procul dubio ortus est, quod in quibusdam codicibus Suidæ numerus discipulorum Theophrasti expressus esset litera β, quam & *duo*, & *duo millia* apud Græcos significare constat. Librarius ergo aliquis, cum notam illam in codice suo reperisset, eamque interpretari & integris literis perscribere vellet, δύο pro δισχιλίους imperite posuit: quod mendum in alios postea codices propagatum fuit. Veram autem lectionem esse eam, quam ex MSS. revocavi, patet ex Hesychio Milesio & Laertio, qui expresse testantur, Theophrastum habuisse discipulos περὶ δισχιλίους, i. e. circiter 2000.

7 Βιβλία δὲ αὐτοῦ πάμπλειστα] De scriptis & operibus Theophrasti non habeo quod addam post accuratissimam diligentiam Meursii, qui in notis ad Apollonium cap. XLVI. & libro singulari, quem *Theophrastus* inscripsit, de hoc argumento prolixe egit.

Ἀνηγμένων τύπων. Περὶ λίθων. Περὶ φυτῶν. Περὶ μετάλλων. Περὶ ὀσμῶν. τοὺς καλουμένους Χαρακτῆρας, καὶ ἄλλα. [1] Θεόφραστος ἕως ἐπόνει μὲν δέμας ἄπηρος ἦν· εἶτ' ἀνεθεὶς κάτθανε πηρομελής.

Θεοφύλακτος, [2] σοφιστής, ᾧ ἐπώνυμον Σιμοκάττης.

Θέω. τὸ τρέχω.

Θεωθέν. τὸ πρὸς μείζονα δόξαν ὑψωθέν, οὐ μὴν τῆς οἰκείας φύσεως ἀλλοιωθέν.

Θέων, Ἀλεξανδρεύς, φιλόσοφος Στωϊκός, γεγονὼς ἐπὶ Αὐγούστου μετὰ Ἄρειον. ἔγραψε τῆς Ἀπολλοδώρου Φυσιολογικῆς Εἰσαγωγῆς ὑπόμνημα. Περὶ τεχνῶν ῥητορικῶν βιβλία γ'.

Θέων, Σμυρναῖος, φιλόσοφος. καὶ Θέων Ἀντιοχεύς, τῆς ἐν Δάφνῃ, φιλόσοφος Στωϊκός. ἔγραψεν Ἀπολογίαν Σωκράτους.

Θέων, ὁ [3] ἐκ τοῦ Μουσείου, Αἰγύπτιος, φιλόσοφος, σύγχρονος δὲ Πάππῳ τῷ φιλοσόφῳ, καὶ αὐτῷ Ἀλεξανδρεῖ. ἐτύγχανον δὲ ἀμφότεροι ἐπὶ Θεοδοσίου βασιλέως τοῦ πρεσβυτέρου. ἔγραψε Μαθηματικά. Ἀριθμητικά. Περὶ σημείων καὶ σκοπῆς ὀρνέων, καὶ τῆς τῶν κοράκων φωνῆς. Περὶ τῆς τοῦ κυνὸς ἐπιτολῆς. Περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως. [4] Εἰς τὸν Πτολεμαίου πρόχειρον Κανόνα· καὶ εἰς τὸν μικρὸν Ἀστρολάβον ὑπόμνημα.

Θέων, [5] Ἀλεξανδρεύς, σοφιστής, ὃς ἐχρημάτισεν Αἴλιος. ἔγραψε Τέχνην. περὶ Προγυμνασμάτων. Ὑπόμνημα εἰς τὸν Ξενοφῶντα, εἰς τὸν Ἰσοκράτην, εἰς Δημοσθένην. Ῥητορικὰς ὑποθέσεις· καὶ Ζητήματα περὶ συντάξεως λόγου, καὶ ἄλλα πλεῖστα.

Θέων, ὁ Οὐαλέριος χρηματίσας, σοφιστής. Ὑπόμνημα εἰς Ἀνδοκίδην.

Θέων, Γυμνασίου τοῦ σοφιστοῦ παῖς, Σιδώνιος, σοφιστής, παιδεύσας κατὰ τὴν πατρίδα, γενόμενος δὲ ἐπὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ ἀπὸ ὑπάτων, καὶ ὕπαρχος.

Θέων, [6] σοφιστὴς λόγων ῥητορικῶν, γεγονὼς ἀπὸ τῆς ἱερᾶς Μαρκέλλης τό γε ἀνέκαθεν· τὸ δὲ ἐξ ὑπογύου πατρόθεν, ἀπὸ Ἐκδικίου διδασκάλου. καὶ οὗτος Τέχνην Ῥητορικήν. ἦν [7] δὲ οὗτος ὁ Θέων οὐ μάλα ἀγχίνους, οὐδὲ ὀξύς· φιλομαθὴς δὲ καὶ φιλόπονος εἰς ὑπερβολήν. ταῦτά τοι καὶ ἐγεγόνει πολυμαθέστατος ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, πολλὴν ἀρχαίαν ἱστορίαν, πολλὴν δὲ νέαν περιβαλλόμενος.

Plantis. De Metallis. De Odoribus. Characteres; & alia. [In Epigrammate:] *Theophrastus, quamdiu labori intentus erat, corpus habebat sanum & integrum. Postea vero, cum a pristino labore nonnihil remisisset, mortuus est membris captus.*

Θεοφύλακτος, Theophylactus, Sophista, cui cognomen erat Simocatta.

Θέω. Curro.

Θεωθέν. Dicitur de iis, qui ad majorem quidem gloriam, sive perfectiorem statum, evecti sunt, non tamen hominem omnino exuerunt.

Θέων. Theon, Alexandrinus, Philosophus Stoicus, qui sub Augusto post Arium vixit. Scripsit commentarium in Apollodori Introductionem Physiologicam; itemque Artis Rhetoricæ libros III.

Θέων. Theon, Smyrnæus, Philosophus. Et Theon Antiochenus, (ejus nempe Antiochiæ, quæ in Daphne sita est) Philosophus Stoicus. Scripsit Apologiam Socratis.

Θέων. Theon e Museo, Ægyptius, Philosophus, eodem tempore vixit, quo Pappus Philosophus, qui & ipse Alexandrinus fuit. Claruerunt autem ambo sub Imperatore Theodosio majore. Scripsit Mathematica: Arithmetica: De auspiciis, & voce corvorum: De ortu Caniculæ: De Nili ascensu: In Ptolemæi expeditum Canonem; & Commentarium in parvum Astrolabium.

Θέων. Theon, Alexandrinus, Sophista, cognominatus Ælius. Scripsit Artem Rhetoricam. Progymnasmata. Commentarium in Xenophontem, Isocratem, & Demosthenem. Argumenta Rhetorica. Quæstiones de structura orationis; & alia plura.

Θέων. Theon, dictus Valerius, Sophista. Scripsit Commentarium in Andocidem.

Θέων. Theon, Gymnasii Sophistæ F. Sidonius, Sophista, in patria docuit, & sub Imperatore Constantino Consul & Præfectus fuit.

Θετταλικαὶ πτέρυγες. Thessalicæ alæ. Hoc ideo dictum, qui Thessalicæ chlamydes utrinque angulos quosdam habent, qui alis similes sunt.

Θετταλῶν σόφισμα. Thessalorum commentum. Et de pugna, & de habitu, & de impostura, & aliis sexcentis dicitur, tali de causa. Aratum Deus monuit, caveret, ne adversarii ipso inscio majus & splendidius votum, quam ipse, facerent. Ille igitur virorum hecatomben Apollini se sacrificaturum esse vovit. Rebus autem feliciter confectis,

sub Thespidis nomine exstabant. ab aliis fuerint confictæ & suppositæ, haud immerito dubitari potest, ob argumenta illa haud levis sane ponderis, quæ affert Cl. Bentlejus in laudata Dissert. de Phalar. Epist. p. 239. & seqq. ad quem Lectorem remitto.

1 Πενθεύς] Hujus fabulæ mentionem facit Jul. Pollux lib. VII. cap. XII.

2 Ἀριστοφάνης] In *Vespis* p. 535. (364. Ed. Bas. ut Portus monuit.)

3 Θεσπρώτιος λέβης] Sic locum hunc ex *MSS.* emendavi. In prioribus enim Edit. male excusum est Θεσπρώτιος λέβος. Erat autem Thesprotius lebes apud veteres Græcos celebris, ut tripus Apollinis Delphici, & æs Dodonæum, ut ex scriptoribus constat. Vide Clement. Alex. in *Admon. ad Gentes* p. 7.

4 Θεστίου ἐκ πολλῶν γυν. ἦσαν ν' θυγατ. αἷς Ἡρ. ἐμίγη] Vide Pausaniam in *Bœoticis* cap. XXVII.

5 Θετταλὴ γυνή. ἐπὶ τῶν φαρμακ.] Hæc & quæ sequuntur descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* p. 169.

6 Ἔστι δὲ καὶ Πυθαγόρου παίγνιον] Apud Scholiastam loco laudato legitur, ἔστι δὲ καὶ Πυθαγόρου παίγνιον, quam lectionem in versione secutus sum.

7 Θετταλικαὶ πτέρυγες] Vide Henricum Stephanum *Animadvers. in Adag. Erasm.* p. 2.

8 Θετταλῶν σόφισμα] Vide Zenobium Adag. CCCXXIX. Vatic. Append. CCCVI. & Eustath. ad Il. B. p. 331. qui eadem, quæ Suidas hic habet, ipsissimis plane verbis ex Pausaniæ Lexico recitat.

θυσίαν

θυσίαν διὰ τὸ μὴ ἱεροπρεπῆ εἶναι[1] ἀεὶ ἀνεβάλλετο. Διαβάλλονται οἱ Θετταλοὶ ὡς ἀνδραποδισταὶ καὶ ἄπιστοι.

Θετταλός. εἷς τῶν Κίμωνος παίδων ἐκαλεῖτο οὕτω.

Θέτης.[2] μήποτε θέτην λέγουσι τὸν ὑποθήκην τεθεικότα, οὐχ, ὡς ὁ Δίδυμος, τὸν εἰσποιησάμενον. θετοὺς γὰρ ἔλεγον τοὺς ποιητούς.

Θέτις, Θέτιδος. ὄνομα κύριον. καὶ Θετίδειον.

Θετόν. εἰσποιητόν. οὐ γνήσιον.[3] Θαλῆν τὸν φιλόσοφον, μὴ γήμαντα, τὸν τῆς ἀδελφῆς τὸν υἱὸν θέσθαι.

Θευδέριχος,[4] Ῥὴξ Γότθων καὶ Ἰταλιωτῶν,[5] τῶν κατηκόων αὐτοῦ προὔστη, περιβαλλόμενος ὅσα τῷ φύσει βασιλεῖ ἥρμοσται. δικαιοσύνης τε γὰρ ὑπερφυῶς ἐπεμελήσατο, καὶ τοὺς νόμους ἐν τῷ βεβαίῳ διεσώσατο, ἔκ τε βαρβάρων τῶν περιοικούντων τὴν χώραν ἀσφαλῶς διεφύλαξε· ξυνέσεώς τε γὰρ καὶ ἀνδρείας εἰς ἄκρον ἐληλύθει ὡς μάλιστα, καὶ ἀδίκημα σχεδόν τι οὐδὲν οὔτε αὐτὸς εἰς τοὺς ἀρχομένους εἰργάζετο, οὔτε τῳ ἄλλῳ τὰ τοιαῦτα ἐγκεχειρηκότι ἐπέτρεπε. καὶ ἦν λόγῳ μὲν τύραννος, ἔργῳ δὲ βασιλεὺς ἀληθής· τῶν ἐν ταύτῃ τιμῇ ἐξ ἀρχῆς ηὐδοκιμηκότων οὐδενὸς ἧσσον. ἔρως τε αὐτοῦ ἔν τε Γότθοις καὶ Ἰταλιώταις πολὺς ἤκμασεν.

Θευδέριχος,[6] ὁ Ἄφρος, διάκονόν τινα εἶχεν ὀρθόδοξον, ὃν πάνυ ἠγάπα καὶ ἔθαλπεν. οὗτος δὲ ὁ διάκονος, νομίζων Θευδερίχῳ χαρίζεσθαι, τῆς ὁμοουσίου πίστεως ἀποστὰς, τὰ Ἀρείου ἐφρόνησε. γνοὺς δὲ τοῦτο Θευδέριχος τὸν οὕτως ἀγαπώμενον εὐθέως ἀπεκεφάλισεν, εἰπὼν, εἰ τῷ Θεῷ πίστιν οὐκ ἐφύλαξας, πῶς ἀνθρώπῳ φυλάξεις συνείδησιν ὑγιαίνουσαν;

Θευδίβαλδος. ὄνομα κύριον.[7] Λεόντιος μὲν τοσαῦτα εἶπε· Θευδίβαλδος δὲ[8] ἀμείβεται τῷδε. ἀντὶ τοῦ ἀποκρίνεται.

Θευδίβερτος, υἱὸς Θευδερίχου. καὶ ἐν τῷ Τολμηπίας.

Θεύδερτος. ὁ βασιλεὺς τῶν Φράγγων.

Θευδόσιος. ὁ Θεοδόσιος. καὶ[9] Θευδυσία χώρα, κειμένη ἐντὸς Σκυθῶν ἣν πολιορκῶν Σάτυρος ἐτελεύτησεν.

Θεὺς[10] Ἄρης. τουτέστι Θεὸς Ἄρης, ἐν Πέτρᾳ τῆς Ἀραβίας. σέβεται δὲ Θεὸς Ἄρης παρ' αὐτοῖς· τοῦτον γὰρ

sacrificium illud, ut a sacris & pietate alienum, semper distulit. † Thessali ob crimen plagii & perfidiæ male audiunt.

Θετταλός. Thessalus. Unus ex filiis Cimonis ita vocabatur.

Θέτης. Fortasse θέτην vocant eum, qui rem aliquam pignori posuit, non vero, ut Didymus vult, eum, qui adoptavit. Θετοὺς enim vocabant liberos adoptatos.

Θέτις. Thetis, Thetidis. Nomen proprium. Et Θετίδειον, ad Thetidem pertinens.

Θετόν. Adoptivum. Non germanum. [*Ajunt*] *Thaletem Philosophum, qui nullam uxorem duxerat, sororis filium adoptasse.*

Θευδέριχος. Theodoricus, Rex Gothorum & Italorum. Hic subditis suis ita præfuit, ut nihil ei deesset eorum, quæ boni Principis moribus conveniunt. Nam & justitiæ cultor eximius fuit, & auctoritatis legum assertor; provinciasque a vicinis Barbaris tutas præstitit: vir & prudentia & fortitudine summa præditus. Nulla fere injuria subditos vel ipse affecit, vel ab aliis affici passus est: verbo quidem Tyrannus; re ipsa autem verus Rex, nulli eorum, qui ab initio imperii boni Principis laude clari fuerunt, secundus. Quare tam Itali quam Gothi magno cum amore prosecuti sunt.

Θευδέριχος. Theodericus, Afer, diaconum quendam habebat orthodoxum, quem valde diligebat & fovebat. Hic vero existimans se Theoderico gratificaturum, ab Homousia fide deficiens Arii sententiam sequi cœpit. Theodericus vero, hoc cognito, hominem tam charum statim capite plectendum curavit, dicens: *Si Deo fidem non servasti; quomodo sanam conscientiam erga hominem servabis?*

Θευδίβαλδος. Theudibaldus. Nomen proprium. *Leontius quidem hæc dixit: Teudibaldus vero ita respondit.*

Θευδίβερτος. Theudibertus, Theoderici filius. Quære in voce Τολμηπίας.

Θεύδερτος. Theudertus, Francorum Rex.

Θευδόσιος. Pro Θεοδόσιος. Theodosius. Et Θευδυσία, locus in Scythia, quem Satyrus oppugnans obiit.

Θεὺς Ἄρης. Id est, Θεὸς Ἄρης, Deus Mars, qui Petræ in Arabia maxime colitur. Simulacrum

1 Ἀεὶ ἀνεβάλλετο] Eustathius loco laudato addit, ὅθεν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν διατριβόντων τὰς ὑποσχέσεις, ἢ καὶ ἄλλως παρακρουόντων

2 Θέτης. μήποτε θέτην λ.] Ex Harpocratione.

3 Θαλῆν τὸν φιλόσοφον, μὴ γ.] Idem de Thalete memoriæ prodidit Laertius lib. 1. Segm. XXVI.

4 Ῥὴξ Γότθων] Notandum est a scriptoribus Græcis Reges & Principes Barbarorum Latina voce Ῥῆγας, i. e. *Reges* appellari; non vero Βασιλεῖς: quoniam appellatio hæc multo honoratior habebatur, & ipsis Imperatoribus Romanis tribui solebat. Asterius in Homil. in Psalm. VII. (apud Coteler. Tom. II. *Monument. Eccles. Gr.* p. 75.) Ὥσπερ ἐν τοῖς πολέμοις πλῆθος Βαρβάρων ὁπλίζεται, οἳ πάντες δὲ τὸ ἑνὸς νεύματι τοῦ ΡΗΓΟΣ ἢ τοῦ Τυράννου ἕπονται. i. e. *Sicut in bello multitudo Barbarorum armatur, qui omnes nutum unius Regis vel Tyranni sequuntur.* Plura exempla vide apud Meursium & Ducangium in *Glossar.*

5 Τῶν κατηκόων αὐτοῦ προὔστη, περιβ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Procopii *de Bello Goth.* Lib. 1. cap. 1.

6 Θευδέριχος, ὁ Ἄφρος, διάκονόν τινα εἶχεν ὀρθ.] Hæc & quæ sequuntur leguntur in Excerptis ex Historia Ecclesiastica Theodori Lectoris, p. 561. unde Suidas ea descripsit.

7 Λεόντιος μὲν τοσαῦτα εἶπε. Θευδ. δὲ ἀμ. τῷδε.] Hæc sunt verba Procopii IV. *Gothic.* cap. XXIV. eademque leguntur supra v. Ἀμειβόμενος.

8 Ἀμείβεται τῷδε] Lege ἀμείβεται ὧδε, ut apud Procopium, & supra v. Ἀμειβόμενος.

9 Θευδυσία χώρα, κειμένη ἐντὸς Σκ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

10 Θεὺς Ἄρης] Locum hunc egregie illustrat Bochartus in *Phaleg* lib. II. cap. XIX. cujus verba adscribam. "Ut ab Alilæ Deæ "cultu Alilæi; ita Dosareni dicti a cultu Dei Dosaris vel Dusaris. "Quippe etiam Deus Dusares in Arabia cultus est. Tertullianus

πρά-

μάλιστα τιμῶσι. τὸ δὲ ἄγαλμα [1] λίθος ἐστὶ μέλας, τετράγωνος, ἀτύπωτος, ὕψος ποδῶν δ', εὖρος δύο. ἀνάκειται δὲ ἐπὶ βάσεως χρυσηλάτου. τούτῳ θύουσι, καὶ τὸ αἷμα τῶν ἱερείων προχέουσι· καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῖς ἡ σπονδή. ὁ δὲ οἶκος ἅπας ἐστὶ πολύχρυσος, καὶ ἀναθήματα πολλά.

Θευσόμενος. δραμούμενος. Οἱ δὲ ἀφίκοντο, ὁ μὲν ἀγωνιούμενος πυγμήν· ὁ δὲ θευσόμενος στάδιον.

Θεῖ. εὐκόλως ῥεῖ. [2] Ἀριστοφάνης·

Νῦν μὲν γὰρ οὔτε θέομεν, οὔτ' ἐλαύνομεν.

Παρὰ τὴν παροιμίαν· [3] Ἀλλ' ὅταν ἀργύρειον ᾖ, πάντα θεῖ κἀλαύνεται. οὔτ' ἀνέμοις, οὔτε κώπαις πλέομεν.

Θεῖα. εὐθέα, καὶ ὀρθά, καὶ θαυμαστά.

Θείους [4] τε εἶναι τοὺς σπουδαίους. ἔχειν γὰρ ἐν ἑαυτοῖς οἱονεὶ Θεόν. τὸν δὲ φαῦλον, ἄθεον. διττὸν δὲ εἶναι τὸν ἄθεον· τόν τε ἐναντίον τῷ Θεῷ λεγόμενον, καὶ τὸν ἐξουθενητικὸν τοῦ θείου. ὅπερ οὐκ εἶναι περὶ πάντα φαῦλον. θεοσεβεῖς τε τοὺς σπουδαίους. ἐμπείρους γὰρ εἶναι τῶν περὶ Θεοῦ νομίμων.

Θειαζόντων. μαινομένων. ὁτὲ δέ, θαυμαζόντων.

Θειάζουσα. ἐνθουσιῶσα. μαινομένη. [5] Μέσυος, ὁ Σεννόνων βασιλεύς, καὶ Γάννα παρθένος, ἡ μετὰ τὴν Βεληδᾶν ἐν τῇ Κελτικῇ θειάζουσα, ἦλθον πρὸς τὸν Δομετιανόν, καὶ τιμῆς παρ' αὐτοῦ τυχόντες ἀνεκομίσθησαν.

Θείας [6] ἀμνάμων ὁ Βορέας ὁ ἄνεμος. ἀμνάμων δέ, ὁ ἀπόγονος. ὡς γὰρ Ἡσίοδος λέγει, τῆς Θείας ἀπόγονοι οἱ ἄνεμοι. Θειάσαντες. θεόληπτοι γεγονότες.

Θειασμός. Ἀρριανός. [7] Κρότος τε ἀθρόος καὶ ἐπιθειασμοὶ ὡρμήθησαν ὑπέρ τε τοῦ βασιλέως καὶ τῆς στρατιᾶς, ἐπιτυχῆ ἀμφοῖν γενέσθαι τὴν ὁρμήν.

Θειασμοί. Ἰώσηπος. [8] Θειασμοί τε τοῖς εἰρήνην ἀγαπῶσι δύσφημοι.

Θειάσομαι ὅλη. χορῶ μανικῶς.

Θεῖεν. ποιήσειεν.

Θειλόπεδον. ὁ τόπος, ἐν ᾧ αἱ σταφυλαὶ ἐξηραίνοντο. [9] ἐν Ἐπιγράμματι· Ἐχῖνον ῥαγολόγον γλυκερῶν σίντορα θειλοπέδων.

Θεῖναι. ποιῆσαι.

ejus est lapis niger, quadratus, informis, altus pedes IV. latus II. & aureæ basi impositus. Hunc sacrificiis, victimarum sanguine, & libationibus colunt. Tota vero ædes ejus multo auro ornata, donariisque referta est.

Θευσόμενος. Cursurus. *Illi vero venerunt; alter quidem pugilatu certaturus; alter vero stadium cursurus.*

Θεῖ. Facili & secundo cursu fertur. Aristophanes: *Nunc neque velis neque remis navigamus* Alluditur hic ad proverbium illud: *Cum adest pecunia, omnia velis remisque feruntur* [Id est, omnia ex voto succedunt.]

Θεῖα. Recta. Admiranda. Divina.

Θείους. Divinos esse [dicunt] viros bonos; quod in se Deum quasi habeant: malum vero, Atheum. Duplicem autem esse Atheum: tum eum, qui Deo contrarius dicatur; tum eum, qui Deum contemnat. Id tamen in malos omnes non cadere. Bonos vero esse pios & Dei cultores; quippe qui juris divini periti sint.

Θειαζόντων. Furentium. Insanientium. Interdum etiam, Admirantium.

Θειάζουσα. Numine divino afflata. Furens. Insaniens. *Mesyus Sennonum Rex, & Ganna virgo, quæ post Veledam in Gallia Numinis afflatu vaticinia edebat, ad Domitianum venerunt, & honoribus ab eo affecti domum redierunt.*

Θείας ἀμν. Boreas ventus erat Thiæ (ἀμνάμων, i.e.) nepos. Nam, ut ait Hesiodus, venti a Thia orti sunt. Θειάσαντες, Numine divino afflati.

Θειασμός. [Preces, quibus Numen invocamus] Arrianus: *Et plausus undique excitatus est, precesque & pro Rege & pro exercitu ad Deum fusæ, ut expeditio utrisque feliciter succederet.*

Θειασμός. Josephus: *Et lamentationes, quæ infaustum omen videbantur illis, qui pacem amabant.*

Θειάσομαι ὅλη. Tota Numine plena ero.

Θεῖεν. Faciant. Fecerint.

Θειλόπεδον. Locus, in quo siccabantur uvæ. In Epigrammate: *Erinaceum, uvarum furem, & dulcium vastatorem arearum, in quibus uvæ insolantur.*

Θεῖναι. Fecisse.

" *Apolog.* cap. XXIV. *Unicuique etiam provinciæ & civitati suus est* " *Deus, ut Syriæ Astarte, ut Arabiæ Dysares, ut Norici Belenus, ut* " *Africæ Cælestis.* Stephanus Byzantius: Δουσάρη, σκόπελος καὶ κορυφὴ ὑψηλοτάτη Ἀραβίας. Εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ Δουσάρου· Θεὸς δὲ οὗτος παρὰ Ἄραψι καὶ Δαχαρηνοῖς τιμώμενος. *Dusare locus editus in Arabia,* " *sic a Dusare nuncupatus. Is autem ut Deus colitur ab Arabibus* " *& Dacharenis.* Pro Δουσάρης in Suida scribitur Θευσάρης, quasi sit " Θεὸς Ἄρης. *Deus Mars,* quem dicit in Arabia Petræa maxime coli. " Ridicule Neque enim ex Græco sermone petendæ sunt Arabica- " rum vocum origines,,. Hæc Bochartus.

1 Λίθος ἐστὶ μέλας, τετρ.] Lapidem ab Arabibus cultum fuisse etiam alii auctores testantur. Arnobius libro sexto: *Ridetis temporibus priscis Persas fluvios coluisse, informem Arabes lapidem, acinacem Scythiæ nationes.* Maximus Tyrius Serm. XXXVIII. Ἀράβιοι σέβουσι μέν, ὅντινα δὲ οὐκ οἶδα. τὸ δὲ ἄγαλμα, ὃ εἶδον, λίθος ἦν τετράγωνος. i. e. *Arabes Deum quidem colunt, sed quem, ignoro. Simulacrum autem, quod vidi, erat lapis quadratus.*

2 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 727. (487. Ed. Bas. P.)

3 Ἀλλ' ὅταν ἀργύρειον ᾖ, πάντα θ.] Hinc emendandus est Scholiasta Aristophanis, apud quem male hodie legitur, ὁ κἀργύρειον ᾖ πάντα &c.

4 Θείους τε εἶναι τοὺς σπουδ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba Laertii in *Zenone*, Segm. CXIX.

5 Μέσυος, ὁ Σεννόνων βασ.] Hæc sunt verba Dionis in Excerpt. Legat. a Fulv. Ursino editis, Fragm. XLIX. ubi pro Μέσυος, legitur Μάσυος; pro Σεννόνων, Νασαμώνων; pro μετὰ τὴν Βεληδᾶν, μετὰ τὴν Βελήδαν. De hac Veleda Tacitus *de Mor. German.* & Statius in *Sylv. Soteriis* pro Rutilio Gallico. *Pears.*

6 Θείας ἀμνάμων ὁ Βορ.] Boreas erat Thiæ nepos. Thia enim habebat filiam *Auroram*; ex qua & Astræo natus est Boreas, teste Hesiodo in *Theog.* v. 379.

7 Κρότος τε ἀθρόος καὶ ἐπιθ.] Pars hujus fragmenti legitur etiam supra v. Ἐπιθειασμοί.

8 Θειασμοί τε τοῖς εἰρ.] Hæc sunt verba Josephi in fine libri II. *de Bello Jud.* pag. 828. ut vir quidam doctus ad marginem Codicis Pearsoniani annotaverat.

9 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. cap. VII. Epig. IV.

Θείνω. τύπτω.

Θεοδάμη. ἡ Θεοὺς δαμάζουσα.

Θεοειδεστάτη θεοειδής.

Θείομεν. ἐμβαλοῦμεν.

Θεῖον. θαυμαστόν.

Θηβαΐς. χώρα.

Θῆβαι. πόλις. καὶ Θηβαῖος.

Θηγάνη. ἡ ἀκόνη. Σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής. [1] Σοφοκλῆς.

Θήγοντες. αἰτιατικῇ, ἀκονῶντες.

Θῆκαι. αἱ σοροί. Διὰ δὲ ξύλων ἀπορίαν τὰς θήκας τῶν πέριξ τεθαμμένων ἀνορύττοντες, ἐκείνοις ἐς τἀναγκαῖα ἐχρῶντο.

Θηεῦντο. ἐθαύμαζον.

Θηεῖσθαι. θαυμάζεσθαι. Θῆσθαι δὲ, θεᾶσθαι.

Θηήσαντο. ἐθαύμασαν.

Θηκτόν. ἠκονημένον.

Θηκτὸν [2] δ' ἐν [3] προβόλῳ θεμένα ξίφος εἶπεν, ὀδόντα

Ὀξὺν ἐπιβρύχουσα.

Θηλάζειν. [4] ἐνεργητικῶς ἡμεῖς ἀντιλαμβανόμεθα τοῦ ῥήματος, ἐπὶ τῶν παιδίων τῶν θηλαζόντων. Λυσίας δὲ παθητικῶς κέχρηται, ἐπὶ γυναικὸς παρεχούσης γάλα.

Θηλαμών. τῆς οἰκίας.

Θηλή. μαστὸς ὁ γαλουχῶν.

Θηλυδρίας. τεθηλυμμένος. [5] Διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδονήν. οἱ δὲ θηλυδρίαι τριχοπλάσται εἰσί.

Θηλυμανεῖς. ὁ πόρνος.

Θήλυνοι. ἥσυχοι.

Θῆλυς. παρ' Ὁμήρῳ ἐσχημάτισται ὡς πῆχυς. Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα. καὶ Θήλεας ἵππους· ἀντὶ θηλείας. οὐδετέρως δὲ, θῆλυ.

Θηλυτεράων. τῶν θηλειῶν.

Θημακεύς. [6] δῆμος ἐστὶ Φυλῆς τῆς Ἐρεχθηΐδος Θημακος.

Θημῶνες. οἱ σωροὶ τῶν δραγμάτων. καὶ Θημωνία, ὁ σωρός.

Θηραμένης, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, μαθητὴς Προδίκου τοῦ Κείου· ὃς [7] ἐπεκαλεῖτο Κόθορνος. Μελέτας ῥητορικάς· καὶ ἄλλα τινά.

Θείνω. Verbero. Percutio.

Θεοδάμη. Deorum domitrix.

Θεοειδεστάτη. Deo simillima.

Θείομεν. Ponamus. Imponamus.

Θεῖον. Divinum. Admirandum.

Θηβαΐς. Thebais. Regio.

Θῆβαι. Thebæ, urbs: cujus civis dicitur Θηβαῖος.

Θηγάνη. Cos. *Ferrum attenuante cote recens exacutus* [*gladius.*] Sophocles.

Θήγοντες. Acuentes.

Θῆκαι. Thecæ. Loculi. *Propter lignorum autem inopiam loculos cadaverum, in circumjacentibus locis sepultorum, effossos ad usus necessarios adhibebant.*

Θηεῦντο. Contemplabantur. Admirabantur.

Θηεῖσθαι. Contemplari. Admirari. Θῆσθαι vero, idem quod θεᾶσθαι.

Θηήσαντο. Contemplati sunt. Admirati sunt.

Θηκτόν. Acutum.

Acutum autem protendens gladium, dixit, dentibus

Acutis infrendens.

Θηλάζειν. Hoc verbum passivo sensu apud nos dicitur de infantibus lactentibus. Lysias vero active usus est de muliere lactante.

Θηλαμών. Domus.

Θηλή. Mamma lac continens.

Θηλυδρίας. Effœminatus. *Propter detestabilem libidinem. Effœminati autem omnes comam studiose ornant & fucant.*

Θηλυμανεῖς. Impudicus.

Θήλυνοι. Quieti.

Θῆλυς. Fœmina. Apud Homerum vocabulum hoc formatum est ut πῆχυς. *Juno, quæ fœmina existis.* Et Θήλεας ἵππους, equas: pro θηλείας. In neutro θῆλυ.

Θηλυτεράων. Fœminearum.

Θημακεύς. Themacus est populus Tribus Erechtheidis: unde dicitur Θημακεύς.

Θημῶνες. Acervi manipulorum. Et Θημωνία, idem.

Θηραμένης. Theramenes, Atheniensis, orator, Prodici Ceii discipulus, cognominatus *Cothurnus.* Scripsit Declamationes Rhetoricas; & alia quædam.

1 Σοφοκλῆς] In Ajace pag. 49. ut Portus observavit.

2 Θηκτὸν δ' ἐν προβ. θεμ. ξίφος εἶπεν, ὀδ.] Hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. V. pag. 293.

3 Ἐν προβόλῳ] In Anthologia legitur ἐν προβολᾶ; quod Brodæus interpretatur, *statu pugilis in procinctu stantis.* Hac enim significatione vox προβολὴ interdum apud Græcos accipitur. Cæterum, qui sensum loci hujus nosse cupit, ipsam Anthologiam adire debet.

4 Ἐνεργητικῶς] Sensus potius requirit, ut hic legatur παθητικῶς, vel ἐσθηρῶς; & paulo post pro παθητικῶς, ἐνεργητικῶς: quod etiam Portus vidit.

5 Διὰ τὴν ἐξάγιστον ἡδ. οἱ δὲ θηλ. τριχοπλάσται εἰσί.] Hæc sunt verba Synesii in *Encom. Calvit.* pag. 85. eademque leguntur supra v. Ἐξάγιστος.

6 Θημακεύς. δῆμος ἐστὶ Φ.] Ex Harpocratione.

7 Ὃς ἐπεκαλεῖτο Κόθορνος] Theramenes hic appellatus fuit *Cothurnus*, quod inter duas factiones in Republica ancipitem se gereret, nunc his nunc aliis sese adjungens. Pollux lib. VII. cap. XXII. pag. 347. Ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην Κόθορνον ἐκάλουν, διὰ τὸ περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. Xenophon Ἑλληνικ. lib. II. pag. 465. Ὅθεν δοκεῖ τὸ καὶ Κόθορνος ἐπικαλεῖσθαι. Καὶ γὰρ ὁ κόθορνος ἁρμόττειν μὲν τοῖς ποσὶν ἀμφοτέροις δοκεῖ. i. e. *Quæ quidem causa est, quare* (Theramenes) *Cothurnus appelletur. Cothurnus enim utrique pedi aptus est.* Lucianus *Amoribus* pag. 582. Ὥστ' ἔγωγ' ἂν εὐξαίμην, εἴπερ ἦν ἐν δυνατῷ, γενέσθαι Θηραμένης ἐκεῖνος ὁ Κόθορνος, ἵν' ἄμφω νενικηκότες ἐξ ἴσου βαδίζοιτε. i. e. *Itaque optarim sane, si modo fieri posset, Theramenes ille Cothurnus fieri, ut ambo victores ex æquo hinc discederetis.* Idem in *Pseudologista*, pag. 893. Καὶ ὁ μὲν Κόθορνόν τινα εἶπεν, εἰκάσας αὐτοῦ τὸν βίον, ἀμφίβολον ὄντα, τοῖς τοιούτοις ὑποδήμασι. i. e. *Atque alius quidem Cothurnum quendam appellavit, ingenium ejus anceps & versatile id genus calceis comparans.* Hæc de Theramene intelligenda sunt. Scholiastes Aristoph. ad *Ranas*, pag. 237. Τοῦτον (Θηραμένην) διὰ τὴν ποικιλίαν τοῦ ἤθους Κόθορνον ἐκάλουν· ἐπειδὴ ἑκατέρᾳ στάσει τῇ τῶν πολιτευομένων ἑαυτὸν παρεῖχε, καθυφιεὶς τοῖς καιροῖς, καὶ τὸ συμφέρον τὸ περὶ αὐτὸν σκοπῶν. ἐπειδὴ δὲ ὁ κόθορνος ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ πρὸς τὰς ὑποδέσεις ἁρμόζει. Vide etiam Tzetzem Chil. XII. cap. CDXVI. & supra v. Διξιός.

Θηρα-

Θηραμένης, Κεῖος, σοφιστής. Μελετῶν βιβλία γ'. Περὶ ὁμοιότητος λόγου. Περὶ εἰκόνων, ἤτοι παραβολῶν. Περὶ σχημάτων.

Θηραμένης[1] σοφὸς γ' ἀνήρ· ὃς ἢν κακοῖς που περιπέσῃ, καὶ πλησίον παραστῇ, πέπτωκεν ἔξω τῶν κακῶν. Οὗτος δὲ ἦν εὐμετάβολος καὶ πρὸς τὸ χαρίεν ἁρμόζων. ἐν τῷ Δεξιός.

Θηραμένης σοφὸς ἀνήρ, καὶ δεινὸς ἐς τὰ πάντα, ὃς οὐδέποτε ἐνακοβάλλησεν ἐν ἀστραγάλοις, ἀλλ' ἐπετύγχανε. Θηραμένης δὲ οὐ Χῖος, ἀλλὰ Κεῖός φησι· παρ' ὅσον ποικίλος τις ἦν, καὶ ἀγχίστροφος, καθωμίλει τε τοῖς καιροῖς πρὸς τὸ κρεῖττον μέρος ἀεὶ διδοὺς ἑαυτόν. Κῷος δὲ ἐλέγετο. Οὗτος ἀνῃρέθη κατηγορήσαντος αὐτοῦ Κριτίου ἐπὶ τῶν λ'.

Θηρατὴς[2] λέξεων. Θηρευτὴς ἐστι ζώων χερσαίων καὶ ἐναλίων.

Θηρατεύεσθαι.[3] ἀναβάλλεσθαι. καὶ Θηρατὴς λόγων· ἀντὶ τοῦ, ἐπιθυμητής.

Θήρατρα. δίκτυα. παγίδες.

Θηρήτορας. κυνηγούς.

Θηρία. οἱ ἐλέφαντες. [4]Θηρία καὶ τὰ δάκετα, ἔχεις, φαλάγγια, ὄφις. Ἐγίνετο δὲ ὁ περὶ τὸν Προυσίαν περὶ τὴν τῶν θηρίων συναγωγήν.

Θηρείων. Αἰλιανός· Τὰ[5] γινόμενα βρέφη κρᾶσιν θηρείων τε καὶ ἀνθρωπείων σωμάτων τεράστια ἐδόκει.

Θηρικλέους[6] τέκνον. κύλιξ, ἣν λέγεται πρῶτος κεραμεῦσαι Θηρικλῆς.

Θηρίκλειον ποτήριον. ὑάλινον.

Θηριῶ. αἰπαπικῶ. καὶ Θηριωδεία. ἀπήνεια. ὀργιλότης.

Θηρολέξης. ὁ τὰς λέξεις θηρώμενος.

Θηρώμενοι. ἀντὶ τοῦ ζητοῦντες. Καὶ τιμὴν ἐκ τούτου παρὰ τῶν ἄλλων θηρώμενοι.

Θηρῶντες. ἐπιτηροῦντες.

Θής. θητός, ὁ μισθωτός.

Θῆσσαν.[7] μισθωτικήν. ἢ εὐτελῆ. ἢ δουλικὴν τροφήν.

Θησαυροὶ[8] ἀνέμων. Οὐκ ἀποθῆκαί τινες, ἀλλ' ἡ ῥᾳδία κίνησις, ἀπνεύμου τοῦ ἀέρος ὄντος.

Θησαυρούς· Ἀππιανός· Ὅπλα τε πολλὰ καὶ σῖτον ἡτοιμάζετο, καὶ θησαυροὺς ἐποίει. καὶ Θησαυροφυλάκιον.

Θηραμένης. Theramenes, Cejus, Sophista. Scripsit Declamationum libros III. De similitudine orationis. De imaginibus, sive parabolis. De figuris.

Θηραμένης. *Theramenes vir utique sapiens erat: qui, si in mala forte incidisset, vel prope discrimen adductus esset, ex malis se facile expedire norat.* Hic Theramenes erat inconstans & levis, quique tempori sese accommodare norat.

Θηραμένης. Theramenes, vir sapiens, & in rebus agendis mira calliditate præditus: cui omnia consilia & cœpta ex voto semper cedebant. Theramenes vero *non Chius, sed Cejus,* inquit [Aristophanes.] Erat enim homo varius & mutabilis, temporibusque inserviebat, parti feliciori se semper adjungens. Dicebatur vero Cous. Hic interfectus est, Critia sub XXX Tyrannis eum accusante.

Θηρατὴς λέξεων. Auceps verborum. Θηρευτὴς vero dicitur, qui animalia terrestria & marina venatur.

Θηρατεύεσθαι. Differre. Et Θηρατὴς λόγων, verborum curiosus rimator.

Θήρατρα. Retia. Laquei. Pedicæ.

Θηρήτορας. Venatores.

Θηρία. Belluæ. Elephanti. Θηρία etiam dicuntur animalia venenosa, ut viperæ, phalangia, serpentes. *Prusias vero in capiendis animalibus occupatus erat.*

Θηρείων. Ferinarum. Ælianus: *Infantes, qui nascebantur, ob ferinorum & humanorum corporum mixtionem monstrosi videbantur.*

Θηρικλέους τέκνον. Sic vocatur calix fictilis, cujus inventor fuit Thericles.

Θηρίκλειον ποτήριον. Thericleum populum. Id est, vitreum.

Θηριῶ. Ferum reddo. Et Θηριωδεία, feritas crudelitas, iracundia.

Θηρολέξης. Qui voces captat.

Θηρώμενοι. Captantes. Quærentes. *Et honorem ex eo captantes apud alios.*

Θηρῶντες. Captantes. Observantes.

Θής. Mercenarius.

Θῆσσαν. Mercenariam. Vilem. Vel cibum servilem.

Θησαυροὶ ἀνέμων. Ventorum thesauri. Sic [a Davide] non vocantur loca, in quibus venti reconditi sunt; sed ipse aer, quem, nullo vento spirante, voluntas divina nutu suo facile movet.

Θησαυρούς. Appianus: *Et arma multa frumentumque sibi comparavit, & thesauros collegit.* Et Θησαυροφυλάκιον, locus in quo asservatur thesaurus.

1 Θηραμένης σοφὸς γ' ἀνήρ, ὃς ἢν κακ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Ranis* pag. 257. (152. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

2 Θηρατὴς λέξ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Nubes* pag. 147.

3 Θηρατεύεσθαι] Vocem hanc suspectam habeo.

4 Θηρία καὶ τὰ δάκετα] Hinc passim in Medicorum libris θηριόδηκτος vocatur ille, qui a serpente morsus est: & θηριακὰ φάρμακα vocantur remedia, quæ contra venenatorum animalium morsum parata sunt; quod vel ex Nicandri *Theriacis* omnibus notissimum est.

5 Τὰ γινόμενα βρέφη κρᾶσιν θηρ.] Idem fragmentum repetitur infra v. Τεράστια.

6 Θηρικλέους τέκνον. κύλιξ, ἣν λ.] De Thericleis calicibus multa congesserunt Salmasius ad Solinum, pag. 734. 735. & Rich. Bentlejus in Dissert. de Phalaridis Epist. pag. 109. & seqq.

7 Θῆσσαν. μισθωτ.] Vide Schol. Apoll. Rhod. lib. 1. v. 193.

8 Θησαυροὶ ἀνέμων. οὐκ ἀποθ.] Hæc nota referenda est ad verba illa Davidis Psalm. CXXXV. 7. Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ. i. e. *Qui educit ventos de thesauris suis:* quem locum Theodoretus pag. 934. sic interpretatur: Θησαυροὺς ἀνέμων οὐκ ἀποθήκας εἶναί λέγει τινάς, ἀλλ' ἐπειδὴν ἀπνεύμου ὄντος τοῦ ἀέρος πολλάκις ῥᾳδίως ἐθελήσας κινεῖ τὸ βούλημα τὸ θεῖον, θησαυροὺς ἀνέμων ἐκάλεσεν. i. e. Per thesauros ventorum *non intelligenda sunt loca quædam, ubi venti conduntur, sed quoniam, cum aer est tranquillus, nullo vento spirante, voluntas divina nutu suo facile illum movet, thesauros ventorum dixit.* Ex hoc ipso loco Theodoreti Suidam sua descripsisse apparet.

Θησεὺς ἱστορικός. Βίους ἐνδόξων ἐν βιβλίοις ε΄. Κορινθιακῶν ἐν βιβλίοις γ΄. ἐν ᾧ δηλοῖ τὴν κατάστασιν τοῦ Ἰσθμιακοῦ ἀγῶνος. περὶ Θησέως ἐν τῷ Ἀρχὴ Σκυρία.

Θησεὺς, ὁ Αἰγέως υἱὸς, ὁ βασιλεὺς Κρητῶν. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Αἰγαῖον πέλαγος.

Θησεΐδας.

Τίς φθόνος αἰὲν

Θησεΐδας ἀγαθῶν ἔγκοτος αἰὲν ἔχει;

Θησεῖον. Καθῆσθαί [1] μοι δοκῶ ἐπὶ τὸ Θησεῖον, ἢ ἐπὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν. τουτέστι. τῶν Ἐριννύων. εἰς γὰρ ταῦτα τὰ ἱερὰ οἱ [2] ἱκέται καθήμενοι ἀσυλίαν εἶχον. ἔστι δὲ τὸ Θησεῖον τέμενος ἀνειμένον τῷ Θησεῖ.

Θησεῖα. [3] ἑορτὴ τελουμένη παρ' Ἀθηναίοις. μετὰ γὰρ τὸ χαρίσασθαι τὴν δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τὸν Θησέα, Λύκος τις συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοστρακισθῆναι τὸν ἥρωα. ὁ δὲ παραγενόμενος ἐς Σκῦρον, διῆγε παρὰ Λυκομήδει δυνάστῃ τῆς νήσου· ὃς ζηλοτυπήσας ἀναιρεῖ αὐτὸν δόλῳ. Ἀθηναῖοι δὲ λιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ, τὸν μὲν Λυκομήδην ἀνεῖλον· [4] τὰ δὲ ὀστᾶ μεταπειλάμενοι, καὶ τὸ Θησεῖον οἰκοδομήσαντες, ἰσοθέους αὐτῷ τιμὰς νέμουσι. καὶ ἐγίνοντο διανομαὶ καὶ εὐωχίαι τοῖς Θησείοις. ἑορτὴ δὲ αὐτῷ ἐτελεῖτο, ἐπειδὴ αὐτὸς [5] συνήγαγε τὴν πόλιν, τῆς Ἀττικῆς πρότερον κατὰ κώμας οἰκουμένης. Οὗτος δὲ ὁ Θησεὺς ὁ υἱὸς Αἰγέως, Ἀθηναῖος, πολλὰ ἔργα ἐπεδείξατο. καὶ γὰρ τὴν ἀπὸ Τροιζῆνος χώραν ἅπασαν ἄχρις Ἀθηνῶν ἡμέρωσε, λῃστῶν ἔμπλεων οὖσαν, ἀνελὼν Κερκύονα, καὶ Σκίρωνα, καὶ Σίνιν τὸν πιτυοκάμπτην, καὶ [6] Περίφανον τὸν Κορυνήτην, οὗ τὴν κορύνην αὐτὸς ὕστερον ἐφόρει, καὶ Προκρούστην τὸν ξενοφόνον· καὶ Ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐπ' Ἀθήνας ἐχειρώσατο, καὶ τὴν βασιλίδα γήμας ἔσχεν ἐξ αὐτῆς Ἱππόλυτον. εἶτα ἔγημε Φαίδραν. ἐπολεμήθη δὲ αὐτῷ καὶ πρὸς Κενταύρους πόλεμος ὑπὲρ Λαπιθῶν καὶ Πειρίθου τοῦ βασιλέως, καὶ ἄλλα ἄττα.

Θησειότριψ. [7] ὁ ἐν τοῖς [8] Θησείοις διατρίψας.

Θῆσθαι. ἀμέλγειν.

Θήσομαι. θήσω. ποιήσω. ἀναδείξω.

Θῆττα. [9] ἐπίκληρος, οὐκ ἔχουσα φερνὴν, πενιχρὰ καταλειφθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ὑπὸ δὲ τῶν ἀγχιστέων προικιζομένη κατὰ τὸν νόμον τῶν πεντακοσίων δραχμῶν.

Θησεύς. Theseus historicus. Scripsit virorum illustrium vitas libris V. Corinthiacorum libros III. in quo opere de Isthmicorum ludorum institutione agit. † De Theseo quære in v. Ἀρχὴ Σκυρία.

Θησεύς. Theseus, Ægei filius, Cretensium Rex. Vide in Αἰγαῖον πέλαγος.

Θησεΐδας. [Athenienses.] *Qua invidia, quove odio Theseidæ semper bonos prosequuntur?*

Θησεῖον. Thesei sacellum. *Videor mihi in Thesei sacello sedere, vel in Venerandarum Dearum templo.* Hoc est, Furiarum. In his enim templis supplices violare nefas erat. Est autem Θησεῖον delubrum Theseo sacrum.

Θησεῖα. Thesea, festum, quod apud Athenienses celebrabatur. Postea quam Theseus populum Atheniensem libertate donaverat, suique juris effecerat, Lycus quidam calumniis suis effecit, ut Heros ille ostracismo in exilium pelleretur. Ille igitur in Scyrum profectus apud Lycomedem illius Insulæ principem commoratus est; qui eum ob invidiam dolo necavit. Athenienses autem annonæ penuria laborantes, jussique Theseum ulcisci, Lycomedem interfecerunt, ossibusque Thesei Athenas translatis, sacelloque, quod *Theseum* vocabatur, exstructo, divinis honoribus eum affecerunt. In festo autem Thesei & congiaria populo distribuebantur, & convivia passim agitabantur: diesque ille festus in honorem ejus celebrabatur, quod incolas Atticæ, oppidatim antea habitantes, in unam civitatem coegisset. Hic Theseus multa præclara facinora edidit. Nam omnia loca inter Trœzenem & Athenas interjecta, a latrociniis, quibus infesta erant, purgavit, occisis Cercyone, Scirone, Sinnide illo Pityocampta, Periphano Corynete, cujus clavam ipse postea gestavit, & Procruste, hospitum interfectore. Amazonum etiam exercitum, Atheniensibus bellum inferentem, subegit, earumq; Regina uxore ducta, Hippolytum ex ea suscepit. Postea Phædram duxit. Gessit & bellum cum Centauris pro Lapithis eorumque Rege Pirithoo, & alia quædam.

Θησειότριψ. Qui in Theseo versatus est.

Θῆσθαι. Mulgere.

Θήσομαι. Ponam. Definiam. Faciam. Demonstrabo.

Θῆττα. Θῆσσα. Puella parentibus orba, nullamque habens dotem, & pauper a patre relicta: cui genere proximi secundum legem quingentas drachmas dotis loco dare tenebantur.

1 Καθῆσθαί μοι δοκῶ ἐπὶ τὸ Θησ.] Apud Aristoph. *Equit.* p. 360. (255. Ed. Bas. *P.*) sic legitur:

Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσας, ἢ 'πὶ τῶν Σεμνῶν Θεῶν.

Vide ibi Scholiastam.

2 Οἱ ἱκέται] Scholiasta Aristoph. habet *οἱ οἰκέται*, i. e. *servi*: quæ lectio non est aspernanda. Servis enim, quos Domini crudeliter tractabant, Thesei sacellum refugium fuisse discimus ex Plutarcho, Etymologo, & ex fragmento Aristophanis, quod legitur apud Pollucem lib. VII. cap. 2.

3 Θησεῖα. ἑορτὴ τελ. παρ' Ἀθην.] Hæc & quæ sequuntur usque ad verba illa, *πρότερον κατὰ κώμας οἰκουμένης*, excerpta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Plutum* pag. 67.

4 Τὰ δὲ ὀστᾶ μεταπειλ.] Ossa Thesei non statim post mortem Lycomedis, sed diu post a Cimone demum Athenas translata fuisse, alii scriptores testantur. Vide Meurs. in *Theseo* cap. XXXI.

5 Συνήγαγε τὴν πόλιν, τῆς Ἀττικῆς πρ.] Apud Scholiastam Aristophanis loco ante laudato sic legitur: *ἐπειδὴ αὐτὸς συνήγαγε τὴν Ἀττικὴν, πρότερον σποράδην καὶ κατὰ κώμας οἰκουμένην.*

6 Περίφανον] Hunc alii scriptores Περιφήτην vocant. Vide Meurs. *Theseo* cap. V.

7 Θησειότριψ] Ex vox comica, qua usus fuerat Aristophanes *Polyido*, ut discimus ex Etymologo.

8 Ἐν τοῖς Θησείοις διατρ.] Scribe, ἐν τῷ Θησείῳ διατρ. ut apud Etymologum.

9 Θῆττα. ἐπίκληρος, οὐκ ἔχ.] Vide Petitum in Commentario ad Leges Attic. pag. 453.

Θῆτες. οἱ τροφῆς ἕνεκα δουλεύοντες.

Θητεύειν. μισθῷ ἐργάζεσθαι.

Θητεῖς, καὶ Θητικόν. Εἰς δ' [1] διῃρημένης παρ' Ἀθηναίοις τῆς πολιτείας, οἱ ἀπορώτατοι Θητεῖς ἐλέγοντο, καὶ Θητικὸν τελεῖν. οὗτοι δὲ οὐδεμιᾶς μετεῖχον ἀρχῆς, οὐδὲ ἐστρατεύοντο. καὶ Θῆσσαν δὲ ὠνόμαζον οἱ Ἀττικοὶ τὴν πενιχρὰν κόρην, ἣν ἐπανάγκες ἦν τοὺς ἔγγιστα γένους ἢ λαμβάνειν πρὸς γάμον, ἢ πέντε μνᾶς διδόναι.

Θητεία. παραμονή. ἡ δουλεία.

Θητικὸν πλῆθος. τὸ ἐπὶ μισθῷ δουλεῦον. Καὶ θητικὸν ἐπήγοντο οἱ αὐτοὶ ἐς τὸν πόλεμον Πέρσαι πλεῖστον ὅσον, καὶ παιδία, καὶ γυναῖκας, οὓς κατά τινα δὴ πάτριον νόμον ἐς τοὺς κινδύνους θεατὰς τῆς οἰκείας ἀλκῆς ἦγον.

Θητώνιον. τὸ τοῖς μισθωτοῖς διδόμενον.

Θίασος. χορός, καὶ Θιασώτης. [2] Ἀριστοφάνης.

—Ἐπιδημεῖ γὰρ
Θίασος Μουσῶν ἔνδον μελάθρων.
Τῶν δεσποσύνων μελοποιῶν.

Θίασόν τε μίμων καὶ κορδακιστῶν περὶ αὑτὸν μάλα πλῆθος εἶχε.

Θίασος. ἱερὸς χορός. καὶ Θιασώτης, ὁ χορευτής. ἀπὸ τοῦ θεῖν, ὅ ἐστι [3] θέειν. (ὁ δὲ χορός, ἀπὸ τοῦ συνεληλυθότως.) θέειν γὰρ τὸ τρέχειν ἢ ἀπὸ τοῦ ἐνθουσιᾷν. ὅθεν Θιασῶται κυρίως οἱ περὶ τὸν Διόνυσον. Ἔλθε χορεύσων ὁσίους ἐς θιασώτας. οὕτω λέγουσιν, οὐ συνθιασώτας. Ἐν Ἐπιγράμματι·

Στρεπτὸν [4] Βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα.

Θίασος. [5] τὸ ἀθροιζόμενον πλῆθος ἐπὶ [6] τελῇ καὶ τιμῇ θεοῦ. οὕτω Δημοσθένης, καὶ Ξενοφῶν. Ἴων δὲ ἐπὶ παντὸς ἀθροίσματος τέθεικε τοὔνομα. Θιασῶται δὲ ἐκαλοῦντο οἱ κοινωνοῦντες τοῦ θιάσου. οὕτως Ἰσαῖος.

Θιασώτης [Κότυος.] Κότυς, δαίμων παρὰ Κορινθίοις τιμώμενος, ἔφορος τῶν αἰσχρῶν. [7] Ὅθεν οἱ Κλεισθένεις, καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ πρὸς ἀργύριον τὴν ὥραν διατιθέμενοι, διὰ τὸ ἐξάγιστον ἡδονὴν καθάπαξ οἱ θηλυδρίαι τριχοπλάσται πάντες εἰσίν. ἀλλ' οἱ μὲν ἐπὶ τῶν οἰκημάτων ἄντικρυς οὗτοι. καί τοι νικᾷν νομίζουσιν, ὡς ταύτῃ μάλιστα τὸ θῆλυ τοῦ γένους ἐκμιμησάμενοι.

Θῆτες. Qui victus gratia operam suam aliis locant.

Θητεύειν. Mercede operari.

Θητεῖς. Respublica Atheniensium divisa erat in quatuor [classes civium,] quorum qui erant pauperiores, vocabantur Θῆτες. Hi ad nullos Magistratus admittebantur, nec militabant. Et Θῆσσαν vocabant Attici puellam pauperem, quam genere proximi vel in matrimonium ducere, vel quinque minas ei dare tenebantur.

Θητεία. Permansio. Servitus.

Θητικὸν πλῆθος. Mercenariorum multitudo. *Persæ mercenariorum numerum quam maximum, & liberos, & uxores, secundum patriam quandam legem, fortitudinis suæ spectatores in belli discrimen secum ducebant.*

Θητώνιον. Precium, quod mercenariis datur.

Θίασος. Chorus. Cœtus. Et Θιασώτης, socius, sodalis. Aristophanes: *Adest enim chorus Musarum, & melopœorum, Domini laudes canentium.* Et iterum: *Chorumque mimorum & multitudinem cordacistarum circa se habebat.*

Θίασος. Sacer chorus. Et Θιασώτης, sodalis, chori socius. A verbo θεῖν. (Χορὸς vero proprie significat *congregatio*, quasi dicas χωρὸς, a χωρέω.) Θέειν autem vel θεῖν significat currere. [Vel θίασος dicitur a] θύειν, i. e. furere. Hinc Θιασῶται proprie Bacchi comites & ministri. *Veni saltaturus ad pios thiasotas.* In Epigrammate: *Tortum rhombum, Bassarici chori incitamentum.*

Θίασος. Multitudo, quæ sacrorum & cultus divini gratia congregata est. Sic Demosthenes & Xenophon. Ion vero nomen hoc pro quovis hominum cœtu posuit. Θιασῶται vero dicebantur sodales. Sic Isæus.

Θιασώτης Κότυος. Sodalis Cotyttonis. Cotys [vel Cotytto] Dea, quæ apud Corinthios colebatur, fœdæ libidinis præses. *Unde & Clisthenes, & Timarchi, & omnes, quibus species corporis argento venalis est,* [*aut, nisi argento, alia tamen aliqua re; vel, si nulla prorsus, at*] *execrandæ saltem libidinis gratia: unoque verbo, effœminati omnes fucato comæ nitore gaudent. Ac palam quidem ii, qui in lupanari prostant: quanquam hi sese victores putent, quasi hoc maxime modo muliebre genus imitari possint.*

1 Εἰς δ' διῃρημένης παρ' Ἀθην. τῆς πολ.] Ex Harpocratione. Vide etiam supra v. Ἱππεῖς.

2 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 767. (513. Ed. Bas. ut Portus observavit.)

3 Θέειν] Sic recte MS. Paris. A. Priores vero Edit. habent θύειν.

4 Στρεπτὸν Βασσαρικοῦ ῥόμβον θ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate quodam Philæni, quod quia nondum a quoquam editum esse memini, ex Anthologia MS. in gratiam Lectoris hic subjiciam:

Στρεπτὸν Βασσαρικοῦ ῥόμβον θιάσοιο μύωπα
Καὶ σκύλος ἀμφιδέρη νεβρὸν ἀχαΐνεω,
Καὶ Κορυβαντείων ἰαχήματα χάλκεα ῥόπτρα
Καὶ θύρσον χλοερὸν κωνοφόρον χάρακα,
Καὶ περίφοιτα βαρὺ τύπανον βρέμον, ὃ δὲ φορηθὲν
Πολλάκι μιτροδέτιν λίκνον ὕπερθε κόμης,
Εὐάνθη Βάκχῳ τὴν ἔντρομον, ἁνίκα θύρσοις
Ἄτρομον εἰς σύσπασις χεῖρα μετημφίασεν.

In hoc Epigrammate, (in quo sunt quædam obscura & corrupta) Euanthe Baccho dedicat instrumenta, quibus antea in celebrandis Dei illius orgiis usa fuerat, veluti rhombum, thyrsum, pellem cervinam, vannum, & tympanum. Fragmenta Epigrammatis istius leguntur apud Suidam v. Ἀμφίδερον, v. Ἀχαΐνη, v. Βρέμος, v. Ἰαχήματα, v. Κωνοφόρον, & v. Ῥόμβος.

5 Θίασος. τὸ ἀθροιζόμενον κτλ.] Hunc articulum ex Harpocratione descripsit Suidas.

6 Ἐπὶ τελῇ] Apud Harpocrationem rectius legitur ἐπὶ τελετῇ.

7 Ὅθεν οἱ Κλεισθένεις καὶ Τίμαρχοι, καὶ πάντες οἱ πρ.] Hæc & quæ sequuntur sunt verba elegantissimi Synesii in *Encom. Calvit.* pag. 85. sed absque judicio huc allata, quoniam ad vocem Θιασώτης, quæ articuli hujus caput est, nihil prorsus faciunt. Prætermissa enim sunt ea, quæ apud Synesium proxime sequuntur, in quibus vocis Θιασώτης mentio fit: ὅτις δὲ λάθρᾳ μὲν ἐστι πονηρός, δημοσίᾳ δὲ κἂν ἐξομόσαιτο, ἐπ' οὐδὲν ἄλλο πιεζόμενος τοῦ ΘΙΑΣΩΤΗΣ εἶναι τοῦ Κότυος &c. Hæc igitur superioribus addenda sunt, quoniam vocis Θιασώτης gratia locum hunc Synesii a Suida adductum esse apparet.

Θίβης. κιβώτιον ἐκ βίβλου [1] πλεκτὸν, ὡς κοφινῶδες.

Θιγγάνει. ἅπτεται.

Θίγειν. γενικῇ. ψαῦσαι. ἐγγίσαι.

Πολλὰ [2] σιδηρείαις χερσὶ θιγόντα μάχης.

Εἴτ' [3] ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλίου θιγεῖν.
Πείθεσθε, μὴ δείσητε. τἀμὰ γὰρ κακὰ
Οὐδεὶς οἷός τε πλὴν ἐμοῦ φέρειν βροτῶν.

Θίμβρων,[4] Λακεδαιμόνιος. οὗτος ἦν πεμφθεὶς εἰς τὴν Ἀσίαν Ἁρμοστὴς μετὰ τὰ Πελοποννησιακά.

Θῖνα. αἰγιαλόν. σωρόν. [5] Ἀριστοφάνης·
Τὴν θῖνά μου ταράττεις, καὶ τὸν νοῦν μου προσάγεις μᾶλλον· κοὐκ οἶδ' ὅ, τι χρῆμά με ποιεῖς. [6] Ἐν Ἐπιγράμματι·

Καὶ τὴν περὶ θῖνα κίσηριν,
Αὐχμηρὸν πόντου τρηματόεντα λίθον.

Θίς. ὁ αἰγιαλός. καὶ ὁ σωρὸς τῶν χρημάτων.

Θίσβη. ὄνομα κύριον. καὶ [7] ἡ σορός.

Θλαδίας. εὐνοῦχος. Ὑποβάλλει τοίνυν τοὺς [8] Οὐάλεντος μυστικοὺς, τὴν γυναικῶτιν λέγω φάλαγγα, οἵπερ εἰσὶν ἀεὶ τῶν φαύλων πράξεων ἐμπύρευμα, κατηγορῆσαι τοῦ Ἀετίου, κατὰ βασιλέως ἐμμελετῶν, ὡς ἂν ἐπιβαλεύσῃ τῆς ἐξουσίας, ἀγωνίζονται πεῖσαι τὸν βασιλέα. ἦν γὰρ βαρὺς ὁ σταθμὸς οὗ ὑποσχεθέντος χρυσίου, [9] ὑποσμήχων αὐτῶν [10] τὰ ἔντοσθεν. δεινοὶ γὰρ εἰς τὸ συρράψαι βλάβας, προκειμένης χρυσίου ὑποσχέσεως. ἄπληστον γὰρ τὸ γένος, καὶ πρὸς πλεονεξίαν ἀεὶ κεχηνὸς, καὶ οὐκ ἔστι τι τῶν φαύλων ἄνευ τῆς αὐτῶν δυστροπίας ἐν τοῖς βασιλείοις τελούμενον. πείθεται ταῖς συκοφαντίαις ὁ βασιλεὺς, καὶ λόγου ταχύτερον πρὸς τὸν φόνον Ἀετίου κινηθεὶς, τοῦτον ἀναιρεῖ. καὶ ὡς ἕρμαιον αὐτῷ τὸ πραχθὲν λογισάμενος, φησὶ πρός τινα τῶν στοχάζεσθαι τὰ ἀπόρρητα δυναμένων· Οὐ καλῶς μοι πέπρακται ἡ τοῦ Ἀετίου, ὦ οὗτος, ἀναίρεσις; ὁ δέ φησιν· Εἰ καλῶς, ἢ μὴ, οὐκ οἶδα. γίνωσκε δὲ, ὅτι τῇ λαιᾷ χειρὶ τὴν δεξιάν σου ἀπέκοψας.

Θλίβει. ἐκπιέζει. ζήτει ἐν τῷ Βλιμάζει.

Θλίψις. τούτῳ τῷ ὀνόματι πολλὰ δηλοῦται· φυλακαὶ, ἀλύσεις, ἐξορίαι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ θλίψιν, ἐπὶ θεοῦ τὰς πικρὰς τιμωρίας καλεῖ· οὐ γὰρ φύσιν, οὐδὲ προαίρεσιν.

Θμοῦις. ὄνομα θηλυκόν.

Θίβης. Arcula ex papyro contexta, & cophino similis.

Θιγγάνει. Tangit. Attingit.

Θίγειν. Tangere. Attingere. Accedere. *Qui sæpe ferreis manibus pugnas attigit.* [Sophocles:]

Accedite, & miserum virum tangite.
Tangite, inquam, nec timete.
Mea enim mala
Nullus mortalium, præter me, ferre potest.

Θίμβρων. Thimbron, Lacedæmonius Hic post bellum Peloponnesiacum in Asiam missus est Harmostes.

Θῖνα. Littus. Acervum. Aristophanes: *Pectus meum turbas, facisque ut magis advortam animum: nec scio, quo me tandem redacturus sis.* In Epigrammate: *Et pumicem siccum, foraminibusque plenum, & in littore maris jacentem.*

Θίς. Littus. Et pecuniæ acervus.

Θίσβη. Thisbe. Nomen proprium. Item arca, loculus.

Θλαδίας. Cujus testiculi fracti sunt aut contusi. Eunuchus. *Subornat igitur Valentis mysticos, (effœminatam illam cohortem dico, qui semper malarum rerum sunt fomites) ut Imperatori persuadeant, Aetium de imperio invadendo cogitare. Magnum enim erat promissi auri pondus, quod animum ipsorum cupiditate accendebat. Sunt enim ad fraudes consuendas callidissimi: genus hominum inexplebile, lucroque semper inhians, & sine quorum perversis consiliis nihil in aula regia conficitur. Aurem calumniis præbet Imperator, dictoque citius ad Aetii cædem incitatus, eum interfici jubet: & quasi magnum ac insperatum lucrum hoc facinus reputans, cuidam arcana sagaciter conjicienti, Heus, inquit, nonne recte Aëtium sustuli? Cui respondit ille: Recte ne, an secus, ignoro: illud scio, te læva dextram tuam amputasse.*

Θλίβει. Premit. Exprimit. Quære in verbo Βλιμάζει.

Θλίψις. Hoc nomine multa significantur: carceres, vincula, exilia, & quæ sunt alia hujus generis. † Furorem, iram, & afflictionem [S. scriptura] vocat acerbas pœnas, quas Deus impiis infligit; non vero naturam aut voluntatem ejus.

Θμοῦις. Thmuis. Nomen fœmininum.

1 Πλεκτόν] Sic habent 2 MSS. Parif. In prioribus vero Edit. excusum est λεκτόν.

2 Πολλὰ σιδηρείαις χερσὶ θ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis in Amyntorem, Philippi filium, quod integrum legitur Anthol lib. III. cap. v. p. 295.

3 Ἀξιώσατ' ἀνδρὸς ἀθλ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Oed. Tyr.* pag. 206. ut Portus observavit.

4 Θίμβρων, Λακεδ.] Ex Harpocratione.

5 Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem in *Vespis* pag. 480. locus hic ita legitur:

——————Ὥς μου τὴν θῖνα ταράττεις,
Καὶ τὸν νοῦν μου προσάγεις μᾶλλον, κοὐκ οἶδ' ὅ, τι χρῆμά με ποιεῖς.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XXVI. ut Portus monuit.

7 Ἡ σορός] Hanc lectionem ex optimo MS. Parif. A revocavi. In prioribus enim Edit. minus recte excusum ὁ σωρός, quod longe aliud significat.

8 Οὐάλεντος] Aetius non ab Imperatore Valente sed Valentiniano occisus est, ut ex Historiis constat. Quare pro Οὐάλεντος hic apud Suidam scribendum est Οὐαλεντινιανοῦ.

9 Ὑποσμήχων] Puto scribendum esse ὑποσμώχων, quam lectionem in versione secutus sum.

10 Τὰ ἔντοσθεν] Sic habent MSS. Parif. In prioribus Edit. vero legitur τὰ ἔμπροσθεν, quod minus placet.

Θνη-

Θνησιμαῖον. τὸ νενεκρωμένον. καὶ Θνησείδιον, τὸ νεκρόν. καὶ Θνῆσις, ἡ φθορά.

Θοάζετε. κατὰ διάλυσιν, ἀντὶ τοῦ θάσσετε. ἢ θοῶς παραγένεσθε. [1] Σοφοκλῆς·

Τίνας ποθ' ἕδρας τάσδε μοι θοάζετε;

Θόας, Θόαντος. ὄνομα κύριον.

Θοάς. ταχείας ὁρμάς. σημαίνει δὲ καὶ ὀξείας. καὶ Ὅμηρος· [2] Ἔνθεν δ' αὖ νήεσσιν ἐπιπροέηκα θοῇσι.

Θοηρός. τεταραγμένος.

Θολερῶς [3] προβαίνεις. ἐπὶ τῶν ἀστάτως καὶ τεταραγμένως προϊόντων, καὶ μὴ καθεσταμένην καὶ ἀσφαλῆ πορείαν ἐχόντων.

Θόλος. [4] οἶκος περιφερής, ἐν ᾧ οἱ Πρυτάνεις εἱστιῶντο. Πρυτανεῖον δέ τι ἰδίως ὠνόμασται, ἐπεὶ πυρῶν ἦν ταμιεῖον.

Θόλος. [5] ὁ τόπος, ἔνθα ἐδείπνουν οἱ Πρυτάνεις, διὰ τὸ οἰκοδομεῖσθαι αὐτὸν στρογγύλον. [6] Θολὸς δὲ, τὸ τῆς σηπίας μέλαν.

Θοός. ταχύς.

Θόωκοι. θρόνοι.

Θόων, Θόωνος. ὄνομα κύριον.

Θοραί. δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος.

Θορεῖν. πηδᾶν. καὶ Θορόντες, ὁρμῶντες, πηδῶντες.

Θορὴ, θορῆς. ἡ γονή. τὸ σπέρμα.

Θορικός. [7] δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος.

Θόρνυσθαι.

Θορός. τὸ σπέρμα τοῦ σώματος. Ὁ δὲ Νέσσος λέγει τῇ Δηιανείρᾳ τὸ αἷμα ἀπὸ τῶν βελῶν, οἷς ἐβλήθη, ἀποξύσαι, καὶ τῷ θορῷ, ὅνπερ αὐτὸς ἀφῆκε, συμμίξασαν, ἀλεῖψαι τὸν Ἡρακλέα, ἢ χρίσαι τὰ ἱμάτια.

Θορυβούντων. ταραττομένων. Θορυβούντων δὲ τῶν Γετῶν, καὶ αὐτίκα τιμωρεῖσθαι δεομένων, ἐπικρατῆσαι δορὰν ὄνου, ὑποθέμενον τῷ βασιλεῖ τοῦτο φυλαχθῆναι. καὶ αὖθις. Μετενήνεκτο δὲ ἅπας ἐπὶ τὴν Ἀρμενίαν ὁ θόρυβος, ἄλλων ἄλλα αὐτοῖς διακληρωσαμένων.

Θουκυδίδης, [8] Ὀλόρου, Ἀθηναῖος, παῖδα ἔσχε Τιμόθεον. ἦν δὲ ἀπὸ μὲν μητρὸς Μιλτιάδου τοῦ στρατηγοῦ τὸ γένος ἕλκων· ἀπὸ δὲ πατρὸς, Ὀλόρου τοῦ Θρακῶν βασιλέως· μαθητὴς Ἀντιφῶντος. ἤκμαζε κατὰ τὴν πζ' Ὀλυμπιάδα. ἔγραψε δὲ τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων. οὗτος ἤκουσεν ἔτι παῖς τυγχάνων Ἡροδότου, ἐπὶ τῆς Ὀλυμπίας τὰς ἱστορίας αὐτοῦ διερχομένου, ἃς συνεγράψατο, καὶ κινηθεὶς ὑπό τινος ἐνθουσιασμοῦ, πλήρης δακρύων ἐγένετο. καὶ ὁ Ἡρόδοτος, κατανοήσας τὴν αὐτοῦ φύσιν, πρὸς τὸν πατέρα Θουκυδίδου Ὄλορον ἔφη· Μακαρίζω σε τῆς

Θνησιμαῖον. Morticinum. Et Θνησείδιον. Mortuum. Cadaver. Et Θνῆσις. Mors. Corruptio.

Θοάζετε. Sedetis. Per dialysin, pro θάσσετε. Sophocles: *Quare hic ita sedetis* [*supplices?*]

Θόας. Thoas, Thoantis. Nomen proprium.

Θοάς. Celeres. Veloces. Homerus: *Illum quidem jam ad naves veloces præmisi.*

Θοηρός. Perturbatus.

Θολερῶς προβαίνεις. Dicitur de illis, qui in incessu titubant, & minime ordinatum stabilemque gressum habent.

Θόλος. Domus rotunda, in qua Prytanes epulabantur. Vocabatur autem proprie πρυτανεῖον, quasi πυρῶν ταμιεῖον, i. e. locus, in quo frumenta conduntur.

Θόλος. Locus, in quo Prytanes convivabantur, sic vocatus a rotunda ædificii forma. Θολὸς vero est atramentum sepiæ.

Θοός. Citus. Velox. Celer.

Θόωκοι. Throni. Sedes. Solia.

Θόων. Thoon. Thoonis. Nomen proprium.

Θοραί. Populus Tribus Antiochidis.

Θορεῖν. Salire. Saltare. Et Θορόντες, cum impetu ruentes, salientes.

Θορή. Semen.

Θορικός. Populus Tribus Acamantidis.

Θόρνυσθαι. Coitum appetere.

Θορός. Semen genitale. *Nessus autem Deianiræ dixit, ut sanguinem a sagittis, quibus percussus fuerat, abstersum, cum semine, quod ipse emiserat, commisceret, eoque Herculem, vel ejus vestes, ungeret.*

Θορυβούντων. Tumultuantium. *Tumultuantibus autem Getis, & petentibus, ut confestim ille puniretur, dicitur corripuisse pellem asini, Regique suasisse, ut illam servaret.* Et iterum: *Omnis autem tumultus in Armeniam translatus est, quod alia aliis sorte divisissent.*

Θουκυδίδης. Thucydides, Olori F. Atheniensis, filium habuit Timotheum. Maternum genus a Miltiade duce, paternum vero ab Oloro Thracum Rege duxit: fuitque Antiphontis discipulus, & Olympiade LXXXVII floruit. Scripsit Peloponnesiorum & Atheniensium bellum. Hic puer adhuc Herodotum Olympiæ historias suas recitantem cum audivisset, quasi Numinis alicujus instinctu lacrymari cœpit. Herodotus igitur, cum ingenium ejus perspexisset, Oloro Thucydidis patri dixit: Fortunatum te, Olore, judico, quod tam præclaræ spei filium sortitus sis, cujus

1 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Tyran.* v. 2.

2 Ὅμηρος. Ἔνθεν δ' αὖ νήεσσιν ἐπιπρ.] Apud Homerum Il. P. v. 708. versus hic ita legitur:

Κεῖνον μὲν δὴ νηυσὶν ἐπιπροέηκα θοῇσιν.

Hanc lectionem in versione secutus sum.

3 Θολερῶς προβαίνεις. ἐπὶ τῶν ἀστάτ.] Eadem habet Zenobius Centur. IV. Adag. XXXI.

4 Θόλος. οἶκος περιφ.] Vide Etymologum v. Σκιάς.

5 Θόλος. ὁ τόπος, ἔνθα ἐδείπνουν οἱ Πρυτ.] Ex Harpocratione.

6 Θολὸς δὲ, τὸ τῆς σηπ.] Vide supra v. Ἀναθολώσει.

7 Θορικός. δῆμος τῆς Ἀκαμ.] Vide Schol. Sophocl. ad *Oedip. Col.* pag. 323.

8 Θουκυδίδης, Ὀλ.] Tres alios Thucydides præter hunc recenset Scholiasta Aristoph. ad *Acharn.* pag. 405. & Marcellinus in vita Thucydidis, quos vide.

εὐτεχνίας Ὄλορε. ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα. καὶ οὐκ ἐψεύσθη γε τῆς [1]ἀποφάσεως. Οὗτος ὁ Θουκυδίδης[2] ἀνὴρ ἦν πολὺς ταῖς τέχναις, κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβείᾳ πραγμάτων, καὶ στρατηγίαις, καὶ συμβουλίαις, καὶ πανηγυρικαῖς ὑποθέσεσιν. οὗτος ὁ συγγραφεὺς μεταβαίνειν εἴωθεν ἀπὸ τῶν θηλυκῶν εἰς οὐδέτερα· οἷον, τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ᾽ ὅπερ καὶ πρότερον.

Θοῦλις.[3] οὗτος ἐβασίλευσε πάσης Αἰγύπτου, καὶ ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, καὶ μίαν τῶν ἐν αὐτῷ νήσων ἀπὸ τοῦ ἰδίου ὀνόματος ἐκάλεσε Θούλην. ἐπαρθεὶς δὲ τοῖς κατορθώμασι παραγέγονεν εἰς τὸ μαντεῖον τοῦ Σαράπιδος, καὶ θυσιάσας ἐρωτᾷ ταῦτα. Φράσον ἡμῖν πυρισθενὴς ἀψευδῆ,[4] μάκαρ, ὁ τὸν αἰθέριον μεταγκλίνων δρόμον· Τίς πρὸ τῆς ἐμῆς βασιλείας ἐδυνήθη τοσαῦτα; ἢ τίς ἔσται μετ᾽ ἐμέ; καὶ ἐδόθη αὐτῷ χρησμὸς ἔχων οὕτω·

Πρῶτα Θεός· μετέπειτα Λόγος, καὶ Πνεῦμα σὺν αὐτοῖς.

σύμφυτα δὲ πάντα,[5] καὶ εἰς ἓν ἰόντα· οὗ κράτος αἰώνιον. ὠκέσι ποσὶ βάδιζε θνητέ, ἄδηλον διανύων βίον. καὶ ἐξελθὼν ἐκ τοῦ μαντείου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἐσφάγη ἐν τῇ τῶν Ἄφρων χώρᾳ.

Θούμαντες. ὄνομα κύριον.

Μηδὲν[6] ἐς Λυσίστρατον, μηδὲ Θούμαντιν τὸν ἀνέστιον αὖ λυπεῖν ἑκούσῃ καρδίᾳ. οὗτοι ὡς πένητες διεβάλλοντο.

Θούρας.[7] οὗτος ἐβασίλευσε μετὰ Νῖνον Ἀσσυρίων, ὃν μετεκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος Ἄρεα· ὃς ἦν δεινὸς σφόδρα, καὶ πολεμήσας Καυκάσῳ τυράννῳ, ἐκ τῆς φυλῆς Ἰάφεθ καταγομένῳ, ἀνεῖλεν αὐτόν. τούτῳ προσεκύνησαν οἱ Ἀσσύριοι ὡς Θεῷ, καὶ ὠνόμασαν αὐτὸν Βάαλ, ὅ ἐστι κατὰ τὴν αὐτῶν γλῶσσαν Ἄρης, πολέμων ἔφορος· οὗ μνημονεύει καὶ ὁ προφήτης Δανιήλ.

Θουριομάντεις.[8] ἀπὸ τοῦ γενικοῦ ἐχώρησεν ἐπὶ τὸ κατ᾽ εἶδος. εἰπὼν γὰρ, ὅτι πάντας αἱ νεφέλαι τρέφουσι τοὺς σοφιστὰς, ἐπήγαγε τίνας. Θουριομάντεις δὲ, οὐ τοὺς ἀπὸ Θουρίου μάντεις, ἀλλὰ τοὺς εἰς Θούριον πεμφθέντας. ἁλούσης γὰρ Συβάρεως, Θούριοι ἐκλήθησαν ἀπὸ κρήνης Θουρίας. ἐξέπεμψαν δὲ εἰς τὴν κτίσιν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι[9] δέκα ἄνδρας, ὧν καὶ Λάμπων ἦν ὁ μάντις, ἐξηγητὴς ἐσόμενος τῆς κτίσεως τῆς πόλεως.

animus ingenti disciplinarum amore flagrat. Nec eum judicium suum fefellit. Hic Thucydides artium præcepta probe callebat, & elegantia orationis, accurata rerum notitia, artibus imperatoriis, consiliisque excellebat, & argumentis panegyricis crebro utebatur. Idem scriptor a genere fœminino ad neutrum transire solet, ut, τρέπονται εἰς Μακεδονίαν, ἐφ᾽ ὅπερ [pro ἐφ᾽ ἥνπερ.]

Θοῦλις. Thulis. Hic totius Ægypti regnum ad Oceanum usque tenuit, & unam ex Insulis, in ea sitis, nomine suo *Thulen* appellavit. Felici autem rerum successu elatus Sarapidis oraculum adiit, & sacrificio peracto hæc ex Deo quæsivit: *Dic nobis Ignipotens, Verax, & Beate, qui cœli cursum gubernas: Quis ante me tam potens fuit? Aut quis erit post me?* Datum igitur ei est hujusmodi responsum: *Primum Deus, & deinde Verbum, & Spiritus cum eis. Hæc omnia congenita sunt, & ad unum tendunt: cujus potentia est æterna. Abi cito mortalis, & incertum vitæ exitum esse scito.* E templo igitur egressus a suis in Afrorum regione cæsus est.

Θούμαντες. Thumantis. Nomen proprium. *Nihil in Lysistratum nec Thumantin lare carentem de industria dicendum est, quod ægre forte ferant.* Hi ob paupertatem cavillis aliorum obnoxii erant.

Θούρας. Thuras, post Ninum Assyriorum Rex fuit, quem postea nomine Planetæ *Martem* vocarunt. Hic fuit vir admodum strenuus, & bellum Caucaso Tyranno, ex Japeti stirpe oriundo, intulit, eumque occidit. Hunc Assyrii ut Deum adorarunt, & Baal vocarunt, quod lingua ipsorum Martem, bellorum præsidem, significat. Hujus etiam meminit Propheta Daniel.

Θουριομάντεις. Thuriomantes. A genere ad speciem transivit. Cum enim [Socrates apud Aristophanem in *Nubibus*] dixisset, nubes alere omnes Sophistas; singulas eorum species deinceps recenset. Θουριομάντεις vero vocat non vates Thurios, sed viros Thurium missos. Capta enim Sybari, [Sybaritæ] vocati fuerunt Thurii, a fonte Thuria. Athenienses autem ad urbem illam condendam miserunt decem viros, inter quos fuit & Lampon vates, qui urbis condendæ rationem & modum alios doceret.

1 Ἀποφάσεως] Sic MSS. Paris. Priores vero Edit. habent ἀποφάσεως.

2 Ἀνὴρ ἦν πολὺς ταῖς τέχναις, κάλλει λόγων, καὶ ἀκριβ. πρ. καὶ στρατ. καὶ συμβ. καὶ παν. ὑποθ.] Hæc etiam αὐτολεξεὶ leguntur apud Marcellinum in vita Thucydidis.

3 Θοῦλις. οὗτος ἐβασίλευσε πάσης Αἰγ.] Eandem de Thule historiam narrant auctor Chronici Alexandrini; Joannes Malala pag. 27. & Cedrenus pag. 20. quos cum hoc loco Suidæ confer.

4 Ἀψευδῆ] Lege ἀψευδὴς, ut sit vocativus, & referatur ad Deum, ut πυρισθενὴς & μάκαρ.

5 Καὶ εἰς ἓν ἰόντα] Hæc verba Cedrenus loco laudato, ubi idem oraculum recitat, prætermisit.

6 Μηδὲν εἰς Λυσίστρατον, μηδὲ] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 254. eademque leguntur supra v. Ἀνέστιος. *P.*

7 Θούρας. οὗτος ἐβασίλευσε μετὰ Νῖνον Ἀσσ.] Vide Joannem Malalam pag. 20. & Cedrenum pag. 15. qui gemina his & pene eadem de Thura referunt.

8 Θουριομάντεις. ἀπὸ τοῦ γεν.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristoph. in *Nubibus* pag. 144.

Οὐ γὰρ μὰ Δί᾽ οἶσθ᾽ ὅτι πλείστους αὗται βόσκουσι σοφιστὰς,
Θουριομάντεις, ἰατροτέχνας. &c.

Vide ad eum locum veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

9 Δέκα ἄνδρας] Sic habent MSS. Paris. itemque Scholiasta Aristoph. & Edit. Mediol. & Aldina. At Editor Basileensis, eumque secutus Portus, sola conjectura ducti, excudi curarunt μυρίους, *decem millia*: quam lectionem licet altera meliorem putem (haud enim verisimile videtur Athenienses decem tantum viros ad amplam urbem condendam missuros fuisse) nolui tamen absque auctoritate librorum MSS. & veterum auctorum quicquam mutare. Causa autem & origo erroris istius procul dubio hæc est. Cum numerus colonorum in antiquis codicibus litera ι. nulla addita virgula, expressus esset, imperiti librarii postea, nulla sensus habita ratione, notam illam male interpretantes, δέκα pro μυρίους (utrumque enim numerum τὸ ι significare potest) in libris suis scripserunt.

Θού-

Θύελον. ὄνομα ἔθνους. καὶ Θύελλος [1] Αἴας· ἀντὶ τοῦ πηδητικός, ταχύς, πολεμικώτατος.

Θοῦρον, καὶ Θύελον. πηδητικόν, ταχύν, πολεμικώτατον. ἐν Ἐπιγράμματι· Ἄλλος ἀπὸ κρατὸς θοῦρος ἀνὴρ ἔθετο.

————Θοῦρος Ἄρης

Ἔσπασεν Ἀργείων, καὶ Λακεδαιμονίων.

Θῶες, [2] θώων. θηρία ἐξ ὑαίνης καὶ λύκου γεννώμενα.

Θωή. ἡ ζημία. καὶ Ἀθῷος, ὁ ἀζήμιος. Θωὴ δέ, ὁ καταπίθεται ὁ ζημιούμενος.

Θώθ. ὁ Ἑρμῆς.

Θώκλειον. ὄνομα τόπου.

Θῶκος. θρόνος. καθέδρα.

Θωμᾶς. ὄνομα κύριον.

Θωμίζω. δεσμῶ σχοινίοις.

Θώμιγξ. τὸ λεπτὸν σχοινίον.

Θωμούς. σωροὺς ξύλων. Θωμοὶ δὲ λέγονται καὶ οἱ τῶν πυρῶν σωροί. Τυφὼς δὲ ἡ ἐξ ἀναθυμιάσεως τῆς γῆς συστροφή, πρὸ ἐκπυρωθῆναι. [3] Ἀριστοφάνης· Εἶθ᾽ αὐτὴν ὥσπερ τοὺς θωμοὺς μεγάλῳ [4] τύφῳ καὶ πρηστῆρι ξυστρέψας καὶ ξυγγογγυλίσας οἴχοιο φέρων. Καὶ αὖθις ἐν Ἐπιγράμμασι· Ἀκτά τε Κρηταιῆς εὔτειβέος περ θωμοῦ.

Θῶν. ὄνομα κύριον. καὶ κλίνεται Θῶνος.

Θῶπα. κόλακα. Ἰόρτιόν τε καὶ τοῦτον θῶπα ἰσχυρὸν ὑμνοῦσι.

Θῶπες. οἱ μετὰ ψεύδους καὶ θαυμασμοῦ προσιόντες ἐπὶ κολακείᾳ λόγοι. θῶπάς τε καὶ ἀπατηλοὺς προτείνοντες λόγους. ἡ εὐθεῖα θώψ, θωπός. Καὶ [5] οὕτω μὲν θεράπευε τὰ δίκαια καὶ φιλοσοφίᾳ πρέποντα, ἀλλ᾽ οὐ τὸν θῶπα τρόπον, καὶ βάναυσον.

Θωπεύεις. ἀπατᾷς. ἐν Ἐπιγράμμασι·

Κύπριδα θωπεύεις, δεσποτικὴν ὀδύνην.

καὶ [6] Ἀριστοφάνης·

Εἰ δέ τις ὑμᾶς ὑποθωπεύσας, [7] λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας,

Εὗρε τὸ πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας.

Λιπαρὰς ἀφύας· ἀντὶ τοῦ λιπαρὰν τιμήν. ἤτοι, εὐτελῆ. λέγεται δὲ καὶ ἑνικῶς ἀφύη. [8] Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς·

Ἅλις ἀφύης μοι· παρατέταμαι γὰρ ἐσθίων.

Θωπεία. ἡ κολακεία. ἡ περὶ τοὺς πρός τινας κολακεία, καὶ τὸ μὴ ἐλευθέρως προσφέρεσθαι τοῖς ὑπερέχουσι. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας· Πολλοὶ δ᾽ ἔ-

Θύελον. Thurium. Nomen gentis. Et Θύελλος Αἴας, Ajax cum impetu in hostes ruens, velox, bellicosissimus.

Θοῦρον, & θύελον. Qui impetu in aliquem fertur. Velocem. Bellicosum. In Epigrammate: *Alius vir fortis [galeam demptam] capiti Deo dedicavit.* Et

————*Violentus Mars*

Traxit ab Argivis & Lacedæmoniis.

Θῶες, θώων. Feræ ex hyæna & lupo genitæ.

Θωή. Mulcta. Damnum. Et Ἀθῷος. Indemnis. Item Θωή, pecunia quam mulctatus solvit.

Θώθ. Thoth. Mercurius.

Θώκλειον. Thocleum. Nomen loci.

Θῶκος. Thronus. Sedes. Cathedra.

Θωμᾶς. Thomas. Nomen proprium.

Θωμίζω. Vincio funiculis.

Θώμιγξ. Tenuis funis.

Θωμούς. Lignorum acervos, sive strues. Θωμοὶ etiam vocantur acervi frumenti. Τυφὼς vero vocatur turbo, quem gignit exhalatio terræ, antequam inflammetur. Aristophanes: *Tu illam, ut frumenti acervum, fulminei turbine venti contorquens atque rotans auferas.* Et in Epigrammate: * * * *

Θῶν. Thon. Nomen proprium. Et declinatur Θῶνος.

Θῶπα. Assentatorem. *Iortium quoque assentatorem insignem fuisse aiunt.*

Θῶπες. Verba quibus adulatores aliis palpantur, & se eos admirari falso præ se ferunt. *Verba blanda quidem, sed fallacia, adulatorum more proferentes.* Rectus casus est θώψ, θωπός. *Sic igitur eum cole, ut æquum est & philosophum decet, non vero assentatorum & sordidorum hominum more.*

Θωπεύεις. [Adulatur.] Fallit. In Epigrammate: *Veneri assentaris, quæ dominum meum dolore afficit.* Et Aristophanes: *Si quis vero, palpari vobis volens, Athenas vocaverit* (λιπαράς, i. e.) *nitidas & splendidas, quidvis impetrabit, propter vocem* λιπαράς; *quod nimirum ea laude vos ornaverit, quæ etiam aphyis tribui solet.* Nam aphyæ etiam λιπαραὶ vocari solebant. Ἀφύων τιμὴν autem hic vocat honorem vilem & nullis pretii. Dicitur autem etiam in singulari ἀφύη. Aristophanes *Tagenistis*: *Satis mihi aphyæ: distentus enim sum edendo.*

Θωπεία. Adulatio, assentatio, & servilis cultus, quo potentiores & ditiores prosequimur. Antiphon in oratione *de Concordia*: *Multi se amicos habere nesciunt, sed in fami-*

1 Θύελλος Αἴας] Hoc epitheto Ajax apud Homerum sæpe insignitur.

2 Θῶες, θώων] Sic recte MS. Paris. A. In prioribus vero Edit. male excusum est θόες, θόων, per o parvum. Obiter hic emendo Hesychium, apud quem v. Θῶες pro θηρία μικρὰ legendum est, θηρία μικτά. Erat enim *Thos* animal generis mixti, utpote ex hyæna & lupo genitum, ut ex Suida, Hesychio, aliisque scriptoribus constat.

3 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 895.

4 Τύφῳ] Legendum est τυφῷ, ut apud Aristophanem loco laudato.

5 Καὶ οὕτω μὲν θεράπευε τὰ δίκαια καὶ φιλοσοφίᾳ πρ.] Idem fragmentum legitur apud Photium in Excerptis ex Damascio, pag. 1070. 52.

6 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 401. (287. Ed. Bas. P.)

7 Λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας] Vide quæ notavimus supra ad v. Ἰοστέφανοι.

8 Ἀριστοφάνης ἐν Ταγηνισταῖς· Ἅλις ἀφύης μοι· παρατ.] Idem fragmentum Aristophanis paulo aliter legitur apud Athenæum lib. III. pag. 96. ut monuimus supra v. Ἅλις.

χοντες φίλους οὐ γινώσκουσιν, ἀλλ' ἑταίρους ποιοῦνται) θῶπας πλούτου, καὶ τύχης κόλακας.

Θωπικαί. κολακευτικαί. Καὶ ἐστὲ θωπικαὶ φύσει. καὶ Θωπικῶς, κολακευτικῶς.

Θωράκιον. τὸ τεῖχος. Θωρακίοις, προμαχῶσι, δρυφάκτοις, λωρικίοις. Μέχρι μὲν τινος [1] ὑπεπληχότες τοῖς θωρακίοις ἠρέμουν.

Θωράκιον. τὸ τοῦ ἐλέφαντος. [2] Ἀννίβας, ὁ Καρχηδονίων στρατηγὸς, φέρων τῶν ἐλεφάντων τὰ θωράκια, καὶ τοῖς τῶν θηρίων οἰκιδίοις ἐπὶ πλεῖστον ὕψος τοὺς κλάδους ἀποκόπτων, ἀσφαλῆ καὶ ῥᾳδίαν τὴν ὁδοιπορίαν κατεσκεύαζε.

Θώραξ. πύργος. χιτών. στῆθος. παρὰ [3] τὸ θεῖον ὁρεῖν τουτέστι φυλάττειν τὸ διανοητικὸν, ὅ ἐστιν ἐν ἡμῖν θεῖον. [4] Θώραξ δὲ ἱππέως Πάρθου τοιόσδε ἐστί. Τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ πρόσω στέρνα τε, καὶ μηροὺς, καὶ χεῖρας ἄκρας, καὶ κνήμας καλύπτει. τὸ δὲ ὄπισθεν, νῶτά τε, καὶ τὸν αὐχένα, καὶ τὴν κεφαλὴν ἅπασαν. περόναι δέ εἰσι πρὸς ταῖς πλευραῖς πεποιημέναι, αἷς ἑκάτερον τῶν μερῶν συμπορπηθὲν ὅλον σιδηροῦν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἱππέα. κωλύει δὲ οὐδὲν ὁ σίδηρος οὔτε τὰς ἐκτάσεις τῶν μελῶν, οὔτε τὰς συστολάς. οὕτως ἀκριβῶς πρὸς τὴν τῶν μελῶν φύσιν πεποίηται. ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ὀνύχων, διότι οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος ἂν εἴη τῶν ἰδίων ὅπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐτοῖς προαπόλοιτο.

Θώρηκος. τοῦ θώρακος.

Θωρήξασθαι. [5] Θωρήξασθαί ἐστι τὸ καθοπλισθῆναι, καὶ τὸ πίνειν, καὶ τὸ μεθυσθῆναι. ἐπειδὴ θώραξ τὸ στῆθος. παρὰ τὸ θερμαίνειν οὖν τὸ στῆθος, θωρήσσειν λέγουσι τὸ μεθύειν· καὶ ἀκροθώρηκας τοὺς ἀκρομεθύσους ἐκάλουν. κέχρηται δὲ τῇ λέξει καὶ Ἀνακρέων. [6] Ἐξαίρειν, φησὶ, κἀμοὶ τὸν χόα, ὃν καλεῖ Θώρακα· ὥστε θωρακισθῆναι, οἷον, τὸν θώρακα πληρῶσαι. Θωρήξομαι οὖν ἀντὶ τοῦ μεθυσθήσομαι· καὶ θώρηξις, ἡ μέθη, ἢ ἡ ἀπὸ τοῦ οἴνου γινομένη βλάβη. [7] Ἔνιοι δὲ τὸ μὲν θωρήσσεσθαι, ἀντὶ τοῦ πίνειν, διὰ τοῦ ο μικροῦ γράφουσι καὶ τοῦ ι. τὸ δὲ θωρήσσεσθαι, ἀντὶ τοῦ ὁπλίζεσθαι, διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ τοῦ η.

Θωρήσσετο. καθωπλίζετο.

Θωρηχθείς. ὁπλισθείς.

Θωρυκίων. [8] οὗτος ταξιάρχης ἦν ἐν τοῖς Πελοποννησιακοῖς τῶν Ἀθηναίων· ὃς πίσσαν ἔπεμψε τοῖς ἀντιπάλοις εἰς τὸ ἀνάψαι τὴν ἑαυτοῦ πόλιν. ὅθεν γνωσθεὶς ἐκωμῳδεῖτο ἐπὶ τῇ προδοσίᾳ. οἱ δὲ, ὅτι τὸν Θωρακίωνα μιμούμενος, ὃς ἦν Αἰγινήτης ταξίαρχος, καὶ

liarium numerum adsciscunt homines divitiarum adulatores, & fortunæ assentatores.

Θωπικαί. Adulatoriæ. *Ingenio adulatorio præditæ estis.* Et Θωπικῶς, adulatoris more.

Θωράκιον. Murus. Θωρακίοις. Pluteis. Septis. Loricis. *Ad aliquod temporis spatium sub loricis latentes quieverunt.*

Θωράκιον. Elephanti lorica. *Annibal, Carthaginensium Imperator, elephantorum loricas ferens, & ad transitum præbendum turribus, quas belluæ illæ dorsis portabant, ramos arborum ad insignem altitudinem amputans, iter tutum ac facile reddidit.*

Θώραξ. Turris. Lorica. Pectus. Dictus est θώραξ παρὰ τὸ θεῖον ὁρεῖν, quoniam id, quod in nobis divinum est, id est mentem, custodit. † Thorax equitis Parthi hujusmodi est. Anterior ejus pars pectus & femora & summas manus & crura tegit. Posterior vero, dorsum, & cervicem, & totum caput. Lateribus fibulæ sunt additæ, quibus utraque pars tam apte connexa est, ut totus eques ferreus esse videatur. Nihil autem ferrum vel diductionem vel contractionem membrorum impedit, quoniam thorax corporis humani compagi apte accommodatus est. Eodem modo & equum ad ungulas usque ferro totum armant, quoniam armaturæ propriæ nullus ipsis usus futurus esset, si equus ante ipsos periret.

Θώρηκος. [Ionice] pro θώρακος. Thoracis.

Θωρήξασθαι. Et armari, & bibere & inebriari significat. Θώραξ enim est pectus. A calefaciendo igitur pectore θωρήσσειν pro inebriare dicunt. Et ἀκροθώρηκας vocant homines leviter ebrios. Hac voce Anacreon quoque usus est. *Effer*, inquit [Aristophanes,] *& mihi congium:* quem θώρακα vocat, quasi quo pectus impletur. Θωρήξομαι igitur significat, inebriabor: & θώρηξις, ebrietas, vel malum, quod a vino oritur. Quidam vero θωρήσσεσθαι, cum significat bibere, per ο & ι scribunt, θορίσσεσθαι: cum vero pro armari accipitur, per ω & η.

Θωρήσσετο. Armabatur.

Θωρηχθείς. Armatus.

Θωρυκίων. Thorycion. Hic fuit ordinum dux apud Athenienses, tempore belli Peloponnesiaci, qui picem hostibus misit, ut patriam suam incenderent. Ea igitur re cognita, tanquam proditor a Comicis exagitabatur. Vel quod Thorycionem, ordinum ducem apud

1 Ὑπεπληχότες] Priores Edit. exhibent ὑποπεπληχότες, vel ὑποπεπληχότες: cujus loco ὑπεπληχότες ex MS. Paris. A. reposui.

2 Ἀννίβας ὁ Καρχηδονίων στρατ.] Hoc fragmentum ad Polybium refert Casaubonus.

3 Παρὰ τὸ θεῖον ὁρεῖν] Hanc etymologiam vocis θώραξ inter plures alias etiam affert Etymologus: sed non ideo minus rejicienda est, quoniam Grammatici in reddendis vocum etymologiis sæpissime ineptire & suaviter nugari solent.

4 Θώραξ δὲ ἱππέως Πάρθου τοιόσδε ἐστί. Τὸ μὲν γὰρ κτλ.] Elegans hoc fragmentum ex Eunapii historia deperdita a Suida depromptum esse puto.

5 Θωρήξασθαί ἐστι τὸ καθοπλ.] Hæc, & quæ sequuntur, usque ad τὸν θώρακα πληρῶσαι, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Acharn.* pag. 424. & ad *Vespas* pag. 516.

6 Ἐξαίρειν, φησὶ, κἀμοὶ τὸν χόα] Cave hæc ad Anacreontem referenda esse putes. Sunt enim verba Aristoph. *Acharnens.* pag. 424.

7 Ἔνιοι δὲ τὸ μὲν θωρήσσεσθαι, ἀντὶ τοῦ π.] Hæc, & quæ sequuntur, desunt in MSS. Paris.

8 Θωρυκίων. οὗτος τάξ.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Ranas* pag. 129. (145. Ed. Bas. P.

προδό-

προδότης, ἀσκώματα, καὶ λίνα, καὶ πίτταν πέμπων εἰς Ἐπίδαυρον, ἢ χρήματα ταῖς τῶν ἀντιπάλων ναυσὶ παρέχων.

Æginetas, imitaretur, qui, cùm esset proditor, utres, & linum, & picem Epidaurum mittebat, & hostium navibus pecuniam suppeditabat.

Θώς. θωός.

Θώς. Lupi genus.

Θωὺθ,[1] καὶ Θώθ. ὁ Ἑρμῆς.

Θωὺθ, & Θώθ. Mercurius.

Θωΰσσοντες. ὑλακτοῦντες. Ὅμηρος· Βαρὺ βρομα θωΰσσοντες. καὶ Θωϋκτὴρ κύων, ὁ ὑλακτικός. καὶ Θώϋξεν, ἀνεβόησε. [2] Σοφοκλῆς·

Καὶ πλῆρες ἄτης ὡς διοπτεύει στέγος,
Παίσας κάρα θώϋξεν.

ἐκάλεσεν. ἐβόησεν.

Θωΰσσοντες. Latrantes. Homerus: *Horribilem latratum edentes.* Et Θωϋκτὴρ κύων, canis latrator. Et Θώϋξε, vociferatus est. Sophocles:

Et cum domum plenam cæde conspexisset,
Capite percusso exclamavit.

Θρᾷκες[3] ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. λέγει γὰρ, ὅτι ἐν ταύτῃ τῇ γῇ πρεσβεύς τις ἀκοντισθεὶς διὰ τοῦ στήθους ἀπώλετο, καὶ ἐντεῦθεν Ἴωσι καὶ Αἰολεῦσιν αἴνιγμα ἐγένετο· Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται.

Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπ. *Thraces fœdera nesciunt.* Hujus proverbii meminit Menander. Ait enim, in Thracia legatum quendam jaculo per pectus transfixum obiisse, & inde apud Iones & Æoles proverbio jactari cœpisse: *Thraces fœdera nesciunt.*

Θρᾳκία[4] παρεύρεσις. Φασὶ τοὺς Θρᾷκας ἡττηθέντας ὑπὸ Βοιωτῶν περὶ Κορώνειαν, καὶ σπεισαμένους σπονδὰς πενθημέρους, ἐπιθέσθαι νυκτὸς τοῖς Βοιωτοῖς, καὶ τοὺς μὲν ἀποκτεῖναι, τοὺς δὲ ζωγρῆσαι. ἀγανακτούντων δὲ Βοιωτῶν, εἰπεῖν τοὺς Θρᾷκας, ὅτι τὰς ἡμέρας, οὐ τὰς νύκτας ἐσπείσαντο.

Θρᾳκία παρεύρεσις. Thracium commentum. Aiunt Thraces, cum a Bœotiis ad Coroneam victi essent, & quinque dierum inducias pepegissent, Bœotios noctu adortos alios eorum interfecisse, & alios cepisse. Indignantibus igitur Bœotiis Thraces respondisse, se dierum non noctium inducias pepegisse.

Θρανεύσεται. ἐκταθήσεται. Θράνιον γὰρ τὸ ὑποπόδιον, ὅπου τὰ δέρματα ἐκτείνεται. Ἡ βύρσα σου θρανεύσεται. [5] Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι.

Θρανεύσεται. Extendetur. Θράνιον enim est scamnum, in quo pelles extenduntur. *Pellis tua extendetur.* Aristophanes *Equitibus.*

Θρανίδιον. εἶδος δίφρου.

Θρανίδιον. Sellæ genus. Scabellum.

Θράνιον. Θρᾶνος. καὶ [6] Θράνια, ταπεινά τινα δίφρεια καὶ ὑποπόδια λέγεται (καὶ ἡ παρὰ τῷ ποιητῇ θρῆνυς) ἐφ' ὧν ἱστάμενοι οἱ ἀπαγχόμενοι ἀρτῶσιν ἑαυτοὺς λακτίζοντες αὐτά. Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου.

Θράνιον & Θρᾶνος. Θράνια, sellæ humiles & scabella, quæ pedibus subjiciuntur, (ab Homero sella ejusmodi θρῆνυς vocatur) quibus insistentes illi, qui se strangulare volunt, laqueo fauces innectunt, calcibus ea removentes. Aristophanes *Ranis: Una* [*ad Orcum via hæc est,*] *si scabellum adscendens laqueo te suspendas.*

Θρανίτης[7] λεώς. ἀντὶ τοῦ, ὁ ναυτικός. ἐκ μέρους δὲ τὸ πᾶν εἶπε. τῶν γὰρ ἐρεσσόντων οἱ μὲν ἄνω θρανῖται λέγονται· οἱ δὲ μέσοι, ζυγῖται· οἱ δὲ κάτω, θαλάμιοι.

Θρανίτης λεώς. Turba nautica. Partem posuit pro Toto. Nam remigum illi, qui sunt in superiore navis parte, vocantur θρανῖται; qui in media, ζυγῖται; qui in ima θαλάμιοι.

Θρανίτης. ὁ πρὸς τῇ πρύμνῃ. Ζυγίτης, ὁ μέσος. Θαλάμιος, ὁ πρὸς τῇ πρώρᾳ.

Θρανίτης. Remex, qui ad puppim sedet. Ζυγίτης, qui medium in nave locum tenet. Θαλάμιος, qui est in prora.

Θρᾶνος. ὑποπόδιον. ἔνθεν καὶ θρανίτης. [8] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Ἀντὶ δὲ θράνους, στάμνου κεφαλὴν κατεαγότος.

τουτέστι κεραμίου.

Θρᾶνος. Scabellum, quod pedibus subjicitur. Hinc θρανίτης dictus est. Aristophanes *Pluto: Pro scabello vasis fictilis fracti caput* [*præbebis.*]

Θρασέας. ὄνομα κύριον.

Θρασέας. Thraseas. Nomen proprium.

Θρασέως. τολμηρῶς.

Θρασέως. Audacter. Confidenter.

1 Θωὺθ, καὶ Θώθ. ὁ Ἑρμῆς] Vide Bochartum *Chanaan* lib. I. cap. XLII.

2 Σοφοκλῆς] In *Ajace* pag. 19. ut Portus observavit.

3 Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. ταύτης μέμνηται ἐν τῇ πρ.] Eadem αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Zenobium Centur. IV. 32.

4 Θρᾳκία παρεύρεσις. Φασὶ τοὺς Θρᾷκας ἡττηθέντας ὑπὸ Β.] Eadem habet Diogenianus Centur. IV. 37. Strabo quoque lib. IX. pag. 401. eandem de Thracibus historiam his verbis refert: Φησὶ δ' Ἔφορος τοὺς μὲν Θρᾷκας, ποιησαμένους σπονδὰς πρὸς τοὺς Βοιωτοὺς, ἐπιθέσθαι νύκτωρ στρατοπεδεύουσιν ὀλιγωρότερον, ὡς εἰρήνης γεγονυίας· διακρουσαμένων δ' αὐτοὺς, αἰτιωμένων τε ἅμα, ὅτι τὰς σπονδὰς παραβαῖεν, μὴ παραβῆναι φάσκειν ἐκείνους· συνθέσθαι γὰρ ἡμέρας, νύκτωρ δ' ἐπιθέσθαι. ἀφ' οὗ δὴ καὶ τὴν παροιμίαν εἰρῆσθαι, Θρᾳκία παρεύρεσις. i. e. interprete Xylandro: *Refert Ephorus, Thraces, pactis cum Bœotis induciis, noctu eos, ut qui pace facta castra negligentius tutarentur, adortos fuisse: profligatosque ab iis, simulque quod inducias violassent culpatos, id abs se factum negasse. Pactos enim dierum inducias, noctu adortos esse: atque inde natum proverbium, Thracium commentum.*

5 Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσι] Pag. 309. (209. Ed. Bas. P.)

6 Θράνια, ταπεινά τινα δίφρεια καὶ ὑποπ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Ranas*, pag. 216. (135. Ed. Bas. P.)

7 Θρανίτης λεώς. ἀντὶ τοῦ ὁ ναυτ.] Hæc referenda sunt ad locum illum Aristoph. *Acharnens.* pag. 378.

Ὑποστένοι μέν τ' ἂν ὁ θρανίτης λεώς.

Vide ibi Scholiastam, ex quo Suidas sua descripsit.

8 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 57. (28. Edit. Bas. P.)

Θράσιον. τόπος.

Θρασκίας. ὁ ἄνεμος.

Θρασύμαχος, ¹σοφιστής, τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος, ὃς πρῶτος περίοδον καὶ κῶλον κατέδειξε, καὶ τὸν νῦν τῆς ῥητορικῆς τρόπον εἰσηγήσατο· μαθητὴς Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, καὶ Ἰσοκράτους τοῦ ῥήτορος. ἔγραψε συμβουλευτικούς. Τέχνην ῥητορικήν. Παίγνια. Ἀφορμὰς ῥητορικάς. † ²Ἤνεγκε καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς πόλις φύσιν δεξιὰν εἰς μάθησιν· ἀλλ', ὡς ἔοικεν, οὐχ ὁ τόπος αἴτιος, ἀλλ' ὁ χρόνος, καθ' ὃν ἤκμασαν οἱ μεγαλοφυέστατοι ἄνδρες. τὰ νῦν δὲ θυννοσκοποῦσιν οἱ τῇδε, καὶ λίνοις καὶ ὁρμιαῖς προσανέχουσι, τόν τε βίον ὄντες χειρωνάκτορες ὡς πολλὰ τῆς γνάθου χρεῖα ἐφημέριά τε φροντίζουσιν, ὀλίγα ἢ οὐδὲν τῶν λόγων φροντίζοντες, ὧν ἀρχιερατεύειν ἔλαχε τῶν εἰς Τροιζῆνα βαδιζόντων ὁ ἐξοχώτατος. ἴσασιν οἱ τῆς παροιμίας εἰδήμονες. ζήτει τὴν παροιμίαν, ἐν τῷ Εἰς Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν.

Θρασύχειρ. πολεμικός. ³Αἴλιος ὁ θρασύχειρ ⁴Ἄργυς πρόμος τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολουμένος.

Θρᾷττα. Θρακικὴ δούλη. ἐκ Θρᾴκης. ⁵Ἀριστοφάνης· Στρυμοδώρου Θρᾷτταν. τουτέστι Θρακικὴν δούλην. λέγεται καὶ κοινῶς δούλη.

Θράττειν. ταράσσειν. ἐνοχλεῖν. νύσσειν. κινεῖν.

Θραυλοτέρας. Πῦρ ⁶ἐνέντες ταῖς πέτραις, ὄξος ἐπεξέχεον, θραυλοτέρας ἐκ τούτου ποιοῦντες.

Θραυσάντυγες.

Ὦ σκληρὲ δαῖμον, ὦ τύχαι θραυσάντυγες
Ἵππων ἐμῶν, ὦ Παλλάς, ὥς μ' ἀπώλεσας.

Ἀριστοφάνης ⁷Νεφέλαις.

Θραῦσις. φθορά. ἧττα ἐν πολέμῳ. θάνατος. ἀρρωστία. συντριβή. πληγή. Δαβίδ. Καὶ ἐκόπασεν ἡ θραῦσις.

Θραυσθῇς. ⁸ἐκπέσῃς.

Θρᾷξ. ὁ Θρᾷξ.

Θρέμματα. καὶ πολυθρέμματος, καὶ πολυθρέμμων, ὁ πολλὰ θρέμματα ἔχων, ἤτοι πρόβατα. Αἰλιανός· Οὐ γὰρ δεῦρο ἀφῖγμαι ἐς τράπεζαν κεκυφέναι, καὶ θρέμματος ἀλόγου δίκην πιαίνεσθαι, καὶ ἀρχῶν τε καὶ τιμῶν κρέμασθαι, καὶ θαυμάζειν αὐλάς,

Θράσιον. Thrasium. Locus.

Θρασκίας. Ventus quidam.

Θρασύμαχος. Thrasymachus, Sophista, patriam habuit Chalcedonem, urbem Bithyniæ: qui primus docuit, quomodo periodis & colis utendum sit, & artis Rhetoricæ, hodie usitatæ, inventor exstitit; discipulus Platonis & Isocratis oratoris. Scripsit orationes suasorias. Artem Rhetoricam. Ludicra. Locos argumentorum Rhetoricorum. † *Tulit & nostra urbs ingenia ad disciplinas apta. Verum non loco scilicet causa hujus rei tribuenda est, sed tempori, quo magni illi viri floruerunt. Qui vero nunc vivunt, thynnos observant, & retibus hamisque intenti, manibus victum sibi quærunt, de ventre satiando tantum soliciti, & in diem viventes; literarum vero exiguam vel nullam rationem habentes. Ex his unus ad summi Pontificis dignitatem evectus est, homo inter eos, quos Trœzenem ire oportet, principem locum tenens. Intelligent hoc illi, qui sensum proverbii hujus norunt.* Vide supra Εἰς Τροιζῆνα δεῖ βαδίζειν.

Θρασύχειρ. Audax. [In Epigrammate:] *Ælius, strenuus & fortis belli dux, tabifico morbo debilitatus*, &c.

Θρᾷττα. Thracia serva. Quæ est ex Thracia. Aristophanes: *Strymnodori servam Thraciam.* Vel generaliter quævis serva ita vocatur.

Θράττειν. Turbare. Molestiam exhibere. Pungere. Movere. Agitare.

Θραυλοτέρας. Fragiliores. Fractu faciliores. *Saxis igne calefactis acetum infuderunt, ut ea facilius frangere possent.*

Θραυσάντυγες. Qui currus frangunt.

O durum fatum! O fortuna, quæ fregisti currus
Equorum meorum! O Pallas, ut me perdidisti.

Aristophanes *Nubibus*.

Θραῦσις. Corruptio. Clades in bello. Mors. Morbus. Contritio. Plaga. David: *Et cessavit plaga.*

Θραυσθῇς. Excidas.

Θρᾷξ. Thrax.

Θρέμματα. Pecudes. Oves. Et πολυθρέμματος, qui multas pecudes, vel oves habet. Ælianus: *Non enim huc veni, ut mensæ pronus incumberem, & brutæ pecudis instar saginarer, imperiisque & honoribus inhiarem, aulas, mensas & Satrapas admirarer. Neque enim*

1 Σοφιστής, τῆς ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος] Sic habet optimus MS. Parif. A. In prioribus vero Edit. excusum est: Χαλκηδόνιος, σοφιστής, ἐν Βιθυνίᾳ: quæ lectio minus placet.

2 Ἤνεγκε καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς πόλις φύσιν δεξ.] In MS. Parif. A. ante vocem ἤνεγκε hæc addita sunt: Μιχαὴλ μοναχοῦ τοῦ Νεοταύτου. In MS. B. autem eadem verba ad marginem scripta leguntur, addita voce σχόλιον. Hinc ergo de auctore fragmenti hujus constat. Cæterum, quæ ratio compilatorem impulerit, ut scholium illud voci Θρασύμαχος subjiceret, non video, quoniam id eo non pertinere manifestum est.

3 Αἴλιος ὁ θρασύχειρ Ἄργυς πρ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Philippi in Ælium, fortem & strenuum belli ducem, qui, gravi morbo laborans, pectus suum gladio transfixit, ut dignam milite mortem obiret. Epigramma hoc legitur Anthol. l. III. cap. V. pag. 290.

4 Ἄργυς πρόμος] Brodæus in notis ad dictum Epigramma mallet Ἄρεος πρόμος; quam conjecturam non censeo esse repudiandam.

5 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* p. 273. P.

6 Πῦρ ἐνέντες ταῖς πέτραις. ὄξος ἐπεξέχεον, θρ.] Non dubito quin verba hæc scriptoris anonymi (quem Polybium esse puto) referenda sint ad historiam Annibalis, qui in transitu Alpium acetum calidum saxis infundi jussit, ut docent Appianus in *Annib.* pag. 546. & Livius lib. XXI.

7 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 120. P.

8 Θραυσθῇς. ἐκπέσῃς] Imo potius ἀποθρανσθῇς. Vide supra v. Ἀποθρανσθῇς.

καὶ

καὶ τραπέζας, καὶ στρώματα. οὐδέ με κάλλος ἀνθρώπινον δέλεαρ ἐστιν, οὐδὲ χρηματίζομαι.

Θρέπτρα. τροφεῖα.

Θρεττανελό. ἦχος κιθάρας. [1] Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυραμβοποιόν, ἢ τραγῳδοδιδάσκαλον, φασὶ γράφειν τὸν ἔρωτα Κύκλωπος, τὸν ἐπὶ τῇ Γαλατείᾳ. εἶτα κιθάρας ἦχον μιμούμενον [2] ἐν τοῖς ἐπιγράμμασι, τοῦτο εἰπεῖν τὸ ῥῆμα, θρεττανελό. ἐκεῖ γὰρ εἰσάγει τὸν Κύκλωπα [3] κιθαρίζοντα, καὶ ἐρεθίζοντα τὴν Γαλάτειαν. ἐπεὶ οὖν ἔφη ὁ χορός, ὡς ἥδομαι· ἔφη καὶ ὁ οἰκέτης, κἀγὼ βουλήσομαι χορεύειν· καὶ ἅμα ἀναφωνεῖ τὸ μέλος ἐκεῖνο. ἡ γὰρ κιθάρα κρουομένη τοιοῦτο μέλος ποιεῖ, θρεττανελό, θρεττανελό.

Θρέττε. Οὐκ [4] ἔνι μοι τὸ θρέττε. ἀντὶ τοῦ, θαῤῥαλέον, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ θρασύ. οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὃ σὺ διανοῇ. καὶ θρέψας, πήξας, ἐπὶ γάλακτος. [5] Ὅμηρος· Ἥμισυ μὲν θρέψας λευκοῖο γάλακτος. καὶ τροφή, ἡ πηγνύουσα τὸ σῶμα.

Θρήϊκες. οἱ Θρᾶκες. καὶ Θρηϊκία.

Θρινακία. [6] ἡ Σικελία.

Θρηνεῖν ἐπῳδάς. ἐπιφωνεῖν καὶ ἐπᾴδειν. [7] Σοφοκλῆς·

——Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
Θρηνεῖν [8] ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

τουτέστιν, οὐκ ἔστιν ἰατροῦ σοφοῦ ἴδιον ἐπῳδαῖς χρῆσθαι, τοῦ τραύματος ἤδη τομῆς δεομένου. καὶ ἐν [9] Ποιμέσι·

Λόγῳ γὰρ οὐδὲν ἕλκος οἶδά πω χανόν.

Θρήνους. τοὺς παρ' ἡμῖν λεγομένους θρηνῳδούς. διαλύσας Ὅμηρος τὴν συνήθειαν θρήνους αὐτοὺς καλεῖ. βαρβαρικὸν δὲ τὸ θρηνεῖν. ἐπὶ Πατρόκλῳ γοῦν οὐ γίνεται.

Θρηνῶ σε. κλαίω σε.

Θρῆνυς. ὑποπόδιον.

Θρήξονος. ὄνομα κύριον.

Θρῇσσα. ἡ Θρακικὴ γυνή.

Θρησκεύει. αἰτιατικῇ. θεοσεβεῖ. ὑπηρετεῖ τοῖς Θεοῖς. λέγεται γὰρ ὡς Ὀρφεὺς Θρᾷξ πρῶτος ἐτεχνολόγησε τὰ Ἑλλήνων μυστήρια. καὶ τὸ τιμᾷν Θεόν, [10] θρησκεύειν ἐκάλεσεν, ὡς Θρακίας οὔσης τῆς εὑρέσεως. ἢ ἀπὸ τοῦ Θεὸν δερκεύειν, ὅ ἐστιν ὁρᾷν.

Θρησκεία. ἡ λατρεία. ὅθεν καὶ ἑτερόθρησκος, ἑτερόδοξος.

pulchritudinis humanæ illecebris capior, nec divitiarum parandarum sum cupidus.

Θρέπτρα. Præmia, quæ nutritiis dantur.

Θρεττανελό. Citharæ sonus. Aiunt enim Philoxenum poëtam Dithyrambicum, vel Tragicum, scripsisse amorem Cyclopis erga Galateam, & c, cum sonum citharæ in carmine imitari vellet, hac voce θρεττανελὸ usum esse. Illic enim introducit Cyclopem cithara canentem, & Galateam [ad sui amorem] provocantem. Postquam igitur chorus dixit: *Quam lætor & saltare cupio*; servus subjicit, *Et ego saltandi cupidus sum*: & simul carmen illud canere incipit. Cithara enim, cum pulsatur, hujusmodi sonum edit θρεττανελό, θρεττανελό.

Θρέττε. *Sed non inest mihi* τὸ θρέττε, i. e. fortitudo & audacia. Non possum dicere, quid cogites. † Θρέψας, cum de lacte dicitur, significat coagulans. Homerus: *Cum dimidium albi lactis coagulasset.* Et τροφή, cibus, ita dictus, quod corpus denset & firmum reddat.

Θρήϊκες. Idem quod Θρᾶκες, Thraces. Et Θρηϊκία, Thracia.

Θρινακία. Sicilia.

Θρηνεῖν ἐπῳδάς. Carminibus & lamentis uti. Sophocles:

——*Non est medici prudentis*
Carminibus & lamentis uti, cum vulnus
sectionem flagitat.

Et in *Pastore*:

Verbis enim nulli unquam vulneri novi
[*obductam fuisse cicatricem.*]

Θρήνους. Idem interdum significat, quod apud nos θρηνῳδούς, i. e. lugubria carmina canentes. Homerus neglecta consuetudine eos θρήνους vocat. Barbarorum vero est, lamentari mortuos. Unde in funere Patrocli lamenta non adhibentur.

Θρηνῶ σε. Lamentor te.

Θρῆνυς. Scabellum, quod pedibus subjicitur.

Θρήξονος. Threxonus. Nomen proprium.

Θρῇσσα. Thracia mulier.

Θρησκεύει. Deos colit. Diis servit. Fertur enim Orpheus Thrax primus initia Græcorum instituisse; & Deum colere vocasse θρησκεύειν, quasi Thracium esset id inventum. Vel dictum ἀπὸ τοῦ Θεὸν δερκεύειν, i. e. a videndo Deo.

Θρησκεία. Religio. Divinus cultus. Unde & ἑτερόθρησκος vocatur ille, qui est diversæ religionis.

1 Φιλόξενον γὰρ τὸν διθυραμβοποιόν, ἢ τραγ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Plutum* pag. 32. (17. Ed. Bas. P.)

2 Ἐν τοῖς Ἐπιγράμμασι] Scholiasta Aristophanis rectius habet ἐν τοῖς συγγράμμασι.

3 Κιθαρίζοντα] Sic recte MSS. Paris. & Scholiasta Aristophanis, loco laudato. In prioribus vero Edit. male excusum est συρίζοντα.

4 Οὐκ ἔνι μοι τὸ θρέττε] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 289 (192. Edit. Bas. P.)

5 Ὅμηρος· Ἥμισυ μὲν θρ.] Od. I. v. 246.

6 Θρινακία] Lege Θρινακίη. Sic enim Sicilia ab Homero vocatur Od. Λ. v. 106.

7 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 35. v. 583. ut Portus observavit.

8 Θρηνεῖν ἐπῳδ.] Apud Sophoclem hodie legitur θροεῖν ἐπῳδάς. Sed Eustathius ad ~~Odyss.~~ Iliad. Σ. pag. 1147. locum hunc Sophoclis adducens, itidem legit θρηνεῖν ἐπῳδάς. Verba ejus hæc sunt: Ὅτι δὲ ἐκ τοῦ γόου καὶ ὁ γοής, ὡς ἐν πολλοῖς ἐπᾴδων μετὰ γόου κατ' εἶδος ἴδιον, παρεδήλου καὶ Σοφοκλῆς ἐν τῷ·

——Οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
Θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι πήματι.

πάντως γὰρ τὸ θρηνεῖν ἐπῳδάς, ταὐτόν ἐστι τῷ γοερῶς ἐπᾴδειν, ὃ καὶ γόης ποιεῖ.

9 Ἐν Ποιμέσι] Alii scriptores hanc fabulam Sophoclis πληθυντικῶς Ποιμένας vocant; ut & ipse Suidas infra v. Ξανῶ.

10 Θρησκεύειν ἐκάλεσεν] Huc spectant verba Gregor. Naz. Orat. XXXIX. pag. 626. Οὐδὲ Θρᾳκῶν ὄργια τοῦδε, παρ' ὧν καὶ τὸ θρησκεύειν ὡς λόγος.

Θρῖα. τὰ φύλλα τῆς συκῆς.

Θρῖον ταρίχους οἶσε δεῦρο, παῖ, σαπροῦ.

Ἀριστοφάνης.[1] ἐπεὶ[2] ἐπὶ φύλλων τὰ τεμάχη βαστάζονται. σαπροῦ δὲ, ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ μὴ νέου.

Θρῖον.[3] ἔστι σκεύασμά τι παρ' Ἀθηναίοις, ὃ περιλαμβάνει ὕειον στέαρ, καὶ ἔριφον, καὶ σεμίδαλιν, καὶ γάλα, καὶ λεκιθώδους[4] ὠμὸν πρὸς τὸ πήγνυσθαι. καὶ οὕτως εἰς φύλλα συκῆς ἐμβαλλόμενον, ἥδιστον ἀποτελεῖ βρῶμα. οὕτω Δίδυμος. ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἄλλη τις σκευασία θρίου, ἐγκέφαλος μετὰ γάρου καὶ τυροῦ σκευαζόμενος, καὶ ἐλιττόμενος ἐν φύλλοις συκῆς, καὶ ὀπτώμενος. † Οὐ[5] γὰρ θρῖα, καὶ κάνδυλον, καὶ ἀμύλας, μελίπηκτά τε τοῖς βασιλεῦσιν ἐξαίρετα παρατίθησιν Ὅμηρος. † Καὶ[6] Ἀριστοφάνης·

Ἀλλ' ἀπολέσαιμ' ἂν ἐγκεφάλου θρίω δύο.

πρὸς τὸ σχῆμα φησὶ τοῦ ἐγκεφάλου. ἔστι γὰρ ὥσπερ θρίοις συγκείμενον. τουτέστι φύλλα συκῆς.

Θριαί. αἱ μαντικαὶ ψῆφοι. Πολλοὶ θριοβόλοι, παῦροι δέ τε μάντιες ἄνδρες.

Θριαμβεύσας. αἰπαπικῇ. δημοσιεύσας.

Θριαμβευτοῦ. κατὰ[7] Ῥωμαίους ὁ τυραννοκτόνος Ἰνδοῦ.

Θριαμβικὴν στολὴν ἠμφιέσθαι αὐτόν.

Θρίαμβος.[8] ἐπίδειξις νίκης, πομπή, καὶ τὸ σεμνύνεσθαι ὠνομάσθη ἀπὸ τῶν ἐπῶν τῶν πρώτων εἰς Διόνυσον γεγραμμένων ἐξ Ἰνδίας ἐπὶ ἅρματος τίγρεων ἐπανερχόμενον. λέγουσι γὰρ θρίασιν τὴν τῶν ποιητῶν μανίαν. ἢ ἀπὸ τοῦ θρῖα, τὰ φύλλα τῆς συκῆς, ἀνακειμένης τῷ Διονύσῳ. καὶ ὅτι πρῶτον, πρὸ τοῦ ἐπινοηθῆναι τὰ προσωπεῖα, συκῆς φύλλοις ἐκάλυπτον πάντες τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα, καὶ δι' ἰάμβων ἔσκωπτον. ἀλλὰ καὶ οἱ στρατιῶται, μιμούμενοι τοὺς ἐπὶ σκηνῆς, τὰ ἑαυτῶν πρόσωπα φύλλοις συκῆς ἐν τῷ σκώπτειν καλύπτοντες, σκώμματα εἰς τοὺς θριαμβεύοντας ἔλεγον. Ἄλλως. Ἔν τισι πόλεσιν, ὅταν ἤνθησαν αἱ συκαῖ, παῖδες περιαιροῦντες σὺν αὐτοῖς τοῖς θρίοις ἔπαιζον, προφερόμενοι ἰάμβους τετραμέτρους. λέγεται δὲ καὶ Διόνυσος θρίαμβος, διότι ἐπὶ θηρῶν, τουτέστιν ἐπὶ λεόντων, βέβηκεν, οἷον θηρίαμβος. ἢ ὅτι καὶ συκῆς ἐστιν εὑρετής. ἢ ἀπὸ τοῦ θορεῖν. πηδητικὸς γὰρ ὁ ἀνήρ. λέγεται γὰρ καὶ θυστήειος, ἀπὸ τοῦ θύειν, ὅ ἐστιν ὁρμᾶν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ αἰωρούμενον θύσανον.

Θριάσιον[9] πεδίον.

Θριδακίνη. τὸ παρ' ἡμῖν[10] μαΐουλιον. λέγεται καὶ θρίδαξ.

Θριγκός. τὸ περίφραγμα τοῦ οἴκου. στεφάνη. μικρὸν τειχίον. περίβολος. ἢ τῶν οἰκιῶν τὰ ἀνωτάτω.

Θρῖα. Ficus folia. *Affer mihi puer salsamentum rancidum, ficus folio involutum.* Aristophanes. [Θρῖον ταρίχους dixit,] quoniam frusta salsamentorum foliis involuta portari solebant. Σαπροῦ vero hic significat rancidi, vel, non recentis.

Θρῖον. Apud Athenienses sic vocatur cibi genus, quod conficitur ex sebo suillo & hœdino, itemque simila, & lacte; quibus additur ovi vitellus, ut in unam massam concrescat. Hæc fici foliis injecta cibum efficiunt suavissimum. Sic Didymus. Erat & alia parandi Thrii ratio, ex cerebro nimirum, garo, & caseo; quæ foliis fici involuta assabantur. † Apud Homerum neque thria, neque candyli, neque placentæ ex lacte aut melle confectæ Regibus tanquam præcipua edulia præ reliquis apponuntur. † Et Aristophanes: *At perdidero sic duas cerebri membranas.* Hoc dicit propter figuram cerebri, quæ folio ficus similis est.

Θριαί. Calculi vatum. *Multi quidem artem divinandi profitentur, sed pauci sunt vates.*

Θριαμβεύσας. Qui triumphavit. Qui publice aliquid spectandum exhibuit.

Θριαμβευτοῦ. Triumphatoris.

Θριαμβικὴν στολ. *Ipsum triumphali veste indutum fuisse.*

Θρίαμβος. Triumphus. Ostentatio victoriæ. Pompa. Item, fastus. Dictus est θρίαμβος a versibus, qui primi scripti sunt in Bacchum, cum ex India rediret curru vectus, quem tigrides trahebant. Θρίασιν enim Poëtarum furorem vocant. Vel a nomine θρῖα, i. e. folia ficus, quæ Baccho sacra est. Vel quod ante inventas larvas ficulnis foliis faciem tegerent [veteres;] & versibus Iambicis alios incesserent. Quinetiam ipsi milites, scenicos imitati, faciem suam fici foliis tegentes, in triumphatores dicteria jaciebant. Aliter. In quibusdam urbibus, cum ficus florerent, pueri eas cum foliis decerpentes ludebant, Iambicos tetrametros recitantes. Bacchus etiam dicitur θρίαμβος, quasi θηρίαμβος, quod feris, id est leonibus, vehatur: vel, quia ficus est inventor. Vel a verbo θορεῖν, i. e. saltare. Deus enim ille saltando delectatur: qui ideo etiam vocatur θυστήειος, a verbo θύειν, i. e. impetu ferri, ruere. Hinc θύσανον appellatur fimbria a vestibus dependens.

Θριάσιον πεδίον. Thriasius campus.

Θριδακίνη. Lactuca sylvestris, quæ apud nos vocatur Maiulium. Dicitur & θρίδαξ.

Θριγκός. Sepimentum domus. Corona. Parvus murus. Lorica. Vel ædium summæ par-

1 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 423. (304. Ed. Bas. P.)

2 Ἐπεὶ ἐπὶ φύλλων τὰ τεμάχη βαστάζονται· σαπροῦ δὲ, ἀντὶ τοῦ, παλαιοῦ καὶ νέου] Hæc verba in prioribus Edit. transposita, & post articulum sequentem rejecta sunt, quæ in hac Edit. sedi suæ restitui.

3 Θρῖον· ἔστι σκεύασμά τι παρ' Ἀθην.] Hunc articulum descripsit Suidas ex Schol. Aristoph. ad *Equit.* pag. 325. (242. Ed. Bas. P.) Confer eundem Scholiastam ad *Acharnens.* pag. 422.

4 Λεκιθώδους ὠμόν] Legere malim, λεκιθώδες τοῦ ᾠοῦ.

5 Οὐ γὰρ θρῖα, καὶ κάνδυλον, καὶ ἀμύλας, κτλ.] Hæc sunt verba Athenæi lib. 1. pag. 9. ut Pearsonius observavit.

6 Καὶ Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 217. (135. Ed. Bas. P.

7 Κατὰ Ῥωμαίους ὁ τυραννοκτόνου Ἰνδοῦ] Hæc aliis interpretanda & illustranda relinquo.

8 Θρίαμβος· ἐπίδειξις νίκης, πομπ.] Eadem habet Etymologus.

9 Θριάσιον πεδίον] Vide quæ notavimus supra v. Ἴακχος.

10 Μαΐουλιον] In MS. Paris. A. exaratum est Μαΐουνιον.

μεταφορικῶς ἀφ' ἡμῶν, διότι τὰ ἀνώτατα σώματα ἡμῶν θριξὶ περιπέφρακται. ἐν [1] Ἐπιγράμματι· Τίς τάδε μοι θνητῶν θριγκοῖσιν ἀνῆψε σκῦλα;

Θρίδακας[2] ἐσθίειν σωμάτων δηλοῖ νόσον. Τῶν θριδάκων τὰ φύλλα φυλλεῖα λέγονται.

Θρίναξ. τὸ πτύον. ὄργανον γεωργικὸν ὀδοντικόν. Καὶ [3] παλιουροφόρου χεῖρα θέρους θρίνακα.

Θρίναξ. ἡ Σικελία.

Θρὶξ καὶ κλίνεται τριχός.

Θριοβόλος. ὁ ἀπὸ ψήφου μάντις.

Θρίον. [4] Ἀριστοφάνης.

Δημοῦ βοείου θρῖον ἐξωπτημένον.

σκεύασμά τι [5] μετὰ ἐγκεφάλου γινόμενον ἐν τοῖς θρίοις. τουτέστιν, ἐν τοῖς φύλλοις τῆς συκῆς.

Θριπηδέστατον. ἀντὶ τοῦ βεβρωμένον καὶ διεφθαρμένον. ἢ ξύλα ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένα, [6] οἷς ἐσφράγιζον. Θρῖπες δέ, εἶδος σκωλήκων. Θρὶψ γὰρ ζῶόν ἐστι κατεσθίον ξύλα καὶ κέρατα. μέμνηται Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ [7] Δημάδου.

Θριπήδεστον[8] Ὑπερείδης τὴν Ἑλλάδα εἶπεν· ἀντὶ τοῦ, διεφθαρμένην. ἀπὸ τῶν ὑπὸ θριπῶν κατεδηδεσμένων ξύλων.

Θρίσσα. ὁ ἰχθύς.

Θρόμβος. Εἰς τοσαύτην ἀγωνίαν συνεχώρησεν ἡ θεία φύσις τὴν ἀνθρωπείαν λαβεῖν, ὡς ἱδρῶσαι αἵματος θρόμβους. καὶ Θρόμβοι ἁλῶν παχεῖς ἅλες.

Θρόνιον. πόλις ἐστὶ τῆς Λοκρίδος.

Θρόνος. Φησὶν ἡ Γραφή· Κεκάθικεν ἐπὶ θρόνου Δαβὶδ τὸ σπέρμα Ἰεχονίου. Θρόνον δηλονότι τὸ βασιλικὸν ἀξίωμα λέγων. καὶ Θρόνοι ἀνομίας, οἱ ἄδικοι κριταί.

Θρόος, καὶ Θροῦς. ἡ φήμη. Θροῦς δὲ ἐφοίτησε Πέρσαις, ὡς διώλοντο τῷ πνιγηρῷ αὐχμῷ.

Θροῦς. ἦχος. φωνή. ἄσημος λαλιά. θόρυβος. Ὁ δὲ ὄχλος εἰς θροῦν καθίσταντο καὶ ἐθρήνουν. Ὅμηρος

tes. Per translationem ductam a nobis, quia summa corporis nostri pars capillis munita est. In Epigrammate: *Quis mortalium hæc spolia in templo mihi suspendit?*

Θρίδακας ἐσθίειν σωμ. *Lactucas edere corporis morbum portendit.* Lactucarum folia vocantur φυλλεῖα.

Θρίναξ. Ventilabrum. [In Epigrammate:] *Et paliuro tectum paleasque dissipans ventilabrum.*

Θρίναξ. Sicilia.

Θρίξ. Pilus. Capillus. Declinatur τριχός.

Θριοβόλος. Qui divinationē per calculos novit.

Θρίον. Aristophanes: *Frustum pinguis bubuli, in folio ficulno assati.* [Carnem enim foliis ficulnis involutam assare solebant.] Θρίον etiam vocatur cibi quoddam genus, quod ex cerebro conficiebatur in foliis ficus.

Θριπηδέστατον. A tineis erosum & corruptum. [Et θριπηδέστατα ξύλα,] ligna a tineis erosa, quibus olim sigillorum loco utebantur. Θρῖπες vero sunt genus vermium. Et θρὶψ est animal ligna & cornua corrodens. Meminit ejus vocis Hyperides in oratione contra Demadem.

Θριπήδεστον. A tineis erosum. Hyperides Græciam vocavit θριπήδεστον, i. e. corruptam & perditam: per translationem a lignis, quæ a teredinibus erosa sunt.

Θρίσσα. Genus piscis.

Θρόμβος. Grumus. *Divina natura humanam passa est in tantum angorem incidere, ut sanguinis grumos sudaret.* Et θρόμβοι ἁλῶν, grumi salis.

Θρόνιον. Thronium. Urbs Locridis.

Θρόνος. Thronus. Solium. Sacra Scriptura dicit: *Iechoniæ semen Thronum Davidis conscendit.* Per θρόνον nimirum regiam dignitatem intelligit. Et Θρόνοι ἀνομίας, injusti judices.

Θρόος, & Θροῦς. Rumor. Fama. *Rumor autem ad Persas perlatus est, eos æstu suffocatos periisse.*

Θροῦς. Sonus. Vox. Obscurus sermo. Tumultus. Strepitus. *Turba autem tumultuari & la-*

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XXV. pag. 577. locus hic ita legitur:

Τίς τάδε μοι θνητῶν περὶ ταῖς θριγκοῖσιν ἀνῆψε
Σκῦλα, παναισχίστην τέρψιν Ἐνυαλίου;

2 Θρίδακας ἐσθίειν σωμάτων δηλοῖ νόσον] Est versus oneirocriticus, qui legitur apud Astrampsychum.

3 Καὶ παλιουροφόρου χεῖρα θ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate quodam Antiphili, quod, quia nondum a quoquam editum esse memini, integrum hic subjiciam:

Βουσόφον, ἀκροσίδηρον, ἀπειλητῆρα μυώπα,
Καὶ πήραν μέτρου σιταδόκον σπορίμου,
Γαμψόν τε δρέπανον, σταχυηφόρον ὅπλον ἀρούρης,
Καὶ παλιουροφόρου χεῖρα θέρους θρίνακα,
Καὶ τριπτὰς ποδείας ὁ γατόμος αὐτῷ Δηοῖ
Πάρμις, ἀνειρῶν παυσάμενος καμάτων.

In hoc Epigrammate (in quo Parmis agricola instrumenta sua rustica Cereri dedicat) omnia sunt satis plana & clara præter pentametrum secundum, qui omnino mendosus est, sic forte emendandus:

Καὶ παλιουρόροφον φθεισαθηρῆ θρίνακα.

Παλιουρόροφον, i. e. paliuro tectum; ut χρυσόροφον, auro tectum. Φθεισαθηρῆ est τὸν τὰς ἀθέρας φθείροντα, i. e. aristas perdentem & dissipantem; quod est aptum epithetum ventilabri. Nam & Homerus πτύον sive ventilabrum vocavit ἀθηρηλοιγόν; & Sophocles, ἀθηρόβρωτον ὄργανον, ut Grammatici observarunt. Cæterum, ne quid mihi vendicem, quod meum non est, profiteor, me ante dictam emendationem reperisse in codice MS. Bigotiano, ex quo Parisiis Epigrammata inedita descripsi.

4 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 345. (242. Ed. Bas. P.)

5 Σκεύασμά τι μετὰ ἐγκ.] Vide paulo ante v. Θρίον, post vocem Θρία.

6 Οἷς ἐσφράγιζον] Veteres lignis a vermibus erosis pro sigillis usos fuisse confirmat etiam locus hic Lycophronis v. 508.

Τὰ δ' ἄλλα θριπόβρωτος ἀψαυστος δόμων
Σφραγὶς φυλάξει. i. e.
Reliquas porro ædes vermiculatum & intactum
Servabit sigillum.

Joannes Tzetzes ad illum locum sequentia notat: Θρὶψ, ὁ σκώληξ, ὃς ἐγγλύφει τοῖς ξύλοις. πρὶν γὰρ εὑρεθῆναι τὰς σφραγῖδας οἱ παλαιοὶ ἐσφράγιζον ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις, διὰ τὸ αὐτὰ πολυκίνητα εἶναι. Aristophanes *Thesmophor.* pag. 789.

Ἐδίδαξε θριπήδεστ' ἔχειν σφραγίδια.
Docuit habere sigilla a vermibus corrosa.

Eustathius ad Odyss. A. pag. 1403. ex Pausania: Λέγει δὲ ὅτι θριπήδεστα ξυλήφια τὰ ἀπὸ θριπῶν βεβρωμένα. ὡς τοῦτο τοῦ ἰδεῖν. οἷς ἐχρῶντο, φησὶν, οἱ οἰκονομικοὶ ἀντὶ γλυπτῶν σφραγίδων. Vide etiam Hesychium & Etymologum.

7 Κατὰ Δημάδου] Sic habent 2 MSS. Paris. & Harpocratio. In prioribus vero Edit. minus recte excusum est κατὰ Δημάρχου.

8 Θριπήδεστον Ὑπερείδης τὴν Ἑλλ.] Ex Harpocratione.

δέ φησιν· Οὐ γὰρ πάντων ἦεν ὁμὸς θρόος. Καὶ αὖθις· Θροῦν τινα ἤκουσαν τῶν πολεμίων, ὁποῖος ἂν γένοιτο ἄρτι κινουμένης στρατιᾶς. Θροῦς οὖν κἀνταῦθα δ' ἐξάπτεται.

Θρώσκει. πηδᾷ. καὶ [1] Θρωσμός, ὑψηλὸς τόπος βουνοειδής, ἀφ' οὗ ἔστι καταβαίνοντα ἐπὶ [2] θορεῖν, ὅ ἐστι θεάσασθαι, ἢ πηδῆσαι.

Θρυαλλεῖ. λαλεῖ. κυκᾷ.

Θρυαλλίζω. ψιθυρίζω.

Θρυαλλίς. ἐσχάρα. λύχνος. ἀκτίς. ὁ σπινθὴρ ὁ ἀπὸ τοῦ πυρός· καὶ βοτάνη πρὸς λύχνον ἁρμόζουσα. μέμνηται [3] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

Τῶν γὰρ παχειῶν ἐνετίθεις θρυαλλίδων.

τουτέστι, τῶν ἐλλυχνίων. ἢ ὅτι ἀπὸ τοῦ θρύου τὸ παλαιὸν τὰ ἐλλύχνια.

Θρυαλλίς.

Ἐκ [4] τῶν πολεμίων εἰσάγεις θρυαλλίδα.

διὰ τὰ ἐλλύχνια, ἀπορρήτου ὄντος καὶ δεινοῦ εἰσφέρειν θρυαλλίδα εἰς [5] τὰς Ἀθήνας.

Θρυΐνῃ ψιάθῳ. Καὶ διὰ τοῦτο γυμνωθέντα αὐτόν, καὶ θρυΐνῃ περιβληθέντα ψιάθῳ.

Θρύλλος. ψιθυρισμός. ὁμιλία μὴ φανερῶς γινομένη. Ἡ γὰρ τῶν βαρβάρων ἐγχείρησις θρύλλον οὐκ ἐπενόησεν ἡμῖν. Σιμοκάτης φησί. Καὶ πολὺς ἐγίνετο τῶν ἁλισκομένων ὁ θρύλλος.

Θρύπτεται. δοτικῇ. μαλακίζεται, ἢ βλακεύεται, χαυνοῦται, ἢ ἀνακλᾶται. καὶ ἄθρυπτος γυνή, ἡ μὴ μετέχουσα τῶν τοιούτων. Ἡ δὲ τὴν ἀνδρόβιος καὶ ἄθρυπτος ἐς συμβίωσιν. Καὶ αὖθις·

Τὴν καὶ ἅμα χρυσῷ, καὶ ἁλουργίδι, καὶ σὺν ἔρωτι
Θρυπτομένην, ἁπαλῆς Κύπριδος ἁβροτέρην,
Λαΐδ' ἔχω.

Θρύψις. ἡ βλακεία. Ἵνα καλλωπίσηται, καὶ θρύψει χρήσηται βαρβάρων. † Ἤστην δὲ καλὼ καὶ μεγάλω· ὡραῖος δὲ ὁ νέος, οὐ τεθρυμμένος μήν, ἀλλὰ γενναῖον ὁρῶν. Καὶ [6] Ἀριστοφάνης·

Ὦ χρυσοδαίδαλτον ἐμὸν μέλημα,
Κύπριδος ἔρνος, μέλιττα Μούσης,
Χαρίτων [7] θρέμμα, τρυφῆς πρόσωπον,
Ἄνοιξον.

Θρύψομαι. [8] σφόδρα τρυφήσω. σεμνυνοῦμαι. ἢ ἀντὶ τοῦ συντριβήσομαι. Ἀριστοφάνης· [9] Σήμερον ὑπὸ τῶν ἐραστῶν ἐγὼ θρύψομαι.

Θοία. ζεῦγος ἡμιόνων.

Θοιμάτιον. τὸ ἱμάτιον. Θοιμάτιον λαβόμενος,

menteri cœpit. Et Homerus inquit: *Non enim omnium una erat vox.* Et iterum: *Strepitum quendam hostium audiverunt, qualis esse solet exercitus, qui castra movere incipit* † *Tumultus igitur & hic excitatur.*

Θρώσκει. Saltat. Et Θρωσμός, locus altus & colli similis, unde spectare vel saltare licet.

Θρυαλλεῖ. Loquitur. Miscet. Susurrat.

Θρυαλλίζω. Susurro.

Θρυαλλίς. Focus. Lucerna. Radius. Ignis scintilla. Item herba, lucernarum usui inserviens. Meminit hujus vocis Aristophanes *Nubibus*: *Crassa enim ellychnia* [*lucernis*] *indidisti.* Θρυαλλίδας hic vocat ellychnia, quia olim ex herba, quam θρύον appellabant, conficiebantur.

Θρυαλλίς. Ellychnium. [Aristophanes.] *Ex hostibus importas ellychnia.* Interdictum enim erat & pro gravi crimine habebatur ellychnia Athenas inferre.

Θρυΐνῃ ψιάθῳ. Juncea storea. *Ideoque nudatum ipsum & juncea storea circundatum.*

Θρύλλος. Susurrus. Colloquium clandestinum. *Barbaris enim nos aggredientibus ne minimus quidem tumultus inter nos est ortus.* Simocatta inquit.

Θρύπτεται. Delicate & molliter vivit. Ignaviæ indulget. Desidia animum remittit. Frangitur. Et ἄθρυπτος γυνὴ fœmina, quæ horum vitiorum expers est. *Illa vero virilem agebat vitam, nec in convictu mollem se præbebat.* Et iterum: *Laidem habeo, auro & purpura ambitiose se exornantem, & amorum deliciis gaudentem, & delicata Venere delicatiorem.*

Θρύψις. Mollicies. *Ut cultu corporis ornata conspiceretur, & Barbaros mollitie imitaretur.* † *Erant autem ambo formosi & proceri; natuque minor erat venustus, non tamen effœminatus, sed generosum aspectum habens.* Et Aristophanes:

O aureum meum desiderium,
Veneris germen, apicula Musæ,
Gratiarum alumna, deliciarum vultus,
Aperi.

Θρύψομαι. Molliter & delicate vivam. Superbiam. Vel, conterar. Aristophanes: *Ab amatoribus hodie conterar.*

Θοία. Iugum mulorum.

Θοιμάτιον. Pro τὸ ἱμάτιον. Pallium. *Pallio pre-*

1 Θρωσμός. ὑψηλὸς τ.] Vide Scholiastam Homeri ad Il. Y. v. 3.
2 Ἔστι θορεῖν, ὅ ἐστι θεάσασθαι, ἢ π.] Cum Porto legere malim, ἐστι θωρεῖν, ὅ ἐστι θεάσασθαι, ἢ θορεῖν, τουτέστι πηδῆσαι.
3 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 126. (62. Ed. Bas. P.)
4 Ἐκ τῶν πολεμ.] Hic senarius legitur apud Aristoph. *Acharnens.* pag. 415. (297. Ed. Bas. P.)
5 Εἰς τὰς Ἀθήνας] In prioribus Edit. post vocem Ἀθήνας hæc addita sunt: Ἡ δὲ αἰτία τοιὰ τρόπῳ.
Αὕτη γὰρ ἐμπρήσειε τὸ νεώριον
Ἔλθοις ἂν εἰς σίλφιον ἀνὴρ Βοιωτός.
Ἅψας ἂν εἰσπέμψειεν ἐς τὸ νεώριον
Διὰ ὑδρορρόας, βορέαν δ' ἐπιτηρήσας μέγαν.
Ὅτι, φησίν, ἡ καλουμένη σίλφη. Ἔστι δὲ ζῶον κανθαρῶδες. Ὑδρορρόα, δι' ἧς τὸ ἀπὸ τοῦ ὄμβρου ὕδωρ συναγόμενον κατέρχεται. Sed hæc cum absque ullo judicio ex Aristophane ejusque Scholiasta huc allata sint, nec ad vocem θρυαλλὶς quicquam faciant, ex textu ejicienda putavi.
6 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 752. (507. Ed. Bas.)
7 Θρέμμα] Apud Aristophanem rectius legitur θρέμμα.
8 Θρύψομαι. σφόδρα τρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 354.
9 Σήμερον ὑπὸ τῶν ἐρ.] Apud Aristophanem loco laudato sic legitur:

——— Εὐδαιμονέστατ' ἤμερον
Ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, νὴ Δί', ἢ 'γὼ θρύψομαι.

χαῖρ' εἶπας, τὸ ὄνομα προσθείς. [1]Ἀριστοφάνης·

Εἰ σωφρονεῖτε, θοιμάτιον λήψεσθ', ὅπως
Τῶν Ἑρμοκοπιδῶν μή τις ὑμᾶς ὄψεται.

Τουτέστιν, εἰ μὴ περιβαλεῖσθε, ἀλλὰ φανερὰ ἕξετε αἰδοῖα, ἀκρωτηριάσει τις ὑμᾶς τῶν Ἑρμοκοπιδῶν.

Θοινάω, θοινῶ. καὶ Θοινᾶται, εὐωχεῖται.

Θοινήτωρ. ὁ κατεσθίων.

[2]Ὤλεο γὰρ διὰ λοιμὸν, ὅλης θοινήτορα χέρσου,
Πρὶν πατέρων νεαρᾷ σκῆπτρον ἑλεῖν παλάμᾳ.

περὶ Πτολεμαίου ὁ λόγος.

Θοίνη. τροφή. εὐωχία. κατάβρωμα.

——Ὡς [3] ἐπὶ θοίναν
Χάσμα φέρων χαλεπὸν πεινALέου φάρυγος.

Δαμάσκιος· Τοὺς πλουσίους οὐκ ἐν θοίνῃ ποιούμενος, οὐδὲ τὰ τούτων δῶρα προσιέμενος.

Θοίνων, [4] Φρουράρχου, Συρακούσιος.

Θυάδες. ὁρμητικαί.

Θύαμις. ὄνομα κύριον.

Θυάτειρα. ὄνομα τόπου. καὶ Θυατειρηνὸς, ὁ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ τόπου. Ὅτι [5] Διοσκόριος Μυραῖος, γραμματικὸς, ὕπαρχος ἦν πόλεως καὶ πραιτωρίων, ὁ διδάξας τὰς θυγατέρας Λέοντος τοῦ βασιλέως ἐν Βυζαντίῳ.

Θυγατριδῆ. ἐγγόνη. τῆς θυγατρὸς θυγάτηρ. καὶ θυγατριδοῦς, καὶ θυγατριδῆς, ὁ τῆς θυγατρὸς παῖς.

Θυέεσσι. θυμιάμασιν.

Θύελλα. συστροφὴ ἀνέμου. Καὶ πνεῦμα κατελθὸν εἰς τὸ πεδίον πολὺ θύελλάν τε καὶ στροβίλους ἤγειρεν, ὥστε [6] καὶ τὸ καθεστηκὸς νυκτὸς διαφέρειν οὐδέν. Καὶ αὖθις [7] Σοφοκλῆς·

——Οὔτε ποντία
Θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότε χρόνῳ.

Θυεία. ἀγγεῖον, εἰς ὃ ἐμβάλλοντές τινα ἀρτύματα τρίβομεν καὶ λειοῦμεν. [8]Ἀριστοφάνης·

——Καὶ θυείαν ἑσπέρας
Ὑπερφυᾶ τὸ μέγεθος εἰσενήνοχε,
Καὶ [9] τρίβειν ἐν αὐτῇ τὰς πόλεις βουλεύεται.

Θύειν. Τὸ θύειν θεοῖς Χαλδαῖοι ἔθνος Περσικὸν πρῶτον ἐξεῦρον, ἢ Κύπριοι.

Θυηλαί. κυρίως οἱ θύλακοι, εἰς οὓς τὰ θυμιάματα ἐμβάλλεται. λέγονται δὲ Θυηλαὶ, αἱ ἀπαρχαί.

Θυηπόλος. ὁ θύων ἱερεύς. καὶ Θυηπόλαι.

Θυηπολοῦσι. περιπολοῦσι, διὰ θυσιῶν ὑπισχνούμενοι θεοὺς ἐξιλάσκεσθαι.

Θυεία. ἡ ἴγδη.

benso salve dixisti, nomine [*me*] *compellans.* Aristophanes:

Si sapitis, pallia capietis, ne
Quis Hermocopidarum vos videat.

Id est, nisi veretra vestra tegatis, sed retecta esse sinatis, aliquis Hermocopidarum ea amputabit.

Θοινάω. ῶ. Convivor, Et Θοινᾶται, convivatur.

Θοινήτωρ. Qui devorat, vel consumit.

Extinctus enim es pestilentia, quæ totam vastabat terram,
Priusquam patrium juvenili sceptrum caperes manu.

De Ptolemæo hæc dicuntur.

Θοίνη. Cibus. Convivium. Epulum.

——*Tanquam prædam devoraturus*
Vastum famelici oris diduxit rictum.

Damascius: *Divitum opes non existimans paratam sibi esse prædam, nec horum dona admittens.*

Θοίνων. Thœnon, castelli præfectus, Syracusius.

Θυάδες. Bacchæ furentes.

Θύαμις. Thyamis. Nomen proprium.

Θυάτειρα. Thyatira. Nomen loci. Et Thyatirenus, qui est ex illo loco. Dioscorius Myræus, Grammaticus, erat Urbis & Prætorii Præfectus, qui Leonis Imperatoris filias Byzantij docuit.

Θυγατριδῆ. Neptis. Filiæ filia. Et θυγατριδοῦς, & θυγατριδῆς, nepos, filiæ filius.

Θυέεσσι. Suffimentis. Odoribus.

Θύελλα. Procella. Turbo. *Et ventus vehemens in campum descendens procellam & turbines excitavit, adeo ut cœlum a noctis tenebris nihil differret.* Et Sophocles:

Neque procella maris illo tempore excitata.

Θυεία. Vas, in quo aromata aliaque teruntur. Mortarium. Aristophanes:

——*Et mortarium vesperi*
Immani magnitudine attulit,
In quo urbes contundere decrevit.

Θύειν. Sacrificare. Diis sacrificare Chaldæi gens Persica primum invenit, vel Cyprii.

Θυηλαί. Proprie ita vocantur sacculi, in quos suffimenta conjiciuntur. Sic autem & primitiæ appellantur.

Θυηπόλος. Sacerdos. Sacrificus. Et Θυηπόλαι, sacrificulæ.

Θυηπολοῦσι. [Dicitur de illis,] qui circumeunt, pollicentes se Deos sacrificiis placaturos esse.

Θυεία. Mortarium.

1 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 903. (566. Ed. Bas. P.)
2 Ὤλεο γὰρ διὰ λοιμὸν ὅλης θ.] Hæc sunt verba Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. VII. Epigr. XVII. ut Portus etiam observavit.
3 Ὡς ἐπὶ θοίναν κ.] Anthol. lib. I. cap. XXXIII. Ep. XXIX.
4 Θοίνων, φρ.] Puto legendum esse, Θοίνων, Θοίνων, φρούραρχος Συρ.
5 Ὅτι Διοσκόριος, Μυραῖος, κ.] Quid hæc ad vocem Θυάτειρα? Vide supra v. Διοσκόριος.
6 Ὥστε τὸ καθεστηκὸς νυκτ.] Vide infra v. Καθεστηκός.
7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 324. ut Portus monuit.
8 Ἀριστοφάνης] In *Pace* pag. 637. (441. Ed. Bas. P.)
9 Καί] Conjunctionem hanc nec Aristophanes agnoscit, nec metrum admittit.

——Σὺν [1] δὲ θυείαν
Εὔπετρον, καὶ τὰν κρειοδόκον σκαφίδα.

Θυείδιον. ἡ τριβαία.

Θύϊνα. [2] Ἐπὶ Ζήνωνος βασιλέως εὑρέθη ἐν Κύπρῳ τὸ λείψανον Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου, τοῦ συνεκδήμου Παύλῳ. ἔκειτο δὲ ἐπὶ τοῖς στήθεσι Βαρνάβα τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον, ἔχον πτυχία θύϊνα.

Θύλακος. ἡ ἀρτοθήκη. [3] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·
Ὡς ἄλφιτ' οὐκ ἔνεστιν ἐν τῷ θυλάκῳ.

Θύλακες, [4] καὶ σφῆνες, καὶ ὑπεράλματα, γυμνασίων εἴδη.

Θυλήματα. [5] πέμματα, ἀπαρχὰς, ἄλφιτα, ἃ ἔμισγον οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ, εἰς θυσίαν ἀναφέροντες.

Θυμαλγέα. λυπηρά.

Θυμάλωπες. [6] ἡ καέντα ξύλα. ἢ σπινθῆρες, ἢ διακεκαυμένοι ἄνθρακες.

Θυμάλωπες. [7] οἱ ἀπολελειμμένοι τῆς θύψεως ἄνθρακες ἡμίκαυτοι.

Θυμαρέα. τὸν τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν. καὶ [8] Θυμάρμενον, τὸ τῇ ψυχῇ ἀρέσκον.

Θύματα, καὶ Θυμιάματα. ἀπαρχάς. θυσίας. [9] Ἀριστοφάνης· Τὰ θύματ' οὐδέν ἐστι πλὴν γένεια καὶ κέρατα. ἐπὶ τῶν ἱερείων τῶν μὴ ἐχόντων σάρκας. τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ θυμιάσαι τὸ θύειν. ἐπὶ μὲν γὰρ τοῦ βοὸς σφάζειν· ἐπὶ δὲ τοῦ ψαιστοῦ, θυμιάσαι.

Θυμάτιον. [10] τὸ θῦμα.

Θύμβρις. ὄνομα τόπου. καὶ πεδίον τι.

Θυμβρεπιδείπνου [11] γαστρός. τὰ θύμβρα δυναμένης δειπνεῖν. ἔστι δὲ βοτάνης εἶδος. ἀφ' οὗ δηλοῖ, ὅτι λάχανα μόνα τρωγούσης εὐτελῆ. Θυμβροφάγον [12] δὲ, ἤτοι ἀγροικικὸν καὶ ἐλευθέριον. παρ' ὅσον οἱ ἐν ἀγροῖς διατελοῦντες [13] ἀσφαλέστεροι καὶ ἐπιεικέστεροι. τὸ δὲ θύμβρον ἐν ἀγροῖς γίνεται. ἔστι δὲ τοῦτο ἄγριον φυτὸν καὶ δριμύ. Θυμβροφάγον οὖν, ἀντὶ τοῦ πικρὸν καὶ δριμὺν κατὰ τῶν ἐχθρῶν. οἱ δὲ, ἀντὶ τοῦ δριμὺν καὶ ἱλαρόν. τινὲς δέ φασι τῷ θύμῳ εἶναι παραπλήσιον.

Θυμοιτάδαι. δῆμος Ἱπποθοωντίδος, ἀπὸ Θυμοίτου ἥρωος.

——*Simul & mortarium*
Ex solido lapide confectum, & carnium receptricem scapham.

Θυείδιον. Mortariolum.

Θύϊνα. Thyina, sive ex ligno thyino confecta. Sub Zenone Imperatore in Cypro inventæ sunt reliquiæ Barnabæ Apostoli, qui Paulo fuit peregrinationis comes. Hujus Barnabæ pectori impositum erat Evangelium secundum Matthæum, thyina habens folia.

Θύλακος. Saccus, in quo panes conduntur. Aristoph. *Pluto*: *Quia farina non inest in sacco.*

Θύλακες, & σφῆνες, & ὑπεράλματα, sunt exercitationum genera.

Θυλήματα. Placentæ, primitiæ, farinæ, quas vino & oleo mixtas in sacrificiis offerebant.

Θυμαλγέα. Acerba. Molesta.

Θυμάλωπες. Ambusta ligna, titiones, scintillæ, carbones exusti.

Θυμάλωπες. Relicti ex incendio carbones semiusti.

Θυμαρέα. Animo placentem. Animo gratam. Et Θυμάρμενον, animo gratum.

Θύματα, & Θυμιάματα. Primitias. Sacrificia. Aristophanes: *Victimæ hæ nihil aliud sunt quam pili & cornua.* Dicitur de victimis nullas carnes habentibus. Θύειν interdum etiam pro θυμιάσαι ponitur. De bove dicitur σφάζειν, i. e. immolare. De placenta vero, [quæ Deo offertur,] θυμιάσαι.

Θυμάτιον. Parva victima. Victima.

Θύμβρις. Thymbris. Nomen loci. Et planicies quædam.

Θυμβρεπιδείπνου γαστρ. *Ventris, qui thymbra comedere [iisque victitare] potest.* Est autem θύμβρον herbæ genus. Significat ergo [Poeta] hominem, qui solis oleribus vescitur. † Θυμβροφάγον [apud Aristophanem] significat hominem rusticum & simplicem. Qui enim ruri vivunt solent esse simpliciores & modestiores [urbanis.] Thymbrum autem in agris nascitur, & est planta agrestis & acris. Θυμβροφάγον igitur Comicus vocat acerbum & acrem adversus inimicos. Alii vero sic vocant acrem & hilarem. Quidam dicunt thymbrum thymo esse simile.

Θυμοιτάδαι. Thymœtadæ. Populus tribus Hippothoontiæ, a Thymœta Heroe sic dictus.

1 Σὺν δὲ θυείαν εὔπετρ.] Verba hæc leguntur Anthol. lib. VI. cap. XVII. pag. 571.

2 Ἐπὶ Ζήνωνος βασιλέως εὑρ. ἐν Κύπρῳ] Ad hunc locum illustrandum afferam verba Theodori Lectoris, quæ leguntur in Historia ejus Eccles. Lib. II. initio. Βαρνάβα τοῦ Ἀποστόλου τὸ λείψανον εὑρέθη ἐν Κύπρῳ ὑπὸ δένδρον κερατίαν, ἔχον ἐπὶ στήθους τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἰδιόγραφον τοῦ Βαρνάβα. ἐξ ἧς προφάσεως καὶ περιεγένοντο Κύπριοι, τὸ αὐτοκέφαλον εἶναι τὴν κατ' αὐτοὺς μητρόπολιν, καὶ μὴ τελεῖν ὑπὸ Ἀντιόχειαν. i. e. interprete Valesio: *Barnabæ Apostoli reliquiæ in Cypro sub arbore siliqua repertæ sunt: super cujus pectore erat Evangelium Matthæi, ipsius Barnabæ manibus descriptum. Qua de causa Cyprii obtinuerunt ut metropolis ipsorum libera esset, & sui juris, nec Antiochenæ sedi amplius subjaceret.*

3 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 77. (39. Ed. Bas. *P.*)

4 Θύλακες, καὶ σφῆνες, καὶ ὑπεράλματα γυμν. εἴδη] Hæc sunt verba Artemidori lib. I. cap. LVII. sed ubi recte legitur φύλακες. uti & hic apud Suidam scribendum est. Erat autem φύλακος follis, hodie vulgo *ballon* vocatus, quo pueri ludere solebant.

5 Θυλήματα. πέμματα, ἀπ.] Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 701. Θυλήματα, τὰ τοῖς Θεοῖς ἐπιθυόμενα ἄλφιτα. ἐπιρραίνεται δὲ οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. Τηλεκλείδης Στερροῖς.
Ὦ δέσποτ' Ἑρμῆ, κάπτε τῶν θυλημάτων.

6 Θυμάλωπες. ἡ καέντα ξ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharn.* pag. 387.

7 Θυμάλωπες. οἱ ἀπολελειμ.] Eadem leguntur supra v. Ἀπτφίας & infra v. Θύψις.

8 Θυμάρμενον, τὸ τῇ ψ.] Hæc in prioribus Edit. desunt, quæ ex MSS. revocavi.

9 Ἀριστοφάνης. Τὰ θύματ' οὐδέν ἐστι πλ.] Apud Aristophanem *Avibus* pag. 584. locus hic ita legitur:
Τὰ γὰρ παρόντα θύματ' οὐδὲν ἄλλο πλὴν
Γένειόν τ' ἐστὶ καὶ κέρατα.

10 Θυμάτιον] Vide paulo inferius Θυμάτιον.

11 Θυμβρεπιδείπνου γαστ. τὰ θύμβρα δυν. δειπν.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 151.

12 Θυμβροφάγον δὲ, ἤτοι ἀγ.] Hæc & quæ sequuntur descripta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 384. (272. Ed. Bas. *P.*

13 Ἀσφαλέστεροι] Ex Scholiasta Aristoph. reponendum est ἀφελέστεροι.

‡

Θυμέ-

Θυμέλη. ὁ βωμός. ἀπὸ τοῦ θύειν. Ὁ δὲ [1] Ἀθάνᾳ λήξας καὶ πολέμου καὶ θυμέλας ἔθετο.

Θυμέλη. ἡ αὐλητική.

Πολλάκις [2] ἐν θυμέλῃσι καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαστὸς Ἀχαρνίτης κισσὸς ἔρεψε κόμαν.

Προκόπιος·[3] Μητρὸς δὲ τῆς τινος ἐν θυμέλῃ πεπορνευμένων.

Θυμελικοί. οἱ ἐν ὑποκρίσει τὴν τέχνην ἐπιδεικνύμενοι.

Θυμήνας. χολωθείς.

Θυμηδία. τέρψις. τρυφή. εὐφρασία. καὶ Θυμηδούμενοι. Οἱ δὲ, ὑπὸ συρίγγων καὶ αὐλῶν θυμηδούμενοι, μετὰ παίδων καὶ γυναικῶν ὑπὸ θυμηδίας ᾖσαν.

Θυμῆρες. καταθύμιον.

Θυμηρέστερον.[4] ἡδύτερον.

Θυμήτιον. τὸ μικρὸν θῦμα καὶ εὐτελές. Εἰ [5] θυμιᾷ σέ τις, πικρὸν τὸ ὄναρ πέλει.

Θυμικόν. ὀργίλον.

Θυμιώμενος. ἀρωματιζόμενος.

Θυμιτίδων [6] ἁλῶν. οἷον μετὰ θύμου τετριμμένων. Ἀριστοφάνης·[7] Πείσῃ μοι περὶ θυμιτῶν ἁλῶν.

Θυμοβαρής. τὴν ψυχὴν ἀλγυνομένη.

Σῆμα [8] παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτηΐσιν ἀκταῖς
Θυμοβαρὴς ἀρετὰ μύρομαι ἑζομένα.

Θυμοβόρος.[9] ἡ τὴν ψυχὴν διαφθείρουσα.

Θυμολέων.[10] θυμώδης τὴν ψυχήν.

Ἅτε γὰρ ὢν γενναῖος, ὑπὸ [13] συκοφαντίας τίλλεται.

Αἵ τε θήλειαι προσεκτίλλουσιν αὐτοῦ τὰ πτερά.

πένης [14] γὰρ ἐγένετο τὰ πατρῷα καταναλώσας εἰς πόρνας. καὶ καλλίου, πιθήκου. τὰ αἰσχρὰ γὰρ τῶν ὀνομάτων εὐφημότερον εἰώθασιν οἱ Ἀττικοὶ προσφέρεσθαι. καὶ τὸν πίθηκον οὖν καλλίαν προσηγόρευσαν. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου· Ἀλλ', οἶμαι, ὥσπερ οἱ τοὺς καλλίας

ligna, ex quibus ædificium construitur. In Epigrammate: *Panisque pineis frondibus coronati resonans domus.*

Καλλιάνειρα. Pulchros habens viros.

Καλλίας. Atheniensis, Comicus, Lysimachi filius, qui cognomento dictus est *Schœnion*, quod ejus pater esset restio. Fabulæ ejus sunt, *Ægyptius*, *Atalanta*, *Cyclopes*, *Pedetæ*, *Ranæ*, *Scholazontes*.

Καλλίας. Callias, *Laccoplutus* cognominatus, legatus ad Artaxerxem missus, fœdus sub Cimone sancitum confirmavit. Hujus tempore Lacedæmonii, Plistoanacte Pausaniæ filio regnante, irruptione in Atticam facta, Eleusinem & campum Thriasium ferro flammaque vastarunt, durante adhuc quinquaginta annorum spatio, quod cœpit post pugnam Platæensem, desiit vero in illud tempus, quo Samus capta est, & belli Corcyraici initium contigit.

Καλλίας. Callias Syracusanus jure meritoque reprehenditur. Is enim, cum ab Agathocle opibus auctus fuisset, magnoque auctoramento interpretem veritatis historiam vendidisset, nullum laudandi muneratoris sui in historia finem fecit. Etenim cum Agathocles in plerisque & divina & humana jura violarit, tamen scriptor iste & pietate & humanitate cum reliquis mortalibus multum præstitisse ait. Denique, quemadmodum Agathocles bona civibus per vim adempta nullo jure huic scriptori donabat: ita eximius hic Annalium conditor laudes omnes in Agathoclem scriptis suis conferebat. Cæterum, meo judicio haud difficile erat, in vicem acceptæ gratiæ beneficia regia laudationibus compensare.

Καλλίας πτερορρυεῖ. *Calliæ pennæ excidunt.* Ridebatur a Comicis Callias, ut qui omnem pecuniam amisisset. [Aristophanes:] *Cum enim generosus sit, a sycophantis vellitur: & fœminæ præterea pennas ejus evellunt.* Ad paupertatem enim redactus est patrimonio in meretrices profuso. Et καλλίαι, simii. Attici enim rebus turpibus honestiora nomina imponere solent: quæ ratio est, quare simium καλλίαν appellent. Dinarchus in oratione contra Pytheam: *Sed, ut opinor, more eorum, qui simios domi alunt.*

1 Ἀταλάντη] Fabulæ hujus nomen corruptum est apud Zenob. Centur. IV. Prov. LXVII. ubi legitur Καλλίας ἐν Ἀταλάντῃ. Rescribendum enim est ἐν Ἀταλάντῃ, ut monuit Meursius in *Bibliotheca Attica*.

2 Κύκλωπες] Meminerunt hujus fabulæ Pollux, Athenæus, & Suidas supra v. Ἀρχύτα.

3 Πεδῆται] Fabulam hanc præter Athenæum, Diogenem Laertium, Etymologum, & Pollucem, laudat etiam Enarrator Comici ad *Aves* pag. 543. & 548. sed ubi corrupte legitur ἐν Παιδήταις.

4 Καλλίας, ὁ Λακκόπλουτος ἐπικλ.] Quare Callias hic Λακκόπλουτος cognominatus fuerit, docet Plutarchus *Aristide* pag. 321. quem consule. Vide etiam infra v. Λακκόπλουτοι.

5 Στρατηγῶν] Non placet hæc vox. Mallem Suidas dixisset πρεσβεύσας πρὸς Ἀρταξέρξην, i. e. *legatione functus ad Artaxerxem.* Persis enim a Cimone victis, Athenienses pacem cum Artaxerxe inierunt, Callia legationem illam obeunte, ut testatur Plutarchus *Cimone*, pag. 487. & Diodorus lib. XII. pag. 74.

6 Ἐπὶ Κίμωνος] Antiquissimus MS. Paris. habet ἐπὶ Κίνωνος: sed minus recte. Vide Plutarchum loco ante laudato.

7 Καθ' ὃν] Male priores Edit. habent καθ' ὧν: cujus loco καθ' ὃν ex MS. Paris. A. reposui.

8 Εἰσβαλόντες Λακεδ. Πλειστοάνακτος τοῦ Παυσ.] Vide Thucydidem lib. I. cap. CXIV. pag. 62.

9 Τῆς πεντηκονταετίας οὔσης] Vide Thucyd. lib. I. cap. CXVIII.

10 Καὶ ἀρχὴν τῶν Κερκ.] Sic recte legitur in MS. Paris. A. Duo vero reliqui MSS. uti & priores Edit. omnes male exhibent ἀρχόντων Κερκ.

11 Καλλίας, ὁ Συρακούσιος, δικαίως καὶ προσηκ.] Hæc, & omnia quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Diodori, quæ leguntur apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis, pag. 261. unde Suidas ea descripsit.

12 Καλλίας πτερορρυεῖ] Ex Aristoph. *Avib.* pag. 554. (379. Ed. Bas. P.) ubi vide Scholiastam.

13 Ὑπὸ συκοφαντίας] Metri gratia scribendum est ὑπὸ τῶν συκοφαντῶν, uti recte legitur apud Aristophanem loco laudato.

14 Πένης γὰρ ἐγένετο τὰ πατρ.] Vide Athen. lib. XII. pag. 537.

εἰ

ἐν τοῖς οἴκοις τρέφοντες. τουτέστι τοὺς πιθήκους. οὕτω δὲ καὶ τὰς Ἐριννύας Εὐμενίδας λέγουσι.

Καλλιγύλας. οὕτως ἐκαλεῖτο Γάϊος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἐπειδὴ ἐκ μικρᾶς ἡλικίας τὰ πολλὰ ἐν τῷ στρατοπέδῳ ἐτρέφετο, καὶ τοῖς στρατιωτικοῖς ἐχρῆτο ὑποδήμασιν. ἐκ τῶν καλλίγων οὖν Καλλιγύλαν αὐτὸν ὠνόμασαν. ἢ Καλλιγύλας ὁ Γάϊος, διὰ τὸ ἐν στρατοπέδῳ γεννηθῆναι· ὥς φησιν Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ θείων ἐναργειῶν.

Καλλιγύναικα. [1] τὴν καλὰς ἔχουσαν γυναῖκας.

Καλλιερεῖσθαι. ἐπὶ τοῦ θύειν τὰ ἔντομα. Ἡρόδοτος. καὶ Καλλιέρημα. θυσία εὐπρόσδεκτος.

Καλλιερῶ. ῥῆμα. τὸ δεύτερον, καλλιερεῖς. τὸ δὲ ὄνομα καλλιέρημα. ἔστι δὲ ἕκαστον θῦμα Θεοῦ φίλον. Καὶ Χριστιανοὶ μὲν [2] τότε καλλιεροῦσιν, ὅταν ἑαυτοὺς τῷ Θεῷ προσαγάγωσι, πνεῦμα γεγενημένοι συντετριμμένον, καὶ καρδία τεταπεινωμένη. Ἕλληνες δὲ τότε καλλιερεῖν νομίζουσιν, ὅταν δαίμονί τινι θύσαντες αἰσίων ἐπιτύχωσι σημείων ἐν τῷ ἥπατι τοῦ ἱερείου. καὶ τοῦτο καλοῦσι καλλιέρημα, ὅταν τῷ δαίμονι τὸ θῦμα ᾖ φίλον διὰ τῶν ἐπιφαινομένων ἀπατηλῶν σημείων.

Καλλικέλαδος. εὔφωνος. εὔστομος.

Καλλικολώνη. τόπος Ἴδης. [3] Θεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ.

Καλλικόμος. σοφός. ποιητής.

Καλλίκων. ὄνομα κύριον. εἶχε δὲ ἀδελφὸν Ἐμπεδοκλέα.

Καλλικύριοι. [4] οἱ ἀντὶ τῶν [5] Γεωμόρων ἐν Συρακούσαις γενόμενοι, πολλοί τινες τὸ πλῆθος. δοῦλοι δ' ἦσαν οὗτοι τῶν φυγάδων, ὡς Τίμαιος ἐν ς'. ὅθεν τοὺς ὑπερβολῇ πολλοὺς Καλλικυρίους ἔλεγον. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ εἰς ταὐτὸ συνελθεῖν παντοδαποὶ ὄντες, ὡς Ἀριστοτέλης ἐν Συρακουσίων πολιτείᾳ. ὅμοιοι τοῖς Λακεδαιμονίων Εἵλωσι, καὶ παρὰ Θετταλοῖς Πενέσταις, καὶ παρὰ Κρησὶν Κλαρώταις. καὶ παροιμία· Καλλικυρίων πλείους. τοῦτο ἐλέγετο, εἴποτε πλῆθος ἤθελον ἐμφῆναι. οἱ γὰρ Καλλικύριοι δοῦλοι ἦσαν, πλείους τῶν κυρίων αὐτῶν. ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐξέβαλον.

Καλλίμαχος, [6] Ἀθηναῖος. οὗτος εἰς τὸν κατὰ Περσῶν πόλεμον εὑρέθη ἐπὶ δοράτων ἑστάμενος νεκρός.

Καλλίμαχος, υἱὸς Βάττου καὶ Μεσάτμας, Κυρηναῖος, γραμματικός, μαθητὴς Ἑρμοκράτους τοῦ Ἰα-

Eandem ob caussam Furias appellant *Eumenides*.

Καλλιγύλας. Caligula. Sic vocatus est Cajus Romanorum Imperator, quod a puero in castris educatus militaribus calceis uteretur. A caligis enim eum appellarunt Caligulam. Vel, Caius vocatus est Caligula, quod in castris natus esset, ut inquit Ælianus in opere *De manifestis divinæ potentiæ argumentis*.

Καλλιγύναικα. Formosas habentem mulieres.

Καλλιερεῖσθαι. Herodotus ponit pro victimas immolare. Et Καλλιέρημα. Sacrificium Deo gratum.

Καλλιερῶ. Lito. Secunda persona est καλλιερεῖς: & nomen inde deducitur καλλιέρημα, sacrificium, quo litatur. Et Christiani quidem tunc litant, cum se ipsos Deo offerunt spiritu contrito & corde summisso. Gentiles vero tunc se litare putant, cum Dæmoni alicui immolantibus læta in extis signa apparent. Et hoc vocant καλλιέρημα, cum ex fallacibus signis conjiciunt, sacrificium aliquod Dæmoni gratum esse.

Καλλικέλαδος. Gratum sonum edens. Suavi voce præditus.

Καλλικολώνη. Locus Idæ. *In Callicolone Deorum.*

Καλλικόμος. Sapiens. Poeta.

Καλλίκων. Callicon. Nomen proprium viri, qui fratrem habuit Empedoclem.

Καλλικύριοι. Callicyrii. Hi Geomoris expulsis locum illorum Syracusis occuparunt: quorum ingens erat multitudo. Iidem exulum erant servi, ut auctor est Timæus lib. VI. Unde maximam hominum multitudinem significare volentes, *Callicyrii* dicere solebant. Sic autem vocati fuerunt, quod ex variis locis [Syracusas] confluxissent, ut Aristoteles in *Syracusanorum Republ.* tradit. Similes erant Lacedæmoniorum Helotibus, & Thessalorum Penestis, & Cretensium Clarotis. Et proverbium: *Plures Callicyriis:* quod de magna multitudine dicebatur. Callicyrii enim servi dominis numero præstabant: unde eos tandem expulerunt.

Καλλίμαχος. Callimachus, Atheniensis. Hic in bello contra Persas gesto mortuus hastæ innitens inventus est.

Καλλίμαχος. Callimachus, Batti & Mesatmæ F. Cyrenæus, Grammaticus, discipulus

1 Καλλιγύναικα. τὴν καλὰς ἔχουσαν γυν.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. B. v. 683.

2 Τότε καλλιεροῦσιν] Sic habent MSS. Paris. In prioribus vero Edit. minus recte legitur τότε Θεοῦ καλλιεροῦσι. Pro τότε enim manifestum est scribi debere τότε: & deinde, vox Θεοῦ est supervacanea, quoniam Græci τὸ καλλιερεῖν absolute ponere solent. Exempla, cum passim obvia sint, adducere necessarium non duco.

3 Θεῶν ἐπὶ Καλλικολώνῃ] Hæc sunt verba Homeri Il. Υ. v. 53. sed ubi hodie legitur θέων ἐπὶ Καλλ. i. e. *currens in Callicolone*. Utramque tamen lectionem jam olim receptam fuisse docet Scholiasta ad eum locum, quem vide.

4 Καλλικύριοι] Hi Κυλλύριοι vocantur ab Herodoto. lib. VII. pag. 273. quem vide. Hesychius eosdem Κιλλικυρίους appellat, quem consule v. Κιλλικύριοι.

5 Γεωμόρων] *Geomori* sive *Gamori* appellati fuerunt Syracusani illi, quos Callicyrii servi sedibus suis expulerunt, ut testis est Herodotus loco laudato. Portus locum hunc male interpretatus erat: cujus hallucinationem ex versione sustulimus, & in ea verum sensum expressimus. Eustath. ad Il. B. pag. 295. τοὺς Κιλλικυρίους Cretæ assignat, non vero Syracusis, ut hic Suidas.

6 Καλλίμαχος, Ἀθηναῖος. οὗτος εἰς τὸν κατὰ Περσ.] Vide supra v. Ἱππίας, Τύρ.

σέως

σίως, γραμματικοῦ· γαμετὴν ἐσχηκὼς τὴν Εὐφράτου τοῦ Συρακουσίου θυγατέρα. ἀδελφῆς δὲ αὐτοῦ παῖς ἦν ὁ νέος Καλλίμαχος, ὁ γράψας περὶ νήσων δι' ἐπῶν. οὕτω δὲ γέγονεν ἐπιμελέστατος, ὡς γράψαι μὲν ποιήματα εἰς πᾶν μέτρον, συντάξαι δὲ καὶ καταλογάδην πλεῖστα. καί ἐστιν αὐτῷ τὰ γεγραμμένα βιβλία ὑπὲρ τὰ ω. ἐπὶ δὲ τῶν χρόνων ἦν Πτολεμαίου τοῦ Φιλαδέλφου. [1] πρὶν δὲ συσταθῇ τῷ βασιλεῖ, γράμματα ἐδίδασκεν ἐν Ἐλευσῖνι, κωμυδρίῳ τῆς Ἀλεξανδρείας. καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιὰς δὲ ἦν ρκζ΄, ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἤρξατο τῆς βασιλείας. τῶν [2] δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ ταῦτα· Ἰοῦς ἄφιξις. Σεμέλη. Ἄργους οἰκισμοί. Ἀρκαδία. Γλαῦκος. Ἐλπίδες. Σατυρικὰ δράματα. Τραγῳδίαι. Κωμῳδίαι. Μέλη. [3] Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτετηδευμένον εἰς ἀσάφειαν καὶ λοιδορίαν, εἴς τινα Ἶβιν, γενόμενον ἐχθρὸν τοῦ Καλλιμάχου. ἦν δὲ οὗτος Ἀπολλώνιος, ὁ γράψας τὰ Ἀργοναυτικά. Μουσεῖον. Πίνακες τῶν ἐν πάσῃ παιδείᾳ διαλαμψάντων, καὶ ὧν συνέγραψαν, ἐν βιβλίοις κ΄ καὶ ρ΄. Πίναξ καὶ ἀναγραφὴ τῶν κατὰ χρόνους καὶ ἀπ' ἀρχῆς γενομένων [4] διδασκάλων. Πίναξ τῶν Δημοκρίτου γλωσσῶν καὶ συνταγμάτων. Μηνῶν προσηγορίαι κατὰ ἔθνος καὶ πόλεις. Κτίσεις νήσων καὶ πόλεων, καὶ μετονομασίαι. Περὶ τῶν ἐν Εὐρώπῃ ποταμῶν. καὶ περὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ καὶ Ἰταλίᾳ θαυμασίων καὶ παραδόξων. Περὶ μετονομασίας ἰχθύων. Περὶ ἀνέμων. Περὶ ὀρνέων. Περὶ τῶν ἐν τῇ οἰκουμένῃ ποταμῶν. [5] Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπασαν τὴν γῆν κατὰ τόπους ὄντων συναγωγή.

Hermocratis Iasensis, Grammatici. Uxorem habuit Euphratis Syracusani filiam: ejusque sororis filius fuit Callimachus junior, qui de Insulis oratione ligata scripsit. Tantæ fuit industriæ, ut quovis metri genere poemata scripserit, ac oratione soluta quoque plurima composuerit: adeo ut libri ejus numerum octingentorum superent. Vixit temporibus Ptolemæi Philadelphi, cui antequam commendaretur literas in exiguo vico Alexandriæ Eleusine docuit: & usque ad Ptolemæum Euergetem vitam produxit, qui Olympiadis CXXVII anno secundo regnum suscepit. Ex libris ejus & hi sunt: Jus adventus. Semele. Argorum origines. Arcadia. Glaucus. Elpides. Fabulæ Satyricæ. Tragœdiæ. Comœdiæ. Carmina. Ibis (in quo poemate obscuritatem affectaverat Callimachus, & stilum maledicum strinxerat in quendam Ibin, inimicum suum: qui fuit Apollonius, Argonauticorum scriptor) Museum. Tabulæ eorum, qui in quavis disciplina claruerunt, eorumque quæ scripserunt, libris CXX. Tabula & descriptio eorum, qui fabulas docuerunt, ab initio & secundum seriem temporum. Tabula scriptorum & vocum inusitatarum Democriti. Nomina mensium apud singulas gentes & urbes. Origines insularum & urbium, nominaque earum mutata. De fluminibus Europæ. De mirabilibus Peloponnesi & Italiæ. De mutatis piscium nominibus. De ventis. De avibus. De fluminibus orbis terrarum. Miraculorum, quæ in toto orbe terrarum sunt, collectanea.

Καλλίμαχος Κυρηναῖος, ἐποποιός, ἀδελφιδοῦς τοῦ προτέρου, υἱὸς Στασήνορος, καὶ Μεγατίμας, τῆς ἀδελφῆς Καλλιμάχου.

Καλλίμαχος. Callimachus Cyrenæus, poeta Epicus, superioris ex sorore nepos, filius Stasenoris, & Magatimæ, sororis Callimachi.

Κάλλιμος. [6] ὁ καλός.

Κάλλιμος. Pulcher. Formosus.

Καλλίνικος, Γαΐου, ὁ καὶ Σουτώριος ἐπικληθείς, σοφιστής, Σύρος ὡς δέ τινες, Ἀράβιος. τὸ δὲ ἀληθές, Πετραῖος· σοφιστεύσας ἐν Ἀθήναις. ἔγραψε πρὸς Λοῦπον περὶ κακοζηλίας ῥητορικῆς. Προσφωνητικὸν Γαλιήνῳ. Πρὸς Κλεοπάτραν. Περὶ τῆς κατ' Ἀλεξάνδρειαν ἱστοριῶν βιβλία δέκα. Πρὸς τὰς φιλοσόφων αἱρέσεις. Περὶ τῆς Ῥωμαίων ἀνανεώσεως· καὶ ἄλλα τινὰ ἐγκώμια καὶ λόγους.

Καλλίνικος. Callinicus, Caii filius, Sutorius cognominatus, Sophista, Syrus, vel (ut alii tradunt) Arabius; sed revera Petræus: qui docuit Athenis. Scripsit ad Lupum de Cacozelia Rhetorica. Allocutionem ad Galienum. Ad Cleopatram. De Alexandrinis historiis lib. X. Adversus Philosophorum sectas. De Romanorum renovatione: itemque alia quædam Encomia & orationes.

Καλινδούμενοι. κυλιόμενοι.

Καλινδούμενοι. Qui volvuntur. Qui volutantur.

Καλλίνικος. ὁ Ἡρακλῆς.

Καλλίνικος. Sic dictus est Hercules.

Καλλιόπη. ὄνομα Μούσης.

Καλλιόπη. Calliope. Nomen Musæ.

Κάλλιος. ὄνομα κύριον.

Κάλλιος. Callius. Nomen proprium.

Καλλιπάρῃος. ἡ καλὰς παρειὰς ἔχουσα.

Καλλιπάρῃος. Pulchras genas habens.

1 Πρὶν δὲ συσταθῇ] Malim, πρὶν δὲ συσταθῆναι. Et sic Suidam scripsisse puto.

2 Τῶν δὲ αὐτοῦ βιβλίων ἐστὶ καὶ τ.] De scriptis Callimachi vide Meursium in notis ad Helladii Besantinoi Chrestomathiam. & præcipue eruditiss. Bentlejum ad Callimachum pag. 305. & seqq. qui accuratum scriptorum ejus catalogum nobis exhibet.

3 Ἶβις. ἔστι δὲ ποίημα ἐπιτ.] Ad hujus poematis imitationem Ovidium *Ibidem* suum conscripsisse constat. Vide quæ de carmine hoc Callimachi collegerunt Meursius & Cl. Bentleius locis laudatis.

4 Διδασκάλων] Probo conjecturam Pearsonii, qui legendum suspicatur διδασκαλιῶν. Non enim Callimacho propositum erat ipsos poetas dramaticos, sed fabulas eorum recensere, ut ex locis auctorum, ubi operis istius mentio fit, haud dubie colligitur.

5 Θαυμάτων τῶν εἰς ἅπ.] Legenda omnino sunt, quæ de hoc opere erudite observavit Richardus Bentleius ad Callimachum pag. 327. & seqq.

6 Κάλλιμος. ὁ καλός] Vide Schol. Homeri ad Odyss. Λ. vers. ult.

Κάλλιππος, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, Πλάτωνος μαθητής· [1] ὃς ἐν Συρακούσαις ἀνῃρέθη τυραννεῖν ἐπιχειρήσας· πονηρὸς οὗτος ἱστόρηται [2] παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ, καὶ Δίωνος τοῦ Συρακουσίου προδότης.

Καλλιρόη. κρήνη ἡ ἐν Ἀθήναις, ἥτις πρότερον Ἐννεάκρουνος ἐκαλεῖτο.

Καλλίρροον. καλῶς ῥέοντα.

Καλλισθένης, [3] Δημοτίμου· οἱ δὲ, Καλλισθένους· Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς· ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι. ὁ δ' ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἀνεῖλεν ἅμα Νεάρχῳ τῷ Τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. τινὲς δὲ αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα Ἀλεξάνδρῳ ἀνῃρῆσθαί φασιν ἅμα Νεάρχῳ. ἦν δὲ εὐφυὴς πρὸς τὸ αὐτοσχεδιάζειν καὶ ῥύμῃ πολλῇ φέρεσθαι. καὶ φέρεται λόγος, ὡς ὁ Καλλισθένης [4] ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβολῆς καὶ ἐκβρώσεως τὸν βίον κατέστρεψε. καὶ μαρτυρεῖ ὁ Ἴαμβος οὗτος·

Καὶ φθειριῶσαν, ὡς ὁ πρὶν Καλλισθένης.
περὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης λέγων, ὡς ἠμέλητο πάνυ.

Καλλιστεῖα. [5]

Τοιγὰρ [6] τῷ κρίναντι τὰ καλλιστεῖα Πριήπῳ
Νεβρίδα καὶ χρυσέην τήνδ' ἔθετο πρόχοην.

Καλλίσφυρος. ἡ καλοὺς πόδας ἔχουσα.

Καλλιφάνης, ὁ Παραβρύκοντος. ἐπὶ τῶν προσποιουμένων πολυμάθειαν. [7] οὗτος γὰρ ἀρχὰς ποιημάτων πολλῶν καὶ λόγων συγγεγραμμένων ἄχρι τριῶν ἢ τεσσάρων στίχων ἀπαγγέλλων πολυμαθείας δόξαν προσεποιεῖτο.

Καλοκἀγαθία. ἀγαθότης.

Καλόν. [8] τὸ τελείως σύμμετρον.

Καλὸν [9] πρᾶγμα καλεῖ, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν συμμέτρως ἔχον. [10] Εἴδη δὲ τοῦ καλοῦ δ'· δίκαιον, ἀνδρεῖον, κόσμιον, ἐπιστημονικόν. ἐν γὰρ τοῖσδε τὰς καλὰς πράξεις συντελεῖσθαι. ἀνάλογον δὲ καὶ τοῦ αἰσχροῦ, εἴδη δ'. ἄδικον, δειλὸν, ἄκοσμον, ἄφρον. λέγεσθαι καλὸν, τὸ ἐπαινετοὺς παρεχόμενον τοὺς ἔχοντας ἀγαθὸν ἐπαίνου ἄξιον. ἑτέρως δὲ, τὸ εὖ πεφυκέναι πρὸς τὸ ἴδιον ἔργον· καὶ τὸ ἐπικοσμοῦν, ὅταν λέγωμεν, μόνον τὸν σοφὸν ἀγαθὸν καὶ καλὸν εἶναι. λέγουσι δὲ μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν εἶναι. εἶναι δὲ τοῦτο ἀρετὴν, καὶ τὸ μετέχον ἀρετῆς. ὅπερ ἐστὶν ἴσον τῷ πᾶν ἀγαθὸν

Κάλλιππος. Callippus, Atheniensis, Philosophus, Platonis discipulus, qui Syracusis interfectus est, quod tyrannidem affectaret. Hic apud Plutarchum improbus & Dionis Syracusani proditor fuisse traditur.

Καλλιρόη. Callirhoe, fons Athenis, qui prius vocabatur Ἐννεάκρουνος.

Καλλίρροον. Pulchre fluentem.

Καλλισθένης. Callisthenes, Demotimi, vel ut alii, Callisthenis filius, Olynthius, discipulus Aristotelis, ejusque consobrini filius, quem Alexandro Macedoni comitem dedit. Ille vero ipsum una cum Nearcho Tragico in ferrea cavea inclusum interfecit, quod ipsi suaderet, ne ab Atheniensibus se dominum vocari pateretur. Quidam vero dicunt ipsum una cum Nearcho occisum fuisse propter insidias Alexandro structas. Hic ad ex tempore dicendum ingenio valuit, & in dicendo rapidus fuit. Idem pediculis scatuisse, eoque morbo vitam finivisse dicitur: quod etiam senarius hic testatur: *Et pediculis scatentem, ut olim Callisthenes.* Loquitur ibi poeta de arte medica, significare volens, eam penitus negligi.

Καλλιστεῖα. [Certamen, in quo de formæ præstantia contenditur. In Epigrammate:] *Quare de pulchritudinis præstantia judicanti Priapo pellem hanc cervinam & gutturnium dedicavit.*

Καλλίσφυρος. Pulchros pedes habens.

Καλλιφάνης. Calliphanes, Parabrycontis filius. De iis dicitur, qui falsam variæ eruditionis speciem præ se ferunt. Hic enim multorum poematum & orationum initia ad tres usque vel quatuor versus recitans, variæ doctrinæ laudem affectabat.

Καλοκἀγαθία. Bonitas. Probitas.

Καλόν. Pulchrum. Apte & concinne dispositum.

Καλὸν πρᾶγμα καλ. [Stoici] καλὸν πρᾶγμα vocant, quod ob concinnam dispositionem proprio usui accommodatum est. Honesti vero species sunt quatuor; justitia, fortitudo, temperantia, & scientia. His enim honestas actiones consummari dicunt. Pari etiam ratione turpitudinis quatuor sunt species; injustitia, timiditas, intemperantia, & insipientia. Honestum dicitur, quod eos, qui hoc præditi sunt, laudabiles reddit. Alio vero sensu sic appellatur habilitas naturalis ad munus suum exequendum. Item, quod ornat & decens est: ut, cum dicimus, solum sapientem esse ἀγαθὸν καὶ καλόν. Dicunt autem id solum, quod

1 Ὃς ἐν Συρακούσαις ἀνῃρέθη, τυραννεῖν ἐπιχ.] Vide Athenæum lib. xi. pag. 508.

2 Παρὰ τῷ Πλουτάρχῳ] In *Dione* pag. 981. 982.

3 Καλλισθένης, Δημοτ.] De hoc Callisthene vide Meursium ad Chalcidium pag. 34. ubi accuratum scriptorum ejus catalogum, quorum quidem apud veteres mentio fit, exhibet.

4 Ὑπὸ φθειρῶν ὑπερβολ. καὶ ἐκβρ. τὸν βίον καταστρ.] De morte Callisthenis hujus vide Plutarchum in *Alexandro*, Arrianum *de Exped. Alex. M.* lib. iv. pag. 272. Justinum lib. xv. & Laertium in *Aristotele* Segm. v.

5 Καλλιστεῖα] Sic vocabatur certamen, quo fœminæ apud Lesbios de formæ præstantia contendebant, ut me docuit Scholiasta Homeri ad Il. I. v. 129. cujus verba hæc sunt: Παρὰ Λεσβίοις ἀγὼν ἄγεται κάλλους γυναικῶν ἐν τῷ τῆς Ἥρας τεμένει, λεγόμενος καλλιστεῖα.

6 Τοιγὰρ τῷ κρίναντι τὰ καλλ.] Distichum hoc legitur Anthol. Epigram. lib. vi. cap. viii. pag. 559.

7 Οὗτος γὰρ ἀρχὰς ποιημάτων πολλ. καὶ λόγων συγγ.] Hæc, & quæ sequuntur, deprompta sunt ex Athen. lib. i. pag. 4. ut a Pearsonio quoque observatum esse video.

8 Καλόν. τὸ τελείως σύμμετρον] Hæc sunt verba Laertii lib. vii. Segm. c.

9 Καλὸν πρᾶγμα καλεῖ, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν συμμ. ἔχον] Hæc leguntur apud Laertium lib. vii. Segm. xcix.

10 Εἴδη δὲ καλοῦ δ'. δίκαιον, ἀνδρ.] Hæc & quæ sequuntur usque ad ἐπίτασιν ἐπιδέχεσθαι. sunt verba Laertii lib. vii. Segm. c. ut Pearsonius quoque observaverat.

εἶναι καλὸν, καὶ τὸ ἰσοδύναμον τὸ καλὸν τῷ ἀγαθῷ. δοκεῖ δὲ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἴσα εἶναι· καὶ πᾶν ἀγαθὸν ἐπ' ἄκρον αἱρετὸν, καὶ μήτε ἄνεσιν, μήτε ἐπίτασιν ἐπιδέχεσθαι. Καλὸν δέ ἐστι καὶ τὸ δι' ὄψεως ἢ δι' ἀκοῆς ἡδύ.

honestum est, esse bonum. Hoc autem esse virtutem, & id, quod virtutis est particeps. Quod perinde est ac si dicerent, omne bonum esse honestum; & honestum idem valere quod bonum. Statuunt autem omnia bona esse paria, bonumque omne summe esse appetendum, idque nec remitti nec intendi posse. Καλὸν etiam vocatur id, quod visu & auditu jucundum est.

Κᾶλον. τὸ ξύλον. τὰ κάλω δὲ, Ἀττικῶς.

Κᾶλον. Lignum. Τὰ κάλω vero, Attice dictum est.

Καλοπόδιον. σκυτικὸν ἐργαλεῖον.

Καλοπόδιον. Instrumentum sutorium. Lignea forma pedis.

Καλόπους. [1] ἀπὸ μέρους καλή.

Καλόπους. Proprie, pulchros pedes habens. Sed per synecdochen partis pro toto, pulchra.

Κάλλος. [2] συμμετρία τῶν [3] ὁμοιομερῶν ἐν ἡμῖν μερῶν, προσώπου, τραχήλου, χειρῶν, τῶν ἄλλων μερῶν, ἃ ὕστερά ἐστι τῶν πρώτων δυνάμεων. τῷ δὲ αὐτῷ λόγῳ δεικνύοιτο ἂν ἡ ἰσχὺς αἱρετωτέρα τοῦ κάλλους. πρῶτα γὰρ τὰ ὁμοιομερῆ ἐν ἡμῖν, ἐν οἷς ἡ ἰσχὺς, τῶν ἀνομοιομερῶν, ἐν οἷς τὸ κάλλος. ἕκαστον γὰρ τῶν ἀνομοιομερῶν ἐκ τῶν ὁμοιομερῶν σύγκειται· οἷον τὸ πρόσωπον ἐξ ὀστῶν καὶ νεύρων καὶ σαρκῶν. διὸ καὶ συναναιρεῖται μὲν ἀναιρουμένων. [4] οὐ συναναιρεῖ δὲ ἀναιρούμενον.

Κάλλος. Pulchritudo est apta & concinna partium dissimilarium compositio, ut faciei, colli, manuum, & cæterarum partium, quæ primis facultatibus posteriores sunt. Eadem autem ratione demonstrari etiam queat, robur esse magis expetendum quam pulchritudinem. Similares enim partes, in quibus robur consistit, priores sunt dissimilaribus. Unaquæque enim partium dissimilarium ex similaribus constat: veluti facies ex ossibus, nervis, & carnibus. Hinc illis sublatis & ipsa tollitur: non contra.

Καλὸς κἀγαθός. λέγεται κατὰ συναλοιφὴν, οὐχὶ καλὸς καὶ ἀγαθός. καὶ καλὸς, ὁ ἐρώμενος. [5] Καὶ ἦν τῷ μὲν ἐραστῇ Μέλιτος ὄνομα· τῷ καλῷ δὲ, Τιμαγόρας. τὸ μὲν καλὸς ἐπὶ τῆς ἐν σώματι ὥρας· τὸ δὲ ἀγαθὸς, ἐπὶ τῆς ἐν ψυχῇ. † Ἀπὸ συντάξεως ὀνόματα γίνεται· καλὸς καὶ ἀγαθὸς, καλοκἀγαθία· Θεὸς καὶ ἐχθρὸς, Θεοεχθεία. † [6] Καλοῦ εἴδη τρία· δίκαιον, ἀνδρεῖον, ἐπιστημονικόν.

Καλὸς κἀγαθός. Honestus & probus. Per synalœphen dicitur [καλοκἀγαθός] non vero καλὸς καὶ ἀγαθός. Et καλὸς, qui [ob pulchritudinem] amatur. *Et amatori nomen erat Melitus: amato autem, Timagoras.* Et καλὸς quidem de corporis; ἀγαθὸς vero de animi pulchritudine dicitur. † Nomina sæpe componuntur; ut ex καλὸς καὶ ἀγαθὸς, fit καλοκἀγαθία: ex Θεὸς & ἐχθρὸς, Θεοεχθεία. † Honesti tres sunt species, justitia, fortitudo, scientia.

Καλούμεθα αὐτοὺς, ἀντὶ τοῦ εἰς δικαστήριον ἄξομεν.

Καλούμεθα αὐτούς. In jus eos vocabimus.

Καλούμενος [7] τε καὶ ἄκλητος ὁ Θεὸς παρέσται. Χρησμὸς δοθεὶς Λακεδαιμονίοις.

Καλούμενος. *Vocatus & invocatus Deus aderit.* Oraculum Lacedæmoniis redditum.

Καλώδιον. σχοινίον.

Καλώδιον. Funiculus. Funis.

Καλώνδας. [8] ὄνομα κύριον.

Καλώνδας. Calondas. Nomen proprium.

Κάλως. σχοινίον. καὶ παροιμία· Πάντα κάλων κινεῖν. τροπικῶς ἀπὸ τοῦ ἱστοῦ λέγεται. Ἁπλοῦν σε δεῖ τὰ ἄρμενα· τουτέστι, πάντα κινεῖν, ὑπὲρ τοῦ περιγενέσθαι αὐτοῦ. καὶ κάλως, κάλω, Ἀττικῶς. [9] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Μία μὲν γάρ ἐστιν ἀπὸ κάλω καὶ θρανίου.

ἀπὸ εὐθείας τῆς κάλως.

Κάλως. Funis. Et proverbium: *Omnem funem movere.* Per translationem a malo navis ductam. *Oportet te explicare vela.* Id est, omnia tentare, ut eum superes. Et κάλως, κάλω, Attice. Aristophanes Ranis: *Una quidem ratio, qua ad Inferos descendere queas, est, si scabello conscenso laqueo te strangules.* A recto κάλως.

Καλῶς. [10] ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς καὶ φιλανθρώπως παρὰ Θουκυδίδῃ. Οἷς κόσμος καλῶς τοῦτο δρᾶν. τουτέστι, τὸ λῃστεύειν. οὔτε γὰρ βοῦν ἀροτῆρα ἐλήλατον, ἢ ἔκλεπτον νυκτὸς, οὔτε μετὰ φόνου ἐποίουν τὴν λῃστείαν.

Καλῶς. Pie & humaniter apud Thucydidem. *Quibus decori erat humaniter & moderate latrocinia exercere.* Veteres enim prædones neque bovem aratorem abigebant, neque noctu furabantur, neque latrocinia sua cædibus infamia reddebant.

1 Καλόπους.] Vide supra v. Ἀχιλεύς.

2 Κάλλος. συμμετρία τῶν ὁμοιομερῶν ἐν ἡμῖν μ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Alexandro Aphrod. in *Topica*, pag. 124.

3 Ὁμοιομερῶν] Scribendum est ἀνομοιομερῶν, uti recte legitur apud Alex. Aphrod. loco laudato.

4 Οὐ συναναιρεῖ δὲ ἀναιρ.] In MS. Paris. A. sic scriptum est: οὐ συναναιρεῖται δὲ μὴ ἀναιρουμένων. Sed altera lectio præferenda est: quam & Alex. Aphrodisiensis agnoscit.

5 Καὶ ἦν τῷ μὲν ἐραστῇ Μέλιτος ὄνομα· τῷ καλῷ δὲ Τιμ.] Vide infra v. Μέλιτος.

6 Καλοῦ εἴδη τρία] Vide paulo ante v. Καλὸν, ubi rectius quatuor, non, ut hic, tres tantum species honesti recensentur.

7 Καλούμενός τε καὶ ἄκλ.] Vide quæ diximus supra v. Ἄκλητος.

8 Καλώνδας] Vide supra v. Ἀρχίλοχος.

9 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 216. (135. Ed. Bas. P.)

10 Καλῶς. ἀντὶ τοῦ εὐσεβῶς καὶ φιλ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. v. ut a Porto quoque observatum fuit.

Καλῶς.

Καλῶς. [1] τοῦτο ἐπὶ [2] παραιτήσεως καὶ ἀρνήσεως λέγεται. εἰρηκότος γὰρ δὴ τοῦ Διονύσου πρὸς Εὐριπίδην· Ἐπίθες καὶ σὺ δὴ λιβανωτόν· ἐπήγαγε,

——————Καλῶς·

Ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι, Θεοῖς.

διὸ λέγει ὁ Διόνυσος· Ἴδιοί τινές εἰσι, κόμμα καινόν. † Εἰ καὶ τὰ λοιπὰ περιεῖχε καλῶς τε καὶ εὖ.

Καλπάζειν. τὸ ἁβρῶς βαδίζειν.

Κάλπις. ὑδρία.

Καλοί. [3] Ἀριστοφάνης·

Ἐν τοῖσι τοίχοις ἔγραφον Ἀθηναῖοι καλοί.

ἴδιον [4] ἐραστῶν ἦν τὸ [5] τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τοίχοις, ἢ δένδροις, ἢ φύλλοις δένδρων, οὕτως· Ο ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ.

Καλυδών. πόλις. καὶ Καλυδώνιος πορθμός.

Κάλυκας. σύριγγας. ῥόδα κεκαλυμμένα.

Κάλυμνος. [6] ὁ ἐν Αἰγύπτῳ σῖτος. ἀντὶ τοῦ Καλύμνιος. ὁ γὰρ Φιλάδελφος ἐκ [7] Καλυδῶνος μετήγαγε τὸ σπέρμα. ὁ Ἀπολλόδωρός φησι λέγεσθαι Καλύδνας, ὡς καλύβας.

Καλλύνων. Χθὲς [8] μὲν καὶ πρώην διδρακότες τοῦ καπηλείου, καὶ τοῦ τὰ βάθρα καλλύνειν, καὶ τοὔδαφος κορεῖν.

Κάλλυντρα. κόσμητρα. Ἀντὶ δὲ τοῦ δόρατος κάλλυντρον φέρων, καὶ κόσκινον ἀντὶ τῆς ἀσπίδος, καὶ κόφινον ἀντὶ κράνους, ἐπὶ ὄνου καθήμενος.

Κάλυξ. ἄνθος ῥόδου μεμυκός.

Καλυψώ. ὄνομα Θεᾶς· ἡ μὴ ἁπλῆ, καλύπτουσα δὲ τὸ διανοούμενον. [9] Δολόεσσαν γὰρ λέγει αὐτὴν Ὅμηρος.

Κάλχη. βοτάνη τις, δι᾽ ἧς ἡ πορφύρα βάπτεται.

Καλχαίνειν. [10] κατὰ βάθος μεριμνᾶν. καὶ Κάλχη, ἡ πορφύρα. ὅθεν καὶ πορφύρειν, τὸ μεριμνᾶν.

Κάμαξ. χάραξ. ὀρθὸν ξύλον. λέγεται θηλυκῶς. Οἱ δὲ Πάρθοι στρέφουσιν ὀπίσω τοὺς ἵππους, περὶ τοῖς αὐτῶν αὐχέσι τὰς κάμακας ἑλίξαντες. Καὶ αὖθις·

Καλῶς. Recte. Hoc adverbio utimur, cum aliquid recusamus, vel negamus. Cum enim Bacchus ad Euripidem dixisset: *Impone tu quoque thus:* Euripides subjungit: *Recte. Sunt enim alii Dii, quibus vota facio.* Quare Bacchus respondet: *Sunt peculiaris cujusdam sectæ & novæ religionis homines.* † * * * * * * * * * * * * * * * * *

Καλπάζειν. Molliter incedere.

Κάλπις. Hydria. Situla.

Καλοί. Pulchri: *In parietis scribebant: Athenienses pulchri.* Proprium erat amatorum, eorum, quos amabant, nomina in parietibus, aut arboribus, aut foliis arborum scribere, ad hunc modum: Hic vel ille formosus est.

Καλυδών. Calydon. Urbs. Et Calydonium fretum.

Κάλυκας. Fistulas. Rosas calycibus tectas.

Κάλυμνος. Frumentum Ægyptium. Pro Καλύμνιος. Philadelphus enim ex insulis Calydnis semen in Ægyptum transtulit. Apollodorus ait, Καλύδνας dici ut καλύβας.

Καλλύνων. Verrens. Mundans. *Qui nuper admodum ex caupona profugerant, ubi scamna mundaverant, & pavimentum verrerant.*

Κάλλυντρα. Scopæ. *Pro hasta scopas, pro clypeo cribrum, & pro galea cophinum ferens, & asino insidens.*

Κάλυξ. Flos rosæ clausus.

Καλυψώ. Calypso. Nomen Deæ, sic vocatæ, quod non esset simplex, sed mentem suam dissimularet. Homerus enim eam dolosam vocat.

Κάλχη. Herba quædam est, qua purpura tingitur.

Καλχαίνειν. Alte animo versare. Et Κάλχη, purpura. Unde & πορφύρειν significat cogitationes animo volvere.

Κάμαξ. Palus. Lignum rectum. Pertica. Est generis fœminini. *Parthi vero equos retro convertũt, circa cervices perticas rotantes.* Et iterũ:

1 Καλῶς. τοῦτο ἐπὶ παραιτήσεως καὶ ἀρνήσεως λέγ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Ranas* pag. 253. 254. (165. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἐπὶ παραιτήσεως καὶ ἀρνήσεως] Eandem vim apud Latinos habet vox *benigne*, ut patet ex Horatio, apud quem lib. 1. Epist. VII. aliquis ad cœnam invitatus, & venire recusans, respondet *benigne*. Et eadem epistola alius quidam munus, quod ipsi oblatum fuerat, cum gratiarum actione recusans, itidem *benigne* respondet: quod & ante me observavit Casaubonus *Lect. Theocr.* cap. XVI.

3 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 377. (267. Ed. Bas. *P.*)

4 Ἴδιον ἐραστῶν ἦν τὸ τὰ τῶν ἐρωμ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Τὰ τῶν ἐρωμένων ὀνόματα γράφειν ἐν τοῖς τ.] De hoc more veterum notanda sunt verba Eustathii ad Il. Z. pag. 633. Χρήσιμον δὲ εἰς τὴν παροῦσαν τόπον καὶ τὸ παλαιὸν ἔθος, καθ᾽ ὃ δένδροις ὄντα καὶ πίναξιν ἐνεκόλαπτον οἱ παλαιοὶ τὰ τῶν φιλουμένων ὀνόματα, ὡς εἴ τις ἐρώτης ἢ νύμφαις ἐρῴη τοῦτο ἐποίουν· οἷον, Η ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΗ. Ο ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ. Ὅθεν λαβὼν Εὐριπίδης ἔφη τὸ, μὴ ἂν ἀγαθοὺς εἰπεῖν τὰς γυναῖκας, οὐδ᾽ εἰ πᾶσα τοῦτο τὴν ἐν Ἴδῃ γραμμάτων πλήσειέ τις πεύκην. ἔνθα ὁ νοῦς μὲν, ὡς οὐκ ἂν εὐλογήσοι τὰ γυναικῶν, οὐδ᾽ εἰ πάντα τὰ Ἰδαῖα δένδρα καταγράφειεν καλὰς εἶναι τὰς γυναῖκας. Ad eundem morem referenda sunt verba illa Comici *Vespis* pag. 437.

Καὶ νὴ Δί᾽, ἂν ἴδῃ γέ που γεγραμμένον
Τὸν Πυριλάμπους ἐν θύρᾳ Δῆμον καλόν.

Et per Jovem, si qua forte foribus inscriptum viderit pulchrum Demum Pyrilampis filium. Enarrator ad eum locum: Ἐπέγραφον δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὰ τῶν καλῶν ὀνόματα οὕτως· Ο ΔΕΙΝΑ ΚΑΛΟΣ. Ἔγραφον δὲ καὶ ἐν τοίχοις, καὶ ἐν θύραις, καὶ ὅπου τύχῃ. Doctissimus Florens Christianus in loco illo Comici interpretando humani quid passus est, quoniam putavit, vocem δῆμον ibi significare *vicum*, vel *populum*, cum sit nomen proprium adolescentis formosi, filii Pyrilampis, cujus nomen amatores parietibus & januis pro more solito passim inscribere solebant. Hesychius: Δῆμος. καλὸς Πυριλάμπους υἱὸς ἦν οὗτος. Δῆμος, ὄνομα κύριον, τὴν ὄψιν κάλλιστος. εἰθισμένον δὲ ἦν τοῖς ἐρασταῖς ἐπιγράφειν πανταχοῦ τὰ τῶν παίδων ὀνόματα. Hujus Demi Pyrilampis filii meminit etiam Athenæus lib. IX. pag. 397. ubi Dalechampius itidem vocem δῆμον non sine gravi errore *populum Atheniensem* interpretatur, cum, ut diximus, filium Pyrilampis ibi significet, ut recte monuit Casaubonus ad locum illum Athenæi, & post eum Maussacus ad Harpocrationem v. Πυριλάμπης. Cæterum ad morem illum veterum, de quo diximus, pertinet etiam quod de Phidia refertur, cum nempe in digito Jovis Olympii inscripsisse Παντάρκης καλός: ut testis est Suidas infra v. Ῥαμνουσία. Vide eundem v. Ὁ δεῖνα καλός.

6 Κάλυμνος. ὁ ἐν Αἰγύπτῳ σῖτος] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ quoque habet Etymologus.

7 Ἐκ Καλυδῶνος] Sic habent omnes Editiones. Sed scribendum est Καλυδνῶν, ut apud Etymologum.

8 Χθὲς μὲν καὶ πρώην διδρακότες τοῦ καπ.] Integrum locum auctoris, ex quo fragmentum hoc decerptum est, exhibet Suidas infra v. Γραφεύς.

9 Δολόεσσαν γὰρ λέγει αὐτὴν Ὅμηρος] Odyss. H. v. 245.

10 Καλχαίνειν. κατὰ βάθος μεριμνᾶν] Scholiasta Sophoclis ad *Antigon.* pag. 213. Καλχαίνουσα. ἀντὶ τοῦ πορφύρουσα, καὶ πεπραγμένως φροντίζουσα. Κάλχη γάρ ἐστιν ὁ κόχλος τῆς πορφύρας, ὅπερ ἐκ τοῦ βυθοῦ τῆς θαλάσσης ἀνιοῦσα βάπτει τὴν καλλίστην πορφύραν.

Μυρία, [1] καὶ δολιχὰς δεξαμένη κάμακας.
Οἱ δὲ βάρβαροι δρεπανηφόρῳ κάμακι τὸ σχοινίον, ᾧ εἴχετο ἡ ναῦς, διακόπτουσι. καὶ ἐν τῷ Χιλιοστύς.

Καμάρινα καὶ Γέλλα πόλεις Σικελίας. καὶ Καμαριναῖος, ὁ πολίτης.

Καμαρῖνοι. ὄνομα ἔθνους.

Καμασσηνός. ἐθνικόν.

Καματηρούς. κεκοπιακότας. Μήπως καματηροὺς καὶ πτοηθέντας ἀκμῆσι παραδῶ τοῖς βαρβάροις.

Κάμεια. ὄνομα πόλεως.

Καμειραία ἰσχάς. Βάβριος·
Μικρὸν δ' ἐπισχὼν εἶτ' ἔπειθεν ἐκκύψας
Ψαύειν ἔμελλεν ἰσχάδος Καμειραίας.
Ἀναξανδρίδης δὲ ὁ Ῥόδιος ἐκ Καμείρου ἦν.

Καμηλαύκιον. [2] Ῥωμαίων ἡ λέξις. Ῥηθείη δ' ἂν καὶ Ἑλληνιστὶ παρὰ τὸ καῦμα ἐλαύνειν.

Κάμηλος. τὸ ἀχθοφόρον ζῷον. [3] Ἀριστοφάνης·
Πῶς ἄνευ καμήλου Μῆδος ὢν εἰσέπτατο;
ἐπεὶ διὰ καμήλων ἦλθον οἱ Μῆδοι εἰς τὴν Ἑλλάδα. καὶ καμηλίτης βοῦς οὕτω καλούμενος. [4] Κάμιλος δὲ, τὸ παχὺ σχοινίον.

Κάμιλλος. ὄνομα κύριον. ὁ Ῥωμαίων στρατηγός. ἐν τῷ Ἀχίλλειος εὐχή.

Κάμιρος. [5] ὄνομα κύριον. καὶ ὄνομα πόλεως.

Κάμνειν. [6] ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ ἐργάζεσθαι· καὶ ἐπὶ τοῦ νοσεῖν. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀποθανόντων. [7] Εἴδωλα καμόντων. προσλαβὸν δὲ τὴν ἀπὸ πρόθεσιν, σημαίνει τὸ ἀπειπεῖν καὶ ἀπαγορεῦσαι καὶ ἀπογνῶναι· οἷον, Ἀπέκαμον νουθετῶν, κάμνων, παραινῶν.

Καμμονίη. [8] ἡ ἐκ μονομαχίας νίκη.

Καμόντων. τῶν νεκρῶν
Εἰ [9] καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδώλοισι καμόντων
Ὁλκάς.

Κάμμορος. ὁ ταλαίπωρος.

Καμπανία. χώρα.

Κάμπη.

Καμπιδύκτωρ. [10]

Κάμπιος [11] δρόμος. δρόμοι τινὲς ἦσαν κάμπιοι, οὐκ εὐθεῖς καὶ ἁπλοῖ, ἀλλὰ καμπὰς ἔχοντες.

Κάμπτω. [12] Ὠιδὰς ἔκαμπτεν, ὁπόσας ὁ Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ ἔστρεφε.

Κάμπτω σε. αἰπολικῇ. ἀντὶ τοῦ μαλακίζω τὴν ψυχήν σου.

Quæ [*saxa*] *innumera, hastasque longas excepi.* † *Barbari vero pertica falcata funem, quo navis retinebatur, scindunt.* Vide etiam in v. Χιλιοστύς.

Καμάρινα & Γέλλα urbes Siciliæ. Et Camarinæus, Camarinæ civis.

Καμαρῖνοι. Camarini. Nomen gentis.

Καμασσηνός. Camassenus. Nomen gentile.

Καματηρούς. Defatigatos. *Ne milites defatigatos Barbaris integris objiciam.*

Κάμεια. Camea. Nomen urbis.

Καμειραία ἰσχάς. Camiræa ficus. Babrius: *Paulisper autem moratus, cum capite exserto gustaturus esset ficus Camiræas.* † Anaxandrides Rhodius erat Camiræus.

Καμηλαύκιον. Vox Latina. Potest tamen etiam vocabulum hoc deduci a Græco καῦμα ἐλαύνειν, [quod æstum propulsare significat.]

Κάμηλος. Camelus. Aristophanes: *Quomodo sine camelo, Medus cum sit, huc advolavit?* Medi enim camelis vecti in Græciam venerunt. Et bos Camelites, ita vocatus. Κάμιλος vero, per ι, crassus funis.

Κάμιλλος. Camillus. Nomen proprium. Romanorum Imperator. Quære in Ἀχίλλειος εὐχή.

Κάμιρος. Nomen proprium. Et nomen urbis.

Κάμνειν. Facere. Elaborare. Item, ægrotare. Dicitur etiam de mortuis. [Homerus:] *Umbræ mortuorum.* Cum autem præpositionem ἀπὸ assumit, significat defatigari, molestiæ succumbere, animum despondere: ut, Defatigatus sum admonendo, laborando, hortando.

Καμμονίη. Victoria ex singulari certamine reportata.

Καμόντων. Defunctorum. Mortuorum. *Quamvis cymba tua onusta sit umbris mortuorum.*

Κάμμορος. Miser. Ærumnosus.

Καμπανία. Campania, regio.

Κάμπη. Eruca.

Καμπιδύκτωρ. Campidoctor.

Κάμπιος δρόμος. Cursus obliquus. Erant quidam cursus, κάμπιοι vocati, qui non erant recti, nec simplices; sed flexus habebant.

Κάμπτω. Flecto. *Cantica modulabatur, quæ Nero vario vocis flexu cantare solebat.*

Κάμπτω. Flecto te. Id est, animũ tuum mollio.

1 *Μυρία, καὶ δολιχὰς δεξαμένη κάμ.*] Pentameter hic est pars Epigrammatis in clypeum, quem miles bello defunctus in templo suspendit, ut discimus ex Anthol. lib. VI. cap. XXV. pag. 576. unde sensus loci hujus supplendus est.

2 *Καμηλαύκιον*] Vide Schol. Aristoph. ad *Acharn.* pag. 393. (280. Ed. Bas. P.)

3 *Ἀριστοφάνης*] *Avibus* pag. 554. (379. Ed. Bas. P.)

4 *Κάμιλος δὲ, τὸ παχὺ σχοινίον*] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas*, pag. 505. Huc spectant verba illa Theophylacti ad Matth. cap. XIX. *Τινὲς δὲ κάμηλον οὐ τὸ ζῷον φασὶν, ἀλλὰ τὸ παχὺ σχοινίον, ᾧ χρῶνται οἱ ναῦται πρὸς τὸ ῥίπτειν τὰς ἀγκύρας.* Locum hunc acceptum refero Pearsonio, qui eum ad marginem Suidæ sui notaverat.

5 *Κάμιρος*] Vide Etymologum.

6 *Κάμνειν. ἐπὶ τοῦ ποιεῖν καὶ ἐργ.*] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam apud Etymologum.

7 *Εἴδωλα καμόντων*] Homerus Odyss. Λ. v. 475.

8 *Καμμονίη. ἡ ἐκ μονομαχίας νίκη*] Ex Scholiasta Homeri ad Il. X. v. 257. Huc spectant verba Plutarchi in libello *De audiendis Poetis* pag. 22. ubi *καμμονίαν* apud Æoles significare ait *νίκην τὴν ἐξ ἐπιμονῆς καὶ καρτερίας.* Vide etiam Hesychium & Etymologum.

9 *Εἰ καί σοι βέβριθεν ὑπ' εἰδ.*] Epigramma integrum, ex quo verba hæc decerpta sunt, exstat Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 420.

10 *Καμπιδύκτωρ*] Miseret me Porti, qui voce hac erucarum morsorem vel devoratorem significari putabat, quasi a *κάμπη* & *δάκνω*; cum dictum sit pro eo, quem Latini *campidoctorem* appellant (unde *καμπιδόκτωρ* potius a Suida dici debuisset:) de cujus vocis significatione vide Valesium ad Amm. Marcell. pag. 69.

11 *Κάμπιος δρόμος. δρόμοι τινὲς ἦσαν κάμπ.*] Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 691. *Κάμπιος δρόμος, οὐκ εὐθὺς καὶ ἁπλοῦς, ἀλλὰ καμπὰς ἔχων.* Hinc Suidas sua mutuatus est.

12 *Ὠιδὰς ἔκαμπτεν, ὁπόσας ὁ Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ ἔστρεφε*] Hæc sunt verba Philostrati lib. IV. *de Vita Apollon.* cap. XIII. pag. 199.

Καμ-

Καμπύλα[1] τόξα. Ὅμηρος.[2] συνέμιξε τὸ κατὰ τὸ τόξου λόγον τῷ κατὰ τὸ βέλος. Καμπύλα μὲν γὰρ τόξα, τουτέστιν, ἐπικαμπῆ. Πεπτωκότα δὲ ἄλλυδις ἄλλη τὰ βέλη. ὡς χοῖνιξ τὸ μέτρον καὶ τὸ μετρούμενον. καὶ κοτύλη ὁμοίως.

Καμπύλα τόξα. Curvi arcus. Homerus [Il. Φ. 503.] vocabulum τόξα pro sagittis posuit, & tamen epithetum ei tribuit, quod arcui proprie convenit. Καμπύλα enim, id est, *incurva*, de arcu proprie dicitur. At illa, πεπτωκότα δ' ἄλλυδις ἄλλη, non arcui, sed sagittis conveniunt. Eodem modo chœnix & mensura dicitur & res mensurata: & cotyle pariter.

Καμπυλιάζειν. κάμπτειν καὶ στρέφειν.

Καμπυλιάζειν. Flectere & vertere.

Καναστραῖα.[3] κοῖλά τινα ἀγγεῖα.

Καναστραῖα. Vasa quædam concava.

Καναχηδόν. μετὰ κτύπου.

Καναχηδόν. Cum strepitu.

Κανδάκη.[4] ἡ τῶν Αἰθιόπων βασίλισσα. καὶ ζήτει ἐν τῇ Ἀλεξάνδρου ἱστορίᾳ.

Κανδάκη. Candace Æthiopum Regina. Quære in Alexandri historia.

Κανδήλα. παρὰ τὸ καίειν δῆλα.

Κανδήλα. Candela. Sic dicta, quod clarum lumen præbeat.

Κάνδυλος.[5] βρῶμα διὰ μέλιτος καὶ γάλακτος σκευαζόμενον· ὡς καὶ ἀβυρτάκη[6] ἐρύκων βρῶμα.[7] καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀκρόδρυα.

Κάνδυλος. Edulium, quod ex melle & lacte conficitur: ut abyrtace, cibus ex leguminibus fresis confectus. Vide in Ἀκρόδρυα.

Κάνδυς. χιτὼν Περσικός. Ἀποδύσαντες δὲ τὸν κάνδυν, καὶ τὰς ἀναξυρίδας ἐξελκύσαντες, καὶ τὸν πῖλον ἀφελόντες.

Κάνδυς. Candys, vestis Persica. *Cum autem candyn exuissent, & femoralia ei detraxissent, pileumque abstulissent.*

Κάνναις καὶ καλάμαις χρῶνται οἱ Νομάδες εἰς τὴν σκηνοποιΐαν.

Κάνναις. Cannis & stipulis utuntur Numidæ ad casas faciendas.

Κάνεον. τὸ κανίσκιον. καὶ Κάνειον, ὁμοίως.

Κάνεον & Κάνειον. Canistrum.

Κάνης.[8] ὁ ψίαθος. καὶ κλίνεται κάνητος.

Κάνης, κάνητος. Storea.

Κανηφόροι.[9] Φιλόχορός φησιν, ὡς Ἐριχθονίου βασιλεύοντος πρῶτον κατέστησαν αἱ ἐν ἀξιώματι παρθένοι φέρειν τὰ κανᾶ τῇ θεῷ. ἐφ' οἷς ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν τοῖς τε Παναθηναίοις καὶ ταῖς ἄλλαις πομπαῖς.

Κανηφόροι. Canistriferæ. Philochorus ait, Erichthonio regnante virgines nobiles primum lectas fuisse, quæ Panathenæis & in aliis pompis Minervæ canistra ferrent, in quibus inerant ea, quæ ad sacrificia pertinebant.

Κάνθαρος, Ἀθηναῖος, κωμικός. μνημονεύεται τούτου δράματα, Μήδεια, Τηρεύς, Συμμαχίαι, Μύρμηκες, Ἀηδόνες.

Κάνθαρος. Cantharus, Atheniensis, Comicus. Hujus fabulæ memorantur, *Medea, Tereus, Symmachiæ, Formicæ, Lusciniæ.*

Κάνθαρος.[10] παρὰ τὸν κάνθωνα, τουτέστι τὸν ὄνον. καὶ παρὰ τὸν[11] ὀρόν, τουτέστι τὸ σπέρμα. Φασὶ γὰρ ὅτι ὁ κάνθαρος οὕτω τίκτεται. ἐπὰν εὕρῃ ὄνου κόπρον στρογγύλην, μένει κυλίων τοῖς ποσί, καὶ ἐν τῷ κυλίειν ἀποσπερμαίνει. καὶ ἐκ τούτου ὁ κάνθαρος τὸ ζῷον γίνεται. ὅθεν καὶ τὴν ὀνομασίαν ἔχει παρὰ τὸν κάνθωνα, καὶ

Κάνθαρος. Scarabæus. Dictus a nomine κάνθων, asinus, & ὀρός, semen. Aiunt enim scarabæum ita generari. Invento asini stercore rotundo in eo manet, pedibus ruspans: & inter ruspandum semen emittit, ex quo scarabæus nascitur: unde & nomen habet. Dictus enim est a nomine κάνθων, asinus,

ubi verba fiunt de citharœdo quodam, qui Romæ carmina Neronis mercede cantare solebat. Lege ibi locum integrum. Significat hic autem τὸ κάμπτειν in cantandis carminibus vocem varie inflectere, & molli quadam modulatione uti, quod facere solent illi, qui artis suæ peritiam ostendere volunt. Hesychius: Κάμπτειν, τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ καμπὰς ποιεῖν. Respexit Grammaticus ille, uti & Philostratus, ad locum illum Comici *Nubib.* pag. 178.

Εἰ δέ τις αὐτῶν βωμολοχεύσαιτ', ἢ κάμψειέν τινα καμπήν,
Οἵας οἱ νῦν τὰς κατὰ Φρῦνιν, ταύτας τὰς δυσκολοκάμπτους,
Ἐπετρίβετο τυπτόμενος πολλάς, ὡς τὰς Μούσας ἀφανίζων.

Id est: *Quod si quis verniliter auditorum auribus blandiretur, aut in cantando vocem varie inflecteret, secundum eam modulandi rationem, quam Phrynis introduxit, haud parum sane difficilem; illico verberibus cædebatur, ut qui artem musicam corrumperet.*

1 Καμπύλα τόξα. Ὅμηρος] Locus Homeri, ad quem nota hæc Suidæ referenda est, exstat Il. Φ. v. 503. ubi Poeta inquit:

——Λητὼ δὲ συναίνυτο καμπύλα τόξα
Πεπτεῶτ' ἄλλυδις ἄλλα.

Id est: *Latona autem sagittas incurvi arcus, quæ passim sparsæ jacebant, collegit.*

2 Συνέμιξε τὸ κατὰ τοῦ τόξου λ.] In hoc loco interpretando sensum potius quam verba spectavi. Si enim, more Porti, verbis stricte & religiose inhærere voluissem, versio mea non solum frigida, sed etiam obscura & inutilis prorsus futura fuisset.

3 Καναστραῖα] Vide Hesychium v. Κάναστρον.

4 Κανδάκη. ἡ τῶν Αἰθιόπων βασίλισσα] Ejus meminit Strabo diversis in locis.

5 Κάνδυλος. βρῶμα διὰ μέλιτος καὶ γάλ.] Vocabulum hoc Photius in Lexico inedito sic exponit: Κάνδυλος. σκευασία ὀψοποιϊκὴ μετὰ γάλακτος καὶ στέατος καὶ μέλιτος. ἦσαν δὲ διὰ κρέως καὶ ἄρτου καὶ τυροῦ. οὕτως Ἀριστοφάνης. Athenæus lib. XII. cap. III. idem edulium vocat κάνδαυλον, idque ex Hegesippo sic describit: Γίνεται δ' αὐτὴν φησὶν ὁ Ταραντῖνος Ἡγήσιππος ἐξ ἑφθοῦ κρέως, καὶ κνηστοῦ ἄρτου, καὶ Φρυγίου τυροῦ, ἀνήθου τε καὶ ζωμοῦ πίονος. Alii cibum hunc κόνδυλον appellant, secuti auctoritatem Aristophanis in *Pace* pag. 631. ubi inter alia & hæc leguntur:

Κολλύραν μεγάλην, καὶ κόνδυλον ἑφθὸν ἐπ' αὐτῇ.

Sed illi mentem Comici non sunt assecuti. Is enim, cum κάνδυλον dicere debuisset, præter expectationem κόνδυλον dixit: quod lepidum genus jocandi Aristophani perquam familiare esse constat. Hoc si Florenti Christiano ad dictum locum Comici in mentem venisset, haud puto eum diu dubitaturum fuisse, utrum edulium hoc κάνδυλος an vero κόνδυλος appellatum fuerit.

6 Ἐρύκων βρῶμα] Florens Christianus loco laudato scribendum putat ἐρεικτῶν, i.e. e leguminibus fresis: quod non displicet. Nam vulgata lectio ἐρύκων manifeste corrupta est.

7 Καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀκρόδρυα] Sed ibi legitur κάνδυς, non κάνδυλος. Quare existimo verba hæc ad sequentia pertinere, & legi debere post vocem ἀφελόντες.

8 Κάνης] Apud Etymologum pro κάνης scriptum est κάνη. Vide eum v. Κάναστρον.

9 Κανηφόροι. Φιλόχορός φησιν, ὡς Ἐριχθ.] Eadem habent Harpocratio & Photius in Lexico inedito.

10 Κάνθαρος παρὰ τὸν κάνθωνα —— ἀποσπερμαίνει] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 630. (437. Ed. Bas. P.)

11 Ὀρόν] Lege θορόν, ut apud Enarratorem Comici.

τὸν ὀρὸν, τουτέστι, τὸ σπέρμα· κάνθορός τις ὤν. ἢ παρὰ τὸ θορὸν, ὃ δηλοῖ τὸ σπέρμα. ἢ ὁ θορῶν περὶ τὰ κάνθωνα· ἀντὶ τοῦ, περὶ τὴν κόπρον τοῦ ὄνου. ἢ ὁ ἐκ τοῦ κάνθωνος ὀρούων. Κάνθων δὲ κυρίως ὁ ὄνος. Κάνθαρος δὲ τὸ ζῶον. καὶ [1] ὄνομα λιμένος ἐν Ἀθήνησι. καὶ εἶδος ποτηρίου. † [2] Κάνθαρος θῆλυς οὐ γίνεται, ἀλλὰ πάντες ἄρσενες γεννῶνται).

Κανθάρου μελάντερος. παροιμία. Μένανδρος Θησαυρῷ. καὶ, Κανθάρου σοφώτερος. ἐπὶ τῶν πονηρῶν καὶ κακοήθων.

Κανθήλη. πόλις.

Κανθήλιος. βραδὺς νοῆσαι. ἢ ἀφυής. [3] ἢ ὄνος μέγας. [4] Ξενοφῶν λέγει· Ἐν Βαβυλῶνι οἱ φοίνικες οὐ μείονες ἢ πλεθριαῖοι τὸ μέγεθος γίνονται· [5] οἱ δὴ πιεζόμενοι ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτοῦνται, ὥσπερ ὄνοι κανθήλιοι. καὶ Πολύβιος· Ἐν γὰρ τοῖς ἐπιδεδεμένοις φορτίοις τὰ κανθήλια λαβόντας ἐκ τῶν ὄπισθεν, προθέσθαι περὶ αὐτῶν ἐκέλευσε τοὺς πεζούς. οὗ γενομένου, συνέβη παρὰ πάντας χάρακας ἀσφαλέστατον γενέσθαι τὸ πρόβλημα.

Κάνθων. ὄνος.

Κανόνιον. οὕτω καλεῖται ἡ οἱαδήποτε πραγματεία, κἂν πλειόνων τυγχάνῃ πτυχίων, ἢ στίχων, ἢ παγινῶν. Στίχον δὲ, τὸν κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος ὀνομαζόμενον, ἀπὸ ἀριστερῶν ἐπὶ δεξιὰ ἀναγινωσκόμενον. Σελίδιον δὲ, τὸ ἀπὸ τοῦ ἄνωθεν ἀναγινωσκόμενον ἐπὶ τὰ κάτω.

Κανονίς. ἐργαλεῖον καλλιγραφικόν. ἐν [6] Ἐπιγράμματι· Καὶ κανονίδ' ὑπάτην.

Κάννος [7] καὶ Βύβλος. ὄνομα κύριον. ἀμφότεροι δυστυχήσαντες.

Κανοῦν. [8] κανίσκιον. παρὰ τὴν τῶν Διονυσίων ἑορτὴν Ἀθήνησιν αἱ εὐγενίδες ἐκανηφόρουν. ἦν δὲ ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα τὰ κανᾶ, ἐφ' ὧν τὰς ἀπαρχὰς πάντων ἐτίθεσαν. [9] κανοῦν δὲ ἀπὸ τοῦ [10] κνεῖν. ἐν τῷ κανῷ γὰρ ἐκρύπτετο ἡ μάχαιρα καὶ ταῖς ὀλαῖς καὶ τοῖς στέμμασι. [11] Ἀριστοφάνης·

Κανοῦν δ' ἔχοντες, καὶ χύτραν, καὶ μυῤῥίνας,
Πλανώμεθα ζητοῦντες τόπον ἀπράγμονα.

Τὰ [12] πρὸς θυσίαν κομίζουσιν, ἵνα οἰκίσαντες ἐπὶ τῇ ἱδρύσει θύσωσι. χύτραις γὰρ ἵδρυον. οἱ δέ φασιν, ὅτι ἀμυντήρια τῶν ὀρνέων ἐβάσταζον· ἀντὶ ὅπλου μὲν, κανοῦν· ἀντὶ δὲ περικεφαλαίας, χύτραν, ἵνα μὴ ἐφιπτάμενα τὰ ὄρνεα τύπτῃ αὐτούς. τὰς δὲ μυῤῥίνας, πρὸς τὸ ἀποσοβεῖν.

Κάνωβος. ὄνομα κύριον. καὶ ὄνομα πόλεως.

& ὀρὸς, semen; quasi dicas asini semen. Vel a nomine θορὸς, quod itidem semen significat. Vel, quod circa stercus asini saliat. Vel, quod ex asino prodeat. Κάνθων autem proprie asinus. Κάνθαρος vero scarabæus. Item, portus Athenis sic vocatur; & genus poculi. Scarabæus fœmina non existit, sed omnes mares gignuntur.

Κανθάρου μελ. *Scarabæo nigrior.* Proverbium. Menander *Thesauro.* Et, *Scarabæo callidior.* De improbis & malignis dicitur.

Κανθήλη. Canthele. Urbs.

Κανθήλιος. Tardus ad intelligendum. Hebeti ingenio præditus. Item, asinus magnus. Xenophon inquit: *Babylone palmæ non minores jugeri magnitudine nascuntur: quæ, quum onere premuntur, sursum curvantur, ut asini clitellarii.* Et Polybius: *Nam clitellas, quas inter sarcinas a tergo habebant, pedites capere & ante se ponere jussit. Quod cum fecissent, munimentum omni vallo firmius effecerunt.*

Κάνθων. Asinus.

Κανόνιον. Ita vocatur quilibet liber, vel quodlibet opus, quamvis sit plurium tabellarum, vel versuum, vel paginarum. Στίχον autem secundum communem consuetudinem voco versum, qui a sinistra ad dextram legitur. Σελίδιον vero, qui a parte superiori ad inferiorem legitur.

Κανονίς. Instrumentum scriptorium. Regula. In epigrammate: *Et regulam summam.*

Κάννος. Cannus & Byblus. Nomina propria virorum, qui ambo infelices fuerunt.

Κανοῦν. Canistrum. In festo Bacchanalium Athenis virgines nobiles canistra aurea ferebant, in quibus primitias omnium frugum ponebant. Κανοῦν vero dictum est a κανεῖν, occidere. In canistro enim gladius molis & corollis occultabatur. Aristophanes: *Canistrum autem habentes, & ollam, & ramos myrteos, vagamur, quærentes locum quietum & a turbis remotum.* Res ad sacrificium necessarias ferunt, ut urbe condita dedicationis gratia Diis sacrificent. Ollis enim in dedicationibus uti solebant veteres. Alii vero dicunt, eos ad propulsandam avium vim ista gestasse: & quidem canistrum pro clypeo, & ollam pro galea; ne aves advolantes eos rostris infestarent. Ramos vero myrteos, ut [aves] abigerent.

Κάνωβος. Canobus. Nomen proprium viri & urbis.

1 Καὶ ὄνομα λιμένος ἐν Ἀθήνησι] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Pacem* pag. 633.

2 Κάνθαρος θῆλυς οὐ γίνεται, ἀλλὰ πάντες ἄρσενες γεννῶνται] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 625.

3 Ἢ ὄνος μέγας. Ξενοφῶν λ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur etiam apud Scholiastam Aristoph. ad *Vespas*, pag. 441.

4 Ξενοφῶν] *De Instit. Cyri* lib. VII. pag. 190. ut Portus monuit.

5 Οἱ δὴ πιεζόμενοι ὑπὸ βάρους ἄνω κυρτ.] Vide quæ de sensu hujus loci erudite disputat Gatakerus Adversar. Miscell. lib. I. cap. II.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XXVI. Epigr. I. ut a Porto observatum fuit.

7 Κάννος καὶ Βύβλος. ὄνομα κύριον] Lege Καῦνος καὶ Βυβλίς. ὀνόματα κύρια. De his vide Ovidium *Metamorph.* lib. IX. qui incestum & infelicem amorem Byblidis erga fratrem suum Caunum prolixe & eleganter describit.

8 Κανοῦν. κανίσκιον. παρὰ τὴν τῶν Διονυσ. ——— ἐτίθεσαν] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharn.* pag. 383.

9 Κανοῦν δὲ ἀπὸ τοῦ κνεῖν ——— στέμμασι] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 695. (471. Ed. Bas. *P.*)

10 Κνεῖν] Lege καίνειν, ut apud Etymologum.

11 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 544 (370. Ed. Bas. *P.*)

12 Τὰ πρὸς θυσίαν κομίζουσι ——— ἀποσοβεῖν] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Aves* pag. 544.

Κανω-

Κάνωπος. ὁ ἐν Αἰγύπτῳ. Ποτὲ, ὡς λόγος, Χαλδαῖοι τὸν ἴδιον Θεὸν, ὅπερ ἐστὶ τὸ πῦρ, ἀποτεμνόμενοι, πανταχοῦ περιέφερον· ὥστε τοῖς Θεοῖς πᾶσι τῶν ἐπαρχιῶν συμβεβληκέναι, καὶ τὸν νικῶντα ἐκεῖνον παρὰ πάντων νομίζεσθαι Θεόν. τῶν μὲν οὖν ἄλλων ἐπαρχιῶν οἱ Θεοὶ ἀπὸ χαλκοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ ξύλου, ἢ λίθου, ἢ ἄλλης τοιαύτης ὕλης ἐτύγχανον ἱδρυμένοι· ἡ δὲ τοιαύτη ὕλη εὐχερῶς ἀπὸ τοῦ πυρὸς διεφθείρετο· ὥστε πανταχοῦ τὸ πῦρ ἀναγκαίως νικᾶν. Τοῦτο ἀκούσας ὁ τοῦ Κανώπου ἱερεὺς, πανοῦργόν τι τοιοῦτον ἐνεθυμήθη. Ὑδρίαι ἐν τοῖς μέρεσι τῆς Αἰγύπτου εἰώθασι γίνεσθαι ὀστράκιναι, τρήσεις ἔχουσαι λεπτὰς συνεχεῖς, ὥστε διὰ τῶν τρήσεων ἐκείνων τὸ τεθολωμένον ὕδωρ διυλιζόμενον ἀποδίδοσθαι καθαρώτατον. ἐκ τούτων τῶν ὑδριῶν μίαν λαβὼν ὁ τοῦ Κανώπου ἱερεὺς, καὶ τὰς τρήσεις ἐκείνας ἀποφράξας κηρῷ, καὶ διαφόροις ζωγραφήσας χρώμασι, πληρώσας ὕδατος ἔστησεν ὡς Θεόν· καὶ ἀποτεμὼν παλαιοῦ ἀγάλματος τὴν κεφαλὴν, ὅπερ ἐλέγετο Μενελάου πρὸς κυβερνήτου γεγενῆσθαι, ἐπιμελῶς ἐπιθεὶς, ἥρμοσεν αὐτὴν τῷ ἀγάλματι. παραγένοντο μετὰ ταῦτα οἱ Χαλδαῖοι· ἀνήφθη τὸ πῦρ, καὶ ὁ κηρὸς, δι' οὗ αἱ τρήσεις ἐτύγχανον πεφραγμέναι, διελύετο. τῆς δὲ ὑδρίας ἱδρώσης, καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῶν τρήσεων ἐκβαλλούσης, ἐσβέννυτο τὸ πῦρ. οὕτω τε τῇ πανουργίᾳ τοῦ ἱερέως Κάνωπος τῶν Χαλδαίων νικητὴς ἀνεδείχθη. καὶ ἀπὸ τότε λοιπὸν ὡς Θεὸς ἐτιμᾶτο. † [1]Ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ ἔστιν ἐν Κανώβῳ. οὕτω καὶ πλέον καὶ ἔλαττον ἁμάρτημα ἐπίσης οὐκ ἔστιν ἐν τῷ κατορθοῦν. σαφέστερον δέ ἐστιν ἐν τῷ Ἀμπλάκημα.

Κάνωπος. Canopus. Deus Ægyptiorum. Chaldæi olim, ut fertur, Deum suum, qui est Ignis, ubique circumferebant, potentiam ejus magnificis verbis extollentes, ut cum omnium gentium Diis in certamen descenderet, & is, qui cum vicisset, ab omnibus Deus judicaretur. Cum igitur cæterarum gentium Dii ex ære, vel argento, vel ligno, vel lapide, vel simili materia, quæ igne facile consumebatur, facti essent, ignem ubique vincere necesse erat. Eo audito Canopi sacerdos hujusmodi quid callide commentus est. Hydriæ fictiles, minutis foraminibus plenæ, in Ægypto confici solebant, ut per foramina illa aqua turbida percolata redderetur limpida. Harum hydriarum unam Canopi sacerdos, aqua repletam, ut Deum in medio statuit; postquam foramina ejus cera obturasset, variisque coloribus depinxisset, & caput veteris simulacri, quod Menelai cujusdam gubernatoris fuisse dicebatur, amputatum ei accurate adaptasset. Venerunt postea Chaldæi: accensus est ignis; ejusque calore cera, qua obturata erant foramina, liquescere cœpit. Hydria igitur sudante, & aqua per foramina effluente, ignis exstinctus est. Sic igitur callido sacerdotis commento Canopus victor e certamine discessit, & ex eo tempore ut Deus cultus est. † Qui centum stadia, & qui unum tantum abest a Canobo, æque non est in Canobo. Sic etiam majus & minus peccatum æque sunt extra recte faciendi rationem. Hæc clarius traduntur in v. Ἀμπλάκημα.

Κἂν ᾖ σφαλῆτ', ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου. [2]Ἀριστοφάνης. ἐν τῷ, Ἀπὸ καλοῦ ξύλου.

Κἂν ᾖ σφαλ. *Et si quid peccaveritis, ex nobiliori saltem ligno [pendere juvabit.]* Aristophanes. Vide in v. Ἀπὸ καλοῦ ξύλου.

Κάππα διπλοῦν. ἀντὶ τοῦ κακόν. Τρία [3] κάππα κάκιστα· Καππαδοκία, Κρήτη, καὶ Κιλικία.

Κάππα διπλοῦν. *Cappa duplex.* Id est, malum. *Tria cappa sunt pessima: Cappadocia, Creta, & Cilicia.*

Καππάδοξ. μόνον τῶν εἰς οξ διὰ τοῦ ο μικροῦ. λέγεται δὲ καὶ Καππαδόκης ἡ εὐθεῖα. καὶ Καππαδόκιον τέρας.

Καππάδοξ. Hoc nomen solum inter ea, quæ desinunt in οξ, per ο parvum scribitur. Dicitur autem & Καππαδόκης in recto casu. Et Cappadocium monstrum.

Κάππαρις. εἶδος βοτάνης, ἧς ὁ καρπὸς ἰατροῖς δοκεῖ εἶναι ὀνήσιμος. [4]Ὁ δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὤμνυε κάππαριν, καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα.

Κάππαρις. Capparis, genus herbæ, cujus fructus medicis videtur esse utilis. † Zeno Citticus per capparim jurabat, ut Socrates per canem.

Κάππαρις.[5] παρὰ τὸ ἐκ τοῦ κάμπου αἴρεσθαι.

Κάππαρις. Capparis, inde dicta, quod ex campo tollatur: [quasi dicas κάμπαρις.]

Κάπετος. σορὸς, θήκη, τάφρος. παρὰ τὸ σκάπτω, σκάπετος, καὶ κάπετος.

Κάπετος. Loculus. Theca. Sepulcrum. A verbo σκάπτω. Unde σκάπετος, & sublato σ, κάπετος.

Καπιτωλεῖον. τὸ ἱερόν. Καπιτώλιον δέ.

Καπιτωλεῖον. Templum Jovis Capitolini. Καπιτώλιον vero, [arx Capitolina.]

Κάπη.[6] ἡ Φάτνη. παρὰ τὸ κάπτειν, τὸ ἐσθίειν. [7]κάπος δέ ἐστι τὸ πνεῦμα· ἢ ἀπὸ τῶν ἀσθμάτων

Κάπη. Præsepe. A verbo κάπτειν, edere. Vel a κάπος, spiritus, flatus: quod equorum

1 Ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου. καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ ἔστιν ἐν Καν.] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CXX.

2 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 246. (159. Ed. Bas. P.)

3 Τρία κάππα κάκιστα. Καππαδ.] Constantinus Porphyrog. lib. I. *Them.* II. Διαβεβόηνται δὲ παρὰ πᾶσιν ἐπὶ κακοτροπίᾳ τὸ τῶν Καππαδόκων γένος, ὡς καὶ παροιμίαν περὶ αὐτῶν ἐξενεχθῆναι τοιαύτην· Τρία κάππα κάκιστα· Καππαδοκία, Κρήτη, Κιλικία. Affert deinde hanc in rem duo Epigrammata vetera, quæ etiam leguntur Anthol. lib. II. cap. XLIII.

4 Ὁ δὲ Ζήνων ὁ Κιτιεὺς ὤμνυε κάππαριν, καθάπερ Σωκράτης τὸν κύνα] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. XXXII. Idem etiam de Zenone refert Athen. lib. IX. pag. 370.

5 Κάππαρις. παρὰ τ.] Vide Etymologum.

6 Κάπη. ἡ φάτνη. παρὰ τὸ κάπτ.] Eadem habet Etymologus.

7 Κάπος δέ ἐστι τὸ πνεῦμα] Locus hic ex Etymologo sic legendus & supplendus est: Ἢ παρὰ τὸ κάπος, κάπη (κάπος δέ ἐστι τὸ πνεῦμα) τουτέστιν, ἢ ἀπὸ τῶν ἀσθμ. &c.

τῶν

τῆς ἵππου καταπνεομένη. ἢ παρὰ τὸ ἐσκάφθαι, καὶ κεκοιλᾶνθαι.

flatu perflетur. Vel a σκάπτω, excavo. Præsepe enim est excavatum.

Καπηλείας. ἐμπορίας. καὶ Καπηλεῖον.

Καπηλείας. Artis cauponariæ. Et Καπηλεῖον, caupona.

Καπηλικῶς.[1] ἀντὶ τοῦ [2] πανηγυρικῶς. ἐπεὶ οἱ κάπηλοι οἰνοθολοῦσι [3] τὸν οἶνον, συμμιγνύντες αὐτῷ σαπρόν. Οἱ κάπηλοι ὑμῶν θολοῦσι τὸν οἶνον.

Καπηλικῶς. Fraudulenter. Dolose. Caupones enim adulterant vinum, vappam cum eo miscentes. *Caupones vestri vinum turbant.*

Καπηλίς. παρὰ τὸ κακύνειν τὸν πηλόν. πηλὸς δὲ ὁ οἶνος· ὅθεν καὶ ἄμπελος. οἱονεὶ ἔμπελος οὖσα, ἢ ἐν αὐτῇ ἔχουσα τὸν πηλόν.

Καπηλίς. Caupona. Sic dicta, quod vinum adulteret. Πηλὸς enim est vinum. Unde & vitis dicta est ἄμπελος, quasi ἔμπελος, i. e. quæ vinum in se continet.

Κάπηλος. μεταβολεύς. πραγματευτής. [4] Κάπηλος ἀσπίδων. [5] ὁ μετάβολος παντὸς πράγματος.

Κάπηλος. Caupo. Negotiator. Cujusvis rei propola. [Aristophanes] *Propola clypeorum.*

Κάπηλος.[6] ἐν ἀνθ' ἑνός τινες οἴονται εἶναι· οἶον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ. εὐπίφορος ἐς τὸν πηλόν. ὁ μέν τοι οἶνος οὐκ ἔστι πηλός. πόθεν δὲ ἐν τῷ καπήλῳ οἶνος ἐγγίνεται; καὶ γὰρ ἕτερόν ἐστιν οἰνοπώλης, καὶ ἕτερον κάπηλος. καθόλου γὰρ τοὺς πωλοῦντάς τι καπήλους ἔλεγον. ἔστι δὲ καὶ παρὰ Σώφρονι ἐν ταῖς Ἀκεστρίαις. ὁ δὲ Αἰσχύλος τὰ δόλια πάντα κάπηλα καλεῖ. Κάπηλα προφέρων τεχνήματα.

Κάπηλος. Caupo. Propola. Quidam οἶνος & πηλὸς idem omnino significare putant, nitentes auctoritate Sophoclis, qui vocabulo πηλὸς pro οἶνος frequenter uti solet. Differt autem οἶνος a πηλός: nec voci κάπηλος significationem vini inesse crediderim, quoniam aliud est οἰνοπώλης, & aliud κάπηλος. In genere enim omnes eos vocant καπήλους, qui aliquid vendunt. Cæterum, vocabulum hoc apud Sophronem etiam reperitur. Æschylus vero omnia subdola & fraudulenta κάπηλα vocat. *Dolosas proferens artes.*

Καπύεια. εἶδος πλακοῦντος· τὰ παρ' ἡμῖν καπύεια.

Καπύεια. Genus placentæ: quæ apud nos καπύεια vocantur.

Κἀπιδώσειν μοι [7] δοκῶ τὸ χρῆμα μᾶλλον. ἀντὶ τοῦ προσθήκην σχήσειν.

Κἀπιδώσειν μοι δοκ. *Et videtur mihi res incrementum nactura esse.*

Καπίστριον. ἡ τοῦ ἵππου φορβειά. Κάπουτ γὰρ Ῥωμαϊκῶς ἡ κεφαλή· καὶ ἐξ αὐτοῦ καπίστριον.

Καπίστριον. Equi capistrum. Quod enim Græcis est κεφαλὴ, id Latini *caput* vocant: unde καπίστριον dictum est.

Καπιτώλιον. ὁ Ῥωμύλος μετὰ τὸ κτίσαι τὸ Παλάτιον [8] ἔκτισε καὶ τὸ Καπιτώλιον, ὅ ἐστι κεφαλὴ τῆς πόλεως· ἐν ᾧ καὶ τὸ [9] Παλλάδιον λαβὼν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἄλβης ἀπέθετο. Σατούρνιον δὲ πρότερον ἐκαλεῖτο· ὕστερον δὲ Καπιτώλιον ἐκ τῆς φανείσης ἐρυθρομένην τὴν θεμελίαν ἐν τῇ γῇ κεφαλῆς σώματος νεοσφαγοῦς.

Καπιτώλιον. Capitolium. Romulus Palatio condito Capitolium etiam condidit, quod est urbis caput: in quo Palladium reposuit ex urbe Alba translatum. Ante mons ille vocabatur Saturnius: postea vero Capitolium, a capite hominis recens occisi, quod ibi, dum fundamenta foderentur, inventum esse dicunt.

Καπίτων. Λύκιος, ἱστορικός. οὗτος ἔγραψεν [10] Ἰσαυρικά, βιβλία η'. [11] Μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτροπίου, Ῥωμαϊστὶ ἐπιτεμόντος Λίβιον τὸν Ῥωμαῖον. καὶ περὶ Λυκίας καὶ Παμφυλίας.

Καπίτων. Capito, Lycius, historicus. Hic Isaurica libris VIII. scripsit, & Eutropii, qui Livium scriptorem Romanum in compendium redegit, Epitomen Græce vertit. Idem etiam de Lycia & Pamphylia scripsit.

Κάπνη. ἡ καπνοδόκη. [12] Ἀριστοφάνης· Τί ποτ' ἄρ' κάπνη ψοφεῖ;

Κάπνη. Caminus. Aristophanes: *Quidnam igitur caminus strepit?*

1 Καπηλικῶς. ἀντὶ τοῦ πανηγ. ἐπεὶ οἱ κάπηλοι οἰνοθολεύουσι τὸν οἶνον, συμμιγν.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum* pag. 103. (50. Ed. Bas. P.)

2 Πανηγυρικῶς] Sic recte habet Scholiasta Aristophanis. In prioribus vero Edit. pessime legitur πανηγυρικῶς.

3 Οἰνοθολεύουσι τὸν οἶνον, συμμιγνύντες αὐτῷ σαπρόν] Hunc ipsum locum Suidæ, sed tacito ejus nomine, adducit Eustathius ad Il. Ψ. pag. 1329. 13. 14. ut Portus etiam observavit.

4 Κάπηλος ἀσπίδων] Aristoph. *Pace* pag. 653. (449. Ed. Bas. P.)

Κεἴ τις δορυξὸς, ἢ κάπηλος ἀσπίδων.

Hunc ipsum locum Comici Suidas in mente habuit.

5 Ὁ μεταβολος] Hanc lectionem ex MSS. Paris. revocavi. In prioribus enim Edit. male legitur σύμμεταβολος.

6 Κάπηλος. ἓν ἀνθ' ἑνός τινες οἴονται εἶναι· οἶον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφ.] Locus hic ita legendus & supplendus est: Κάπηλος. ἓν ἀνθ' ἑνός τινες οἴονται εἶναι πηλὸν καὶ οἶνον ἐκ τοῦ παρὰ Σοφοκλεῖ·

Πηλὸς δὲ πηλὸς ἐκ πίθων προβάζεται.

Ὁ μὲν γὰρ Σοφοκλῆς εὐπίφορος &c. Vide Etymologum v. Κάπηλος.

Portus in loco hoc interpretando a scopo procul aberravit, adeo ut in ejus versione ne umbra quidem veri sensus appareat; ut Lectori patebit, qui interpretationem ejus cum nostra comparare voluerit. Hæc cum scripsissem, incidi in Gatakeri *Adversar. Miscell. Posth.* caput v. ubi locum hunc Suidæ a viro doctissimo recte emendatum & expositum esse video.

7 Δοκῶ] Legendum esse δοκεῖ sensus suadet.

8 Ἔκτισε καὶ τὸ Καπιτώλιον] Hoc falsum puto, quoniam alii scriptores Capitolium a Tarquinio exstructum esse tradunt.

9 Τὸ Παλλάδιον λαβὼν ἀπὸ τῆς πόλεως Ἄλβης κτλ.] Vide Holstenium ad Stephanum v. Δάρδανος.

10 Ἰσαυρικὰ, βιβλία η'] Plures Isauricorum libros quam octo a Capitone scriptos fuisse discimus ex Stephano Byzantio, qui ejus operis librum XV. citat in v. Ψιμάδα. Quare Pearsonii conjecturam probo, qui hoc loco pro η' scribendum suspicatur ιη'.

11 Μετάφρασιν τῆς ἐπιτομῆς Εὐτρ.] Vide quæ notavimus supra ad v. Ἀμύντας.

12 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 439. (315. Ed. Bas. P.)

Καπ-

Καπνίας[1] οἶνος ὃς γίνεται ἐν Βενεβεντῷ τῆς Ἰταλίας. καὶ καπνία ἄμπελος, ἡ μέλαινα.

Καπνίας.[2] ποιητὴς, ὁ μηδὲν λαμπρὸν γράφων.

Καπνοῦ σκιά. ἐπὶ τῶν λίαν ἰσχνῶν.

Κοὐκ[3] οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν, ἢ καπνοῦ σκιὰν,
Εἴδωλον ἄλλως. οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε
Εἷλέν με.

Λέγεται ὁ καπνὸς καὶ ἀμενηνός. καὶ[4] παροιμία· Καπνὸν εἶναι ἡγούμην. ἐπὶ τῶν οὐδαμινῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων.

Καπρίαι.[5] αἱ ἐντὸς τῶν πτερυγωμάτων τῆς φύσεως τῶν καμήλων ἐπανιστῶσαι σάρκες, ἃς τέμνουσιν, ὁπόταν εἰς πόλεμον ἐξίωσιν. οὐκέτι γὰρ συνουσιάζουσι.

Κάπρος. τὸ αἰδοῖον τοῦ ἀνδρός.

Κάπρος Ἐρυμάνθιος.[6] Δρύοπες, ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον, οὓς Ἡρακλῆς μετῴκισεν. ὅτε γὰρ τὸν Ἐρυμάνθιον κάπρον ἔφερεν, ἐζήτει αὐτοὺς τροφήν. οἱ δὲ οὐκ ἔδωκαν.

Καπρῶντας.[7] ὁρμητικῶς ἔχοντας πρὸς συνουσίαν.

Καπύη. ὄνομα πόλεως μεγίστης. Ἡ δὲ[8] Καπύη μετατεθεμένη πρὸς τοὺς Καρχηδονίους, τῷ βάρει συνεπεσπάσατο καὶ τὰς ἄλλας πόλεις.

Κάρ.[9] Ἀριστοφάνης·
Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι καὶ Κὰρ, ὥσπερ Ἐξηκεστίδης,
Φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν, καὶ φανοῦνται φράτορες.

Κάραμβις.[10] τόπος τίς.

Καραδοκεῖ. προσδοκᾷ. παρὰ Ἡροδότῳ κατασκοπεῖ.[11] παρὰ τὸ τῇ κάρᾳ δοκεύειν, ἤγουν ἐμβλέπειν καὶ ἐπιτηρεῖν καὶ ἐλπίζειν, ἢ τὸ τῇ κεφαλῇ προβλέπειν ἐκδεχόμενον. μή ποτε δὲ τὸ[12] κέαρ εἴρηται. τὸ δὲ καρηβαρεῖν, ἤτοι καταβαρεῖσθαι τὴν κεφαλὴν, ἢ παραβάλλειν αὐτὴν ἀπὸ μέθης. τινὲς δὲ, ὅτι σύνθετόν ἐστι τοῦ κάτω κάρα ἐπιφέρειν τὸ καραδοκεῖν. παρατίθενται Δίφιλον λέγοντα· Τὴν[13] νύκτ' ἐκείνην διεκαραδοκήσαμεν.

Καραδοκήσοντα.[14] Ἡρόδοτος. Ὁ δὲ πέμπει εἰς Δελφοὺς Κάδμον, καραδοκήσοντα τὴν μάχην, ᾗ πεσεῖται.

Καπνίας. Capnias vinum, quod nascitur Beneventi in Italia. Et καπνία ἄμπελος, vitis nigra.

Καπνίας. Sic vocatur poeta, qui nihil præclari scribit.

Καπνοῦ σκιά. *Fumi umbra.* De valde tenuibus. *Et nescit, se interficere mortuum, vel fumi umbram, aut hominis simulacrum: idque nullo fructu. Haud enim me superasset, si integræ mihi vires fuissent.* Καπνὸς etiam dicitur qui est debilis & infirmus. Et proverbium: *Fumum esse putabam.* Dicitur de rebus nullius pretii.

Καπρίαι. Sic appellantur carnes in extremis genitalium cameli partibus prominentes, quas amputant, cum ad bellum proficiscuntur. Post id enim non amplius coeunt.

Κάπρος. Genitale viri.

Κάπρος Ἐρυμάνθιος. Aper Erymanthius. Dryopes, gentem injustam, quæ circa Pythonem habitabat, Hercules in alias sedes migrare jussit. Cum enim aprum Erymanthium portaret, cibum ab ipsis petiit: quem Dryopes ei negarunt.

Καπρῶντας. In venerem ruentes. Venerem vehementer appetentes.

Καπύη. Capua. Nomen urbis maximæ. *Capua autem, cum ad Carthaginenses defecisset, pondere suo & alias urbes secum traxit.*

Κάρ. Car. Aristophanes: *Si quis vero servus est, & Car, pappos apud nos generet, ut in numerum tribulium recipiantur.*

Κάραμβις. Carambis. Locus quidam ita vocatus.

Καραδοκεῖ. Expectat. Apud Herodotum significat explorat, speculatur. Dictum est quasi τῇ κάρᾳ δοκεύειν, i. e. speculari, observare, & sperare, vel capite quasi exerto aliquid prospicere & expectare. Forte autem verbum hoc compositum est ex κέαρ cor. At καρηβαρεῖν & καρηβαρεῖσθαι significat caput ebrietate gravatum habere. Quidam autem tradunt τὸ καραδοκεῖν dictum esse quasi κάτω κάρα φέρειν. Allegant etiam Diphilum, dicentem: *Noctem illam sperando & expectando transegimus.*

Καραδοκήσοντα. Herodotus: *Ille vero Delphos mittit Cadmum, observaturum, quem exitum pugna habitura esset.*

1 Καπνίας οἶνος ὃς γίνεται ἐν Βενεβ.] Ex Schol. Aristoph. ad *Vespas* pag. 440. Vide etiam Athenæum lib. 1. pag. 31. & Maussacum in Dissertat. Crit. circa finem.

2 Καπνίας. ποιητὴς, ὁ μηδὲν λαμπρ.] Optime Photius in Lexico inedito: Καπνίας. Ἐκφαντίδης διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν. Ecphantides enim Comicus cognominatus fuit *Capnias*, quod poemata obscura & rancida scriberet. Enarrator Comici ad *Vespas* p. 440. Τὸν ἐξεκλυόμενον οἶνόν φασί τινες καπνίαν λέγεσθαι. ἐν δὲ τοῖς περὶ Καρπίων διώρισται· ἢ τὸ ἀπόθετον, ἢ καὶ παλαιόν. Διὸ Ἐκφαντίδην Καπνίαν καλοῦσι. Hesychius: Καπνίας. Ἐκφαντίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς Καπνίας ἐπεκαλεῖτο, διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν. Quare & Suidas de Ecphantide Comico hic intelligi debet: vel potius nomen Ἐκφαντίδης, quod negligentia librariorum omissum videtur, huic loco restituendum est. Vide Maussacum in Dissert. Crit. circa finem.

3 Κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Philoctete* pag. 417. ut Portus monuit.

4 Καὶ παροιμία· Καπνὸν εἶναι ἡγ.] Sic locum hunc ex MS. Paris. A. emendavi. In prioribus enim Edit. vitiose legitur: Καὶ παρὰ καπνὸν εἶναι ἡγούμην; quod Portus bona fide, at nullo sensu verterat: *Juxta fumum me esse putabam.*

5 Καπρίαι. αἱ ἐντὸς τῶν πτερυγωμ.] Vide Aristotelem *de Histor. Anim.* lib. IX. cap. L.

6 Δρύοπες, ἔθνος περὶ τὴν Πυθῶνα ἄδικον, οὓς Ἡρ.] Vide supra v. Δρύοπες.

7 Καπρῶντας. ὁρμητ.] Vide Hesych. v. Ἀφροδισία ἄγρα.

8 Ἡ δὲ Καπύη μετατεθειμένη πρὸς τοὺς Καρχ.] Fragmentum hoc Polybio tribuit Fulv. Ursinus.

9 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 577. (398. Ed. Bas. *P.*)

10 Κάραμβις] Vide Etymologum.

11 Παρὰ τὸ τῇ κάρᾳ δοκεύειν, ἤγουν ἐμβλ.] Confer Etymologum, qui eadem pene αὐτολεξεὶ habet.

12 Κέαρ] Sic habent 2 MSS. Paris. itemque Etymologus. In prioribus vero Edit. minus recte legitur ἔαρ.

13 Τὴν νύκτ' ἐκείνην διεκαρ.] Hoc fragmentum est corruptum, nec propter brevitatem integrum habet sensum: quod proinde frustra quis illustrare conetur.

14 Ἡρόδοτος] Lib. VII. pag. 275. ut Portus monuit.

Κάρανος, εἷς τῶν Ἡρακλειδῶν, στρατολογήσας ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἦλθεν εἰς Μακεδονίαν ἄδοξον οὖσαν τότε, καὶ ἐβασίλευσε, καὶ διαδοχὴ κέχρηται μέχρι Φιλίππου. Ἀμύντας δὲ ὁ Φιλίππου πατὴρ, Εὐρυδίκην Ἰλλυρίδα γήμας, ἔσχε παῖδας, Ἀλέξανδρον, Περδίκκαν, Φίλιππον· οὓς ἔνιοι καὶ ὑποβεβλῆσθαι τῇ Εὐρυδίκῃ φασί. πολεμήσας δὲ Θηβαίοις, ὅμηρον ἔδωκε νέον ὄντα τὸν Φίλιππον· οὗ γενέσθαι Θηβαῖόν τινα Παμμένην ὄνομα ἐραστὴν, ὥς φασιν. Ἀμύντου δὲ τελευτήσαντος, Παυσανίας φυγαδευθεὶς ὑπ' αὐτοῦ πρότερον, κατελθὼν ἐβιάσατο τοὺς παῖδας, καὶ κατέσχε τὴν ἀρχήν. Εὐρυδίκη δὲ Ἀθηναίων στρατηγῷ διατρίβοντι περὶ τὴν Μακεδονίαν χρησαμένη συμμάχῳ, τὸν Παυσανίαν ἐκβάλλει. ἕως μὲν οὖν ἦρχον οἱ πρεσβύτεροι, οὐδὲν ἐνεωτερίζετο. Φίλιππος δὲ ἄρξας δύο καὶ εἴκοσιν ἔτη γεγονὼς, πολλοὺς κατεστρέφετο βαρβάρους τε καὶ Ἕλληνας, ἔλαβε δὲ καὶ Ἀθηναίων Ἀμφίπολιν, καὶ Θετταλίαν ὑφ' ἑαυτῷ ἐποιήσατο, καὶ τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις δύο καὶ τριάκοντα, ὧν ἐπρώτευον Ὀλύνθιοι. [1] Ὃς Ποτίδαιαν ἀφελόμενος Ἀθηναίους, ἐδωρήσατο ταύτην αὐτοῖς, ἀπατῶν αὐτούς. ὅμως δὲ βοηθοὺς ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι ναῦς μ' καὶ Χάρητα στρατηγόν· οὗ χειμῶνι ἀποληφθέντος, προδόντων δὲ τὴν πόλιν Ὄλυνθον Εὐθυκράτους καὶ Λασθένους, τὴν μὲν ἀνάστατον ἐποίησε, τὰς δὲ ἄλλας εἷλεν. Ἀθηναῖοι δὲ τοὺς διασωθέντας πολίτας ἐποιήσαντο. Μεθωναίοις δὲ τοῖς ἐπὶ Θρᾴκης πολεμῶν, τὸν ὀφθαλμὸν ἐπηρώθη, Ἀστέρος τινὸς ὄνομα βαλόντος αὐτὸν βέλει, ἐπιγράψαντός τε τῷ βέλει· Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον ἐπιπέμπει βέλος. πρὸς ὃν ἀντιγράψας ἔπεμψε βέλος ὁ Φίλιππος· Ἀστέρα Φίλιππος, ἢν λάβῃ, κρεμήσεται. καὶ ὑποσχόμενος εἰρήνην, ἐξῄτησε, καὶ λαβὼν ἐκρέμασεν. εἷλε δὲ καὶ Κερσοβλέπτην, Θρᾳκῶν βασιλέα, καὶ φίλον Ἀθηναίων, καὶ Ἀλόνησον ἔλαβε, καὶ ἄλλας πόλεις· μεθ' ἃς πόλεμος ὁ Φωκικὸς συνέστη.

Καρανοῦσθαι. [2] τελειοῦσθαι.

Κᾶρες. ὄνομα ἔθνους.

Καρατομεῖται. ἀποκεφαλίζεται.

Καρβάτιναι. [3] εἶδος ὑποδήματος. [4] Ἐπειδὴ ἀπέλειπε τὰ ἀρχαῖα ὑποδήματα, καρβάτιναι αὐτοῖς ἦσαν πεποιημέναι ἐκ τῶν νεοδάρτων βοῶν.

Κάρβων. κάρβωνος.

Κάρδαμα. ἐπιχειρεῖ οὖρον τὰ κάρδαμα, καὶ πτύσματος. καὶ διὰ τοῦτό φασι τοὺς Πέρσας χρῆσθαι. φυλάττονται γὰρ πολλὰ πτύειν, καὶ οὐρεῖν, καὶ ἀπομύττεσθαι.

Καρδαμίς. εἶδος λαχάνου.

Κάρανος. Caranus, unus ex Heraclidis, exercitu ex Græcia collecto in Macedoniam tunc obscuram venit, regnoque potitus successores habuit usque ad Philippum. Amyntas vero, Philippi pater, Eurydice Illyria ducta, filios ex ea suscepit Alexandrum, Perdiccam, & Philippum, quos quidam ab Eurydice suppositos esse aiunt. Bello autem Thebanis illato, Philippum adolescentulum illis obsidem dedit: quem a Pammene quodam Thebano adamatum ferunt. Amynta vero mortuo, Pausanias ab eo in exilium ante pulsus, domum reversus est, regnumque pueris vi ereptum ipse occupavit. Eurydice vero Atheniensium ducis haud procul finibus Macedoniæ tunc commorantis usa auxilio, Pausaniam regno ejecit. Quamdiu igitur natu majores regno præfuerunt, nihil est novatum. Philippus vero, cum anno ætatis XXII regno potitus esset, multos & Barbaros & Græcos subegit. Atheniensibus etiam Amphipolin eripuit, Thessaliamque in potestatem suam redegit, & XXXII urbes Chalcidicas cepit, quarum principes erant Olynthii. His Potidæam Atheniensibus ereptam donavit, ut eos falsa hac amicitiæ specie deciperet. Nihilominus Athenienses XL naves Charete duce auxilio illis miserunt: quo tempestate impedito Philippus urbem Olynthum ab Euthycrate & Lasthene proditam evertit; reliquas vero cepit. Athenienses autem eos, qui ex urbe capta salvi evaserant, civitate donarunt. Bellum cum Methonæis in Thracia gerenti Aster quidam sagitta (cui inscripserat: Aster Philippo telum letiferum mittit) oculum excussit. Cui Philippus rescribens sagittam misit cum hac inscriptione: Asterem Philippus si ceperit, cruci affiget. Promissa igitur pace Asterem sibi dedi postulavit, deditumque cruci affixit. Cepit etiam Cersobleptem, Thracum Regem, & Atheniensium amicum: idemque Halonesum & alias urbes in potestatem suam redegit; post quod tempus bellum Phocicum conflatum est.

Καρανοῦσθαι. Perficiatur. Conficiatur.

Κᾶρες. Cares. Nomen gentis.

Καρατομεῖται. De eo dicitur, cui caput amputatur.

Καρβάτιναι. Carbatinæ. Genus calceamenti. *Postquam veteres calcei defecissent, carbatinis ex corio bobus recens detracto confectis uti cœperunt.*

Κάρβων. Carbo, carbonis.

Κάρδαμα. Nasturtium, urinam inhibens & salivam: quam ob causam Persas eo uti tradunt. Cavent enim ne multum expuant, vel mingant, vel emungant.

Καρδαμίς. Oleris genus. [Nasturtii species.]

1 Ὃς Ποτίδαιαν ἀφελόμενος Ἀθην. ἐδωρήσατο τ.] Vide Libanium in argumento *Olynthiac.* 1.

2 Καρανοῦσθαι] Sic habent 2 MSS. Paris. itemque Lexicon Photii ineditum, & Hesychius. In prioribus vero Edit. legitur *καρανώσθω*, quod corruptum esse non dubito.

3 Καρβάτιναι. εἶδος ὑποδ.] Vide Hesychium.

4 Ἐπειδὴ ἀπέλειπε τὰ ἀρχαῖα —— βοῶν] Hæc sunt verba Xenophontis lib. IV. *de Expedit. Cyri* pag. 330. ut Pearsonius observavit.

Καρδία.

Καρδία. πόλις Θράκης. καὶ Καρδιανοὶ, οἱ πολῖται. καὶ ὄνομα πελάγους.

Καρδία. Cardia. Urbs Thraciæ: cujus cives vocantur Cardiani. Item nomen maris.

Καρδία. τὰ ἔνυδρα καρδίαν οὐκ ἔχει, οὐδὲ πνεύμονα. ὅσα δὲ πνεύμονα ἔχει, τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ καταψύχεται τὸ ἐντὸς θερμὸν, δι' αὐτῆς εἰσιόντος τοῦ ἀέρος. οἱ δὲ ἰχθύες διὰ τῶν βραγχίων καταψύχουσι τὸ ἐντὸς θερμὸν, συστέλλοντες αὐτὰ, καὶ εἰσδεχόμενοι τὸ ὕδωρ, ὥστε οὐ δέονται πνεύμονος. καὶ ἄλλως οὐδὲ πάνυ δέονται τὰ ἔνυδρα τοῦ εἰσιέναι ἔξωθεν τὸ ὑγρὸν ἵνα ἐμψύξῃ. τὸ γὰρ ὕδωρ αὐτοῖς περικείμενον αὐτῇ τῇ ἀφῇ τὴν ἔμψυξιν ἐργάζεται. ἡ καρδία δὲ πρώτως τῆς ψύξεως δεῖται. πηγὴ γάρ ἐστι τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ τοῖς ζώοις ἡ καρδία· διὰ δὲ αὐτὴν καὶ ὁ πνεύμων. διὰ μὲν οὖν τῆς εἰσπνοῆς ἐμψύχεται ἡ καρδία· διὰ δὲ τῆς ἐκπνοῆς τὰ λιγνυώδη περιττώματα ἀποκρίνεται. ἐπιπολὺ δὲ ἀπνευστὶ οὐ δυνάμεθα διαλέγεσθαι, διὰ τὸ δαπανᾶσθαι τὸ πνεῦμα τὸ ἐν τῷ θώρακι. δεόμεθα οὖν πρότερον εἰσπνεῦσαι ἄλλο εἰς χορηγίαν τῆς φωνῆς. ἅμα δὲ εἰσπνεῖν τε καὶ διαλέγεσθαι ἀδύνατον ἐπεὶ μηδὲ εἰσπνεῖν τε καὶ ἐκπνεῖν. ἐναντία γάρ. διὰ τοῦτο καὶ οἱ τραγῳδοὶ ἐκτείνειν μέλλοντες τὰ μέλη, πολὺ πρότερον εἰσπνέουσι πνεῦμα, καὶ οὕτως ἄρχονται φωνεῖν, ἵνα ἐξαρκέσῃ αὐτοῖς πρὸς τὴν ἐκπνοήν.

Καρδία. Cor. Aquatica quædam neque cor neque pulmonem habent. Quæcunque vero pulmonem habent, eorum calorem internum aſpera arteria refrigerat aere per eam attracto. Piſces vero per branchias, quas aqua admiſſa claudunt, internum calorem refrigerant: quæ ratio eſt, quare pulmone non indigeant. Cæteroqui aquatica nullatenus indigent humoris externi ingreſſu, refrigerationis cauſa. Aqua enim circundans ipſo tactu ea refrigerat. Cor autem præ aliis refrigeratione opus habet. Eſt enim fons caloris animalibus inſiti: ejuſque gratia pulmo animalibus datus eſt. Per attractionem igitur aeris cor refrigeratur: per expirationem vero fuliginoſa excrementa excernuntur. Abſque reſpiratione vero diu loqui non poſſumus, eo quod ſpiritus, qui in pectore concluſus eſt, conſumatur. Prius igitur attracto alio aere opus eſt vocis ſuppeditandæ gratia. Simul autem aerem attrahere & loqui non poſſumus: uti nec aerem haurire & expirare; quoniam ea ſunt contraria. Itaque tragœdi, carmina prolixiora recitaturi, multo prius hauſto ſpiritu, qui expirationi ſufficiat, loqui demum incipiunt.

Καρδία τῆς ἀρετῆς ἐστιν ἡ ἐλεημοσύνη.

Καρδία. Cor virtutis eſt eleemoſyna.

Καρδία. [1] οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον καρδίαν ἐκάλουν. ἔνθεν καὶ καρδιωγμός.

Καρδία. Stomachum antiqui vocabant cor. Hinc & καρδιωγμὸς dictus eſt ſtomachi dolor.

Καρδιαλγίαι. λῦπαι καρδίας.

Καρδιαλγίαι. Cordis dolores.

Καρδιουλκία. τὰς καρδίας ἕλκειν τῶν θυμάτων.

Καρδιουλκία. Evulſio cordis ex victimis.

Καρδιοφύλαξ. [2] παρὰ Ῥωμαίοις χάλκωμα σπιθαμιαῖον πάντη πάντως, ὃ προσετίθεντο περὶ τὰ στέρνα. οἱ δὲ ἀντὶ τούτου [3] ἁλυσιδωτοὺς χιτῶνας περιετίθεντο περὶ τοὺς θώρακας.

Καρδιοφύλαξ. Sic apud Romanos vocabatur pectorale, ſive ærea lamina, duodecim ab omni parte digitorum, qua pectus muniebant. Alii vero loco pectoralis loricas hamis conſertas induebant.

Καρδιωσάμενος. τῶν θυομένων τοῖς Θεοῖς ἱερείων ἀφῃροῦντο τὰς καρδίας, κἂν ὅλα τὰ ἱερεῖα ἔμελλον ὁλοκαυτοῦν, καὶ τῇ καλουμένῃ πιμελῇ καλύψαντες, οὕτως ἐπετίθεσαν τῷ πυρί. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ καρδιωσάμενος.

Καρδιωσάμενος. Victimis, quæ Diis immolabantur, corda eximebant, quamvis integras victimas crematuri eſſent, eaque pinguedine tecta igni imponebant: quod καρδιώσασθαι vocabatur.

Καρδιώττειν. τὴν καρδίαν ἀλγεῖν. Σικελιῶται. ὃ ἡμεῖς βουλιμιᾶν. Ἀπολλόδωρος ἐν ἕκτῳ περὶ Ἐπιχάρμου τοὺς Σικελιώτας φησὶ τὸ τὸν στόμαχον ἐπιδάκνεσθαι ὑπὸ λιμοῦ καρδιώττειν λέγειν, ὅπερ βουλιμιᾶν λέγει Ξενοφῶν. καὶ εὐκάρδια πολλοὶ τὰ εὐστόμαχα λέγουσι.

Καρδιώττειν. Cordis dolorem ſentire. Apud Siceliotas idem ſignificat, quod apud nos βουλιμιᾶν. Apollodorus libro ſexto de Epicharmo auctor eſt, Siceliotas καρδιώττειν dicere de eo, cujus ſtomachus fame vellicatur, quod Xenophon βουλιμιᾶν vocat. Et εὐκάρδια vulgo appellantur ea, quæ ſtomacho conducunt..

Κάρδοπος. ἡ μάκτρα τοῦ ἀλεύρου. μαγὶς, ἐν ᾗ τοὺς ἄρτους ἔματτον. ἢ σκαφίδιον, ἐν ᾧ ἀναμάττειν καὶ ἀναφυρᾶν ἔθος τὰ ἄλφιτα. θηλυκῶς, ἡ κάρδοπος. [4] Ἀριστοφάνης. Τὴν κάρδοπον ἀρσενικῶς καλεῖς, ὥσπερ Κλεώνυμον. ἀρσενικῶς καλοῦσί τινες, δέον θηλυκῶς. γυναικώδης γὰρ ἦν.

Κάρδοπος. Mactra in qua panes pinſebantur. Vel alveus, in quo farinam ſubigebant & miſcebant. Dicitur genere fœminino ἡ κάρδοπος, ut apud Ariſtophanem. *Vocem κάρδοπον genere maſculino efferſ, ut Cleonymum.* Quidam genus maſculinum ei tribuebant, cum tamen eſſet generis fœminini. [Exagitat autem Cleonymum,] ut mollem & effœminatum.

1 Καρδία. οἱ παλαιοὶ τὸν στόμαχον καρδ.] Huc faciunt verba illa Erotiani: Καρδίαν ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὸ τῆς γαστρὸς στόμα, ὃ καὶ στόμαχον κοινῶς καλοῦμεν. Καρδιώττειν οὖν καὶ καρδιαλγεῖν λέγεται τὸ μετὰ ναυτίας καὶ ὀδύνης ἀνιᾶσθαι τὸν στόμαχον· καὶ καρδιωγμὸς ἐντεῦθεν, οἷον ὁ τοῦ στομάχου δηγμός.

2 Καρδιοφύλαξ. παρὰ Ῥωμαίοις χάλκωμα σπιθ.] Hic locus depromptus eſt ex Polyb. lib. VI. cap. XXI. ubi armatura militum Romanorum deſcribitur.

3 Ἁλυσιδωτοὺς χιτῶνας περιετίθεντο περὶ τοὺς θ.] Reſcribe ex Polybio, ἁλυσιδωτοὺς περιετίθεντο θώρακας. Hanc lectionem in verſione ſecutus ſum.

4 Ἀριστοφάνης. Τὴν κάρδοπον ἀρσ.] Hic locus intelligi non poteſt niſi inſpiciatur ipſe Ariſtoph. *Nubib.* pag. 166. (97. Ed. Baſ. *P.*)

Καρδοῦχοι. [1] σφενδονῆται ἄριστοι.

Καρήατος. τῆς κεφαλῆς.

Καρηβαρία. ἡ μέθη.

Καρηβαρῶν. ὁ τὴν κεφαλὴν [2] βαρυνόμενος ἀπὸ μέθης οἴνου.

Κάρηνα. [3] ἀκρόπολις.

Καρηνός. [4] ἐθνικόν.

Καρηφαρίτης. [5] ὁ χυδαῖος οἶνος, καὶ μὴ ἀνθοσμίας. ἐν τῷ Ἀνθοσμίας.

Κάρθαια. τόπος τίς.

Καρία. τόπος τίς. καὶ [6] ἡ κεφαλὴ κατὰ γλῶσσαν. ὅθεν καὶ κέρατα.

Καριαθιαρείμ. τόπος. Ἑβραϊκὴ δὲ ἡ λέξις.

Καρίδας. [7] Ἀπίκιος ὁ Ῥωμαῖος [8] πολλὰς μυριάδας ἀργυρίου καταναλώσας εἰς τὴν γαστέρα ἐν [9] Κιντύρεις τῆς Γαλατίας πολλὰς καρίδας ἐσθίων. ἐν τῷ Ἀπίκιος.

Καρικὴ Μοῦσα. τῇ θρηνώδει. δοκοῦσι γὰρ οἱ Κᾶρες θρηνωδοί τινες εἶναι, καὶ ἀλλοτρίους νεκροὺς ἐπὶ μισθῷ θρηνεῖν. τινὲς δὲ ἐξήκουσαν τῇ βαρβάρῳ καὶ ἀσαφεῖ· ἐπειδὴ [10] οἱ Κᾶρες βαρβαρόφωνοι. καὶ παροιμία, [11] Καρικὸς αἶνος.

Καρικὸν θῦμα. ἐπὶ τῶν ἄσαρκα ἢ ἄβρωτα μέλη θυόντων. οἱ γὰρ Κᾶρες κύνα θύουσιν. [12] Εὐνάπιος.

Καρίνη γυνή.

Καρῖνος, [13] Κάρου τοῦ βασιλέως υἱὸς, γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ καὶ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς [14] τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε. παίδων μὲν γὰρ [15] οἱ γεγονότων ὕβρεις, διὰ τὸ σύνηθες, οὐδὲ ὕβρεις ἐνομίσθησαν, ἀλλ' ἦν ἐγκύκλιον αὐτῷ καὶ πρόχειρον τοιαῦτα ἁμαρτάνειν. ὁ δὲ ἐγκλήματά τε ἀνέπλαττε, καὶ ἐδίκαζε τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ τῶν δικαζομένων οὐδεὶς ἐσώζετο· ὅπου γε πολλῆς οὔσης καὶ ἀδιηγήτου τῆς φθορᾶς, παρηναλίσκοντό τινες τῶν εὐδαιμόνων, ὥσπερ ἐν κοινοῖς δείπνοις ἀλεκτορίδες, ἐς τὴν Καρίνου τρυφήν. μεμνῆσθαι δὲ τῶν κατακοπτομένων ἔφασκε, τῶν μὲν, ὅτι οὐκ ἐπῄνεσαν αὐτοῦ τὸ κάλλος· τῶν δὲ, ὅτι λέγοντα, ὅτε ἦν μειράκιον, οὐκ ἐθαύμασαν, ὡς ἐβούλετο. ἀπώλλυντο δέ τινες καὶ γελάσαντες ἐναντίον αὐτοῦ ποτε. καὶ

Καρδοῦχοι. Funditores præstantissimi.

Καρήατος. Capitis.

Καρηβαρία. Temulentia. Ebrietas.

Καρηβαρῶν. Cujus caput ebrietate vel vino gravatum est.

Κάρηνα. Arx urbis.

Καρηνός. Carenus. Nomen gentile.

Καρηφαρίτης. Vinum nullius pretii. Vappa. Vinum suavi odore carens. Vide in Ἀνθοσμίας.

Κάρθαια. Carthæa. Quidam locus ita vocatus.

Καρία. Caria. Regio quædam. Item significatione minus usitata ponitur pro κεφαλὴ, caput. Hinc dicta sunt κέρατα, cornua.

Καριαθιαρείμ. Cariathiarim. Locus ita dictus. Est autem vox Hebraica.

Καρίδας. Squillas. Apicius Romanus multa drachmarum millia in ventrem insumpsit, Minturnis in Campania multas squillas comedens. Quære in Ἀπίκιος.

Καρικὴ Μοῦσα. *Carica Musa.* Id est, cantilena tristi & lugubri. Solebant enim Cares lugubria carmina canere, & alienos mortuos mercede lugere. Quidam vero accipiunt pro Barbara & obscura: quia Cares barbare loquebantur. Et proverbium: *Carica fabula.*

Καρικὸν θῦμα. *Caricum sacrificium.* Dicitur de iis, qui victimas macilentas & minime esculentas immolant. Cares enim canes immolabant. Eunapius.

Καρίνη γυνή. Mulier ex Caria oriunda.

Καρῖνος. Carinus, Cari Imperatoris filius, adeptus potestatem arbitratu suo quidvis agendi, tantus tyrannus evasit, ut ipsum nomen tyrannidis factis longe superarit. Puerorum enim nobilium corruptiones propter crebram consuetudinem non amplius habebantur crimina, quoniam ejusmodi flagitiis sese polluere solenne ipsi erat & quotidianum. Idem etiam falsa crimina comminiscebatur, & ipse jus dicebat iis, qui læsi essent, neque ullus litigantium incolumis evadebat. Cum enim multæ & innumeræ cædes fierent, multi ex opulentioribus, veluti in communibus epulis gallinæ, animi & voluptatis gratia a Carino necari jubebantur. Horum alios ideo cæsos esse dicebat, quod formam suam non laudassent: alios, quod se dicentem, dum adhuc esset adolescens, non essent admirati, ut

1 Καρδοῦχοι. σφενδ.] Vide Stephanum Byzantium v. Καρδοῦχοι.

2 Βαρυνόμενος] Sic habent MSS. Parif. itemque Lexicum Photii ineditum. In prioribus vero Edit. male legitur καρούμενος.

3 Κάρηνα. ἀκρόπολις] Scribendum est Κάρηνα πόλεων. ἀκροπόλεις. Respexit enim Suidas ad locum illum Poetæ Il. B. v. 117.

Ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα.

Scholiasta: Κάρηνα. ἀκροπόλεις. ἐξ οὗ τὰ βασίλεια.

4 Καρηνός. ἐθνικόν] An potius Καρηναῖος. Vide Stephanum Byzantium v. Καρήνη.

5 Καρηφαρίτης] Scribe Καρηβαρίτης, ut recte supra v. Ἀνθοσμίας.

6 Καὶ ἡ κεφαλὴ κατὰ γλῶσσαν. ὅθεν καὶ κέρατα] Eadem leguntur etiam supra v. Ἀκαρηαῖον.

7 Ἀπίκιος ὁ Ῥωμαῖος πολλὰς μυριάδας ἀργυρ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Athen. lib. 1. pag. 7. eademque leguntur supra v. Ἀπίκιος, & infra v. Κιντύρεις.

8 Πολλὰς μυριάδας ἀργυρίου] Sic habet MS. Parif. A. At in prioribus Edit. minus recte legitur μυριάδας ἀργυρίου.

9 Ἐν Κιντύρεις τῆς Γαλατίας] Pessime. Scribe ἐν Μιντούρναις τῆς Καμπανίας, ut apud Athenæum loco laudato legitur.

10 Οἱ Κᾶρες βαρβαρόφωνοι] Sic Cares vocat Homerus Il. B. v. 867. ad quem locum Suidas respexit.

11 Καρικὸς αἶνος] Hanc lectionem ex MSS. Parif. revocavi. Priores enim Edit. habent Καρικὸς οἶνος, quod corruptum esse non dubito.

12 Εὐνάπιος] Hæc vox alieno loco posita est, pertinetque ad articulum sequentem Καρῖνος, quoniam omnia, quæ Suidas de Carino ibi refert, ex Eunapio sumpta sunt, ut in nota sequente monemus.

13 Καρῖνος, Κάρου τοῦ βασιλέως υἱὸς, κτλ.] Totum hunc articulum ex Eunapio depromptum esse discimus ex v. Ἐγκύκλιον, & v. Μακρῷ, ubi fragmenta loci hujus præfixo Eunapii nomine leguntur.

14 Ἐς τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα τ.] Locus hic est mutilus, qui ex voce Μακρῷ sic suppleri debet: ἐς τυραννίδα, ὥστε ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα &c.

15 Οἱ γεγονότων] Probo conjecturam Wolfii, qui legendum suspicatur εὖ γεγονότων.

πάν-

πάντα τὴν αὐτοῦ βαρύτερα δυσμενείας, καὶ ἐλύττα ἐν μέσοις τοῖς ὑπηκόοις. Οὗτος ὁ Καρῖνος βασιλεύσας πρᾶγμα μὲν ἐς κοινὸν ὄφελος φέρον οὐδὲν εἰργάσατο· τρυφῇ δὲ καὶ ἐνδεδιῃτημένῳ βίῳ τὰ καθ᾽ ἑαυτὸν παρεδοὺς, παρεμβάλλωμα τῆς ζωῆς ἐποιεῖτο φόνους οὐδὲν ἠδικηκότων ἀνθρώπων, κατά τι προσκεκρουκέναι νομισθέντων αὐτῷ. βαρυνομένων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ πικρᾷ τυραννίδι, συγκαταμιχθείσῃ νεότητι, καὶ πάντα ἐμμελῶς καὶ δίχα λογισμοῦ πράττοντος.

voluisset. Nonnulli etiam occidebantur, quod coram ipso risissent: &, [ut breviter dicam,] omnia ejus [facinora] quavis tempestate graviora erant, & in medio subditorum [intoleranda quadam] rabie grassabatur. Hic Carinus, quamdiu regnavit, nihil fecit, quod ad utilitatem Reip. aliquid conferret; sed deliciis & vitæ molli totum se dedens luxum interpolabat cædibus hominum innocentium, qui aliqua in re ipsum offendisse videbantur. Proinde omnes acerbam illam tyrannidem, cum juvenili temeritate conjunctam (omnia enim negligenter & absque ratione faciebat) iniquo animo ferebant.

Καρκάδοντα. [1] τοῦτο [2] λέγεται Χάροντος δάνειον, συναγόμενον ἐκ τοῦ ὀβολοῦ τοῦ συνθαπτομένου τοῖς τελευτῶσιν. οὐχ ὡς ἔνιοι πλανώμενοι βοτάνης ὄνομά φασιν εἶναι.

Καρκάδοντα. Sic vocabatur Charontis vectigal, collectum ex obolis, qui una cum mortuis sepeliebantur. Non est autem herbæ nomen, ut quidam falso putant.

Καρκαίρω. ἠχῶ. ἐν τῷ Ψαμμοκοσιογάργαρα.

Καρκαίρω. Sono. Resono. In voce ψαμμοκοσιογάργαρα.

Καρκίνος, [3] Ἀκραγαντῖνος, τραγικός. καὶ Καρκίνος, Θεοδέκτου, ἢ Ξενοκλέους, Ἀθηναῖος, τραγικός. Δράματα ἐδίδαξεν ρξʹ. ἐνίκησε δὲ αʹ. ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, πρὸ τῆς Φιλίππου βασιλείας τοῦ Μακεδόνος. Τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, Ἀχιλλεύς, [4] Σεμέλη, ἧς ἀρχή, ὡς Ἀθήναιός φησιν ἐν Δειπνοσοφισταῖς. [5] Λυσίας· Ἐλυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκίνον εἰσφοιτῶσαι, φησίν, αἱ κύνες. Καὶ ὅταν ὁ σῖτος ῥιζωθῇ κατὰ τῆς γῆς, κεκαρκινῶσθαί φασι. Φερεκράτης·

Ὁπόταν σχολάζῃς ἦν ἄρδειν, ἵνα τὰ λήϊα
Συγκαρκινωθῇ.

Λέγεται καρκίνος καὶ πάθος τι συμβαῖνον ἐν τοῖς σώμασιν· ὃ νῦν καρκίνωμα λέγεται. εὑρίσκεται δὲ πολλάκις καὶ κύριον ὄνομα.

Καρκίνος. Carcinus, Agrigentinus, Tragicus. Et Carcinus Theodectis vel Xenoclis filius, Atheniensis, Tragicus. Fabulas edidit CLX: vicit una. Floruit Olympiade centesima, ante regnum Philippi Macedonis. Ex fabulis ejus sunt, Achilles & Semele, ut ait Athenæus in *Dipnosophistis*. Lysias: *Cancrum enim meum canes ingressi corruperunt*. Et cum frumentum in terra radices egit, id κεκαρκινῶσθαι dicunt. Pherecrates: *Cum otiosus es, irriga, ut segetes radices agant in terra.* Dicitur & καρκίνος morbus quidam corporis, qui nunc καρκίνωμα vocatur. Sæpe etiam nomen proprium viri significat.

Καρκίνος λαγὼν αἱρεῖ. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων.

Καρκίνος. *Cancer leporem cepit.* De rebus, quæ fieri nequeunt.

Καρκίνος, ποιητὴς Ἀττικός. σκώπτει δέ τις Καρκίνου παῖδας οὕτως· [6] Ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλιαύχενας ὀρχηστάς, νανοφυεῖς, σφυράδων ἀποκνίσματα, μηχανοδίφας. Καὶ [7] γὰρ ἔφασχ᾽ ὁ πατήρ, γαλῆν τῆς ἑσπέρας ἀπάγξαι. [8] Λέγει δὲ ὄρτυγας μέν, διὰ τὸ ἐριστικόν. τοιοῦτοι γὰρ οἱ ὄρτυγες. οἰκογενεῖς δέ, ἀντὶ τοῦ ἐσκιατραφημένους, ὡς ἂν εἴποις, ὄρνιθας οἰκογενεῖς. γυλιαύχενας δέ, τουτέστι μακροτραχήλους. γύλιος γὰρ στρατιωτικὸν ἐστι πλέγμα ἐπίμηκες. κολοβὸν οὖν εἰκὸς εἶναι αὐτοῖς τὸ ὅλον σῶμα, τὸν δὲ τράχηλον μακρόν, ἢ αὐχένας οὐκ ἔχοντας, καθάπερ ὁ γύλιος. ὡς μικροὺς ὄντας καὶ γογγυλώδεις σκώπτει. ἐχόρευον δὲ οὗτοι τῷ πατρί. νανοφυεῖς δέ, ὅτι νάνοι λέγονται οἱ κολοβοὶ τῶν

Καρκίνος. Carcinus, Poeta Atticus, cujus liberos talibus cavillis quidam exagitat: *Coturnices domi nutritas, saltatores longum collum habentes, pumiliones, stercorum caprinorum segmina, machinarum inventores. Dicebat enim pater ipsorum, felem præter spem vesperi strangulasse fabulam, quam composuerat.* Coturnices eos vocat, quod essent contentiosi. Tales enim sunt coturnices. Οἰκογενεῖς hic significat domi & in umbra educatas; quasi dicas, aves domi natas & nutritas. Γυλιαύχενας, longum collum habentes. Γύλιος enim est sportæ militaris genus, ex viminibus contextum, & oblongum. Necesse igitur est totum reliquum corpus eos habuisse curtum, collum vero longum, & cervicem fere nul-

1 Καρκάδοντα] In Lexico Photii inedito, itemque in 2 MSS. Paris. scriptum est καρκάδονα: quarum lectionum utra præferenda sit haud facile dictu est, quoniam de voce illa nihil alibi me legisse memini.

2 Τοῦτο λέγεται Χάροντος δάνειον, συναγόμενον ἐκ τοῦ ὀβολοῦ τοῦ σ.] De obolo, qui mortuis olim viatici loco addi solebat, vide supra v. Δανάκη.

3 Καρκίνος, Ἀκραγ. τρ.] De Carcinis vide Meursium in Bibliotheca Græca.

4 Σεμέλη, ἧς ἀρχή, ὡς Ἀθήναιός φησι.] Locus Athenæi, quem Suidas respexit, exstat *Dipnosoph.* lib. XIII. pag. 559. sed ubi Athenæus non dicit, fabulam, cui *Semele* nomen erat, appellatam etiam fuisse Ἀρχή; sed verba ejus hæc sunt: Καρκίνος δὲ ὁ Τραγικὸς ἐν Σεμέλῃ, ἧς ἀρχή, Ὦ νύκτες, φησί. i. e. *Carcinus vero Tragicus in Semele, cujus* (ἀρχή) *initium est,* O noctes, *inquit.* Hinc ergo patet, Suidam verba Athenæi obiter tantum inspexisse; qui ideo recte notatur a Stanlejo ad Æschyli *Choeph.* pag. 822.

5 Λυσίας. Ἐλυμαίνοντο γάρ μου τὸν καρκ.——πολλάκις καὶ κύριον] Ex Harpocratione.

6 Ὄρτυγας οἰκογενεῖς, γυλ.——ἀπάγξαι] Hæc sunt verba Aristoph. *Pace*, pag. 682. (464. Ed. Bas. *P.*)

7 Καὶ γὰρ ἔφασχ᾽ ὁ πατήρ, γαλῆν τῆς ἑσπ.] Locus hic est mutilus, quem Lector ex Aristophane facile supplere poterit.

8 Λέγει δὲ ὄρτυγας μὲν, διὰ τὸ ἐριστ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

ἀνθρώπων. οἱ δὲ κολοβοὶ τῶν ἵππων, ὗννοι. ὀρχηστὰς δὲ· εἰσέφερε γὰρ αὐτοὺς ὁ πατὴρ ἐν τοῖς δράμασιν ὀρχουμένους. σφυράδων δὲ ἀποκνίσματα, ἀντὶ τοῦ ταπεινούς, καὶ μικρούς. σφυράδες δέ εἰσι τὰ τῶν αἰγῶν καὶ προβάτων ἀποπατήματα. ἡ δὲ σφυρὰς κυάμου ἔχει τὸ μέγεθος. ταύταις οὖν ἀπεικάζει αὐτούς· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ταύταις, ἀλλὰ τοῖς ἀποκνίσμασιν αὐτῶν καὶ ἀποτμήμασιν. εὐτελίζει οὖν αὐτοὺς διὰ τὸ βραχύ. ἡ γὰρ τοῦ μικροῦ μερὶς μικρά, ἢ οὐδὲν ἂν εἴη. μηχανοδίφας δὲ, ἀπὸ μέρους. [1] Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Καρκίνου δοκεῖ μηχανὰς καὶ τερατείας εἰσάγειν ἐν τοῖς δράμασιν· ὃν Πλάτων Δωδεκαμήχανόν φησιν. ἢ ἐπειδὴ πολλάκις ὡς τραγῳδοὶ μηχανικὰ εἰσέφερον, ἡνίκα θεοὺς ἐμιμοῦντο ἀνερχομένους ἢ κατερχομένους ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ὁ πατὴρ δὲ δρᾶμα ἐποίησε Μύας. [2] παρὰ προσδοκίαν, τουτέστι, μετὰ μόχθου. γαλῆν δὲ εἶπεν ἀπάγξαι, διότι αἱ γαλαῖ νυκτὸς πνίγουσι τοὺς μύας.

lam, quemadmodum gylius. Ridet igitur eos ut parvos & graciles. Νανοφυεῖς eos vocat, quia homines curti & justo breviores vocantur νάνοι: uti equi parvi & exigui, ὗννοι. Ὀρχηστὰς, quia pater eos in fabulis saltantes introducebat. Per Σφυράδων ἀποκνίσματα staturæ eorum brevitatem indicat. Σφυρὰς enim, (quod caprarum & ovium stercus significat) fabæ magnitudinem habet. Illis igitur Carcini filios assimilat: imo ne illis quidem, sed potius earum segmentis & frustis. Ridet igitur eos propter staturæ brevitatem. Nam parvæ rei partem parvum quid esse oportet, vel potius nihil. Μηχανοδίφας eosdem appellat, a parte totum intelligens. Xenocles enim Carcini filius multis machinis ad percellendos spectatores in fabulis usus fuisse videtur: quem ideo Plato Δωδεκαμήχανον appellat. Vel quia, ut Tragœdi, machinas sæpe adhibebant, cum Deos in cœlum adscendentes & inde descendentes imitari vellent. Pater autem fabulam *Mures* conscripserat: quam a fele dicit strangulatam, quia feles noctu mures suffocant.

Καρκίνου [3] ποιήματα. Μένανδρος Ψευδηρακλεῖ. ἀντὶ τοῦ αἰνιγματώδη. ὁ γὰρ Καρκῖνος Ὀρέστην ὑπὸ Ἰλίου ἀναγκαζόμενον ὁμολογῆσαι, ὅτι ἐμητροκτόνησεν, ἐποίησε δι' αἰνιγμάτων ἀποκρινόμενον.

Καρκίνου ποίηματα. Carcini poemata. Id est, obscura. Menander in *Falso Hercule*. Carcinus enim Orestem, ab Ilo cædem matris fateri coactum, obscuris verbis respondentem facit.

Κάρμηλος. τὸ ὄρος. καὶ Καρμήλιον, τὸ ὄρος.

Κάρμηλος, & Καρμήλιον. Mons.

Καρμητίς. πόλις οὕτω καλουμένη.

Καρμητίς. Carmetis. Urbs ita vocata.

Καρνεάδης, Λίβυς, ἀπὸ Κυρήνης, υἱὸς Φιλοκώμου, φιλόσοφος, ἀφ' οὗπερ ἡ νέα ἤρξατο Ἀκαδημία. Φασὶ δὲ τελευτήσαντος αὐτοῦ τὴν σελήνην ἐκλιπεῖν, καὶ τὸν ἥλιον ἀμυδρὸν γενέσθαι.

Καρνεάδης. Carneades, Afer, Cyrenæus, Philocomi F. Philosophus, novæ Academiæ auctor: quo mortuo Lunam defecisse & Solem obscuratum fuisse tradunt.

Καρνεάδης ἕτερος, Ἀθηναῖος, φιλόσοφος, μαθητὴς Ἀναξαγόρου.

Καρνεάδης ἕτερος. Carneades alter, Atheniensis, Philosophus, Anaxagoræ discipulus.

Κάστωρ, [4] Ῥόδιος, ἢ ὥς τινες, Γαλάτης· ὡς δὲ ἄλλοι ἐπλανήθησαν, Μασσαλιώτης, ῥήτωρ· ὃς ἐκλήθη Φιλορώμαιος. γήμας δὲ οὗτος Δηϊοτάρου τοῦ συγκλητικοῦ θυγατέρα, ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ ἅμα τῇ γαμετῇ, διότι αὐτὸν Καίσαρι διέβαλεν. ἔγραψε δὲ [5] ἀναγραφὴν Βαβυλῶνος καὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων ἐν βιβλίοις δύο. Χρονικὰ ἀγνοήματα· καὶ περὶ ἐπιχειρημάτων ἐν βιβλίοις ε΄. Περὶ πειθοῦς β΄. Περὶ τοῦ Νείλου. Τέχνην ῥητορικήν· καὶ ἕτερα.

Κάστωρ. Castor, Rhodius, vel, ut quidam ajunt, Galata, aut, ut alii falso existimarunt, Massiliensis, orator, Philoromanus cognominatus. Hic ducta Dejotari Senatoris [Romani] filia, ab ipso cum uxore sublatus est, quod eum apud Cæsarem criminatus esset. Scripsit descriptionem Babylonis, & catalogum eorum, qui maris imperium obtinuerunt, libris duobus. De iis, quæ a Chronologis ignorata fuerunt. De argumentis oratoriis libros v. De persuadendi ratione. De Nilo. Artem Rhetoricam: & alia.

Κάρνιος. Ἀπόλλων.

Κάρνιος. Carnius. Epithetum Apollinis.

Κάρνια. Ἀπόλλωνος ἑορτὴ παρὰ Λακεδαιμονίοις.

Κάρνια. Carnia, festum Apollinis apud Lacedæmonios.

Καῤῥόθεν. ἀπὸ κρείττονος.

Καῤῥόθεν. A præstantiore.

Καῤῥόον. κατὰ τὸ ῥεῦμα.

Καῤῥόον. Secundo flumine.

Κάρος. ἡ ἐξ οἰνοποσίας ἐγγινομένη μέθη, καὶ παραφορά.

Κάρος. Vinolentia. Crapula. Delirium.

Καρωθείς. βαρυνθεὶς τῇ κεφαλῇ. Ὁ δὲ [6] Δαβὶδ βάλλει ἐπὶ τὸν Γολιὰθ εἰς τὸ μέτωπον, καὶ διῆλθεν ἕως τοῦ ἐγκεφάλου· ὡς εὐθὺς καρωθέντα πεσεῖν ἐπὶ

Καρωθείς. Capite gravatus. *David autem Goliathi frontem ita percussit, ut, lapide ad cerebrum usque penetrante, confestim ictu illo*

1 Ξενοκλῆς γὰρ ὁ Καρκίνος] Scribe ex Scholiasta Ξενοκλ. γὰρ ὁ Καρκίνου.

2 Παρὰ προσδοκίαν. τουτέστι μετὰ μόχθου] Supple ex Scholiasta Aristophanis: Παρὰ προσδοκίαν· τουτέστιν, ὃ μετὰ μόχθου συνεγράψατο.

3 Καρκίνου ποιήματα] De hoc Carcino vide Harpocrationem.

4 Κάστωρ. Ῥόδιος] De eo vide Meursium in *Bibliotheca Græca*.

5 Ἀναγραφὴν Βαβυλῶνος καὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων] Sic locum hunc ex MS. Paris. B. supplevi, qui in prioribus Edit. ita legitur: Ἀναγραφὴν τῶν θαλασσοκρ. omissis duabus illis vocibus Βαβυλῶνος καί. In MSS. Paris. A. & C. vox Βαβυλῶνος quidem desideratur, at lacuna post ἀναγραφὴν relicta est, certo indicio, excidisse ibi vocem aliquam, quam MS. B. recte retinuit.

6 Ὁ δὲ Δαβὶδ βάλλει —— ἐπὶ τὴν ὄψιν] Hæc sunt verba Josephi *Antiq. Jud.* lib. VI. cap. XI.

τὴν

τὴν ὄψιν. ἢ κεκαρωμένος. Ὁ δὲ τὴν καρδίαν [1] ταῖς τιμαῖς ἤδη κεκαρωμένος παρέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὴν ὁδόν.

Κάῤῥων. Δωρικῶς ὁ κρείττων. καὶ Καῤῥόθεν, ἀπὸ τοῦ κρείττονος. Δαμάσκιος γὰρ λέγει περὶ Ἰσιδώρου· Ὤιμην αὐτὸν κεκραγέναι καταβάντα εἰς γένεσιν, ἐγὼ δὲ καῤῥόθεν ἐνθάδε ἀφικόμην.

Καρπαλίμως. ταχέως.

Καρπασινοί. [2] κορτῖναι.

Καρπαία. εἶδος ὀρχήσεως. οὕτω [3] Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει. λέγει δὲ καὶ τὸ εἶδος ταύτης.

Καρπίζουσιν. [4] ποτίζουσιν. εὔκαρπα ποιοῦσι.

Κάρπιμος τόπος.

Καρπός. ἡ ἐπικαρπία· καὶ τὸ μέρος τῶν χειρῶν. δύο γὰρ σημαίνει.

Καρπὸς, καὶ περικάρπιον διαφέρει. καρπὸς [5] μὲν γάρ ἐστι κυρίως αἱ κεγχραμίδες τοῦ σύκου, καὶ τῶν ἐλαιῶν οἱ πυρῆνες· περικάρπιον δὲ, τὸ περικεχυμένον τούτοις ὑγρὸν μετὰ τοῦ περιέχοντος αὐτὸ δέρματος.

Καρποῦ δίκη. τῷ βλάψαντι καρποὺς δίκας ἐπετίθουν.

Καρποῦ δίκη. οἱ ἀμφισβητοῦντες ὡς προσηκούσης αὐτοῖς, λαγχάνουσι τοῖς διακρατοῦσιν. εἶτα ἑλόντες, λαγχάνουσι περὶ ἐπικαρπίας. τοῦτο καρποῦ δίκη καλεῖται. καὶ [6] Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς· Εἰ γάρ τι ἐγκαλεῖς τῷδε τῷ μειρακίῳ, καὶ τῶν σῶν τι ἔχει, δίκασαι αὐτῷ κατὰ τοὺς νόμους· εἰ μὲν χωρίου ἀμφισβητεῖς, καρποῦ· εἰ δὲ οἰκίας, ἐνοικίου· ὥσπερ νῦν οὗτός σοι ἐπιτροπῆς δικάζεται.

Κάρπωμα. θυσία. προσφορά.

Καρσίως. πλαγίως, καὶ ἐγκαρσίως.

Κάρτα. λίαν. ἢ μεγάλως. Ληΐζετο γὰρ ἡ Κολχὶς κάρτα κομιδῇ, καὶ ἄσχετον ἦν τὸ κακόν. ἐχήρευε γὰρ τοῦ στρατηγοῦντος.

Κάρτα [7] ἐπαφρόδιτος.

Κάρτα. ἐκ [8] τῶν Σοφοκλέους. Αἴας φησὶ πρὸς τὸ ἴδιον τέκνον·

Τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ' ἀνώδυνον κακὸν,
Ἕως τὸ χαίρειν καὶ τὸ λυπεῖσθαι μάθῃς.

Κάρταλλος. Ἀρχὰς ἅλωνός μου καὶ ληνοῦ προσφέρω Χριστῷ· κάρταλλον δὲ βοτρύων τῷ Παρακλήτῳ. κόφινος ὀξὺς τὰ κάτω.

Καρτερία. ἡ ἐπιστήμη, ἢ ἕξις ὧν ἐμμενετέον, καὶ μὴ, καὶ οὐδετέρων.

Καρτερός. καὶ ὁ δυνάμενός τινος κρατεῖν. Ὁ δὲ ἐδύνατο καρτερὸς εἶναι τῆς πόλεως, ἀλλ' ἐνέδωκε ταὐ-

sopitus pronus procideriit. Et κεκαρωμένος, idem. *Ille vero animo tristitia jam gravato, itineri se commisit.*

Κάῤῥων. Dorice pro κρείττων, melior. Et Καῤῥόθεν. A meliore. Damascius de Isidoro dicit: *Existimabam eum, cum in lucem ederetur, exclamasse: Ego vero ex meliore loco huc descendi.*

Καρπαλίμως. Celeriter.

Καρπασινοί. Cortinæ.

Καρπαία. Saltationis genus: cujus modum describit Xenophon in *Expedit. Cyri.*

Καρπίζουσι. Rigant. Fœcunda faciunt.

Κάρπιμος τόπος. Fructifer locus.

Καρπός. Fructus. Item, pars manus, Duo enim significat.

Καρπὸς, & περικάρπιον differunt. Nam καρπὸς proprie sunt grana ficus, & olivarum ossicula: περικάρπιον vero, caro ea circundans cum ambiente pellicula.

Καρποῦ δίκη. Actio frugum [læsarum.] Ei enim, qui fruges læsisset, pœna irrogabatur.

Καρποῦ δίκη. Qui litigant cum aliquo de agro, quem ad se pertinere dicunt, possessoribus ejus litem intendunt. Deinde, cum eos peregerunt reos, de usu fructu actionem contra eos instituunt, quæ καρποῦ δίκη appellatur. Lysias in oratione contra Demosthenem de tutela: *Si quid sit, ob quod adolescens iste accusandus tibi videatur, & tuarum rerum aliquid possideat, secundum leges judicio cum eo contende. Et si quidem de agro lis sit,* καρποῦ; *si de domo,* ἐνοικίου *actionem contra eum institue: ut iste nunc tibi tutelæ dicam scribit.*

Κάρπωμα. Sacrificium. Oblatio.

Καρσίως. Oblique.

Κάρτα. Valde. Vehementer. *Ingentes enim ex Colchide prædæ agebantur, nec malum sustineri amplius poterat. Belli enim duce carebat.*

Κάρτα ἐπαφρ. Valde venustus.

Κάρτα. Ajax apud Sophoclem ad filium suum inquit: *Nihil enim intelligere malum est doloris expers, donec lætari & tristari didiceris.*

Κάρταλλος. Cophinus in inferiore parte in acutum desinens. *Areæ meæ & torcularis primitias offero Christo: cophinum vero uvarum Paracleto.*

Καρτερία. Est scientia rerum, quæ toleranter ferendæ sunt, vel secus, vel neutrarum.

Καρτερός. Qui re aliqua potiri potest, vel eam in potestate sua retinere. *Ille vero, cum*

1 Ταῖς τιμαῖς] Puto legendum ταῖς λύπαις.

2 Καρπασινοί. κορτῖναι] Portus locum hunc frustra sollicitat. Καρπασινοὶ enim dictum est pro καρβασινοὶ, a carbasus. Κορτῖναι vero significat cortinas sive aulæa: qua voce, licet Latina, recentiores Græci etiam usi sunt.

3 Οὕτω Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει] Lib. VI. pag. 371. ut Portus observavit. Vide etiam Athen. lib. I. pag. 15. qui idem genus saltationis verbis Xenophontis describit.

4 Καρπίζουσιν. ποτίζουσιν. εὔκαρπα π.] Ex Hesychio.

5 Καρπὸς μὲν γάρ ἐστι κυρ.] Vide Theophr. *Hist. Plant.* lib. I. cap. III.

6 Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημο.——δικάζεται] Ex Harpocratione.

7 Κάρτα ἐπαφρόδιτος] Hanc lectionem ex optimo MS. Paris. A. revocavi. In prioribus enim Edit. nullo sensu scriptum est, Κάρτα ἐπ' Ἀφροδίτης.

8 Ἐκ τῶν Σοφοκλέους] In *Ajace*, pag. 33. ut Portus monuit.

τῷ

τὴν τῷ βασιλεῖ. Καὶ αὖθις· Τήν τε πόλιν καὶ τὴν χώραν, ἧς τινος οἱ Νισιβηνοὶ καρτεροί εἰσιν, ἐνδώσοντες. Καὶ αὖθις· Καὶ αὐτὸς ἐγὼ, ἐν ᾧ ἔτι Ἀρμενίας καρτερὸς ἦν. † Καὶ μάχης καρτερᾶς συγκειμένης, φθείρεται πᾶσα ἡ στρατιὰ τῷ Ἀντιόχῳ.

Καρτερός. ὁ ἐγκρατής. Ὅπερ οὐκ ἦν νόμιμον δρᾶσαι ἐν γῇ, ἧς τινος Ῥωμαῖοι ἐκ παλαιοῦ καρτεροί εἰσιν. ἀντὶ τοῦ κύριοι, ἐγκρατεῖς.

Καρτερώνυχας. ἰσχυροὺς ὄνυχας ἔχοντας.

Καρτερώτατος.

Καρύα. τὸ δένδρον. κάρυα δὲ, ὁ καρπός.

Καρυάνδα. πόλις Καρίας.

Καρυκεύων. ἀρτύων. ἡδύνων.

Καρυκεία. ἡδύτης τῶν ζωμῶν.

Καρύκη. [1] ἔδεσμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον. βρῶμα Λυδῶν ἐξ αἵματος, καὶ ἄλλων ἐδεσμάτων. ἀφ' οὗ καὶ τὸ συνταράττειν τι καὶ ἀναδεύειν καρυκεύειν φασί. καὶ [2] Καρυκοποιεῖν, τὸ κοσμεῖν ποικιλίᾳ τινὶ ῥημάτων τὸν λόγον. Καρυκεύματα γὰρ, τὰ ἡδύσματα καὶ ἀρτύματα. καὶ Καρύκη, ἡ κοιλία, ἣν νῦν [3] μονθυλευτὴν καλοῦσι. καὶ παροιμία· Μήτε Λυδῶν καρύκας, μήτε μαστίγων ψόφους.

Καρφαλέον. ξηρόν. καὶ Καρχαλέον, κατάξηρον.

Κάρφη. ὁ ξηρὸς καὶ κοῦφος χόρτος. Διφθέρας εἶχον [4] σκεπάσματα· ἐμπίπλασαν χόρτου κούφου. εἶτα συνῆγον καὶ συνέσπων τὰς διφθέρας, ὡς μὴ ἅπτεσθαι τῆς κάρφης τὸ ὕδωρ. λέγεται δὲ θηλυκῶς. [5] Ἀρριανός· Καὶ αἱ διφθέραι τῆς κάρφης ἐμπιπλάμεναι, καὶ ἡ ὄχθη πᾶσα πλήρης φαινομένη, οὐκ εἴα ἠρεμεῖν τὸν [6] Πῶρον. λέγεται δὲ καὶ οὐδετέρως, τὸ κάρφος.

Καρχαλέος. ὁ ξηρός.

Καρχαρόδοντα. [7] ὅσα στρογγύλους καὶ ἐναλλάσσοντας τοὺς ὀδόντας ἔχουσι, λέων, κύων, πάρδαλις, [8] ἀετίδες, καὶ ἰχθύων γένος, ἃ σαρκοφάγα εἰσί.

Καρχαρόδους. τραχεῖς ὀδόντας ἔχων. καὶ Κάρχαρον, τὸ τραχύ.

——Καὶ [9] κάρχαρόν τι μειδιάσας,
Σοὶ μισθὸς ἀρκεῖ, φησί, τῶν ἰατρειῶν,
Κεφαλὴν λυκείου [10] φάρυγγος ἐξελεῖν σώαν.

Ἐν Μυθικοῖς.

Καρχήδημος ὁ γλάμων. [11] Ἀριστοφάνης λέγει περὶ αὐτοῦ.

Καρχηδών, πόλις Λιβύης, μεγίστη τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην πόλεων καὶ δυναμικωτάτη ἐτύγχανεν οὖσα, ἡ-

urbem tenere posset, eam Regi dedidit. Et iterum: *Et urbem & regionem, quam Nisibeni tenent, dedituri.* Et iterum: *Et ipse ego, dum adhuc Armeniæ dominus essem.* † *Et cum acre prælium committeretur, totus exercitus Antiochi deletus est.*

Καρτερός. Qui aliquid in sua potestate tenet. Rei alicujus dominus. *Quod fieri nefas erat in terra, quam Romani jam inde ab antiquis temporibus possederant.*

Καρτερώνυχας. Qui firmas ungulas habent.

Καρτερώτατος. Robustissimus. Fortissimus.

Καρύα. Nux arbor. Κάρυα vero, fructus ejus, sive nuces.

Καρυάνδα. Carynda. Urbs Cariæ.

Καρυκεύων. Suaviter condiens.

Καρυκεία. Condimentum.

Καρύκη. Edulium ex multis rebus compositum. Cibus Lydius ex sanguine & aliis rebus esculentis confectus. Unde etiã aliquid confundere & commiscere, καρυκεύειν dicunt. Et καρυκοποιεῖν, orationem pigmentis quasi verborũ ornare. Καρυκεύματα enim appellantur condimenta ciborum. Et Καρύκη, venter, quem nunc μονθυλευτὴν, i. e. farctum, vocant. Et proverbiũ: *Neque Lydorũ carycas, neque flagellorum strepitus.*

Καρφαλέον. Aridum. Siccum. Et Καρχαλέον, idem.

Κάρφη. Festuca. Gramen siccum & aridum. *Pro tegumentis habebant pelles, quas arido gramine repletas constrinxerunt, ne aqua materiam inclusam tangeret.* Arrianus: *Et pelles stramentis & festucis repletæ, totaque ripa* [*equitatu pariter ac peditatu*] *obsessa, anxium ac solicitum Porum tenebant.* Dicitur & genere neutro τὸ κάρφος.

Καρχαλέος. Aridus. Siccus.

Καρχαρόδοντα. Sic vocantur animalia, quæ dentes habent rotundos & pectinatim inter se coeuntes, ut leo, canis, pardus, aetides, aliaque carnivora. Item, quoddam piscium genus.

Καρχαρόδους. Asperos dentes habens. Et Κάρχαρον. Asperum. *Et asperis dentibus exertis ridens, sat magnam, inquit, pro medicina tulisti mercedem, quod caput ex lupi faucibus salvum extraxeris.* In Fabulis.

Καρχήδημος ὁ γλ. *Et Archedemus ille lippus.* Ejus meminit Aristophanes.

Καρχηδών. Carthago, urbs Africæ, omnium in orbe terrarum urbium maxima & poten-

1 Καρύκη. ἔδεσμα ἐκ πολλ.] Vide Athenæum lib. XII. pag. 516.

2 Καὶ καρυκοποιεῖν, τὸ κοσμεῖν ποικιλίᾳ τινὶ ῥημ. τὸν λόγον] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 307. (208. Ed. Baf. P.)

3 Μονθυλευτὴν] De significatione hujus vocis vide Casaub. ad Athen. lib. I. cap. IV.

4 Σκεπάσματα· ἐμπίπλασαν χόρτου] Lege σκεπάσματα, ἃ ἐνεπίπλασαν χόρτου.

5 Ἀρριανός] Lib. V. *De Expedit. Alex.* pag. 330.

6 Πῶρον] Antea male legebatur πόρον: quod Portus *alveum fluvii* significare putabat, cum sit nomen proprium Indorum Regis, qui Porus appellabatur.

7 Καρχαρόδοντα. ὅσα στρογγύλους καὶ ἐναλλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 349. Vide etiam Aristotelem *Histor. Anim.* Lib. II. cap. I. pag. 482. & supra v. Ἀμφόδοντα.

8 Ἀετίδες] Sic etiam legitur apud Enarratorem Comici. Sed, ut verum fatear, vocem istam suspectam habeo, quoniam non memini, me usquam de isto genere animalis aliquid legisse.

9 Καὶ κάρχαρόν τι μειδιάσας, Σοὶ μισθ.] Versus hi Choliambici deprompti sunt ex Babrio.

10 Φάρυγγος] Metri gratia scribendum est φάρυγος.

11 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 240. (154. Ed. Bal. P.) Vide etiam supra v. Γλάμων.

τις καὶ Βύρσα ἐκαλεῖτο, ἀπὸ ἱστορίας. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀφρικανός.

Καρχηδών. ἡ [1] Ἀφρική· ἐξ ἧς ὡρμᾶτο ὁ μέγας Κυπριανός. ταύτην Σκιπίων καθεῖλεν εἰς ἔδαφος· ἡ μετὰ τὸν πρῶτον συνοικισμὸν ἑπτακόσια ἔτη κρατήσασα τῶν περιοίκων.

Κασαλβάδες. [2] ἑταῖραι. τουτέστιν, ἀεὶ ἐπὶ τέγους καὶ οἰκήματος ἑστῶσαι γυναῖκες, ἐπὶ μισθῷ παρέχουσαι τοῖς βουλομένοις ἑαυτάς.

Κασαλβάς. πόρνη. [3] Κασάλβαι δὲ εἴρηνται, ἀφ' οὗ ποιοῦσι. καλοῦσι μὲν οὐκ ἔχουσαι τοὺς ἐραστάς· σοβοῦσι δὲ τοὺς ὄντας, ἵνα ἄλλους λάβωσι. παρὰ τὸ καλεῖν οὖν καὶ τὸ σοβεῖν.

Κασαλβάσω. λοιδορήσω. [4] Ἀριστοφάνης· Κασαλβάσω τοὺς ἐν Πύλῳ στρατηγούς.

Κασάνδρα.

Κασαυρείοις, ἢ κασαλβίοις. τουτέστι, τοῖς πορνείοις. [5] Ἀριστοφάνης·

Ἐν κασαυρείοισι λείχων τὴν ἀπόπλυστον δρόσον.

Κασσία. ὄνομα πόλεως. σημαίνει δὲ καὶ [6] κύριον ὄνομα θυγατρὸς τοῦ Ἰώβ. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ἀρωματικοῦ. καὶ [7] Δαβίδ· Σμύρνα, στακτὴ, καὶ κασσία.

Κασίγνητος. ἀδελφὸς γνήσιος. Κασίγνητοι δὲ κοινότερον οἱ συγγενεῖς. ὁ δὲ Ὅμηρος τοὺς ἀνεψιοὺς εἶπε κασιγνήτους. [8] Ἕκτωρ δὲ κασίγνητος.

Κασσιέπεια. ἡ καλλονή. καὶ ὄνομα κύριον.

Κάσιον ὄρος. περὶ [9] τῷ Εὐφράτῃ. καὶ Κάσιος Ζεύς· ἔνθα Τραϊανὸς ἀνέθηκε κρατῆρας ἀργυροῦς, καὶ κέρας βοὸς παμμέγεθες κεχρυσωμένον, ἀκροθίνια τῆς κατὰ τῶν Γετῶν νίκης. καὶ [10] Ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδριανῷ πεποιημένα·

Ζηνὶ [11] τόδ' Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγαλμα,
Κοίρανος ἀνθρώπων, κοιράνῳ ἀθανάτων
Ἄνθετο.——

Ὅτι οἱ Κάσιοι Πηλουσιῶται φυσικῇ τέχνῃ ἄμματα ἔπλεκον, [12] δοκοὺς ἐπὶ δοκοῖς συνάπτοντες· καὶ [13] Κασίτῃ ἴσον ἄμματα δεσμά. [14] ἐν Ἐπιγράμματι·

tissima fuit: quæ & Byrsa ob eventum aliquod appellata fuit. Quære in Ἀφρικανός.

Καρχηδών. Carthago, urbs Africæ: ex qua magnus ille Cyprianus prodiit. Hanc Scipio evertit: quæ per DCC annos, postquam primum condita fuit, finitimis imperavit.

Κασαλβάδες. Meretrices. Hoc est, mulieres, quæ semper in cella & fornice prostant, venalem corporis sui usum omnibus præbentes.

Κασαλβάς. Meretrix. Κασαλβάδες vero dictæ sunt ab eo, quod faciunt. Vocant enim amatores, quum nullos habent: illos vero, quos habent, abigunt, ut alios admittant. Dictæ igitur sunt a verbo καλεῖν & σοβεῖν.

Κασαλβάσω. Convitiis insectabor. Aristophanes: *Convitiis insectabor belli duces ad Pylum.*

Κασάνδρα. Cassandra.

Κασαυρείοις, vel κασαλβίοις. Lupanaribus. Aristophanes: *In lupanaribus lingens fœdissimum rorem.*

Κασσία. Cassia. Nomen urbis. Est etiam nomen proprium filiæ Jobi. Significat item aromatis genus. David: *Myrrha, & stacte, & cassia.*

Κασίγνητος. Frater germanus. Communiter vero κασίγνητοι vocantur cognati. Homerus vero consobrinos vocavit κασιγνήτους. *Hector, tu mihi fratris loco es.*

Κασσιέπεια. Pulchritudo. Item, nomen proprium.

Κάσιον ὄρος. Casius mons ad Euphratem. Et Casius Jupiter, cui Trajanus argenteos crateres & maximum cornu bovis inauratum, primitias victoriæ a Getis reportatæ, dedicavit. In hæc donaria sequens exstat Adriani Epigramma:

Trajanus Æneades Jovi Casio hoc simulacrum,
Rex hominum Regi immortalium,
Dedicavit. ——

Casiii Pelusiotæ naturali quadam solertia nodos implicare norant, laqueos cum laqueis connectentes. Unde proverbium: *Nodi Casioticis similes.* In Epigrammate:

1 Ἡ Ἀφρική] Scribe, ἡ τῆς Ἀφρικῆς. Vide tamen v. Ἀφρικανός.

2 Κασαλβάδες. ἑταῖραι —— καὶ τὸ σοβεῖν] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 308. (208. Ed. Bas. *P.*)

3 Κασάλβαι] Lege, κασαλβάδες, ut apud Enarratorem Comici.

4 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 307. (208. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 359. (254. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam supra v. Ἀριφράδης.

6 Κύριον ὄνομα θυγατρὸς τοῦ Ἰώβ] Vide supra v. Ἰώβ.

7 Δαβίδ· Σμύρνα, στακτὴ, καὶ κασσ.] Psalm. XLIV. secundum LXX. Interpretes.

8 Ἕκτωρ δὲ κασίγνητος] Locus, ad quem Suidas respexit, exstat apud Homerum Il. Z. v. 430. sed ubi κασίγνητος non significat ἀνεψιόν, sed ἀδελφόν.

9 Πρὸς τῷ Εὐφράτῃ] Scribendum est πρὸς τῷ Πηλουσίῳ. Duplex enim a Geographis memoratur mons Casius; alter in Ægypto, ad Pelusium; & alter in Seleucia prope Antiochiam: in quorum priore erat templum Jovis Casii, cujus Suidas hic mentionem facit.

10 Καὶ Ἐπιγράμματα ἐν τοῖς ἀναθήμασιν Ἀδρ. πεπ.] Scribendum puto, καὶ Ἐπίγραμμα εἰς τὰ ἀναθήματα Ἀδριανῷ πεποιημένον; quam lectionem in versione secutus sum.

11 Ζηνὶ τόδ' Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγ.] Integrum Epigramma, cujus partem tantum hic exhibet Suidas, ex Cod. MS. Anthologiæ ineditæ cum Lectore hic communicabo:

Ζηνὶ τόδ' Αἰνεάδης Κασίῳ Τραϊανὸς ἄγαλμα
Κοίρανος ἀνθρώπων, κοιράνῳ ἀθανάτων
Ἄνθετο, δοιὰ λῖτα πολυδαίδαλα, καὶ βοὸς ὄρων
Ἀσκητὸν χρυσῷ παμφαινόμενον κέρας·
Ἔξαιρα ἀκρότερα ἀπὸ ληΐδος, ἦμος ἀπηνέας
Πέρσας ὑπερθύμους ᾧ ὑπὸ δουρὶ Γέτας.
Ἀλλὰ σὺ οἱ καὶ τήνδε, κελαινεφὲς, ἐγγυάλιξον
Κρῆναι εὐκλειῶς δῆριν Ἀχαιμενίδων·
Ὄφρα τοι εἰσορόωντι διάνδιχα θυμὸν ἰαίνῃ
Δοιά, τὰ μὲν Γετέων σκῦλα, τὰ δ' Ἀρσακιδῶν.

Elegans hoc Epigramma ante nos edidit etiam Salmasius ad Spartianum in *Adriano.* In Hexametro secundo λῖτα sunt καταπετάσματα, ut Suidas exponit infra v. Λῖτα. Sed notandum est, syllabam priorem vocis istius hic corripi, quæ apud Homerum producitur: ut monuit etiam Salmasius loco laudato. In eodem Hexametro pro βοὸς ὄρων Salmasius recte restituit βοὸς οὔρου, i. e. bovis uri. Infra etiam v. Λῖτα & v. Οὖρος male legitur βοὸς ὄρων, ubi itidem βοὸς οὔρου scribendum est. Reliqua sunt satis clara.

12 Δοκοὺς ἐπὶ δοκοῖς] Sic etiam legitur supra v. Ἄμματα, sed male. Scribendum enim potius est λύκους ἐπὶ λύκοις, ut Portus quoque monuit. Differentiam τοῦ δοκὸς & λύκος vide in vulgatis Lexicis.

13 Καὶ Κασίτῃ ἴσον ἄμματα δεσμά] Scribendum puto, καὶ Κασιωτικὰ ἄμματα, ἢ δεσμά. Proverbium enim erat Κασιωτικὸν ἄμμα, ut ex Diogeniano patet.

14 Ἐν Ἐπιγράμματι· Χρύσεος ἀψ.] Hæc nihil ad hunc locum faciunt, sed pertinent ad vocem Ἄμμα.

Χρύσεος ἀψαύστοιο διέτμαγεν ἅμματα κούρης
Ζεὺς διαδὺς Δανάας χαλκελάτους θαλάμους.

Aureus intactæ rupit nodum virginitatis
Jupiter penetrans per æreos Danaes thalamos.

Κασσιόπη. ὄνομα κύριον.

Κασσιόπη. Cassiope. Nomen proprium.

Κάσις. ἀδελφός.

Κάσις. Frater.

Κασσίτερος.

Κασσίτερος. Stannum.

Κάσος. Ῥωμαίων γοῦν ὁ νικήσας τὴν μονὰξ μάχην, ἀνεδεῖτο στεφάνῳ ἀγρώστεως· καὶ ἦν [1] Κάσος ἄμαχος. Φησὶν Αἰλιανός.

Κάσος. Casus. *Quisquis igitur Romanorum singulari certamine vicisset, graminea corona coronabatur, eratque Casus invictus.* Sic Ælianus inquit.

Κασσωρίς. πόρνη. ἑταίρα.

Κασσωρίς. Scortum. Meretrix.

Κάσπια ὄρη. καὶ Κάσπιαι πύλαι. ἔστιν ἐκεῖ θάλασσα ἀπὸ τῆς ἐμβολῆς τοῦ Ὠκεανοῦ· καὶ τὸ μὲν στενότατον αὐτῆς Κάσπιαι πύλαι καλοῦνται· τὸ δὲ λοιπὸν, Ὑρκανία θάλασσα. περιοικεῖται δὲ βαρβάροις ἔθνεσιν.

Κάσπια ὄρη. Caspii montes. Et Caspiæ portæ. Est ibi mare, quod ex Oceano in locum illum irrupit: cujus angustissima pars portæ Caspiæ vocantur; reliquum vero, mare Hyrcanium. Gentes, quæ circa habitant, sunt omnes barbaræ.

Κασπίῳ λίθῳ. Οἱ Κάσπιοι εἶχον ἀγχέμαχα δόρατα, τεθηγμένα λίθῳ Κασπίῳ, ὃν ὀξύτατόν τε φασὶ τρῶσαι, καί τινα ἰὸν ἐμποιεῖν τῷ τραύματι ὀλέθριον.

Κασπίῳ λίθῳ. Caspio lapide. Caspii habebant hastas, quibus cominus pugnabant, cuspide ex lapide Caspio præfixas, quem & acerrime vulnerare, & letale quoddam venenum vulneribus indere tradunt.

Κασταλία πηγὴ ἦν ἐν τῇ καλουμένῃ Δάφνῃ· ἐν ᾗ ἐλέγετο παρεδρεύειν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ χρησμολογεῖν, αὔρας καὶ πνοῆς ἐκ τοῦ ὕδατος ἀναδιδομένης. ἐξ ὧν οἱ περὶ τὴν πηγὴν ἔλεγον, ἅπερ οἱ δαίμονες ἔλεγον.

Κασταλία πηγή. Fons Castalius erat in Daphne, quæ sic vocabatur: ubi Apollo sedem suam habere, & oracula edere ferebatur, aura & halitu ex aqua adscendente. Unde qui circa fontem illum habitabant, ea dicebant, quæ dæmones suggerebant.

Κασταναία. [2] πόλις.

Κασταναία. Castanæa, nomen urbis.

Καστάνειον. [3]

Καστάνειον. Castaneum.

Καστόρειον [4] μέλος. τὸ τοῦ κάστορος τοῦ ζώου.

Καστόρειον μέλος. Cantus, a castore animali ita dictus.

Καστορίδων κυνῶν. Σοὶ [5] γὰρ Καστορίδων ὑλακὰ κυνῶν εὔαδε.

Καστορίδων κυνῶν. Castorearum canum. *Tibi enim Castorearum latratus canum placet.*

Καστόρειον. εἶδος βαφῆς ἀπὸ τῆς κογχύλης.

Καστόρειον. Genus tincturæ ex conchylio, sive purpura.

Καστωλός. ὄνομα κύριον.

Καστωλός. Castolus. Nomen proprium.

Κάστωρ, [6] Ῥόδιος, ἢ, ὥς τινες, Γαλάτης· ὡς δὲ ἄλλοι ἐπλανήθησαν, Μασσαλιώτης, ῥήτωρ· ὃς ἐκλήθη Φιλορώμαιος. γήμας δὲ οὗτος Δηϊοτάρου τοῦ συγκλητικοῦ θυγατέρα, ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ ἅμα τῇ γαμετῇ, διότι αὐτὸν Καίσαρι διέβαλεν. ἔγραψε δὲ ἀναγραφὴν Βαβυλῶνος, καὶ τῶν θαλασσοκρατησάντων, ἐν βιβλίοις β'. Χρονικὰ ἀγνοήματα· καὶ περὶ ἐπιχειρημάτων ἐν βιβλίοις θ'. Περὶ πειθοῦς β'. Περὶ τοῦ Νείλου. Τέχνην ῥητορικὴν καὶ ἕτερα. † Περὶ ἀγαλμάτων Κάστορος καὶ Πολυδεύκους ἐν τῷ Διόσκουροι.

Κάστωρ. Castor, Rhodius, vel, ut quidam aiunt Galata; vel, ut alii falso existimant, Massiliensis, orator: qui dictus est Philoromæus, sive Romanorum amans. Hic, ducta uxore Dejotari Romani Senatoris filia, ab ipso una cum uxore sublatus est, quod ipsum apud Cæsarem criminatus fuisset. Scripsit descriptionem Babylonis, & illorum, qui maris imperium obtinuerunt, libris duobus. De iis quæ in Chronologicis ignorata fuerunt. De Argumentis oratoriis libros novem. De persuadendi ratione libros duos. De Nilo. Artem Rhetoricam: & alia. † De Castoris & Pollucis simulacris vide in v. Διόσκουροι.

Καστρεύσαντες δὲ ἑαυτοὺς περὶ τὸν Ἀρχιεπίσκοπον, διὰ παρακλήσεως πείθειν ἐνόμιζον.

Καστρεύσαντες δὲ ἑαυτ. *Cum consedissent circum Archiepiscopum, putabant fore, ut eum adhortatione sua flecterent.*

Κάστρον. κατὰ Ῥωμαίους, παρεμβολὴ ἀσφαλής.

Κάστρον. Castra, secundum Romanos.

Κατὰ. [7] κυρίως, ἐξ, ἐπὶ, ἐκ.. ἢ ἀντὶ τοῦ εἶτα. Κατ'

Κατά. Interdum eadem significatione accipitur qua ἐξ & ἐπί. [At κατὰ,] pro καὶ εἶτα, &

1 Κάσος] Hanc vocem habeo suspectam.

2 Κασταναία. πόλις] Photius in Lexico inedito nomen hujus urbis per θ & absque diphthongo scribit. Verba ejus hæc sunt: Καθανία, πόλις ἐν Μακεδονίᾳ. ἐκ τῶν περιπεφυκότων δένδρων. ἢ ἀπὸ Νύμφης. Vide etiam Etymologum.

3 Καστάνειον] Est adjectivum, ab urbe Κασταναία deductum. Etymologus: Κασταναία, πόλις Μαγνησίας· ἔνθεν καὶ τὰ καστάνεια κάρυα.

4 Καστόρειον μέλος. τὸ τοῦ κάστορος τοῦ ζώου] Nugatur hic Suidas, qui carmen, quod Καστόρειον dicebatur, a castore animali appellatum fuisse tradit, cum a Deo Castore nomen acceperit, ut recte monuit Meursius *de Orchestra*, circa finem, quem vide.

5 Σοὶ γὰρ Καστορίδων ὑλακὰ κυνῶν εὔαδε] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Agathiæ in Panem, quod exstat Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. ult. Καστορίδες autem κύνες sunt canes Spartani: quos in pretio olim habitos fuisse ex Oppiano aliisque scriptoribus notum est.

6 Κάστωρ, Ῥόδιος, ἢ, ὥς τινες, Γαλ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam paulo ante post v. Καρνεάδης: sed loco alieno.

7 Κατὰ. κυρίως, ἐξ, ἐπί.] Locus hic ita scribendus est: Κατά. κυρίως ἐξ, ἐπί. Κατὰ δὲ, ἀντὶ τοῦ καὶ εἶτα. Hanc lectionem in versione secutus sum.

ἐπειδὰν ὑπεκδάντες ποιήσων) τ ὁρμλὼ, σοὶ δῆτα μελήσει. † Κᾆτα ἐσκήψατο μεθύειν.

Κατάβα. ἀντὶ τοῦ κατάβηθι. [1] Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Κατάβα πανοῦργε. μόνως γὰρ λέγεται ἀξιοῦσί τινες τὸ κατάβηθι. καὶ Καταβαίνειν, τὸ εἰς ἀγῶνα χωρεῖν. Ἐνταῦθα καταβαίνει παραβαλλόμενος.

Κατάβαλλε. οἷον ῥίψον. ἄφες.

Καταβαλείς. πολλῶν βελῶν βολὰς δεξάμενος.

Καταβοή. μέμψις. κατηγορία. Ὁ δὲ οὐχ ἥκιστα ἐπιμέμφεται αὐτῷ, καὶ καταβοὴν πεποίηται τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἐλαχίστην.

Καταβολή. περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ. [2] Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ καταβολῆς συνεισάντων τοῖς βαρβάροις, εὐθέως ἐκκλίναντες ἔφυγον.

Καταβολή. [3] Δημοσθένης θ' Φιλιππικῶν. Ὥσπερ περίοδος, ἢ καταβολὴ πυρετοῦ. Ἐν ταῖς περιοδικαῖς νόσοις λέγεταί τις καὶ καταβολὴ, διὰ τὸ ἐν ἀποδεδειγμένῳ περιιέναι χρόνῳ. [4] καθάπερ οἱ ἐρανισταὶ τὰς καταβολὰς ποιοῦνται τῶν χρημάτων.

Καταβολή. καινούργησις. [5] Ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπηγήσασθαι. πεντήκοντα δὲ ὑπαρχουσῶν κατελθεῖν ἐκ τῶν νεωρίων. Πολύβιος. Οἱ δὲ πειραταὶ θεασάμενοι τὸν ἐπίπλουν τῶν Ῥωμαϊκῶν πλοίων, ἐκ καταβολῆς ἐποιοῦντο τὴν ἀναχώρησιν. λέγεται δὲ καὶ θυσία, περίοδος, τελετή.

Καταβοῶ. τὸ κατακραυγάζω. γενικῇ.

Καλαβόστρυχος. ταῖς θριξὶ κεκαλυμμένος.

Καταβραβεύω. αἰτιατικῇ.

Καταβραβευέσθω. [6] καταλογιζέσθω. [7] κατακρινέτω. καταγωνιζέσθω. [8] τὸ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλον στεφανοῦσθαι λέγει ὁ Ἀπόστολος καταβραβεύεσθαι.

Καταβραχύ. κατ' ὀλίγον.

Καταβροχθίσας. [9] ἐκροφήσας. καταπιών. ἐπὶ δὲ τῶν ἀθρόως ῥοφημένων καὶ ἀπλήστως λέγεται τὸ καταβροχθίσας. [10] Ἐγὼ δ' ἤνυστρον βοὸς, ἢ κοιλίαν ὑείαν καταβροχθίσας, λαρυγγιῶ τοὺς Ῥήτορας.

Κατάγελως.

postea. *Deinde, postquam clam elapsi impetum [in hostem] fecerint, tibi res tunc curæ erit.* † *Et deinde simulavit se ebrium esse.*

Κατάβα. Pro κατάβηθι, descende. Aristophanes *Ranis*: *Descende nequam.* [Quidam τὸ κατάβα rejiciunt,] ejusque loco κατάβηθι dicendum esse affirmant. Et καταβαίνειν, in certamen descendere. *Hic temeraria audacia in certamen descendit.*

Κατάβαλλε. [Dejice.] Projice. Dimitte.

Καταβαλείς. Qui multorum jaculorum ictus excepit.

Καταβοή. Accusatio. Incusatio. *Ille vero graviter eum incusat, & non leviter in virum invectus est.*

Καταβολή. Febris per certa temporis intervalla in orbem rediens. [Et ἐκ καταβολῆς, denuo, de integro.] *Macedonibus autem pugnam cum Barbaris integrantibus, confestim ex acie fugere cœperunt.*

Καταβολή. Demosthenes *Philippica* IX. *Quemadmodum febris statis vicibus in orbem rediens.* De morbis periodicis enim dicitur etiam καταβολή, quod stato tempore in orbem redeant: sicut eranistæ [stato tempore] symbolas suas conferre solent.

Καταβολή. Novi operis fundamentum. *A fundamento quinquaginta naves ædificari [jussit:] cum jam ante quinquaginta paratæ essent, quæ ex navalibus in mare deduci poterant.* Polybius: *Piratæ vero, conspicati classis Romanæ adventum, cursu retro converso se receperunt.* Dicitur etiam καταβολή sacrificium, circuitus, initiorum ritus.

Καταβοῶ. Clamore in aliquem invehor. Genitivo jungitur.

Καλαβόστρυχος. Capillis tectus. Comatus.

Καταβραβεύω. Accusativo jungitur. [Præmio victoriæ fraudo]

Καταβραβευέσθω. Fraudet. Condemnet. Devincat. Quum alio certante alius coronatur, id Apostolus vocat καταβραβεύεσθαι.

Καταβραχύ. Paulatim.

Καταβροχθίσας. Qui absorpsit. Qui deglutivit. Τὸ καταβροχθίσας enim dicitur de iis, quæ avide deglutiuntur. *Ego vero ventre bovino vel suillo devorato, oratores clamore meo victos tacere cogam.*

Κατάγελως. Risus. Irrisio. *Nonne hæc es-*

1 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 211. (131. Ed. Bas. *P.*)

2 Τῶν δὲ Μακεδόνων ἐκ καταβ.] Hoc fragmentum Polybio tribuit Valesius.

3 Καταβολή. Δημοσθένης θ' Φιλιππ.] Ex Harpocratione.

4 Καθάπερ οἱ ἐρανισταὶ τὰς καταβολ.] Portus rescribendum putabat καθάπερ οἱ δανεισταὶ τὰς καταβ. sed male. Locum enim, qui recte se habet, non intellexit, cujus sensus hic est: vocabulum καταβολὴ dici de re, quæ statis temporibus in orbem redit, per metaphoram ductam ab eranistis, qui olim stato tempore, id est, singulis mensibus, symbolas suas in arcam communem conferebant. Harpocratio: Ἐρανιστὴς μὲν τις κυρίως ἐστὶν, ὁ τοῦ ἐράνου μετέχων, καὶ τὴν φορὰν, ἣν ἑκάστου μηνὸς ἔδει καταβάλλειν, εἰσφέρων. Hinc, uti pensio ἐράνου erat menstrua; ita etiam singulis mensibus disceptabantur lites, quæ forte inter eranistas ortæ erant: ut discimus ex Harpocratione v. Ἔμμηνοι; & Jul. Polluce lib. VIII. cap. IX. num. 18.

5 Ἐκ καταβολῆς πεντήκοντα ναῦς ναυπ.] Hoc fragmentum Polybio Casaubonus tribuit.

6 Καταβραβευέσθω] Scribendum potius arbitror καταβραβευέτω, quoniam Suidas procul dubio respexit ad locum illum Pauli ad Coloss. II. 18. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω.

7 Καταλογιζέσθω] Hoc nihil ad rem. Rectius scribetur παραλογιζέσθω, i. e. fraudet.

8 Τὸ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλον στεφανοῦσθαι λέγει ὁ Ἀπόστολος καταβρ.] Eodem modo vocem καταβραβεύειν in laudato loco Pauli exponit Theophylactus pag. 654. Μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω. τουτέστιν, ἐπηρεαζέτω. Καταβραβεύειν γάρ ἐστιν, ὅταν ἕτερος μὲν νικᾷ, ἕτερος δὲ λαμβάνει τὸ βραβεῖον.

9 Καταβροχθίσας. ἐκροφήσας. κατπ.] Ex Enarratore Comici ad *Equites* pag. 308. (209. Edit. Bas. *P.*)

10 Ἐγὼ δ' ἤνυστρον βοὸς, ἢ κοιλ.] Metrum hujus fragmenti restituendum est ex Aristophane, apud quem loco laudato sic legitur:

Ἐγὼ δέ γ' ἤνυστρον βοὸς, καὶ κοιλίαν ὑείαν
Καταβροχθίσας, κᾆτ' ἐκπιὼν τὸν ζωμὸν, ἀναπόνιπτος
Λαρυγγιῶ τοὺς ῥήτορας, καὶ Νικίαν ταράξω.

Eundem locum Comici citat etiam Athenæus lib. III. pag. 94.

Ταῦτ' οὐ καταγέλως ἐστὶν ἀνθρώποις πλατύς; καὶ ἡ δοτικὴ, τῷ καταγέλωτι. καὶ καταγελῶ σου, γενικῇ.

fuso hominum risu digna sunt? Et in dativo; καταγέλωτι. Et καταγελῶ σου, derideo te.

Καταγγέλλω. γενικῇ. Μήποτέ σου καταγγείλῃ ἐπὶ τοῦ νομοθέτου. Δοτικῇ δέ· Εὐφροσύνης καὶ χαρᾶς ἡμέρα καταγγέλλει τοῖς ἰδίοις ἐκ τῶν νηστειῶν.

Καταγγέλλω. Genitivo [interdum jungitur, significans defero] *Ne te forte ad legislatorem deferat.* Interdum dativo. *Lætitiæ & gaudii dies suis finem jejuniorum annuntiat.*

Καταγγέλτους. Οἱ δὲ ἔλεγον ἀπαλλαγῆναι αὐτοὺς, πρὶν καταγγέλτους τισὶν, ὅτι πάρεισι, γενέσθαι.

Καταγγέλτους. Denuntiatos. *Ille vero dicebant eos discessisse, priusquam ipsorum adventus ulli indicatus esset.*

Καταγέμων. δαψιλῶς ἔχων. Ὁ δὲ λείας καταγέμων ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πόλιν.

Καταγέμων. Onustus. Refertus. *Ille vero præda onustus in urbem rediit.*

Κατάγαιον οἴκημα, καὶ κατάγειον. ὑπὸ γῆν. Αἱ δ' οἰκίαι ἦσαν κατάγειοι.

Κατάγαιον οἴκημα, & κατάγειον. Domus subterranea. *Ædes vero erant subterraneæ.*

Καταγευσθείς. τῇ γεύσει νικηθείς.

Καταγευσθείς. Gustu superatus.

Κατάγειν. Ἄνδρας περιφανεῖς στεφηφορεῖν, καὶ στεφάνους κατάγειν, τέκνων αὐτοῖς ἀπολωλότων. Κατάγειν καὶ τὸ τοὺς πεφευγότας εἰς τὰς ἑαυτῶν πατρίδας ἀποκαθιστᾶν. Ὁ δὲ ἐπειρᾶτο κατάγειν τοὺς ἐκπεπτωκότας. Ξενοφῶν.

Κατάγειν. Deducere. Reducere. [*Dicebat,*] *viros illustres coronas gestasse, easque domum reportasse, quamvis liberi illorum obiissent.* Κατάγειν significat etiam exules patriæ restituere. *Ille vero exules in patriam reducere conabatur.* Xenophon.

Κατάγειν [1] τὰ πλοῖα· [2] Δημοσθένης ἐν ἡ Φιλιππικῶν ἀντὶ τοῦ λῄζεσθαι, καὶ κακοῦν, καὶ μὴ ἐᾶν τοὺς πλέοντας ὅποι βούλοιντο πλεῖν, ἀλλ' εἰς τὰ οἰκεῖα χωρία τοῖς λῃστεύουσι κατάγειν.

Κατάγειν τὰ πλοῖα, Demosthenes *Philippica* octava dixit pro latrocinia facere & mare infestare, nec sinere navigantes eo, quo velint, navigare, sed in portus prædonum abducere.

Καταγηράσαις[3] Τιθωνοῦ βαθύτερον, καὶ τοῦ Κινύρου πλουσιώτερον, καὶ Σαρδαναπάλου τρυφηλότερον· ὅπως τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοὶ πληρωθῇ· Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. ἐπὶ τῶν πολυχρονίων λεγομένη. ὁ δὲ Τιθωνὸς, ὑπέργηρως γενόμενος, κατ' εὐχὴν εἰς τέττιγα μετέβαλε. [4] Κινύρας δὲ, ἀπόγονος Φαρνάκους, βασιλεὺς Κυπρίων, πλούτῳ διαφέρων. Σαρδανάπαλος δὲ, Ἀσσυρίων βασιλεὺς, ἐπ' ἀκολασίᾳ καὶ τρυφῇ διαβιοὺς ἐτελεύτησεν.

Καταγηράσαις Τιθ. *Senectus tibi contingat, longævior quam Tithono; opulentior quam Cinyræ, & mollior quam Sardanapalo; ut de te vere dici possit proverbium illud: Senes bis pueri.* Proverbium hoc de longævis dicitur. Tithonus autem, cum ad summam senectutem pervenisset, ex voto in cicadam mutatus est. Cinyras vero Rex Cypriorum, a Pharnace oriundus, valde opulentus fuit. Sardanapalus denique, Rex Assyriorum, totam vitam ad obitum usque in voluptatibus & deliciis transegit.

Καταγιγαρτίσαι.[5] συνουσιάσαι. ἢ ἀντὶ τοῦ κατὰ τῶν γεωργικῶν γιγάρτων βαλεῖν, καὶ καταμυλεῖσαι. τὸ δὲ ῥῆμα πεποίηκεν, ἵνα ἀπὸ τῶν γιγάρτων τὸ μόριον ᾖ πεπλασμένον. οὐ γὰρ διαπαντὸς συνουσιάσαι δηλοῖ τὸ καταγιγαρτίσαι. ἢ καταθλῖψαι. γίγαρτα δὲ τὰ τῆς σταφυλῆς [6] ὀστελώδη. [7] Ἀριστοφάνης· Εὑρόνθ' ὡραίαν ὑλοφόρον μέσην λαβόντ' ἄραντα καταγιγαρτίσαι.

Καταγιγαρτίσαι. Coire. Vel, in acinos rusticos aliquam prosternere & permolere. Verbum autem hoc apud Aristophanem tantum eam significationem habet, [& quidem a consequenti:] ut intelligatur, ancillam in acinos prius prostratam, & deinde permolitam fuisse. Non enim τὸ καταγιγαρτίσαι semper & ubique permolere significat. Vel, comprimere. Γίγαρτα vero acinorum vinaceorum ossa significat. Aristophanes: [*Nam multo jucundius est, hanc ancillam*] *nubilem, & in sylva ligna colligentem, mediam corripere, elatamque humi prosternere & permolere.*

Καταγινέων. καταλύων. Ἡρόδοτος.

Καταγινέων. Divertens. Herodotus.

Καταγινώσκω. γενικῇ. Καταγινώσκω σου ῥαθυμίαν πολλὴν καὶ νωθρότητα.

Καταγινώσκω. Condemno. Genitivo jungitur. *Magnæ te negligentiæ & socordiæ condemno.*

Καταγλωττίζειν. τὸ βλασφημεῖν. ὡς [8] ἐν Ἀχαρνεῦσι· Ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου.

Καταγλωττίζειν. Alicui maledicere. [Aristophanes] *Acharnensibus: Falsis maledictis me insectatus est.*

1 Κατάγειν τὰ πλοῖα. Δημοσθ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Valesium.

2 Δημοσθένης ἐν ἡ Φιλιππικῶν] Intelligenda hic est oratio illa, quæ hodie περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ inscribitur. In ea enim, pag. 36. locus ille exstat, ad quem Suidas hic respexit.

3 Καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθ.——— Δὶς παῖδες οἱ γέροντες] Hæc verba leguntur apud Julianum Imperatorem Epist. LIX. in fine; eademque repetuntur infra v. Σαρδανάπαλος.

4 Κινύρας δὲ, ἀπόγονος Φαρνάκους] Sic locum hunc ex MS. Paris. A. restitui. In prioribus enim Edit. corrupte legitur Κινύρας δὲ, ἀπόγονος Φαρνάκης.

5 Καταγιγαρτίσαι. συνουσιάσαι. ἢ ἀντὶ τοῦ κατὰ τῶν γεωργ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 385. (273. Ed. Bas. *P.*) Cæterum, locus hic nonnihil est difficilis & obscurus, in quo interpretando sensus potius quam verborum rationem habui.

6 Ὀστελώδη] Puto legendum esse ὀστώδη.

7 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 384. (273. Ed. Bas. *P.*) ubi locum integrum lege.

8 Ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσι] Pag. 390. (278. Ed. Bas. *P.*)

Κατα-

Καταγλωττίσματα.[1] περίεργα φιλήματα. καταπάσματα. παντοῖαι μυρεψίαι. ἢ περιλαλήματα. ἢ εἶδος φιλήματος περιεργότερον τὸ καταγλώττισμα· ἢ κολάκευμα.

Κάταγμα. ἔριον [2]κατάπασμα, ἢ μήρυμα.

Καταγνῶναι, καὶ γνῶναι, ταύτῃ διενηνοχέναι φασὶν, ὅτι τὸ μὲν καταγνῶναι ἰδίως ἐπὶ διαβολῇ καὶ πονηρίᾳ λέγουσιν Ἀθηναῖοι· γνῶναι δὲ, χωρὶς τῆς κατὰ προθέσεως, τὸ μαθεῖν. Καταγνοὺς οὖν, οἱονεὶ καταμαθὼν καὶ αἰσθόμενος.

Καταγοητεύων. αἰτιατικῇ. ἀπατῶν.

Κατάγονται. ξενοδοχοῦνται. Καὶ ἐν αὐτῷ κατάγονται, καὶ ξενίων τυχόντες ἐπανῆλθον.

Καταγορεύω σου. γενικῇ.

Καταγωγή. παρὰ Ἡροδότῳ πανδοχεῖον.

Καταγωγῆς. ἀναπαύλης. δεξιώσεως. Ὁ δὲ εἴς τινος πανδοχέως ἐλθὼν, ἠξίου τυχεῖν καταγωγῆς. ὁ δὲ ἐνένευσε, καὶ πῦρ ἐξέκαυσε.

Καταγωνίζεσθαι. αἰτιατικῇ. νικᾶν.

Κατάγραπτος. ποικίλος.

Καταγράφων. πορισάμενος. προξενῶν. Αἰλιανός· Ὁ τοίνυν Διονύσιος καταγράφων ἑαυτῷ λύτρα πλεῖστα ὑπὲρ τῆς κόρης, ἢ χρυσίον πάμπολυ, ἢν ἀπόλοιτο αὐτή.

Καταδακρύω σου. γενικῇ.

Καταδακτυλικός.[3] συνουσιαστικὸς κατὰ τὸν δακτύλιον τοῦ πρωκτοῦ.

Κατὰ δάκτυλον. εἶδος ἀριθμητικὸν, ἢ γεωμετρικὸν, ἢ ῥυθμοῦ, καὶ [4]κρούματος τὸ κατὰ δάκτυλον ᾧ ἐχρῶντο οἱ αὐληταὶ περὶ τοῦ νόμου.

Καταδαρθάνειν.[5] κατακοιμίζεσθαι. κυρίως δὲ καταδαρθάνειν ἐστὶ, τὸ ἐν δέρμασι κατακοιμηθῆναι. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Ἔπειτ' οὐχ ἕξεις οὔτ' ἐν κλίνῃ καταδαρθεῖν. βαρυτόνως δὲ οἱ Ἀττικοὶ καὶ καταδάρθειν. καὶ Αἰλιανός· Καταδαρθόντι οἱ τῶν τις ἱερέων ἐδόκει λέγειν μίαν εἶναι σωτηρίας ὁδὸν τῷ ἀνδρὶ, καὶ ἓν τῶν ἐφεστώτων κακῶν φάρμακον.

Καταδεδέσθαι.[6] ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι. δεδέσθαι φαρμάκῳ. Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Πυθέου εἰσαγγελίᾳ.

Καταδεύσῃ. φυράσῃ. μαλάξῃ. Αἰλιανός· [7]Εἴπερ

Καταγλωττίσματα. Oscula lasciva. Odores, quibus vestes aspergimus. Unguenta omnis generis, quibus corpus inungimus. Item, nugæ verborum: vel, blanditiæ.

Κάταγμα. Filum lanæ nendo deductum & agglomeratum. Glomus.

Καταγνῶναι, & γνῶναι, hac ratione differunt, quod καταγνῶναι Athenienses dicant de calumnia & improbitate: γνῶναι vero, absque præpositione κατὰ, cognoscere. Καταγνοὺς ergo proprie dicitur, qui aliquid contra aliquem cognovit & intellexit.

Καταγοητεύων. Accusativo jungitur. Præstigiis fallens.

Κατάγονται. Hospitio excipiuntur. *Ad hospitium illud divertunt, & acceptis xeniis domum redierunt.*

Καταγορεύω σου. Accuso te. Genitivo jungitur.

Καταγωγή. Apud Herodotum significat diversorium publicum.

Καταγωγῆς. Quietis. Humanitatis, qua ab altero amice excipimur. *Ille vero in diversorium quoddam veniens, petiit ut hospitio exciperetur: quod alter annuit, ignemque accendit.*

Καταγωνίζεσθαι. Vincere.

Κατάγραπτος. Variis coloribus pictus.

Καταγράφων. De aliqua re sibi prospiciens. Procurans. Comparans. Ælianus: *Dionysius igitur ingens pretium pro redimenda puella sibi pollicitus, aut magnam auri vim, si ipsa periisset.*

Καταδακρύω σου. Genitivo jungitur. Defleo, deploro te.

Καταδακτυλικός. In nefandam & præposteram Venerem pronus.

Κατὰ δάκτυλον. Modus quidam computandi; itemque dimetiendi agros. Vel, genus rhythmi, & cantici, quod fidibus canitur: quo utebantur tibicines ante Nomum.

Καταδαρθάνειν. Dormire. Proprie autem καταδαρθάνειν est in pellibus dormire. Aristophanes *Pluto: Præterea non poteris vel in lecto dormire.* Attici autem cum accentu gravi etiam dicunt καταδάρθειν. Et Ælianus: *Ipsi dormienti quidam sacerdotum dicere videbatur, unam viro salutis viam, unumque imminentium malorum remedium superesse.*

Καταδεδέσθαι. Incantationibus magicis defixum esse. Veneficio devinciri. Dinarchus in Accusatione adversus Pytheam.

Καταδεύσῃ. Miscuerit. Molliverit. Ælianus:

1 Καταγλωττίσματα. περίεργα φιλ.] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Nub.* pag. 126.

2 Κατάπασμα] In Lexico Photii inedito legitur κατάσπασμα, uti & hic legendum est. Huc spectant verba illa Hesychii: Μήρυσμα, (lege μήρυσμα) κάταγμα, ἢ σπάσμα ἐρίου.

3 Καταδακτυλικός. συνουσιαστικὸς κατὰ τὸν δακτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 364. (258. Ed. Baf. P.) Confer Hesychium v. Σιφνιάζειν.

4 Καὶ κρούματος τὸ κατὰ δάκτυλον] Τὸ κατὰ δάκτυλον κροῦμα, vel δακτυλικὸν κροῦμα, videtur appellatum fuisse canticum, quod solis tantum fidibus absque voce humana canebatur. Id colligo ex verbis his Jul. Pollucis lib. IV. cap. IX. num. IV. Τὸ μέν τι τῶν ψιλῶν κιθαριστῶν ὄργανον, ὃ καὶ Πυθικὸν ὀνομάζεται, δακτυλικόν τινες κεκλήκασι. Ψιλοὶ κιθαρισταὶ enim hic appellantur, qui cithara tantum, non etiam voce canunt. Sed hæc tantum, ut conjecturam propono.

5 Καταδαρθάνειν. κατακοιμίζεσθαι. κυρίως δὲ καταδαρθ. ἐστὶ τὸ ἐν δέρμασι κατακοιμ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 55. (27. Ed. Baf. P.)

6 Καταδεδέσθαι. ἀντὶ τοῦ πεφαρμ.] Ex Harpocratione. Significat hic autem καταδεδέσθαι, non, ut Portus putavit, venenum haurire, & ejus viribus quasi vinctum teneri, quod ineptum est; sed id, quod in versione expressimus. Τὸ καταδεδέσθαι enim apud Græcos verbum est artis magicæ proprium, uti apud Latinos *defigere* & *obligare*. Glossæ veteres: *Defixiones*, νεκυομαντεῖαι, κατάδεσμος. Plura vide apud Salmasium in *Exercit. Plin.* pag. 766.

7 Εἴπερ οὖν τὰ Ἐπικούρου βιβλ. καταφλ.] Idem fragmentum legitur supra v. Ἀναδιδόειν. Vide etiam infra v. Σπέρματα, & v. Ταινίαι.

ἐὰν τὰ Ἐπικούρου βιβλία καταφλέξας, καὶ τὴν ἀθέων τε καὶ ἀσεβῶν καὶ ἐκτεθηλυμμένων γραμμάτων τὴν σποδὸν καταδεύσῃ κηρῷ ὑγρῷ, καὶ ἐπιπλασάμενος τὴν νηδὺν καὶ τὸν θώρακα πάντα καταδήσῃ ταινίαις.

Si igitur Epicuri libris crematis cinerem impiarum & effœminatarum literarum humida cera miscuerit, ventremque cum toto pectore illitum linteolis obligaverit.

Κατὰ[1] δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν. ἐμίσησε. κατεφρόνησεν. Ὅμηρος.

Κατὰ δὲ φρ. Odio prosecutus est. Contempsit. Homerus.

Καταδείσας.[2] φοβηθείς. καὶ [3]Καταδεῖται, φοβεῖται.

Καταδείσας. Metuens. Et Καταδεῖται, metuit.

Καταδημοβορῆσαι. καταφαγεῖν.

Καταδημοβορῆσαι. Devorare. Consumere.

Κατὰ[4] δήμους δικασταί. οὗτοι πρότερον μὲν ἦσαν λ', καὶ κατὰ δήμους περιιόντες ἐδίκαζον, ὕστερον δὲ γεγόνασι μ'.

Κατὰ δήμους δικασταί. Sic dicebantur Judices, qui singulos populos [Atticæ] obeuntes jus dicebant; initio quidem numero XXX; postea vero XL.

Καταδῃοῦν. κατακόπτειν. καταπραιδεύειν.

Καταδῃοῦν. Vastare. Diripere. Populari.

Καταδιαιτήσω. καταδικάσω. κατακρινῶ. Εἰ δέ γ' ἐς τοὐναντίον ὀφθήσεται ἀδίκως ἐπεγκαλῶν, αὐτὸς ἐγὼ καταδιαιτήσω τοῦ Σαρακηνοῦ.

Καταδιαιτήσω. Condemnabo. *Si vero contra injuste criminari visus fuerit, ego ipse Saracenum condemnabo.*

Καταδιέλεσθε. μερίσατε.

Καταδιέλεσθε. Dividite.

Καταδιϊστᾶσι. καταχωρίζουσι.

Καταδιϊστᾶσι. Dividunt. Separant.

Καταδικάζω σε. αἰτιατικῇ. γενικῇ δέ· Αἱ γυναῖκες κατεδίκαζον ἡμῶν.

Καταδικάζω σε. Condemno te. Cum accusativo. Item, cum genitivo. *Mulieres nos condemnabant.*

Καταδικασάμενος. ἀντὶ τοῦ νικήσας, καὶ καταδικασθῆναί τινα ποιήσας. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Διοκλέους ὕβρεως.

Καταδικασάμενος. Qui judicio vicit, & effecit, ut aliquis a judicibus condemnaretur. Isæus in oratione contra Dioclem de injuria.

Κατάδουπος. καταῤῥάκτης, ἢ ψόφος.

Κατάδουπος. Cataracta, sive sonitus [fluvii, ex loco superiore in inferiorem decidentis.]

Καταδύεται. δοτικῇ. καταβυθίζεται. κρύπτεται. Συγκαλύπτειν μέντοι τὸ ἔργον τοῦτο ἐν σπουδῇ εἶχε, καταδυομένη τοῖς οἰκείοις ἐπιτηδεύμασι.

Καταδύεται. Cum dativo. Submergitur. Occultatur. *Occultare tamen hoc facinus valde studebat, studiis suis quasi immersa.*

Καταδυναστεύει. γενικῇ. Οὐκ ἄξιον τῶν πτωχῶν καὶ ἀσθενῶν καταδυναστεύειν. Αἰτιατικῇ δέ· Καταδυναστεύων τὸν πένητα· ὁ ἅγιος Βασίλειός φησιν.

Καταδυναστεύει. Genitivo jungitur. Injusta tyrannide opprimit. *Non decet pauperes & tenuiores injusta tyrannide opprimere.* Item cum accusativo: *Pauperem violenter opprimens.* Sic S. Basilius inquit.

Καταδύνοντα. κρύπτοντα.

Καταδύνοντα. Occultantem.

Καταδύς. κατακρυβείς. κατακαλυφθείς. Ὁ δὲ καταδὺς ἐς πᾶσαν Ὀδύσσειον καὶ πολύπλοκον μηχανήν, διεπέμπετο πρὸς Γαϊάναν.

Καταδύς. Qui aliquem locum subiit. Occultatus. *Ille vero Ulysseas multiplicesque machinas & technas adhibens ad Gajanam dimissus est.*

Καταδύσαντες[5] τὰς ναῦς. παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ ἐπὶ τοῦ τρώσαντες· οὐχὶ δὲ τοῦ βαπτίσαντες.

Καταδύσαντες τὰς ναῦς. Apud Thucydidem significat, navibus laceratis & perforatis; non autem demersis.

Καταδύσεις. φωλεούς. ὑπονόμους. σπήλαια.

Καταδύσεις. Latebras. Cuniculos. Lustra Speluncas.

Κατὰ ζυγόν. Ὡς[6] ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ' ἄνδρα καὶ ζυγόν, οἱονεὶ μονομαχικῆς τινος συνεστώσης φιλοτιμίας. Ζυγὸς γὰρ τὸ ἐκ παρεστηκότων ἀλλήλοις πλῆθος.

Κατὰ ζυγόν. [Jugatim. Per juga.] *Accidebat, ut e tanta multitudine passim vir cum viro, & ordo cum ordine pari ardore dimicarent, ac fieri solet in singulari certamine.* Ζυγὸς in Tacticis vocatur series militum, quorum alter juxta alterum secundum longitudinem collocatus est.

Καταείνυον.[7] ἐκάλυπτον.

Καταείνυον. Tegebant.

Καταείσατο.[8] κατηνέχθη.

Καταείσατο. Delatus est. Descendit.

Καταῖξ. καταιγίς. Ἠδ' ἀπὸ Μηρισοῖο θοὴ Βορέαο καταῖξ. ἤτοι ἀπὸ τῆς Θρᾴκης.

Καταῖξ. Procella. Turbo. *At vehemens Boreas a Thracia spirans.*

1 Κατὰ δὲ φρόνιν ἤγαγε πολλήν] Hæc sunt verba Homeri Odyss. Δ. v. 258. ubi vide veterem Enarratorem.

2 Καταδείσας. φοβηθείς] Hesychius vocem hanc active exponit, φοβήσας. Sic enim apud eum pro βοηθήσας legendum est. Vide eundem v. Δεδίξεται.

3 Καταδεῖται] A verbo inusitato δίω, & per reduplicationem δείδω, quod timere significat. Hesychius: Δεδίσσεται, εὐλαβεῖται, φοβεῖται. Idem: Δίεται, φοβεῖ.

4 Κατὰ δήμους δικασταί. οὗτοι πρότερον μ.] Ex Harpocratione.

5 Καταδύσαντες τὰς ναῦς. παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ ἐπὶ τοῦ τρ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. LIV. ut Portus etiam observavit.

6 Ὡς ἂν ἐκ τοσούτου πλήθους κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ ζ.] Hæc sunt verba Polybii lib. 1. cap. XLV.

7 Καταείνυον. ἐκάλυπτον.] Respexit Suidas ad illud Homeri Il. Ψ. v. 135. Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυον. Vide ibi Scholiastam.

8 Καταείσατο. κατηνέχθη] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Λ. 358.

‡

Κα-

Καταθεῖν. καταϊτρέχειν. Οἱ δὲ Γήπαιδες, ἐπεὶ οὔπω ὁ τῆς μάχης ἐνειστήκει καιρὸς, πείθουσιν αὐτοὺς καταθεῖν μεταξὺ τὴν Ῥωμαίων χώραν, πάρεργον τῆς σφετέρας ἀχρειίας ποιούμενοι τὴν ἐς Ῥωμαίους ἐπιβουλήν.

Καταθέλξας.[1] ἐξαπατήσας. Καταθέλξας γὰρ αὐτοὺς δεινότητι τρόπου, ὡς δυνάμενος τὸν ἄνδρα πρὸς σφᾶς μεταθεῖναι.

Καταθεμένους. ἀποβαλόντας. Μὴ πρότερον τοὺς εἰς αὐτὸν εἰσιόντας τυχεῖν, ἢ καταθεμένους τὰ ὅπλα.

Καταθεᾶτο. βλέποιτο.

Καταθέσει. καταπαύσει. καταλήξει. ἢ λήψονται αὐτὸν ἐπὶ καταθέσει τοῦ πολέμου.

Καταθεῖ. κατατρέχει.

Κατὰ[2] θεῖον. τοὺς ἐξαίφνης φαινομένους οὕτως ἔλεγον κατὰ θεῖον ὦφθαι. καὶ ἐπὶ τῶν ἐξαίφνης γινομένων, τουτέστιν, εὐκαίρως ἐπιφαινομένων, κατὰ θεῖον ἔλεγον. ἐπεὶ οὖν καὶ ὁ ἀλλαντοπώλης αἰφνίδιον βουλομένοις μὲν, μὴ προσδοκῶσι δὲ ἐπεφάνη, εἶπεν·

——Ὁδὶ προσέρχεται
Ὥσπερ κατὰ θεῖον εἰς ἀγοράν.

Καταθλήσαντες. καταγωνισάμενοι.

Καταθρήσομεν. κατασκοπήσομεν.

Καταθρώσκοντα. καταπηδῶντα. Ἡρόδοτος· Καταθρώσκοντα δὲ τῆς αἱμασιᾶς τὸν μηρὸν σπαράξαι.

Καταθύμιον. κατὰ ψυχὴν. εὐάρεστον. Καταθύμιος θάνατος παρ'[3] Ὁμήρῳ, οὐχ ὁ ἐπιθυμητικὸς, ἀλλ' ἐνθύμιος.

Κατὰ κάθετον. τὸ ἀπὸ ὕψους εἰς βάθος διάστημα. Λάκκος ἦν χειροποίητος πρὸς ὕδατος συναγωγὴν, ἔχων τὸ μὲν κάθετον οὐκ ἐλάττω πλέθρου· τὸ δὲ διάμετρον πλεῖον ἢ δυεῖν πλέθρων.

Κατακαλῶν. ἐπιμελῶς ἐκζητῶν. Πολύβιος·[4] Ὁ δὲ Περσεὺς, ἀνανεωσάμενος τὴν πρὸς Ῥωμαίους φιλίαν, εὐθέως Ἑλληνοκοπεῖν ἐπεβάλετο, κατακαλῶν ἐς τὴν Μακεδονίαν καὶ[5] τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας, καὶ τοὺς πρὸς καταδίκας ἐκπεπτωκότας, καὶ τοὺς ἐπὶ βασιλικοῖς ἐγκλήμασι παρακεχωρηκότας· καὶ τούτων ἐξετίθει προγραφὰς[6] εἴς τε Δῆλον καὶ Δελφοὺς, διδοὺς οὐ μόνον τὴν ἀσφάλειαν τοῖς καταπορευομένοις, ἀλλὰ καὶ τῶν ὑπαρχόντων κομιδὴν, ἀφ' ὧν ἕκαστος ἔφυγε.

Κατακάσα. καταφερής. ἡ ἀξία τοῦ κατακαυθῆναι. ἢ ὅτι κάσον τὸ σπέρμα τοῦ ἀνδρός. ὅθεν καὶ κασίγνητος.

Κατακαχρῦσαι.[7] ῥῆξαι. ψοφῆσαι. ποιῆσαι. ἀπὸ τῶν φρυγομένων κριθῶν.

Καταθεῖν. Incursionibus infestare. *Gepaedes vero, quia pugnæ tempus nondum instabat, ipsis persuadent, ut interea Romanorum agrum incursionibus vexarent; eo tempore, quo nihil aliud moliri poterant, insidias adversus Romanos machinantes.*

Καταθέλξας. Qui decepit. *Cum enim ipsos morum gravitate decepisset, quasi virum illum ad partes suas traducere posset.*

Καταθεμένους. Deponentes. Abjicientes. *Eos non prius ad ipsum accessuros esse, quam arma deposuissent.*

Καταθεᾶτο. Contempletur. Aspiciat.

Καταθέσει. Depositione. Sedatione. Fine. * * * * * * * * * *

Καταθεῖ. Incursionibus infestat.

Κατὰ θεῖον. Divinitus. Nutu divino. Eos, qui ex improviso & repente aliquibus apparebant, κατὰ θεῖον apparuisse dicebant. De rebus quoque, quæ repente & opportune accidebant, idem dici solebat. Quoniam igitur & Allantopola volentibus quidem, sed non expectantibus [Atheniensibus] repente apparuerat, [Comicus] dicit: *At hic, quasi divinitus missus, in forum venit.*

Καταθλήσαντες. Qui certamine superarunt.

Καταθρήσομεν. Speculabimur.

Καταθρώσκοντα. Desilientem. Herodotus: *De maceria desilientem ajunt femur lacerasse.*

Καταθύμιον. Quod animo gratum est. Quod placet. Apud Homerum vero καταθύμιος θάνατος non dicitur mors animo grata, sed quam animo volvimus.

Κατὰ κάθετον. Intervalla a summo ad imum. *Cisterna erat manu facta, in qua aqua colligeretur, profunditatem habens jugero non minorem: diametrum vero majorem duobus jugeris.*

Κατακαλῶν. Accurate inquirens. Evocans. Polybius: *Perseus vero, renovata cum populo Romano amicitia, confestim Græcos sibi conciliare omnibus modis cœpit. Nam quotquot æris alieni causa, aut judicio condemnati solum verterant, quique ob Majestatis crimina Macedonia excesserant, universos in Macedoniam evocavit, edictis in insula Delo ac Delphis palam propositis, quibus non solum impunitatem, sed etiam bonorum omnium restitutionem cum fructibus ex eo tempore, ex quo quisque exulaverat, postliminio redeuntibus concedebat.*

Κατακάσα. In Venerem prona. Libidinosa. Vel, digna, quæ comburatur. Κάσον autem dicitur semen viri. Unde κασίγνητος, frater.

Κατακαχρῦσαι. Frangere. Strepere. Facere. Translatio ducta est ab hordeo, quod torretur.

1 Καταθέλξας. ἐξαπατήσας] Vide quæ notavimus supra ad v. Οἰλεύς.

2 Κατὰ θεῖον. τοὺς ἐξαίφνης φαινομένους οὕτως ἔλεγον κατὰ θ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 296. (198. Ed. Bas. *P.*)

3 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. K. v. 383.

4 Ὁ δὲ Περσεὺς, ἀνανεωσάμενος τὴν πρὸς Ῥωμ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur in Collectaneis Constantini a Valesio editis pag. 125. unde Suidas ea descripsit. Vide etiam infra v. Δημοκρατία, & v. Περσεύς.

5 Τοὺς τὰ χρέα φεύγοντας] Sic etiam legitur apud Constantinum. Sed infra v. Περσεὺς rectius scriptum est τοὺς διὰ τὰ χρέα φεύγοντας.

6 Εἴς τε Δῆλον καὶ Δελφοὺς] Apud Constantinum post Δελφοὺς additur, καὶ τὸ τῆς Ἰτωνίας Ἀθηνᾶς ἱερόν.

7 Κατακαχρῦσαι] Confer Hesychium.

Κατακαίνειν. ἀναιρεῖν. φονεύειν. Ὁ δὲ τοξότης ἠφίει βέλος, εὔστοχος ἂν τοσούτους κατακαίνειν, ὅσα ἠφίει βέλη. Εὐνάπιός φησι.

Κατακαίνων. ἀναιρῶν. πλήττων. Τοὺς μὲν κατακαίνων ἐν χερσὶ, τοὺς δὲ πλήττων, τοὺς δὲ φοβήσας. Καὶ Ξενοφῶν· Τοὺς μὲν κατακαίνοντες, τοὺς δὲ καταδιώξαντες.

Κατακεκλῖσθαι,[1] καὶ κατακεῖσθαι, ἐπὶ τραπέζης· Ἀνακεῖσθαι δὲ, ἐπὶ ἀνδριάντων.

Κατακέλευσον.[2] ἀντὶ τοῦ σιωπὴν κήρυξον. οἱ γὰρ κελευσταὶ πολλάκις σιωπᾷν παραγγέλλειν εἰώθασι, σιώπα λέγοντες, καὶ ἄκουε, καὶ τὰ ὅμοια. [3]Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ὦ τελεσμάκαρ· ὦ κλεινότατε· ὦ σοφώτατε· ὦ γλαφυρώτατε. ἐπεὶ οὐκ ἤκουε φησιν, ὦ κατακέλευσον, ὥσπερ τοῖς ἐρέσσουσι· καὶ ὦ λέγουσι παύσασθαι παρακέλευσαί μοι.

Κατακερτομεῖν. καταχλευάζειν. αἰτιατικῇ.

Κατακεχρημένης. παραλόγως καὶ ἀφειδῶς ἀπολαυούσης. Τῇ τε κουφότητι τοῦ ἀνδρὸς κατακεχρημένης.

Κατακηλοῦσαν. αἰτιατικῇ. θέλγουσαν. πραΰνουσαν.

Κατακλεὶς, κατακλεῖδος. ἡ τοῦ τραχήλου.

Κατακληρουχῶ. αἰτιατικῇ.

Κατακλινής. ἐπὶ κλίνης ἀνακείμενος. Ὁ δὲ ἔτυχε τότε κατακλινὴς ὢν καὶ μαλακιζόμενος.

Κατάκλιτα. κλίνας. θρόνους εἰς ἀνάκλισιν ἐπιτηδείους.

Κατακλῶθές[4] τε βαρεῖαι. αἱ κατακλώθουσαι καὶ καταμοιροῦσαι ἑκάστῳ τὸ εἱμαρμένον. καὶ Κατακλώθη, ἡ εἱμαρμένη.

Κατάκλυζε. κατακλύζεσθαι ποίησον· ὅ ἐστι γέμισον ὕδατος. [5]Ἀριστοφάνης·

Καὶ τὴν πύελον κατάκλυζε, καὶ θέρμαιν' ὕδωρ.

Κατακοντίζω σε. ἐπὶ πολέμου μετ' αἰτιατικῆς.

Κατακονδυλίζω.[6] αἰτιατικῇ.

Κατακορής. ἄχρι κόρου ἐσθίων. [7]Σιτίοις καὶ ποτῷ κατακορὴς οὐδαμῇ γέγονεν, ἀλλὰ σχεδὸν ἄκρῳ δακτύλῳ γευσάμενος ἀπηλλάττετο.

Κατακορὴς συνουσία. ἐπιπλεονάζουσα. Ἐν [8] τῷ διάπλῳ τούτῳ κατακορὴς γενομένη τοῦ πάθους.

Κατὰ κόρρης παίει αὐτόν.

Κατακαίνειν. Interficere. Occidere. *Sagittarius autem sagittam emisit, jaculandi adeo peritus, ut tot homines interficeret, quot sagittas emitteret.* Eunapius inquit.

Κατακαίνων. Occidens. Percutiens. *Alios quidem manibus occidens, alios vero percutiens, alios vero terrens.* Et Xenophon: *Alios quidem occidentes; alios vero persequentes.*

Κατακεκλῖσθαι & κατακεῖσθαι significat mensæ accumbere. Ἀνακεῖσθαι vero dicitur de statuis, quæ Diis consecratæ sunt.

Κατακέλευσον. Silentium impera. Celeustæ enim sæpe silentium imperare solent, dicentes, tace, & audi, & similia. Aristophanes *Avibus: O beate! o clarissime! o sapientissime! o elegantissime, [silentium impera.]* Translatio ducta est a remigibus. [Postquam enim nuncius sæpe dixerat O, nec Pisthetærus ipsum loquentem inhibuerat, tandem] ait: *Silentium mihi impera.*

Κατακερτομεῖν. Deridere. Conviciis insectari. Accusativo jungitur.

Κατακεχρημένης. Temere & immodice abutentis. *Cum hominis illius levitate abuteretur.*

Κατακηλοῦσαν. Demulcentem. Delinientem. Accusativo jungitur.

Κατακλείς. κατακλεῖδος. Clavicula cervicis.

Κατακληρουχῶ. Sortito divido. Accusativo jungitur.

Κατακλινής. In lecto decumbens. *Ille vero tunc æger in lecto decumbebat.*

Κατάκλιτα. Lectos. Accubita.

Κατακλῶθες. [Parcæ.] *Gravesque Parcæ.* Sic autem appellatæ sunt, quod stamina ducant, & suum cuique fatum dispensent. Et Κατακλώθη, fatum.

Κατάκλυζε. Inunda. Aqua reple. Aristophanes: *Solium inunda, & aquam calefac.*

Κατακοντίζω σε. Cum accusativo. Jaculis te conficio.

Κατακονδυλίζω. Pugnis percutio. Cum accusativo.

Κατακορής. Satiatus. Qui ad satietatem usque comedit. *Cibo & potu nunquam ad satietatem utebatur, sed fere summo tantum digito cibis degustatis abibat.*

Κατακορὴς συνουσία. Frequens coitus, & quo ad satietatem usque utimur. *In illa navigatione incredibili [adolescentis] amore flagrare cœpit.*

Κατὰ κόρρης π. Alapam ipsi infligit.

1 Κατακεκλῖσθαι] Sic ex MSS. Paris. rescripsi. In prioribus enim Edit. male legitur κατακεκλεῖσθαι.

2 Κατακέλευσον. ἀντὶ τοῦ σιωπ. κήρυξον. οἱ γὰρ κελ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 601. (416. Ed. Bas. *P.*)

3 Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ὦ τελεσμάκαρ. ὦ κλειν.] Apud Aristophanem locus hic recte sic legitur & distinguitur:

Ὦ Πεισθέταιρ', ὦ μακάρι', ὦ σοφώτατε,
Ὦ κλεινότατ', ὦ σοφώτατ', ὦ γλαφυρώτατε,
Ὦ τρισμακάρι', ὦ κατακέλευσον.

Postea ex Scholiis ad eum locum sic apud Suidam rescribendum est: Ἐπειδὰν πολλάκις εἴρηται ὦ, ἐπεὶ οὐκ ἐπέσχε αὐτὸν ὁ Πεισθέταιρος, ὁ ἄγγελός φησι, κατακέλευσον, ὥσπερ τοῖς ἐρέσσουσι· καὶ ὦ, λέγε, παύσασθαι παρακέλευσαί μοι.

4 Κατακλῶθές τε βαρεῖαι. αἱ κατακλώθουσαι καὶ κατ.] Ex Scholiasta Homeri ad Odyss. H. v. 197.

5 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 686. (467. Ed. Bas. *P.*)

6 Κατακοντυλίζω] Scribendum est κατακονδυλίζω, idque suo loco reddendum.

7 Σιτίοις καὶ ποτῷ κατακορὴς οὐδαμῇ γέγονεν, ἀλλὰ σχ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. XIII.

8 Ἐν τῷ διάπλῳ τούτῳ κατακορὴς γενομένη τοῦ παιδὸς] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. 1. pag. 3.

Κα-

Κατακόρου. ἀπλήστου. [1] Ἅτε δὲ τὸ γυναικῶν γένους καὶ λάλου καὶ κατακόρου ὄντος.

Κατακωκύσαι. θρηνῆσαι.

Κατὰ κῶλον. κατὰ λέξιν.

Κατακωμῳδεῖται.

Κατακωχή. ἡ κατάσχεσις. καὶ αὐτὸ τὸ χωρίον. Ἐπιτείχισμα ἦν πρὸς κατακωχὴν τῆς ὥρας. Καὶ αὖθις· [2] Τὴν δὲ εἶναι θείαν κατακωχὴν ἠρέμα διανοίγουσαν καὶ ἀποκαθαίρουσαν τὰ τῆς ψυχῆς ὄμματα.

Κατακωχή. ἔνιοι, ἀντὶ τοῦ κατοχή. Τὴν [3] βίβλον Πρόκλου τὴν Μητρωακὴν εἴ τις μετὰ χεῖρας λάβοι, ὄψεται, ὡς οὐκ ἄνευ θείας κατακωχῆς τὴν θεολογίαν τὴν περὶ Θεοῦ [4] ἐξέφηνεν ἅπασαν.

Κατακωχή. Εἷς ἀνήρ, ὅνπερ ἀνῆκεν ἡ ἐξ Ἄρεως κατακωχή, ἐμονομάχει.

Κατακώχιμοι. Μένουσι χρόνον ἐπίσυχνον τοῖς αὐλήμασι κατακώχιμοι. τουτέστιν, ἁλωτοί.

Κατάκρας. ἐπίρρημα. [5] Θουκυδίδης· Ὁ δὲ Βρασίδας ἐπὶ τὰ μετέωρα τῆς πόλεως ἐτράπετο, βουλόμενος κατάκρας καὶ βεβαίως ἑλεῖν αὐτήν. Καὶ αὖθις· Ἐλπίσαντες τὴν πόλιν ἔχεσθαι κατάκρας, παραδεδώκασι σφᾶς αὐτούς. ἀντὶ τοῦ, ἐξ ὁλοκλήρου.

Κατάκρας. ἐπίρρημα. δι' ὅλου. παντελῶς. Ὁ δὲ ἔλεγε μηδὲν ἔτι λείπεσθαι φυλακτήριον, τὸ μὴ οὐ κατάκρας ἁλῶναι τὴν πόλιν. Εἰ μήποτε εἴη κατ' ἄκρας πόλεως, ἀντὶ τοῦ, κατ' ἀκροπόλεως.

Κατὰ κράτος. κατὰ πολλὴν ἐξουσίαν.

Κατακραυγάζω σου. γενικῇ.

Κατακρῆθεν. κατὰ κεφαλῆς.

Κατακροτεῖ. ἄγαν ἐπαινεῖ.

Καταλαβεῖν. εἴρηται καὶ ἐπὶ τάχους ποδῶν τὸ καταλαβεῖν, ὅταν λέγωμεν· Ὁ δὲ τὸν φεύγοντα διώξας κατέλαβεν. ὡς δὲ Ῥήτορες, καὶ ἐπὶ τοῦ κολάζειν. Ἀντιφῶν· Μὴ ἀναίτιον καταλαβόντες τὸν αἴτιον.

Καταλαλιά. ἡ εἴς τινας ὑπό τινων βλασφημία παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ.

Καταλαλῶ. γενικῇ. ἐπὶ ἐμψύχων. [6] Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις. καί, Κατελάλησαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπον. ἐπὶ δὲ ἀψύχων, αἰτιατικῇ. Μὴ καταλάλει τὸν γειτνιῶντα, ἀλλὰ μᾶλλον τίμα.

Καταλεγέσθω. καταταττέσθω.

Καταλεύσιμον, τὸν ἄξιον τοῦ καταλευσθῆναι εἶπε Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Λυκούργου.

Καταλείβει. καταστάζει.

Καταληΐζεται. διαρπάζει.

Κατάλληλον. ἁρμόδιον.

Κατακόρου. Inexplebilis. *Quippe cum sexus muliebris sit natura garrulus & in omnibus rebus immoderatus.*

Κατακωκύσαι. Lugere. Ejulare.

Κατὰ κῶλον. Ad verbum.

Κατακωμῳδεῖται. A Comicis perstringitur.

Κατακωχή. Detentio. Et ipse locus. * * * * Et iterum: *Divinum hunc esse afflatum, paulatim aperientem & purgantem oculos animæ.*

Κατακωχή. Quidam accipiunt pro κατοχή, quod afflatum & instinctum Numinis significat. *Si quis librum Procli, quem de Matre Deorum conscripsit, in manus sumat, videbit, eum non sine afflatu divino omnia, quæ ad Deæ illius cultum & sacra pertinent, exposuisse.*

Κατακωχή. *Unus vir Martis afflatu incitatus singulari certamine pugnabat.*

Κατακώχιμοι. Detenti. Capti. *Non exiguum tempus ibi manserunt, suavi tibiarum cantu capti.*

Κατάκρας. Adverbium. Penitus. Omnino. Thucydides: *Brasidas autem edita urbis loca aggressus est, quippe quam totam ita capere volebat, ut eam tuto retinere posset.* Et iterum: *Putantes, totam urbem ab hostibus occupatam esse, se dediderunt.*

Κατάκρας. Adverbium. Penitus. Omnino. *Ille vero dicebat, nullum amplius propugnaculum esse reliquum, quod impedire queat, quo minus tota urbs capiatur.* Nisi forte scribendum sit κατ' ἄκρας πόλεως, i. e. in arce.

Κατὰ κράτος. per vim.

Κατακραυγάζω σου. Te clamoribus insector.

Κατακρῆθεν. A capite.

Κατακροτεῖ. Valde laudat. Applaudit.

Καταλαβεῖν. Verbum hoc de celeritate pedum etiam adhibetur; ut cum dicimus: *Ille vero fugientem assecutus est.* Apud oratores vero etiam *punire* significat. Antipho: *Ne innocentem tanquam sontem puniant.*

Καταλαλιά. Apud Apostolum ita vocatur maledicentia, qua bona existimatio alterius læditur.

Καταλαλῶ. Obtrecto. Genitivo junctum de animatis dicitur. *Sedens fratri tuo obtrectabas.* Et, *Contra Deum locuti sunt & dixerunt.* Accusativo vero junctum inanimatis tribuitur. *Ne obtrecta vicino, sed eum potius honora.*

Καταλεγέσθω. In albũ referatur. Recenseatur.

Καταλεύσιμον. Sic Dinarchus in oratione contra Lycurgum vocat eum, qui dignus est, ut lapidibus obruatur.

Καταλείβει. Destillat.

Καταληΐζεται. Diripit. Populatur.

Κατάλληλον. Conveniens. Aptum.

1 Ἅτε δὲ τὸ γυναικῶν γένους καὶ λάλου καὶ κατακόρου ὄντος] Hæc sunt verba Polybii in Excerptis a Valesio editis pag. 154.

2 Τὴν δὲ εἶναι θείαν κατακωχὴν ἠρέμα διανοίγουσαν καὶ λοιπ.] Hoc fragmentum legitur etiam apud Photium in Excerptis ex Damascio pag. 1033. ut Pearsonius observavit.

3 Τὴν βίβλον Πρόκλου τὴν Μητρωακὴν, εἴ τις μετὰ χ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Damascio.

4 Ἐξέφηνεν ἅπασαν] Duæ hæ voces in prioribus Editt. desunt, quas supplendi sensus gratia loco huic addidi ex ipso Suida v. Πρόκλος, ubi fragmentum hoc repetitur.

5 Θουκυδίδης] Lib IV. cap. CXII. pag. 277.

6 Καθήμενος κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου κατελάλεις] Psalm. XLIX.

Καταλλήλως. ἀκολούθως. ἁρμοζόντως.

Καταληπτικός.[1] ὁ προκαταλαμβανόμενος τοὺς ἀκούοντας, ὥστε θόρυβον μὴ κινῆσαι.

Κατάληψις. γνῶσις. [2] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Καὶ περίλεξιν, καὶ κρότον, καὶ κατάληψιν.

Μουσικῶς δὲ ταῦτα εἶπε. λέγουσι γὰρ κατάληψιν, ἐπειδὰν καταλάβωσι τῷ πλήκτρῳ ἢ τοῖς δακτύλοις τὰς χορδὰς πλήξαντες, ὡς καὶ ἀποτείνεσθαι τὸν φθόγγον.

Κατάληψις. τὸ εὑρίσκειν τέχνην.

Καταλιμπάνω σε. ἀφίημί σε.

Καταλογάδην. τὰ πεζῷ λόγῳ γραφόμενα.

Καταλογεύς. Ἀθηναίων συνεψηφισμένων ἑπτακισχιλίοις τῶν ἀστῶν ἐγχειρίσασθαι τὰ πράγματα τῆς πόλεως, ἦσάν τινες οἱ τοὺς εἰς τοῦτο ἐπιτηδείους καταλέξοντες. καὶ τοῦτο εἰκότως κληθῆναι καταλογίσασθαι. καὶ καταλογεὺς, ὁ εἰς τοῦτο τεταγμένος.

Καταλογιεῖται. καταριθμήσει.

Κατάλογος. ἡ ἀπογραφὴ τῶν ὀφειλόντων στρατεύεσθαι, καὶ ἡ ἐξαρίθμησις. ὁ πίναξ ἐφ᾽ οὗ ἐνέγραφον τῶν ἐκστρατευομένων τὰ ὀνόματα. [3] Ἀριστοφάνης·

Ἔπειθ᾽ ὁ πολίτης ἐντεθεὶς ἐν καταλόγῳ,

Οὐδ᾽ εἷς κατὰ σπουδὰς μεταγεγράψεται.

ἀντὶ, οὐ κατ᾽ ἄλλου σπουδήν. Ὁ δὲ Τραϊανὸς δύο στρατεύματα, καὶ τοῦ μεγάλου καταλόγου, καὶ ξενικά. † [4] Τὴν γάρ τοι πληθὺν, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ καταλόγου, ἐῶ νῦν. οὕτω φησὶν Αἰλιανός.

Καταλούει. καταναλίσκεις. [5] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

———————— Σὺ δὲ

Ὥσπερ τεθνεῶτος καταλούει μου τὸν βίον.

ἔθος γὰρ ἦν μετὰ τὸ ἐκκομισθῆναι τὸ σῶμα καθαρμοῦ χάριν ἀπολούεσθαι τοὺς οἰκείους τοῦ τεθνεῶτος. ἢ εἰς τρυφὴν καταναλίσκεις. Βίον δὲ τὴν περιουσίαν λέγει νῦν. ἢ εἰς τὰ λουτρὰ καταναλίσκεις. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑδάτων. ἡ δὲ κατὰ πρόθεσιν ἐπιτατικῶς λαμβάνουσιν, ὡς ἐπὶ τοῦ καταφαγεῖν.

Καταλοφάδια. κατὰ τοῦ τραχήλου.

Καταλοχίσαι. εἰς λόχους καταμερίσαι τὸ πλῆθος τοῦ στρατοῦ.

Καταλύειν τὸν δῆμον. ἀντὶ τοῦ βλάπτειν.

Καταλύσας. καταστρέψας. ἀφανίσας. ἢ εὐωχηθείς. τάττεται[6] δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τοῦ ἀπαγξαμένου κατενέξεως. οὐ γὰρ δεῖ λέγειν κυρίως κατενεγκεῖν ἐπ᾽ αὐτοῦ, ἀλλὰ καταλῦσαι.

Καταλῦσαι.[7] παρὰ Θουκυδίδῃ ἐπὶ τῶν ὀχουμένων ἐπὶ ἅρματος. Κατάγειν δὲ, ἐπὶ νηός.

Κατάλυσις. ἡ οἰκία. Πολύβιος· [8] Τῷ δὲ ἐπὶ τὸν

Καταλλήλως. Consequenter. Convenienter.

Καταληπτικός. Qui occupat auditores, ne tumultum excitent.

Κατάληψις. Comprehensio. Cognitio. Aristophanes *Nubibus*: [*Hæ sunt, quæ*] *& garrulitatem, & fallaciam, & cognitionem* [*nobis præbent.*] Hæc musicorum more dixit. Illi enim κατάληψιν vocant, cum plectro vel digitis chordas pulsantes sonum explorant.

Κατάληψις. Comprehensio. Artis inventio.

Καταλιμπάνω σε. Derelinquo te. Dimitto te.

Καταλογάδην. Oratione prosa.

Καταλογεύς. Cum Athenienses communi consensu decrevissent septem millibus civium Reipub. totius administrationem mandare, fuerunt quidam, qui viros ad hoc munus idoneos deligerent. Id ergo vocabant καταλογίσασθαι. Et καταλογεὺς dicebatur, qui viros ad administrationem Reip. idoneos ex civium numero eligebat.

Καταλογιεῖται. Recensebit.

Κατάλογος. Numerus, sive descriptio illorum, quibus militandum erat. Tabula, in qua militum nomina inscribebantur. Aristophanes: *Deinde nemo civium in numerum relatus in alterius gratiam alio transcribetur.* † *Trajanus autem duos exercitus, tam ex legionariis militibus, quam peregrinis* [*constantes eduxit.*] † *Nam reliquam multitudinem, & eos, qui in numeros relati sunt, silentio nunc prætereo.* Sic Ælianus inquit.

Καταλούει. Consumis. Aristophanes *Nubibus*: *Tu vero ut mortui eluis facultates meas.* Moris enim erat, ut elato cadavere necessarii defuncti lustrationis causa se lavarent. Vel luxu consumis. Βίον vero hic vocat facultates & opes. Vel in balnea profundis. Per metaphoram ab aquis ductam. Præpositionem autem κατὰ hic sensu intendendi sumunt, ut in verbo καταφαγεῖν.

Καταλοφάδια. In cervice.

Καταλοχίσαι. Milites in cohortes distribuere.

Καταλύειν τὸν δῆμον. Imperium populare evertere.

Καταλύσας. Qui evertit. Qui delevit. Vel, qui convivatus est. Dicitur etiam de eo, qui, postquam se strangulavit, laqueo solvitur. Non enim de eo proprie dicere oportet κατενεγκεῖν, sed καταλῦσαι.

Καταλῦσαι. [Divertere.] Apud Thucydidem dicitur de illis, qui curru vehuntur. Κατάγειν vero, [appellere,] de iis, qui navi vehuntur.

Κατάλυσις. Domus. Polybius: *Quod si quis*

1 Καταληπτικός. ὁ προκαταλαμβανόμενος τοὺς ἀκ.] Ex Enarratore Comici ad *Equit.* pag. 364. (258. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 143. (78. Ed. Bas. *P.*)

3 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 363. (257. Ed. Bas. *P.*)

4 Τὴν γάρ τοι πληθὺν, καὶ τοὺς ἐκ τοῦ καταλ.] Idem fragmentum Æliani legitur supra v. Ἐκ καταλόγου.

5 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 173. (103. Ed. Bas. *P.*)

‡

6 Τάττεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ τοῦ ἀπαγξαμένου κατενέξεως] Huc spectant verba Photii in Lexico inedito: Καταλῦσαι, τὸ ἀπαγξάμενον καθελεῖν.

7 Καταλῦσαι. παρὰ Θουκυδίδῃ ἐπὶ τῶν ὀχ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. I. cap. CXXXVI. ut Portus etiam observavit.

8 Πολύβιος· Τῷ δὲ ἐπὶ τὸν Ῥωμ.] Hoc fragmentum legitur apud Polybium lib. VIII. cap. XXVI.

Ῥωμαϊ-

Ῥωμαϊκὴν κατάλυσιν ἐπιγέγραφε τοῦτο, θάνατον ὥρισεν Ἀννίβας τὴν ζημίαν.

Καταμαρτυρῶ σου. γενικῇ.

Καταμαίνομαί σου.

Καταμέρος. ἐπίῤῥημα.

Καταμέμφομαι. δοτικῇ. Καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ ὅροις καταμεμφόμενοι. Αἰτιατικῇ δέ· [1] Πολλὰ τὸν βασιλέα Εὐμένη καταμεμψάμενοι.

Καταμειδιῶν. γενικῇ. ἤγουν καταφρονῶν. Ὁ δὲ μηδὲν εἰπὼν τοῖς ἐρευνῶσιν, ἐσταυρώθη τοῦ θανάτου καταμειδιῶν.

Καταμηλῶσαι.[2] λέγεται τὸ μήλην καθιέναι ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ εἰς τὸν λαιμὸν ὡς ποιοῦσι καὶ οἱ ἐμοῦντες, τὸν δάκτυλον καθιέντες εἰς τὸν λαιμόν.

Καταμήλην.[3] μηλῶσαι καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ τὸ μήλην καθεῖναί που. ἔστι δὲ καὶ παροιμία τις ἐπὶ τῶν τὰ ἄδηλα τεκμαιρομένων. λέγεται δὲ καταμηλοῦν καὶ τὸ βάπτειν ἔρια, ὅταν πιέζηται κυκώμενα.

Κατὰ[4] μῆρ' ἐκάη. κατεκάη τὰ μηριαῖα ὀστᾶ.

Καταμηνσάμενος. ἐπιβαλών. ἐπικαταχέας. Ἰώσηπος·[5] Ὁ δὲ περιῤῥήξας τὴν ἐσθῆτα, καὶ καταμησάμενος τῆς κεφαλῆς κόνιν.

Καταμωκώμενος. χλευαζόμενος.

Καταμωλωπίζω.

Καταμύουσι. κλείονται.

Καταναγκάζω. αἰτιατικῇ.

Κατανάγκη.

Κατανάλωσι, καὶ κατηνάλωσε, τὸ αὐτό.

Καταναρκῶ. γενικῇ.

Καταναστάς. Ὁ[6] δὲ διὰ τὸ τάχος τῆς εἰρεσίας ἀπέπλευσε, καταναστὰς μιᾷ νηῒ παντὸς τοῦ τῶν ἐναντίων στόλου. ἀντὶ τοῦ ὑπερβαλὼν, ὑπερνικήσας,

Καταναυμαχῶ. αἰτιατικῇ.

Κατὰ ναῦν. κατὰ τάξιν. εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς παροιμίας· Κατὰ ναῦν τὰ ἄρμενα.

Καταναῖος. ὁ ἀπὸ Κατάνης.

Καταπενιθεύεται. χαλιχύει, ἢ καυχᾶται.

Καταπομισσεύσας. νόμισμα ἐργασάμενος. [7] Ὁ δὲ κατὰ σπάνιν ἤδη χρημάτων, ὅσον εἶχε κόσμον, κατανομισσεύσας, Ἀντωνίῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν ἔπεμψε.

Κατὰ νοῦν. τυχεῖ θυμήρες. Οἰόμενος, ὁπότερον γένοιτο, κατὰ νοῦν αὐτῷ ἔσεσθαι.

eundem titulum Romanæ domus foribus inscripsisset, in eum capitale supplicium Annibal constituit.

Καταμαρτυρῶ σου. Genitivo jungitur. Contra te testimonium dico.

Καταμαίνομαί σου. Contra te insanio.

Καταμέρος. Adverbium. Particulatim.

Καταμέμφομαι. Dativo jungitur. Reprehendo. Damno. *Vel ipsa Dei decreta reprehendentes.* Item accusativo. *De Rege Eumene valde conquerentes.*

Καταμειδιῶν. Genitivo jungitur. Deridens. Contemnens. *Ille vero nihil dicens illis, qui ipsum scrutabantur, cruci affixus est, mortem deridens.*

Καταμηλῶσαι. Hoc verbum dicitur de Medico, qui specillum in guttur immittit; quemadmodum faciunt & illi, qui vomunt, digitum in guttur immittentes.

Καταμήλην. Sic Medici vocant specillum aliquo immittere. Est etiam proverbium quoddam, quod dicitur de illis, qui res obscuras conjectura assequi tentant. Καταμηλοῦν etiam significat tingere lanas, cum agitatæ premuntur.

Κατὰ μῆρ' ἐκάη. Ossa femorũ combusta sunt.

Καταμησάμενος. Qui injecit. Qui infudit. Qui inspersit. Josephus: *Ille vero, cum vestem dilacerasset, & caput pulvere aspersisset.*

Καταμωκώμενος. Deridens.

Καταμωλωπίζω. Vibicibus repleo.

Καταμύουσι. Clauduntur.

Καταναγκάζω. Accusativo jungitur. Cogo.

Κατανάγκη. Necessitas.

Κατανάλωσε, & κατηνάλωσε. Idem significat.

Καταναρκῶ. Genitivo jungitur. Alicujus incommodo torpeo.

Καταναστάς. Qui vicit. Qui superavit. [Qui insultavit.] *Ille vero propter remigii celeritatem [salvus] abiit, postquam nave unica classi universæ hostium insultasset.*

Καταναυμαχῶ. Accusativo jungitur. Navali prælio vinco.

Κατὰ ναῦν. Ordine. Dictum est a proverbio illo: *Navi vela congruunt.*

Καταναῖος. Qui est ex urbe Catana.

Καταπενιθεύεται. Viribus valet. Vel, gloriatur.

Κατανομισσεύσας. Qui nummos signavit. *Ille vero, cum pecuniæ inopia laboraret, ex omnibus, quæ habebat, ornamentis nummos confecit, eosque Antonio misit.*

Κατὰ νοῦν. Ex animi sententia. Vel, quod gratum est. *Existimans, utrum accidisset, id gratum ipsi fore.*

1 Πολλὰ τὸν βασιλέα Εὐμ. καὶ μ.] Hoc fragmentum Polybio tribuit Valesius.

2 Καταμηλῶσαι. λέγεται τὸ μήλην καθιέναι ὑπὸ τοῦ ἰατρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 353.

3 Καταμήλην μηλῶσαι καλ.] Hic articulus in prioribus Edit. repugnante literarum serie post v. Καταμησάμενος legitur, quem in hac Edit. sedi suæ restituimus. Cæterum pro Καταμήλην. μηλῶσαι, legendum est καταμηλῶσαι: vel, ut Scholiasta Aristophanis habet, Καταμηλῶσαι. καταμηλοῦν ἐστι τὸ μήλην καθ. &c.

4 Κατὰ μῆρ' ἐκάη. κατεκάη τὰ μηρ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. A. v. 464.

5 Ἰώσηπος· Ὁ δὲ περιῤῥήξας τὴν ἐσθῆτα, καὶ καταμ.] Fragmentum hoc exstat apud Josephum lib. III. *de Bello Jud.* pag. 825. sed ubi pro καταμησάμενος rectius legitur καταπασάμενος.

6 Ὁ δὲ διὰ τὸ τάχος τῆς εἰρεσίας ἀπέπλευσε, καταν.] Hæc sunt verba Polybii lib. I. cap. XLVI.

7 Ὁ δὲ κατὰ σπάνιν ἤδη χρημάτων, ὅσον εἶχε κ.] Hæc sunt verba Josephi lib. I. *de Bello Jud.* pag. 741. ut Pearsonius observavit.

Καταγωτίσασθαι. ἀντὶ τοῦ κατὰ νώτου φέρειν. [1] Μηδὲ τὴν τοῦ Πλουτάρχου καταγωτίσασθαι κρίσιν, μηδὲ αὖ μείζω φρονεῖν τῆς κοινωφελοῦς προαιρέσεως. ἀντὶ τοῦ καταφρονεῖν, ὀπίσω ῥίπτειν.

Κάταντα. κατωφερῆ.

Καταντήσωσι. παραγένωνται. Τότε ποιήσεται πρὸς αὐτοὺς τὰς ὑπὲρ τῆς εἰρήνης συνθήκας, ὅταν οἱ βασιλεῖς αὐτῶν καταντήσωσι πρὸς αὐτόν.

Καταιτλοῦμαι τοῖσδε. [2] Καταντλῶ σου δὲ τάδε.

Κατανυγείς. λυπηθείς. μεταγνούς. καὶ κατανύγω, ἀντὶ τοῦ σιωπῶ. [3] Δαβίδ· Ὅπως ἂν ψάλλῃ σοι ἡ δόξα μου, καὶ οὐ μὴ κατανύγω. ἀντὶ τοῦ, σιωπήσω.

Κατανύγω. ὁ μὲν Χρυσόστομος ἀντὶ τοῦ, οὐ μὴ μεταστῶ. καὶ [4] ὁ Ἀπόστολος· Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. οὐκ ἐνέργειαν δηλοῖ, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ συνεχώρησε. τὴν γὰρ ἐπὶ τὸ χεῖρον ἕξιν τῆς ψυχῆς φησι, τὴν ἀνιάτως ἔχουσαν καὶ ἀμεταθέτως. ὥσπερ γὰρ ὁ ἐν εὐλαβείᾳ κατανενυγμένος οὐκ ἂν εὐκόλως μεταστῇ· οὕτω καὶ ὁ ἐν πονηρίᾳ κατανυγεὶς οὐκ ἂν ῥᾳδίως μεταβάλλοιτο. ὁ δὲ [5] Ἰσίδωρος ἀντὶ τοῦ, οὐ μὴ καταπλαγῶ, οὐ μὴ μεταστῶ.

Καταξαίνειν εἰς φοινικίδα. [6] Ἀριστοφάνης·

——Τί φειδόμεσθα τῶν λίθων, ὦ δημόται,
Μὴ οὐ καταξαίνειν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐς φοινικίδα;
Οἷος αὖ μέλας τις ὑμῖν θυμάλωψ ἐπέζεσεν.

ἀντὶ τοῦ, [7] μὴ οὐχὶ λίθοις αὐτὸν αἱμάσσειν, ὡς φοινικοῦν αὐτοῦ ποιῆσαι τὸ σῶμα. τῷ δὲ καταξαίνειν ὡς ἐπὶ ἐρίων ἐχρήσατο. διὸ καὶ φοινικίδα εἶπεν ὡς ἐπὶ ἱματίου. ἐχρῶντο δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι φοινικίδι πρὸς τοὺς πολέμους, τοῦτο μὲν, ὅτι τὸ τῆς χρόας ἀνδρικόν· τοῦτο δὲ, ὅτι τὸ τοῦ [8] χρώματος αἱματῶδες τῆς τοῦ αἵματος ῥεύσεως ἐθίζει καταφρονεῖν. τὸ οὖν ἐν φοινικίδι, ἀντὶ τοῦ ἐν τάξει πολεμίων, [9] ἀποφορήματα δηλώσειεν ἂν εἰκότως ἐπὶ τὸ φοινιχθῆναι, ἤγουν αἱμαχθῆναι. θυμάλωψ δὲ, ὁ διακεκαυμένος ἄνθραξ.

Καταξαινόμενοι. μαστιζόμενοι. Πληγαῖς καταξαινόμενοι ὑπὸ τῶν ἀρχόντων οἱ ἄνθρωποι, καὶ ἔξωθεν ὑπὸ τῶν πολεμίων ἀναιρούμενοι, τὴν ἑτοιμοτάτην τῶν βαρβάρων ᾑροῦντο τελευτὴν παρὰ τῆς ἐκθέσμου τε καὶ ἀσελγεστάτης, παρατεινούσης τε καὶ τὸ ὀδυνηρὸν ἐχούσης χρόνον.

Καταξαίνων. κατατρίβων. Καὶ ἐν τούτοις τὸν ἅπαντα αὐτοῦ καταξαίνων βίον.

Κατάξηροι. [10] οἱ ὄνειροι, οἱ μὴ ἔχοντες λαβάς.

Καταξιοπιστεύεσθαι. Ἵνα [11] δὲ μὴ δόξωμεν τὴν τη-

Καταγωτίσασθαι. In dorso ferre. Vel, contemnere & rejicere. *Neque Plutarchi judicium contemnere, neque etiam majores animo spiritus concipere, quam communis utilitas ferat.*

Κάταντα. Declivia. Prona.

Καταντήσωσι. Venerint. *Tunc conditiones pacis cum ipsis inibit, cum eorum Reges ad ipsum venerint.*

Καταντλοῦμαι τοῖσδε. His perfundor. At καταντλῶ σου τάδε, his te perfundo.

Κατανυγείς. Dolore affectus. Pœnitentia ductus. Et κατανύγω, tacuero. David: *Ut gloria mea tibi psallat, neque sileam.*

Κατανύγω. Chrysostomus verbum hoc interpretatur, non mutabor, non recedam. Et Apostolus: *Deus ipsis dedit spiritum compunctionis.* Hic τὸ ἔδωκεν non significat actionem, sed accipitur pro συνεχώρησε, i. e. permisit. Κατάνυξις autem appellatur habitus animi depravatus, & insanabilis, & immutabilis. Ut enim, qui in pietate est κατανενυγμένος, ab ea non facile recesserit; sic etiam ille, qui in vitiis est κατανενυγμένος, haud facile mores mutabit. Isidorus vero vocem hanc accipit pro, non percellar, non recedam.

Καταξαίνειν εἰς φοιν. Verberibus cruentare. Aristophanes: *Quid parcimus lapidibus, o populares, quin hominem hunc purpureum faciamus? Ut cum titio niger in igne iterum incanduit?* Id est, quare non lapidum ictibus corpus ejus cruentamus, & purpureum quasi reddimus? Verbo autem καταξαίνειν usus est, perinde ac si de lana loqueretur: & vocem φοινικίδα adhibuit, quæ proprie de veste dicitur. Lacedæmonii autem in bellis purpurea veste utebantur, tum quia color iste virilis est; tum quia milites colorem rubrum crebro intuentes ipsa assuetudine cruorem contemnere discunt. Quare τὸ ἐν φοινικίδι dici etiam possit de eo, qui in hostium numero habetur; a gestamine. φοινιχθῆναι enim significat cruentari. Θυμάλωψ vero est carbo ambustus.

Καταξαινόμενοι. Qui flagris verberibusque cæduntur. *Cum homines verberibus cæderentur a Magistratibus, & foris ab hostibus interficerentur, citissimam mortem barbarorum more præferebant supplicio iniquissimo & nefario & longos cruciatus habenti.*

Καταξαίνων. Conterens. *Et in his studiis totam vitam conterens.*

Κατάξηροι ὄνειροι. Somnia, quæ nullas habent ansas.

Καταξιοπιστεύεσθαι. *Ne autem videamur tan-*

1 Μηδὲ τὴν τοῦ Πλουτάρχου καταγωτίσασθαι κρ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Damascio, ut patet ex Photio, apud quem eadem verba in Excerptis ex illo scriptore pag. 1056. leguntur, ut Pearsonius observavit.

2 Καταντλῶ σου δὲ τάδε] Aristoph. *Vesp.* pag. 463. Ταυτί σου καταντλῶ. Ubi Scholiasta, καταχέω, καταρρέω.

3 Δαβίδ] Psalm. xxix. 15.

4 Ὁ Ἀπόστολος] Epist. *ad Rom.* cap. xi. v. 8.

5 Ὁ δὲ Ἰσίδωρος] Lib. iv. Epist. ci.

6 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 387. (275. Ed. Bas. P.)

7 Μὴ οὐχὶ λίθοις αὐτὸν αἱμάσσειν, ὡς φοινικοῦν αὐτοῦ π.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

8 Χρώματος] Sic recte MS. Paris. A. & Enarrator Comici. In prioribus vero Edit. male legitur χρόνος.

9 Ἀποφορήματα] Rescribe ex Enarratore Comici ἀπὸ τοῦ φορήματος.

10 Κατάξηροι. οἱ ὄνειροι, οἱ μὴ ἔχοντες λαβάς] Ex Artemidoro.

11 Ἵνα δὲ μὴ δόξωμεν τὴν τηλικαύτην αἰτίαν καταξ.] Hoc fragmentum Polybio tribuit Valesius.

λικου-

λικούτων ἀνδρῶν καταξιοπιστεύεσθαι, μνησθησόμεθα μιᾶς παρατάξεως.

Καταξιοῦντες. τιμῆς ἀξιοῦντες. Οἱ δὲ οὐ καταξιοῦντες τὸν Τίμαρχον, διὰ τὸ συνειδέναι τίς ἦν, οὐ προσεδέξαντο.

Κατὰ ξυμφοράν. κατὰ συντυχίαν.

Καταπαλαίω σε, καὶ καταπανουργεύω. αἰτιατικῇ.

Καταπάσω. καταποικιλῶ. πληρώσω. [1] Ἀριστοφάνης.

Ἢν γὰρ μεθυσθῶ, πάντα ταυτὶ καταπάσω.

Κατάπαστος. κατάμεστος. πλήρης. καταπεποικιλμένος. [2] Πράξας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, πάλιν ὡς ἡμᾶς ἥξεις στεφάνοις κατάπαστος.

Κατὰ πατέρα καὶ μητέρα. Ὁ δὲ Ὀνοῦλφος ἔφυ ἐξ ἐθνῶν κατὰ πατέρα μὲν Θουρίγγων, τῶν δὲ Σκίρων, κατὰ τὴν μητέρα.

Κατάπαυσις. ἡ γῆ τῆς ἐπαγγελίας. [3] Δαβίδ· Εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατάπαυσίν μου.

Κατάπαυσις. ἡ τοῦ Σαββάτου ἡμέρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, καὶ καθ' ἣν Ἰουδαῖοι εἰσῆλθον εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας. καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία.

Καταπαίζω σου. γενικῇ.

Καταπέλτης. εἶδος κολαστηρίου. καὶ [4] Καταπελτάσουσιν, ἀντὶ τοῦ ἀκοντίσουσι, καταπολεμήσουσι. Πέλτη γὰρ εἶδος μηχανῆς, ἀφ' ἧς ἀκόντια καὶ ἄλλα τινὰ ἀφιᾶσιν. ἢ καταδραμοῦνται. Πέλτη γὰρ ἀσπὶς μικρά, μὴ ἔχουσα ἰμάντα. καὶ Καταπελταφέται, οἱ ταῦτα πέμποντες. [5] Ἵστη δὲ προμάχους, ξύλα παχέα ἔχοντας διπήχη σεσιδηρωμένα, ἃ ἔμελλον ὡς καταπέλτας ἐκ χειρὸς εἰς τοὺς ἐλέφαντας [6] προσκολλᾶν. Ὁ δὲ Λογοθέτης λέγει ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Θύρσου μαρτυρίῳ· Δεσμοῖς χειρῶν, καταπέλταις ποδῶν.

Καταπέπλωκεν. ἐπλώθη.

Καταπεσών. ἀντὶ τοῦ φοβούμενος.

Καταπέτει. [7] καταστρέφει. καταβάλλει.

Καταπεφρόντικα. [8] εἰς τοὺς φροντιστὰς ἀνάλωσα. εἰς τὴν παίδευσιν καταδεδαπάνηκα. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις

——Τὸ θοιμάτιον ἀπώλεσας;

Ἀλλ' οὐκ ἀπολώλεκ', ἀλλὰ καταπεφρόντικα.

πρὸς τὸν υἱὸν λέγει ὁ πρεσβύτης.

Καταπειθές. πειθήνιον. Ἄλλως τε ἀπάσθαλον εἶναι, καὶ οὐδαμῇ καταπειθὲς τοῖς ἐξηγουμένοις.

Καταπῆγας. τὰ πηγνύμενα ξύλα ἐν τοῖς ὕδασιν. Ἐπεὶ τὰ ὑποκείμενα οὐχ οἷά τε ἦν καταπῆ-

torum virorum auctoritati aliquid derogare, dum fidem nobis hac in re adhiberi postulamus, unius prœlii mentionem faciemus.

Καταξιοῦντες. Honore dignum judicantes. *Illi vero Timarchum nullo honore dignum judicantes, quod optime scirent, quis esset, eum non admiserunt.*

Κατὰ ξυμφοράν. Fortuito. Forte fortuna.

Καταπαλαίω σε. Lucta supero te; & καταπανουργεύω, callide vinco: accusativo junguntur.

Καταπάσω. Variegabo. Conspergam. Replebo. Aristophanes: *Si enim inebriatus fuero, omnia hæc loca variis conspergam* [*sententiolis.*]

Κατάπαστος. Repletus. Plenus. Variis coloribus distinctus. *Re ex animi mei sententia peracta, ad nos redeas coronis redimitus.*

Κατὰ πατέρα καὶ μητ. *Onulphus paternum genus a gente Thuringorum; maternum vero a Sciris ducebat.*

Κατάπαυσις. Terra promissionis. David: *In quietem meam intrabunt.*

Κατάπαυσις. Dies Sabbati, qua Deus ab omnibus operibus suis requievit, & qua Judæi in terram promissam ingressi sunt. Significat etiam regnum cœlorum.

Καταπαίζω σου. Illudo tibi. Genitivo jungitur.

Καταπέλτης. Catapulta, genus instrumenti, quo sontes torquentur, vel puniuntur. Et καταπελτάσουσι, jacula emittent, debellabunt. Pelta enim est machina, ex qua jacula & alia tela mittuntur. Vel, incursionibus infestabunt. Pelta enim est parvum scutum, loro carens. Et καταπελταφέται appellantur, qui ejusmodi tela emittunt. *In fronte autem* [*cujusque manipuli*] *statuit milites, sudibus crassis ferratisque armatos, quas tanquam catapultas in elephantos cominus emitterent.* Logothetes autem in martyrio S. Thyrsi inquit: *Vinculis manuum & catapultis pedum.*

Καταπέπλωκεν. Decidit. Concidit.

Καταπεσών. [Qui animo concidit.] Metuens.

Καταπέτει. Conturbat. Dejicit. Prosternit.

Καταπεφρόντικα. In disciplinas & artes impendi. Aristophanes *Nubibus*: *Pallium amisisti? Non amisi, sed in disciplinas & artes impendi.* Hæc senex ad filium dicit.

Καταπειθές. Obsequens. Obediens. [*Dixit,*] *impium alioqui esse, nec magistris obtemperantem.*

Καταπῆγας. Ligna in aquis defixa. *Quia in imo fundo pali defigi non poterant, qui-*

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 293. (196. Ed. Bas. *P.*)

2 Πράξας κατὰ νοῦν τὸν ἐμόν, πάλιν ὡς ἡμ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 317. (217. Ed. Bas. *P.*)

3 Δαβίδ] Psalm. xciv. 12. ubi legitur, εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατ. uti & hic apud Suidam legendum est.

4 Καταπελτάσουσιν, ἀκοντ.——μὴ ἔχουσα ἰμάντα] Ex Enarratore Comici ad *Acharnens.* pag. 378. (268. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἵστη δὲ προμάχους——εἰς τοὺς ἐλέφαντας προσκολλᾶν] Hæc sunt verba Appiani in *Libyc.* pag. 35. eademque leguntur supra v. Ἀφάπτειν.

6 Προσκολλᾶν] Pessime. Ex Appiano enim rescribendum est ἀφήσειν. Vide quæ notavimus supra ad v. Ἀφάπτειν.

7 Καταστρέφει] Sic habet MS. Paris. A. itemque Editio Mediolanensis. At in cæteris Edit. minus recte, ut puto, legitur καταστρέφει.

8 Καταπεφρόντικα. εἰς τοὺς φρ. ἀνάλωσα. εἰς τὴν π. κατεδ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 174. (104. Ed. Bas. *P.*)

γας δέχεσθαι, ὑφ' ὧν ἔδει συνέχεσθαι τὰ ἐπὶ τοῦ ῥεύματος καθιέμενα.

Καταπιμπλώσει. καταβλάψει.

Κατὰ[1] πῆχυν ἐπεδίδου. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὰ κρείττω προκοπτόντων. [2]Ὁ δὲ Φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδοσιν διετέλει, καὶ ἐπεδίδου κατὰ πῆχυν, ὥς φασι, ἀτεχνῶς ἄχρι τοῦ πανικοῦ δυστυχήματος.

Καταπίονα.[3] λιπαρά.

Καταπλῆγες. καταπεπληχότες. Τούτων δὲ γενομένων οἱ ἐναντίοι καταπλῆγες ἦσαν.

Καταπλήξ.[4] ὁ συνεχῶς πεπληγμένος. Θεόπομπος·

Ἀλλ' ἡ μὲν Εἰλείθυια συγγνώμην ἔχει,
Ὑπὸ τῶν γυναικῶν οὖσα καταπλὴξ τῇ τέχνῃ.

Κατὰ πόδα. παραυτά, κατὰ τάξιν.

Κατὰ πόδος βάσιν. παροιμία ἐπὶ τῶν κατὰ μικρόν τι πραττόντων, καὶ κατὰ τέχνην, καὶ μὴ ἀθρόως.

Καταπολιτεύομαι· στε. Καταπολιτεύω σοι δέ, δοτικῇ.

Καταποντωθῆναι. κινδυνεῦσαι.

Καταπορευθέντων. ἐπανόδου τυχόντων τῶν φυγάδων. Πολύβιος· Ἣν οὐχ οἷόν τε ἀναλαβεῖν, μὴ οὐχὶ καταπορευθέντων τῶν πεφυγαδευμένων.

Κατὰ πόσον. πλεονάκις.

Καταπότης. λάρυγξ.

Καταπραγματεύω, καὶ καταπραγματεύομαι. γενικῇ.

Καταπρησθῇ. κατακαυθῇ. Κελεύσαντος Κύρου, ἵνα καταπρησθῇ ζῶν.

Καταπροήσεσθαι. καταπροδώσειν. [5]Ὠμοσάτην ὅσοι δεινότατοι Χριστιανοῖς ὅρκοι ὀνομάζονται, μή ποτε ἀλλήλων καταπροήσεσθαι ἄχρι τῶν ἐς ὄλεθρον φερόντων [6] κινδύνων.

Καταπροίξεται. καταφρονήσει. καταπροδώσει. οἷον προῖκα ἐκφύγοι.

Οὔτοι[7] καταπροίξει, μὰ τὸν Ἀπόλλω, ταῦτα δρῶν.

Ἀριστοφάνης. Καὶ αὖθις·

Οὔτοι,[8] μὰ τὼ Θεώ, σὺ καταπροίξει λέγουσα ταυτί.

bus contineri oportebat, quæ in flumen demittebantur.

Καταπιμπλώσει. Læserit.

Κατὰ πῆχυν ἐπεδίδου. *Cubito proficiebat.* Dicitur de illis, qui in melius proficiunt. *Philosophus vero ab omni impedimento liber cubito, ut ajunt, identidem proficiebat, usque ad Panicam illam calamitatem.*

Καταπίονα. Pinguia.

Καταπλῆγες. Metu perculsi. *His autem factis adversarios metus percellere cœpit.*

Καταπλήξ. Assidue percussus. Theopompus: *Sed Lucina quidem a mulieribus assidue arte percussa veniam ipsis dat.*

Κατὰ πόδα. E vestigio. Ordine.

Κατὰ ποδὸς βάσιν. *Lento gradu.* Proverbium est, quod dicitur de illis, qui paulatim aliquid agunt, & secundum artem; non autem subito, nec uno impetu.

Καταπολιτεύομαι· στε. Cum accusativo. At καταπολιτεύω σοι, cum dativo.

Καταποντωθῆναι. [Submergi.] Periclitari.

Καταπορευθέντων. De exulibus dicitur, quibus potestas facta est in patriam redeundi. Polybius: *Quæ [urbs] recuperari non poterat, nisi exulibus patriæ restitutis.*

Κατὰ πόσον. Sæpius.

Καταπότης. Guttur. Gula.

Καταπραγματεύω, & καταπραγματεύομαι. Cum genitivo. Alterius incommodo quæstum ex aliqua re facio.

Καταπρησθῇ. Comburatur. Cremetur. *Jubente Cyro, ut vivus combureretur.*

Καταπροήσεσθαι. Proditurum esse. *Jurisjurandi, quod sanctissimum apud Christianos habetur, religione fidem suam adstrinxerunt, nunquam se invicem deserturos esse, etiamsi extremum vitæ periculum subeundum sit.*

Καταπροίξεται. Contemnet. Prodet. Vel, impune feret. *Nequaquam, per Apollinem, factum hoc impune feres.* Aristophanes. Et iterum: *Nequaquam, per Deas, dictum hoc impune feres.* Vel, non impune me deridebis. Προῖκα enim & mulctam vocant. Herodotus: *Haud enim impune me tam indigne tractaverit.*

ἀντὶ τοῦ καταγελάσει μου χωρὶς ζημίας. προῖκα γὰρ ἔλεγον καὶ τὴν ζημίαν. [9]Ἡρόδοτος· Οὐ γὰρ δή ἐμέ γε ὧδε λωβησάμενος καταπροίξεται.

Καταπροίξεται.[10] ἡ περὶ ἀντὶ τοῦ παρά. προϊκνεῖσθαι. τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ ἵξεσθαι, ὅ ἐστι δωρεάν τινα λα-

Καταπροίξεται. In hoc verbo præpositio περὶ posita videtur pro παρά, [quasi dicatur καταπαραικνεῖται.] Secundum alios a verbo ἵξεσθαι,

1 Κατὰ πῆχυν ἐπεδίδου] Damascius apud Photium pag. 1057. Οὐ γὰρ ἐπιδιδόναι ῥαδίως, ἀλλ' ἦν αὔξεσθαι κατὰ πῆχυν, ὥσπερ Θεόδωρος ὁ Ἀσιναῖος. Κατὰ πῆχυν αὔξεσθαι hic significat magnis auctibus crescere, & brevi tempore plurimum proficere: quod etiam πηχυαῖον αὔξεσθαι Græci vocant. Vide parœmiographos.

2 Ὁ δὲ φιλόσοφος ἀνεμπόδιστος εἰς ἐπίδ. διετ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἐπίδοσιν.

3 Καταπίονα. λιπαρά] Male hic Suidas ex duabus vocibus unam conflavit. Respexit enim procul dubio ad locum illum Homeri Il. A. v. 40.

——Κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα.

Ubi præpositio κατὰ non est jungenda voci πίονα, sed pertinet ad verbum ἔκηα, quippe a quo per tmesin avulsa est.

4 Καταπλήξ. ὁ συνεχῶς πεπληγ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Harpocratione.

5 Ὠμοσάτην ὅσοι δεινότ.) Χρισ.] Hoc fragmentum depromptum est ex Procopii *Histor. Arc.* cap. 2. pag. 7. idemque legitur supra v. Δεινοί.

6 Κινδύνων] Hæc vox in prioribus Editt. deest, quam ex Procopio revocavi.

7 Οὔτοι καταπροίξει, μὰ τὸν Ἀπ. ταῦτα δρῶν] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 528. (360. Ed. Bas. P.)

8 Οὔτοι, μὰ τὼ Θεώ, σὺ καταπρ.] Ex Aristoph. *Thesmophor.* pag. 797. (525. Ed. Bas. P.)

9 Ἡρόδοτος] In *Thalia* pag. 139. 3.

10 Καταπροίξεται. ἡ περὶ ἀντὶ τοῦ π.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, deprompta sunt ex Enarratore Comici ad *Equit.* pag. 313.

βεῖν. Ἀρχίλοχος· Εὖ δ' ἐκεῖνος οὐ καταπροίξεται. Ἡρωδιανὸς δὲ ἐν Ἐπιμερισμοῖς, παρὰ τὸ ἴσσω φησί. καὶ Ἀρχίλοχος· Προτείνω χεῖρα καὶ προΐσσομαι.

Καταπροίξῃ.[1] τουτέστιν, οὐ μὴ καταφρονήσεις. πεποίηται δὲ παρὰ τὴν προῖκα· οἷον, οὐ δωρεάν μου ἐγχανῇ.

Κατὰ[2] πρόσκλισιν. καθ' ἑτεροβαρίαν, ἢ ἑτερομέρειαν.

Καταπύγους. κιναίδους.

Καταπυγῶν. κατασελγαίνων.

Καταπύγων. ὁ λάγνος. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν [3]ἀλφίτων οὕτω λεγομένων ἰχθύων, ὅτι ἕπονται κατ' οὐράν. ἡ γενικὴ δὲ, καταπύγωνος· καὶ καταπύγωνα, αἰτιατικῇ· καὶ ἄλλαι πτώσεις εὕρηνται. εὕρηται καὶ τὸ θηλυκὸν καταπύγων. καὶ ἡ πρᾶξις [4]καταπυγοσύνη, τουτέστιν, ἡ μαλακία.

Καταπυγωνέστερον. μαλακώτερον. πορνικώτερον. Οὐκέτι [5]δόξειέ τι ἄλλο καταπυγωνέστερον εἶναι.

Κατάπτυστον. εὐτελές. μισητόν. [6]Τὸ δὲ ταραντινίδιον λεπτόν τε ὂν καὶ ἀσθενὲς, ἐπεὶ μόνον ἐτάθη, κατὰ ἀπερρήγνυται. ἡ δὲ περιαλγεῖ, καί φησιν· ὦ κατάπτυστόν τε καὶ ἐπίρρητον ῥάκος, οὐδὲ εἰς ταύτην μοι τὴν χρείαν ἐπιτήδειον ἐγένου. καὶ ῥίψασα αὐτὸ ξίφει αὐτὴν διεχρήσατο.

Κατὰ πύστιν. Ναῦται δέ τινες κατὰ πύστιν ἐγχώριοι ἥκοντες, οὐκ ἐδύναντο κεκρυμμένον ἀνιχνεῦσαι. ἀπεκέκρυπτο γάρ. Κατὰ πύστιν οὖν, κατὰ φήμην.

Κατὰ [7]ῥάβδον ἔφρασε. κατεῤῥαψῴδησεν, ἢ κατὰ στίχον διῆλθεν.

Καταῤῥαθυμῶ. γενικῇ, καὶ αἰτιατικῇ.

Καταῤῥάκται.[8] πέτραι ἐν τῷ Ἴστρῳ ποταμῷ, ὄρους πρόσωπόν τινα ὑπὸ τῷ ῥεύματι ἐπὶ παντὸς τοῦ πλάτους ὑποπεφυκότος, αἷς ἅπασιν ὁ ποταμὸς ἐμπίπτων μετὰ μεγίστου πατάγου ἀνακόπτεται, καὶ καγχλάζων περὶ ταῖς πέτραις, ἔπειτα ὑπερφερόμενος, ἑλιγμούς τε καὶ παλιῤῥοίας καὶ χαρύβδεις, κυκλουμένου τοῦ ῥεύματος, ἀποτελεῖ· καὶ τὸ σύμπαν, ὁ ποταμὸς κατὰ ταῦτα τὰ χωρία οὐ πολὺ ἀπέοικε τοῦ κατὰ Σικελίαν πορθμοῦ.

Καταῤῥάκτης. εἶδος ὀρνέου θαλασσίου.

Κατάρατος. κατάρας ἄξιος. Οὕτω μὲν οὖν ὁ κατάρατος συνήθως τὸν ἄνθρωπον ἐκήλει.

Καταῤῥαψῳδήσει. φλυαρήσει.

id est, gratis quædam accipere. Archilochus: *Ille sane non impune feret.* Herodianus vero in *Epimerismis*, ab ἴσσω deductum esse dicit: [unde compositum est προΐσσομαι, porrigo, protendo.] Archilochus: *Manum porrigo & protendo.*

Καταπροίξῃ. Impune contemnes. Deductum est a προῖκα, gratis: quasi dixisset Comicus: *Haud gratis* (i. e. non impune) *me deridebis.*

Κατὰ πρόσκλισιν. Dicitur de pondere, quod in alteram partem vergit.

Καταπύγους. Cinædos.

Καταπυγῶν. Libidini venereæ indulgens.

Καταπύγων. Libidinosus. Translatio ducta est ab alphestis piscibus ita vocatis, qui a cauda se invicem sequuntur. Genitivus est καταπύγωνος, & accusativus, καταπύγωνα, & sic reliqui casus. Reperitur & fœmininum ἡ καταπύγων. Et res ipsa vocatur καταπυγοσύνη, id est, nefanda libido, cui cinædi indulgent.

Καταπυγωνέστερον. Effœminatius. In venerem & libidinem proclivius. [Aristophanes:] *Non amplius videbitur ulla avis esse libidinosior.*

Κατάπτυστον. Abominandum. Odio prosequendum. *Tarantinidium autem, cum esset tenue & infirmum, quamprimum tenderetur, ruptum est. Illa igitur graviter dolens, abominande, inquit, & detestande panne, ne ad hanc quidem rem utilis mihi fuisti: eoque projecto, gladio se ipsa interfecit.*

Κατὰ πύστιν. Rumore ad aures perlato. *Nautæ vero quidam indigenæ, cum rumorem illum audivissent, venerunt: at hominem, qui absconditus erat, invenire non potuerunt.*

Κατὰ ῥάβδον ἔφρασε. Rhapsodi in morem poetæ alicujus versus recitavit, baculum laureum manu tenens.

Καταῤῥαθυμῶ. Genitivo & accusativo jungitur.

Καταῤῥάκται. Cataractæ. Rupes in Istro flumine, montis instar sub aquæ superficie enatæ, & totam alvei latitudinem occupantes: in quas flumen incurrens maximo cum strepitu retunditur, ingentemque sonitum edens, & rupes tandem superans, vorticibus rapidis reciprocisque fluctibus Charybdis instar concitatur & æstuat: adeo ut flumen illis in locis non multum a freto Siculo differat.

Καταῤῥάκτης. Cataractes. Genus avis marinæ.

Κατάρατος. Execrandus. *Sic igitur execrandus ille hominem delinire consueverat.*

Καταῤῥαψῳδήσει. Nugas deblaterabit.

1 Καταπροίξῃ. τουτέστιν, οὐ μὴ καταφρ.] Et hæc sunt verba Enarratoris Comici loco modo laudato.

2 Κατὰ πρόσκλισιν] Sic ex MSS. Paris. rescripsi. Priores enim Edit. male habent κατὰ πρόσκλησιν, per η.

3 Ἀλφίτων] Lege ἀλφηστῶν. Vide Athen. p. 281.

4 Καταπυγοσύνη] Hac voce usus est Aristophanes *Nubibus* p. 181.

5 Οὐκέτι δόξειέ τι ἄλλο καταπυγ.] Locus hic apud Aristoph. *Lysistr.* pag. 885. (558. Ed. Bas. *P.*) recte sic legitur & distinguitur:

——— Οὐκ ἔτι δόξει

Ὄρνεον οὐδ' ἓν τοῦ καταπυγωνέστερον εἶναι.

6 Τὸ δὲ ταραντινίδιον λεπτόν τε ὂν καὶ ἀσθ.] Pars hujus fragmenti repetitur infra v. Ταραντινίδιον. Erat autem Tarantinidium genus vestis subtile & pellucidum, sic appellatum a Tarentinis, qui eo uti solebant, ut docet Jul. Pollux. Vide etiam Suidam infra h. v.

7 Κατὰ ῥάβδον ἔφρασε] Rhapsodi olim virgam vel baculum laureum manu tenentes, carmina tum aliorum poetarum, tum præcipue Homeri, recitare solebant: de quo more legendus est Salmasius ad Solinum pag. 609. 610. Hinc ergo apparet, quare Suidas hoc loco τὸ κατὰ ῥάβδον ἔφρασε exponat κατεῤῥαψῴδησεν.

8 Καταῤῥάκται πέτραι ἐν τῷ Ἴστρῳ ποτ.] Elegans hoc fragmentum de cataractis Istri ex scriptore aliquo deperdito, Eunapio forte vel Menandro historico, a Suida depromptum esse puto.

Καταῤ-

Καταρδῶν. [1] χέων ὑποχέσεις, καὶ καταβρέχων ἡμᾶς τοῖς ἐπαίνοις ὡς φυτά. οὐκ ἀπατῶν, οὐδέ τισι μισθοὺς διδοὺς, ἵνα αὐτὸν ἐπαινέσωσιν, οὔτε καταρδῶν, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων.

Καταρδῶν. [Irrigans. Apud Ariſtophanem ſignificat,] multa & præclara pollicens, & laudibus tanquam plantas nos irrigans. [Eodem loco apud Comicum τὸ οὐκ ἐξαπατύλλων ſignificat] non decipiens; & οὐδ' ὑποτείνων μισθοὺς, non dans mercedem, ut ſe laudent. [Sequitur deinde,] οὔτε καταρδῶν, ἀλλὰ τὰ βέλτ. i. e. non vanis vos laudibus titillans, ſed optima quæque docens.

Κατὰ ῥέθος. μέλος.

Ἧς [2] ἔπι καλὸν ἄμυξε κατὰ ῥέθος Ἀφρογένεια. ἀντὶ τοῦ ἐσπάραξεν, ἔξεσε.

Κατὰ ῥέθος. [In Epigrammate:] *Ob quam Venus pulchrum corpus unguibus laniavit.* Ῥέθος enim hic ſignificat corpus; & κατάμυξε, dilaceravit, laniavit.

Καταῤῥησις. κατάγνωσις.

Καταῤῥησις. Condemnatio.

Καταῤῥητορεύω.

Καταῤῥητορεύω. Eloquentia ſupero.

Κατὰ ῥοῦν. κατὰ ῥόπον. κατ' εὐθεῖαν. Πλήρης τε γὰρ ἡ σελήνη ἐτύγχανεν οὖσα, καὶ οὐ χαλεπὸν ἦν διὰ πάσης τῆς νυκτὸς κατιέναι κατὰ ῥοῦν.

Κατὰ ῥοῦν. Secundo flumine. Recta via. *Nam & Luna erat plena, nec difficile erat per totam noctem ſecundo flumine deſcendere.*

Καταρῶμαι. αἰτιατικῇ. Οἱ καταρώμενοί σε κατήρατοι. δοτικῇ δέ· Οὐ γὰρ τοῖς πρώτοις ἐπαινέσασιν ἡμᾶς καταράσομαι.

Καταρῶμαι. Accuſativo jungitur. Execror. Diris devoveo. *Illi vero, qui te execrantur, ipſi execrationi obnoxii ſunt.* Item dativo: *Haud enim execrabor eos, qui nos primum laudarunt.*

Καταρτίζω. αἰτιατικῇ. τελειῶ.

Καταρτίζω. Accuſativo jungitur. Perficio.

Καταρτύσων. παρασκευάσων, εὐτρεπίσων. Σοφοκλῆς·

Ὡς πρός τι λέξων, ἢ καταρτύσων μόλοι;

καὶ Ὅμηρος· Κλυταιμνήστρα δόλον ἤρτυε.

Καταρτύσων. Inſtructurus. Paraturus. Sophocles: *Cujus rei nuntiandæ vel expediendæ gratia eum ire vis?* Et Homerus: *Clytæmneſtra dolum inſtruxit.*

Καταστείει. [3] αἰτιατικῇ.

Καταστείει. Accuſativo jungitur. Concutit.

Καταῤῥάττει. καταβάλλει.

Καταῤῥάττει. Dejicit. Proſternit.

Κατασίνεσθαι. καταβλάπτεσθαι.

Κατασίνεσθαι. Lædi.

Κατασκεδάζειν. γενικῇ. Ἔθος ἦν Θρᾳξὶν ἐν τοῖς συμποσίοις, ἵνα, ὅταν πίωσι τοῦ οἴνου οἱ συμπόται ὅσον δύνανται, τὸ λοιπὸν τοῦ οἴνου καταχέωσι κατὰ τῶν ἱματίων τῶν συμποτῶν· ὅπερ ἔλεγον κατασκεδάζειν. οὕτω Ξενοφῶν ἐν τῇ ζ' τῆς τοῦ Κύρου ἀναβάσεως. μέμνηται τούτου καὶ ὁ [4] μέγας Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις. καὶ ὁ μὲν Ξενοφῶν λέγει· [5] Ἀναστὰς ὡς εὐθὺς συνέπιε, καὶ συγκατεσκεδάσατο τὸ μετ' αὐτοῦ κέρας.

Κατασκεδάζειν. Genitivo jungitur. In aliquem aliquid effundo. Mos Thracum erat in conviviis, ut, poſtquam convivæ tantum vini bibiſſent, quantum potuiſſent, vini reliquias in compotorum veſtes effunderent; quod dicebant κατασκεδάζειν. Sic Xenophon libro VII. *de Expedit. Cyri.* Hujus moris meminit & magnus Plato in *Legibus.* Et Xenophon dicit: *Cum autem ſurrexiſſet Seuthes, ſimul cum eo ebibit corneum poculum, & reliquum vini in compotorum veſtes effudit.*

Κατασκευάζειν. παρ' Ἀριστοτέλει τὸ καθόλου δεικνύναι, ἀλλὰ μὴ ἀναιρεῖν τὸ τεθειμένον. μάλιστα γὰρ κατασκευάζειν ἐπὶ τοῦ καταφατικῶς τεθειμένου λέγεται. † [6] Ἀδικώτατον δὲ καὶ κακοπραγμονέστατον περὶ τὰς τῶν φίλων κατασκευάς.

Κατασκευάζειν. Apud Ariſtotelem generaliter ſignificat aliquid demonſtrare, non autem negare vel confutare id, quod ab altero affirmatur. Præcipue vero τὸ κατασκευάζειν ſignificat aliquid affirmare. † *Injuſtiſſime & maxime maligne vellicantē, quicquid Philoſophi affirmarēt.*

Κατασκήψαντος. ἐμπεσόντος.

Κατασκήψαντος. Cum impetu delati.

Κατασκιδναμένη. κατασκορπιζομένη.

Κατασκιδναμένη. Diſſipata.

1 Καταρδῶν. χέων ὑποχέσεις] Hæc, & quæ ſequuntur, referenda ſunt ad locum illum Ariſtophanis *Acharnenſ.* pag. 402. (268. Ed. Baſ. *P.*)

Φησὶν δ' ὑμᾶς πολλὰ διδάξειν ἀγάθ', ὥστ' εὐδαίμονας εἶναι,
Οὐ θωπεύων, οὐδ' ὑποτείνων μισθοὺς, οὔτ' ἐξαπατύλλων,
Οὔτε πανουργῶν, οὔτε καταρδῶν, ἀλλὰ τὰ βέλτιστα διδάσκων.

Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic deſcripſit.

2 Ἧς ἔπι καλὸν ἄμυξε κατὰ ῥέθος Ἀφρ.] Hexameter hic decerptus eſt ex Epigrammate Sidonii in Laidem, quod legitur Anthol. lib. III. cap. XII. Epigr. VII. ut Portus etiam obſervavit. Vide etiam ſupra v. Ἀμυξεῖς.

3 Καταστείει. αἰτ] Hæc a ſequentibus male divulſa ſunt, quoniam vel ex ordine literarum patet, una & continua ſerie legendum eſſe, Καταστείει. αἰτιατικῇ. καταῤῥάττει. καταβάλλει. Heſychius τὸ καταστείειν exponit ταράσσειν: & καταπατήσει, καταῤῥάξει. Quare & hic apud Suidam pro καταῤῥάττει forte legendum eſt καταῤῥάσσει.

4 Ὁ μέγας Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις] Locus Platonis, ad quem Suidas reſpicit, exſtat lib. I. *de Leg.* pag. 570. ubi Philoſophus ait: Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοὶ, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι, καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Eundem locum Platonis adducit Athenæus lib. X. pag. 432. ſed ubi liber XI. Platonis *de Legibus* citatur, vel ipſius Athenæi vel librariorum errore, quoniam, ut diximus, locus iſte libro primo *Legum* exſtat.

5 Ἀναστὰς ὡς εὐθὺς συνέπιε] Peſſime. Reſcribendum enim eſt ex Xenophonte, ἀναστὰς ὁ Σεύθης συνεξέπιε &c. Quæ autem ſequuntur, nec apud Xenophontem nec Suidam ſatis emendata ſunt, quæ ſic legenda puto: καὶ συγκατεσκεδάσατο εἰς τοὺς μετ' αὐτοῦ τὸ κέρας. Apud Xenophontem hodie male legitur, καὶ συγκατεσκέδασε τοῦ μετ' αὐτοῦ &c. quo mendo etiam laborat Athenæus lib. IV. pag. 151. qui eundem locum Xenophontis ibi adducit.

6 Ἀδικώτατον δὲ καὶ κακοπραγμονέστατον περὶ τὰς τῶν φ.] Ut ex brevi hoc & lacero fragmento ſenſus aliquis eliciatur, exiſtimo pro φίλων legendum eſſe φιλοσόφων. Videntur enim verba hæc intelligenda eſſe de homine quodam contentioſo & maligno, qui axiomata & ſententias philoſophorum identidem vellicare & carpere ſolebat. Cui hæc non placent, is meliora proferat.

Κατασκυθρωπῶν. γενικῇ.

Κατὰ σκοπόν. κατὰ τὸ προκείμενον. δέον.

Κατασοβαρεύομαι. γενικῇ.

Κατασοβεῖται. καταδιώκεται. καὶ Κατασοβήσονται, καταδιωχθήσονται.

Κατασοφισθεῖσα. χλευασθεῖσα.

Κατασοφισόμεθα. αἰτιατικῇ. τεχνασόμεθα. μηχανῇ τινι κακώσομεν. Κατασοφιστεύω δὲ, γενικῇ.

Κατασπᾶν.[1] ἰδίως ἐπὶ τῶν θηλαζόντων βρεφῶν τοῦτο λέγεται. παρὰ τὸ ἐπισπᾶν καὶ ἐφέλκειν τὸ γάλα.

Κατασπαταλῶ. αἰτιατικῇ.

Κατασπέρχων. σπουδάζων.

Κατασπεύσαντα. κακῶς βουλευθέντα. ἐχθρὰ βουλευσάμενον. Αἴτιον δὲ τούτων Εὐφήμιον, οἷα εἰς πολιτείαν καὶ εἰς βασιλείαν κατασπεύσαντα, καὶ τοῖς τυράννοις συμφρασάμενον.

Κατασπείρας.[2] ἀρχὴν κακῶν παρασχών. τὸ γὰρ σπείρας ἐπὶ πλήθους κακῶν τακτέον.

Ὅσας ἀνίας μοι κατασπείρας φθίνεις.

Σοφοκλῆς.

Κατασπείρω. τὸ φυτεύω. γενικῇ.

Κατὰ σπουδήν. μετὰ[3] συντεταμένης προθυμίας. Εἰποῦσα ταῦτα ἐδόκει κατὰ σπουδὴν εὐθὺ Λιβάνου τοῦ ὄρους καταδραμεῖν.

Κατασπώμενος. καθελκόμενος.

Καταστάς. προβληθείς. προχειρισθείς. Ὁ δὲ Ἐσδρίαυγος, ὑπὲρ πάντων καταστάς, ἔλεξεν ὧδε.

Καταστασιάζεσθαι. αἰτιατικῇ. Καταστασιάζεσθαι γὰρ ἑαυτῶν ἀπεφαίνετο παρὰ πᾶν τὸ δίκαιον ὑπὸ τῆς συγκλήτου.

Κατάστασις.[4] ἔοικεν ἡ κατάστασις ἀργύριον εἶναι, ὅπερ οἱ κατασταθέντες ἱππεῖς ἐλάμβανον ἐκ τοῦ δημοσίου ἐπὶ τῇ καταστάσει. οὕτω Λυσίας. ἀλλὰ καὶ Εὔπολίς φησιν·

Οὐκ ἐσωφρόνησας, ὦ πρεσβῦτα, τὴν κατάστασιν
Τήνδε λαμβάνων ἄφνω, πρὶν καὶ μαθεῖν τὴν ἱππικήν.

ἀπεδίδοτο δὲ τὸ ἀργύριον ὑπὸ τῶν ἱππευσάντων, ὅτε ἀντ' αὐτῶν ἕτεροι καθίσταντο. ἀπῄτουν δὲ αὐτὸ οἱ φύλαρχοι.

Καταστάτης[5] Σοφοκλῆς·

Ἀλλ' ἀρχέπλουτον, καὶ καταστάτην δόμων.

ἀντὶ τοῦ [illegible].

Κατάστεφον[6] πέδον. ἀντὶ τοῦ μεθ' ἱκετηρίων ἀφηγοῦ.

Κατασκυθρωπῶν. Genitivo jungitur. Torvum se erga aliquem præbens.

Κατὰ σκοπόν. Secundum propositum. Secundum id, quod decet.

Κατασοβαρεύομαι. Genitivo jungitur. Superbe me erga aliquem gero.

Κατασοβεῖται. Abigitur. Propulsatur. Et κατασοβήσονται, abigentur.

Κατασοφισθεῖσα. Callide delusa.

Κατασοφισόμεθα. Accusativo jungitur. Fraudes & dolos machinabimur. Arte aliqua decipiemus, vel alicui nocebimus. Κατασοφιστεύω vero genitivo jungitur.

Κατασπᾶν. Proprie dicitur de infantibus lactentibus, quod lac ex mammis sugant & hauriant.

Κατασπαταλῶ. In deliciis vivo.

Κατασπέρχων. Festinans. Properans.

Κατασπεύσαντα. Illum, qui male alicui consuluit, sive inimicum consilium dedit. *Horum auctorem dicebant esse Euphemium, quod malo consilio Rempubl. & regnum circumvenisset, & cum Tyrannis occulta consilia agitasset.*

Κατασπείρας. [Per translationem,] qui malorum auctor exstitit. Vel τὸ σπείρας de malorum multitudine dicitur. Sophocles: *Quot dolorum et malorum interitus tuus causa mihi exstitit.*

Κατασπείρω. Consero. Planto. Genitivo jungitur.

Κατὰ σπουδήν. Magno studio. Festinanter. *His dictis videbatur festinanter & recta ad montem Libanum decurrere.*

Κατασπώμενος. Qui detrahitur.

Καταστάς. Constitutus. Designatus. Delectus. *Esdriaugus vero, qui omnibus præpositus erat, ita dixit.*

Καταστασιάζεσθαι. Factionibus & seditionibus premi. [*Dicebant enim,*] *se præter omne jus seditionibus & factionibus a Senatu excitatis opprimi.*

Κατάστασις. Catastasis videtur esse pecunia, quam illi, qui in equitum numerum adsciscebantur, ex ærario accipiebant, ob novi muneris auspicium. Sic Lysias. Sed & Eupolis inquit: *Deliras, senex, equestre qui stipendium repente capis, antequam artem equestrem didiceris.* Hanc vero pecuniam illi, qui equo publico mereri desierant, Phylarchis repetentibus reddebant, cum in ipsorum locum alii substituerentur.

Καταστάτης. [Instaurator.] Sophocles: [*Sed recipite me,*] *jure hæreditario opum harum dominum & familiæ instauratorem.*

Κατάστεφον πέδον. [Apud Sophoclem] signi-

1 Κατασπᾶν. ἰδίως ἐπὶ τῶν θηλ. βρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 331. (229. Ed. B.L. *P.*)

2 Κατασπείρας. ἀρχὴν κακῶν παρασχ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 58. ut Portus monuit.

3 Μετὰ συντεταμένης προθυμίας] Sic recte legitur in MS. Paris. A. Reliqui vero MSS. ut & Edit. omnes, quæ nostram præcesserunt, corrupte exhibent μετὰ συντεταγμένης προθυμίας.

4 Κατάστασις. ἔοικεν ἡ κατάστασις ἀργ.] Hæc, & quæ sequuntur, ex Harpocratione descripta sunt.

5 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 83. ut Portus observavit.

6 Κατάστεφον πέδον. ἀντὶ τοῦ μεθ' ἱκετηρ. ἀφ.] Ex Enarratore Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 287. Sed notandum est, apud Sophoclem pro κατάστεφον πέδον, hodie legi κατέστεψας πέδον: quæ lectionum diversitas a Scholiasta etiam observata est. Verba Sophoclis loco laudato hæc sunt:

Θεοῦ νῦν καθικόμενος τῶνδε δαιμόνων, ἐφ' ἃς
Τὸ πρῶτον ἵζεις, καὶ κατέστεψας πέδον.

Alloquitur ibi Chorus Oedipum, qui, cum fundum Eumenidibus

Τὸ πρῶτον ἵκου, καὶ κατέστειψας πέδον.
Στέμματα δὲ ἔλεγον, καὶ τὰ ἔρια.
[1] Ὦ 'στέμματα ξένασ' ἐπέκλωσεν Θεά.

Καταστείλας. ἀντὶ τοῦ καταστήσας. Ὁ δὲ τῇ χειρὶ καταστείλας τὸν θόρυβον αὐτῶν, ἔφη.

Καταστήσονται. ἀποδείξωσιν. Ὅπως φύλαρχον τοῖς Ὁμηρίταις καταστήσονται τοῦτον.

Καταστολή. ἡ στολή.

Κατὰ στόμα. κατὰ τὸ ἀρχήν. μεταφορικῶς.

Καταστοχάζεται. γενικῇ. κατὰ σκοποῦ βλέπει. κατὰ σκοποῦ βάλλει.

Καταστρατηγῶ. αἰτιατικῇ.

Καταστρέφω. αἰτιατικῇ. καὶ Καταστρέψαντες, πληρώσαντες.

Καταστρηνιῶ. γενικῇ.

Καταστροφή. τέλος.

Κατὰ σφέας. καθ' ἑαυτούς.

Καταψευδόσω. γενικῇ. καταφλυαρήσω. ψεύσομαι. [2] Ἐγὼ δὲ φρουρᾶς μείζονος δέομαι, εἰ καταψεύσομαι τοῦ Θεοῦ. Ἰώσηπος.

Κατάσχῃ. αὐθυποτακτικόν. Καὶ οὐ κατασχὼν τὴν χαρὰν, παρελύθην τοὺς τόνους ἄθροον τοῦ σώματος.

Κατὰ σχολήν. ἀντὶ τοῦ μόλις. ἢ ἀψοφητί.
[3] Κατὰ σχολὴν παρ' ἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνη.

Κατάστασις. ἡ ἔπειξις. ἡ σφοδρότης. Ὁ δὲ τούτους συλλαβὼν αἰκίζεται λύμῃ πάσῃ καὶ καταστάσει.

Καταταχῆσαι. προφθάσαι. Μήτε καταταχῆσαι δυναμένην.

Καταταχήσων. τῷ τάχει ὑπερβαλών. [4] Πολύβιος· Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὥρμησε καταταχήσων, καταπεπτερεμένος δὲ τῆς ἐπιβατικῶν (ἀντὶ τοῦ νικώμενος) ἐγένετο ὑποχείριος.

Καταταχύς.

Καταταχούμενοι. Καταταχούμενοι δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου, ἠναγκάσθησαν μένειν τὸν ἐπίπλουν.

Καταπεθήπεσαν. κατεθαύμαζον. ἐξεπλάγησαν.

[5] Κατατέλεα. παρὰ Ἡροδότῳ τὰ ἀναλώματα. καὶ τὰ συνέδρια τῶν ἐν ἀρχαῖς. καὶ τὸ συντελεῖν εἰς τάγμα.

ficat, cum supplicibus oleæ ramis lana velatis accede. [In quibusdam tamen codicibus legitur κατέστειψας, intrasti, pedibus calcasti.] *Ad quas primum accessisti, & quarum solum calcas.* Στέμματα vero etiam vocabant lanas. [Euripides:] *Cui Dea lanis carminatis fatalia fila duxit.*

Καταστείλας. Qui compescuit. Qui compressit. Qui sedavit. *Ille vero, cum tumultum sedasset, dixit.*

Καταστήσονται. Designabunt. Constituent. *Ut hunc Homeritis phylarchum constituant.*

Καταστολή. Stola. Amictus.

Κατὰ στόμα. In principio. Metaphorice.

Καταστοχάζεται. Genitivo jungitur. Ad scopum collimat. Scopum petit.

Καταστρατηγῶ. Strategemate supero. Accusat. jungitur.

Καταστρέφω. Accusativo jungitur. Subigo. Et καταστρέψαντες, qui vitam finiverunt.

Καταστρηνιῶ. Genitivo jungitur. Adversus aliquem lascive me gero.

Καταστροφή. Finis.

Κατὰ σφέας. Per se.

Καταψευδόσω. Genitivo jungitur. Contra aliquem deblaterabo. Mentiar. *Ego vero arctiore custodia dignus sum, si contra Deum mentiar.* Josephus.

Κατάσχῃ. Subjunctivus. Continuerit. *Cum autem gaudium continere non possem, nervi toto corpore subito resoluti sunt.*

Κατὰ σχολήν. Vix. Ægre. Item, sine strepitu. *Sola sine strepitu a viro egredi* [*mihi videtur.*]

Κατάστασις. Acceleratio. Contentio. Vehementia. *Ille vero hos comprehensos omni suppliciorum genere fœde laceravit.*

Καταταχῆσαι. Celeritate antevertere. *Quia celeritate eam antevertere non poterat.*

Καταταχήσων. Celeritate superaturus. Polybius: *Primo igitur celeritate navigandi erumpere tentavit: sed, cum a milite classiario facile vinceretur, in hostium potestatem redactus est.*

Καταταχύς. Celeriter.

Καταταχούμενοι. Qui celeritate opprimuntur. Qui urgentur. *Cum tempus eos oppressisset, classis hostilis adventum expectare coacti sunt.*

Καταπεθήπεσαν. Admirati sunt. Obstupuerunt.

Κατατέλεα. Apud Herodotum ita vocantur sumptus & impensæ: item, Magistratuum consessus; & ordini alicui adscriptum esse.

sacrum (ad quem nemini mortalium accedere fas erat) ingressus esset, Deas illas libationibus & supplicibus precibus placare jubetur. Scholiasta locum illum sic exponit: Κατέστειψας. κατεβάτευσας· ἀπὸ τοῦ στείβω. γράφεται δὲ κατέστεψον, ἤγουν μετ' ἱκετηρίας ἀφίκου. Ἄλλως. Κατέστεψον. καθικέτευσον, μετὰ ἱκετηρίας ἀφίκου. ἐὰν δὲ γράφηται κατέστειψας, οἷον κατεβάτευσας, ὃ καὶ πιθανώτερον. εἰ αὐτὸ γὰρ τοῦτο καλοῦσιν αὐτὸν καθαίρεσθαι, ὅτι εἰς ἄβατον ἐπέβη τόπον τοῦ ἱεροῦ τῶν Σεμνῶν. Scholiastæ igitur verius hoc videtur, Sophoclem scripsisse κατέστειψας, eamque lectionem præ altera probat & amplectitur: quæ & nobis verior videtur, propter rationem, quam Scholiasta hoc loco reddit.

1 Ὦ' στέμματα ξένασ' ἐπέκλ.] Est senarius Euripidis, ut monet Scholiasta Sophoclis loco laudato.

2 Ἐγὼ δὲ φρουρᾶς μείζονος δέομαι, εἰ καταψευδ. τοῦ Θεοῦ] Hæc sunt verba Josephi lib. III. *de Bello Jud.* pag. 854. ut Pearsonius observavit.

3 Κατὰ σχολὴν παρ' ἀνδρὸς ἐξελθ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Thesmophor.* pag. 725.

4 Πολύβιος. Τὸ μὲν οὖν πρ.] Locum hunc Suidas mutilavit, qui apud ipsum Polybium lib. I. cap. XLVII. recte sic legitur: Τὸ μὲν οὖν πρῶτον ὥρμησεν ὡς καταταχήσων· τῇ δὲ τοῦ πληρώματος κατασκευῇ καταλαμβανόμενος, τέλος ἐπιστρέψας ἠναγκάσθη συμβαλεῖν τοῖς πολεμίοις. καταπεπτερωμένος δὲ τοῖς ἐπιβατικοῖς διά τε τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν ἀνδρῶν, ἐγένετο τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριος. i. e. interprete Casaubono: *Primo igitur celeritate navigandi erumpere tentavit: sed cum propter præstantiam remigii jam esset comprehendendus, convertere tandem & certamen inire est coactus. Verum, cum a milite classiario facile vinceretur (nam & plures erant Romani & selecti) in hostium potestatem cadit.*

5 Κατατέλεα] Sic legitur in MSS. Paris. At priores Editt. minus recte exhibent κατατέλεια.

Κα-

Κατατεμῶ [1] σε τοῖς ἱππεῦσιν ἐς καττύματα. Καττύματα δέ ἐστι δέρματά τινα ἰσχυρὰ καὶ σκληρὰ, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλεται.

Κατατείνας ἐρῶ. ἀντὶ τοῦ μακρὸν λόγον διεξελεύσομαι. Πολιτείας δευτέρῳ· Διὸ κατατείνας ἐρῶ. † Ὁ δὲ στρεβλούμενος καὶ κατατεινόμενος τἀληθῆ λέγει. Καὶ αὖθις· Καὶ [2] κατατεινομένων ταῖς στρέβλαις ὑπὲρ τοῦ κατειπεῖν τοὺς συνεγνωκότας. οἱ δὲ [3] ἐμπείσαντες τοὺς ὀδόντας, τοῦ εἶξαι τῷ τυράννῳ γεγόνασι κρείττους.

Κατατείνουσαν. μακρότητα παρέχουσαν. [4] Χαλεπὸν ἔδοξεν εἶναι χώραν ἀμειψαμένοις, ἐρημόν τε καὶ χρόνου πολλοῦ ὁδὸν κατατείνουσαν ἰέναι.

Κατὰ [5] τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν ἔοικε. νόμος περὶ ὠνίων κεῖται, ὃς κελεύει ἀψευδεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Θεόφραστος γοῦν ἐν τοῖς περὶ νόμων φησί· Δυοῖν τούτων ἐπιμελεῖσθαι δεῖν τοὺς ἀγορανόμους, τῆς τε ἐν τῇ ἀγορᾷ εὐκοσμίας, καὶ τοῦ ἀψευδεῖν μὴ μόνον τοὺς πιπράσκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὠνουμένους.

Καταπλᾷ.

Ἢ [6] καταπλᾷ τῶν Ἑκαταίων, κυκλίοισι χοροῖσιν ὑπᾴδων.

κατετίλησε [7] γὰρ τῶν τῆς Ἑκάτης μυστηρίων. τοῦτο δὲ εἰς Κινησίαν τὸν Διθυραμβοποιὸν ἀποσκώπτει. οὗτος γὰρ ᾄδων κατετίλησε τῆς Ἑκάτης· ἢ ὅτι εἰσήνεγκε δρᾶμα, γράψας εἰς Ἑκάτην. [Ἢ τοὺς μύθους τῶν ποιητῶν

Κατὰ τὸ καρτερόν. ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς. Ἀριστοφάνης·

Καὶ ναυσὶ, καὶ πεζοῖσι, κατὰ τὸ καρτερόν.

Κατὰ τὸ καρτερόν. ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς καὶ καρτερῶς. Καὶ δὴ συμμίξας ἐμάχετο κατὰ τὸ καρτερόν· οὐχ ἧττόν τε ἔσχε τοῦ πολέμου.

Κατατομή. [9] Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους. Καὶ καθήμενος ὑποκάτω ὑπὸ τῇ κατατομῇ. καὶ Φιλόχορος· Καὶ ἐπέγραψεν ἐπὶ τὴν κατατομὴν τῆς πέτρας.

Κατὰ τὸ πρὸς Ῥωμαίους ἔχθος Λιβύων καὶ Γαλατῶν [10] Ῥωμαίων συνισταμένων.

Κατατωθάζω. αἰτιατικῇ.

Κατατραυματίζω σε.

Κατατρεχόντων. ληϊζομένων. πορθούντων. Τῶν δὲ Οὔννων τὰς Ῥωμαϊκὰς πόλεις κατατρεχόντων, πολλὰς παραστήσασθαι πόλεις. † Καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν πυρπολήσαντας καταδραμεῖν.

Κατατεμῶ σε τοῖς ἱππ. *Dissecandum te in soleas equitibus dabo.* Καττύματα sunt frusta corii durioris, quæ sandaliis aliisque calceis subjici solent.

Κατατείνας ἐρῶ. Prolixa oratione utar. Sic [Plato] *de Republ.* lib. II. [Et κατατεινόμενος, tormentis cruciatus.] *Ille vero tormentis cruciatus & laceratus veritatem fatetur.* Et iterum: *At illi, cum tormentis subjicerentur, ut conscios indicarent, dentibus infrendentes cruciatibus cogi non potuerunt, ut tyranno parerent.*

Κατατείνουσαν. Longam. Prolixam. *Molestum iis esse videbatur, postquam in aliam regionem pervenissent, per solitudines longum iter facere.*

Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψ. In foro ne mentiuntor. Videtur lex de rebus venalibus lata esse, quæ in foro mentiri vetat. Theophrastus enim in libris de Legibus scribit, *Agoranomis duas has res curæ esse debere, ut omnia decenter & ordine in foro fiant, & ut tam emptores quam venditores a mendacio abstineant.*

Καταπλᾷ. Concacat. *Aut qui concacat Hecatæa, choris Cyclicis succinens.* Conspurcavit enim Hecates mysteria. Cinesiam poetam Dithyrambicum hic exagitat Aristophanes. Is enim Hecaten conspurcavit, vel in fabula, quam edidit; vel poemate contra eam scripto. καὶ κατετίλησεν αὐτήν· ἢ ἐπειδὴ [8] ἠρυφίασε ποίημα ῥήτωρ ὢν εἶτ' ἀπέβαλε.]

Κατὰ τὸ καρτερόν. Fortiter. Strenue. Totis viribus. Aristophanes: *Et navibus, & pedibus, totisque viribus.*

Κατὰ τὸ καρτερόν. Strenue. Fortiter. *Et manus cum hoste conserens strenue pugnavit, neque deteriore conditione rem in prælio gessit.*

Κατατομή. Incisura. Hyperides in oratione contra Demosthenem: *Et sedens infra sub incisura.* Et Philochorus: *Et in ipsa rupis incisura inscripsit.*

Κατὰ τὸ πρὸς Ῥωμ. *Cum Afri & Galli ob odium in Romanos seditionem adversus eos movissent.*

Κατατωθάζω. Accusativo jungitur. Derideo.

Κατατραυματίζω σε. Consaucio te.

Κατατρεχόντων. Incursionibus vastantium. Populantium. *Cum autem Hunni ditionem Romanam incursionibus vexarent, multas urbes in potestatem suam redegerunt.* † *Et incursionibus [in terram hostium] factis omnes urbes igne vastarunt.*

1 Κατατεμῶ σε τοῖς ἱππ. ἐς κατ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Acharnens.* pag. 386. (274. Ed. Bas. *P.*) eademque repetuntur infra v. Κάττυμα.

2 Καὶ κατατεινομένων ταῖς στ.] Legendum potius puto: Καὶ κατατεινόμενοι ταῖς στρέβλαις, ὑπὲρ τοῦ κατειπεῖν τοὺς συνεγνωκότας, ἐμπρίσαντες &c.

3 Ἐμπείσαντες] Priores Editt. habent ἐμπρήσαντες, per η; sed male. Vera enim lectio est ἐμπρίσαντες, quam non solum MSS. Parif. confirmant, sed etiam ipse Suidas supra v. Ἐμπρίσαντες, ubi pars fragmenti hujus repetitur.

4 Χαλεπὸν ἔδοξεν εἶναι χώραν ἀμειψ.] Hæc sunt verba Procopii lib. I. *de Bello Pers.* cap. XX

5 Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψ. δεῖν ἔοικε. νόμος π.] Lege & distingue, Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν. ἔοικεν ὁ νόμος περὶ ὠνίων κεῖσθαι &c. Vide Harpocrationem, ex quo Suidas sua descripsit. Consule etiam Petitum *de Legibus Attic.* pag. 401.

6 Ἢ καταπλᾷ τῶν Ἑκαταίων, κυκλ. χορ. ὑπ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Ranis* pag. 230. (145. Ed. Bas.)

7 Κατετίλησε γὰρ τῶν τῆς Ἑκάτης μυσ.] Totus hic locus admodum est obscurus: in quo proinde vertendo verba stricte sequi non potui.

8 Ἠρυφίασε] Quid voce hac corrupta facias? Portus legendum putabat ἠρυθρίασε: sed quomodo vox illa sensui loci hujus accommodari queat non video. Omnino gravius quoddam mendum in locum hunc irrepsit, quod absque ope meliorum codicum haud facile quis sanet.

9 Κατατομή. Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημ.] Ex Harpocratione: qui tamen plura habet quam Suidas.

10 Ῥωμαίων] Vel delenda est vox ista, vel, ut Porto videtur, scribendum est κατὰ Ῥωμαίων.

Κατατρέχω. ἐπὶ μὲν ἐμψύχων, γενικῇ. Κατατρέχω νεβρῶν. ἐπὶ δὲ ἀψύχων, αἰτιατικῇ. Κατατρέχει Αἴγυπτον, λῄζεται Συρίαν.

Κατατρίψειν. καταδαπανήσειν. χρόνον. [1]Οὐ γὰρ ἐδόκει αὐτῷ τὸν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλεμον ἀτελῆ καταλείπειν, περὶ τὰς ἐκείνης πόλεις πραγματεύεσθαι, δεδιὼς, μὴ κατατρίψειεν ἅπαντα τὸν τῆς ἀρχῆς χρόνον, οὐ πολὺν ὄντα, περὶ τὰς ἐλάττους ἀσχολούμενος πράξεις.

Καταπτυφή.[2] καταφυγή. Ἀλλ' ἐρῶ· οὐ γὰρ ἔχω καταπτυφήν. ἀντὶ τοῦ ἀποφυγὴν, τοῦ μὴ εἰπεῖν.

Κατατρύχειν. [3]ἔλαττον πιέζειν. Οὐκ ἔστιν ἀνδρῶν κατατρύχειν ἑαυτοὺς μερίμναις ταῖς κενοῖς οὐκ ἐχούσαις.

Καταυγάζω.

Καταυλούμενοι. αἰτιατικῇ. χλευαζόμενοι. Ἀφῃρέθησαν δὲ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ τεῖχος, γελώμενοί τε καὶ καταυλούμενοι.

Κάταυχμον. [4]Ἦν δὲ τὸ φρούριον τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως ἁλωτὸν τοῖς πολεμίοις.

Καταφαγεῖν. καταπιεῖν. [5]Φαγεῖν διαφέρει τοῦ καταφαγεῖν. Φαγεῖν μὲν γὰρ, τὸ πράως· Καταφαγεῖν δὲ, τὸ ἀθρόως. Καταπιεῖν δὲ, καὶ τὸ μὴ μασσώμενον ἐσθίειν.

Καταφάναι. καταπιεῖν.

Κατάφασις. [6]πρόῤῥησις μετὰ συγκαταθέσεως.

Καταφάσκει. προλέγει. ἐπινεύει.

Καταφιλοσοφῶν. γενικῇ. διὰ τῆς σιγῆς νικῶν.

Καταφορικῶς. σφοδρῶς.

Καταφωρᾶν. ἐλέγχειν.

Κατάφωρος. φανερός.

Καταφθορά. ὁ αἰώνιος θάνατος. ἢ ὁ ἐν ἀνομίαις βίος καὶ παραβάσεσιν. ὡς τὸ· Ὁ λαὸς ἐφθάρη ἐν ἀνομίαις.

Καταφρόνησιν. [7]ὁ Θουκυδίδης τὴν ὑπερφρόνησίν φησιν. ἐπίτασιν γὰρ ἡ κατὰ πρόθεσις σημαίνει. οἷον, οὐ δύνασθε εἰπεῖν, ὅτι διὰ τὸ ἔχειν τὰ τρία ταῦτα, οἷον ἀξυ-

Κατατρέχω. Cum de animatis dicitur, genitivum adſciſcit. Ut, κατατρ. νεβρ. *Hinnulos incurſo.* Cum vero de inanimatis, accuſativum. Ut, κατατρ. Αἴγ. *Ægyptum incurſionibus vaſtat, & Syriam populatur.*

Κατατρίψειν. [Tempus] conſumpturum eſſe. *Non enim conſultum ipſi videbatur bellum infectum in Etruria relinquere, & circa urbes iſtius regionis occupari, quia metuebat, ne totum imperii ſui tempus, quod breve erat, in negotiis minoris momenti conſumeret.*

Καταπτυφή. Effugium. *Sed dicam. Haud enim effugium habeo.* Id eſt, excuſare me non poſſum, ne dicam.

Κατατρύχειν. Premere. [Conficere.] *Non eſt virorum, curis levibus & vanis confici.*

Καταυγάζω. Illuſtro. Illumino.

Καταυλούμενοι. Accuſativo gaudet. Qui irridentur. *Lacedæmonii cum irriſione & ludibrio muris ſpoliati ſunt.*

Κάταυχμον. [Ariditas. Siccitas] *Caſtellum autem ob aquæ penuriam ab hoſtibus facile capi poterat.*

Καταφαγεῖν. Devorare. Deglutire. Φαγεῖν differt à καταφαγεῖν. Nam Φαγεῖν ſignificat moderate & modeſte edere. Καταφαγεῖν vero, avide devorare. At καταπιεῖν, cibum non manſum deglutire.

Καταφάναι. De re aliqua aliquid affirmare.

Κατάφασις. Enuntiatio cum aſſenſu.

Καταφάσκει. Enuntiat. Affirmat. Annuit.

Καταφιλοσοφῶν. Genitivo jungitur. Silentio vincens aliquem.

Καταφορικῶς. Vehementer.

Καταφωρᾶν. [In ipſo facinore deprehendere.] Convincere.

Κατάφωρος. Manifeſtus.

Καταφθορά. Mors æterna. Vel vita, quæ in iniquitatibus & peccatis tranſigitur. Ut, *Populus iniquitatibus corruptus eſt.*

Καταφρόνησιν. Thucydides ita vocat nimiam prudentiam. Nam κατὰ præpoſitio hic habet vim intendendi. Senſus autem eſt: Non poteſtis dicere, nos propter hæc tria, inſipien-

1 *Οὐ γὰρ ἐδόκει αὐτῷ τὸν ἐν Τυῤῥηνίᾳ πόλ.*] Fragmentum hoc Polybio tribuit Valeſius.

2 *Καταπτυφή. καταφυγή*] Cave credat Lector, τὸ καταπτυφὴ unquam ſignificare poſſe καταφυγή: ſed ita ſtatuendum eſt, vocem poſteriorem eſſe prioris emendationem, non vero interpretationem. Cum enim doctus aliquis librarius animadvertiſſet, Suidam locum hunc excerpſiſſe ex ſcriptore aliquo, in quo pro καταφυγὴ mendoſe exaratum erat καταπτυφὴ, veram lectionem ad marginem codicis ſui annotavit, quæ poſtea in textum irrepſit. Simili modo Suidas interpolatus eſt ſupra v. Θίλγει, ut Lectorem ibi monuimus. Sed interpolationis hujus longe plura apud Heſychium reperiuntur exempla, ex quibus invitante hic occaſione pauca tantum in medium proferam. † Ἔζειλεν, ἔσαλεν. ἔλαβεν. Hic mendum latet in voce ἔλαβεν; cujus loco cum doctus aliquis librarius vidiſſet legendum eſſe ἔσαλεν, emendationem illam ad marginem notavit, quæ poſtea in textum irrepſit, manente itidem lectione vitioſa. Heſychius ſuo loco: Ζίλλειν, σαλεύειν. Unde apparet τὸ ἔσαλεν veram eſſe interpretationem vocis ἔζειλεν. † Ἐξευετηρίας. ἐξ εὐδαιμονίας. † Ἐξ εὐηρεσίας, ἐξ εὐδαιμονίας. Hic τὸ ἐξ εὐηρεσίας eſt emendatio τοῦ ἐξευετηρίας, quod corruptum eſt. Heſychius ſuo loco: Εὐηρεσία. εὐαρχία. οἱ μὲν δασέως, παρὰ τὸ εὖ ἡγεῖσθαι. οἱ δὲ ψιλῶς, εὐδαιμονία. Ἤγουν γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν Ἴωνες λέγουσι. † Θαρσεῖν, ὀχλεῖν, ὀχεῖν. Hic τὸ ὀχεῖν eſt a manu correctoris, qui vocem præcedentem ὀχλεῖν corruptam eſſe videbat. † Οὐκ ἔξωρθι. οὐκ ἄκαιροι. οὐκ ἄκληροι. Mendo laborat τὸ ἄκληροι, cujus emendatio eſt τὸ ἄκαιροι. Plura exempla in promptu ſunt, quæ alias cum Lectore communicabimus.

3 *Ἔλαττον πιέζειν*] Scribendum puto, βλάπτειν, πιέζειν; vel ſimile quid. Lectio enim vulgata manifeſto mendo laborat.

4 *Ἦν δὲ τὸ φρούριον τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως ἁλ.*] Hæc Suidas mala fide excerpſit ex Theophylacto Simocatta, apud quem lib. v. cap. IV. locus iſte ſic legitur: Ἐχυρώτατον γὰρ τὸ ἄστυ, καὶ ὑπὸ τῆς ἰσχύος περιφρουρούμενον, καὶ ἥκιστα τοῖς πολεμίοις ἁλωτὸν, τῷ καταύχμῳ τῆς ὑδρεύσεως πεφυκὸς πρὸς πολιορκίαν ἀπεδείχθη. Hinc apparet, longe alium eſſe loci hujus ſenſum, quam quem Suidæ verba præferunt.

5 *Φαγεῖν διαφ.——τὸ ἀθρόως*] Ex Enarratore Comici ad *Pacem* pag. 624.

6 Πρόῤῥησις] Ante ſcriptum erat πρόσρησις; cujus loco ſubſtitui πρόῤῥησις, quod in MSS. reperitur.

7 *Καταφρόνησιν. ὁ Θουκυδίδης τὴν ὑπερφρόνησίν φ.*] Hæc, & quæ ſequuntur, deſcripta ſunt ex Scholiaſta Thucydidis ad l. I. c. CXXII.

νεσίαν

νεσίαν, ἀμέλειαν, μαλακίαν, οὐ πολεμοῦμεν, ἀλλὰ διὰ τὴν καταφρόνησιν· ὅ ἐστι, διὰ τὸ ἄγαν φρονεῖν, καὶ οἷον ὑπερφρονεῖν. Καταφρόνησιν γὰρ τὴν ὑπερφρόνησιν λέγει· ἤγουν τὴν ἀφροσύνην.

tiam, negligentiam, & ignaviam, non pugnare: ſed propter nimiam prudentiam. Καταφρόνησιν enim hic vocat nimiam prudentiam. Vel, inſipientiam.

Καταφρονῶ. γενικῇ.

Καταφρονῶ. Genitivo. Contemno.

Καταφρυάττομαι. γενικῇ.

Καταφρυάττομαι. Genitivo. Contra aliquem faſtu me effero.

Καταχαλῶ σου. γενικῇ.

Καταχαλῶ σου. Genitivo. In te demitto.

Καταχαίρων. [1] Ἡρόδοτος. Πάρεστι δ᾽ εἰκάζειν, εἴτ᾽ εὐνοίῃ ταῦτα ἐποίησε, εἴτε καὶ καταχαίρων. περὶ Δημαράτου.

Καταχαίρων [Inſultans.] Herodotus: *Licet enim conjicere, utrum benevolentia adductus hæc fecerit, an vero ut nobis inſultaret.* De Demarato [hæc dicuntur.]

Καταχέω σου. γενικῇ.

Καταχέω σου. Genitivo. In te effundo.

Κατὰ χεῖρας. εὐκόλως.

Κατὰ χεῖρας. Facile.

Κατὰ [2] χειρὸς ὕδωρ λέγουσιν, οὐ κατὰ χειρῶν, οὐδ᾽ ἐπὶ χεῖρας, οὐδὲ ἄλλως πως. καὶ τὸ ῥᾷστον πάντων καὶ εὐχερέστατον, κατὰ χειρὸς ὕδωρ καλοῦσιν. οὕτω Τηλεκλείδης ἐν Ἀμφικτύοσιν·

Εἰρήνη [3] μὲν πρῶτον πάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χειρός.

Φέρε [4] παῖ, στέφανον· κατὰ χειρὸς ὕδωρ φερέτω τίς. ὁ δὲ λέγει· Δειπνήσειν μέλλομεν, ἤ τί. τὸ γὰρ παλαιὸν τοῖς εὐωχουμένοις περιέχεινto στέφανοι, καταψύχοντες τὸ κρανίον, ἀπό [5] τε τῆς τοῦ οἴνου μέθης καὶ θερμότητος.

Κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Aquam, qua convivæ ante cœnam manus lavabant, veteres vocabant κατὰ χειρὸς ὕδωρ, non κατὰ χειρῶν, nec ἐπὶ χεῖρας, nec alio quodam modo. Item, quod omnium facillimum eſt & maxime obvium appellabant κατὰ χειρὸς ὕδωρ. Teleclides *Amphictyonibus: Pax quidem primum omnium æque* [*obvia*] *erat, ac aqua, quæ manibus lavandis miniſtratur.* [Et Ariſtophanes:] *Affer puer coronam; & aquam, qua manus laventur, aliquis miniſtret.* Ille ad hæc: *An cœnaturi ſumus, aut quid?* Olim enim convivæ coronis capita cingebant, cranium refrigerantes, ne inebriarentur, & vino nimis incaleſcerent.

Καταχειροτονίαν. [6] ἔθος ἦν Ἀθήνησι κατὰ τῶν ἀρχόντων καὶ κατὰ τῶν συκοφαντῶν προβολὰς ἐν τῷ δήμῳ γίνεσθαι. εἰ δέ τις καταχειροτονηθείη, οὗτος εἰσήγετο εἰς τὸ δικαστήριον. οὕτω Δημοσθένης, καὶ Ὑπερείδης, καὶ Θεόφραστος.

Καταχειροτονίαν. Moris erat Athenis, ut Magiſtratus & ſycophantæ deferrentur ad populum, qui ſuffragiis latis ſtatueret, utrum rei eſſe viderentur. Si quis igitur eorum ſuffragiis populi damnatus eſſet, is in Judicium introducebatur. Sic Demoſthenes, & Hyperides, & Theophraſtus.

Καταχεῖταί μου ἀήρ.

Καταχεῖταί μου ἀήρ. Aer mihi offunditur. Vel, aere circumfundor.

Κατάχει [7] τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκείῳ. Ἀριστοφάνης. ἀντὶ τοῦ, εἰς τὸν ὀμφαλὸν τῆς ἀσπίδος, ἵνα λαμπρότερος γένηται. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ ἐν ἐλαίῳ ὁρῶντες μαντεύονται. σμήχει οὖν τὴν ἀσπίδα, καταχέων τὸ ἔλαιον ἐπὶ τῆς χαλκῆς πτυχός. εἶτα φαιδρυνθείσης αὐτῆς, ἐναπλειζόμενος εἰς αὐτὴν λέγει, ὁρῶ ἐν αὐτῇ γέροντα ὑπὸ δειλίας φεύγοντα, καὶ οἷον μὴ δυνάμενον ὁρᾶν τὴν ἀσπίδα, διὰ τὴν ἔκλαμψιν. καὶ [8] Ὅμηρος· Ὄσσε δ᾽ ἄμερδεν αὐγὴ χαλκείης κόρυθος ἀπολαμπομένης· [Εἶπεν [9] ἂν τὸν Βάκχον οὕτως ἰδεῖν διαχειμένον, τοῦ μάστιξι μᾶλλον, ἢ ἄνθεσιν ἐαρινοῖς.]

Κατάχει τοὔλαιον. Ariſtophanes: *Infunde oleum in æreum ſcutum.* Sive, in umbilicum clypei, ut ſplendidior fiat. Sunt enim quidam, qui oleo inſpecto futura divinant. Abſterſo igitur clypeo, oleum in æreum umbonem infundit: quo ſplendeſcente in eum ut ſpeculum intuens dicit, video in eo ſenem præ metu fugientem, & ad ſplendorem clypei conniventem. Et Homerus: *Oculos autem perſtrinxit fulgor, ab ærea galea repercuſſus.*

Καταχήνη. καταγέλως. [10] Ἀριστοφάνης.

Δημοτική γ᾽ ἡ γνώμη, καὶ καταχήνη

Καταχήνη. Deriſio. Ariſtophanes: *Popularis profecto eſt hæc ſententia; & inſigniter*

1 Ἡρόδοτος] Lib. VII. pag. 293. ut Portus obſervavit.

2 Κατὰ χειρὸς ὕδωρ] Vide quæ notavimus ſupra ad v. Ἀπονίπτεσθαι.

3 Εἰρήνη μὲν πρῶτον πάντων ἦν ὥσπερ ὕδωρ κατὰ χ.] Eſt verſus Anapæſticus; quem etiam citat Athenæus lib. VI. pag. 268. ubi integrum locum Teleclidis profert.

4 Φέρε, παῖ, στέφανον· κατὰ χειρὸς ὕδωρ φερέτω τις] Hæc ſunt verba Ariſtoph. *Avibus* pag. 563. (386. Ed. Baſ. P.) ſed mutila; quæ apud ipſum Comicum ſic recte leguntur & diſtinguuntur:

——Φέρε, παῖ, στέφανον. κατακείσθε.
Κατὰ χειρὸς ὕδωρ φερέτω ταχύ τις. Δειπνήσειν μέλλομεν, ἤ τί;

Vide ibi Scholiaſtam, cujus verba Suidas hic deſcripſit.

5 Ἀπό τε τῆς τοῦ οἴνου μέθης καὶ θερμ.] Cum Wolfio legere malim, ἀπό τε τῆς τοῦ οἴνου θερμότητος καὶ μέθης. Verba enim hæc tranſpoſita videntur. Apud Enarratorem Comici hodie legitur, ἀπὸ τῆς τοῦ οἴνου θέρμης; omiſſa voce μέθης.

6 Καταχειροτονίαν. ἔθος ἦν Ἀθ.] Ex Harpocratione. Vide etiam infra v. Κατεχειροτόνησε.

7 Κατάχει τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκείῳ. Ἀριστ.] Apud Ariſtophanem *Acharnenſ.* pag. 424. ſic legitur:

Κατάχει σὺ παῖ τοὔλαιον ἐν τῷ χαλκίῳ.
Ἐνορῶ γέροντα δειλίας φευξούμενον.

Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic deſcripſit.

8 Ὅμηρος] Apud Homerum Il. N. v. 340. locus hic rectius ſic legitur:

——————Ὄσσε δ᾽ ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπολαμπομενάων.

9 Εἶπεν ἂν τὸν Βάκχον οὕτως ἰδ.——ἐαρινοῖς] Neſcio, quid ſibi voluerit is, qui verba hæc præcedentibus adtexuit, quoniam nec apud Scholiaſtam Ariſtophanis leguntur, nec ad locum hunc quicquam faciunt: quæ ratio eſt, quare ea in verſione prætermiſerim.

10 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 742. (499. Ed. Baſ. P.)

Τῶν σεμνοτέρων ἔσται πολλή, καὶ τῶν σφραγῖδας ἐχόντων.

deridebuntur illi, qui gravitatem affectant, & annulos gemmis ornatos gestant.

Καταχλευάζω σε. γενικῇ δέ· Καταχλευάζοντες δὲ τὰς παρακλητικῶν λόγων οἱ στασιασταί.

Καταχλευάζω σε. [Cum accusativo.] Irrideo te. Item cum genitivo: *Homines vero seditiosi adhortationem irridebant.*

Καταχρεμψαμένη.[1] καταπτύσασα.

Καταχρεμψαμένη. Conspuens. Contemnens.

Κατάχυσμα. ζωμός. παρὰ τὸ χέεσθαι. οἷον κατάχυμα.

Κατάχυσμα. Jus. Jusculum. A verba χέεσθαι. Quasi dicas κατάχυμα.

Καταχύσματα. ἔθος ἦν Ἀθήνῃσιν, ὅτε νεώνητος οἰκέτης εἰσίοι εἰς τὴν οἰκίαν, τὸν δεσπότην ἢ τὴν δέσποιναν ἰσχάδων καὶ καρύων πλῆθος καταχεῖν αὐτοῦ· ἃ καταχύσματα ἐκάλουν. Φασὶ δὲ καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην πρεσβείαν, καὶ ἐπὶ τὴν θεωρῶν τοῦτο γίνεσθαι, ὅτε πρῶτον τοῦτο ἐποίουν.

Καταχύσματα. Mos erat Athenis, ut, cum servus novitius domum primum intraret, dominus vel domina ficus vel nuces in eum effunderet; quæ καταχύσματα vocabant. Idem etiam legatis, cum primam legationem obirent, & Theoris factitatum fuisse ajunt.

Καταχύσματα.[2] ἔθος ἦν Ἀθηναίοις, τὰς νέους ἢ τοὺς δούλους τοὺς πρώτως εἰσιόντος εἰς τὴν οἰκίαν, ἢ ἁπλῶς τούς, ἐφ' ὧν οἰωνίσασθαί τι ἀγαθὸν ἐβούλοντο, καὶ τοῦ νυμφίου παρὰ τὴν ἑστίαν τραγήματα καταχεῖν, εἰς σημεῖον εὐπορίας· ὡς καὶ Θεόπομπός φησιν Ἡδυχάρει·

——Φέρε σὺ τὰ καταχύσματα

Ταχέως κατάχει τοῦ νυμφίου, καὶ τῆς κόρης.

Εὖ πάνυ λέγεις.

Σύγκειται δὲ τὰ καταχύσματα ἀπὸ φοινίκων, κολλύβων, τραγαλίων, ἰσχάδων, καὶ καρύων, ἅπερ ἥρπαζον οἱ σύνδουλοι. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Φέρε νῦν, ἰοὺ εἴσω κομίσω[3] τὰ καταχύσματα

Ὥσπερ νεωνήτοισιν ὀφθαλμοῖς ἐγώ.

Καταχύσματα. Mos erat apud Athenienses, ut in novitios, aut servos, cum domum primum ingrederentur, vel in eos omnes, de quibus boni aliquid ominari volebant, itemque in sponsum juxta focum bellaria effunderent, ad indicandam rerum omnium abundantiam; ut Theopompus etiam *Hedychare* testatur his verbis: *Affer celeriter bellaria, eaque effunde in sponsum & sponsam. Recte dicis.* Constabant autem ista catachysmata ex palmulis, collybis, bellariis, ficubus, & nucibus, quæ conservi diripiebant. Aristophanes *Pluto*: *Age igitur, domum nunc ingressa catachysmata novitiis veluti oculis afferam.*

Καταψαίρουσι. κινοῦνται.

Καταψαίρουσι. Moventur.

Καταψευδομαρτυρηθείς.[4] ἀντὶ τοῦ, παρασχὼν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυρήσαντας. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου.

Καταψευδομαρτυρηθείς. Apud Demosthenem in oratione de Corona dicitur de eo, qui falsos testes produxit.

Καταψήσας. τῇ χειρὶ ὁμαλίσας.[5] Πολύβιος· Τοὺς δὲ παῖδας καθ' ἕνα προσαγόμενος καὶ καταψήσας, θαρρεῖν ἐκέλευε. Καὶ[6] Φιλόστρατος· Καὶ τὸ καταψῆσαι τοῦ ἵππου καὶ τὰ ὦτα καὶ τὴν χαίτην.

Καταψήσας. Qui manu demulsit. Polybius: *Singulos vero pueros ad se adductos manu demulsit, & bono animo esse jussit.* Et Philostratus: *Et equi aures & jubam manu permulcere.*

Καταψηφίζεται. γενικῇ. κατακρίνει.

Καταψηφίζεται. Genitivo jungitur. Condemnat.

Καταψήχω. τρίβω, καὶ ὁμαλίζω. αἰτιατικῇ.

Καταψήχω. Accusativo jungitur. Permulceo. Tero.

Καταψῶν. καταπραΰνων.[7] Ἀριστοφάνης·

Κ' αὐτὸς καταψῶν αὐτὸν ὥσπερ πωλίον.

ὥσπερ πῶλον καταψῶντες, ταῖς χερσὶν ὁμαλίζοντες.

Καταψῶν. Manu demulcens. Deliniens. Aristophanes: *Et ipse manu demulcens* [*scarabæum,*] *ut pullum equinum.* [Ubi Scholiasta: scarabæum] tanquam pullum equinum manibus permulcentes.

Καταιβάτης[8] Ζεὺς παρ' Ἀθηναίοις· παρὰ τὸ καταβιβάζειν τοὺς κεραυνούς.[9] ἢ ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν δι' ἔρωτα γυναικῶν.

Καταιβάτης Ζεύς. Sic apud Athenienses appellabatur Jupiter fulminans: a dejiciendis fulminibus. Vel [quasi Descensor,] quod propter amorem mulierum e cœlo descenderet.

1 Καταχρεμψαμένη. καταπτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 685. (406. Ed. Bas. P.)

2 Καταχύσματα. ἔθος ἦν Ἀθην.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 78. (29. Ed. Bas. P.) Vide etiam Harpocrationem h. v. itemque Demosthenem orat. 1. contra Steph. pag. 617. qui moris hujus mentionem facit his verbis: Ἀλλ' αὐτὸς ἦ τὴν ἄλλην τὴν δέσποιναν γῆμαι, ναὶ ἣ τὰ καταχύσματα αὐτῷ κατέχεε τότ', ἡνίκ' ἐωνήθη, ταύτῃ συνοικεῖν.

3 Κομίσω τὰ καταχύσματα.] Metri gratia legendum est κομίσω καταχύσματα, ut recte apud Aristophanem.

4 Καταψευδομαρτυρηθείς. ἀντὶ τοῦ παρασχ.] Ex Harpocratione.

5 Πολύβιος.] Lib. x. cap. xviii.

6 Φιλόστρατος.] *De Vit. Apoll.* lib. ii. cap. v. pag. 67.

7 Ἀριστοφάνης.] *Pace* pag. 629. (436. Ed. Bas. P.)

8 Καταιβάτης Ζεὺς παρ' Ἀθην.] Hæc nota referenda est ad locum illum *Aristoph. Pace* pag. 626.

Τοῦτ' ἐστὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς Καταιβάτου.

Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit. Cæterum, verum est, si sensum spectes, Jovem Καταιβάτην dici παρὰ τὸ καταβιβάζειν τοὺς κεραυνούς, quoniam Jupiter fulminans sic apud Athenienses appellabatur: at, si rationem etymologiæ habere velis, idem falsum est. A καταβιβάζειν enim non potest deduci καταιβάτης, sed καταβιβαστής. Quare simpliciter dicendum est, Jovem Καταιβάτην dici a καταβαίνειν, i. e. descendere, quod, cum fulmina cœlo caderent, ipse Jupiter descendere vulgari sermone diceretur: eodem modo, quo Regem adesse dicere solemus, cum exercitus ejus adest.

9 Ἢ ἀπὸ τοῦ καταβαίνειν δι' ἔρωτα γυν.] Hæc de sensu comico &

Κατ' αἶγας ἀγρίας. παροιμία λεγομένη ἐπὶ κατάρας. Κατ' αἶγας ἀγρίας τρέπειν τὰ κακά.

Καταιγίζω. αἰτιατικῇ· τὸ βρέχω.

Καταιγίς. Ἐπιφορὰ ἀνέμου σφοδροῦ. λέγεται δὲ καὶ ἡ ζάλη. ἢ τὰ σφοδρὰ πνεύματα καταιγίδες.

Καταιγίσας. καταρρήξας. οἱ γὰρ [1] ἀνατιθέντες τοῖς Θεοῖς καταρρήγνυσιν, ἵνα μή τις ἄρῃ.

Καταιδῇ. καταισχύνῃ.

Καταιθαλώσω. καταπρήσω. κατακαύσω·

Καταιθαλώσω [2] πυρφόροισιν αἰετοῖσι.

Καταινέσαντος. συγκαταθεμένου. Τοῦ δὲ καταινέσαντος τὸ νῦν εἶναι, κατήεσαν ὑπόσπονδοι. Πολύβιος· Ὀλίγοι δέ τινες ἦσαν οἱ καταινέσαντες· [3] οἱ δὲ πλείονες ἀντέπιπτον. λέγεται δὲ Καταινοῦντες, ἀντὶ τοῦ συγκαταθέμενοι. [4] Σοφοκλῆς·

——Καὶ καταίνεσον,

Μή ποτε προδώσειν τάσδ' ἑκών.

Καταιονῶσι. βρέχουσιν, ἀντλοῦσιν, ἀλείφουσιν. [5] Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος καμάτων λύσεως, ἐκ τῆς κατὰ κεφαλῆς καταιονήσεων, ὃ ἐστι καταντλήσεων. αἱ γὰρ ἐμβάσεις, περιεχυμένου πάντοθεν τοῖς πόροις τοῦ ὕδατος, φράττουσι τὴν τῶν ἱδρώτων ἔκκρισιν, καθάπερ ἂν εἴ τις ἠθμὸς εἰς ὕδωρ βληθείς.

Καταιρεόμενος. Ὡς δὲ φεύγων κατελαμβάνετο ὑπὸ ἀνδρὸς Πέρσεω, καὶ ὡς καταιρεόμενος ὑπ' αὐτοῦ ἔμελλε συγκεντηθήσεσθαι. Ἡρόδοτος.

Καταίροντες. καταπλέοντες.

Κατ' αἶσαν. κατὰ τὸ προσῆκον.

Καταῖτυξ. [6] εἶδος περικεφαλαίας, μὴ ἐχούσης λόφον περιφανῆ.

Καπάγη. καὶ Καπαγεῖσα, κεκλασμένα.

Καπαγόντων. Αὕτη τοίνυν ἡ προθυμία ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα καπαγόντων, καὶ ἅμα διεφθαρμένων τὰς διανοίας, ἐπὶ κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολύν.

Καπεβαυκάλισε. κατεκοίμισε.

Καταβεβλακευμένως. [7] βραδέως, καὶ τρυφερῶς. Βλὰξ γάρ ἐστιν, ὁ μαλθακευόμενος ἐν ὑποκινήσει τὸ σῶμα. καὶ Βλακεία, ἡ μετ' ὑπεροψίας ὁμιλία.

Καπεβόα. κατηγόρει, ἐμέμφετο. Πολλὰ δὲ τοῦ δήμου τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν αὐτοκρατόρων καπεβόα.

Καπεβρόχθισε. κατέπιε.

Καπεγήρασαν. ἐγχρονοτελεύτησαν. Καὶ αἵ γε πεμφθεῖσαι καπεγήρασαν ἐν τῇ Τροίᾳ, τῶν διαδόχων μὴ ἀφικνουμένων.

Κατ' αἶγας ἀγρίας. In capras feras. Proverbium, quod execrationem significat. In capras feras mala convertere.

Καταιγίζω. Accusativo jungitur. Rigo.

Καταιγίς. Impetus venti vehementis: vel procella. Vehementes enim venti καταιγίδες vocantur.

Καταιγίσας, Qui discidit. Qui dilaceravit. Vestes enim, quæ Diis dedicantur, scindi & lacerari solent, ne quis eas auferat.

Καταιδῇ. Pudore perfunderis. Erubescis.

Καταιθαλώσω. Comburam. Cremabo. *Igniferis aquilis comburam.*

Καταινέσαντος. Illius, qui assensu suo aliquid probavit. *Cum autem assensu suo rem probasset, fide data & accepta in [urbem] redeunt.* Polybius: *Pauci autem fuerunt, qui [consilium istud] probarent, plerisque obnitentibus.* Et καταινοῦντες, consentientes, vel promittentes. Sophocles: *Et promitte mihi, te nunquam has [puellas] volentem deserturum esse.*

Καταιονῶσι. Rigant. Perfundunt Ungunt. *Est & alia lassitudinis pellendæ ratio, quæ fit capite aqua perfuso. Aqua enim soliorum, meatibus cutis undique circumfusa, sudori exitum occludit, haud secus ac si colum in aquam immittas.*

Καταιρεόμενος. Qui dejicitur. Qui detrahitur. *Cum autem fugiens comprehenderetur a Persa, & [ex equo] detractus [gladio] ab illo esset confodiendus.* Herodotus.

Καταίροντες. Ad terram appellentes.

Κατ' αἶσαν. Decenter. Convenienter.

Καταῖτυξ. Genus galeæ, quæ crista caret.

Καπάγη. Fractus est. Et Καπαγεῖσα, fracta.

Καπαγόντων. [Mollium. Effœminatorum.] *Hæc igitur alacritas quibusdam illorum, quorum aures & mentes luxu & deliciis corruptæ erant, in jocum & risum vertit.*

Καπεβαυκάλισε. Consopivit.

Καταβεβλακευμένως. Tarde, segniter, & delicate. Βλὰξ enim est ille, qui corpus molliter movet. Et βλακεία, superbia, quam quis in conversatione ostendit.

Καπεβόα. [Cum clamore in aliquem invehebatur.] Accusabat. Conquerebatur de aliquo. *In populum autem Romanum & Imperatores magno cum clamore invehebatur.*

Καπεβρόχθισε. Deglutiit. Devoravit.

Καπεγήρασαν. Consenuerunt. Diu in aliquo loco morati sunt. *Et quæ missæ fuerant in agro Trojano consenuerunt, quod successores non venirent.*

jocoso, quo Aristophanes vocem illam accepisse videtur, intelligenda sunt. Alioqui falsum erit, quod Scholiasta hic tradit, quoniam veteres non alium agnoverunt Jovem Καταιβάτην, quam qui fulmina cœlo mitteret.

1 Οἱ γὰρ ἀνατιθέντες τοῖς Θεοῖς] Ex Hesychio post ἀνατιθέντες addenda est vox ἱμάτια, quæ incuria librariorum procul dubio excidit. Vide quæ diximus supra ad v. Ἀκρῖτρια, ubi locum hunc illustramus.

2 Καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Avibus* pag. 599. (415. Ed. Bas. *P.*)

3 Οἱ δὲ πλείονες ἀντέπιπτον] Vide supra v. Ἀλογεῖα.

4 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 324. ut Portus observavit.

5 Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος τρόπος καμάτων λ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Athenæi lib. 1. pag. 24. ut Pearsonius etiam monuit.

6 Καταῖτυξ. εἶδος περικεφ.] Vide Scholiastam Homeri ad Il. Κ. v. 258.

7 Καταβεβλακευμένως. βραδέως καὶ τρυφ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Enarratore Comici ad *Plutum* pag. 36. (10. Ed. Bas. *P.*)

Κατο-

Κατεγλώττιζε.[1] κατεφλυάρει, κατηγόρει, ἐλοιδόρει.

Κατεγλωττισμένον. [2]Ἀριστοφάνης·

Καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον.

ἀντὶ [3]τοῦ πολλαῖς γλώτταις μεμιγμένον. γλῶττα δέ ἐστι καὶ ἡ λέξις. κυρίως δὲ κατεγλωττισμένον ἐστὶν, ἀντὶ τοῦ πολλαῖς γλώτταις μεμιγμένον. ἢ τὸ ἔγγλωττον φίλημα. Καὶ [4]Φιλόστρατος· Ὁ δὲ Ἀπολλώνιος λόγων ἰδέαν ἐπήσκησεν, οὐ τὴν διθυραμβώδη καὶ φλεγμαίνουσαν ποιητικοῖς ὀνόμασιν· οὐδ' αὖ κατεγλωττισμένην καὶ ὑπεραττικίζουσαν· ἀηδὲς γὰρ τὸ ὑπὲρ μετρίαν Ἀτθίδα ἡγεῖτο· οὐδὲ λεπτολογίᾳ ἐδίδου, οὐδὲ διῆγε τοὺς λόγους, οὐδὲ εἰρωνευομένου τις ἤκουσεν, ἢ περιπατοῦντος ἐς τοὺς ἀκροωμένους· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τρίποδος, ὅτε διαλέγοιτο, οἶδα, ἔλεγε, καὶ δοκεῖ μοι, καὶ ποῖ φέρεσθε; καὶ, χρὴ εἰδέναι. καὶ δόξαι βραχεῖαι, καὶ ἀδαμάντιναι, κύριά τε ὀνόματα καὶ προσπεφυκότα τοῖς πράγμασι· [5]καὶ τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστευόμενα.

Κατεγοήτευσε.

Κἄτ' [6]ἔγωγ' ἐξηγρόμην. ἀντὶ τοῦ ἔπειτα ἐγὼ μετὰ ταῦτα ἐξηγέρθην. ἐπὶ τῶν ψευδομένων. [7]εἰρηκότος γὰρ τοῦ Διονύσου· Ναυμαχήσας κατέδυσα ναῦς ιγ'· ἐπιφέρει ὁ Ἡρακλῆς· Κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην· σκώπτων Διόνυσον, καὶ ἐγώ, φησὶν, ἀνέστην ἐξ ὀνείρων, δηλῶν, ὅτι ταῦτα ὄναρ ἔπραξεν. οἱ δὲ τὸν Διόνυσόν φασι ταῦτα λέγειν, ὡς τῶν ἐπίτηδες ψευδομένων λεγόντων τοῦτο, [8]καθὸ δηλοῦνται, ὅτι ἐνυπνίῳ ἔοικε τὸ λεγόμενον.

Κατέγραφον. [9]Πυθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Συβαρῖται κατέγραφον ἑαυτοῖς εὐδαιμονίαν δι' αἰῶνος. [10]μὴ γὰρ ἂν ἐκπλαγῆναι τῶν φρενῶν ἐς τοσοῦτον, ὡς ἀνθρώπους προτιμῆσαί ποτε θεῶν.

Κατεγγυᾷ. παραδιδόναι. Καὶ τὴν αὐτοῦ μητέρα γυναῖκα αὐτῷ κατεγγυᾷ. αἱρεῖσθαι οὖν, ὃ βούλεται, συγγενείας τε, καὶ δουλείας, καὶ ῥᾳδίως τεύξεσθαι τοῦ νομισθέντος ἀμείνονος.

Κατεδάρθη. κατεκοιμήθη.

Κατεδαφίζω. ἀπαλειχῶ.

Κατέδει. ἐδέσμει. [11]Ἰώσηπος· Καὶ κατέδει τοῦτον τοῖς κλήμασι κατὰ τὸ ἰσχυρότατον.

Κατεγλώττιζε. Verba temere adversus aliquem deblaterabat. Accusabat. Conviciis insectabatur.

Κατεγλωττισμένον. [Suavitatem spirans, comptum, molle.] Aristophanes: *Carmen molle & meram suavitatem spirans.* Significat etiam multis vocibus obscuris & inusitatis mixtum. Γλῶττα enim interdum accipitur pro voce obscura & inusitata. Vel [dictum est a καταγλώττισμα,] quod osculum lascivum significat. Et Philostratus: *Apollonius autem usus est dicendi genere, non dithyrambico, nec poeticis vocabulis tumescente; neque etiam molli & nimis Attico (immodicum enim Atticarum venerum usum insuavem esse ducebat) neque subtilitatem in dicendo, neque prolixitatem affectabat; neque simulate loquentem quisquam audivit, neque coram auditoribus sese jactantem: sed tanquam ex tripode, cum loqueretur, Novi, ajebat, &, Videtur mihi, &, Quo ruitis? &, Oportet scire. Præterea, sententiæ illius breves erant & adamantinæ quasi, verbisque utebatur propriis, & quæ rebus optime convenirent, Hinc, quæ ab eo dicebantur, auctoritatem quandam, tanquam a Rege vel Principe dicta, præ se ferebant.*

Κατεγοήτευσε. Præstigiis decepit.

Κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην. *Deinde vero experrectus sum.* Dicitur in eos, qui mentiuntur. Cum enim Bacchus dixisset, *In pugna navali submersimus tredecim naves;* Hercules subjicit: *Ad hoc statim experrectus sum:* deridens Bacchum, & indicans, illum hæc in somnis fecisse. Secundum alios vero a Baccho hæc dicuntur, quod illi, qui de industria mentiuntur, hoc dicere soleant, significantes id, quod a se dicitur, somnio esse simile.

Κατέγραφον. [Sibi attribuerunt.] *Sybaritæ autem his auditis perpetuam felicitatem sibi promiserunt. Nunquam enim se eo amentiæ progressuros esse existimabant, ut homines Diis anteponerent.*

Κατεγγυᾷ. Tradere. [Despondere.] *Matrem suam ipsi tradit uxorem, jubens illum eligere, quod velit, vel cognationem, vel servitutem. Facile enim potiturum esse eo, quod melius judicasset.*

Κατεδάρθη. Consopitus est.

Κατεδαφίζω. Solo æquo.

Κατέδει. Vinciebat. Josephus: *Et [Samsonem] sarmentis quam arctissime vinxit.*

1 Κατεγλώττιζε. κατεφλ.] Vide supra v. Καταγλωττίζειν.

2 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 773. (515. Ed. Bas. *P.*) Confer eundem Aristoph. *Equit.* pag. 307.

3 Ἀντὶ τοῦ πολλαῖς γλώσσαις μεμιγμένον] Hæc interpretatio non convenit loco Aristophanis, quem Suidas hic adducit, quoniam ibi τὸ κατεγλωττισμένον potius significat *illecebras & suavia mera spirans;* quam significationem a vocabulo isto non esse alienam nemo negabit, cui in mentem venerit, Græcos omnem odorum & unguentorum suavitatem, itemque oscula mollia & lasciva καταγλωττίσματα appellare, ut testis est Suidas supra v. Καταγλωττίσματα. Cæteroqui fateor, τὸ κατεγλωττισμένον interdum eam habere significationem, quam Suidas ei hic tribuit; eoque sensu manifeste capitur ab Eunapio in *Vita Libanii,* ubi scriptor iste inquit: Παιδείας ὑπερβολὴν καὶ ἀναγνώσεως ἰδεῖν ἐστὶν ἐν τοῖς λόγοις, λέξεσι κατεγλωττισμέναις ἐντυγχάνοντα. Id est, *Eruditionem excellentem & multiplicem lectionem in scriptis ejus reperiet, quisquis in dictiones peregrinas & inusitatas [ab eo usurpatas] inciderit.* Hunc locum acceptum refero Thomæ Reinesio, qui eum *Var. Lect.* lib. III. pag. 428. adducit, ut hanc ipsam vocis κατεγλωττισμένον significationem probet.

4 Φιλόστρατος] *De Vita Apollon.* lib. I. cap. XIII.

5 Καὶ τὰ λεγόμενα ἠχὼ εἶχεν, ὥσπερ ἀπὸ σκήπτρου θεμιστ.] Hæc verba leguntur etiam supra v. Ἠχώ, & v. Θεμιστευόμενος.

6 Κἄτ' ἔγωγ' ἐξηγρόμην. ἀντὶ τοῦ ἔπειτα ἐγὼ μετὰ ταῦτα ἐξηγ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 212. (132. Ed. Bas. *P.*)

7 Εἰρηκότος γὰρ τοῦ Διονύσου. Ναυμαχήσας κατ.] Apud Aristophanem loco laudato aliter hodie legitur; quem confer.

8 Καθὸ δηλοῦνται] Vel scribendum est καὶ δηλοῦνται, vel, ut Enarrator Comici habet, καθὸ δηλοῦται.

9 Πυθόμενοι δὲ ταῦτα οἱ Συβαρ.] Fragmenti hujus sensus pendet ex Oraculo, Sybaritis olim reddito, quod exhibet Stephanus Byzantius v. Σύβαρις. Vide etiam supra v. Ἄμυρις μαίνεται.

10 Μὴ γὰρ ἂν ἐκπλαγῆναι τῶν φρ. ——— προτιμῆσαί ποτε θεῶν] Hæc leguntur etiam supra v. Ἐκπλαγῆναι.

11 Ἰώσηπος] *Antiquit. Judaic.* lib. V. cap. X. pag. 162. ubi de Samsone & Dalila verba fiunt.

Κατεδηδεσμένος. καταβεβρωμένος.

Κατεδηδοκώς. καταβεβρωκώς.

Κατεδημαγώγησε. κατεστρατήγησε, καὶ ἦρξε τοῦ δήμου. Ἀρριανός· Τῷ τε στρατηγήματι τῷδε μάλιστα φιλανθρώπῳ φανέντι κατεδημαγώγησεν, οὐκ ἀπιστεῖν αὐτῷ καὶ πολεμοῦντι τοὺς περιοίκους.

Κατεδιήτησε. κατεδίκασε.

Κατεδόξαζον. ἀπείκαζον. ἐνόμιζον. Τοὺς δὲ περισωθέντας κατεδόξαζον εἶναι περὶ δισχιλίους.

Κατέδων. κατεσθίων.

Κατέδαρθε. κατεκοιμήθη.

Κατέδυ. Ὁ δὲ ἐν Καρχηδόνι τὸν βίον κατέστρεψε, καὶ ἐνταῦθα κατέδυ.

Κατέθεον. ἐξεπόρθουν. ἐληΐζοντο. Οἱ δὲ Κελτοὶ κατέθεον τὴν γῆν τῶν Ἀλβανῶν.

Κατέθει. κατέτρεχε. κατέθορε. κατεπήδησε.

Κατεκάλει. Ὁ δὲ πανταχόθεν κατεκάλει τοὺς περισωζομένους τῶν Ἀθηναίων. ἀντὶ τοῦ ἐφώνει.

Κατέκανεν. ἀνεῖλεν. ἐφόνευσε. [1] Ξενοφῶν· Ὁ δὲ Κῦρος ἄρκτον ποτὲ ἐπιφερομένην οὐκ ἔτρεσεν, ἀλλὰ συμπεσὼν κατεσπάσθη [2] ὑπὸ τοῦ ἵππου, καὶ τὰ μὲν ἔπαθεν, ὧν καὶ τὰς ὠτειλὰς ἔτι εἶχε· τέλος δὲ κατέκανε, [3] κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ, ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς ἐτεθνήκει.

Κατεκήλησαν. κατεπράϋναν.

Κατεκλινόμεθα. ἀντὶ τοῦ ἀνεκλινόμεθα. οὕτως Ἀττικῶς. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Κατεκλίνομεν τὸν Πλοῦτον, ὥσπερ εἰκὸς ἦν.

ἡ κατὰ, ἀντὶ τῆς ἀνά.

Κατέλαβεν. ἐπέλαβεν. ἐπέσχε τῆς ὁρμῆς. Καὶ σφέας Ἀλέξανδρος κατέλαβε σοφίῃ, χρήματα δοὺς πολλὰ, καὶ τὴν αὐτοῦ ἀδελφεήν.

Κατελάσας. [5] συνουσιάσας. ἀπὸ τῶν ἀλόγων ζώων.

Κατέλεκτο. [6] κατεκοιμήθη.

Κατέλευσαν. ἐλίθασαν.

Κατέληξε. κατέπαυσε.

Κατέλυεν. ἔμενεν. Εἰς τὸ δωμάτιον, οὗ δὴ κατέλυε, γεγονότα.

Κατεμελίτωσεν. ἡδύτητος ἐπλήρωσεν. [7] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Οἷον κατεμελίτωσε τὴν λόχμην ὅλην.

Κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. Ὁ ποτὲ ζηλωτὸς καὶ περίβλεπτος, νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι. κατὰ γὰρ τῶν ἐμῶν ὀμνύουσι συμφορῶν.

Κατεμωκῶντο. ἐχλεύαζον. Οἱ δὲ τὴν [8] ματαίαν αὐτῶν κατεμωκῶντο πολιορκίαν.

Κατεδηδεσμένος. Devoratus. Comestus.

Κατεδηδοκώς. Qui comedit.

Κατεδημαγώγησε. Populi favorem arte quadam sibi conciliavit. Apud populum gratia & auctoritate polluit. *Hoc autem stratagemate, quod humanitatis plenum videbatur, magnam sibi apud populum gratiam conciliavit, ita ut vicini nec bellum gerenti diffiderent.*

Κατεδιήτησε. Condemnavit.

Κατεδόξαζον. Conjiciebant. Existimabant. *Illos vero, qui mortem evaserant, circiter bis mille esse putabant.*

Κατέδων. Comedens.

Κατέδαρθε. Sopitus est. Obdormivit.

Κατέδυ. [Terram subiit.] *Ille vero vitam Carthagine finivit, & ibi sepultus est.*

Κατέθεον. Incursionibus infestabant. Populabantur. *Galli vero agrum Albanorum populabantur.*

Κατέθει. Decurrebat. Desiliebat.

Κατεκάλει. Convocabat. *Ille vero undique convocabat Athenienses, qui incolumes evaserant.*

Κατέκανεν. Occidit. Interfecit. Xenophon: *Cyrus autem ursum aliquando irruentem non extimuit, sed cum eo congressus, & ex equo detractus, ea vulnera accepit, quorum & cicatrices adhuc habebat. Tandem vero ursum occidit eo ipso tempore, quo Rex obiit.*

Κατεκήλησαν. Demulserunt. Delinierunt.

Κατεκλινόμεθα. Attice pro ἀνεκλινόμεθα, in lecto reclinavimus. Aristophanes *Pluto: In lecto reclinavimus Plutum, ut par erat.* Præpositio κατὰ hic posita est pro ἀνά.

Κατέλαβε. Cohibuit. Impetum repressit. *Ipsos autem Alexander arte repressit, datis multis pecuniis, & sua sorore.*

Κατελάσας. Qui cum fœmina coiit. Proprie de brutis dicitur.

Κατέλεκτο. Ad dormiendum decubuit.

Κατέλευσαν. Lapidibus obruerunt.

Κατέληξε. Desiit. Cessavit.

Κατέλυεν. Divertebat. *Quæ facta erant in domo, in quam diverterat.*

Κατεμελίτωσεν. Suavitate replevit. Aristophanes *Avibus: Quanta cantus suavitate totam sylvam replevit.*

Κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. Per me jurabant. *Ego quondam felicissimus & dignitate conspicuus, nunc jusjurandum factus sum illis, qui me ante admirabantur. Per meas enim calamitates jurant.*

Κατεμωκῶντο. Deridebant. *Illi vero vanam illorum obsidionem deridebant.*

1 Ξενοφῶν] *De Expedit. Cyri* lib. 1. pag. 267. ut Pearsonius observavit.

2 Ὑπὸ τοῦ ἵππου] Lege ἀπὸ τοῦ ἵππου, ut apud Xenophontem.

3 Κατ' ἐκεῖνο δὴ καιροῦ, ἐν ᾧ ὁ βασιλεὺς ἐτεθνήκει] Hæc verba non reperiuntur apud Xenophontem, quæ proinde loco huic temere adsuta crediderim.

4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 71. (35. Ed. Bas. *P.*)

5 Κατελάσας. συνουσιάσας] Hoc sensu vox ista accipitur apud Aristophanem *Pace* pag. 674. & *Ecclesiaz.* pag. 756.

6 Κατέλεκτο] Homerus Il. I. v. 658.

7 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 551. (376. Ed. Bas. *P.*) ubi de luscinia Comicus loquitur.

8 Ματαίαν] Hanc lectionem ex antiquissimo MS. Paris. A. revocavi; cujus loco in duobus aliis MSS. & in omnibus Editt. præcedentibus inepte scriptum est μάζαν.

Κατέναντι. ἐναντίον.

Κατενεμήσατο. κατέφαγε.

Κατενεώχθη. κατήχθη.

Κατ' [1] ἐνόπλιον. εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχοῦντο σείοντες τὰ ὅπλα. ἢ ἐνόπλιος, ὁ ἀμφίμακρος· ὃς καὶ Κουρητικὸς καλεῖται· ἀπὸ τοῦ ἀεὶ τὰ εἰς τοὺς Κούρητας γινόμενα μέλη τούτῳ τῷ ῥυθμῷ γίνεσθαι.

Κατενῶπα. εἰς πρόσωπον.

Κατεντευκτήν. κατεντυγχάνουσαν. καὶ Κατεντευκτής, κατήγορος. ἐπὶ δὲ τοῦ Ἰώβ· [2] Ἵνα τί με ἔθου κατεντευκτήν σου; Οὐκ αὐτὸς κατὰ Θεοῦ ἐτύγχανε· μὴ γένοιτο. τίνι γὰρ εἶχεν ἐντυγχάνειν; ἀλλὰ λέγει, ἵνα τί δι' ἐμὲ τὸ ὄνομά σου βλασφημεῖται; ἐδεδίει γὰρ [3] τὴν παρὰ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν.

Κατεντευχθέντα. [4] κατεντυχθέντα.

Κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος. προμηθῶς βουλευσάμενοι. [5] Διὸ κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος, παρῃτήσαντο τοὺς Πρυτάνεις ἐκπέμψαι πρεσβευτὰς εἰς τὴν Ῥόδον, συνεπιλαβέσθαι τῆς ἐλευθερίας.

Κατεξανιστάμενος. Τούτους δὲ δωροφορῶν, καὶ κατεξανιστάμενος, τοῖς χορηγίοις ἑτοίμως παρεσκεύασε συναγωνιστάς.

Κατεπᾴδουσα. πρὸς αὐτὸν αἱμύλως διομιλοῦσα. Ἡ δὲ κατεπᾴδουσα συνεχῶς τοῦ βασιλέως τὴν τοῦ Καίσαρος ἐς αὐτὸν εὔνοιαν, ταχὺ μάλα διαθέλγουσα τὸν βασιλέα τοῖς λόγοις πρὸς τὴν ἐς τὸν Ἰούλιον διάθεσιν, ἐνεφύσησε τῷ βασιλεῖ.

Κατεπάλαισε. κατηγωνίσατο. κατεπολέμησε.

Κατεπάλμενος. [6] ἐφορμήσας. δύο προθέσεις παρείληφεν Ὅμηρος, κατὰ καὶ ἐπί.

Κατεπερπερεύετο. ἐχαριεντίζετο. πέρπερος γὰρ ὁ μετὰ βλακείας ἐπαιρόμενος, ὁ λάλος, καὶ προπετής, καὶ μηδὲν μετὰ λογισμοῦ ποιῶν.

Κατεπίμπρατο. κατεκαίετο.

Κατεπτήχασι. συνεστάλησαν.

Κατεπίττωσαν. πίττῃ ἔχρισαν. Καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν κατεπίττωσαν καὶ ἀπέκτειναν καταπρησθέντα.

Κατέρραξας. κατὰ τοῦ ἐδάφους ἔβαλες. μεταφορικὸς ὁ λόγος. [7] Δαβίδ· Ἐπάρας κατέρραξάς με.

Κατεργάζεται. ἀναιρεῖ. φονεύει. Ὁ δὲ τῇ αἰχμῇ διαπείρων τὸ μετάφρενον, κατεργάζεται.

Κατεργάσασθαι. ἀντὶ τοῦ [8] καταπονῆσαι. Θουκυδίδης.

Κατέναντι. E regione.

Κατενεμήσατο. Comedit. Devoravit.

Κατενεώχθη. Delatus est. Decidit.

Κατ' ἐνόπλιον. Genus rythmi, ad quem saltabant, arma quatientes. Vel ἐνόπλιος est [pes metricus,] qui & amphimacer vocabatur; itemque Cureticus, quod carmina, quæ in Curetes componebantur, illo genere rythmi semper constarent.

Κατενῶπα. In conspectu. Coram.

Κατεντευκτήν. Obloquentem. Accusantem. Et κατεντευκτής, accusator. De Jobo dicitur: *Quare effecisti, ut tibi maledicerem.* An igitur ipse Deo maledicebat? Absit. Cur enim malediceret? Sed sensus est: *Quare propter me nomen tuum convitiis proscinditur?* Metuebat enim ne a Deo desereretur.

Κατεντευχθέντα. Qui aliquem apud alterum accusavit.

Κατεξαναστάντες τοῦ μέλλοντος. Qui futura prudenter prospexerunt, seseque adversus ea præpararunt. *Quare cum futura prudenter prospexissent, rogarunt Prytanes, ut Rhodum legatos mitterent, [qui ab illis peterent,] ut in libertate tuenda se adjuvarent.*

Κατεξανιστάμενος. In aliquem insurgens. *Hos vero donis corrumpens, & adversæ factioni resistens, sumptibus facile certaminis socios sibi paravit.*

Κατεπᾴδουσα. Blandis verbis cum aliquo de aliqua re colloquens. *Illa vero cum Regi blandis verbis Cæsaris erga ipsum benevolentiam frequenter commemorasset, ei amorem erga Julium blanditiis suis facile inspiravit.*

Κατεπάλαισε. Certamine vicit. Bello superavit.

Κατεπάλμενος. Qui in aliquem insiliit ac irruit. Verbum hoc Homerus ex duabus præpositionibus κατὰ & ἐπὶ composuit.

Κατεπερπερεύετο. Lepide jocabatur. Πέρπερος autem est inani fastu inflatus. Item loquax, & temerarius, & omnia inconsulto agens.

Κατεπίμπρατο. Comburebatur. Cremabatur.

Κατεπτήχασι. Formidarunt. Trepidarunt.

Κατεπίττωσαν. Pice unxerunt. *Et ipsorum liberos pice inunctos combusserunt.*

Κατέρραξας. Humi prostrasti. David: *In altum elatum humi me prostravisti.* Oratio est metaphorica.

Κατεργάζεται. Occidit. Interficit. *Ille vero hasta per tergum adacta eum interfecit.*

Κατεργάσασθαι. Vires frangere & debilitare. Thucydides.

1 Κατ' ἐνόπλιον. εἶδος ῥυθμοῦ, πρὸς ὃν ὠρχ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Enarratore Comici ad *Nubes* pag. 165. (96. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἵνα τί με ἔθου κατεντευκτήν σου] Hæc sunt verba τῶν LXX, Jobi cap. VII. circa finem.

3 Τὴν παρὰ Θεοῦ ἐγκατάλειψιν] Sic locum hunc ex MSS. emendavi, qui in prioribus Editt. ita legitur, τὴν περὶ Θεοῦ ἐγκατάληψιν.

4 Κατεντευχθέντα] Sic etiam legitur in Lexico Photii inedito. At Hesychius habet, κατενεχθέντα, κατεντυχθέντα: cui lectioni literarum series refragatur.

5 Διὸ κατεξαναστάντες τοῦ μέλλ.] Hoc fragmentum Valesius Polybio tribuit.

6 Κατεπάλμενος] Homerus Il. Λ. v. 94.

7 Δαβίδ. Ἐπάρας κατέρραξάς με] Psalm. CI. v. XI. ad quem locum Theodoretus pag. 799. Ὑψηλὸν γάρ με δείξας, καὶ περίβλεπτον ἀποφήνας, ἐξαίφνης ἐπέρριψας. τὸ γὰρ κατέρραξας ἐκ μεταφορᾶς τέθεικε ἐπαιρόντων τις ὕψος τι, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους καταρρηγνύντων.

8 Καταπονῆσαι] An potius ταπεινῶσαι? Sic enim Scholiasta Thucydidis vocem hanc duobus in locis interpretatur.

Κατε-

Καἰερεύγομαι. γενικῇ.

Καἰέρεψεν. ἐστέγασεν. ἢ ἐστεφάνωσε.

Καἰερεῖν. διαλοιδορήσασθαι. Ἢ μὴν συγκρύψειν τὸ πρᾶγμα, καὶ μὴ κατερεῖν, ἢν μὴ ἀρέσκῃ.

Καἰερείπω. καταβάλλω. Κατερείπω δέ.

Καἰερρυηκυιῶν[1] γυναικῶν, καὶ οὕτως ἀπατουσῶν διὰ τῆς ἐπεισάκτου κόμης. ἐν τῷ Φενάκη.

Καἰερεθιζομένου. Τὸ[2] δ' ἐναντίον καἰερεθιζομένου τοῦ βασιλέως, καὶ τῆς χώρας ἀπεχομένου, καὶ κατὰ τὴν δικαιοδοσίαν ἐξακριβοῦντος ἐπιμελῶς, ἔλαθον ἐκλυθέντες ταῖς διανοίαις, καταλιγωρήσαντες τῆς σφῶν αὐτῶν ἀσφαλείας.

Καἰερρικνωμένον. συνεσπαρμένον. καμπύλον γενόμενον. ἐρρυτιδωμένον.

Καἰερρινημένοις.[3] εὐτελέσιν. ἢ κατεξεσμένοις. ῥίνη γὰρ ἐργαλεῖον τεκτονικόν, ᾧ ῥινοῦσιν. ἢ εὐτελέσιν, ὅτι ἐξευτελίζομεν τῇ ῥινί. Ἀριστοφάνης περὶ Εὐριπίδου· Ἀστεῖόν τι λέξαι καὶ καἰερρινημένον.

Καἰερειπώσει. δοτικῇ. ἡ δὲ εὐθεῖα ἡ καἰερείπωσις.

Καἰερρύηκεν. ἐσάπη. ἠφάνισται.

Καἰέσβη. ἐσβέσθη. ἐπαύσατο.

Καἰέσειε.[4] λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐπὶ τοῖς πότοις[5] προπινόντων. ἡ δὲ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων. καὶ Καἰεσείσθη, ἀντὶ τοῦ καἰέπεσεν. Αἰλιανός· Καὶ παραχρῆμα ἡ οἰκία καἰεσείσθη πρηνής.

Καἰεσήμαινεν. ἔλεγεν. Ὁ δὲ τοῖς προσπλέουσι βαρβάροις καἰεσήμαινεν, ἐς λόγους αὐτῶν ἐθέλειν ἰέναι. † Καί πού τινα αὐτοῖς καἰεσήμαινε δωμάτιον τὰ τιμιώτατα ἔχον.

Καἰεσικέλιζε.[6] κατήσθιε Σικελικὸν τυρόν.

Καἰεσκελετευμένα. λελεπτυσμένα. ἐξησθενηκότα. Κατασκελετεύμενα δέ, ὁ ἐνεστώς.

Καἰεσκιρρωμένη. πεπαλαιωμένη.

Καἰέσκηψε. καἰέσχε.

Καἰεσκληκώς. καἰεξηραμμένος. Τῷ[7] γε μὴν κατεσκληκότι τοῦ βίου, καὶ τῇ εἰς μετριότητα πλάσει τῶν ἠθῶν οὕτω δυνηθέντες, ὥστε οὐκ ἐλάχιστα καὶ ὑποπλήθη περιεβάλλοντο, ἀσκητήρια συστησάμενοι.

Κατεσκλητευμένος. ἐξίτηλος. τεταλαιπωρημένος.

Καἰερεύγομαι. Genitivo jungitur. Eructo.

Καἰέρεψεν. Texit. Vel, coronavit.

Καἰερεῖν. Conviciis aliquem insectari. [Aliquid contra aliquem enuntiare. *Affirmabat,*] *se rem silentio tecturum, &, nisi placuisset, non enuntiaturum.*

Καἰερείπω. Dejicio, prosterno, [per ει scribitur.] Κατερείπω vero, [per ι.]

Καἰερρυηκυιῶν γυναικῶν. Mulierum, ex quarum capite capilli defluxerunt, & quæ adscititiæ comæ ornatu alios decipiunt. Quære in v. Φενάκη.

Καἰερεθιζομένου. Contendentis. *Rege vero pro contraria sententia contendente, & regionem intactam relinquente, & studiose operam dante, ut suum cuique accurate tribueretur, animos sensim remittere cœperunt, securitatis suæ nulla ratione habita.*

Καἰερρικνωμένον. Contractum. Incurvatum. Corrugatum.

Καἰερρινημένοις. Vilibus. Levibus. Vel, limatis & politis. Ῥίνη enim est lima, qua aliquid limamus. Vel, vilibus & contemptis, [quasi a ῥίν, ῥινός, nasus,] quia naso aliquid contemnere solemus. Aristophanes de Euripide inquit: *Hic lepidum aliquid & limatum dicturus est.*

Καἰερειπώσει. Ruinæ. Dativus. Casus rectus est καἰερείπωσις.

Καἰερρύηκεν. Putredine corruptum est. Abolitum est.

Καἰέσβη. Extinctus est. Cessavit.

Καἰέσειε. Concutiebat. Dicitur de illis, qui propinationibus alios ad largius bibendum invitant. Metaphora ducta est ab illis, qui fructus decutiunt. Et καἰεσείσθη, corruit. Ælianus: *Et confestim domus corruit.*

Καἰεσήμαινεν. Dicebat. [Significabat. Indicabat.] *Ille vero barbaris appellentibus significavit, se cum ipsis colloqui velle.* † *Et quidam ipsi indicavit conclave, in quo res pretiosissimæ reconditæ erant.*

Καἰεσικέλιζε. Caseum Siculum devorabat.

Καἰεσκελετευμένα. Attenuata. Debilitata. Κατασκελετεύμενα vero est participium præsens.

Καἰεσκιρρωμένη. Senio confecta.

Καἰέσκηψε. Cum impetu irruit.

Καἰεσκληκώς. Exsiccatus. Induratus. Durus. *Duro vivendi genere & simulata morum modestia magnam auctoritatem adepti, multos sectatores sibi conciliarunt, & asceterium constituerunt.*

Καἰεσκλητευμένος. Tabe consumptus. Laboribus & ærumnis confectus.

1 Καἰερρυηκυιῶν γυναικῶν, καὶ οὕτως ἀπατουσῶν] Locum hunc mutilavit Suidas, quem integrum leges apud Scholiastam Aristoph. ad *Plutum* pag. 29. (15. Ed. Bas. *P.*)

2 Τὸ δ' ἐναντίον. καἰερεθ. τοῦ βασ.] Fragmentum hoc Polybio tribuit Valesius.

3 Καἰερρινημένοις. εὐτελέσιν. ἢ κατεξεσμ.] Ex Enarratore Comici ad *Ranas* pag. 254. (166. Ed. Bas. *P.*)

4 Καἰέσειε. λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐπὶ τοῖς πότοις προπ.] Athenæus lib. x. cap. VIII. pag. 431. Καἰασείειν δὲ ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐν τοῖς πότοις ὑποπινόντων, τὴν μεταφορὰν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν τοὺς καρποὺς κατασειόντων. Ex hoc ipso loco Athenæi Suidam sua descripsisse apparet.

5 Προπινόντων] Athenæus habet ὑποπινόντων: at priores Editt. ἀποπινόντων; cujus loco MSS. Paris. exhibent προπινόντων, quam lectionem cæteris prætuli. Τὸ κατασείειν enim non dicitur de illis, qui vino graves titubant & frequenter cadunt; sed de iis, qui alios propinationibus ad potandum invitant, & ad ebrietatem usque bibere cogunt, donec vino gravati caput declinent, & humi cadant, si ingredi conentur.

6 Καἰεσικέλιζε. κατήσθιε Σικελικὸν τυρόν] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristoph. *Vespis* pag. 495. (343. Ed. Bas. *P.*)

Ἀποδρὰς γὰρ εἰς τὴν γωνίαν τυρὸν πολὺν
Καἰεσικέλιζε, κἀνέπλητ' ἐν τῷ σκότῳ.

Vide ibi veterem Enarratorem.

7 Τῷ γε μὴν κατεσκληκότι τοῦ βίου, καὶ τῇ εἰς μετρ.] Fragmentum hoc longe auctius legitur supra v. Ἐλισσαῖος; quem locum consule.

Κατεσπάσθαι. κατηνέχθαι. Ὁ δὲ εἰς τοῦτο ἔφη ὑπὸ τῶν συμφορῶν κατεσπάσθαι, ὡς μὴ ἂν αὐτοῦ ἕνεκα Ῥωμαίους καταλύσεσθαι τόνδε τὸν πόλεμον.

Κατέσπερχε. προετρέπετο. παρεκελεύετο. συνεβούλευε. συνώθει. Λογισμὸς δὲ αὐτὸν ἐκεῖνος κατέσπερχεν, ἀνθρώπους ἀκολάστους φύσιν τοὺς Τυρρηνοὺς, πολεμίων ἔφοδον μηδαμῶς ὑφορωμένους, ὑβρίζειν καὶ ῥᾳστωνεύειν.

Κατεπίλασεν. [1] ἀπροσδοκήτως ἐπεφάνη. Ὁ δὲ ἀδοκήτως τοῖς βαρβάροις ἑωθινὸς κατεπίλασε, καὶ εὐδοκίμει τῷ δόρατι.

Κατεπόδησε. κατέκοψεν. Ἑταίρα τὸν ἄνδρα τῷ πελέκει κατεπόδησε. καὶ Κατεπόδωσεν ὁμοίως.

Κατεστιγμένον. πεποικιλμένον.

Κατεστόρεσε. κατέστρωσε.

Κατεστρατοπέδευσε. κατέδραμε πολεμικῶς.

Κατεστυγημένος. μεμισημένος.

Κατεσχημένοι. κάτοχοι. Στρατιώτης δὲ ἄρα τις ἐοικὼς κατεσχημένῳ εἰσεπήδησε, καὶ ἀνιχνεύσας ἀπέτεμεν αὐτοῦ τὴν κεφαλήν.

Κατέσχον. προσωρμίσθησαν. Πολύβιος· [2] Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνήχθησαν τριακοσίαις ναυσὶ, καὶ κατέσχον εἰς Μεσσήνην, ὅθεν ἀναχθέντες ἔπλεον. λέγεται δὲ καὶ προσέσχον. Προσέσχον τῷ Λιλυβαίῳ ὁ αὐτὸς Πολύβιος. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Πόπλιος κατέσχε τῆς Αἰτωλίας εἰς Ναύπακτον.

Κατετάχησε. κατέσπευσε.

Κατέτεινε. πλεῖστον λύπη. Καὶ οὐδὲν ἦν εἴς τινα ἔμβραχυ ἀγαθὸν, ὃ μὴ τὴν ἐκείνου κατέτεινε ψυχήν.

Κατέτεινε. σφοδρῶς ἔτυπτε. διήγειρε πρὸς πόνον. Καὶ τοὺς μὲν ἐπῄνει σφόδρα, τοὺς δὲ κατέτεινε ταῖς κολάσεσι.

Κατέτρεχεν. ἐπόρθει. ἐληΐζετο· ἐδῄου. Ὁ δὲ κατέτρεχε τὴν τῶν Ἰλλυριῶν καὶ Θρᾳκῶν χώραν.

Κάτευγμα. κατάρα.

Κατευδοκήσας. Ὁ δὲ [3] κατευδοκήσας τῷ νεανίσκῳ κατὰ τὴν ἀπάντησιν, τοῦτον ἀπέλυσε παραχρῆμα ἐς τὸ Πέργαμον.

Κατευθικτήσας. ἐπιτυχών.

Κατευθύνει. ἐπέτυχε. [4] Δαβίδ· Λαλῶν ἄδικα οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον τῶν ὀφθαλμῶν μου.

Κατευμαρίζων. κατευχερίζων.

Κατευμεγεθεῖν. γενικῇ. καταδυναστεύειν.

Κατευνάζεται. κατακοιμίζεται.

Κατεύχεσθαι. τὸ [5] καταρᾶσθαι. οὕτω Πλάτων καὶ Σοφοκλῆς. Κατεύχομαι τὸν δεδρακότα τάδε. ἀντὶ τοῦ

Κατεσπάσθαι. Detractum esse. *Ille vero dicebat se a calamitatibus in eum rerum statum redactum esse, ut sua causa Romani bellum hoc non essent deposituri.*

Κατέσπερχε. Urgebat. Incitabat. Adhortabatur. Suadebat. Impellebat. *Illa vero cogitatio eum impellebat, Tyrrhenos homines natura intemperantes, hostium adventum minime suspicantes, luxui & otio indulgere.*

Κατεπίλασεν. Ex improviso apparuit. *Ille vero præter expectationem Barbaris mane apparuit, & hasta fortiter pugnavit.*

Κατεπόδησε. Concidit. *Meretrix hominem securi concidit.* Et κατεπόδωσεν idem significat.

Κατεστιγμένον. Notis compunctum. Maculis distinctum.

Κατεστόρεσε. Constravit.

Κατεστρατοπέδευσε. Castra posuit. Hostilibus incursionibus vastavit.

Κατεστυγημένος. Odiosus. Invisus.

Κατεσχημένοι. Numine afflati. Fanatici. *Quidam autem miles fanatico similis irrupit, & postquā eum invenisset, caput ipsius amputavit.*

Κατέσχον. In portum appulerunt. Polybius: *Romani vero cum CCC navibus portu solverunt, ac Messanam appulerunt: unde postea navigantes [Pachynum superarunt.]* Dicitur vero etiam προσέσχον. Ut, *Ad Lilybæum appulerunt.* Idem Polybius. Et iterum: *Publius autem Naupactum urbem Ætoliæ appulit.*

Κατετάχησε. Celeritate prævenit.

Κατέτεινε. Magno dolore afficiebat. *Et nullum vel minimum bonum erat in aliquo, quod non ejus animum magno dolore afficeret.*

Κατέτεινε. Valde verberabat. Ad laborem excitabat. *Et alios quidem valde laudabat, alios vero cruciatibus afficiebat.*

Κατέτρεχεν. Incursionibus infestabat. Populabatur. Vastabat. *Ille vero Illyriorum & Thracum regionem incursionibus infestabat.*

Κάτευγμα. Imprecatio. Diræ.

Κατευδοκήσας. *Cum autem ille adolescentem obviam sibi venientem collaudasset, eum statim Pergamum dimisit.*

Κατευθικτήσας. Qui rem acu tetigit. Qui scopum feriit.

Κατευθύνει. Felici successu gaudet. David: *Qui injusta loquitur, non gaudet felici successu coram oculis meis.*

Κατευμαρίζων. Facile aliquid efficiens.

Κατευμεγεθεῖν. Potentia vel magnitudine aliquem superare.

Κατευνάζεται. Sopitur.

Κατεύχεσθαι. Mala alicui imprecari. Sic Plato & Sophocles. *Exitium imprecor illi,*

1 Κατεπίλασεν] Hoc verbo usus est Theoph. Simocatta lib. VII. cap. III.

2 Πολύβιος· Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ἀνήχθ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. I. cap. XXV.

3 Ὁ δὲ κατευδοκήσας τῷ νεαν.] Hoc fragmentum Polybio adscribit Valesius.

4 Δαβίδ] Psalm. C. v. 7.

5 Τὸ καταρᾶσθαι] Hæc interpretatio in prioribus Editt. deest, quam ex MSS. Paris. revocavi.

κατα-

καταρῶμαι. Καὶ Αἰλιανός. Αἱ δὲ [1] καλευξάμεναι τὴν χώραν πᾶσαν ἐκείνην Λακωνικῷ αἵματι ἐπικλυσθῆναι, ἑαυτὰς ἀπέσφαξαν. Ἐπεύχομαι δέ, τὸ ὑπερεύχομαι, γενικῇ.

Κατ' εὐχὴν αὐτῷ γενέσθαι. [2] Ὁ δὲ στρατηγὸς νομίζων αὐτῷ κατ' εὐχὴν γενέσθαι τὴν τῶν Ἀχαιῶν ὁρμήν, [3] προσῆγεν ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον.

Καλεφοίνιξας. κατέβαψας.

Καλεφύγασιν. κατέφυγον. Οἱ δὲ εἰς τὰς Θρακίας πόλεις καταπεφεύγασιν.

Καλεφύοντο. [4] κατέτρεχον.

Καλέχει. κατέχεεν. ἐπέρρει. Ὁ δὲ πολλὴν κατέχει τούτου κενολογίαν. ἀντὶ τοῦ ἐλοιδόρει. Καὶ αὖθις· Δήσαντες ὀπίσω τὰς χεῖρας, πολὺ κατέχεον τοῦ γάλακτος. πρὸς γενικὴν ἡ σύνταξις.

Καλεχειροτόνησαν αὐτοῦ. ἀντὶ τοῦ κατεψηφίσαντο αὐτοῦ. Καταχειροτονία δὲ ἀποχειροτονίας διαφέρει. [5] Καταχειροτονία μὲν γὰρ ἐγίνετο οὕτως. Ἔλεγεν ὁ κήρυξ, ὅτῳ Μειδίας δοκεῖ ἀδικεῖν, αράτω τὴν χεῖρα. εἶτα οἱ θέλοντες ἐξέτεινον τὰς χεῖρας· καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο πρῶτον καταχειροτονία. Ἀποχειροτονία δὲ οὕτως· ὅτῳ μὴ δοκεῖ ἀδικεῖν Μειδίας, αράτω τὴν χεῖρα, καὶ ἐξέτεινόν τινες, καὶ ἐκαλεῖτο τοῦτο ἀποχειροτονία. λοιπὸν πάσας ἠρίθμουν τὰς χεῖρας, καὶ ἑώρα ὁ κήρυξ, ποῖαι πλείους εἰσί· πότερον τῶν φασκόντων αὐτὸν ἀδικεῖν, ἢ μή. καὶ ὅσαι ἂν ἦσαν πλείους εὑρεθεῖσαι, ἐκείνη καὶ ἡ γνώμη ἐκράτει. † Ἔτι τοίνυν παρατείνοντος τοῦ λόγου τοῦ πρέσβεως, Ῥωμαῖοι κατεχειροτόνουν. † Ὁ δὲ οὔτε ἐψηφίζετο, οὔτε κατεχειροτόνει, καίπερ ἐπιστάτης ὤν.

Καλεχλαίνωσε. χλαίναις ἐστόλισεν. Ὁ δὲ Μηνᾶς ἠμφίασέ τε καὶ κατεχλαίνωσε τὸ στρατιωτικόν. ἡ γὰρ χρονία τριβὴ καὶ τὸ τραχὺ τῶν χώρων κατεδαπάνησεν αὐτοῖς τὰ ἱμάτια.

Καλεχλεύαζεν. ὕβριζε διὰ λόγων. κατεγέλα. Ἄλλα τε πολλὰ κατεχλεύαζε καὶ κατεκερτόμει τοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ, μάλιστα ἅπασιν ὀνειδίζων μαλακίαν καὶ δειλίαν.

Καλεχόρδησεν. ἀνεῖλεν. ἐξετράχηλισεν. Εἶτα τῶν φρενῶν ἐξέπλευσε, καὶ μανεὶς ἑαυτὸν μαχαίρᾳ κατεχόρδησε.

Καλεχόρευεν. Ὁ δὲ κατεχόρευε τῶν Ῥωμαϊκῶν συμφορῶν, καὶ τοσοῦτον ἐφυγάδευε τὴν δίωξιν, ὅσον πεισθῆναι καὶ καταμαθεῖν, ὅτι μηδεὶς ἐν τῇ πόλει λέλειπται.

Καλέχουσι [6] δ' ἔρωτες ἐμὰς πόλεις. λείπει ἀνθρώπους. ἀντὶ τοῦ, ἐρῶσιν οἱ ἄνθρωποι τῆς ἐμῆς πόλεως.

qui hæc fecit. Et Ælianus: *Illæ vero precatæ, ut tota illa regio Laconico sanguine inundaretur, se ipsas occiderunt.* Ἐπεύχομαι vero significat pro aliquo precor.

Κατ' εὐχὴν αὐτῷ γεν. *Prætor vero existimans, impetum illum Achæorum ex voto sibi evenisse, copias ad bellum eduxit.*

Καλεφοίνιξας. Tinxisti. Cruentasti.

Καλεφύγασιν. Confugiebant. *Illi vero in urbes Thracicas confugiebant.*

Καλεφύοντο. Decurrebant.

Καλέχει. Effundebat. Profundebat. *Ille vero multa inania verba temere in ipsum effundebat.* Id est, conviciis eum insectabatur. Et iterum: *Cum manus ejus a tergo eligassent, multum lactis in eum effuderunt.* Cum genitivo construitur.

Καλεχειροτόνησαν αὐτοῦ. Eum condemnarunt. Καταχειροτονία vero differt ab ἀποχειροτονία. Nam καταχειροτονία ita fiebat. Præcone dicente, cui Midias criminis reus esse videtur, manum tollat; qui vellent, manum extendebant: idque vocabatur καταχειροτονία. Ἀποχειροτονία vero sic: Cui Midias non videtur criminis reus esse, manum tollat. Nonnulli igitur manum extendebant: idque dicebatur ἀποχειροτονία. Postea manus numerabantur, & præco observabat, utrius partis plures essent manus; utrum illorum, qui affirmarent, eum criminis reum esse, an eorum, qui negarent. Quæ pars igitur plures habebat manus, ejus sententia vincebat. † *Nondum igitur finita legati oratione, Romani eum condemnarunt.* † *Ille vero* [*accusatum*] *neque absolvebat neque damnabat, quamvis Judicio præesset.*

Καλεχλαίνωσε. Lænis vestivit. *Menas vero milites vestibus & lænis vestivit, quoniam diuturna mora & locorum asperitas vestimenta eorum consumpserant.*

Καλεχλεύαζεν. Dictis contumeliosis insectabatur. Deridebat. *Multis etiam aliis verbis milites derisit, dictisque contumeliosis insectatus est, mollitiem præcipue & ignaviam omnibus exprobans.*

Καλεχόρδησεν. Occidit. Interfecit. *Postea vero sana mente amissa & furore correptus gladio se interfecit.*

Καλεχόρευεν. Insultabat. *Ille vero Romanorum calamitatibus insultans occasionem* [*hostes*] *persequendi penitus neglexit, donec tandem ipsi nuntiatum est, neminem in urbe relictum esse.*

Καλέχουσι δ' ἔρωτες ἐμ. Amoribus autem urbes meæ deditæ sunt. Id est, incolæ urbis meæ amant.

1 Αἱ δὲ κατευξάμεναι τὴν χώραν πᾶσαν ἐκείνην Λακ.] Videtur fragmentum hoc intelligendum esse de Scedasi filiabus, de quibus vide Plutarchum in Vita Pelopidæ.

2 Ὁ δὲ στρατηγὸς νομίζων αὐτῷ κατ' εὐχ.] Hæc sunt verba Polybii lib. XI. cap. IX. ut Jacobus Gronovius observavit.

3 Προσῆγεν ὡς ἐπὶ τὸν πόλεμον] Apud Polybium legitur, προσῆγεν ὡς ἐπὶ τὴν Μαντίνειαν: unde patet, locum hunc a Suida interpolatum esse.

4 Καταφύοντο. κατέτρεχον] Hæc litura digna esse puto, quoniam duæ hæ voces nullo modo ἐκ παραλλήλου sibi invicem respondere possunt.

5 Καταχειροτονία μὲν γὰρ ἐγ.] Vide Harpocrationem v. Διαχειροτονία, & ibi Valesium.

6 Κατέχουσι δ' ἔρωτες ἐμὰς πόλεις] Hæc apud Aristophanem me legisse puto: quamvis locus nunc non succurrat. Forte in *Avibus* exstant.

Κατεχρῶντο. ἀνῄρουν. ἐφόνευον. Ἄλλοι ἑαυτοὺς κατεχρῶντο. αὐθένται ἐγίνοντο.

Κατέψα.[1] τῇ χειρὶ ὡμάλιζε.

Κατεψηφίσατο. κατέκρινε. καὶ ἐδίκασεν. Ὁ γὰρ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ τοὺς ἱδρῶτας καὶ τοὺς πόνους κατεψηφίσατο· Ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου σου φαγῇ.

Κατειλημμένον. κατεχόμενον. κυκλωθέντα. Ὡς ἑώρα ἑαυτὸν τοῖς κινδύνοις κατειλημμένον, γράφει ᾠδάς.

Κατειλωτισμένος. καταδεδουλωμένος. ἐκ τοῦ εἵλως, εἵλωτος, ὃ σημαίνει τὸν δοῦλον παρὰ Λακεδαιμονίοις.

Κατεῖπε. γενικῇ. κατηγόρησεν. Οὐ δικαίως ὀργίζῃ τῇ γυναικί. οὐ γάρ σου κατεῖπεν, ἀλλὰ τοῦ δεσμοφύλακος. Καὶ αὖθις· Μαθόντα ὅτι κατείποι αὐτοῦ Ὀφέλλιος, καὶ βασιλεὺς πεισθείη τοῖς λόγοις.

Κατείπῃ. γενικῇ. κατηγορήσῃ. Ἐδεδίει γὰρ ἡ γυνή, μὴ κατείπῃ αὐτῆς.

Κατειργάσατο. κατηγωνίσατο.

Κατειρωνεύεται. γενικῇ. μεγαλοφρονεῖ. ὑποκρίνεται. Τὰ οἰκεῖα ἐξαίρων καὶ κατειρωνευόμενος ὁ Χοσρόης ἀντέχεσθαι Μαυρικίου.

Κατηγορευκότα. κατειπόντα.

Κατηγόρημα.[2] Κατηγόρημά ἐστι τὸ κατά τινος ἀγορευόμενον, ἢ πρᾶγμα συντακτὸν περί τινος, ἢ τινων. ἐν γὰρ τῷ περὶ πραγμάτων καὶ σημαινομένων τόπῳ τέτακται ὁ περὶ λεκτῶν αὐτοτελῶν, ἀξιωμάτων, καὶ συλλογισμῶν [3] λόγος· καὶ ὁ περὶ ἐλλιπῶν, κατηγορημάτων, καὶ ὀρθῶν καὶ [4] ὑπτίων. λεκτὸν δέ φασι τὸ κατὰ φαντασίαν λογικὴν ὑφιστάμενον. τῶν δὲ λεκτῶν τὰ μέν εἰσιν ἐλλιπῆ, οἷον, γράφει. ζητοῦμεν γάρ, τίς; τὰ δὲ αὐτοτελῆ καὶ ἀπηρτισμένην ἔχοντα τὴν διάνοιαν, οἷον, γράφει ὁ Σωκράτης. ἐν μὲν τοῖς ἐλλιπέσι τέτακται τὰ κατηγορήματα· ἐν δὲ τοῖς αὐτοτελέσι, τὰ ἀξιώματα, καὶ οἱ συλλογισμοί, καὶ τὰ ἐρωτήματα, καὶ τὰ πύσματα.

Κατηγορίας ἔχω. ἀντὶ τοῦ κατηγορῶ. Δημοσθένης περὶ τοῦ στεφάνου. Κατηγορεῖ δὲ αὐτῶν Καλλίξενος δημαγωγὸς καὶ συκοφάντης.

Κατηγορία[5] παρὰ Φιλοσόφοις ἢ ἐπὶ πλέον λέγεται καὶ γίνεται· ἢ ἐπίσης. ἐπ' ἔλαττον δὲ οὐδέποτε. καὶ ἐπὶ πλέον μέν, ὅτε τὰ καθολικώτερα κατηγορεῖται τῶν μερικωτέρων. Καθολικώτερα οὖν εἰσὶ τὰ ἐπάνω· μερικώτερα δέ, τὰ ὑποκάτω. Κατηγορία δέ ἐστιν οἷον προσηγορία τις λεγομένη ἁπλῶς. εἰσὶ δὲ αἱ πᾶσαι δέκα, ἤγουν γενικώτατα γένη, ὑφ' ἃ ἀναφέρεται πᾶσα φωνή· Οὐσία, Ποσόν, Ποιόν, Πρός τι, Ποῦ, Πότε, Ποιεῖν, Πάσχειν, Κεῖσθαι, Ἔχειν. τούτων ἡ μὲν Οὐσία ἐστὶν ὑποκειμένη· αἱ δὲ λοιπαὶ ἐννέα ἐν ὑποκειμένῳ.

Κατεχρῶντο. Interficiebant. Occidebant. *Alii se ipsi interfecerunt.*

Κατέψα τῇ χειρί. Manu demulcebat.

Κατεψηφίσατο. Condemnavit. *Deus enim Adamum ad labores & sudores damnavit, dicens: In sudore vultus tui [panem tuum] comedes.*

Κατειλημμένον. Interceptum. Circundatum. *Cum autem videret se periculis circundatum, carmina scripsit.*

Κατειλωτισμένος. In servitutem redactus. Ab εἵλως, εἵλωτος, quod servum apud Lacedæmonios significat.

Κατεῖπε. Genitivo jungitur. Accusavit. *Non juste irasceris mulieri. Non enim te accusavit, sed carceris custodem.* Et iterum: *Cum cognovisset, Ophellium eum accusare, & Regem verbis ejus fidem adhibere.*

Κατείπῃ. Genitivo jungitur. Accusarit, vel accusaret. *Fœmina enim metuebat, ne se accusaret.*

Κατειργάσατο. Subegit. Debellavit.

Κατειρωνεύεται. Genitivo. Magnifice de se sentit. Simulat. *Chosroes sua extollens, & simulans se Mauritii partibus adhærere.*

Κατηγορευκότα. Illum, qui accusavit.

Κατηγορήματα. Prædicata. Κατηγόρημα est id, quod de aliquo enuntiatur, aut res de aliquo aliquibusve composita. In loco enim, qui agit de rebus & significatis, collocatur oratio de effatis, iisque tam perfectis, ut axiomatibus & syllogismis; quam imperfectis, ut prædicamentis; iisque tam rectis quam supinis. Λεκτὸν autem dicunt esse id, quod visione rationis participe constituitur. Eorum autem quæ λεκτὰ, i. e. effata dicuntur, alia sunt imperfecta, ut, *scribit:* quærimus enim, *quis?* Alia perfecta, & quæ plenam habent sententiam, ut, *Socrates scribit.* Et in imperfectis quidem ponuntur prædicamenta: in perfectis vero, axiomata, syllogismi, interrogationes, & percontationes.

Κατηγορίας ἔχω. Accusor. Demosthenes pro Corona: *Callixenus autem Demagogus & sycophonta ipsos accusat.*

Κατηγορία. Categoria apud Philosophos aut latius patet, quam res; aut rei par est: at nunquam est angustior. Et latius quidem patet, cum universalia prædicantur de particularibus. Universalia autem sunt superiora: particularia vero inferiora. Κατηγορία vero simpliciter est quasi appellatio quædam. Sunt autem decem categoriæ, sive summa rerum genera, ad quæ omnis vox refertur: Substantia, Quantitas, Qualitas, Relatio, Ubi, Quando, Actio, Passio, Situs, Habitus. Ex his Substantia est subjectum: reliquæ vero novem subjecto insunt.

1 Κατέψα] Vide supra v. Καταψῶν.

2 Κατηγόρημά ἐστι τὸ κατά τινος ἀγορ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Laertii in *Zenone* Segm. LXIII. LXIV. ut Pearsonius etiam observavit.

3 Λόγος] Hanc vocem Editt. præcedentes ignorant, quam ex MS. Paris. A. & Laertio revocavi.

4 Καὶ ὑπτίων] Et hæc in prioribus Editt. desunt, quæ itidem ex MSS. Paris. & Laertio loco huic restitui.

5 Κατηγορία παρὰ φιλοσόφοις ἢ ἐπὶ πλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, legisse me arbitror apud Alexandrum Aphrodis. in *Topica* Aristotelis.

Καλήγορῶ· σε. γενικῇ. Καλήγορῶ δὲ τὸ δεικνύω, αἰτιατικῇ. Λαγὼς καλήγορεῖ τ̓ ἑαυτȣ̃ φωλεόν.

Κατῄδεσαν. καλῄσχυναν.

Καληδολέσχησά σε. ἀντὶ τȣ̃ κτ̓ σȣ̃ ἐμακρολόγησα. ἐφλυάρησα.

Καληθλημένων. ἐγγεγυμνασμένων. Ἄγων̓ ἐν τ̓ ἐπιλέκτων καὶ καληθλημένων ἐν τοῖς πολέμοις στρατιωτῶν τέσσαρα τάγματα εἶλκε.

Κατήκοι. ἀκροαταί. Ὦ μέγιστε Θεῶν, καὶ τ̓ σῶν κατήκοε θεραπόντων. Καὶ αὖθις. Οἱ δὲ μ̓ ταῦτα ἐγένοντο κατήκοοι.

Κατηκόντισε. Τῆς Λυσίȣ ψυχῆς κατηκόντισε.

Κατῆλιφα. μεσόδμην. [1] Ἀριστοφάνης. Ἐπὶ τ̓ κατῆλιφ' εὐθὺς ἀνεπηδήσαμεν.

Κατηλοημένη. συντεθλιμμένη.

Κατηλωκυῖα. κρατηθεῖσα.

Κατήλυσιν. ἐπέλευσιν. κάθοδον. [3] Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἐρημαίην ἦλθεν ὑπὸ σπιλάδα.

Κατήλυσις. ἡ πόρνη.

Κατημαεισμένας. [4] ἐπὶ τ̓ λείας ἐχρήσατο Σοφοκλῆς. καὶ ἔστιν ἄκυρον. τὸ γδ σκυλεύειν ἐναρίζειν. ὅτι τὰ ἔναρα σκῦλα, παρὰ τὸ ἀρήγειν, καὶ ἐντὸς αὐτῶν εἶναι ἡμᾶς. καὶ τὸ [5] παρ' Ὁμήρῳ τοιȣ̃το·

Ἤτοι βέλτερόν ἐστι κατ' ὄρεα θῆρας ἐναίρειν.

πῶς [6] γδ οἷόν τε ἐστὶ σκυλεύειν τοὺς λέοντας, εἰ μὴ εἴη καὶ ἐπὶ τ̓ ἀλόγων ζώων τὸ σκυλεύειν; Καλλίμαχος ἐπὶ τ̓ λεοντείȣ δορᾶς.

——Τὸ δὲ σκύλος ἀνδρὶ καλύπτρη

Γιγνόμενον νιφετȣ̃, καὶ βελέων ἔρυμα.

Κατηονᾶτο. [7] ἐλȣ́ετο.

Καληῤῥάχθη. ἔπεσε. περιετράπη. Ἐπιῤῥήγνυται βροντῇ βιαιοτάτῃ, καὶ τὸ πανδοχεῖον κατηῤῥάχθη.

Κατηργηκέναι. ἀνενέργητον εἶναι. Τὸν [8] δὲ καθήμενον περὶ τὰ Τύανα κατηργηκέναι καὶ καταπροΐεσθαι τοὺς καιρούς.

Κατῄρει. κατελάμβανε.

Κατῆρε. κατέπλευσε.

Κατηρεφέα. κατεστεγασμένα. [9] Μέλλουσι γδ ἐνταῦθά σε πέμψειν, ἔνθα μήποτ' ἡλίȣ φέγγος προσόψει,

Καλήγορῶ σε. Genitivo junctum significat, accuso te. Accusativo vero, indico, manifestum facio. Lepus lustrum suum prodit.

Κατῄδεσαν. Dedecorarunt. Pudore affecerunt.

Καληδολέσχησά σε. Multa verba contra te deblateravi & effutivi.

Καληθλημένων. Exercitatorum. *Militum delectorum & in rebus bellicis exercitatorum integras quatuor legiones adducentes.*

Κατήκοι. Auditor. Qui audis. *O maxime Deorum, qui servos tuos audis.* Et iterum: *Illi vero postea dicto audientes fuerunt.*

Κατηκόντισε. *Adversus Lysiæ animam jaculum direxit.*

Κατῆλιφα. Mediam domus trabem. [Vel, scalam.] Aristophanes: *Scalam celeriter conscendimus.*

Κατηλοημένη. Contusa. Contrita.

Κατηλωκυῖα. Capta. Comprehensa.

Κατήλυσιν. Descensum. Adventum. *Nivem hyeme cadentem* [*fugiens*] *desertam subiit rupem.*

Κατήλυσις. Meretrix.

Κατημαεισμένας. Sophocles hac voce de cæde pecudum improprie usus est. Nam τὸ ἐναρίζειν proprie significat spoliare: quia τὰ ἔναρα sunt spolia; ita dicta, quod nobis apta sint, vel quod corpus nostrum sit intra ea. Simile huic est illud apud Homerum: *Profecto satius est in montibus feras occidere.* Quomodo enim de leonibus dici potest σκυλεύειν, nisi etiam vox illa de brutis animalibus adhibeatur? Callimachus voce σκύλος de pelle leonina usus est. *Spolium* [*leonis*] *tegumentum ipsi fuit adversus nivem, & munimentum adversus tela.*

Κατηονᾶτο. Lavabatur.

Κατηῤῥάχθη. Cecidit. Eversum est. *Fulmine cum maximo impetu & fragore delato caupona corruit.*

Κατηργηκέναι. Otiosum esse. *Illum autem ad Tyana sedentem tempus otio trivisse, & rei bene gerendæ occasiones neglexisse.*

Κατῄρει. Comprehendebat.

Κατῆρε. In portum appulit.

Κατηρεφέα. Tecta. Clausa. Sophocles: *Statuerunt enim te eo mittere, ubi lucem Solis*

1 Καλήγορῶ σε. γενικῇ. κατηγορεῖ δὲ, τὸ δεικν.] Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem* pag. 54. Κατηγορῶ σε ἀγαθὰ ἢ φαῦλα, ἀντὶ τȣ̃ λέγω εἰς αἰτιατικήν. Κατηγορῶ δὲ, τὸ παρεισάγω καὶ δεικνύειν, μετ̓ αἰτιατικῆς μόνης λέγε.

2 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 239. (153. Ed. Bas. P.)

3 Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἐρημ.] Locus hic est mutilus, qui ex Anthologia Epigrammatum ineditorum, unde eum deprompsit Suidas, sic suppleri debet:

Χειμερίην νιφετοῖο κατήλυσιν ἡνίκ' ἀλύξας
Γάλλος ἐρημαίην ἦλυθ' ὑπὸ σπιλάδα.

Vide supra v. Ἥρεσεν, ubi Epigramma illud integrum exhibemus.

4 Κατημαεισμένας. ἐπὶ τ̓ λείας ἐχρ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Enarratore Sophoclis ad Ajacem pag. 3. ut Portus etiam monuit.

5 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. Φ. v. 485.

6 Πῶς γδ οἷόν τε ἐστὶ σκυλεύειν τοὺς λέοντας, εἰ μὴ εἴη καὶ ἐπὶ τ̓ ἀλόγων ζώων τὸ σκ.] Hæc verba cum præcedentibus non cohærent, quæ proinde collocanda puto post fragmentum Callimachi, quod Suidas statim subjungit.

7 Κατηονᾶτο] Sic recte habent MSS. Paris. cujus loco in prioribus Editt. vitiose legitur κατηνιᾶτο. Est autem κατηονᾶτο, a καταιονάω, quod significat perfundo, aspergo, ut Lexica vulgata docent. Vide etiam supra v. Καλαιονῶσι.

8 Τὸν δὲ καθήμενον περὶ τὰ Θύανα] Fragmentum hoc ad Polybium refert Valesius.

9 Μέλλουσι γδ ἐνταῦθά σε πέμψειν] Totus hic locus apud Sophoclem in *Electra* pag. 99. sic legitur & distinguitur:

Μέλλουσι γάρ σ', εἰ τῶνδε μὴ λήξεις γόων,
Ἐνταῦθα πέμψειν, ἔνθα μήποτ' ἡλίου
Φέγγος προσόψει, ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ
Στέγῃ, χθονὸς τῆσδ' ἐκτὸς ὑμνήσεις κακά.

Locum hunc Sophoclis in Editione sua indicaverat etiam Portus.

ζῶσα

ζῶσα δ' ἐν κατηρεφεῖ στέγῃ, χθονὸς τῆσδ' ὑμνήσεις κακά. Σοφοκλῆς.

Κατηρέψασθε. [1] Ἀριστοφάνης·

Ὡς εὖ κατηρέψασθε, καὶ νουβυστικῶς.

τουτέστι, νουνεχῶς ἐσκεπάσθητε.

Κατηρτίσω. ἐτελείωσας.

Κατηρτυκότα. [2] γνώμονα ἔλεγον, τὸν βαλλόμενον ὀδόντα τῷ ὄνῳ, δι' οὗ τὰς ἡλικίας ἐξήταζον.

Κάττης. κάττου. ὁ κατοικίδιος αἴλουρος.

Κατησφαλίσθαι.

Κατῃσχυμμένος.

Κατηύχοντο. κατηρῶντο. [3] Κατηύχοντό τε τοὺς ταῦτα δράσαντας, [4] ἀχώρους τε καὶ ἀτάφους κυσὶ καὶ ὄρνισιν ἐκριφῆναι, καὶ τὰς ψυχὰς αὐτῶν μὴ ὑποδέξασθαι σὺν εὐμενείᾳ.

Κατήφεια. σκυθρωπότης. καὶ Κατηφὴς, σκυθρωπός.

Κατηφόνες. στυγνοὶ, ἢ ἀναίσχυντοι.

Κατήχθη. ἐς τὴν πατρίδα ἐπανῆκε. Κατήχθη τε γὰρ ὁ Ἀντίπατρος, καὶ ἔτυχε γάμου περιφανοῦς καὶ πλούτου, καὶ παῖδας ἔσχε, καὶ ἐς γῆρας ἀφίκετο εὔποτμόν τε καὶ ἀξιόζηλον.

Κατηχθημένος. βεβαρημένος.

Κατηχῶν. αἰτιατικῇ. προτρεπόμενος. παραινῶν. Πισίδης·

Κρατῶν ἐνὶ μάχαις, καὶ κατηχῶν ἐν μάχαις.

Κατηχῶ δὲ, ἀντὶ τοῦ ἠχῶ, γενικῇ. Κατηχεῖ τῶν πόρων. καὶ, κατήχησε τῆς οἰκίας.

Κατ' ἰδίαν. ἰδίως.

Κάττιδος, καὶ Καττιδιανός. ὀνόματα κύρια.

Κάτιμεν. κατερχόμεθα.

Κατ' ἴσον αὐτῷ μεμηνώς. ἐπίσης.

Κατισχυμένος. κεκρατημένος.

Κατισχνάνθη. ἐξηράνθη. ἐλεπτύνθη.

Κατισχναίνει. καταλεπτύνει.

Κατ' ἴχνος. κατὰ πόδας.

Κατολισθαινόντων. [5] κινουμένων. ἐμπιπτόντων. Τῶν δὲ Ῥωμαίων κατολισθαινόντων ἐς δάκρυα, καὶ περιαλγούντων ἐπὶ τῷ πάθει. Καὶ αὖθις· Κλεοπάτρα, εἰς ἣν κατωλισθαίνει τῶν [6] Πτολεμαίων ἡ διαδοχή.

Κατομνύς. ἐμπεδῶν. βεβαιῶν. Προστίθεται δὲ καὶ ὅρκον, τῆς ἐμῆς κατομνὺς κεφαλῆς, ἣν πολλὰ ἐφίλει.

Κατομόσαι. [7] Ἀπὸ μόνου γε τοῦ τὸν Θεὸν κατομόσαι.

Κατ' ὄναρ οὐ χρὴ λέγειν· βάρβαρον γὰρ παντελῶς· ἀλλὰ ὄναρ, καὶ κατὰ τοὺς ὕπνους, καὶ ἐν ὕπνοις.

K A

nunquam aspicies, sed in loco undique clauso vivens terræ hujus mala deflebis.

Κατηρέψασθε. Tectæ estis. Aristophanes: *Quam bene & provide tectæ estis.*

Κατηρτίσω. Perfecisti.

Κατηρτυκότα. Sic vocabant dentem, quem asinus emittit, cujus indicio ætas ejus cognoscebatur.

Κάττης. Felis domesticus.

Κατησφαλίσθαι. Munitum esse.

Κατῃσχυμμένος. Pudore affectus.

Κατηύχοντο. Imprecabantur. *Et illis, qui hæc fecerant, imprecati sunt, ut immatura morte defuncti & insepulti canibus alitibusque projicerentur, nec [Pluto] animas ipsorum benigne susciperet.*

Κατήφεια. Tristitia in vultu eminens. Et κατηφὴς, tristis, mœstus.

Κατηφόνες. Tristes. Vel, impudentes.

Κατήχθη. In patriam rediit. *Antipater enim in patriam reversus uxorem illustri genere natam & divitem duxit, liberisque ex ea susceptis vitam felicem & beatam ad seram usque senectutem produxit.*

Κατηχθημένος. Gravatus. Oneratus.

Κατηχῶν. Accusativo jungitur. Incitans. Adhortans. Pisides: *Vincens in prœliis, & [milites propria voce] in prœliis adhortans.* Κατηχῶ vero, cum significat resono, genitivum adsciscit. Ut, resonat per poros. Per domum personuit.

Κατ' ἰδίαν. Privatim.

Κάττιδος, & Καττιδιανός. Nomina propria.

Κάτιμεν. Descendimus.

Κατ' ἴσον αὐτῷ μεμ. Æque furens ac ille.

Κατισχυμένος. Vi victus.

Κατισχνάνθη. Attenuatus est. Exsiccatus est.

Κατισχναίνει. Extenuat.

Κατ' ἴχνος. Per vestigium. E vestigio.

Κατολισθαινόντων. Motorum. Incidentium. *Romanis autem in lacrymas prorumpentibus, & ob illam cladem graviter dolentibus.* Et iterum: *Cleopatra, ad quam successio Ptolemæorum devolvitur.*

Κατομνύς. Sancte jurans. Jurejurando confirmans. *Addidit & jusjurandum, per meum caput jurans, quod ipsi longe erat charissimum.*

Κατομόσαι. Dejerare. *Hoc solo tantum [philosophos se ostendunt, quod more Platonico] Deos jurando aliquid affirment vel negent.*

Κατ' ὄναρ. Non oportet dicere κατ' ὄναρ; quod omnino barbarum est: sed ὄναρ, & κατὰ τοὺς ὕπνους, & ἐν ὕπνοις, i. e. in somnis.

1 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 524. (358. Ed. Bas. P.)

2 Κατηρτυκότα] Vide quæ de hac voce disputavimus supra v. Ἀβολήτωρ.

3 Κατηύχοντό τε τοὺς ταῦτα δρ.] Fragmentum hoc esse Æliani patet ex voce Ἐπαρτέντες, qui locus cum hoc conferendus est.

4 Ἀχώρους] Forte legendum est ἀώρους, i. e. immatura morte defunctos.

5 Κινουμένων] Ut hæc interpretatio locum habeat, præcedere debet κατολισθαινόντων ἐς δάκρυα. Sic enim a consequenti expositio hæc vera esse potest; quoniam illi, qui miseratione moventur, lacrymari solent. Certe soli voci κατολισθαινόντων interpretationem illam respondere non posse manifestum est. Suidam autem, cum hæc scriberet, in animo habuisse τὸ κατολισθαινόντων ἐς δάκρυα, ex exemplo, quod subjungitur, patet.

6 Πτολεμαίων] Sic recte habet MS. Paris. A. In reliquis vero MSS. Paris. itemque in omnibus Editt. præcedentibus male legitur πολεμίων.

7 Ἀπὸ μόνου γε τοῦ τὸν Θεὸν κατομόσαι ἢ ἀπομόσαι] Sensus hujus loci est mutilus, quem in versione supplevi ex Synesio, a quo verba ista Suidas mutuatus est. Vide eum epist. CLIII. pag. 291.

‡

Κατό-

Κατόπιν. μετὰ ταῦτα. ἀπὸ [1] τοῦ ὄπισθεν εἶναι. Ἀλλὰ κατόπιν ἧκε τοῦ καιροῦ. οὐ γὰρ οἷός τε ἐγένετο τοῦτο διανύσαι ἐς τέλεον. † Γίνεται κατόπιν τὸ Ῥωμαϊκὸν τῆς προτέρας εὐκλείας διαγωνίζεσθαι. Καὶ, τοῦ καλοῦ καὶ τῆς ἀρετῆς κατόπιν τίθεσθαι πάντα.

Κατόπτης. ἐπιτηρητής. Ἀλλά τις ἴτω κατόπτης ἀπαγγελίαν ἡμῖν σαφῆ τῶν ἐνεστηκότων ποιησόμενος.

Κατοργᾷν. ὑπερακμάζειν.

Κατ' ὄρεσφιν. ἐν τοῖς ὄρεσι.

Κατορώρυκται. κατακέχωσται.

Κατορυκτός. τόπος.

Κατ' ὀρφναίαν. τὴν σκοτεινήν.

Κατορχοῦμαι. [2] γενικῇ.

Κατουδαίους. ἐστὶν ἐν τῷ ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες.

Κατουλάς. [3] ἡ σκοτεινὴ νύξ· διὰ τὸ ὀλοὴν αὐτὴν εἶναι. οἷον,

Νὺξ [4] ἐφόβει, τήνπερ τε κατουλάδα κικλήσκουσι.

Κατ' οὐράν. κατόπισθεν. ἐκ τῶν ὀπίσω.

Κατουρῶσαν. οὐρίῳ ἀνέμῳ [5] χρησαμένην. [6] Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος, ἐπαράμενοι τοὺς ἱστοὺς, κατουρῶσαν ἀπεχώρει.

Κατοφρυῶ. γενικῇ.

Κάτοχος. κεκρατημένος. [7] Κάτοχος ἤδη τῷ πόθῳ τούτου γεγενημένη, καὶ διαφανὴς ἐρωτόληπτος οὖσα, οὐδὲν ἔτι κώλυμα ἔβλεπε.

Κάτω. ἐπίρρημα τοπικόν.

Κατώγεον. ἐπὶ θηλυκοῦ καὶ ἀρσενικοῦ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, καὶ ω μεγάλου, ὁ ἀνώγεως, καὶ ἡ ἀνώγεως. καὶ τὸ ἀνώγεων.

Κάτωθε. χωρὶς τοῦ ν παρὰ Δωριεῦσι. καὶ Πίνδαρος· [8] Ἄγρόθε γὰρ νέμομαι παρὰ Χαρικλοῦς καὶ Φιλύρας.

Κατωθούμενος. ἀνατρεπόμενος.

Κατωκάρα. οἱ Ἀττικοὶ ὑφ' ἓν ἀναγινώσκουσι. [9] Πίνδαρος· Οἱ μὲν κατωκάρα δεσμοῖσι δέδενται. [10] Ἀγαθίας· Οἱ δὲ ἐκ τοῦ πρανοῦς [11] ὑποφερόμενοι, καὶ ἐς τὴν θάλατταν κατωκάρα ἐμπίπτοντες ἀπώλοντο. καὶ

Κατόπιν. Postea. [Pone. A tergo. Dicta est vox ista] ab ὄπισθεν ἰέναι, quod pone vel a tergo ire significat. *Sed post tempus venit. Neque enim rem perficere prorsus potuit.* † *Romani pristinam gloriam fortitudinis bellicæ amiserunt.* Et, honestati & virtuti omnia postponere.

Κατόπτης. Speculator. Explorator. *Sed eat aliquis explorator, qui certum de præsenti rerum statu nuntium afferat.*

Καλοργᾷν. Valde vigere.

Κατ' ὄρεσφιν. In montibus.

Κατορώρυκται. Humi defossum est. Terra obrutum est.

Κατορυκτός. Defossus. Dicitur aliquando de loco.

Κατ' ὀρφναίαν. Per obscuram [noctem.]

Κατορχοῦμαι. Insulto. Genitivo jungitur.

Κατουδαίους. Subterraneos. Quære in v. Ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες.

Κατουλάς. Nox obscura: sic dicta, quod sit perniciosa. Ut, *Nox obscura eos terrebat, quam* κατουλάδα *vocant.*

Κατ' οὐράν. A cauda. A tergo.

Κατουρῶσαν. Secundo vento utens. *Reliqua vero multitudo velis explicatis & vento secundo adspirante discessit.*

Κατοφρυῶ. Genitivo jungitur. Supercilium adversus aliquem tollo.

Κάτοχος. Correptus. Captus. *Cum vero amore hujus palam capta jam esset, nullum amplius impedimentum videbat.*

Κάτω. Infra. Adverbium loci.

Κατώγεον. [Per ει scribitur.] At ἀνώγεως, tam in masculino & fœminino, quam neutro ἀνώγεων, per ε & ω.

Κάτωθε. Inferne. Sine ν apud Dorienses scribitur: [ut ἀγρόθε.] Pindarus: *Rure venio a Chariclone & Philyra.*

Κατωθούμενος. Deturbatus. Præcipitatus.

Κατωκάρα. [In caput. Vel, capite deorsum vergente.] Attici una voce legunt κατωκάρα. Pindarus: *Illi vinculis ita constringebantur, ut caput deorsum penderet.* Agathias: *Illi vero in præceps delati, pronique in mare provo-*

1 Ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἶναι] In Lexico Photii inedito rectius legitur, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν ἰέναι.

2 Κατορχοῦμαι] Vide infra v. Κατορχήσονται.

3 Κατουλάς] De hac voce adscribam quæ habet Photius in Lexico inedito: Κατουλάδα. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ·

Ἐπεύχομαι δὲ νυκτὶ τῇ κατουλάδι.

Τὴν κατίλλουσαν καὶ κατείργουσαν. καὶ ἐξώλης δίκη, ἡ ἐξείργουσα. Οἱ δὲ, τῇ πανωλέθρῳ ἰσομένη τοῖς Ἕλλησιν. Οὖλον γὰρ τὸ ὀλέθριον· καὶ ἡ κατὰ συστολὴν αὔξησιν ἔχει. ἡ ζοφώδη, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σῶμα γινομένης οὐλῆς. μελάντερας γάρ. ἡ κατειλάδας ἔχουσαν καὶ συστροφὰς ἀνέμων. Εἰλάδειν γὰρ (lege εἴλλειν, vel ἴλλειν) τὸ συστρέφειν. Ὅμηρος. Locum hunc dignum judicavi, quem cum Lectore communicarem, tum propter fragmentum Sophoclis, quod nusquam alibi tam integrum exstat; tum quia ex eo emendari potest Enarrator Apollonii Rhod. ad lib. IV. v. 1695. qui idem fragmentum Sophoclis, quamvis mutilum, adducens, fabulam *Naupactus* pro *Nauplius* laudat. Verba ejus hæc sunt: Κατουλάδα. σκοτεινὴ νὺξ κατουλὰς λέγεται· παρὰ τὸ ὀλοόν. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπάκτῳ· Νυκτὶ κατουλάδι. Diligentissimus Meursius loci hujus auctoritate adductus inter fabulas Sophoclis *Naupactum* etiam recenset. Sed cum fabulæ ejus nusquam alibi apud veteres exstet mentio, *Nauplium* vero Sophoclis plures scriptores laudent; potior hic est apud me auctoritas Photii, ex quo proinde Scholiastam Apollonii emendandum, & *Naupactum* ex censu fabularum Sophoclis expungendam esse censeo.

4 Νὺξ ἐφόβει, τήνπερ τε κατ.] Versus hic legitur apud Apollonium Rhodium lib. IV. v. 1695. ut Portus etiam observavit.

5 Χρησαμένην] Ut interpretatio respondeat capiti articuli, scribendum est χρησάμενον, quoniam τὸ κατουρῶσαν est generis neutrius, a masculino κατουρώσας, ut Portus etiam monuit.

6 Τὸ δὲ λοιπὸν πλῆθος ἐπαράμενοι τοὺς ἱσ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. I. cap. LXI. ut Jacobus Gronovius observavit.

7 Κάτοχος ἤδη τῷ πόθῳ τούτου γεγ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. I.

8 Ἀγρόθε γὰρ νέμομαι π.] Fragmentum hoc ideo ad vocem κάτωθε Suidas retulit, quoniam τὸ ἀγρόθε apud Dorienses sine ν scribitur, perinde ut κάτωθε.

9 Πίνδαρος] Existimo nomen hoc a librario aliquo temere in textum intrusum esse, quoniam quæ sequuntur haud sane Pindaricum quid spirant, sed videntur esse verba scriptoris cujusdam prosaici.

10 Ἀγαθίας] Lib. II. pag. 37.

11 Ὑποφερόμενοι] Sic recte habent MSS. Paris. & Agathias loco laudato. At in prioribus Editt. corrupte & nullo sensu legitur ὑποφανόμενοι.

[1] Ἀριστοφάνης· Εἶτ' ἐκ ποδῶν κατωκάρα κρέμαιτο. ἀντὶ τοῦ ἐπὶ κεφαλῆς. τὸ γὰρ ἐπὶ κεφαλῆς πεσεῖν κατωκάρα λέγεται παρ' Ἀττικοῖς, οὐ διῃρημένως, ἀλλ' ὑφ' ἕν. καὶ αὖθις [2] Ἀριστοφάνης· Κατωκάρα ῥίψας με βουκολήσεται. περὶ κανθάρου λέγων.

Κατῳκοδόμησεν. [3] Ἰσαῖος ἀντὶ τοῦ κατέκλεισεν εἰς οἴκημα, καὶ ἀπέκτεινε.

Κατώλισθον. κατέπεσον.

Κατωμαδόν. κατὰ τῶν ὤμων. [4] Ἰώσηπος· Ὁ δὲ Σαμψὼν ἀράμενος τὰς πύλας καὶ τὰς φλιὰς κατωμαδὸν εἰς τὸ ὄρος φέρων κατατίθησι.

Κάτων, [5] στρατηγὸς Ῥωμαίων· ὃς νέος μὲν ἦν πάμπαν ἔτι, αὐστηρὸς δὲ καὶ φιλόπονος, συνέσει τε γνώμης καὶ δεινότητι λόγων ἀριπρεπής, ὥστε αὐτὸν ἐπὶ τοῖς λόγοις ἐκάλουν οἱ Ῥωμαῖοι Δημοσθένην, πυνθανόμενοι τὸν ἄριστον ἐν τοῖς Ἕλλησι ῥήτορα γενέσθαι Δημοσθένην. † [6] Λέγεται Κάτωνα τὸν πρεσβύτερον, ἐρομένου τινός, ἣν ἔχει γνώμην περὶ τῶν ἐν Καρχηδόνι πραγμάτων καὶ περὶ τοῦ Σκιπίωνος, εἰπεῖν

Οἶος [7] πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι.

Κατωνάκαι. [8] ἱμάτιόν ἐστιν ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος, τουτέστι διφθέραν, περιερραμμένον. δοκοῦσι δὲ ἀμφιέσαι τοῦτο, τῶν τυράννων ἐπαναγκασάντων τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ οἱ πολῖται. μέχρι γὰρ τῶν γονάτων ἦν δήκων. [9] Ἀριστοφάνης·

Οὐκ [10] ἴσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ
Κατωνάκας φοροῦντας, ἐλθόντες δορὶ
Πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν,
Πολλοὺς [11] δ' ἑταίρους Ἱππίου καὶ ξυμμάχους.

καὶ γὰρ καὶ τῶν Θετταλῶν οἱ πλεῖστοι ἐβοήθουν Ἱππίᾳ.

Κατωνάκης. δουλικὸς καὶ ἀνελεύθερος χιτών.

Κατωνάκῃ [12] τὸν χοῖρον ἀποπεπτιλμένας.

τὰς δούλας φησί.

Κατώρης. ὄνομα κυρίου.

Κατωρχήσαντο. κατεχάρησαν. ἔπαιξαν.

Κατωφαγᾶς. [13] ὁ καταφαγᾶς. κωμῳδεῖται δὲ ὡς πολυφάγος ὁ Κλεώνυμος, ὅτι κάτω νεύων ἔτρωγε. Κατωφαγᾶς δὲ ὄρνεόν ἐστιν, οὕτω καλούμενον, ὀρύσσον τὰ σπέρματα. καὶ ὅτε μὲν βαρύνεται, ἐστὶν ἐπίθετον· ὅτε δὲ περισπᾶται, κύριον. ἴσως δὲ ἀπὸ τοῦ καταφαγεῖν.

luti perierunt. Et Aristophanes: *Si ex pedibus suspendatur, capite terram spectante.* Nam pronum in caput cadere Attici vocant κατωκάρα; idque non duabus sed una voce apud eos scribitur. Et iterum Aristophanes: *Fallens me in caput præcipitem dabit.*

Κατῳκοδόμησεν. Parietibus struxit, & sic necavit. Isæus.

Κατώλισθον. Deciderunt.

Κατωμαδόν. In humeris. Vel, in humeros. Josephus: *Sampson vero portas & postes in humeros sublata in montem portavit, ibique deposuit.*

Κάτων. Cato, imperator exercitus apud Romanos, juvenis quidem admodum erat, sed severus, & laboris patiens, tantaque prudentia & eloquentia præditus, ut a Romanis vocaretur Demosthenes, qui intellexissent, oratorum Græcorum præstantissimum fuisse Demosthenem. † Cato major interroganti cuidam, quid de rebus Carthaginensium & Scipione sentiret, respondisse fertur: *Solus sapit, reliqui vero ut umbræ vagantur.*

Κατωνάκαι. Catonaca est vestis, cui in parte ima νάκος, i. e. pellis caprina vel ovilla assuta est. Videntur autem Athenienses a tyrannis coacti vestem hanc gestasse, ne propter ejus vilitatem cives in urbem redirent. Nam ad genua usque pertinebat. Aristophanes: *An nescitis illud tempus, Athenienses, quo, cum catonacas gestaretis, Lacedæmonii armis virisque opem vobis ferentes, multis Thessalis Hippiæque sociis occisis,* [*a tyrannorum jugo vos liberarunt?*] Plerique enim Thessalorum Hippiæ opem ferebant.

Κατωνάκης. Servilis tunica. *Catonaca pudendum depilatum habentes.* Servas intelligit [Aristophanes.]

Κατώρης. Nomen proprium.

Κατωρχήσαντο. Insultarunt. Illuserunt.

Κατωφαγᾶς. Vorax. Cleonymum sic vocat Aristophanes, comice eum perstringens, ut hominem voracem & gulosum, quia capite inclinato comedere solebat. Κατωφαγᾶς etiam est avis quædam sic appellata, quæ semina [rostro] effodit. Κατωφαγᾶς autem, cum habet gravem, est epithetum: at cum circumflectitur est nomen proprium. Forte autem [τὸ κατωφαγᾶς dictum est a verbo] καταφαγεῖν.

Κατοικιδίους. τοὺς ἐπ' οἴκου ὄντας. Κατοικιδίους δέ,

Κατοικιδίους. Domi desidentes. *Homines do-*

1 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 416. (298. Ed. Bas. *P.*)
2 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 634. (439. Ed. Bas. *P.*)
3 Κατῳκοδόμησεν. Ἰσαῖος ἀντὶ τοῦ κατ.] Ex Harpocratione. Vide etiam supra v. Ἐγκατῳκοδόμησε.
4 Ἰώσηπος] *Antiquit. Jud.* lib. v. cap. x.
5 Κάτων, στρατηγὸς Ῥωμαίων· ὃς νέος μὲν ἦν π. —— γενέσθαι Δημοσθένην] Hæc sunt verba Appiani *Iber.* pag. 464. 465. (276. Edit. Henr. Steph.)
6 Λέγεται Κάτωνα τὸν πρεσβ.] Confer cum hoc loco ea, quæ leguntur apud Suidam supra v. Ἀΐσσει.
7 Οἶος πέπνυται, τοὶ δὲ σκ.] Est notissimus versus Homeri de Tiresia Od. K. v. 495.
8 Κατωνάκαι. ἱμάτ. —— περιερραμμένον] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ecclesiaz.* pag. 746.
9 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 906. (567. Ed. Bas. *P.*)
10 Οὐκ ἴσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκ.] Historiam, ad quam Aristophanes hic respicit, narrat Herodotus lib. v. pag. 195. qui omnino cum hoc loco conferendus est.
11 Πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου] Apud Aristophanem hodie male legitur πολλοὺς δ' ἱππέας ἱππίας; qui proinde ex hoc loco Suidæ emendandus est.
12 Κατωνάκῃ τὸν χοῖρον ἀποπεπτ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Ecclesiaz.* pag. 746. (501. Ed. Bas. *P.*)
13 Κατωφαγᾶς. ὁ καταφαγᾶς. κωμῳδεῖται δὲ ὡς πολ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Avibus* pag. 554. (379. Ed. Bas. *P.*)
Ἔστι γὰρ κατωφαγᾶς τις ἄλλος ἢ Κλεώνυμος;
Vide ibi veterem Enarratorem.

καὶ σχολαίους, καὶ ἥττον ὡμιληκότας τοῖς πολέμοις.

Κατοικτίζετο. οἴκτου τυχεῖν ἠξίου, ἢ ἐλέους κυρῆσαι. [1] Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων καταστὰς κατοικτίζετο. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ τῇ φωνῇ κατοικτιζόμενος ἐλεῆσαι σφᾶς παρεκάλει.

Κατοιμώξας. καταμεμψάμενος. Πολύβιος· Καὶ πολλὰ μὲν αὐτὸν κατοιμώξας, ὅτι παρὰ μικρὸν ἔλθοι τοῦ λαβεῖν τὸν Ἄτταλον ὑποχείριον. ἢ καταιτιασάμενος, οἴμοι λέγων.

Κατοιόμενος. ὀνομάζων ἑαυτὸν μέγαν, καὶ φυσῶν ὑπερηφάνως.

Κάτοισθα. γινώσκεις. ἐπίστασαι. [2] Σοφοκλῆς·

——Οὐ κάτοισθ', ἐγὼ θεοῖς
Ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι;

τουτέστιν, οὐκ ἐν τούτῳ εἰμὶ, ὥστε ὀφείλειν τοὺς θεοὺς ἐπαρκεῖν μοι, διὰ τὸ μὴ παρέλκεσθαι τοῦ ζῆν. ἢ οὐκέτι τοῖς θεοῖς ὀφείλω ἐγὼ ἐπαρκεῖν· ἀντὶ τοῦ, οὐδὲν ἐπὶ τιμῇ πράττειν τῶν θεῶν.

Κατοιχομένου. νεκροῦ. τεθνεῶτος.

Καττύεται. ἀντὶ τοῦ συντίθεται. ῥάπτεται. [3] Ἀριστοφάνης·

Οἶδ' ἐγὼ τὸ πρᾶγμα τοῦθ' ὅθεν πάλαι καττύεται.

ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ὑποδημάτων.

Καττύει. εὐτρεπίζει. συρράπτει. [4] Τὸν δὲ Βαράμ τεσσαράκοντα χιλιάσι καττύειν τὸν πόλεμον ἔλεγον. Καττύω, καὶ τὸ δόλους ῥάπτω.

Κάττυμα. ἀπάτη. δόλος. [5] Ἀριστοφάνης· Ὃν ἐγὼ κατατεμῶ τοῖς ἱππεῦσί ποτε ἐς καττύματα. Καττύματα δέ εἰσι δέρματά τινα ἰσχυρὰ καὶ σκληρὰ, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλονται.

Καυδώ. νῆσος πλησίον Κρήτης, ἔνθα μέγιστοι ὄναγροι γίνονται.

Καύθωνος. τοῦ μαλθακοῦ.

Καυκίον παρ' ἡμῖν· κύλιξ δὲ παρὰ τοῖς σοφοῖς.

Καύκωνες. ὄνομα ἔθνους. Ἐγγὺς δὲ τοὺς ἐπιβουλεύοντας εἶναι Καύκωνάς τε καὶ Λέλεγας Ὁμηρικούς· Πελασγοὺς δὲ οὐδαμοῦ, οὐδὲ Δίους. εἰρήσθω γὰρ ἐν καιρῷ ἐμοὶ τόδε.

Καυλός. τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος.

Καυλῶ. καυλήσω. ἐκκεκαυληκότα τῶν λαχάνων.

Καυλωνία. χώρα.

Καυνάκης. [6] ὁ ἀγών· ἢ εἶδος ἱματίου, ὅπερ καὶ Περσίδα καλοῦσιν. οἱ δὲ σισύραν Θυμαιτίδα, ὅπερ ἔοικε

mi semper desidentes, & otiosos, & bellis minime assuetos.

Κατοικτίζετο. Aliorum misericordiam implorabat. Flebili oratione calamitates suas deplorabat. *Ille vero ad magistratus Babyloniorum adductus, calamitatem suam deflens, misericordiam eorum implorabat.* Et iterum: *Ille vero conditionem suam deplorans eos orabat, ut sui misererentur.*

Κατοιμώξας. Qui de aliquo conquestus est. Polybius: *Cum autem valde de eo conquestus esset, quod Attalum propemodum in potestatem suam redegisset.* Vel, qui aliquem incusavit, hei mihi dicens.

Κατοιόμενος. De se magnifice sentiens. Fastu se inflans.

Κάτοισθα. Cognoscis. Scis. Sophocles: *Nescisne, me nullius rei nomine Diis amplius esse obligatum.* Id est, non est is rerum mearum status, ut auxilium Deorum amplius requiram, quoniam diu superstes non ero. Vel, nihil amplius Diis præstare, nec quidquam in eorum honorem facere teneor.

Κατοιχομένου. Mortui. Defuncti.

Καττύεται. Componitur. Consuitur. Concinnatur. Aristophanes: *Novi ego, unde ista hæc consuta sint jamdudum omnia.* Translatio ducta est a calceis.

Καττύει. Parat. Suit. Consuit. *Dicebant autem Varamum cum quadraginta millibus hominum parare bellum.* Καττύω item significat, dolos struo.

Κάττυμα. Fraus. Dolus. [Item, soleæ.] Aristophanes: *Quem ego Equitibus dabo secandum in soleas.* Καττύματα enim sunt coria crassiora & duriora, quæ sandaliis aliisque calceis subjiciuntur.

Καυδώ. Caudo, insula prope Cretam, in qua maximi onagri nascuntur.

Καύθωνος. Mollis.

Καυκίον. Sic apud nos vocatur, quod ab eruditis dicitur κύλιξ, calix.

Καύκωνες. Caucones, nomen gentis. *Dicebant autem prope esse Cauconas & Lelegas Homericos, qui ipsis insidiarentur: Pelasgos vero vel Dios nusquam esse. Hoc enim tempestive a me dictum esto.*

Καυλός. Extrema hastæ pars.

Καυλῶ. Caulem emitto. Et ἐκκεκαυληκότα τῶν λαχάνων dicuntur olera, quæ caulem emiserunt: vel contra, amiserunt.

Καυλωνία. Caulonia, regio.

Καυνάκης. Certamen. Vel, genus vestis, quam & Persidem vocant. Alii vero [sic appellant]

1 Ὁ δὲ ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων καταστὰς κατ.] Hæc sunt verba Herodoti de Zopyro lib. III. pag. 138. ut Portus monuit.

2 Σοφοκλῆς] In *Aiace* pag. 35. Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

3 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 305. (206. Ed. Bas. *P.*)

4 Τὸν δὲ Βαράμ τεσσαρ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Theophylacto Simocatta.

5 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 386. (274. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam supra v. Κατατεμῶ.

6 Καυνάκης. ὁ ἀγών· ἢ εἶδος ἱματίου, ὅπερ καὶ Περσ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 512. (352. Ed. Bas. *P.*)

Μορύχου σάγματι. σάγμα δὲ, ἡ θήκη τοῦ ὅπλου.

Καύνιος [1] ἔρως. ἐπὶ τῶν μὴ κατορθουμένων ἐπιθυμιῶν. Καῦνος γὰρ καὶ Βύβλις ἀδελφοὶ ἐδυστύχησαν.

Καῦρος. ὁ κοῦφος ταῖς φρεσίν· οἱονεὶ αὖρός τις ὢν, καὶ πλεονασμῷ τοῦ κ καῦρος.

Καυσία. εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς.

Καυσίη, [2] ἡ τοπάροιθε Μακηδόσιν εὔκολον ὅπλον,
Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ.

Καύσωνος. θέρμης.

Κάϋστρος. ὄνομα ποταμοῦ.

Καὐτήν. ἐν [3] Ἐπιγράμματι·
——Ἄνθετο δέρμα λέοντος
Τεῦκρος Ἄραψ, καὐτὴν ἀγρότιν αἰγανέαν.

Καυχᾷ. οἱ λοιποὶ ῥήτορες ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἐννοίας αὐχεῖν λέγουσι. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ μαντειῶν ἐχρήσατο τῇ λέξει. Δεῖ δὲ τἄλλα ἐν δημοκρατίᾳ σοι εἰπεῖν· ἑνὸς δ' οὐκ ἔστι σοι. κακῶς γὰρ αὐτοῦ προέστης· ἐφ' οἷς καυχᾷ, οἱ ἄλλοι αἰσχύνονται.

Καυχώμενος. μεγαληγορῶν.

Κάφος. τὸ πνεῦμα, κατὰ διάλεκτον. καὶ [4] Ὅμηρος· Κεκαφηότα θυμόν.

Καφώρη. Τὸ τῆς καφώρης μίσητον δολερὸν καὶ κερδῷον. λέγουσι δὲ τὴν ἀλώπεκα.

Καφύη. ὄνομα πόλεως.

Κἄχεζεν. [5] Ἀριστοφάνης. ἀντὶ τοῦ ἀπεπάτει.

Καχέκται. Ταῖς δὲ ἀληθείαις ὑπῆρχον ἐν αὐτῇ καχέκται μεταβολῆς οἰκεῖοι.

Καχεξία. καὶ Καχεκτοῦντες, κακῶς τὴν ἕξιν διατεθειμένοι. ἀσθενοῦντες. Πολύβιος· Ὁ δὲ [6] Περσεὺς προσαγόμενος τὸν χρόνον καὶ τὸν πόνον, ἐξελύετο τῇ ψυχῇ, καθάπερ οἱ καχεκτοῦντες τῶν ἀθλητῶν. ὅτε γὰρ τὸ δεινὸν ἤγγιζε, καὶ δέοι κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων, οὐχ ὑπέμεινε τῇ ψυχῇ.

Καχλάζει. ταράττεται. φλεγμαίνει. βράττει.

Κάχληκες. λίθακες ἐν τοῖς ὕδασιν. [7] Ἠρεῖτο δὲ ὁπόσον κάχληκος τοῦ ἐμφερομένου τοῖς ἐδάφεσι. καὶ Κάχληξ, εἶδος ζωϋφίου τινός.

Καχρύων. [8] Ἐσκίρτα, ἀπεπέρδει, ὥσπερ καχρύων ὀνίδιον εὐωχημένον.

Κάχρυς. τὰς κριθάς. [9] Ἀριστοφάνης·

fissyram Thymætidem, quæ est similis Morychi sagmati. Sagma vero est theca scuti.

Καύνιος ἔρως. *Caunius amor.* Dicitur de amoribus infelicibus. Caunus enim & soror ejus Byblis infelices fuerunt.

Καῦρος. Ventosus & levis. Quasi dicas αὖρος, & per pleonasmum literæ κ, καῦρος.

Καυσία. Causia. Genus pilei barbarici, quo caput tegitur. [In Epigrammate:] *Causia, quæ ante Macedonum tegumentum fuisti, tam nivem propulsans, quam galeæ usum in bello præstans.*

Καύσωνος. Æstus. Caloris.

Κάϋστρος. Cayster. Nomen fluvii.

Καὐτήν. [Pro καὶ αὐτήν. Et ipsam.] In Epigrammate: *Teucer Arabs pellem hanc leonis* [*Pani*] *suspendit cum ipso jaculo.*

Καυχᾷ. Gloriaris. Cæteri oratores eodem sensu vocem hanc adhibent; qua etiam usus est Lycurgus in oratione de divinationibus. *Oportet autem cætera tibi dicere, quæ fiunt in democratia: unum autem tibi non licet. Male enim ei præfuisti; & ob quæ ipse gloriaris, ea alii pudori sibi ducunt.*

Καυχώμενος. Qui gloriatur. Sese jactans.

Κάφος. Spiritus, secundum dialectum quandam. Et Homerus: *Eum, qui infeliciter animam exspiraverat.*

Καφώρη. Vulpes. *Vulpis dolosum & fraudulentum ingenium odio prosequere.*

Καφύη. Capua. Nomen urbis.

Κἄχεζεν. Cacabat. [Pro καὶ ἔχεζεν.] Aristophanes.

Καχέκται. [Turbulenti & seditiosi.] *Revera autem inter eos erant homines turbulenti, & rebus novis studentes.*

Καχεξία. Mala corporis habitudo. Et Καχεκτοῦντες, cachectæ, infirmi. Polybius: *Perseus vero, appropinquante periculo, animum prorsus despondebat, instar athletarum, qui corpore sunt minus sano & valido. Cum enim periculum instaret, & de summa rerum decernendum esset, metu victus cedebat.*

Καχλάζει. Turbatur. Tumet. Effervet. Ebullit.

Κάχληκες. Lapilli, qui in aquis reperiuntur. Glarea. *Cepit autem tantum glareæ, quantum sufficeret sternendo pavimento.* Et Κάχληξ, genus animalculi.

Καχρύων. [Aristophanes:] *Saltabat, pedebat, ut asellus hordeo pastus.*

Κάχρυς. Hordeum. Aristophanes: [Ca-

1 Καύνιος ἔρως] De infelici amore Cauni & Byblidis legendus est Parthenius *Erot.* cap. XI. & Ovid. *Metamorph.* lib. IX. Vide etiam supra v. Βύβλις, & v. Καῦνος.

2 Καυσίη, ἡ τοπάροιθε Μακηδ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis inediti, quod ex cod. MS. integrum hic exhibebo. Ἀντιπάτρου.

Καυσίη, ἡ τοπάροιθε Μακηδόσιν εὔκολον ὅπλον,
Καὶ σκέπας ἐν νιφετῷ, καὶ κόρυς ἐν πολέμῳ,
Ἱδρῶ διψήτειρα πίεις τεόν, ἄλκιμε Πείσων,
Ἠμαθίης Αὐσονίης ἦλθεν ἐπὶ κροτάφους.
Ἀλλὰ φίλος δέξαι μιν, τάχα κρόκας, αἳ ποτε Πέρσας
Τρεψάμεθα, καὶ τοὺς Θρῆκας ὑπαξόμεθα.

‡

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anhtol. Lib. VI. cap. XV. Epigr. XVII.
4 Ὅμηρος] Il. E. v. 698.
5 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 374. (264. Ed. Bas. P.)
6 Ὁ δὲ Περσεὺς προσαγ. τὸν χρ. καὶ τὸν πόνον, ἐξελ.] His affinia sunt, quæ supra leguntur de Persico v. Ἀπιδιλία.
7 Ἠρεῖτο δὲ ὁπόσον κάχλ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Ἠρεῖτο.
8 Ἐσκίρτα, ἀπεπέρδει, ὥσπερ καχρ. ὀνίδ. εὐωχ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Vespis* pag. 524. (358. Ed. Bas. P.)
9 Ἀριστοφάνης· Πίνονθ', ὥσπ.] Apud Aristophanem *Nubibus* pag. 199. (123. Ed. Bas. P.) versus integer sic legitur:
Ἄδειν τι πίνονθ', ὥσπερεὶ κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν.
Adi ipsum Comicum.

Πίνονθ', ὥσπερεὶ κάχρυς γυναῖκ' ἀλοῦσαν.
Τουτέστι, καθάπερ τινὰ γυναῖκα ἀλοῦσαν κριθάς.

Καχυποπτεύεσθαι. τὸ πλεῖον, κακὰ ¹ ὑπονοεῖσθαι. παρ' ² Ἀριστοφάνει.

Καχυπότοπος. καχύποπτος. τοπάσαι γάρ, τὸ ὑπονοῆσαι.

Κάψα. κίστη. ἢ θήκη.

Καί. σύνδεσμος συμπλεκτικός.

Καιάδας. ³ παρὰ Λάκωσι βασιλικὴ φρουρά, καὶ Σικελιώταις. παρὰ δὲ Πέρσαις, ⁴ οἴκημα μεστὸν τέφρας. παρὰ δὲ Αἰθίοψιν οἱ κακοῦργοι χρυσαῖς ἁλύσεσιν ἐδέδεντο. εἰς δὲ τὸν Καιάδαν εἰώθασιν οἱ Λάκωνες τοὺς κακούργους ῥίπτειν.

Καὶ δή. λοιπὸν ἤδη.

Καὶ ⁵ ἐν Θεῶν ἀγορᾷ. ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν κακηγορούντων εἴρηται ἡ παροιμία. Θεῶν δὲ ἀγορὰ τόπος ἐστὶν ἐν Ἐλευσῖνι.

Καικίας. ὁ ἄνεμος.

Καικίλιος, Σικελιώτης, ⁶ Καλλαντιανός. Καλλαντις δὲ πόλις Σικελίας, ῥήτωρ, σοφιστεύσας ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ ⁷ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος, καὶ ἕως Ἀδριανοῦ, καὶ ἀπὸ δούλων, ὥς τινες ἱστορήκασι, καὶ πρότερον μὲν καλούμενος Ἀρχάγαθος· τὴν δὲ δόξαν Ἰουδαῖος. βιβλία δὲ αὐτοῦ πολλά. Κατὰ Φρυγῶν, δύο. ⁸ ἔστι δὲ κατὰ στοιχεῖον ἀπόδειξις τοῦ εἰρῆσθαι πᾶσαν λέξιν καλλιρρημοσύνης. ἔστι δὲ ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον. Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Κικέρωνος. Τίνι διαφέρει ὁ Ἀττικὸς ζῆλος τοῦ Ἀσιανοῦ. Περὶ χαρακτῆρος τῶν δέκα ῥητόρων. Σύγκρισις Δημοσθένους καὶ Αἰσχίνου. Περὶ Δημοσθένους, ποῖοι αὐτοῦ γνήσιοι λόγοι, καὶ ποῖοι νόθοι. Περὶ τῶν καθ' ἱστορίαν ἢ παρ' ἱστορίαν εἰρημένων τοῖς ῥήτορσι· καὶ ἄλλα πλεῖστα. Τοῦτο δὲ θαυμάζω, πῶς Ἰουδαῖος σοφὸς τὰ Ἑλληνικά.

Καῖκος. ὄνομα ποταμοῦ.

Καὶ μήν. ἀλλὰ μήν.

Καιναί. πόλις.

nere] *inter bibendum, ut mulier, quæ hordeum molit.*

Καχυποπτεύεσθαι. Mala suspicari. Integrum est, κακὰ ὑποτοπεῖσθαι. Apud Aristophanem.

Καχυπότοπος. Qui mala suspicatur. Nam τοπάσαι suspicari significat.

Κάψα. Cista. Arca. Theca.

Καί. Et. Conjunctio copulativa.

Καιάδας. Apud Lacones & Siculos sic vocatur custodia regia. Apud Persas carcer cineribus plenus. Apud Æthiopes vero malefici aureis catenis vinciebantur. Lacones autem sontes in Cæadam conjicere solebant.

Καὶ δή. Et sane.

Καὶ ἐν Θεῶν ἀγορᾷ. *Etiam in Deorum concilio.* Proverbium hoc de hominibus supra modum maledicis dicitur. Est autem Θεῶν ἀγορὰ locus quidam Eleusine ita dictus.

Καικίας. Cæcias. Nomen venti.

Καικίλιος. Cæcilius, Siculus, Callantianus, (Callantis enim est urbs Siciliæ) Rhetor, qui Romæ eloquentiam sub Cæsare Augusto usque ad Adrianum docuit: ex servitute manumissus, ut quidam tradunt, & initio Archagathus vocatus, &, quod ad religionem attinet, Judæus. Libros scripsit plurimos. Contra Phryges, duos. Eclogam vocum elegantiorum secundum ordinem alphabeticum. Comparationem Demosthenis & Ciceronis. Quænam sit differentia inter imitationem Atticam & Asianam. De charactere decem oratorum. Comparationem Demosthenis & Æschinis. De Demosthenis orationibus germanis & spuriis. De iis, quæ ab oratoribus vel secundum vel præter historiæ veritatem dicta sunt. Item alia quamplurima. Miror autem, Judæum rerum Græcarum adeo peritum fuisse.

Καῖκος. Cæcus. Nomen fluvii.

Καὶ μήν. Et tamen. Quinetiam.

Καιναί. Cænæ. Urbs.

1 Ὑπονοεῖσθαι] Imo potius ὑποπτεύεσθαι.

2 Παρ' Ἀριστοφάνει] *Ranis* pag. 257. (168. Ed. Bas. P.)

3 Καιάδας] Vide supra v. Βάραθρον, & infra v. Κεάδας. Confer etiam P. Leopard. *Emend.* lib. XIII. cap. XIV. & Meurs. *Miscellan. Lacon.* lib. III. cap. VII.

4 Οἴκημα] Sic Attici κατ' εὐφημίαν vocabant carcerem. Helladius apud Photium pag. 1593. Ὅτι τὸ μὴ λέγειν δύσφημον πᾶσι τοῖς παλαιοῖς μὲν φροντὶς ἦν, μάλιστα δὲ τοῖς Ἀθηναίοις. διὸ καὶ τὸ δεσμωτήριον οἴκημα ἐκάλουν, καὶ τὸν δήμιον, κοινὸν &c. i. e. *Veteres cum omnes, tum præcipue Athenienses cavebant, ne verba male ominata proferrent. Hinc carcerem vocabant* οἴκημα, *& carnificem,* κοινὸν &c. Apparet ergo, Portum vim vocis οἴκημα hic non intellexisse, quippe quam *domicilium* reddidit; quod nihil ad rem facit.

5 Καὶ ἐν Θεῶν ἀγορᾷ] In Vaticana Proverbiorum Appendice proverbium hoc plenius sic exponitur: Ἐπὶ τῶν καθ' ὑπερβολὴν κατηγορούντων (lege κακηγορούντων, ut hic recte apud Suidam) εἴρηται ἡ παροιμία· ὅτι καὶ ἐν ἀγορᾷ Θεῶν δυσφημήσειαν. Θεῶν ἀγορὰ τόπος ἐν Ἐλευσῖνι εἰσίασι δ' εἰς αὐτὸν πάντες εὔφημοι. Hinc apparet, proverbium hoc dici de hominibus impuræ & immodestæ linguæ, & qui ne in locis quidem sacris, ubi linguis favendum est, a maledictis & verbis male ominatis temperare possunt. Vide etiam supra v. Θεῶν ἀγορά.

6 Καλλαντιανός· Κάλλαντις δὲ πόλις Σικελίας] Lucas Holstenius ad Stephanum v. Καλὴ ἀκτὴ recte monuit, scribendum hic esse, Καλακτῖνος· Καλάκτη δὲ πόλις Σικελίας. Athenæus enim lib. VII. cap. XXI. Cæcilii hujus mentionem faciens, patriam ejus scribit fuisse Καλὴν ἀκτήν; quæ erat urbs Siciliæ, ut vel ex Herodoto patet, qui lib. VII. cap. XXII. sic scribit: Ἡ δὲ καλὴ αὕτη ἀκτὴ καλεομένη, ἐστὶ μὲν Σικελῶν, πρὸς δὲ Τυρσηνίην τετραμμένη τῆς Σικελίης. Ab Herodoto non discrepat Stephanus Byzantius v. Καλὴ ἀκτή; si modo σφάλμα, quo codices ejus hodie corrupti sunt, emendetur, & pro πόλις Κρητῶν reponatur πόλις Σικελῶν, uti apud eum reponendum esse recte monuit modo laudatus Holstenius. Pro Καλὴ ἀκτὴ autem contracte etiam dicebatur Καλάκτη; cujus gentile est Καλακτῖνος, ut ex Diodoro & veteribus nummis constat. Hinc autem patet falli Meursium, qui in *Bibliotheca Græca* ex uno Cæcilio duos fecit, alterum Callantianum ex Suida corrupto, & alterum Caloactiten ex Athenæo recensens; cum ex iis, quæ ante dicta sunt, apparere putem, ex Suidam & Athenæum de uno eodemque Cæcilio intelligendos esse.

7 Ἐπὶ τοῦ Σεβαστοῦ Καίσαρος καὶ ἕως Ἀδρ.] Hæc si vera sunt, oportet Cæcilium τριγέροντος Nestoris ætatem superasse, quoniam inter obitum Augusti & initia Adriani anni plus centum interjecti sunt.

8 Ἔστι δὲ κατὰ στοιχ.——καλλιρρημοσύνης] Vel hæc omnia, tanquam scholium, inducenda sunt, est post Φρυγῶν, δύο, continuo legendum est, ἔτι δὲ (non ἔστι δὲ) ἐκλογὴ &c. vel, si relinquenda sunt, pro ἔστι δὲ scribendum est ἔτι δέ, quoniam verisimile non videtur, Cæcilium in opere contra Phryges de elegantia vocabulorum secundum ordinem alphabeticum egisse. Mallem autem ea ex textu ejicere, quoniam videntur esse scholium ad verba illa, quæ proxime sequuntur, ἔτι δὲ ἐκλογὴ λέξεων κατὰ στοιχεῖον.

Καινεύς. ὄνομα κύριον.

Καινόν. τὸ νεωστὶ κατασκευασμένον· καὶ τὸ παράδοξον. Κενὸν δὲ, τὸ μάταιον, διὰ τοῦ ε ψιλοῦ.

Καινοπρεπές. Μηχάνημά τι καινοπρεπὲς ἐπικτήσατο λαθραίως, γλύψας μεγάλων δοκῶν τὸ μῆκος, καὶ ταύτας καθηνώσας, εἰς τὰ μέσα ἅλυσιν ταῖς γλυφαῖς, δι' ὧν ᾔει ἐς πάσας, μολύβδῳ τὸ τύπων κένωμα ἔπλησε, καὶ ταχυεργῶς λίαν ἀπεκλείετο τὰς ὄχθας δι' αὐτοῦ τοῦ [1] ποταμοῦ ἑκατέρωθεν σκευάσας [2] Δαρείους· ἐν οἷς βοήθειαν ἀποχρῶσαν βαλὼν, ἐστέρει τὴν πόλιν τῶν ἐκ τῆς θαλάττης ἀγωγίμων.

Καινός. ὁ νέος. Καινὸς γνώμην. ἀντὶ τοῦ νέων γνωμῶν εἰσηγούμενος. Καινῶν ἔργων ἐγχειρητής.

Καινός. [3] Ἰσοκράτης ἀντὶ τοῦ, ὃς τοῖς νεωτέροις ἁρμόττει πράγμασιν. οὕτω δὲ καὶ Ἔφορος.

Καινοτομεῖ. αἰτιαλεκεῖ. καινουργεῖ. Τὸ καινοτομεῖν ἐπὶ τοῦ ἄρχειν. [4] Ἀριστοφάνης. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστι.

Καινοῦν. παρὰ Ἡροδότῳ τὸ λόγῳ τινὶ καινῷ χρήσασθαι.

Καινουργισμός. ἡ ἀνακαίνισις, καὶ πρὸς τὸ ἀρχαῖον κάλλος ἀναμόρφωσις.

Καινόφιλος. καινόφιλον λέγουσι τὸν μὴ τοῖς αὐτοῖς φίλοις χρώμενον ἀεί.

Καινῶς. ἀντὶ τοῦ παραδόξως.

Καίνυτο. ἐνίκα.

Καιόμενος. ἀπὸ τοῦ καίω, τὸ φλέγω.

Καίω σε. αἰτιατικῇ.

Καίρια. ἔγκαιρα, ἢ συμφέροντα. Τίνι γάρ ποτ', ὦ φιλία γενέθλα, πρόφρων ἀκούσαιμ' ἔπος; τίνι φρονοῦντι καίρια; ἀντὶ τοῦ, παρὰ τίνος ἀκούσαιμι τὰ συμφέροντα; οὕτω Σοφοκλῆς. Καὶ πάλιν·

Ἢ [5] δρᾶν ἀμείνων ηὑρέθη τὰ καίρια;

Καὶ αὖθις· [6] Καιρὸν δ' ἐφήκεις. ἀντὶ τοῦ ἐπικαίρως ἥκεις. † Ἐπιλθεῖν [7] εὔστοχος, ἀναχωρῆσαι καίριος, ἐνεδρεῦσαι τεχνίτης, μάχης ἐργάτης.

Καιρὸς λέγεται ὁ ἐκ τοῦ πλήθους τῶν ἀδικημάτων συναγόμενος ἀριθμὸς παρὰ Θεοῦ, καὶ προκαλούμενος ἕως ὀργῆς.

Καιριώτατα. ἐγκαιρότατα. ἐπικινδυνότατα. θανάσιμα.

Καιρός. [8] Σοφοκλῆς·

Καιρὸς γὰρ, ὅσπερ ἀνδράσι
Μέγιστος ἔργου παντός ἐστ' ἐπιστάτης.

Καινεύς. Cæneus. Nomen proprium.

Καινόν. Novum, sive, quod recens fabricatum est. Item admirabile, sive novitate sua homines percellens. Κενὸν vero, per ε, vanum.

Καινοπρεπές. Novum. *Machinam quandam novam clam fabricavit, magnas longasque trabes perforans, easque conjungens; & immissa in foramen catena, quæ per omnes trabes transibat, cavitatem earum plumbo replevit, & sic ripas fluvii brevi admodum tempore interclusit, exstructisque utrinque turribus, in quibus præsidium satis firmum collocatum erat, urbem commeatibus, qui mari subvehebantur, privavit.*

Καινός. Novus. Καινὸς γνώμην, qui novæ sententiæ auctor est. Et καινῶν ἔργ. qui res novas aggreditur.

Καινός. Apud Isocratem accipitur pro eo, qui rebus novis aptus est. Sic & Ephorus.

Καινοτομεῖ. Res novas molitur. Aristophanes: *Res novas excogitare alterum nobis est imperium.*

Καινοῦν. Apud Herodotum significat novo quodam sermone uti.

Καινουργισμός. Restauratio. Renovatio, qua rei alicui pristina pulcritudo restituitur.

Καινόφιλος. Sic vocatur ille, qui amicos subinde mutat.

Καινῶς. Nove. Mirabiliter.

Καίνυτο. Vincebat.

Καιόμενος. Qui uritur. A καίω, uro.

Καίω σε. Uro te.

Καίρια. Opportuna. Utilia. *A quo enim unquam, o chara soboles, prudens & utile consilium libens audiam?* Vel, ex quo audiam ea, quæ mihi expediunt. Sic Sophocles. Et iterum: *Aut quis hoc viro magis strenuus erat in perficiendis iis, quæ tempus postulabat?* Et iterum: *Opportune venis.* † [*Decebalus*] *opportuno tempore & invadere hostem, & sese recipere optime norat; idemque & in insidiis struendis erat callidus, & in pugnando strenuus.*

Καιρός. Sic in sacris literis dicitur numerus ex multitudine scelerum apud Deum collectus, & ad tempus [iram divinam] provocans.

Καιριώτατα. Maxime opportuna. Periculosissima. Letalia.

Καιρός. Occasio. Tempus. Sophocles: *Tempus enim negotia hominum præcipue gubernat & moderatur.* Id est, in omnibus rebus nihil est utilius quam temporis opportunitas. Nam

1 Ποταμοῦ] Sic habet MS. Paris. A. At in prioribus Editt. male legitur τόπου.

2 Δαρείους] Vox hæc in mendo cubat, quam emendare non est proclive, quoniam auctor, ex quo fragmentum hoc depromptum est, ignoratur, vel plane forsan intercidit. Ego interim, cum aliud non succurreret, πύργους in versione expressi.

3 Καινός. Ἰσοκράτης ἀντὶ τοῦ, ὃς τοῖς νεωτ.] Ex Harpocratione: apud quem tamen locus hic paulo aliter legitur.

4 Ἀριστοφάνης.] Eccl. pag. 741. ubi sic legitur:
Τοῦτ' ἔστι πάντων καινοτομεῖν μὴ δίεσαι· τοῦτο γὰρ ἡμῖν
Δρᾶν ἀντ' ἄλλης ἀρχῆς ἐστι, τὰ δ' ἀρχαῖα ἀμελῆσαι.

5 Ἢ δρᾶν ἀμείνων ηὑρ.] Sensus hujus loci supplendus est ex Sophocle, apud quem in *Ajace* pag. 8. sic legitur:
Τούτου τίς ἂν σοι τἀνδρὸς ἢ προνούστερος
Ἢ δρᾶν ἀμείνων &c.
De Ajace ibi Tragicus loquitur.

6 Καιρὸν δ' ἐφήκεις] Hæc itidem sunt verba Sophoclis *Ajace*, pag. 3. ut Portus monuit.

7 Ἐπελθεῖν εὔστοχος, ἀναχ.] Hæc sunt verba Dionis de Rege Decebalo, ut monuimus etiam supra v. Δεινὸς, ubi fragmentum hoc auctius legitur.

8 Σοφοκλῆς] *Electra* pag. 83. ut Portus observavit.

ἀντὶ

[1] ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἑκάστῳ πράγματι τὸ καίριον καὶ χρησιμώτατον ὁ καιρός ἐστιν· ὅπου καὶ τὰ σπουδαῖα παρὰ καιρὸν γινόμενα οὐκ ἀποδέχονται· ὡς ἰατρὸς τῷ κάμνοντι περὶ φύσεως τοῦ νοσήματος διαλεγόμενος· ὡς εἴ τις τοῖς μεθύουσι περὶ σωφροσύνης διαλέγοιτο. τὸ γὰρ καλὸν, μὴ καλῶς γινόμενον, οὐ καλόν. Καὶ αὖθις· Ὁ δὲ Ἰουστινιανὸς, εἴτε ὑπὸ γήρως τὰ κρίσια τῶν φρενῶν, εἴτε ἄλλως ἔμελλε τὴν ὀρθογνώμονα περὶ Χριστοῦ δόξαν διακυκήσειν, εἰ μὴ ᾤχετο ἐξ ἀνθρώπων.

& ea, quæ bona sunt, si intempestive fiant, non placent: veluti si medicus ægroto naturam morbi exponat; aut si quis apud ebrios de temperantia disserat. Bonum enim, quod non bene fit, non est bonum. Et iterum: *Justinianus vero, sive ob senectutem amissa facultate dijudicandi quid e re esset, sive aliter orthodoxam religionem perturbaturus erat, nisi e vivis excessisset.*

Καιρός. καιροὺς ἡ γραφὴ καλεῖ τὰς συμφοράς. Καὶ ἔσται ὁ καιρὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα. † Καιρὸς παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον μου.

Καιρός. Sacra scriptura καιροὺς vocat calamitates. *Et ipsorum tempus erit in æternum.* Et, *Tempus omnis hominis venit coram me.*

Καιροσέων [2] δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον. εὖ κεκαιρωμένων. [3] Καίρωμα δέ ἐστι τὸ διαπλεκόμενον ἐν τῷ στήμονι παρὰ τὸν μίτον, ὑπὲρ τοῦ μὴ συγχεῖσθαι τοὺς στήμονας.

Καιροσέων δ' ὀθον. *Bene textis autem ex linteis destillat humidum oleum.* Καιροσέων enim hic significat εὖ κεκαιρωμένων. Καίρωμα autem est filum, quod stamini intexitur, ne stamina confundantur.

Καιροφυλακῆσαι. καιρὸν ἐπιτηρῆσαι. Ὁ δὲ ἐκέλευεν αὐτὸν ἀναζευγνύναι, καὶ μὴ πολυπραγμονεῖν, μηδὲ καιροφυλακεῖν.

Καιροφυλακῆσαι. Tempus vel occasionem captare. *Ille vero eum omissis aliis negotiis castra movere jussit, simul vetans occasionem vel tempus captare.*

Καιρωστρίδες. αἱ ὑφάντριαι. Καίρωσις γὰρ, ἡ πλοκὴ τοῦ μίτου.

Καιρωστρίδες. Textrices. Καίρωσις enim est staminis cum subtemine connexio.

Καῖσαρ [4] Ἰούλιος, ὁ πρῶτος μοναρχήσας. ἔγραψε μετάφρασιν τῶν Ἀράτου Φαινομένων. Τέχνην γραμματικὴν Ῥωμαϊκῶς.

Καῖσαρ Ἰούλιος. Julius Cæsar, primus Romanorum Imperator. Scripsit metaphrasin Phænomenorum Arati. Item, Artem Grammaticam, Latine.

Καῖσαρ [5] Αὔγουστος, ὁ καὶ Σεβαστὸς, καὶ Ὀκταβιανὸς ἐπικληθείς. Ἔγραψε περὶ τοῦ ἰδίου βίου καὶ τῶν πράξεων αὐτοῦ βιβλία ιγ'.

Καῖσαρ Αὔγουστος. Cæsar Augustus, cognomento Octavianus. De vita propria rebusque a se gestis lib. XIII scripsit.

Καῖσαρ Τιβέριος. Ἔγραψεν Ἐπιγράμματα, καὶ τέχνην ῥητορικήν.

Καῖσαρ Τιβέριος. Cæsar Tiberius. Scripsit Epigrammata, & Artem Rhetoricam.

Καῖσαρ. οὕτως ὀνομάζονται οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς, ἀπὸ Ἰουλίου Καίσαρος, τοῦ μὴ γεννηθέντος. τῆς γὰρ μητρὸς αὐτοῦ θανούσης ἐν τῷ θ' μηνὶ, ταύτην ἀνατεμόντες, ἐξέβαλον αὐτὸν καὶ οὕτως ἐκάλεσαν αὐτὸν Καίσαρα. κατὰ γὰρ τὴν Ῥωμαίων φωνὴν Καῖσαρ ἀνατομὴ λέγεται. † Ἐπὶ Ῥωμαίων τῶν πάλαι ὁ δῆμος ἦρχεν· αὖθις οἱ ὀλίγοι, καὶ τὰ τελευταῖα ἐς μοναρχίαν κατέστη Ῥωμαίοις τὰ πράγματα, ἐξέτι Καίσαρος τοῦ πρώτου μοναρχήσαντος καὶ βασιλεύσαντος. καὶ ἀστασίαστα διετέλει τὰ κοινὰ ἄχρις ἐς Μάρκον Ἀντωνῖνον Ῥωμαίων ἄρχοντα. ἐπεὶ δὲ ὁ τούτου παῖς Κόμμοδος τὴν φύσιν οὐ πάνυ φρενήρης, φιληδονίας ἥττων γενόμενος, καὶ οὐ μάλα τοι ἀγαθὸς τὰ πολέμια, καὶ φιλόψυχος, δολοφονηθεὶς ὑπό τινων κατελύθη, ἐπαναστάσεις συνεχεῖς ἐγένοντο.

Καῖσαρ. Cæsar. Ita vocantur Imperatores Romanorum: a Julio Cæsare, qui partu in lucem editus non fuit. Matre enim ejus nono mense mortua, ex utero cæsus fuit: unde dictus est *Cæsar*. † Apud priscos Romanos populus imperabat: postea optimates. Tandem vero in unius potestatem Respubl. redacta est, ex quo Julius Cæsar solus imperium obtinuit. Et tranquilla res Romana permansit usque ad Marcum Antoninum Imperatorem. Postquam vero Commodus ejus filius, homo vecors & voluptatibus admodum addictus, bellatorque minime strenuus, & animo ignavo præditus, per insidias occisus fuit, crebri [in imperio Romano] motus exstiterunt.

Καισάρεια, ἡ μητρόπολις, ἀπὸ Καίσαρος Τιβερίου Ὀκταβίου· ἣν [6] ἀφείλετο Ἀρχέλαον, πρότερον Μά-

Καισάρεια. Cæsarea metropolis, a Tiberio Cæsare, Octavii filio, [sic appellata:] quam

1 Ἀντὶ τοῦ, ἐφ' ἑκάστῳ πρ.——διαλέγοιτο.] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

2 Καιροσέων δ' ὀθονέων ἀπολείβεται ὑγ.] Versus hic legitur apud Homerum Odyss. H. v. 107.

3 Καίρωμα δέ ἐστι τὸ διαπλεκόμενον ἐν τῷ στήμ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Homeri.

4 Καῖσαρ Ἰούλιος, ὁ πρῶτος μον.] Eadem leguntur etiam supra v. Γάϊος Ἰούλιος.

5 Καῖσαρ Αὐγ. ὁ καὶ Σεβ.] Vide supra v. Αὔγουστος, ubi eadem leguntur.

6 Ἣν ἀφείλετο Ἀρχέλαον, πρότερον Μαζ.] Eutropius in Breviario: *Archelai Cappadocis regnum in provinciæ formam redegit,* (Tiberius scilicet) *& maximam civitatem appellari suo nomine jussit, quæ nunc Cæsarea dicitur, cum Mazaca antea vocaretur.* Hunc ipsum locum Suidas vertisse videtur: vel potius, sua descripsit ex Græco interprete Eutropii; non eo, quem hodie habemus, sed alio antiquiore, qui nunc intercidit. Exstant enim & alia apud Suidam loca, ex Eutropio ad verbum versa, ut alibi Lectorem monemus.

ζακα

ζακα ἐπονομαζομένην· ἔπειτα Καισάρειαν κληθεῖσαν τῇ ἰδίᾳ προσηγορίᾳ.

Καισάριος, ὁ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἀδελφός. ἔγραψε διάφορα, καὶ κατὰ Ἑλλήνων.

Καίσων. ὄνομα κύριον.

Καίστων. ὄνομα κύριον.

Καὶ [1] ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις. ἀντὶ τοῦ, ὄντες ἐν πολλοῖς κινδύνοις.

Καὶ [2] σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Πεισίστρατος, ὥς φασιν, ὁ τύραννος, δεκάτας τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους. παριὼν δὲ ἔσθ' ὅτε, καὶ ἰδὼν πρεσβύτην πέτρας ἐργαζόμενον καὶ λιθώδεις τόπους, ἤρετο αὐτὸν, τίνας ἐκ τῶν τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς. ὁ δὲ ἀπεκρίνατο, [3] ὀδύνας καὶ σφακέλους. θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ, ἀτέλειαν τῆς δεκάτης δέδωκε· καὶ ἐκ τούτου οἱ Ἀθηναῖοι τῇ παροιμίᾳ ἐχρήσαντο.

Καὶ τάχα ἴμεν. καὶ ταχέως πορευόμεθα.

Καὶ τὸ τοῦ λύκου. Φασὶ λύκον ἰδόντα τὸν ποιμένα τῶν ποιμενικῶν προβάτων ἐσθίοντα, εἰπεῖν· Ἐγὼ τοῦτο εἰ ἐποίουν, πόση κραυγὴ ἐγίνετο ἄν;

Καίτοι σ' οὐκ ἐρῶ γ', ὡς οὐ φιλῶ. τουτέστιν, οὐ κρύπτω τὸν ἐμὸν πόθον.

Καὶ χερσί. καὶ ἔργοις.

Κέοιτο. ὑπάρχοι.

Κεάδας. [4] Βάραθρόν ἐστι τόπος βαθὺς, ὅπου οἱ κακοῦργοι ἐνεβάλλοντο Ἀθήνησι, καὶ οἱ ἐπὶ θανάτῳ, ὥσπερ εἰς τὸν Καιάδαν οἱ Λακεδαιμόνιοι.

Κέαρ. τὴν καρδίαν φησὶν [5] Ἀριστοφάνης
Ἔγ' ᾧδ', ἐφ' ᾧγε τὸ κέαρ εὐφράνθην——.

Κέαται. κεῖνται.

Κέβης, Θηβαῖος, Φιλόσοφος, Σωκράτους μαθητής. [6] διάλογοι δὲ αὐτοῦ φέρονται τρεῖς, Ἑβδόμη, Φρύνιχος, [7] Πίναξ. ἔστι δὲ τὴν ἐν ᾅδου διήγησις. καὶ ἄλλα τινά.

Κέβρηνα, [8] καὶ Κεβρήν, πόλις τῆς Τρωάδος, Κυμαίων ἄποικος.

Κέγκλος. εἶδος ὀρνέου θαλασσίου.

Κεγχειμίδες. [9] τοῦ σύκου καὶ τῶν ἐλαιῶν οἱ πυρῆνες.

Κεγχρέα.

Κεγχρεαί. ὄνομα τόπου.

Κεγχρεών. [10] Δημοσθένης [11] ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ· Κἄπειτ' ἔπεισε τοὺς οἰκέτας τοὺς

is Archelao ademit, & suo nomine Cæsaream vocavit, cum antea appellaretur Mazaca.

Καισάριος. Cæsarius, Gregorii Theologi frater. Scripsit varia: itemq; contra Græcos.

Καίσων. Cæsonis. [A recto Καίσων.] Nomen proprium.

Καίστων. Cæstonis. Nomen proprium.

Καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμ. *Et hæc, cum fluctus nos ulnis suis quasi amplectantur.* Id est, in multis periculis constituti.

Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτ. *Et sphaceli dant immunitatem.* Pisistratus tyrannus, ut aiunt, decimas frugum ab Atheniensibus exigebat. Hic igitur cum aliquando præteriens senem quendam rupes & loca saxosa fodientem videret, ex eo quæsivit, quos fructus inde referret? Cui is respondit: *Dolorem & sphacelos;* [*& horum decimas Pisistratus exigit.*] Admiratus igitur tyrannus hominis in dicendo libertatem, decimarum immunitatem [ei] concessit: unde Athenienses proverbio hoc uti cœperunt.

Καὶ τάχα ἴμεν. Et celeriter imus.

Καὶ τὸ τοῦ λύκου. *Et illud lupi* [*dictum.*] Ajunt lupum, cum videret pastorem de ovibus gregis comedentem, dixisse: *Id ego si facerem, quantus clamor excitaretur?*

Καίτοι σ' οὐκ ἐρ. *Quamvis tibi non dicam, me non amare te.* Id est, amorem meum non celo.

Καὶ χερσί. Et factis.

Κέοιτο. Sit.

Κεάδας. Ceadas. Barathrum est locus profundus, in quem Athenis malefici & capite damnati conjiciebantur; ut apud Lacedæmonios in Cæadam.

Κέαρ. Sic Aristophanes dixit pro καρδίαν, i. e. cor. *Novi ego, qua de causa cor meum lætitia affectum sit.*

Κέαται. Pro κεῖνται. Jacent.

Κέβης. Cebes, Thebanus, Philosophus, Socratis discipulus; cujus tres circumferuntur Dialogi: *Septima, Phrynichus, & Tabula.* Hæc continet narrationem eorum, quæ apud Inferos fiunt. Item alia quædam.

Κέβρηνα. Cebrena, & Cebren, urbs Troadis, Cumanorum colonia.

Κέγκλος. Genus avis marinæ.

Κεγχειμίδες. Ficus grana, & olivarum nuclei.

Κεγχρέα. Cenchrea.

Κεγχρεαί. Cenchreæ. Nomen loci.

Κεγχρεών. Officina, in qua grana metallorum exsiccabant. Demosthenes in Exceptione ad-

1 Καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Ranis* pag. 245. ubi vide Scholiastam. Vide etiam infra v. Κῦμα.

2 Καὶ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλειαν. Πεισίσ.] Totum hunc locum ex Zenobio Suidas descripsit. Vide etiam infra v. Σφακελισμός, ubi eadem repetuntur.

3 Ὀδύνας καὶ σφακέλους] Adde ex Zenobio, & ipso Suida v. Σφακελισμός: καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει.

4 Κεάδας] Vide paulo ante v. Καιάδας.

5 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 369. (260. Ed. Bas. P.)

6 Διάλογοι δὲ αὐτοῦ —— Πίναξ] Ex Laertio.

7 Πίναξ] Hodie adhuc sub nomine Cebetis *Tabula* quædam circumfertur; sed quæ vitæ humanæ, non vero eorum, quæ apud Inferos fiunt, descriptionem continet. Unde dubium videri potest, an *Tabula* illa vere Cebetis sit: vel saltem, an Suidas de eadem *Tabula* hic intelligendus sit, quæ hodie in manibus eruditorum versatur. Sed hac de re videndus omnino Samuel Petitus *Miscellan.* lib. IV. cap. IV.

8 Κέβρηνα, καὶ Κεβρήν, πόλις τῆς Τρωάδος, Κυμ. ἄπ.] Ex Harpocratione.

9 Κεγχειμίδες] Imo, κεγχραμίδες.

10 Κεγχρεών] Photius in Lexico inedito vocem hanc sic interpretatur: Κεγχρεών. τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἡ ἀργυρῖτις ἐκαθαίρετο κέγχρος, καὶ ἡ ἀπὸ τῶν ἀργυρείων ἀναφερομένη ἄμμος. Optime.

11 Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίν. παραγρ.] Pag. 627.

ἐμοὺς

ἐμοὺς καθέζεσθαι εἰς τὸν κεγχρεῶνα. ἀντὶ τοῦ εἰς τὸ [1] καθαριστήριον, ὅπου τὴν ἐκ τῶν μετάλλων διέψυχον κέγχρον.

Κεγχρείποι.

Καὶ [2] νάρδῳ ψαφαρῇ, κεγχρείποισιν ἰσχάσιν ἀμφί.

Κεγχρίνης. εἶδος ὀρνέου, ὃ λέγεται μηδ' ὅλως διψᾶν. ἢ εἶδος ὄφεως.

Κεδάζω, καὶ σκεδάζω, καὶ διασκεδάζω. σκορπίζω.

Κεδίκιος. ὄνομα κύριον.

Κέδματα. τὰ χρόνια ἀλγήματα λέγει ὁ Ἱπποκράτης.

Κεδνός. συνετός. σώφρων. ἢ φρόνιμος. Αἴας·

[3] Ἐγὼ γὰρ, ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδεξάμην
Παρ' Ἕκτορος δώρημα δυσμενεστάτου,
Οὔπω τι κεδνὸν ἔσχον Ἀργείων πάρα.

Κεδρωσία. ὄνομα πόλεως.

Κέδροι. δένδρα ὑψίκομα καὶ ἄκαρπα· αἷς ἀπεικάζει Δαβὶδ τὴν εἰδωλολατρείαν.

Κέθη. ὄνομα κύριον.

Κέθηγος. ὄνομα κύριον.

Κεκαδησόμεθα. [4] φροντίσομεν. λυπηθησόμεθα. [5] ἴσως ἀπὸ τοῦ ἄχος, ἀχῶ, ἀχάζω, ἀχαδῶ, χαδῶ.

Κεκάδοντο. ἀντὶ τοῦ ὑπεχώρησαν. [6] Ὅμηρος·

——Ὑπὸ δὲ Τρῶες κεκάδοντο.

ἀπὸ τοῦ χάζω, τὸ ὑποχωρῶ, ὁ μέσος β' ἀόριστος ἐχαδόμην, ἐχάδοντο· τροπῇ τοῦ δασέος εἰς ψιλὸν, καὶ ἀναδιπλασιασμῷ ποιητικῷ, κεκάδοντο.

Κεκασμένον. κεκοσμημένον.

Κεκαυτηριασμένος. [7] μὴ ἔχων ὑγιᾶ τὴν συνείδησιν.

Καινοπεποιημένοι. Ἵνα μὴ ὦσιν ἔκδιψοι καὶ παρεκλελυμένοι, ἀλλ' ἐκπαθεῖς καὶ καινοπεποιημένοι. τουτέστιν ὑγιεῖς.

Κεχαφηότα. [8] ἐκπνεύσαντα.

Κεκιβδήλευται. διαβέβληται. κατέγνωσται. ἀποδεδοκίμασται. νενόθευται.

Κεκινέαται. κεκίνηται.

Κεκλάγξω, καὶ κεκλάγξομαι. ἀντὶ τοῦ ὑλακτήσω. ἐπὶ τῶν κυνῶν.

Κέκλεικα. ἠσφάλισα.

Κεκληγότες. κεκράζοντες.

Κέκληκα. ἐκάλεσα.

versus Pantænetum: *Deinde persuasit servis meis, ut in cenchreone sederent.*

Κεγχρείποι. [Grana habentibus milio similia.] *Et nardus tenuis circa ficus, habentes grana milio similia.*

Κεγχρίνης. Cenchrines. Genus avis, quæ nunquam sitire dicitur. Vel, genus serpentis.

Κεδάζω, & σκεδάζω, & διασκεδάζω. Dissipo.

Κεδίκιος. Cedicius. Nomen proprium.

Κέδματα. Sic Hippocrates vocat diuturnos [articulorum] dolores.

Κεδνός. Intelligens. Temperans. Vel, prudens. Ajax [apud Sophoclem inquit:] *Ego enim, ex quo donum hoc ab Hectore mihi inimicissimo accepi, nullum ab Argivis honorem consecutus sum.*

Κεδρωσία. Cedrosia. Nomen urbis.

Κέδροι. Cedri. Arbores proceræ & steriles: quibus David idololatriam comparat.

Κέθη. Cethe. Nomen proprium.

Κέθηγος. Cethegus. Nomen proprium.

Κεκαδησόμεθα. Curabimus. Dolebimus. Forte ab ἄχος, ἀχῶ, ἀχάζω, ἀχαδῶ, & [abjecto α] χαδῶ, [χαδήσω, χαδήσομαι, χαδήσομαι, & per reduplicationem κεχαδήσομαι.]

Κεκάδοντο. Recesserunt. Homerus: *Trojani vero recesserunt.* A verbo χάζω, recedo, fit aor. 2. Med. ἐχαδόμην: inde ἐχάδοντο, & aspirata in tenuem mutata, & per reduplicationem poeticam, κεκάδοντο.

Κεκασμένον. Ornatum.

Κεκαυτηριασμένος. Non habens sanam conscientiam.

Καινοπεποιημένοι. [Integri. Sive, quorum vires refectæ sunt.] *Ne siti confecti & defatigati, sed sani & integri* [*prælium inirent.*]

Κεχαφηότα. Illum, qui efflavit.

Κεκιβδήλευται. Vituperatus est. Damnatus est. Reprobatus est. Adulteratus est.

Κεκινέαται. Pro κεκίνηται. Motus est.

Κεκλάγξω, & κεκλάγξομαι. De canibus etiam dicitur. Latrabo.

Κέκλεικα. Clausi.

Κεκληγότες. Vociferati.

Κέκληκα. Vocavi.

1 Καθαριστήριον] Sic etiam legitur in Lexico Photii inedito. Sed malim ἐργαστήριον.

2 Καὶ νάρδῳ ψαφαρῇ, κεγχρ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis inediti, quod ex cod MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Φιλίππου.

Αἰγύπτιε μεδέουσα μελαμβώλου, λινόπεπλε
Δαῖμον, ἐπ' ἱερὰς βῆθι θυηπολίας.
Σοὶ γὰρ ὑπὲρ σχιδάκων λεπταργὸς ποπάνευμα (?) κεῖται,
Καὶ πολιὸν χηνῶν ζεῦγος ἐνυδροβίων,
Καὶ νάρδον ψαφαρὴ κεγχρείτισιν ἰσχάσιν ἀμφὶ,
Καὶ σταφυλὴ γραίη, χὠ μελίπνους λίβανος.
Εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐῤῥύσαο Δᾶμιν, ἄνασσα,
Κἂκ πενίης, θύσει χρυσοκέρων κεμάδα.

In distichο primo per λινόπεπλον δαίμονα Poeta intelligit Isidem. In Hexametro tertio pro νάρδον ψαφαρὴ legendum esse νάρδος ψαφαρὴ & sensus & constructio suadent. Ἀπὸ κοινοῦ enim repetendum est verbum κεῖται. Cætera satis plana sunt. Hexametrum primum Epigrammatis hujus adducit Suidas v. Μελάμβωλος: Hexametrum secundum v. Λεπταργόν: Pentametrum secundum v. Ἐνυδροβίων: Hexametrum tertium hic, & v. Ψαφαρῇ; & denique distichum ultimum v. Κεμάς.

3 Ἐγὼ γὰρ, ἐξ οὗ χειρὶ τοῦτ' ἐδ.] Tres hi senarii leguntur apud Sophoclem *Ajace* pag. 4. ut Portus etiam monuit.

4 Κεκαδησόμεθα. φροντ.] Hoc sensu vox ista capitur apud Homerum Il. Θ. v. 353. ubi Scholiasta: Κεκαδησόμεθα, λυπησόμεθα, φροντιοῦμεν.

5 Ἴσως ἀπὸ τοῦ ἄχος, ἀχῶ, ἀχ.] Vide Etymologum; qui plura habet.

6 Ὅμηρος] Il. O. v. 574.

7 Κεκαυτηριασμένος, μὴ ἔχων ὑγ.] Respexit Suidas ad locum illum 1. ad Tim. 4. v. 2. Ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων, κεκαυτηριασμένων τὴν ἰδίαν συνείδησιν.

8 Κεχαφηότα] Hom. Il. E. v. 698.

Κεκλίαται. ἐκ τοῦ κλίνω. καὶ κέκλικα, ὁμοίως.

Κεκλιμένος.[1] περιεχόμενος.

Κεκλόμενος. παρακελευόμενος.

Κεκλοφέναι. κλέψαι. ὑφελέσθαι.

Κεκλωσμένα ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης. ἀμεταποίητα.

Νενησμένα[2] κερατῶν δὲ προσδόκα λύπας.

Κεκμηκώς. ἐκ τοῦ κάμνω, καὶ χωρὶς τοῦ κ.[3] ἐν Ἐπιγράμματι·

Ἐνθάδε Καλλιμένης[4] φιλομειδέσιν ἄνθετο Μούσαις,
Γήραϊ κεκμηκὼς ὄμματα καὶ παλάμας.

Κεκολουμένος. ἀδυνάτως ἔχων. ἀμηχανῶν.

Τηξιμελεῖ[5] νούσῳ κεκολουμένος ἔδραμε θυμῷ
Ἐς προτέρην ἔργων ἄρσενα μαρτυρίην.

Ἢ κεκολουμένος, ἐκπεπληγμένος.

Κεκομψευμένος. σεμνός, ἢ ἀστεῖος, ἢ[6] ἐγκαλλώπιστος.

Κεκονιμένοις.[7] ἀσβέστῳ κεχρισμένοις. Οἶνος δὲ ἦν, ὃν ἐν λάκκοις κονιατοῖς εἶχον. Ξενοφῶν φησι.

Κεκονιμένος. σπεύδων πάνυ, καὶ σχεδὸν κόνεως πεπληρωμένος.[8] Ὃς ἂν μὴ πρῶτα πάνυ τοῦ κνέφους ἥκῃ κεκονιμένος. τυπτέσθω, ἔτι τοῦ κνέφους ὄντος. Καὶ αὖθις·

Ἀλλὰ σιδηρείῳ κεκονισμένη ἐκ πολέμοιο.

Πρὸς γὰρ τὴν τοιαύτην δίαιταν ἔλεγον οἱ ἅγιοι τρεῖς παῖδες κεκονίασθαι τὴν τῶν ὀσπρείων. ἀντὶ τοῦ ἐνεθίζεσθαι. Σημαίνει δὲ τὸ[9] κεκονίασθαι, καὶ τὸ κυλίεσθαι.

Κεκονιμένων. σπευδόντων. ἔτι τὴν κόνιν τοῖς ποσὶ περιφερόντων. Δύο νεανίσκων κεκονιμένων, καὶ τὴν ἀγγελίαν ἀπαγγειλάντων.

Κεκότητο. ὤργιστο.

Κεκοτηότες.

Κεκωδωνισμένος.[10] ἐξητασμένος. ἀπὸ τῶν τὰς φύλακας διὰ τοῦ κώδωνος ἐξεταζόντων. καὶ διακωδωνίσαι, τὸ ἐξετάσαι.[11] Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ· Ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν.

Κεκωφῶσθαι. κωφὸν γεγονέναι.

Κεκραγμόν. τὴν βοὴν Ἀττικοί. Χοῖρον αὐτίκα ἐκ τοῦ πύργου ἐπικρεμάσαντες, τὸν κίνδυνον τὸν ἐκ τοῦ ἐλέφαντος διέφυγον. κεκραγμὸν γάρ τινα σκαιὸν ὁ χοῖ-

Κεκλίαται. [Pro κέκλινται.] Inclinati sunt.] A κλίνω. Et κέκλικα, pariter [a κλίνω.]

Κεκλιμένος. Circundatus.

Κεκλόμενος. Adhortans.

Κεκλοφέναι. Furatum esse. Surripuisse.

Κεκλωσμένα ὑπὸ τῆς εἱμ. Ea quæ Parca nevit. Sive, fatum immutabile. *Fila tenens molestias expecta.*

Κεκμηκώς. [Defatigatus. Debilitatus.] A κάμνω. Et sine κ, [ἐκμηκώς.] In Epigrammate: *Hic Callimenes [artis suæ instrumenta] risum amantibus Musis dedicavit, postquam senio oculorum & manuum ejus vigor hebetatus est.*

Κεκολουμένος. Mutilatus. Debilitatus. *Tabifico morbo debilitatus fortia facinora, ante a se edita, animo repetivit.* Vel κεκολουμένος, tabefactus.

Κεκομψευμένος. Cultu se jactans. Vel, urbanus, & elegans.

Κεκονιμένοις. Calce illitis. Xenophon: *Vinum erat, quod in cisternis opere albario inductis servabant.*

Κεκονιμένος. Valde festinans, & propemodum pulvere repletus. [Aristophanes:] *Qui non bene mane luce adhuc crepera [in concionem] festino gradu venerit.* Et iterum: *At ferreo ex bello festinans [venit.]* † *Ejusmodi enim victus generi, esui nempe leguminum, se assuetos esse dicebant tres sancti pueri.* [Τὸ κεκονίασθαι enim hic positum est] pro ἐνεθίζεσθαι. Eadem autem vox & in pulvere volutari significat.

Κεκονιμένων. Festinantibus. Pulverem in pedibus adhuc circumferentibus. *Duobus adolescentibus properantibus, & nuntium illum annuntiantibus.*

Κεκότητο. Iratus erat.

Κεκοτηότες. Irati.

Κεκωδωνισμένος. Examinatus. Translatio ducta est ab illis, qui vigiles sono tintinnabulorum explorant. Et διακωδωνίσαι, examinare, explorare. Aristophanes *Lysistrata: Quam turpe fuerit hanc rem inexaminatam relinquere.*

Κεκωφῶσθαι. Surdum esse factum.

Κεκραγμόν. Sic Attici clamorem vocant. *Cum autem porcum e turri statim suspendissent, periculum ab elephanto imminens effuge-*

1 Κεκλιμένος. περιεχόμενος.] Homerus Il. O. v. 740.
Πόντῳ κεκλιμένοι ἑκὰς ἥμεθα πατρίδος αἴης.
Ubi Scholiasta: Πόντῳ κεκλιμένοι. παρακεκλιμένοι τῇ θαλάσσῃ, περιεχόμενοι.

2 Νενησμένα κε.] Versus hic onirocriticus legitur apud Astrampsychum: qui ideo in hunc locum translatus est, quia τὸ νενησμένα idem significat quod κεκλωσμένα.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VI. cap. XXVI. Epigr. V. ut Portus etiam observaverat.

4 Φιλομειδέσιν] In Anthologia Epigrammatum loco laudato rectius legitur φιλομειδέσιν, i. e. risus amantibus.

5 Τηξιμελεῖ νούσῳ κεκολ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod exstat Anthol. lib. III. cap. V. Epigr. XV.

6 Ἐγκαλλώπιστος] Scribe εὐκαλλώπιστος, ut habet Photius in Lexico inedito.

7 Κεκονιμένοις] Repræsentavi hic lectionem duorum meliorum MSS. Paris. qui non solum hoc loco, sed etiam in sequentibus, ubi priores Editt. κεκονισμένος ingerunt, constanter κεκονιμένος exhibent.

8 Ὃς ἂν μὴ πρῶτα πάνυ τοῦ κνέφους ἥκῃ κεκον.] Locus hic emendandus & supplendus est ex Aristophane, apud quem in *Ecclesiaz.* pag. 732. (491. 492. Ed. Bas. P.) sic legitur:

——— Ἠπείλησε γὰρ
Ὁ Θεσμοθέτης, ὃς ἂν μὴ πρῷ πάνυ τοῦ κνέφους
Ἥκῃ κεκονισμένος &c.

Cæterum, utrumque dicitur, & κεκονισμένος, & κεκονιμένος. Illud a κονίζω; hoc a κονίω.

9 Κεκονίασθαι] Sic duo MSS. Paris. cujus loco priores Editt. minus recte exhibent κεκονιᾶσθαι.

10 Κεκωδωνισμένος. ἐξητασμ.] Vide v. Ἀκωδώνιστι, v. Διακωδωνίσαι, v. Διακωδωνίσει, v. Ἐκωδωνίζοντο, & v. Κωδωνίσαι.

11 Ἀριστοφάνης Λυσιστ.] Pag. 867. (552. Ed. Bas. P.

ϱ⊙ ἠρτημένος ἀφίει· ὥσπερ ὁ ἐλέφας ἀχθόμενος ἀνεχαίτιζε.

runt. Porcus enim pendens ingratum edebat grunnitum, quo elephas offensus recessit.

Κέκραχθι. κράζον.

Κέκραχθι. Vociferare.

Κεκράκτης. μεγαλόφωνος. [1] Ἀριστοφάνης· Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων. [2] ποταμὸς δὲ Ἀττικὸς ὁ Κυκλοβόρος, χειμάῤῥους. τὴν κακοφωνίαν οὖν εἴκασε τοῦ ποταμοῦ τῷ ἤχῳ.

Κεκράκτης. Magna voce vociferans. Aristophanes: [*Rapax, vociferator,*] *Cyclobori vocem habens.* Cycloborus est fluvius Atticæ, [non semper fluens, sed] torrens. Vocem igitur horridam fluvii sono assimilavit.

Κεκραμένον τρία καὶ δύο. τρία μέρη ἐπιδεχόμενον ὕδατος, καὶ οἴνου δύο. ἀρίστη κρᾶσις. [3] Ἀριστοφάνης·

Ἔγχεε πιεῖν κεκραμένον τρία καὶ δύο.

Ἡ Τριτογενὴς γὰρ αὐτὸν ἐκεκραμένισε.

Βούλεται δὲ δηλοῦν, ὅτι ἡ Ἀθηνᾶ τοιοῦτον ἐποίησεν, ὡς τρία μέρη δύνασθαι φέρειν ὕδατος.

Κεκραμένον τρ. Poculum tribus & duabus portionibus mixtum. Sive poculum, quod tres aquæ partes recipit, & duas vini: quæ est optima temperandi ratio. Aristophanes: *Infunde vinum, quod bibatur, tribus & duabus portionibus mixtum. Ipsa enim Minerva* [*poculum hoc*] *miscuit, additis tribus* [*aquæ*] *partibus.* Significare vult, Minervam tale vinum fecisse, quod tres aquæ partes ferre posset.

Κεκραμένη σπονδή. ἣν ἔθυον μόνῳ τῷ Ἑρμῇ, διότι, ὥς φασι, καὶ ζώντων καὶ τετελευτηκότων ἄρχει, καὶ διὰ τοῦτο παρ᾽ ἀμφοτέρων τὰς τιμὰς δέχεται.

Κεκραμένη σπονδή. Mixta libatio: quam soli Mercurio libabant, quoniam ille, ut ajunt, & viventibus & mortuis imperat, eamque ob causam ab utrisque honore afficitur.

Κεκράξομαι. οὐκ ἐπὶ φωνῆς, ἀλλ᾽ ἐπὶ προθυμίας, καὶ συντόνου καὶ σπουδαίας εὐχῆς. [4] Δαβίδ· Πρὸς σὲ, Κύριε, κεκράξομαι.

Κεκράξομαι. [Hoc vocabulum apud Davidem] non est accipiendum de voce, sive clamore: sed de animi studio, & intensa seriaque precatione ad Deum. David: *Ad te, Domine, vociferabor.*

Κεκραιπαληκώς. ηὐφραμμένος.

Κεκραιπαληκώς. Qui genio indulsit.

Κεκριγότες [5] Ἰλλυριοί. Ἀριστοφάνης. ἀντὶ τοῦ ποιὰν φωνὴν ἀποτελοῦντες. Κεκριγότες οὖν, διὰ τὴν ἀσάφειαν τῆς φωνῆς αὐτῶν. Κρίγη γὰρ ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τρισμὸς, τοῖς ὀδοῦσι γιγνόμενος.

Κεκριγότες Ἰλλ. Aristophanes. Id est, sonum vel stridorem quendam edentes. [Ideo autem hoc Comicus dicit,] quod Illyriorum sermo non esset planus. Κρίγη enim est stridor, quem morientes dentibus edunt.

Κεκριμένον. ἀντὶ τοῦ ἐγνωσμένον.

Κεκριμένον. Judicatum. Decretum.

Κεκροπίδης. ὁ τοῦ Κέκροπος υἱός.

Κεκροπίδης. Cecropis filius.

Κεκροπίς. μία τῶν Ἀθήνησι δέκα φυλῶν.

Κεκροπίς. Cecropis, sive Cecropia. Una ex decem tribubus urbis Athenarum.

Κεκροπίς. αἱ Ἀθῆναι. ἀπὸ τοῦ Κέκροπος. καὶ Κεκροπίδαι, οἱ Ἀθηναῖοι.

Κεκροπίς. Athenæ. A Cecrope. Et Cecropidæ, Athenienses.

Κέκροψ, [6] Αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας· ὅθεν καὶ Κεκροπίδαι οἱ Ἀθηναῖοι· ἢ οἱ τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. τινὲς δέ φασι τοῦτον καὶ διφυῆ γεγενῆσθαι, τὰ μὲν ἄνω ἀνδρὸς, [7] τὰ δὲ κάτω μέρη γυναικός. οἱ δὲ, [8] θηρίου. ἕτεροι δὲ, ὅτι νόμους ἐξεῦρε τοῖς ἀνθρώποις, καὶ ἀπὸ ἀγριότητος εἰς ἡμερότητα ἤγαγεν. ἄλλοι δὲ, [9] ὅτι τῶν ἀνδρῶν ὡς ἔτυχε μισγομένων ταῖς γυναιξὶ, καὶ ἐκ τούτων μὴ γινωσκομένου ἢ τοῦ πατρὸς παρὰ τοῦ παιδὸς, ἢ τοῦ παιδὸς παρὰ τοῦ πατρὸς, αὐτὸς νόμους θέμενος, ὥστε φανερῶς συγγίνεσθαι αὐταῖς, καὶ [10] μιᾷ στοιχεῖν, καὶ σχεδὸν εὑρὼν τὰς δύο φύσεις, τοῦ τε πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς, εἰκότως διφυὴς ἐκλήθη. καὶ

Κέκροψ. Cecrops, genere Ægyptius, Athenis habitavit: unde & Athenienses Cecropidæ dicti sunt; vel illi, qui sunt ex tribu Cecropia. Quidam autem ajunt, eum fuisse biformem, superne virum; inferne fœminam, vel, ut alii, serpentem. [Id autem nonnulli dicunt veteres ideo finxisse,] quod legibus inventis homines a feritate ad mansuetudinem traduxerit. Alii vero, quod, cum viri promiscue cum fœminis concumberent, & propterea nec pater filium, nec filius patrem nosset, ipse lege lata viros palam concumbere, & unam tantum fœminam nuptiis sibi jungere jusserit. Hinc igitur, cum duas quasi naturas, patris nempe & matris, invenerit, jure cum bi-

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 295. (198. Ed. Bas. *P.*)

2 Ποταμὸς δὲ Ἀττικὸς ὁ Κυκλοβ. χειμάῤῥους] Locus hic ex Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis sic supplendus est: Ποτ. δὲ Ἀττ. ὁ Κυκλοβόρος, οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντὸς ῥέων, ἀλλὰ χειμάῤῥους.

3 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 355. (251. Ed. Bas. *P.*) ubi pro ἔγχεε rectius legitur ἴσχε καί: quam lectionem etiam agnoscunt 2 MSS. Paris. Vide etiam infra v. Πόμα κεκραμένον.

4 Δαβίδ] Psalm. xxix. 10.

5 Κεκριγότες Ἰλλυριοί. Ἀριστοφ. ἀντὶ τοῦ ποιὰν φωνὴν ἀποτ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 611. (425. Ed. Bas. *P.*)

6 Κέκροψ, Αἰγύπτιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Plutum*, p. 79.

7 Τὰ δὲ κάτω μέρη γυναικός. οἱ δὲ, θηρίου] Hinc supplendus est Scholiasta Aristophanis loco laudato.

8 Θηρίου] Θηρίον hic serpentem significat. Fingebant enim veteres, Cecropem parte inferiore corporis in serpentem vel draconem desiisse. Hesychius: Δρακοντίδης. τὸν Κέκροπα Ἀριστοφάνης, ἐπειδὴ τὰ κάτω δράκοντος εἶχεν. Locus Aristophanis, ad quem Hesychius respexit, exstat in *Vespis* pag. 459. ubi Comicus inquit:

Ὦ Κέκροψ ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν δρακοντίδη.

Scholiasta ad eum locum: Εἰσὶ δὲ οἵ φασι τὸν Κέκροπα διφυῆ γεγονέναι, καὶ τὰ κάτω ὄφεως ἐσχηκέναι.

9 Ὅτι τῶν ἀνδρῶν ὡς ἔτυχε μισγομ.] Vide Athenæum init. lib. XIII. & Tzetzem *Chil.* V. v. 662.

10 Μιᾷ στοιχεῖν] Scribe μιᾷ στοιχεῖν. ut recte legitur apud Scholiastam Aristoph. ad *Plutum*.

ἐν [1] Ἐπιγράμματι·

Τὸν τραγικῆς μούσης ἀστέρα Κεκρόπιον.

Κεκρύφαλον. κεχρύφατον. σαβακάθιον. σουδάριον. ἐν [2] Ἐπιγράμματι·

Κεκρύφαλοι σφίγγουσι τεὴν τρίχα· τήκομαι οἴστρῳ.

Καὶ αὖθις·

Τόν [3] τε φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα Φιλαινὶς
Βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον.

Καὶ αὖθις·

Πορφύρεον [4] χαίτης ῥύτορα κεκρύφαλον.

κεφαλοδέσμιον. καὶ κοιλία τις τῶν μηρυκαζόντων ζώων.

Κεκτημένης. τῆς δεσποίνης. [5] Ἀριστοφάνης·

Τὸν ἄνδρ' ὅπου 'στὶ τῆς ἐμῆς κεκτημένης.

Κεκοισυρῶσθαι. [6] πεποικίλθαι.

Κεκυφότες. καὶ κύψας. [7] Ἀριστοφάνης περὶ κανθάρου φησίν·

Οἷον δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθίει.

Διὰ τοῦ σχήματος τὴν ἀδηφαγίαν αὐτοῦ δηλοῖ. καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θρεμμάτων οἱ μάλιστα τοῖς ἐδέσμασιν ἐγκεκυφότες καὶ προσκείμενοι, δοκοῦσιν ἀπλήστως καὶ ἀδιαστάτως ἐσθίειν.

Κελαδεινή. [8] κυνηγός. θόρυβον κατὰ τὰς ἄγρας ποιοῦσα. καὶ Κελαδεινός, ὁ ἠχητικός.

Κελαδήματα. ἠχήματα. καὶ Κελάδησαν, ἐβόησαν. ἀφαιρέσει τοῦ ε.

Κελαδοῦσιν. ἠχοῦσι.

[9] Σάλπιγξ [10] ἄγκειμαι Τριτωνίδι κούρα
Δῶρον, ἐρευγόμενον παυσαμένη κελάδων.

Τουτέστι, θορύβων.

Κελαρύζει. μετὰ ἤχου ῥεῖ. Ἡ μὲν κάμηλος ἐγεύετο τοῦ χυλοῦ. ὁ δὲ ἔπινε ποτὸν τοῦ πολλοῦ ἀκούσιον, καὶ ἅτε κάτωθεν τοῦ πνεύματος ὠθουμένου, ἄνωθεν δὲ τοῦ ὕδατος ἐπιφερομένου, ὡς φάρυγξ ἐκελάρυζε.

Κελαιναί. [11] τόπος, μεθόριον Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν. καὶ πόλις τῆς Φρυγίας.

formem vocatum esse dicunt. Et in Epigrammate: *Illam Tragicæ Musæ stellam Cecropiam.*

Κεκρύφαλον. Reticulum capitis. Vitta. Vinculum capillorum. Sudarium. In Epigrammate: *Vittæ comam tuam vinciunt: tabesco amore.* Et iterum: *Reticulum hoc murice tinctum, quo plexa coma capitis vincitur, Philænis [Veneri dedicavit.]* Et iterum: *Purpureum hoc reticulum, comæ custodem.* Significat etiam ventrem quendam ruminantium animalium.

Κεκτημένης. Dominæ. Aristophanes: *Dic, ubi sit maritus dominæ meæ.*

Κεκοισυρῶσθαι. Ornatum esse.

Κεκυφότες. Incurvati. Proni. Et κύψας, pronus. Aristophanes de scarabæo inquit: *Quam prono capite execrandus hic vorat.* Ex ipso corporis habitu indicat, maxima aviditate eum devorare. Inter homines enim & pecudes illi, qui corpore maxime prono cibis imminent & incumbunt, immoderate & avide vorare videntur.

Κελαδεινή. [Sic apud Homerum vocatur Diana: i. e.] venatrix, sive strepitum & tumultum in venationibus ciens. Et κελαδεινός, strepitum & sonum edens.

Κελαδήματα. Soni. Clamores. Et κελάδησαν, vociferati sunt: abjecto ε.

Κελαδοῦσιν. Resonant. [Et κέλαδος, sonus, strepitus.] *Hic ego tuba suspensa sum, donarium Dianæ virginis, postquam sonorum clangorem edere desii.* [Κελάδων hic positum est] pro θορύβων, i. e. tumultuum.

Κελαρύζει. Cum sono fluit. *Camelus quidem liquorem illum gustabat. Ille vero potum invitus bibebat, &, cum flatus inferne sursum pelleretur, superne vero aqua infunderetur, instar gutturis resonabat.*

Κελαιναί. Celænæ. Locus quidam in extremis Atticæ & Bœotiæ finibus situs. Item, urbs Phrygiæ.

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. III. cap. XXV. Epigr. XLII. ut Portus etiam observavit.

2 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VII. pag. 593.

3 Τόν τε φιλοπλέκτοιο κόμας σφ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis inediti. quod ex Cod. MS. integrum hic exhibebo. Ἀντιπάτρου Σιδωνίου ἀνάθημα τῇ Ἀφροδίτῃ παρὰ γυναικῶν.

Σάνδαλα μὲν τὰ ποδῶν θελκτήρια ταῦτα Βίτιννα,
Εὐτύχιον ἐρατὸν σκυτοτόμων κάματον,
Τόν τε φιλοπλέκτοιο κόμας σφιγκτῆρα, Φιλαινίς,
Βαπτὸν ἁλὸς πολιῆς ἄνθεσι κεκρύφαλον·
Ῥιπίδα δ' Ἀντίκλεια καλόπτερον ἣ δὲ προσώπου
Ἔργον ἀραχναίοις νήμασιν ἰσόμορον,
Ἁ καλὰ Ἡράκλεια τὸ εὔσπειρον δὲ δράκοντα,
Χρύσεον ῥαδινῶν κόσμον ἐπισφυρίων,
Πατρὸς Ἀριστοτέλους συνώνυμος· αἱ συνομήλικες
Ἅλικες ὡραίης δῶρα Κυθηριάδι.

Distichum primum Epigrammatis hujus adducit Suidas supra v. Βίτιννα; ubi vide quæ notavimus. Partem distichi tertii idem excerpsit v. Ἀρπιδέσι. In Hexametro quarto per vocem δράκοντα intelligitur fascia, qua mulieres crura ad malleolos usque vincire solebant; sic appellata a spiris, quibus serpentis instar tibiam circundabat. Idem ornamentum in alio Epigrammate inedito, quod in nota sequente exhibebimus, appellatur καλὸν σπείραμα περισφυρίοιο δράκοντος. In Hexametro ultimo lege, πατρὸς Ἀριστοτέλεια ἐπώνυμος, i. e. *Aristotelia, quæ a patre [Aristotele] denominata est.* Deinde, Συνομήλικες, quod sequitur, dictum est pro ὁμήλικες, i. e. ὁμοιότροποι.

4 Πορφύρεον χαίτης ῥύτορα κεκρ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod itidem ex Anthologia MS. cum Lectore hic communicabimus. Ἀρχίου.

Σάνδαλα ταῦτα Βίτιννα, πολύπλεκτον δὲ Φιλαινὶς
Πορφύρεον χαίτας ῥύτορα κεκρύφαλον.
Ξανθὰ δ' Ἀντίκλεια τόδε προκάλυμμα προσώπου
Τὰν χλιδὰν ἀραχναίαις εἴκελον ἀρπεδόσιν.
Ἁ δὲ καλὸν σπείραμα περισφυρίοιο δράκοντος
Οὔνομ' Ἀριστοτέλευς πατρὸς ἐνεγκαμένα.
Ἅλικες ἀγλαὰ δῶρα, γαμοστόλε, σοὶ τάδε, Κύπρι,
Ὤπασαν, αἰγιαλῶν Ναυκράτιδος ταῖται.

Pentametrum secundum Epigrammatis hujus adducit Suidas supra v. Ἀρπιδόσι.

5 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 757.

6 Κεκοισυρῶσθαι] Vide infra v. Κοισύρα.

7 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 626. (435. Ed. Bas. *P.*)

8 Κελαδεινή] Est epithetum Dianæ apud Homerum Il. Υ. v. 70. ad quem locum Suidas hic respexit.

9 Σάλπιγξ ἄγκειμαι Τριτ.] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate Antipatri Sidonii in tubam, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ publici juris fecit celeberrimus Bentlejus ad Epigram. Callimachi LX.

10 Ἄγκειμαι] Sic recte habet MS. Paris. A. At in reliquis MSS. ut & in prioribus Edit. omnibus vitiose legitur ἔγκειμαι.

11 Κελαιναί] Recte, si pro urbe Phrygiæ accipiatur. Male vero, si pro oppido in extremis Bœotiæ & Atticæ finibus sito. Tunc enim Μελαιναί potius scribendum. Vide Holstenium & Berkelium ad Stephanum Byzantium v. Μελαινεῖς; & nos supra ad v. Ἀπατούρια.

Κελαι-

Κελαινεφής. μελανονεφής.

Κελαινόν. μέλαν. ἐν [1] Ἐπιγράμμασι·

Καὶ γραφικοῖο δοχῆα κελαινοτάτοιο ῥεέθρου.

Κελαινός. μέλας.

Κελαινοφαής. ἀντὶ τοῦ μέλαινα. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Ὦ νυκτὸς κελαινοφαὴς ὄρφνη.

Κελαινώπαν. [2] οἷον, οὐκ ἐν φανερῷ, ἀλλ' ἐν σκότῳ ἤδη βλεπόμενον, καὶ μέλανα, καὶ οἷον κεκρυμμένον, καὶ δόλιον.

Κέλεαι. κελεύεις.

Κελεζηνή. χώρα τῶν Ἀρμενίων, πλησίον Μελιτηνῆς. ἡ παρ' ἡμῖν Κελζηνὴ ὀνομαζομένη.

Κελέοντες. [3] κυρίως μὲν κελέοντες καλοῦνται [4] οἱ ἱνόποδες. Ἀντιφῶν δὲ ἐν [5] τῇ πρὸς Δημοσθένην γραφῇ, τὰ ὀρθὰ ξύλα οὕτως ὠνόμασε.

Κελεός. ὄνομα κύριον. καὶ ὄρνεον ταχύτατον, ἀφ' οὗ καὶ τὸ κέλλειν, τὸ ταχέως βαδίζειν.

Κελεστικός. ὄνομα κύριον.

Κελέβη. κόγχη. ἡ λεκάνη. ἢ τοιοῦτον σκεῦος, ἐν ᾧ δυνατὸν νίψασθαι πόδας.

Ἐκ [6] δ' ἔχεεν κελέβη, μετὰ δ' αὖ κερὰς ἠφύσατ' ἄλλο.

Κελευθήτῃσι. τουτ' ἐστιν, ὁδοιπόροις.

Προίκιος [7] ἀνθρώποισι κελευθήτῃσιν ἀοιδός.

ἐν Ἐπιγράμμασι.

Κελεύω. δοτικῇ. καὶ αἰτιατικῇ. οὐκ ἐπὶ μειζόνων μόνον κεῖται παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐλαττόνων.

Κελευστής, [8] τριήραρχος, πρωρεύς. καὶ ὁ μὲν τριήραρχος ἄρχει τῆς νηὸς, καὶ τοῦ πληρώματος. ἔστι δὲ κατ' ἐκλογὴν τῶν πολιτικῶν ἀνδρῶν. ἄρχει δὲ ὁ πρωρεὺς καὶ τῶν κωπηλατῶν. οἱ δὲ κελευσταὶ τούτων αὐτῶν, καὶ τῶν ἐπιβατῶν. μεγίστην δὲ παρέχονται χρείαν οἱ κελευσταί. καὶ γὰρ ἵνα τοὺς ἄρτους δεόντως πέττωσι, καὶ συντελῶσι τὸ μέτρον ἐν τῷ δειπνεῖν οἱ κωπηλάται, τούτοις ἐστὶν ἐπιμελές· [9] οἴνου, κρέως, ἐλαίου, καὶ πάντων τῶν τοιούτων, ἵνα ταῦτα τηροῦντες καθ' ἡμέραν τὸ ἐπιβάλλον ἔχωσι τοῦ διδομένου πρὸς τὴν χρείαν. [10] Ἀῤῥιανός· Καθ' ἑκάστην ναῦν τὸ ἐνδόσιμον τοῖς ἐρέταις ἐνέδοσαν.

Κελευτιόων. παρακελευόμενος.

Κέληζες. [11] Ὁ μὲν ἔφθη ὑπερβῆναι ταῖς μακραῖς

Κελαινεφής. Atras nubes habens.

Κελαινόν. Atrum. Nigrum. In Epigrammate: *Et vas, quod atramentum scriptorium continere solet.*

Κελαινός. Ater. Niger.

Κελαινοφαής. Nigra. Obscura. Aristophanes *Ranis: O noctis obscura caligo.*

Κελαινώπαν. Non palam apparentem, sed in tenebris latentem, & atrum, & quasi absconditum, & insidiosum.

Κέλεαι. Jubes.

Κελεζηνή. Celezene, Armeniorum regio, prope Melitenen: quæ a nobis Celzene vocatur.

Κελέοντες. Proprie sic vocantur ἱστόποδες, i. e. ligna, quæ telam extendunt. Antipho autem in defensione adversus Demosthenis accusationem sic appellavit recta ligna.

Κελεός. Celeus. Nomen proprium. Item, avis velocissima, a qua & dictum est κέλλειν, quod celeriter ire significat.

Κελεστικός. Celesticus. Nomen proprium.

Κελέβη. Concha. Patina. Vel vas, in quo pedes lavari possunt. [*Liquore*] *ex celebe effuso, alium deinde, quem miscuerat, hausit.*

Κελευθήτῃσι. Viatoribus. In Epigrammate: *Qui viatoribus gratis cano.*

Κελεύω. Jubeo. Dativo & accusativo jungitur. Dicitur autem apud Thucydidem non solum de rebus majoribus, sed etiam minoribus.

Κελευστής, τριήραρχος, πρωρεύς. [Celeusta, sive hortator remigum; trierarcha; proreta.] Et trierarcha quidem navi, omnibusque qui in ea sunt, præest: isque ex civibus deligitur. Proreta vero remigibus quoque imperat. At celeustæ, & his, & militibus classiariis. Maximum vero usum [nautis] celeustæ præbent. His enim curæ est, ut panes recte pinsantur, & remigibus justum ciborum demensum detur. [Iidem etiam curam gerunt] vini, carnis, olei, omniumque hujusmodi rerum, ut ea servantes quotidie debitam habeant portionem ejus, quod ad usum necessarium præbetur. Arrianus: *In singulis navibus* [*celeustæ*] *remiges signo dato remis incumbere jusserunt.*

Κελευτιόων. Adhortans.

Κέληζες. *Ille quidem longis navibus ocius*

1 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. XXVI. Epigr. 2. ut Portus monuit.

2 Κελαινώπαν. οἷον, οὐκ ἐν φαν.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ajacem* pag. 56.

3 Κελέοντες. κυρίως μὲν κτλ.] Ex Harpocratione.

4 Οἱ ἱνόποδες] Legendum est *οἱ ἱστόποδες*, ut Portus etiam monuit. Scholiasta MS. ad Theocrit. Idyll. XVIII. v. 34. *Ἐκτάμ' ἐκ κελεόντων· ἤγουν ἐκ τῶν ἱστοπόδων. τέμνεται γὰρ τὸ ὕφασμα ἐκ τοῦ ἱστοῦ, ὅταν πληρωθῇ.*

5 Ἐν τῇ πρὸς Δημοσθ. γραφῇ] Lege & supple ex Harpocratione, *ἐν τῇ πρὸς Δημοσθένους γραφὴν ἀπολογίᾳ.*

6 Ἐκ δ' ἔχεεν κελέβη, μετὰ δ' αὖ κ.] Vide infra v. Κερὰς.

7 Προίκιος ἀνθρώποισι κτλ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis in cicadam, quod integrum exstat Anthol. lib. VI. cap. XVI. Epigr. III. ut Portus etiam observavit.

8 Κελευστής] Quem Græci *κελευστὴν*, eum Latini *hortatorem remigum*, vel *portisculum* vocant. Vide Grammaticos & Glossas veteres.

9 Οἴνου, κρέως, κτλ.] Locus hic videtur esse mutilus, quem sic suppleo, *αὐτοῖς δὲ μέλει καὶ οἴνου* &c. Hanc lectionem in versione expressi.

10 Ἀῤῥιανός· Καθ' ἑκάστην ναῦν τὸ ἐνδ.] Loco huic similis est alius ejusdem Arriani lib. VI. *de Expedit. Alex.* pag. 383. *Τῶν κελευστῶν ἐνδιδόντων τὰς ἀρχάς τε καὶ ἀναπαύλας τῇ εἰρεσίᾳ.*

11 Ὁ μὲν ἔφθη ὑπερβ.] Ex mutilo hoc & lacero fragmento vix sensum aliquem elicere potuimus. Portus pro *κέληζες* legendum putabat *κέλητες*: quod, ut in re incerta, nec probo nec repudio.

ιωσίν. οἱ δὲ κέλητες, τοῦ Θεοῦ συσκοτάζοντος, ἐπεζήτουν τὸ φῶς.

Κέλης. ὁ μόνος ἵππος. καὶ ὁ ἐπὶ τούτου φερόμενος. ὁ σελλάριος. ὁ γυμνός. Συνωρὶς δὲ, δύο ἵπποι συνεζευγμένοι.

Κέλης. εἶδος πλοιαρίου μικροῦ. [1] Ἀριστοφάνης·

———Ἀλλ' ἐκεῖνό γ' οἶδ', ὅτι
Ἐπὶ τῶν κελήτων διαβεβήκασιν ὄρθριαι.

καὶ ἵππος δὲ κέλης, ὁ γυμνός. λέγει οὖν, ὅτι ἐν πλοίῳ εἰσὶν ἐρχόμεναι, καὶ οὐχ ἁπλῶς. ἐν Ἐπιγράμμασιν·

Οὐκέτι [2] Τιμάριον τὸ πρὶν γλαφυροῖο κέλητος
Πῆγμα φέρει πλωτὸν, Κύπριδος εἰρεσίην.

ἔστι δὲ εἶδος πλοίου. † Ὅτι τὸ κελητίζειν παρὰ τοῦ Ὁμήρου.

Κελητίζειν. κέλητα ἐλαύνειν. [3] Ὅμηρος·

Ὡς δ' ὅτ' ἀνὴρ ἵπποισι κελητίζειν εὖ εἰδώς.

Κέλης. [4] ὁ σελλάριος.

Κελήτιον. μικρὸν πλοιάριον. ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ κέλητος ἵππου, ᾧ εἷς ἀνὴρ ἐπικάθηται.

Κέλωρ, [5] Κέλωρος. ὄνομα κύριον.

Κέλκοις. [6] συνάγρεις. καὶ ὁ παῖς.

Κελσῖνος, Εὐδώρου, Κασταβαλεύς, φιλόσοφος. ἔγραψε συναγωγὴν δογμάτων πάσης αἱρέσεως φιλοσόφου· καὶ ἕτερα.

Κελτίβηρες [7] ἴδιον ἔχουσι κατὰ τὸν πόλεμον. [8] πιεζομένων γὰρ τῶν πεζῶν, παρακαταβάντες, καὶ ἐν τοῖς ἀγωγεῦσι τῶν ἵππων πασσαλίσκους ἔχοντες προσηρτημένους, τούτους πήξαντες, πειθαρχεῖν ποιοῦσι τοὺς ἵππους.

Κελτοί. ὄνομα ἔθνους, οἱ λεγόμενοι Γερμανοί· οἱ ἀμφὶ τὸν Ῥῆνον ποταμόν εἰσιν, οἳ κατέθεον τὴν γῆν τῶν Ἀλβανῶν· οὓς καὶ Σήνωνας καλοῦσιν. οὗτοι οἱ Κελτοὶ κατὰ Ῥωμαίων ἐστράτευσαν. ἀνὴρ δέ τις τῶν Κελτῶν ἡγεμονικός, τό, τε σῶμα εὐπρεπής, καὶ τὸν θυμὸν ἀλκιμώτατος, προελθὼν τοῦ οἰκείου πλήθους, ἐς μονομαχίαν προεκαλεῖτο τῶν ἐναντίων τὸν ἄριστον. Βαλέριος δέ τις ἡγεμὼν φάλαγγος ὑπέστη τὸ ἀγώνισμα, καὶ θείᾳ δέ τινι μοίρᾳ κατὰ γνώμην ἀποβάντος, ἔτυχε τοῦ βουλεύματος. [9] ἐπεὶ γὰρ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγματος ὁπλισάμενος, κόραξ προσιζάνει τῷ δεξιῷ τοῦ ἀνδρὸς βραχίονι· ἀντιπρόσωπος δὲ τῷ Κελτῷ κατὰ τὸν ἀγῶνα φερόμενος, καὶ τοῖς τε ὄνυξιν ἀμύττων τὸ πρόσωπον, καὶ ταῖς πτέρυξιν ἐπικαλύπτων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἀφύλακτον τῷ Βαλερίῳ τὸν πολέμιον παραδέδωκεν· ὁμοῦ τήν τε νίκην τῷ ἀνδρί, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἐπωνυμίαν χαρισάμενος. Κορβῖνος γὰρ δὴ τοὐντεῦθεν ἐπεκλήθη· τῆς τε μαρτυρηθείσης ἀρε-

antevertit [*reliquos.*] *Celoces vero tenebris ingruentibus lucem quærebant.*

Κέλης. Equus ſingularis. Item, qui eo vehitur. Equus ſellaris, vel nudus. Συνωρὶς vero dicitur de duobus equis junctis.

Κέλης. Celox. Genus parvi navigii. Ariſtophanes: *Sed probe novi, eas primo mane celoces conſcendiſſe.* Item κέλης, equus ſingularis. Dicit igitur [Comicus,] eas navi vectas venire. In Epigrammate: *Non amplius Timarium fert nitidam ante & bene compactam navigationique aptam celocem, Veneris remigium.* Hic τὸ κέλης genus navis ſignificat. † Τὸ κελητίζειν, i. e. equis deſultoriis uti, ante Homerum uſitatum fuit.

Κελητίζειν. Equo ſingulari vehi. [Vel, equis deſultoriis equitare.] Homerus: *Ut cum vir, qui equis deſultoriis equitare optime novit.*

Κέλης. Equus ſellaris.

Κελήτιον. Parva navis. Per tranſlationem ductam ab equo celete, cui unus vir inſidet.

Κέλωρ. Celor, Celoris. Nomen proprium.

Κέλκοις. Apris. Item, puer.

Κελσῖνος. Celſinus, Eudori filius, Caſtabalenſis, Philoſophus. Scripſit collectionem, in qua omnium ſectarum Philoſophicarum dogmata recenſet: itemque alia.

Κελτίβηρες. *Celtiberi hoc habent in bello proprium, ut, cum pedites ipſorum ab hoſte premuntur, ex equis deſcendentes, paxillos, qui loris equorum appenſi ſunt, humi defigant, & ſic eos loco ſuo manere aſſuefaciant,* [*donec redeant.*]

Κελτοί. Nomen gentis. Celtæ. Hi & Germani vocantur, qui flumen Rhenum accolunt, terramque Albanorum hoſtiliter invaſerunt. Eoſdem & Senones vocant. Hi Celtæ bellum Romanis intulerunt: inter quos vir quidam, ordinum dux, pulchra corporis ſpecie, animique fortitudine inſigni præditus, ex cohorte ſua in medium proceſſit, hoſtiumque fortiſſimum ad ſingulare certamen provocavit. Valerius igitur tribunus militum certamini illi ſeſe obtulit, & ſingulari quodam caſu, qui divinitus tunc accidebat, victoriam reportavit. Poſtquam enim ex cohorte ſua in medium armatus proceſſiſſet, corvus in dextro ejus brachio conſedit, qui in Gallum pugnantem involans, unguibuſque faciem ejus lanians, & alis oculos obtegens, hoſtem impune feriendum Valerio præbuit, eique cum victoria cognomen etiam ab eventu dedit. Corvinus enim inde appellatus eſt. Idem quoque ob tam illuſtre virtutis documentum, præter morem apud Romanos re-

1 Ἀριστοφάνης] *Lyſiſtrata* pag. 838. (542. Ed. Baſ. P.)

2 Τιμάριον] Eſt nomen proprium meretricis, ut Γλυκέριον & ſimilia. Senſus autem Epigrammatis hujus eſt obſcœnus, quoniam poeta ludit ambiguitate vocis κέλης, quam aliquando etiam de re venerea dici conſtat.

3 Ὅμηρος] Il. O. v. 679.

4 Κέλης. ὁ σελλάριος] Vide Salmaſium ad Æl. Lamprid. *Heliogab.* pag. 799.

5 Κέλωρ, Κέλωρος. ὄνομα κ.] Aliter Heſychius: quem vide.

6 Κέλκοις. συνάγρεις] An legendum eſt, Κέλμις. σύαγρος? Vide Heſych. v. Κέλμις.

7 Κελτίβηρες ἴδιον ἔχουσι κατὰ τὸν πόλ.] Fragmentum hoc plenius legitur ſupra v. Ἴδιον.

8 Πιεζομένων γὰρ τῶν πεζῶν παρακ.] Confer Diodorum Siculum lib. v. pag. 310.

9 Ἐπεὶ γὰρ προῆλθε τοῦ οἰκείου τάγμ.——τοὐντεῦθεν ἐπεκλήθη] Hæc totidem pene verbis leguntur etiam ſupra v. Ἀμύσσειν.

τῆς

τῆς ἐνεχ... τὰ καθεστηκότα Ῥωμαίοις νόμιμα τῆς ὑπατικῆς ἀρχῆς ἔτι μειράκιον ἂν τυγχάνῃ.

Κέλυφος. τὸ λέπυρον τοῦ ᾠοῦ. ὅτι οἱ τὰς βαλάνους ἐσθίοντες, τὰ κελύφη ἔκαιον.

Κελύφῃ. τῇ περικεφαλαίᾳ. ἡ εὐθεία τὸ κέλυφος. Κελύφη δὲ, θηλυκόν.

Κεμὰς, κεμάδος. ἔλαφος, ὁ κοιμώμενος ἐν σπηλαίῳ· κοιμάς τις ὤν.

Εἰ [1] δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐῤῥύσαο Δᾶμιν, Ἄνασσα,
Κὴκ πενίης, θύσει χρυσόκερων κεμάδα.

Κέμυρις. ὄνομα κύριον.

Κέναδρος. κενὸς ἀνήρ.

Κενδέβαιος. ὄνομα κύριον.

Κενεβρείων. [2] θνησιμαίων. Κενέβρεια γὰρ, τὰ νεκριμαῖα, κατ' ἐναλλαγὴν στοιχείων.

Κενεμβατεῖν. εἰς κενὰ βαίνειν. κενὰ ἐπιχειρεῖν.

Κενεόν. ποιητικῶς τὸ κενὸν καὶ μάταιον.

Πρὸς [3] ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κενοῖς ὑβριζέτω.

Καὶ αὖθις·

Οὐ [4] δῆτα μήπω νοῦ τοσόνδ' εἴην κενή.

Ἀντὶ τοῦ, συνέσεως ἐστερημένη.

Κενεών. ὁ περὶ τοὺς λαγόνας τόπος. κενὸς γάρ ἐστιν ὀστέων.

Κενῆς. ἐστερημένης. κεκενωμένης. ματαίας.

——Μή [5] τις ὡς κενῆς
Σκύμνον λεαίνης δυσμενῶν ἀναρπάσῃ.

Οἱ γὰρ κυνηγοὶ τηροῦσι τὸν καιρὸν, ὁπότε ἔρημοι τῶν μητέρων γίνονται οἱ σκύμνοι.

Κενινήτης. ἀπὸ τόπου.

Κενθίππη. [6]

Κενοδοξία. ματαία τις περὶ ἑαυτοῦ οἴησις.

Κενὸν ἀνθρώπων. ἔρημον. [7] Σοφοκλῆς περὶ Οἰδίπου.

Ὡς εἴπερ ἄρξεις τῆς δε γῆς, ὥσπερ κρατεῖς,
Ξὺν ἀνδράσιν κάλλιον, ἢ κενῆς κρατεῖν.
Ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος, οὔτε ναῦς
Ἔρημος, ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Κενῶν φάους. τυφλῶν.

Κενοσπουδία. ματαία σπουδή. καὶ Κενόσπουδος, ὁ ἐπὶ ματαίοις σπουδάζων.

Κενοτάφια. τινὰ ἦσαν [8] ἐλιστόμενα, ὡς τύπος νεκροῦ, μὴ ἔχοντα νεκρόν.

Κενότερος. ἐλαφρότερος. κουφότερος.

Κενοφωνίας. ματαιοφωνίας. ἀσεβείας. ἤγουν αἱρετικάς.

Κένσαι. ἐπιπλῆξαι.

ceptum, adolescens adhuc Consul creatus est.

Κέλυφος. Ovi putamen. Qui glandes comedebant, putamina earum urebant.

Κελύφῃ. Galea. Rectus casus est τὸ κέλυφος. Sed κελύφη est generis fœminini.

Κεμάς. Hinnulus cervi, in spelunca dormiens. Quasi dicas κοιμὰς, [a κοιμάομαι, dormio. In Epigrammate:] *Si autem, ut ex mari Damin servasti, Regina, ita a paupertate quoque* [*eundem liberaveris,*] *immolabit tibi auratis cornibus insignem cervum.*

Κέμυρις. Cemyris. Nomen proprium.

Κέναδρος. Vir vanus & futilis.

Κενδέβαιος. Cendebæus. Nomen proprium.

Κενεβρείων. Morticinorum. Κενέβρεια enim vocantur morticina, quasi dicas νεκριμαῖα, per literarum transpositionem.

Κενεμβατεῖν. Quasi dicas εἰς κενὰ βαίνειν, res vanas aggredi.

Κενεόν. Poetice pro κενὸν, vanum, inane. [Sophocles:] *Hanc ob causam Ulysses defuncti manibus insultet.* Et iterum: *Absit, ut adeo sim sanæ mentis expers.* Vel, sana mente destituta.

Κενεών. Locus, qui est circa ilia. Venter. Sic dictus, quod sit ossibus vacuus.

Κενῆς. Orbatæ. Vacuæ. Vanæ. *Ne quis inimicorum ut orbæ catulum leænæ eum auferat.* Venatores enim tempus observant, quo catuli leonum matrum præsentia destituti sunt.

Κενινήτης. Ceninetes. A loco [sic dictus.]

Κενθίππη. [Nomen loci.]

Κενοδοξία. Vana quædam de se opinio.

Κενὸν ἀνθρώπων. Vacuum hominibus. Sophocles *Oedipo: Si enim in hac terra* [*in posterum quoque*] *regnaturus es, uti nunc regnas; præstat incolis frequentem eam habere, quam desertæ imperare. Neque enim ullus est usus turris vel navis, quæ nullos habent habitatores.*

Κενῶν φάους. Lumine cassorum. Cœcorum.

Κενοσπουδία. Studium inane. Et κενόσπουδος, qui rebus inanibus studet.

Κενοτάφια. Cenotaphia, sive monumenta mortuorum, in speciem tantum exstructa, quæ nullum mortui cadaver habent.

Κενότερος. Inanior. Levior.

Κενοφωνίας. Voces vanas & futiles. Voces impias, sive, hæreticas.

Κένσαι. Stimulasse. Objurgasse.

1 Εἰ δ' ὡς ἐκ πελάγους ἐῤῥ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Κιγχελίνοι.

2 Κενεβρείων. θνησιμ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 566. (389. Ed. Bas. P.)

3 Πρὸς ταῦτ' Ὀδυσσεὺς ἐν κεν.] Senarius hic legitur apud Sophoclem *Ajace* pag. 56. ut Portus monuit.

4 Οὐ δῆτα μήπω νοῦ τοσ.] Et hic senarius depromptus est ex Sophocl. *Electra* pag. 100. ut itidem Portus observavit.

5 Μή τις ὡς κενῆς σκ.] Sophocles *Ajace* pag. 57. ut Portus itidem monuit.

6 Κενθίππη] Est nomen loci. Vide Etymologum.

7 Σοφοκλῆς] *Oedipo Tyranno* pag. 151. *Port.*

8 Ἐλιστόμενα] Bochartus *Hierozoic.* Part. 1. lib. II. cap. LI. legendum censet πλασσόμενα. a quo non dissentio. Τὸ ἐλιστόμενα enim stare non potest.

Κενταυρικῶς. [1] ἀγροίκως. ἀκόσμως. ὑβριστικῶς. ὅτι καὶ οἱ Κένταυροι ὑβρισταί. οἱ δὲ ἀντὶ τοῦ μαλακῶς. εἰρωνεύεται γὰρ ὁ Ἡρακλῆς. ὁ γὰρ Διόνυσος μαλακὸς καὶ [2] τρυφηλός. Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Τίς τὴν θύραν ἐπάταξεν; ὡς Κενταυρικῶς
Ἐνήλατο.——

Καὶ αὖθις· [3] Οἵους οὔτε τοὺς Κενταύρους τοὺς τὸ Πήλιον ἔχοντας, οὔτε τοὺς Λαιστρυγόνας, τοὺς τὸ Λεοντῖνον πεδίον οἰκήσαντας.

Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν. σπεῦδε δηλονότι ἐπὶ τὸ προκείμενον.

Κεντηνάριον. νομισμάτων ποσότης.

Κεντηλίων [4] σχολῆς. εἶδος ἀξιώματος.

Κέντορος. τοῦ τοὺς ἵππους κεντοῦντος.

Κεντών, κεντῶνος. Ῥωμαϊστί. καὶ Κεντώνιον.

Κέντρα. τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα. καὶ, [5] Κέντρα διωξικέλευθα.

Κεντρηνεκέες. καὶ Κεντρηνεκής. ὁ κέντρῳ πληττόμενος.

Κέντρον. τὸ βουκέντριον.

Κεντρίσας τὸν ἵππον.

Κεντροτύπος. [6] ὁ μοχθηρός. ἢ ὁ ἡνίοχος. παρὰ τὸ κεντεῖν τοὺς ἵππους.

Κέντρων. [7] τουτέστι χαλεπὸς καὶ φαῦλος. καθὸ καὶ τοὺς ἡνιόχους κεντροτύπους καλοῦμεν, τοὺς τοῖς κέντροις τοὺς ἵππους πλήττοντας. ἢ κέντρων, ὁ ἐκ πολλῶν συνερραμμένος. ἐπεὶ τοιαῦτα τοῖς ὑποζυγίοις συρράπτοντες, καλοῦσι κέντρωνας. Ὁσαύτως καὶ λόγους ἐκ διαφόρων συνειλεγμένους, καὶ ἕνα σκοπὸν ἀπαρτίζοντας· οἷά εἰσι τὰ Ὁμηρόκεντρα. οἱ δὲ τὸν λοίδορον ἀκούουσιν· οἷον κεντροτύπον. ἢ κέντρων, ὁ κλέπτης· διὰ τὸ βασανιζομένοις τοῖς κλέπταις καὶ κέντρα προσφέρεσθαι. Κέντρα καὶ τὰ τῶν ἵππων πλῆκτρα. † Διελάσας τὸν ἵππον, καὶ τὰ κέντρα προσβαλὼν, παρεῖναι διὰ ταχέων.

Κεντυρίων. [8] ὁ ἑκατόνταρχος.

Κενοὶ κενὰ λογίζονται. παροιμία. [9] Ἀρχίας γὰρ Κύπρον βουλόμενος προδοῦναι Δημητρίῳ, καὶ φωραθεὶς, καλωδίῳ τῶν [10] ἐκ τῆς αὐλαίας παραπεπετασμένων ἑαυτὸν ἀπεκρέμασε. τῷ γὰρ ὄντι διὰ τὰς ἐπιθυμίας κενοὶ κενὰ λογίζονται. καὶ γὰρ ἐκεῖνος δόξας πεντακόσια τάλαντα προσλήψεσθαι, καὶ [11] τὰ

Κενταυρικῶς. [Centaurorum more. Id est,] rustice, immodeste, insolenter. Centauri enim fuerunt insolentes. Alii vero vocem illam accipiunt pro molliter. Hercules enim per ironiam loquitur, quoniam Bacchus erat mollis & effœminatus. Aristophanes *Ranis: Quis januam pulsavit? Quam insolenter foribus insultavit?* Et iterum: *Quales neque Centauros, qui Pelium incoluere, neque Læstrygones, qui Leontinos campos tenuerunt, fuisse constat.*

Κέντει τὸν πῶλον περὶ τὴν νύσσαν. *Stimula equum juxta metam.* Id est, urge propositum.

Κεντηνάριον. Nummorum quantitas.

Κεντηλίων σχολῆς. Scholæ Gentilium. Genus dignitatis.

Κέντορος. Equos stimulantis.

Κεντών. Latine, cento. Et κεντώνιον, centonium.

Κέντρα. Stimuli equorum. Et, Κέντρα διωξ. Stimuli, quibus equi ad cursum incitantur.

Κεντρηνεκέες. Stimulis puncti. Et κεντρηνεκὴς, stimulo punctus.

Κέντρον. Boum stimulus.

Κεντρίσας τὸν ἵππον. Qui stimulavit equum.

Κεντροτύπος. Nequam. Improbus. Vel auriga: sic dictus, quod equos stimulet.

Κέντρων. Sævus, molestus, & horrendus. Nam & aurigas κεντροτύπους vocamus, ideo quod stimulis equos pungant. Vel κέντρων, cento, ex multis frustis consutus: qualia sunt stragula jumentorum, quæ ideo κέντρωνας vocant. Similiter & scripta, ex diversis locis consarcinata, & unam sententiam absolventia, [*centones* vocant:] quales sunt centones Homerici. Alii hominem maledicum sic vocant: quasi qui stimulis [verborum] pungit. Vel κέντρων, fur: quod furibus, qui tormentis subjiciuntur, stimuli etiam admoveantur. Κέντρα etiam vocantur equorum stimuli. *Concitato equo, calcaribusque ei admotis, celeriter, [quo tendebat,] pervenire [poterat.]*

Κεντυρίων. Centurio.

Κενοὶ κενὰ λογίζονται. *Vani vana cogitant.* Proverbium: *Archias enim, cum Cyprum Demetrio prodere vellet, deprehensus funiculo aulæi oppansi se suspendit. Revera enim homines vani, stultis cupiditatibus decepti, vana animo agitant. Nam ille quingenta talenta se lucraturum sperans, & quas*

1 Κενταυρικῶς. ἀγροίκως. ἀκ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 212. (131. Ed. Bas. P.)

2 Τρυφηλός] Sic recte habent MSS. Paris. At priores Editt. pessime τρφλές.

3 Οἵους οὔτε τοὺς Κενταύρους τοὺς τὸ Πηλ.] Fragmentum hoc legitur in Collectaneis Constantini, a Valesio editis, pag. 22. unde id Suidas descripsit.

4 Κεντηλίων σχολῆς] Sic etiam legitur in Glossis Basilicorum. At præstat scribere Γεντηλίων, vel Γεντιλίων σχολῆς. Intelligit enim Suidas Scholam illam, quæ dicebatur *Gentilium.* Vide Dufresnium in Glossario Latino v. *Gentilis.*

5 Κέντρα διωξικέλευθα] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod exstat Anthol. lib. VI. cap. 11. Epigr. 1. ut Portus etiam monuit.

6 Κεντροτύπος. ὁ μοχθ. ἢ ὁ ἡν.] Ex Enarratore Comici ad *Nubes* pag. 152.

7 Κέντρων. τουτέστι χαλεπὸς καὶ φαῦ.] Confer Scholiastam Aristophanis loco modo laudato: apud quem eadem fere leguntur, sed alio ordine.

8 Κεντυρίων] Sic MSS. Paris. At priores Edit. minus recte Κεντηρίων, quod vel ordo alphabeti respuit.

9 Ἀρχίας γὰρ Κύπρον βουλόμενος προδ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Polybii, quæ leguntur in Excerptis a Valesio editis pag. 170. unde ea Suidas deprompsit. Vide etiam supra v. Ἀρχίας. & v. Αὐλαία.

10 Τῶν ἐκ τῆς αὐλαίας παραπεπ.] Hæc mendo laborant. Vel enim scribendum est ἐκ τῆς αὐλῆς περιπεπετασμένων; vel, τῆς παραπεπετασμένης αὐλαίας, ut legitur supra v. Αὐλαία.

11 Καὶ τὰ ὑπάρχοντα προσετ.] Scribe & supple, καὶ τὰ προϋπάρχοντα χρήματα καὶ τὰ πιστὰ προσαπέβαλε. Sic enim legitur apud Constantinum loco laudato, & apud ipsum Suidam supra v. Ἀρχίας.

ὑπάρ-

ὑπάρχοντα περιεσπάλεσε. καὶ αὖθις [1] Ἀριστοφάνης. Εἰσδραμὼν ἐς τὸ Πρυτανεῖον κενῇ τῇ κοιλίᾳ, ἔξεισι πλέᾳ· τουτέστιν, ἐκ τῆς πόλεως.

Κενοῖ. τουτέστι κενὸν ποιεῖ. ὅθεν καὶ τὸ ἐκένωσε.

Κέπφος. [2] εἶδος ὀρνέου ὁ λεγόμενος λάρος. ἔστι δὲ κοῦφον καὶ ἐπιπλέει τοῖς κύμασιν. Ὦ [3] κέπφε. ἀντὶ τοῦ, ὦ [4] εὐπλέστατε καὶ λάλε. φασὶ γὰρ τὸν κέπφον τοιοῦτον εἶναι. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν. ὁ γὰρ κέπφος ἀφρὸν ἐσθίει θαλάττιον. οἱ δὲ παῖδες τῶν ἁλιέων ῥίπτουσι τὸ πρῶτον πόρρωθεν. εἶτα ἐγγύτατω· εἶτα [5] εἰς τὴν χεῖρα τὸν ἀφρὸν, καὶ εὐχερῶς ἀγρεύουσι.

Κεπφωθείς. [6] ἐπαρθείς. ἐρεθισθείς. ὀξέως ἐλαυνόμενος.

Κέρα [7] ἀγλαέ. οὐ τὴν θρίκα ψιλῶς ἀλλ' ἐμπλοκῆς τι γένος, ἐπὶ κέρατος τρόπον ἐμπλεκομένων. [8] ἔπλεκον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τέττιγας. καὶ [9] παρ' Ὁμήρῳ·

Πλοχμοί θ', οἳ χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἐσφήκωντο.

[10] καλλωπιζόμενος τῇ τοξικῇ· ἢ τῇ τριχώσει. Κέρας γὰρ οἱ παλαιοὶ τὴν τρίχωσιν ἐκάλουν.

Κεραβάτης. [11] ὁ ἐπὶ τῶν κεράτων βαίνων.

Κεραΐζει. πορθεῖ. ἀναιρεῖ. διαρπάζει.

Κεραμέως πλοῦτος. ὁ σαθρὸς καὶ μὴ βέβαιος.

Κεραμεύειν. [12] κοινῶς ἀντὶ τοῦ κατεργάζεσθαι. ἦν δὲ καὶ [13] κεραμέως πατὴρ ὁ Κέφαλος. ἔλεγον δὲ κεραμεύειν καὶ τὸ κακῶς ποιεῖν τὰ κοινά.

Κεραμεικός. τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα οἱ ἐν πολέμῳ ἀναιρούμενοι ἐθάπτοντο, ὡς Μενεκλῆς καὶ Καλλίστρατος ἐν τοῖς περὶ Ἀθηναίων συγγράμμασί φασιν. ἔστι δὲ καὶ δῆμος Κεραμεικός. εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν στῆλαι ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς, ποῦ ἕκαστος ἀπέθανεν. † Ἀνάχαρσις Σκύθης, ὁ φιλόσοφος, εὗρεν ἄγκυραν καὶ τὸν κεραμεικὸν τροχόν.

Κεραμεικός. [14] τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψηλὸς, ὅπου ἐπετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος [15] λαμπάδος χορῶν ἀγῶνα. ὑπάρχει δὲ ἐκεῖσε ὑψηλὸν πύργον ἐφ' ὃν συμ-

antea possidebat opes, [*& præterea spiritum*] *amisit*. Et iterum Aristophanes: *Vacuo ventre Prytaneum intrans, pleno inde exit*. Id est, ex urbe.

Κενοῖ. Evacuat. Unde ἐκένωσε, evacuavit.

Κέπφος. Species avis, quæ etiam larus vocatur. Est autem levis & fluctibus innatat. O cepphe. Id est, O stultissime & loquax. Cepphum enim talem esse dicunt. Dicitur autem proverbium hoc de hominibus stultis. Cepphus enim spumam marinam edit. Quare piscatorum pueri primum procul stantes spumam ei projiciunt: deinde proprius accedunt; & denique manu edendam porrigentes, facile eam capiunt.

Κεπφωθείς. [Vana spe] elatus. Irritatus. Qui celeriter fertur.

Κέρα ἀγλαέ. Per vocem κέρας [Homerus] non simpliciter intelligit comam: sed comam cornu instar inflexam & intortam. Athenienses vero etiam cicadas. [capillis suis] innectebant. Et apud Homerum: *Cincinni, qui auro & argento constricti erant*. Vel, [τὸ κέρα ἀγλαὲ significat eum,] qui ob sagittandi artem sese jactat. Vel, ob comam. Veteres enim κέρας vocabant comam.

Κεραβάτης. Cornipes.

Κεραΐζει. Populatur. Interficit. Diripit.

Κεραμέως πλοῦτος. Opes figuli. Id est, quæ non sunt firmæ nec stabiles.

Κεραμεύειν. [Apud Aristophanem significat] conficere. Erat autem Cephalus filius figuli. Κεραμεύειν etiam dicebant Rempubl. damno afficere.

Κεραμεικός. Ceramicus, locus Athenis, in quo sepeliebantur illi, qui in bello cæsi fuerant, ut ajunt Menecles & Callistratus in scriptis suis de Atheniensibus. Est & Ceramicus populus [Atticæ. In Ceramico autem] columnæ utrinque erectæ erant in honorem eorum, qui publice sepulti fuerant, additis inscriptionibus, [quæ declarabant,] ubi quisque obiisset.

Κεραμεικός. Ceramicus, locus editus in Attica, ubi quotannis ludi celebrabantur, in quibus qui certabant, faces accensas gestabant.

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 303. (204. Edit. Bas. *P.*) ad quem locum consule veterem Enarratorem.

2 Κέπφος. εἶδος ὀρνέου ὁ λεγόμενος λάρος] Sic etiam habent omnes Edit. præcedentes. At in MSS. Paris. ut & in Lexico Photii inedito nulla lari fit mentio, sed locus hic ita legitur: Κέπφος. εἶδος ὀρνέου ὀξυπτέρου. Hanc lectionem probo, quoniam κέπφος & λάρος sunt aves diversæ, quamvis similes, ut patet ex Aristotele *Histor. Anim.* lib. VIII. cap. III. itemque Scholiasta Nicandri ad *Alexipharmaca*.

3 Ὦ κέπφε. ἀντὶ τοῦ, ὦ εὐπλ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 91. unde Suidas supplendus est.

4 Εὐπλέστατε] Legere malim εὐηθέστατε. Erat enim cepphus avis admodum stulta & deceptu facilis, ut non solum patet ex hoc ipso loco Suidæ, sed etiam ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 702. qui cepphum εὐηθὲς ζῶον vocat. Vide etiam vocem sequentem Κεπφωθείς.

5 Εἶτα εἰς τὴν χεῖρα τὸν ἀφρ.] Hic locus supplendus est ex Scholiasta Aristoph. loco ante laudato.

6 Κεπφωθείς] Vox hæc legitur *Proverb.* VII. 22. Ὁ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ κεπφωθείς. i. e. *Ille vero* (juvenis) *eam* (adulteram) *sequitur deceptus & inescatus*. Ad hunc locum Suidas forte respexit.

7 Κέρα ἀγλαέ. οὐ τὴν θρ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Homeri Il. Λ. v. 385. Τοξότα λωβητὴρ, κέρα ἀγλαὲ, παρθενοπῖπα. Vide ad eum locum Grammaticos.

8 Ἔπλεκον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τέττ.] Vide infra v. Τεττιγοφόροι.

9 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. P. v. 52.

10 Καλλωπιζόμενος τῇ τοξ. ——— ἐκάλουν] Hæc sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Homeri Il. Λ. v. 385.

11 Κεραβάτης] Vide paulo inferius v. Κεροβάτης.

12 Κεραμεύειν. κοινῶς ἀντὶ τοῦ κατεργ.] Hæc nota referenda est ad locum illum Aristoph. *Ecclesiaz.* pag. 731. (491. Ed. Bas. *P.*)

——————Τὰ πηδάλια
Κακῶς κεραμεύειν τὴν δὲ πόλιν δεῖ καλῶς.

Adi ipsum Comicum ejusque Enarratorem, ex quibus loci hujus illustratio petenda est.

13 Κεραμέως πατήρ] Scribe κεραμέως πατρός: ut apud Scholiastam Aristophanis loco laudato.

14 Κεραμεικός. τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 217. (135. Edit. Bas. *P.*) Vide etiam supra v. Εἶναι.

15 Λαμπάδος χορῶν ἀγῶνα] Scribe, λαμπαδοῦχον ἀγῶνα: ut apud Enarratorem Comici loco laudato.

ἐκέλευσ' αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τὴν λαμπάδα, καὶ ὅταν ἀφεθῶσιν, ἀφεῖναι αὐτὸν κάτω.

Dicunt autem ibi esse altam turrim, in quam [Hercules Bacchum] adscendere jubet, ei suadens, ut lampadem observet, &, cum [cursores] dimissi fuerint, tunc ipse se præcipitem det.

Κεραμεικοί. [1] δύο ἦσαν Κεραμεικοί· ὁ μὲν, ἔνδον τῆς πόλεως· ὁ δὲ ἔξω· ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον.

Κεραμεικοί. Ceramici duo erant: alter in urbe, alter vero extra urbem: ubi etiam publice sepeliebant eos, qui in bello ceciderant, & funebres laudationes habebant.

Κεραμεικοί. δύο τόποι Ἀθήνησιν. [2] ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ εἱστήκεισαν αἱ πόρναι.

Κεραμεικοί. Duo loca Athenis: in quorum altero meretrices prostabant.

Κεράμειον. ἀγγεῖον. τὸ δὲ κύριον Κεράμιον, διὰ τοῦ ι. εἰ μὴ πρόσκειται τὸ ἀγγεῖον. καὶ κεράμεια τεύχη.

Κεράμειον. Cum de vase dicitur, [significans figlinum, per ει scribitur.] At nomen proprium Κεράμιον, per ι. Nisi addatur ἀγγεῖον. Et κεράμεια τεύχη, vasa figlina.

Κεραμικὴ [3] μάστιξ. ὀστρακισμός.

Κεραμικὴ μάστιξ. Flagellum Ceramicum. Id est, ostracismus.

Κεραμίς. [4] δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος ἡ Κεραμίς. εἴληφε δὲ τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης, καὶ τοῦ θύειν Κεράμῳ τινὶ ἥρωϊ.

Κεραμίς. Ceramis est populus Tribus Acamantiæ: sic dictus ab arte figlina; vel quod Ceramo cuidam Heroi ibi sacrificarent.

Κεραμωτόν. ταχικὴ διάταξις· ὅπερ ἐποίουν Ῥωμαῖοι ἐν παιδιαῖς μέρει.

Κεραμωτόν. Genus aciei, qua Romani per ludum utebantur. *Calcans testas, damna, quæ inimici tibi inferre conabuntur, effugies.*

Βαίνων [5] κεράμους, δυσμενῶν βλάβας φύγοις.

Κεραννύουσι. κιρνῶσιν· Ὑπερείδης.

Κεραννύουσι. Miscent. Hyperides.

Κεραόν. τέλειον.

Κεραόν. [Cornutum.] Perfectum.

Κεραοξόος. ὁ τὰ κέρατα ἐργαζόμενος. ἐν Ἐπιγράμματι·

[6] Νῦν δέ με Νικομάχῳ κεραοξόος ἥρμοσε τέκτων.

Κεραοξόος. Qui cornua polit. In Epigrammate: *Nunc vero me Nicomacho faber cornua poliens aptavit.*

Κέραιρε. κίρνα.

Κέραιρε. Misce.

Κέρας. τὸ μέρος τῆς φάλαγγος ἐν τῷ πολέμῳ. καὶ τοῦ τόξου.

Κέρας. In bello sic vocatur pars phalangis. Item, pars arcus.

Κέρας, κέρως, κέρᾳ. ἐπὶ τῆς παρατάξεως Θουκυδίδης. Οἱ τοῦ εὐωνύμου κέρως. ἐν τῇ αὐτῇ· Καὶ οἱ μὲν Ἀργεῖοι τῷ σφετέρῳ αὐτῶν κέρᾳ. καὶ ἐν πᾶσιν οὕτω.

Κέρας. Cornu. [Genit.] κέρως. [Dativ.] κέρᾳ. Thucydides hac voce de acie utitur. *Illi, qui erant in sinistro cornu.* Et in eodem libro: *Argivi suo ipsorum cornu.* Et sic etiam in reliquis.

Κέρας. [7] ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. ἐκ μεταφορᾶς τῶν ζώων, τῶν καθωπλισμένων τοῖς κέρασι, καὶ τούτοις ἀμυνομένων.

Κέρας. Cornu. Hac voce in sacra scriptura robur significatur: per translationem ductam ab animalibus, quæ cornibus armata sunt, iisque vim propulsant.

Κέρας Ἀμαλθείας. ἐν τῷ Ἀμαλθείας κέρας.

Κέρας Ἀμαλθείας. Cornu Amaltheæ. Quære in Ἀμαλθείας κέρας.

Κέρας. [8] ἰσχυρόν τι δηλοῖ, καὶ μόνιμον. Δαβίδ· Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαβίδ.

Κέρας. Cornu. Robustū & stabile quid significat. David: *Illic exoriri faciam cornu Davidis.*

Κέρας [9] τοῦ δικαίου. οὕτως ἐκάλεσε τὸ εὐσεβὲς φρόνημα. τουτέστι, περίβλεπτος ἔσται.

Κέρας τοῦ δικαίου. Cornu Justi. Sic [David] vocavit pium animum. Hoc est, illustris erit.

Κεράς. ἐπίρρημα, ἀντὶ τοῦ κεραστικῶς. [10] Μετὰ δ' αὖ κερὰς ἤφυσ' ἄλλο. ὁ δὲ νοῦς· ἀπὸ τοῦ κεράσματος ἄλλο ἐπλήρωσεν ἀπὸ τοῦ ἀγγείου, ἐν ᾧ ἦν.

Κεράς. Adverbium. Pro κεραστικῶς. Miscendo, vel, facta mixtione. *Postea vero alium liquorem, quem miscuerat, hausit.* Sensus est: Facta mixtione alium liquorem hausit ex vase, in quo [liquor] erat.

Κερασβόλα. [11] τὰ σκληρά, καὶ ἐν * τοῖς σκλη-

Κερασβόλα. [Semina] dura, & quæ cum fru-

1 Κεραμεικοί. δύο ἦσαν Κεραμ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad Equit. pag. 335.

2 Ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ εἱστ.] Vide Scholiastam Aristoph. loco proxime ante laudato.

3 Κεραμικὴ μάστιξ. ὀστρακ.] Plenius hæc explicat Hesychius, quem vide.

4 Κεραμίς] Imo Κεραμεῖς. Vide Harpocrationem, ex quo Suidas.

5 Βαίνων κεράμους, δυσμ.] Scribe, βαίνων δὲ κεράμους &c. ut apud Astrampsychum, ex quo versus hic onirocriticus depromtus est.

6 Νῦν δέ με Νικομάχῳ κερ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod exstat Antholog. lib. IV. cap. XXXII. Epigr. XIII.

7 Κέρας. ἡ ἰσχὺς παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. ἐκ μεταφ.] Hæc Suidas descripsisse videtur ex Theodoreto ad Psalmum LXXXIX. v. 17. pag. 753. quem vide.

8 Κέρας. ἰσχυρόν τι δηλοῖ καὶ μόνιμον] Hæc sunt verba Theodoreti ad Psalm. CXXXI. v. 17. pag. 980.

9 Κέρας τοῦ δικαίου. οὕτως ἐκ.] Respexit Suidas ad Psalm. LXXIV. v. 10. ad quem locum vide Theodoretum, pag. 697. cujus interpretationem Suidas hic secutus est.

10 Μετὰ δ' αὖ κερὰς κτ.] Fragmentum hoc auctius legitur supra v. Κελέβη, post vocem Κελεβειός.

11 Κερασβόλα] Quid sit κερασβόλον clarius exponit Etymolo-

gois

ροις καὶ ἐν τοῖς ὀσπρίοις συμφυόμενα, τῇ μὲν χροιᾷ μέλαινα, στρογγύλα δέ, καὶ ἰσομεγέθη κέγχροις· ἃ συνεψόμενα τοῖς ὀσπρίοις οὐ τήκεται. εἴρηται δὲ [1] ἀπὸ τοῦ τὴν κατασπορὰν καὶ τὸ ἄροτρον τοῖς κέρασι τῶν βοῶν βεβλῆσθαι καὶ ἀντιπίπτειν. [2] ὅταν οὖν λέγῃ κερασβόλους, τοὺς ἀπαιδεύτους καὶ σκληροὺς καὶ μὴ πειθομένους τοῖς νόμοις φησί.

mento & leguminibus una nascuntur, colore nigra, & rotunda, & magnitudine granis milii paria: quæ cum aliis leguminibus cocta duritiem non deponunt. Dicta vero sunt inde, quod inter seminandum & arandum cornua boum tangant, & in ea incidant. Cum igitur [Plato] κερασβόλους dicit, [per metaphoram] intelligit homines indoctos, & contumaces, & legibus non obtemperantes.

Κερασοῦς. πόλις Ἑλληνὶς ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ, Σινωπέων ἄποικος.

Κερασοῦς. Cerasus, urbs Græca, juxta mare sita, Sinopensium colonia.

Κεράα. [3] ἡ κεφαλὴ κατὰ γλῶσσαν. ὅθεν καὶ κέρατα.

Κεράα. Vox minus usitata, significans caput. Unde dicta etiam sunt κέρατα, cornua.

Κεραύνια. ὄρη.

Κεραύνια. Ceraunia. Montes.

Κεραυνός. [4] ἐξαίφνης σφοδρὰ μετὰ πολλῆς βίας πίπτουσα ἐπὶ γῆς, νεφῶν παρατριβομένων, ἢ ῥηγνυμένων. οἱ δέ, συστροφὴ πυρώδους ἀέρος βιαίως καταφερομένη. οὐκ ἀναιρεῖ δὲ ὁ κεραυνός, ἀλλ' ἐπιφλέγει. Κεραυνός, ἡ ἀστραπή. [5] Ἀριστοφάνης·

Εἴπερ βάλλει τοὺς ἐπιόρκους, πῶς δῆτ' οὐχὶ Σίμων' ἐνέπρησεν,
Οὐδὲ Κλεώνυμον, οὐδὲ Θέωρον; καί τοι σφόδρα γ' εἴσ' ἐπίορκοι.

Τῶν δὲ [6] κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβάται, οἱ δὲ ψολόεντες, οἱ τῇ ψαύσει ὀλλύντες, οἱ δὲ ἀργῆτες καλοῦνται.

Κεραυνός. [Fulmen est] ardor vehemens, cum magno impetu in terram cadens, nubibus inter se attritis, aut ruptis. Alii vero [fulmen esse dicunt] turbinem aeris igniti, violenter in terram decidentem. Fulmen autem non occidit, sed adurit. Κεραυνός, fulgur. Aristophanes: *Si Jupiter fulmine ferit perjuros, quare non igne cœlesti consumpsit Simonem, & Cleonymum, & Theorum, quamvis valde perjuros?* † Fulminum alia vocantur καταιβάται, alia ψολόεντες, i. e. quæ tactu perdunt; alia ἀργῆτες, [sive, quæ celeriter emicant.]

Κεραυνοί. ἀστραπαί.

[7] Ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός; ἢ
Ποῦ Φαέθων ἅλιος,
Εἰ ταῦτ' ἐφορῶντες
Κρύπτουσιν ἕκηλοι;

οἷον, οὐκ ἄγουσιν εἰς φῶς τὴν τούτων παρανομίαν.

Κεραυνοί. Fulmina. Fulgura. [Sophocles:] *Ubinam sunt fulmina Jovis? Aut, ubi est lucens Sol, si hæc intuentes taciti dissimulant?* Id est, si horum impietatem in lucem non proferunt.

Κέρβερος. κύων ὁ ἐν ᾅδου μυθευόμενος.

Κέρβερος. Cerberus, canis fabulosus apud inferos.

Κερδαλέος. ποικίλος. πανοῦργος. Κερδαλέη γὰρ ἡ ἀλώπηξ, καὶ κερδώ.

Κερδαλέος. Callidus. Astutus. Vulpes enim vocatur κερδαλέη & κερδώ.

Κερδαλεόφρων. δολιόβουλος. σκολιὰ βουλευόμενος.

Κερδαλεόφρων. Dolosus. Dolosa cōsilia agitās.

Κερδαίνῃ. αὐθυπότακτικόν. κερδανεῖ δέ.

Κερδαίνῃ. Lucretur. Subjunctivus. Κερδανεῖ vero, [lucrabitur, per ει scribitur.]

Κέρδιον. κρεῖττον. ὠφελιμώτερον.

Κέρδιον. Melius. Utilius.

Κερδισοῦς. ὄνομα πόλεως.

Κερδισοῦς. Cerdisus. Nomen urbis.

Κέρδιστος. πανουργότατος.

Κέρδιστος. Astutissimus. Callidissimus.

Κέρδος αἰσχύνης ἄμεινον.

Εἰ [8] μὴ τὸ κέρδος κερδανεῖ δικαίως,
Καὶ τῶν ἀσέπτων ἔρξεται,
Ἢ τῶν ἀθίκτων ἕξεται ματάζων·

Κέρδος αἰσχ. Lucrum ignominia est melius. [Sophocles *Oedipo Tyranno:*] *Nisi quæstum juste fecerit, & ab impiis facinoribus abstinuerit; vel si eo vanitatis processerit, ut non tangendis manum admovere velit; quis est*

gus, quem vide. Obiter hic emendo Hesychium, apud quem v. Κερασβόλα pro τὰ ἑψητὰ ὄσπρια, addita negatione scribendum est τὰ μὴ ἑψητὰ ὄσπρια. Veterum enim rusticorum opinio erat, semina, quæ cornu tetigissent, dura evadere, & elixando emolliri non posse: quam superstitionem ridet Theophrastus *de Caus. Plant.* lib. IV. cap. XIV.

* Ἐν τοῖς σκληροῖς] In Lexico Photii inedito scriptum est ἐν τοῖς πυροῖς: quæ lectio sine dubio præferenda est.

1 Ἀπὸ τοῦ τὴν κατασπορὰν] Legendum est, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν σποράν: quod & Portus monuit. Deinde pro ἐ τὸ ἄροτρον, scribo, κατὰ τὸν ἄροτον, (repetita ἀπὸ κοινοῦ præpositione κατὰ) id est, inter arandum.

2 Ὅταν οὖν λέγῃ κερασβ.] Videtur hic omissum esse nomen Platonis. Certum enim est, respexisse hic Suidam ad locum illum Philosophi, qui exstat initio libri IX. *de Legibus:* Μή τις ἐγγίγνηται τῶν πολιτῶν ἡμῖν οἷον κερασβόλος· ὃς ἀτεράμων εἰς τοσοῦτον γίγνοιτ' ἄν, ὥστε μὴ τήκεσθαι, καθάπερ ἐκεῖνα ὑπὸ πυρὸς σπέρματα. i. e. *Ne quis inter nos existat civis aliquis, seminis, quod cornu tetigit, naturam imitans, qui adeo durus & præfractus evadat, ut emolliri nequeat, sicut nec semina illa igni.* Sic enim locus hic verti debet, quem Ficinus male admodum interpretatus est.

3 Κεράα. ἡ κεφ.] MSS. Paris. habent καρία: quæ lectio vera est, quamvis ei literarum series adversetur. Sic enim & supra legitur v. Ἀκαρίαιον, & v. Καρία; quæ loca confer.

4 Κεραυνός. ἐξαίφνης σφ. ——— βιαίως καταφερομένη] Hæc sunt verba Laertii *Zenone*, Segm. CLIV. ut Pearsonius etiam observavit.

5 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 149. (83. Ed. Bas. *P.*) Notandum autem est, tam apud Aristophanem, quam hic apud Suidam, syllabam in priore versu redundare, & proinde post πῶς ejiciendum esse τὸ δῆτ', quoniam vox illa salvo sensu abesse potest.

6 Τῶν δὲ κεραυνῶν οἱ μὲν καταιβ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 329.

7 Ποῦ ποτε κεραυνοὶ Διός; ἢ ποῦ φ.] Sophocles *Electra* pag. 117. ut Portus monuit.

8 Εἰ μὴ τὸ κέρδος κερδ.] Et hoc fragmentum legitur apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 189. ut Portus itidem monuit.

Τίς ἔτι ποτ' ἐν τούτοις ἀνὴρ
Θυμοῦ βέλη ἔρξεται
Ψυχᾶς ἀμύνειν;

τουτέστι, τίς ἂν ἀπελάσειεν αὐτοῦ τὴν τιμωρίαν τοιαῦτα πράσσοντος;

Κερδοσύνη. πανουργία.

Κερδώ. [1] ὑποκοριστικῶς ἡ ἀλώπηξ. ὡς Εἰδοθέα, Εἰδώ, Ὑψιπύλη, Ὑψώ.

Κερδῷος Θεός. ὁ Ἑρμῆς· ὡς κέρδους περιποιητικός. καὶ ἄγγελον δὲ αὐτὸν καλοῦσι, καὶ κλῶπα. διὸ μάρσιππον αὐτὸν ποιοῦσι βαστάζειν. καὶ ἔφορον αὐτὸν τοῦ λόγου, καὶ τῆς κλοπῆς, καὶ [2] ἐμπολαῖον, ἤγουν κέρδους ἔφορον.

Κεραία. τὸ πλάγιον τοῦ ἱστοῦ. Πολύβιος· Καθελόμενος τοὺς ἱστοὺς καὶ τὰς κεραίας, ἔζευξε τούτοις βιαίως πρὸς ἀλλήλας.

Κέραιρε. κίρνα.

Κερεάλιος. ὄνομα κύριον.

Κερέννης. ὄνομα κύριον.

Κεῤῥίς. ὄνομα ἰχθύος.

Κερκάσωρος. ὄνομα πόλεως.

Κερκίδας. [3] εἷς ἦν τῶν τὰ Μακεδονικὰ φρονούντων.

Κερκίς. ἱστουργικὸν ἐργαλεῖον. καὶ εἶδος κυρίως φυτοῦ [4] εὐαυξοῦς.

Κερκίδα [5] δ' εὐποίητον, ἀηδόνα.

Κερκόλυρα. ὄνομα τόπου.

Κέρκος. ἡ τῶν ἑρπετῶν οὐρά, καὶ παντὸς ζώου. παρὰ τὸ σκαίρειν καὶ ἕρπειν. [6] Ἀριστοφάνης· Ἰδοὺ δέχου κέρκον λαγώ. τὴν οὐρὰν τοῦ λαγωοῦ. ἔστι δὲ ἁπαλὸν καὶ συμφερὸν τὸ ἔριον τοῦ λαγωοῦ, ὥστε ἀντὶ σπόγγων χρήσασθαι, καὶ τὰς λήμας περιψᾶν. τουτέστι, καταμάσσειν, ἀποσπογγίζειν.

Κέρκος. ἡ οὐρά. Διεβίβαζε τοὺς ἱππεῖς, ἑκάστου τῶν ἱππέων ἐκ τῆς κέρκου πεζοῦ προσηρτημένου.

Κέρκουρος. νηὸς εἶδος. Κέρκουροι καὶ μυοπάρωνες καὶ λέμβοι εἴδη πλοίων. καὶ παροιμία· [7] Καὶ κέρκουρος ἐν λαχάνοις. ἔστι δὲ λάχανόν τι ἄγριον καὶ εὐτελές, ἀφ' οὗ ἡ παροιμία.

Κέρκωπες. δύο ἀδελφοὶ ἦσαν ἐπὶ γῆς, πᾶσαν ἀδικίαν ἐπιδεικνύμενοι, καὶ ἐλέγοντο Κέρκωπες, ἐκ τῆς τῶν ἔργων δεινότητος οὕτως ἐπονομαζόμενοι. ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν Πάσσαλος [8] ἐλέγετο· ὁ δέ, Ἄκμων. ἡ δὲ μήτηρ Μέμνονις ταῦτα ὁρῶσα ἔλεγε, μὴ περιτυχεῖν Μελαμπύγῳ· τουτέστι τῷ Ἡρακλεῖ. [9] Φησὶ δὲ αὐτοὺς ὁ Ξεναγόρας εἰς πιθήκους μεταμορφωθῆναι, διὰ τὴν κακοήθειαν, καὶ τὰς Πιθηκούσας ἀπ' αὐτῶν ὀνομασθῆναι νήσους. τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν Κάνδουλος καὶ

hominum, qui ab animo suo tela [iniquitatis] arcere amplius velit. Vel, quisnam ab eo, qui talia facit, pœnas propulsabit.

Κερδοσύνη. Calliditas. Astutia.

Κερδώ. Vulpes, diminutive: ut Εἰδοθέα, Εἰδώ, Ὑψιπύλη, Ὑψώ.

Κερδῷος Θεός. Sic vocatur Mercurius, tanquam lucri auctor. Eundem etiam nuntium vocant, & furem, marsupium ei tribuentes: itemque orationis, & furti, & lucri præsidem.

Κεραία. Antenna mali. Polybius: *Cum navium malos & antennas demisisset, firmiter hæc colligavit.*

Κέραιρε. Misce.

Κερεάλιος. Cerealius. Nomen proprium.

Κερέννης. Cerennes. Nomen proprium.

Κεῤῥίς. Nomen piscis.

Κερκάσωρος. Cercasorus. Nomen urbis.

Κερκίδας. Cercidas. Unus erat eorum, qui Macedonum partibus favebant.

Κερκίς. Instrumentum textorium. Radius textorius. Pecten. Item, arboris proceræ species. [In Epigrammate:] *Pectinem affabre factum, & lusciniæ instar argutum.*

Κερκόλυρα. Cercolyra. Nomen loci.

Κέρκος. Cauda reptilium, & omnium reliquorum animalium. A σκαίρειν, saltare, & ἕρπειν serpere. Aristophanes: *Ecce, accipe caudam leporinam,* [*ad abstergendos oculos.*] Lana autem leporis est delicata & mollis, qua proinde spongiarum loco utuntur ad abstergendum humorem, qui ex oculis manat.

Κέρκος. Cauda. *Trajecit equites, quorum singuli peditem ex cauda equi pendentem trahebant.*

Κέρκουρος. Navis genus. Cercuri & myoparones & lembi sunt genera navium. Et proverbium: *Et cercurus inter olera.* Est autem cercurus olus agreste & vile, quod proverbia huic locum dedit.

Κέρκωπες. Cercopes. Hi duo fratres fuerunt [in Lydia,] nullum non injustitiæ genus patrantes, & Cercopes vocati a fraudibus & factis injustis: quorum uni Passalus, alteri vero Acmon nomen erat. Mater veró eorum Memnonis hæc videns, [eos monuit, ut caverent,] ne in Melampygum, i. e. Herculem inciderent. Xenagoras eos in simios mutatos fuisse tradit, propter morum improbitatem, & Pithecusas insulas ab iis nomen accepisse. Nomina autem eorum sunt Candulus

1 Κερδώ. ὑποκοριστικῶς ἡ ἀλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 350.

2 Ἐμπολαῖον] Sic rescripsi auctoritate MStorum Paris. cum ante male legeretur ἐμπόλαιον. Vide quæ notavimus supra ad vocem Ἐμπολαῖος.

3 Κερκίδας. εἷς ἦν τῶν τὰ Μακ.] Ex Harpocratione.

4 Εὐαυξοῦς] Sic MS. Paris. A. At priores Editt. male εὐαξοῦς.

5 Κερκίδα δ' εὐποίητον, ἀηδ.] Verba hæc leguntur Anthol. lib. VI. cap. VIII. Epigr. XV. ut Portus monuit.

6 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 343. (240. Ed. Bas. P.) ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

7 Καὶ κέρκουρος ἐν λαχ.] Infra rectius, Κέρχορος ἐν λαχάνοις. Sic enim vocabatur olus, quod proverbio huic locum dedit. Vide Theophrastum *Histor. Plant.* lib. VII. cap. VII. & ibi Bodæum a Stapel.

8 Ἐλέγετο] Sic habet MS. Paris. A. At in cæteris MSS. ut & in prioribus Editt. omnibus male legitur ἐγίνετο.

9 Φησὶ δὲ αὐτοὺς ὁ Ξεναγόρας εἰς πιθ.——ὁ Ἄτλας] Ex Harpocratione.

‡

Ἄτλας.

Ἄτλας. οὗτοι οἱ Κέρκωπες, ὥς φασιν ἄλλοι, ἐκ Θείας καὶ Ὠκεανοῦ· οὕς φασιν ἀπολιθωθῆναι, διὰ τὸ ἐγχειρεῖν ἀπατῆσαι τὸν Δία. ἡ δὲ παροιμία, Κερκωπίζειν· ἣν ὁ Χρύσιππος ἀπὸ τῶν σαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων φησὶ μετενηνέχθαι.

Κέρκωπες. πανοῦργοι, δόλιοι, ἀπατεῶνες, κόλακες· οἳ, καθάπερ ἡ ἀλώπηξ τοὺς θηρατικοὺς κύνας ἀπατᾷ, τοὺς ἁπλουστέρους φενακίζουσι τῇ κέρκῳ τῶν λόγων. Φασὶ δὲ τοὺς Κέρκωπας γενέσθαι,

[1] Ψεύστας, ἠπεροπῆας, ἀμήχανά τ' [2] ἔργ' ἰδόντας,
Ἐξαπατητῆρας. πολλὴν δ' ἐπὶ γαῖαν ἰόντες,
Ἀνθρώπους ἀπάτασκον, ἀλώμενοι ἤματα πάντα.

Κερκωπίζειν. ἡ παροιμία ἀπὸ τῶν προσσαινόντων τῇ κέρκῳ ζώων μετενήνεκται. ἄμεινον δὲ λέγειν αὐτὴν ἀπὸ Κερκώπων, οὓς περὶ τὴν Λυδίαν ἱστοροῦσιν ἀπατηλοὺς σφόδρα καὶ ἀηδεῖς γενέσθαι.

Κερκωπίζοντες. χλευάζοντες, μωκίζοντες, ὡς οἱ πίθηκοι.

Κέρκωψ, κέρκωπος. ἀπατεών. ἢ γένος πιθήκου. Κέκροψ δὲ, Κέκροπος.

Κερκυόνη.

Κερκυών. ὄνομα λῃστοῦ, ὅστις διῆγε περὶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τοὺς παρερχομένους ἠνάγκαζε παλαίειν αὐτῷ.

Κέρκυρα ἡ νῆσος, ἡ νῦν λεγομένη, Φαιακία πρότερον ἐκαλεῖτο, χώρα τῶν Φαιάκων.

Κέρματα. τὰ λεπτότατα. Ἐπὶ [3] γὰρ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, τῶν ἀργυραμοιβῶν πρότερον δέκα καὶ σ' ὀβολοὺς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν, ὑπὲρ ἑνὸς στατῆρος χρυσοῦ προΐεσθαι τοῖς ξυμβάλλουσιν εἰωθότων, αὐτὸς ἐπιτεχνώμενος κέρδη οἰκεῖα, π' καὶ ρ' μόνους ὑπὲρ τοῦ στατῆρος δίδοσθαι τοὺς ὀβολοὺς διετάξατο, χρυσοῦ ἕκτην ἀποτεμόμενος μοῖραν.

Κερματίζει. εἰς λεπτὰ διαιρεῖ. καὶ κατακερματιζόντων, εἰς λεπτὰ διακεκομμένων. καὶ κατακερματίζει. Ἐξήγαγεν ἐκ τῆς ζώνης τοὺς χρυσοῦς Δαρεικοὺς, κατακερματίσαι θέλων καὶ διαλύσασθαι τῷ πανδοκεῖ.

Κεροβάτης. † ὁ Πάν· ἐπειδὴ χηλὰς ἔχειν δοκεῖ τράγου. διὸ καὶ * αἰγιβότης καὶ τραγοβάμων καλεῖται. ἢ ὅτι κέρατα ἔχει. ἢ τὴν βάσιν ἔχει κεράτινον. ἱστορεῖται γὰρ τὰ κάτω τράγου ἔχων. ὥστε ἀπὸ τῶν ποδῶν κεροβάτης. ἢ ὁ εἰς τὰ κέρατα τῶν ὀρῶν βαίνων. ἢ ὁ ἐπὶ τὰ κέρατα βαίνων. καλαμοφθόγγῳ δὲ παίζων· διότι οἱ ἀρχαῖοι καλάμῳ ἀντὶ κερατίου ἐχρῶντο. ᾔδεσαν μὲν γὰρ τὸ κέρας, ἀνέφερον δὲ τῷ ὀνόματι ἐπὶ τὴν ἀρχαίαν χρῆσιν· ὡς καὶ χορδὰς λέγομεν ἔτι καὶ νῦν τὰς ἐκ τῶν νεύρων, ὅτι τὸ παλαιὸν ἐντέριναι ἦσαν. καὶ ‡ παροιμία· Δὸς τόξα κερουλκά.

& Atlas. Hi Cercopes, ut alii tradunt, ex Thia & Oceano nati sunt: quos aiunt in lapides mutatos fuisse, quod Jovem fallere conati essent. Proverbium autem est, *Cercopizare:* quod Chrysippus ait ductum esse ab illis animalibus, quæ cauda blandiuntur.

Κέρκωπες. Callidi, dolosi, impostores, adulatores: qui, ut vulpes canes venaticos decipiunt, sic & illi simpliciores astutia verborum fallunt. Aiunt autem Cercopes fuisse *mendaces, impostores, audacia facinora patrantes, & fallendi arte instructos. Multas enim regiones peragrantes, homines decipiebant, vagamque semper vitam agebant.*

Κερκωπίζειν. Cercopissare. Proverbium hoc translatum est ab illis animalibus, quæ cauda blandiuntur. Sed præstat id deducere a Cercopibus, quos circa Lydiam fuisse tradunt; homines valde fallaces & molestos.

Κερκωπίζοντες. Subsannantes. Deridentes, ut simiæ.

Κέρκωψ, κέρκωπος. Impostor. Vel simiæ genus. Κέκροψ vero, [per ο, Rex Atheniensium.]

Κερκυόνη. Cercyone. [Animalculum cicadæ simile.]

Κερκυών. Cercyon. Nomen latronis, qui prope Eleusinem degebat, & prætereuntes cogebat, ut secum luctarentur.

Κέρκυρα. Corcyra insula, quæ nunc ita vocatur, olim Phæacia vocabatur, Phæacum regio.

Κέρματα. Minutissima æra. *Sub Imperatore Justiniano, cum prius argentarii ducentos & decem obolos, quos folles vocant, pro uno auri statere dare solerent iis, qui cum ipsis contrahebant, ipse privati compendii studio centum tantum & octoginta obolos pro uno statere dari jussit, sexta auri parte detracta.*

Κερματίζει. In minutas partes dividit. Et κατακερμαλιζόντων, in minuta frusta dissectorum. Et κατακερματίζει, in minutam monetam redigit. *Ex zona Daricos aureos deprompsit, eos minutioribus nummis permutare volens, ut cauponi,* [*quod debebat,*] *solveret.*

Κεροβάτης. Ita vocatur Pan, quia ungulas hirci habere creditur. Quamobrem etiam αἰγιβότης & τραγοβάμων appellatur. Vel, quia cornua habet. Vel, quia ungulis corneis incedit. Dicitur enim parte inferiore corporis hirco similis esse. Quare a pedibus appellatus est κεροβάτης. Vel, qui εἰς τὰ κέρατα τῶν ὀρῶν βαίνει, i. e. in summos montium vertices adscendit. Vel, qui corneis pedibus incedit. [Idem vero] *arundine canens* [a comico dicitur,] quia veteres arundine loco cornu utebantur. Notum quidem enim ipsis erat cornu, sed nomen ejus ad antiquum usum referebant: ut & chordas nunc dicimus, quæ sunt ex nervis factæ, quæ olim erant ex intestinis. Et proverbium: *Da arcus cornu trahentes.*

1 Ψεύστας, ἠπεροπῆας, ἀμ.] Hi tres hexametri desumpti sunt ex Homeri *Cercopibus*, ut ex Harpocratione colligi potest.
2 Ἔργ' ἰδόντας] Vocem ἰδόντας sensus omnino respuit, cujus loco legere præstat ἀιδότας.
3 Ἐπὶ γὰρ Ἰουστινιανοῦ βασιλέως, τῶν ἀργυραμ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Procopii *Histor. Arc.* cap. xxv. ubi tamen nonnulla aliter leguntur. Vide etiam Salmasium *de Usuris* cap. xvii. pag. 406. & 503. qui locum hunc illustrat.

Κερόεσσα.[1] ἡ συμπλεκτική. καὶ κερόεις, ὁ συμπλεκτικός.

Κερουλκός. ὁ Ἀπόλλων.

Κερωτή.[2] μιτωτή.

Κεροφόρος.

Κέρσει. κόψει.

Κερσοβλέπτης.[3] παῖς μὲν ἦν Κότυος, καὶ νεώτερος ὢν, βασιλεὺς κατεστάθη Θρᾴκης ὑπὸ τοῦ πατρός. † [4] Ἀμάδοκος, ὁ υἱὸς Ἀμαδόκου, ἦλθε Φιλίππῳ συμμαχήσων εἰς τὸν Κερσοβλέπτου πόλεμον.

Κερτόμιος. ἐρεθιστικός.

[5] Πολλάκι δὴ κρέξασα πολύθροον, οἷά τις ἠχώ,
Κέρτομον ἀντῳδοῖς χείλεσιν ἁρμονίαν.

[6] Ἐκέλευον ἐκκομισθῆναι μετὰ χορείας γαμηλίου τε καὶ κερτόμου, καὶ τὸν ὑμέναιον ᾀδουσῶν γυναικῶν.

Κερτομῶ. τὸ χλευάζω. πρὸς αἰτιατικὴν τὴν σύνταξιν. Πολλοὶ δὲ τοῦτον ἐκερτόμουν ὡς γαστρίμαργον.

Κερτομῶν. χλευάζων. ἐρεθίζων. σκώπτων.

Κεροίαξ. τὸ κοινῶς κάβοιον.

Κέσκος. ἦν πόλις ἐν Κιλικίᾳ, ᾗ παρ' αὐτὴν [7] ποταμὸς Ἄνους ὄνομα. διόπερ οἱ [8] κωμικοὶ παίζοντες, τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας Κέσκον οὐκ ἔχειν φασί.

Κεστὸν [9] ἱμάντα. ποικίλον· ᾧ πάντα ἐμυθεύετο ἐνυπάρχειν τὰ πρὸς ἀπάτην θελκτήρια.

Κεστός. ὁ διακεκεντημένος καὶ διαπεποικιλμένος ἱμάς. ἢ ἔνδυμα Ἀφροδίτης. καταχρηστικῶς δὲ καὶ πάντα τὰ τῶν γυναικῶν [10] φαντασιώδη ἐνδύματα. καὶ ἐν [11] Ἐπιγράμματι·

Ἡ κεστοῦ φωνοῦσα μαγώτερα.

ἀντὶ τοῦ θελκτικώτερα. καὶ αὖθις.

Χείλεα [12] δὲ δροσόεντα, καὶ ἡ μελίφυρτος ἐκείνη
Ἤθεος ἁρμονίη κεστὸς ἔφυ Παφίης.

Κεστρᾶν τεμάχη. [13] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. οὐχ οἱ αὐτοὶ τοῖς κεστρεῦσιν αἱ κέστραι· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς μυραίνας ἀξιοῦσι κέστρας καλεῖν· οἱ δὲ οὐ ταύτας, ἀλλά τι διάφορον ἄλλο γένος ἰχθύων. νῦν μέντοι κεστρεῖς καλοῦμεν τοὺς κεφάλους, ὧν τὸ λεγόμενον τεμάχιον. Μεγά-

Κερόεσσα. Capillos habens plexos & intortos. Et κερόεις, masculinum.

Κερουλκός. Est epithetum Apollinis. Cornu, i. e. arcum trahens.

Κερωτή. Texta.

Κεροφόρος. Corniger. Cornutus.

Κέρσει. Abscindet. Tondebit.

Κερσοβλέπτης. Cersobleptes, filius erat Cotyis, & quamvis esset natu minor, a patre tamen Thraciæ Rex constitutus est. † Amadocus Amadoci filius ad Philippum venit, auxilium ei laturus in bello contra Cersobleptem.

Κερτόμιος. Irritans. Mordax. [In Epigrammate: *Ego pica,*] *quæ sæpe garriens multiplici & acuto sono edito, velut Echo quædam, aliis respونsavi.* † *Jusserunt eum efferri cum nuptiali & satyrica chorea, mulieribus hymenæum canentibus.*

Κερτομῶ. Derideo. Cum accusativo construitur. *Multi vero eum deridebant ut gulosum.*

Κερτομῶν. Subsannans. Irritans. Deridens.

Κεροίαξ. Est id, quod vulgo κάβοιον vocatur. [Id est, antennæ extremitas.]

Κέσκος. Cescus, urbs in Cilicia: juxta quam fluebat amnis Ἄνους vocatus. Quare Comici homines mente carentes per jocum dicunt non habere Cescum.

Κεστὸν ἱμάντα. Cingulum acu pictum: cui omnes illecebras, ad fallendum comparatas, inesse veteres fabulæ ferebant.

Κεστός. Cingulum acu pictum & variegatum. Vel amiculum Veneris. Abusive vero, quævis mulierum vestimenta ad ostentationem comparata [sic vocantur.] Et in Epigrammate: *Verba loquens, quæ magis illecebrosa sunt, quam ipse cestus* [*Veneris.* Μαγώτερα enim hic significat] θελκτικώτερα. Et iterum: *Labra autem roscida, & mellea illa morum suavitas, tibi est pro cingulo Veneris.*

Κεστρᾶν τεμάχη. Cestrarum frusta. Aristophanes *Nubibus*. Κέστραι autem non sunt iidem pisces, qui κεστρεῖς: sed alii quidem cestras vocant murænas; alii vero non has, sed diversum quoddam piscium genus. At nunc κεστρεῖς vocamus *cephalos*; de quibus τεμάχιον dicitur. Μεγάλων

† Κεροβάτης. ὁ Πὰν ——— ἐστίελται ἦσαν] Hæc sunt verba Scholiastæ Aristoph. ad *Ranas* pag. 223. (140. Ed. Bas. *P.*)

* Αἰγιβότης] Cum Porto legere malim αἰγοβάτης.

‡ Παροιμία] Sic habent MSS. Paris. At in prioribus Editt. legitur παρ' Εὐριπίδῃ, quod probare non possum.

1 Κερόεσσα] Vide supra v. Κέρα ἀγλαέ.

2 Κερωτή] Scribe κρεκωτὴ, eamque vocem suo loco redde. Vide supra v. Κατασσίων.

3 Κερσοβλέπτης. παῖς μ. ——— ὑπὸ τοῦ πατρός] Ex Harpocratione. Cersobleptæ autem hujus aliquoties meminit Demosthenes in oratione adversus Aristocratem, & alibi.

4 Ἀμάδοκος, ὁ υἱὸς Ἀμαδ.] Et hujus Amadoci mentionem facit Demosthenes in modo laudata oratione adversus Aristocratem pag. 430. Vide etiam Harpocrationem v. Ἀμάδοκος.

5 Πολλάκι δὲ κρέξασα πολ.] Hexameter hic legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. Epigr. 1. ut Portus etiam monuit.

6 Ἐκέλευον ἐκκομισθῆναι μετὰ χορ.] Vide supra v. Δᾷς, ubi fragmentum hoc auctius legitur.

7 Ποταμὸς Ἄνους ὄνομα] Quamvis sic etiam habeant MSS. Paris. itemque Photius in Lexico inedito, putem tamen mendum in locum hunc irrepsisse, & legendum esse, ποταμὸς ὁ Νοῦς ὄνομα. Pausanias enim in *Arcadicis*, & Eustathius ad Odyss. A. pag. 1392. 19. fluvium hunc Νοῦν vocant, ut olim etiam monuit Hartungus Decur. III. cap. II. §. XVII. quem vide.

8 Οἱ κωμικοί] Hanc lectionem ex MSS. Paris. & Lexico Photii inedito revocavi, cujus loco priores Editt. habent οἱ παῖδες.

9 Κεστὸν ἱμάντα. ποικ.] Locus hic Suidæ intelligendus est de cingulo Veneris, quod describit Homerus Il. Ξ. v. 214.

10 Φαντασιώδη] Portus hanc vocem inepte reddiderat *imaginaria*; cujus nos verum sensum in versione expressimus. Φαντασία enim interdum significat pompam, vel splendidum apparatum, quo se homines ambitiosi ostentant & conspiciendos præbent: ut pluribus exemplis demonstrat Suicerus in Thesauro Ecclesiastico.

11 Ἐν Ἐπιγράμματι] Antholog. lib. VII. pag. 610.

12 Χείλεα δὲ δροσόεντα, καὶ ἡ μελ.] Distichum hoc legitur Antholog. lib. VII. pag. 594. ubi pro ἤθεος ἁρμονίη ex hoc loco Suidæ reponendum est ἤθεος ἁρμονίη.

13 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 145. (80. Ed. Bas. *P.*) ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

λων

λων κεστρῶν. τουτέστι, τιμίων καὶ λαμπρῶν ἰχθύων. [1] τὸ δὲ τέμαχος καὶ ἐπὶ πλακοῦντος. ἐπὶ πυρῶν δὲ οὐκέτι. καὶ παροιμία· Κεστρεὺς νηστεύει. ἐπὶ τῶν δικαιοπραγούντων μὲν, ἧττον δὲ φερομένων διὰ τοῦτο, καὶ μηδὲν πλέον ἀπὸ τῆς δικαιοσύνης ἀποφερομένων· ἐπεὶ καὶ ὁ ἰχθὺς καθαρός ἐστι.

κεστρῶν, i. e. piscium magni pretii & splendidorum. Τὸ τέμαχος autem, i. e. frustum, & de piscibus dicitur, & de placenta; non autem de carnibus. Et proverbium: *Cestreus jejunat.* Dicitur de iis, qui justitiam quidem colunt; sed deteriore ob id ipsum sunt conditione, nec ullam inde utilitatem capiunt: quoniam & piscis iste a devorandis aliis piscibus abstinet.

Κεστρέαι. εἶδος ἰχθύων. θηλυκῶς, αἱ κεστρέαι. τὸ δὲ ἀρσενικὸν, κεστρεὺς, κεστρέως. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ἀφύων. καί ἐστιν ἐν τῷ Ἀφύα.

Κεστρέαι. Cestreæ. Genus piscis. Dicitur autem fœminino genere αἱ κεστρέαι. Sed masculinum est, κεστρεὺς κεστρέως. Et etiam apuarum genus. Vide in v. Ἀφύα.

Κεστρεύς. [2] ὁ νῦν λεγόμενος κέφαλος.

Κεστρεύς. Cestreus, est piscis ille, qui nunc cephalus vocatur.

Κεστρεῖς. νήστεις ἐκάλουν, καὶ κεχηνότας, καὶ πεινῶντας. [3] λαίμαργοι γὰρ οὗτοι οἱ ἰχθύες. οὗτος γὰρ πάντων τῶν ἰχθύων ἀλληλοφαγούντων, μόνος τούτου ἀπέχεται. νέμεται δὲ ἰλὺν, ὡς [4] Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων. καὶ δῆλον ὅτι ταλαιπωρεῖται καταδυόμενος εἰς τὴν ἰλὺν, καὶ ἧττον φέρεται.

Κεστρεῖς. Cestreos. Sic vocabant jejunos, & hiantes, & esurientes. Pisces enim hi sunt voraces. [Et proverbium: *Cestreus jejunabis.* Dicitur de iis, qui justitiæ quidem student, sed ob id ipsum deteriore sunt conditione. Ductum est a pisce cestreo.] Is enim, cum omnes alii pisces sese mutuo devorent, solus ab hoc abstinet. Pascitur autem limo, ut Aristoteles in libris *de Animalibus* tradit. Et certum est, eum minus suaviter vivere, dum limum subit, & deteriore esse conditione, [quam alios pisces.]

Κεστρῖνος. εἶδος ἰχθύος. σκεπτέον δὲ εἰ διαφέρει κεστρέως.

Κεστρῖνος. Cestrinus. Genus piscis. Sed videndum, an differat ab eo, qui κεστρεὺς vocatur.

Κέστρος. [5] ξένον ἦν τοῦτο τὸ εὕρημα κατὰ τὸν Περσικὸν πόλεμον. τὸ δὲ βέλος τοιοῦτον διπάλαιστον ἦν, ἴσον ἔχον τὸν αὐλίσκον τῇ προβολῇ. τούτῳ ξύλον ἐνήρμοστο, τῷ μὲν μήκει σπιθαμιαίαν, τῷ δὲ πάχει δακτυλιαίαν ἔχον τὴν διάμετρον. εἰς δὲ τούτου τὸ μέσον ἐσφήνωτο πτερύγια τρία ξύλινα, βραχέα παντελῶς. τοῦτο, δυεῖν κώλων ἀνίσων ὑπαρχόντων τῆς σφενδόνης, εἰς τὸ μέσον ἐνηγκυλίζετο τῶν κώλων εὐλύτως. λοιπὸν ἐν μὲν τῇ περιαγωγῇ τεταμένων τούτων ἔμενεν. ὅτε δὲ παραλυθείη θάτερον τῶν κώλων, κατὰ τὴν ἄφεσιν ἐκπίπτον ἐκ τῆς ἀγκύλης καθαπερεὶ μολυβδὶς ἐκ τῆς σφενδόνης φέρεται, τοὺς συγκυρήσαντας καὶ περιπίπτον μὲν βιαίας πληγῆς κακῶς διετίθει.

Κέστρος. Cestrus. Novum fuit hoc inventum bello Persico. Telum vero istud erat bipalme, cujus tubus æqualis erat prominenti ferro. Huic insertum erat hastile, longitudinem habens palmi, crassitiem vero digiti; cujus medio infixæ erant tres pinnæ ligneæ admodum breves. Funda duo funalia imparia habebat, quorũ medio telum illigabatur, ita tamẽ ut facile inde evolare posset. Cum igitur funalia circumagerentur, iis intensis telum manebat. At dimisso altero fune, excussum velut glans ex funda emicabat, & valido ictu incidens graviter vulnerabat eos, quos percussisset.

Κεύθειν. κρύπτειν.

Κεύθειν. Occultare. Tegere.

Κευθήμων. [6] φωλεῶν. ἀποκρύφων τόπων.

Κευθήμων. Lustrorum. Latibulorum. Latebrarum.

Κευθιῶνες. οἱ καταχθόνιοι δαίμονες.

Κευθιῶνες. Dæmones inferni.

Κευθμώνων. κρυπτῶν ἐνδοτάτων.

Κευθμώνων. Locorum subterraneorum. Penetralium.

Κευθωνύμου κλέος, ἢ αἶσχος. ἐπὶ τῶν αἰσχρὸν κλέος ἐχόντων. ἢ ὧν ἄν τις ἐπικρύψειε τὸ ὄνομα. ἢ δυσωνύμων.

Κευθωνύμου κλέος. Ceuthonymi fama, vel probrum. De iis, qui male audiunt: vel quorum nomen [ob infamiam] celari debet. Vel de iis, quorum nomen est mali ominis.

Κεφάλαια. ‡ τὰ χρήματα.

Κεφάλαια. Sors, vel summa pecuniæ.

1 Τὸ δὲ τέμαχος καὶ ἐπὶ πλακ. ἐπὶ πυρῶν δὲ οὐκέτι] Locus hic ex Enarratore Comici sic emendandus & supplendus est, ἐπὶ ἰχθύων τὸ τέμαχος, καὶ ἐπὶ πλακοῦντος· ἐπὶ κρεῶν δὲ οὐκέτι. Vide etiam infra v. Τεμάχη.

2 Κεστρεύς. ὁ νῦν λεγόμενος κέφ.] Distinguit tamen Aristoteles *Histor. Anim.* lib. VIII. cap. 2.

3 Λαίμαργοι γὰρ οὗτοι οἱ ἰχθύες. οὗτος γὰρ π.] Locus hic non solum in omnibus Editt. sed etiam in ipsis MSS. est mutilus, qui ex Lexico Photii inedito sic supplendus est: Λαίμαργοι γὰρ οὗτοι οἱ ἰχθύες. Καὶ ἡ παροιμία· Κεστρεὺς νηστεύεις. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν δικαιοπραγούντων μὲν, ἧττον δὲ φερομένων διὰ τοῦτο αὐτό. μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ ἰχθύος κεστρέως. οὗτος γὰρ πάντων τῶν ἰχθύων, & cæt. Sic pulchre omnia cohærent.

4 Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ ζώων] lib. VIII. cap. 2.

5 Κέστρος. ξένον ἦν τοῦτο τὸ εὕρημα κατὰ τὸν Περσ.] Insigne hoc fragmentum Valesius recte, ut puto, ad Polybium refert; qui bene etiam observavit, Livium in fine libri XLIII. hunc ipsum locum Polybii his verbis expressisse: *Maxime cestrosphendonis vulnerabantur. Hoc illo bello novum genus teli inventum est. Bipalme spiculum hastili semicubitali infixum erat, crassitudine digiti. Huic ad libramen pinnæ tres, velut sagittis solet, circumdabantur. Funda media duo funalia imparia habebat. Cum majori [illegible] libratum funditor rotaret, excussum velut glans emicabat.* Hæc Livius suo more liberius vertit, omissis etiam quibusdam, quæ forsan non intelligebat, vel saltem, quæ non sine magna difficultate verti posse animadvertebat.

6 Κευθήμων] Vox hæc corrupta est, cujus loco vel κευθμῶν scribendum est, (a κεύθω,) vel κευθμῶν, vel, ut paulo post, κευθμώνων.

Κεφάλαιον. ὁ ¹ Ἀπόστολος Παῦλός φησι· Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. ² Κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται. καὶ αὖθις· Μέγα κεφάλαιον ἠθροίσθη διὰ μικρῶν κερμάτων. † ³ Τίτλος διαφέρει κεφαλαίου. καὶ ὁ μὲν Ματθαῖος ἔχει τίτλους ξή, κεφάλαια τμέ. ὁ δὲ Μάρκος τίτλους μή, ⁴ κεφάλαια λϛ´. ὁ δὲ Λουκᾶς τίτλους πγ´· κεφάλαια τμή. καὶ ὁ Ἰωάννης τίτλους ιή, κεφάλαια σλβ´.

Κεφάλαιον. Caput. Summa. Paulus Apostolus dicit: *Eorum autem, quæ dicimus, hæc est summa.* Maximum [& præcipuum] quodque semper dicitur caput. Et iterum: *Ex minutis nummulis magna summa coacta est.* † Titulus differt a capite. Nam Matthæus habet titulos 68. capita vero 345. Marcus titulos 48. capita 236. Lucas titulos 83. capita 348. Et Joannes titulos 18. capita 232.

Κεφάλαιον. ἔνιοι τῶν ῥαθύμως ἐντετυχηκότων τοῖς ὑπὸ τῶν δέκα ῥητόρων γραφεῖσι λόγοις, τὸ κεφάλαιον οἴονται παρειλῆφθαι ἐπὶ πράγματος καὶ λόγου μόνον ὡς παρὰ ⁵ Αἰσχίνῃ ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Δι᾽ ἔνδειαν μὲν οὖν χρημάτων οἱ ξένοι τοῖς Θηβαίοις τὴν ἄκραν οὐ παρέδοσαν. διὰ δὲ ἐννέα τάλαντα ἀργυρίου, πάντων Ἀρκάδων ἐξεληλυθότων, ἡ πρᾶξις οὐ γεγένηται. σὺ δὲ πλουτεῖς, καὶ ταῖς ἡδοναῖς ταῖς σεαυτοῦ χορηγεῖς, καὶ τὸ κεφάλαιον, τὸ ⁶ μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ τούτῳ. παρείληπται δὲ καὶ ἐπ᾽ ἀργυρίου τὸ κεφάλαιον· ὡς ὁ Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος· Καὶ τόκον ἐνέγκαι Δημοσθένει τοῦ δωροδοκήματος, δραχμὴν τοῦ μηνὸς τῆς μνᾶς, ἕως τὸ κεφάλαιον ἀπέδοσαν.

Κεφάλαιον. Quidam, qui negligenter legerunt orationes a decem oratoribus scriptas, κεφάλαιον de re & oratione tantum dici putant; ut apud Æschinem in oratione contra Ctesiphontem: *Ob penuriam pecuniæ milites conductitii arcem Thebanis non tradiderunt, & propter novem talenta, cum omnes Arcades exiissent, res confecta non est. Tu vero opibus affluis, & abunde tibi suppetit, unde voluptatibus tuis satisfacias, &, quod rei caput est, aurum quidem regium penes istum,* [*pericula vero penes vos sunt.*] Κεφάλαιον etiam de pecunia dicitur; ut apud eundem Æschinem in oratione contra Ctesiphontem: *Et usuram muneris, quo Demosthenes corrumpi se sinebat, ei persolverunt, drachmam singulis mensibus pendentes, donec sortem ei redderent.*

Κεφάλαια. παραλαμβάνεται ἐπὶ γράμματος καὶ λόγου καὶ ἀργυρίου. οὕτως Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον.

Κεφάλαια. Capita. Hæc vox & de scripto & oratione & pecunia dicitur. Sic Æschines in oratione contra Ctesiphontem, & Demosthenes contra Aphobum.

Κεφαλαίῳ. ἁδρῷ. ⁷ Ἀριστοφάνης·

Ἵνα μὴ κεφαλαίῳ τὸν κρόταφόν σου ῥήματι
Θένων ὑπ᾽ ὀργῆς, ἐκχέῃ τὸν Τήλεφον.

ἀντὶ τοῦ ἁδρῷ. καὶ ἐν ⁸ Νεφέλαις·

Οὐδ᾽ ἂν ἐλέσθαι δειπνοῦντ᾽ ἐξῆν κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος
Οὐδ᾽ ἂν ἄνηθον τῶν πρεσβυτέρων ἁρπάζειν.

Κεφάλαιόν ἐστι τὸ πρὸς τὰ φύλλα καυλῶδες. οὐκ ἔτεμον δὲ κατὰ μῆκος ὡς νῦν, ἀλλὰ κατὰ κύκλον τὴν ῥαφανῖδα.

Κεφαλαίῳ. [Capitali.] Valido. Robusto. Aristophanes: *Ne capitali tempora tua verbo præ ira percutiens, Telephum effundat.* Et in *Nubibus*: *Neque inter cœnandum caput raphani sumere licebat, neque anethum seniorum rapere.* Caput raphani vocatur pars illa caulis, quæ foliis proxima est. Olim autem raphanum non secabant in longitudinem, ut nunc fit, sed in orbem.

Κεφαλαίωσον. συντόμησον. σύναγε.

Κεφαλαίωσον. In summam redige. Summatim dic.

Κεφαλή. παρὰ τὸ κεκυφέναι, ἤγουν ⁹ κεκάμφθαι. καὶ οἱ ἰατροὶ τὸ σκαφεῖον αὐτὸ καλοῦσι. καὶ Ἱπποκράτης δὲ κύβητον. Μακεδόνες δὲ ¹⁰ κέβλην· τὸ β ἀντὶ τοῦ φ λαμβάνοντες, ὡς ἐπὶ Φερενίκης, Βερενίκης.

Κεφαλή. Caput. Dictum est a verbo κεκυφέναι, quod significat incurvatum esse. Et Medici id vocant σκαφεῖον: & Hippocrates κύβητον. Macedones vero κέβλην; β pro φ ponentes, ut in voce Φερενίκη, pro qua dicunt Βερενίκη.

Κεφαλῆθεν. ¹¹ δῆμος Ἀκαμαντίδος ἡ Κεφαλή.

Κεφαλῆθεν. Ex Cephale. Cephale autem est populus tribus Acamantiæ.

‡ Κεφάλαια. τὰ χρήματα] Artemidorus lib. I. cap. XVIII. Καὶ γὰρ τὰ χρήματα κεφάλαια καλεῖται. Ad hunc locum Suidas respexit.

1 Ὁ Ἀπόστολος Παῦλός φησι] Ad Hebr. VIII. I.

2 Κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται] Hæc sunt verba Theophylacti ad modo indicatum locum Epistolæ ad Hebræos; quorum sensus ut clarius pateat, plura hic ex commentatore illo describam. Κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται. ὅπερ γάρ τις ἐν ὀλίγῳ τὰ κυριώτερα περιλαβεῖν μέλλῃ, ἐν κεφαλαίῳ φησὶ ποιεῖσθαι τὸν λόγον. ὥσπερ καὶ ἡ κεφαλὴ φαίνεται τὸ κυριώτερόν ἐστι τοῦ σώματος. Φησὶν οὖν καὶ νῦν ὁ Ἀπόστολος, Κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις· τουτέστιν, ἵνα εἴπω τὸ μέγιστον καὶ συνεκτικώτερον. Hinc patet, quis sit loci hujus sensus.

3 Τίτλος διαφέρει κεφ.] Quatuor Evangelia in *titulos* & κεφάλαια, i. e. *capitula*, olim divisa fuisse constat. *Tituli* erant sectiones majores; *capitula* vero, minores: de quibus præter alios vide doctissimum Crojum in Observat. ad Nov. Testam.

4 Κεφάλαια λϛ´] Locum hunc Suidæ mendo laborare, jam ante viri docti recte observarunt. Verum enim esse non potest, Marcum plures habuisse titulos quam capitula, quoniam in reliquis Euangelistis numerus capitulorum longe excedit numerum titulorum. Quare cum Ammonius, qui Euangelia in pericopas & capita divisit, Marco capitula CCXXXV. tribuat, numerum hunc Suidæ restituendum, & σλϛ´ pro λϛ´ scribendum esse certum est.

5 Παρὰ Αἰσχίνῃ ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος] Circa finem.

6 Τὸ μὲν βασιλικὸν χρυσίον παρὰ τούτῳ] Adde ex Æschine ad complendam sententiam, οἱ δὲ κίνδυνοι παρ᾽ ὑμῖν.

7 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 252. (164. Ed. Bas. *P.*)

8 Ἐν Νεφέλαις] Pag. 179. (108. Ed. Bas. *P.*)

9 Κεκάμφθαι] Sic recte habet MS Paris. A. cujus loco in reliquis MSS. & in prioribus Editt. male legitur κεκαῦσθαι.

10 Κέβλην] Scribe κέβαλην, quod per syncopen factum est ex κεβαλήν, ut testatur Etymologus.

11 Κεφαλῆθεν. δῆμος Ἀκαμ.] Ex Harpocratione,

Κεφαλή,

Κεφαλλὴν, Κεφαλλῆνος κλίνεται. καὶ Κεφαλληνίας χώρα.

Κεφαλίων, [1] ἢ Κεφάλων, Γεργίθιος, ῥήτωρ, καὶ ἱστορικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ. ἔφυγε δὲ τὴν πατρίδα διὰ ἀπέχθειαν δυναστῶν, καὶ ἐδίωσεν ἐν Σικελίᾳ. ἔγραψε παντοδαπὰς ἱστορίας ἐν βιβλίοις θ', ἃ τινα [2] ἐπιγράφει Μούσας, Ἰάδι διαλέκτῳ· μελέτας τε ῥητορικάς. καὶ ἄλλα τινά.

Κεφαλὶς [3] βιβλίου. ὅπερ τινὲς εἴλημα φασιν. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ.

Κεφαλισμός. Κεφαλισμοὺς λέγει Ἀριστοτέλης τοὺς τῶν πρώτων ἀριθμῶν μέχρι δεκάδος πολλαπλασιασμούς. διὰ γὰρ τῆς περὶ τούτων γυμνασίας, καὶ οἱ τῶν ὑστέρων καὶ μειζόνων καὶ ὁμοίων αὐτοῖς πολλαπλασιασμοὶ κατὰ μετάβασιν γνωρίζονται. ἀπὸ γὰρ τοῦ δὶς δύο, τέσσαρα, γνωρίζεται ὁ δὶς κ', μ'· καὶ ὁ εἰκοσάκις κ', υ'· καὶ ὁ διακοσιάκις εἴκοσι, τετρακισχίλια. καὶ τὰ ἑξῆς ὁμοίως.

Κέφαλος, [4] Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, καὶ δημαγωγὸς, ὃς πρῶτος προοίμια καὶ ἐπιλόγους συντέθεικε. [5] γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας. Κέφαλος δὲ οὗτος ἔσχε θυγατέρα τὴν Οἴην.

Κεφρὴν. [6] ὄνομα κύριον.

Κεχανδότα. χωροῦντα.

Κεχαρηότα. χαίροντα.

Κεχαρισμένη. πεφιλημένη. Ὁ δὲ καὶ μᾶλλον μέγα ἐφρόνει, κεχαρισμένου τοῦ δώρου τῷ Θεῷ γεγενημένου.

Κεχαρισμένος. εἰς χάριν αὐτῶν πάντα ποιῶν.

Κεχαροίατο. χαροῖεν.

Κεχειρωμένοι. ἡττημένοι.

Κέχηνα. [7] ἐν ἴσῳ τὸ προσδέχομαι, ἢ δέομαι.

Κεχήνατε. [8] ἐξαπατᾶσθε. ἐννεοὶ ἐστέ.

Κεχηναίων [9] πόλις. ἡ τῶν Ἀθηναίων· ὡς ληρούντων αὐτῶν. ἀπὸ τοῦ κεχηνέναι ἔλαβε τὸ ὄνομα· ὡς μετέωρα τῶν Ἀθηναίων φρονούντων.

Κέχηνεν, ὥσπερ ἐμποδίζων ἰσχάδας. [10] Ἀριστοφάνης. ἐμποδίζων, ἀντὶ τοῦ μασσώμενος. ἢ ἀπὸ τοῦ τὸν τὰ σῦκα λαμβάνοντα χάσκειν.

Κεχηνώς. [11] ἡ συναίρεσις τοῦ κεχήνη Ἀττική. τὸ γὰρ ε καὶ α εἰς η συναιροῦσι· καὶ ἐστὶ συναλοιφὴ ἀπὸ τοῦ κεχηνότα. οἱ σφόδρα προσέχοντές τινι κεχήνασι. δύνα-

Κεφαλλήν. Declinatur Κεφαλλῆνος. Et Cephalenia, regio.

Κεφαλίων. Cephalion, vel Cephalon, Gergethius, orator & historicus, qui fuit Adriani tempore, & patria propter principum odium relicta, in Sicilia vitam egit. Scripsit variarum historiarum libros IX. quos *Musas* inscribit, dialecto Ionica. Item, declamationes Rhetoricas; & alia.

Κεφαλὶς βιβλίου. Sic quidam volumen libri vocant. [David:] *In volumine libri de me scriptum est.*

Κεφαλισμός. Aristoteles κεφαλισμοὺς vocat primorum numerorum usque ad decem multiplicationes. Qui enim in iis exercitati sunt, etiam sequentium & majorum & iis similium numerorum multiplicationes per gradus cognoscunt. Nam ex bis binis, quæ faciunt quatuor, cognoscitur, bis vicena facere XL: & vicies vicena CD: & ducenties vicena IↃM; & sic deinceps in reliquis.

Κέφαλος. Cephalus, Atheniensis, Orator, & Demagogus: qui primus procemia & epilogos composuit, & tempore anarchiæ vixit. Idem habuit filiam Oeam.

Κεφρήν. Cephren. Nomen proprium.

Κεχανδότα. Capientem.

Κεχαρηότα. Gaudentem.

Κεχαρισμένη. Grate. Dilecte. *Ille vero majores animo spiritus concipiebat, quod donum illud Deo gratum fuisset.*

Κεχαρισμένος. Gratificans.

Κεχαροίατο. Lætentur. Gaudeant.

Κεχειρωμένοι. In potestatem redacti. Victi.

Κέχηνα. [Hio.] Expecto. Vel indigeo.

Κεχήνατε. Decipimini. Stupetis.

Κεχηναίων. Hiantium urbs. Id est, urbs Atheniensium; sic dicta ab hiando: quasi qui nugis inhiarent, & sublimes vanasque spes animis conciperent.

Κέχηνεν ὥσπερ. *Hiat tanquam ficus aperto ore excipiens.* Aristophanes. [Quidam τὸ] ἐμποδίζων [hic interpretantur] mandens. Vel hoc ideo dictum est, quod is, qui ficus capit, hiet.

Κεχηνώς. Verbum hoc Attice contractum est. [Attici] enim τὸ ε & α in η contrahunt: estque synalœphe ex κεχηνότα. Qui autem

1 Κεφαλίων, ἢ Κεφάλων, Γεργίθιος] Male hic Suidam Cephalæonem, qui sub Adriano vixit, cum Cephalone Gergithio, multo antiquiore, confundere, monuit Vossius *de Histor. Gr.* lib. II. cap. XII. quem vide.

2 Ἐπιγράφει] Sic rescripsi pro ἐπιγράφουσι, auctoritate MSti Paris. A.

3 Κεφαλὶς βιβλίου. ὅπερ τινὲς εἴλημα φασι.] Theodoretus ad Psalm. XXXIX. pag. 550. Τὴν κεφαλίδα εἴλημα εἰρήκασιν Ἀκύλας τε καὶ Σύμμαχος. ἔτι δὲ τὰς θείας γραφὰς μέχρι καὶ τήμερον Ἰουδαῖοι κατασκευάζειν εἰώθασι. Huc Suidas respexit.

4 Κέφαλος, Ἀθηναῖος, ῥήτ.] De hoc vide Tzetzem Chil. V. cap. XXXIV.

5 Γέγονε δὲ ἐπὶ τῆς ἀναρχίας] Sic locum hunc ex MSS. Paris. rescripsi, qui in prioribus Editt. sic legitur: Γέγονε δὲ περὶ τῆς ἀναρχίας οἱ.

6 Κεφρὴν] Est nomen tyranni Ægyptii, cujus meminit Synesius Epist. LVIII. pag. 201.

7 Κέχηνα. ἐν ἴσῳ τὸ προσδέχομαι, ἢ δ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad Acharnens. pag. 372.

8 Ἐξαπατᾶσθε] Hanc lectionem ex MS. Paris. A. revocavi, cujus loco in cæteris MSS. Paris. & Editt. præcedentibus minus recte legitur ἐξαρπᾶσθε.

9 Κεχηναίων πόλις. ἡ τῶν Ἀθην. ὡς ληρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 358.

10 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 332. (231. Ed. Bas. *P.*) ubi vide Scholiastam.

11 Κεχηνώς. ἡ συναίρεσις τοῦ κεχήνη Ἀττ.] Hæc, & quæ sequuntur, sumpta sunt ex Schol. Aristoph. ad *Acharn.* pag. 370. (261. Ed. Bas. *P.*)

ται δὲ εἶναι καὶ μεταφορὰν τῶν ὀρνίθων, τῶν ἐπὶ νοσσιῶν, τῶν τὴν τροφὴν προσδεχομένων καὶ κεχηνότων. οἷον οὖν τροφή μοι ἦν τὸ ἀκοῦσαί τι τῶν Αἰσχύλου.

vehementer in aliquam rem intenti ſunt, hiare ſolent. Poteſt etiam tranſlatio ducta eſſe a pullis avium, qui hianti ore cibum expectant. Senſus igitur eſſe poteſt: Cibi inſtar mihi erat, verſus aliquos Æſchyli audire.

Κεχηνότες. χαύνως ὁρῶντες.

Κεχηνότες. Ore aperto ſpectantes.

Κεχηνότες. μωροί. Μὴ περιπέτεσθε, ὦ μωροὶ κεχηνότες. τὸ γὰρ κεχηνέναι ἐπὶ τῶν ἀνοήτων παραλαμβάνεται. [1] Ἀριστοφάνης·

Μὴ περιπέτεσθε πανταχῇ κεχηνότες.

Κεχηνότες. Stulti. Fatui. Ariſtophanes: *Ne ubique circumvolitetis, ſtultorum inſtar hiantes.* Fatui enim & ſtulti hiare dicuntur.

Κεχολώσεται. ὀργισθήσεται.

Κεχολώσεται. Iraſcetur.

Κεχρησμῳδημένων. μεμαντευμένων.

Κεχρησμῳδημένων. Ab oraculo prædictorum.

Κεῖθεν. καὶ κεῖθι, ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ. καὶ κεῖσε, εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον.

Κεῖθεν. Illinc. Et κεῖθι, illic. Et κεῖσε, illuc.

Κειμένους. κατακειμένους. ἢ [2] κολαζομένους. Ἀριστοφάνης Βατράχοις· Ἐν δὲ τούτῳ κειμένους.

Κειμένους. Jacentes. Vel, qui puniuntur. Ariſtophanes *Ranis: In hoc* [*ſtercore*] *jacentes.*

Κειμήλια. κτήματα. ἢ ἀποκείμενα χρήματα.

Κειμήλια. Res pretioſæ, quæ reconduntur & aſſervantur.

Κεῖος. πολίτης. ἀπὸ τῆς Κέω. καὶ Κῖος δέ, παραθαλάσσιος τόπος. καὶ Κιάτης, ὁ ἀπὸ τούτου.

Κεῖος. Cejus. Id eſt, civis urbis Cei. Cius vero, urbs maritima, cujus civis dicitur Ciotes.

Κεῖο. εὐκτικῶς. κείω γὰρ τὸ κοιμῶμαι.

Κεῖο. Eſt optativi modi. Jaceas. Κείω vero, dormio.

Κείρει. κόπτει. ἐσθίει. κατεσθίει.

Κείρει. Cædit. Edit. Comedit.

Κειρία. [3] εἶδος ζώνης ἐκ σχοινίου, παρεοικὸς ἱμάντι· ᾗ δεσμοῦσι τὰς κλίνας. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Οὐδ' ἂν [4] χαμεύνῃ πάνυ γε κειρίαν γ' ἔχων.

Κειρία. Genus zonæ ex junco confectum, loro ſimile: qua lectos vinciunt. Ariſtophanes *Avibus: Qui nulla lectorum, ne viliſſimorum quidem, vincula habeo.*

Κειρία. ἡ σπαργάνωσις.

Κειρία. Involutio, quæ fit faſciis.

Κειριάδης. [5] Ἱπποθοωντίδος.

Κειριάδης. Ciriades. [Κειριάδαι eſt populus tribus Hippothoontiæ.]

Κειτούκειτος. [6] Οὐλπιανός, εἷς τῶν Δειπνοσοφιστῶν. ἐκλήθη δὲ οὕτω διὰ τὸ συνεχῶς προβάλλειν, εἰ κεῖται ὥρα ἐπὶ τοῦ τῆς ἡμέρας μέρους· καὶ εἰ ὁ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρός· καὶ ἡ μήτρα ἐπὶ τοῦ ἐδωδίμου βρώματος· σύαγρός τε εἰ κεῖται ἐπὶ τοῦ συός. καὶ νόμον εἶχεν ἴδιον, μηδενὸς ἀπογεύειν, πρὶν εἰπεῖν, κεῖται ἢ οὐ κεῖται.

Κειτούκειτος. Ulpianus, unus Dipnoſophiſtarum [apud Athenæum.] Sic autem vocabatur, quod aſſidue quæreret, an hora [ex. gr.] κεῖται, i. e. ponatur pro parte diei; & an μέθυσος dicatur de viro ebrio; an μήτρα de edulio; & σύαγρος de apro. Idem de nullo cibo edere ſolebat, niſi prius dixiſſet, κεῖται, ἢ οὐ κεῖται, i. e. exſtat, vel non exſtat.

Κηδάρ. δεύτερος τοῦ Ἰσμαὴλ υἱός. οἱ δὲ τούτου ἀπόγονοι μέχρι σήμερον οὐ πόρρω τῆς Βαβυλῶνος ἐσκήνωνται. καὶ [7] Κηδάρ, τὶς τόπος ἀφεγγής.

Κηδάρ. Cedar, ſecundus Iſmaelis filius: cujus poſteri ad hunc uſque diem non procul Babylone habitant. Et Κηδάρ, locus quidam obſcurus.

Κήδεα. κακά.

Κήδεα. Mala. Dolores.

Κηδεμονία. πρόνοια. καὶ Κηδεμών, φροντιστής, ἐπιμελητής, καὶ προνοητής.

Κηδεμονία. Cura. Providentia. Et κηδεμών, qui alicujus rei curam gerit.

Κηδεός. ὁ νεκρός.

Κηδεός. Mortuus.

Κηδεστής. ὁ κατ' ἐπιγαμβρείαν οἰκεῖος, ἢ πενθερός. οὐ μόνον δὲ ὁ διδούς, ἀλλὰ καὶ ὁ λαμβάνων.

Οὐ [8] χρή σε κρύπτειν ὄντα κηδεστὴν ἐμόν.

Κηδεστής. Affinis, vel ſocer. Item gener. [Ariſtophanes:] *Non oportet te rem iſtam celare, cum ſis affinis meus.*

1 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 548. (374. Ed. Baſ. *P.*)

2 Κολαζομένους] Si vocem κειμένους per ſe ſpectes, falſum eſt, eam idem ſignificare poſſe quod κολαζομένους. At in loco illo Ariſtophanis, ad quem nota hæc Suidæ referenda eſt, vox iſta a conſequenti eam ſignificationem habet, quoniam Comicus ibi loquitur de hominibus impiis, quos poſt mortem apud Inferos in cœno jacere & volutari dicit. Vide ipſum Ariſtophanem *Ranis* p. 218. (136. Ed. Baſ. *P.*)

3 Κειρία. εἶδος ζώνης ἐκ σχοιν.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Aves* pag. 579. (400. Ed. Baſ. *P.*)

4 Χαμεύνῃ] Apud Ariſtophanem loco laudato hodie legitur χαμεύνιον. Sed ſcribendum potius exiſtimo χαμεύνης, ut referatur ad vocem κειρίαν, & conſtructio ſit, κειρίαν χαμεύνης; i. e. vinculum vel funem lecti vilioris & humilioris. Alludit enim Comicus ad vocem σπάρτη, quaſi dixiſſet: Adeo inviſa mihi eſt Sparta, ut ne ſparteum quidem habeam funem, quo vel viliſſimum lectum vinciam. Hoc ſignificare vult Didymus apud Scholiaſtam, cum ait, οὐδὲ σπάρτον ἔχων, οὐ χαμεύνιον. Sic enim ibi ſcribendum eſt pro οὐδ' ἀπαρτον.

5 Κειριάδης. Ἱπποθ.] Ex Harpocratione.

6 Κειτούκειτος. Οὐλπιανός, εἷς τῶν Δειπν.] Hæc deſcripta ſunt ex præfatione, quam Anonymus quidam Athenæo præfixit.

7 Κηδάρ] Eſt Hebraicum קדר, quod LXX Interpretes σκοτίζω & σκοτόω reddunt.

8 Οὐ χρή σε κρ.] Senarius hic legitur apud Ariſtoph. *Theſmophor.* pag. 769. (513. Ed. Baſ. *P.*)

Κήδεται. γενικῇ. φροντίζει. βοηθεῖ. ἐπιμελεῖται.

Κήδεται. Genitivo jungitur. Curat. Opem fert. Curam gerit.

Κηδεύειν. φροντίζειν. ἢ θάπτειν. Αἰλιανός· Καὶ ἄλλως τῇ αὐτοῦ παλλακίδι ἐπιμανείς, ὡς ἤδη θεραπαίνῃ, τὸν ἄθλιον ἐν νεκροῖς ἤλθομεν. καὶ οἵγε κηδόμενοι τοῦ ἀνδρὸς ὠδύροντό τε αὐτόν, καὶ Θεοὺς ἐκάλουν συμμάχους, καὶ περὶ πάντων Σάραπιν.

Κηδεύειν. Curare. Vel, sepelire. Ælianus: *Et alias amore pellicis ejus, ut jam ancillæ suæ, insaniens, miserum illum inter mortuos numerabant. Qui autem viri curam gerebant, cum simul deflebant, & Deorum, imprimis Sapidis, opem implorabant.*

Κηδεία. ταφή. ἐκφορά.

Κηδεία. Sepultura. Funus.

Κήδειν. κακοῦν. λυπεῖν.

Κήδειν. Malo afficere. Dolore afficere.

Κηδείους. οἰκείους. προσφιλεῖς.

Κηδείους. Necessarios. Affines. Dilectos.

Κηδήσαντες. θεραπεύσαντες. ἢ λυπήσαντες.

Κηδήσαντες. Qui curarunt. Vel, qui læserunt.

Κήδομαί σου. φροντίζω σου. Κήδω δέ σε, λυπῶ.

Κήδομαί σου. Tui curam gero. Sed κήδω σε. Lædo te. Malo te afficio.

Κῆδος. ἡ συναλλαγὴ τοῦ γάμου, ἢ τοῦ πένθους. καὶ ἡ λύπη. ὅτι καίεσθαι ποιεῖ. Ἐς [1] κῆδος γὰρ ἀλλήλοις συνηλθέτην εὐθύς. Καὶ αὖθις· Τισσαφέρνης δὲ κηδεύσας Ἀρταξέρξῃ, καὶ τὴν σατραπείαν λαβὼν τὴν ἐπὶ θαλάσσῃ.

Κῆδος. Affinitas. Luctus. Dolor. Ita dictus, quia nos quodammodo urit. *Statim enim affinitas inter eos contracta est.* Et iterum: *Tissaphernes autem, ducta Artaxerxis filia, satrapiam maritimam adeptus est.*

Κηδωλός. ὁ κηδόμενος καὶ φροντίζων ὅλων.

Κηδωλός. Qui universorum curam gerit.

Κηδωνίδης, [2] Κηδωνίδου. οὗτος περιβόητος ἦν ἐπὶ παιδεραστίᾳ ἀνυπερβλήτῳ, ὡς Αὐτοκλείδης, καὶ Θέρσανδρος.

Κηδωνίδης. Hic famosus erat pædico, ut Autoclides & Thersander.

Κῆεν. ἔκαιεν.

Κῆεν. Pro ἔκαιεν. Cremabat. Urebat.

Κηκάς. ὁ λοίδορος. καὶ Κηκασμός, ἡ λοιδορία.

Κηκάς. Maledicus. Et κηκασμός, convitium, maledicentia.

Κηκείδιος, [3] διθυράμβων ποιητής, πάνυ ἀρχαῖος. μέμνηται αὐτοῦ Κρατῖνος ἐν Πανόπταις, καὶ [4] Ἀριστοφάνης·

Ἀρχαῖά γε, καὶ Διϊπολιώδη, καὶ τεττίγων ἀνάμεστα,
Καὶ Κηκείδου, καὶ Βουφονίων.

Κηκείδιος. Cecidius, poeta Dithyrambicus, valde antiquus. Ejus meminit Cratinus *Panoptis*, & Aristophanes [*Nubibus*:] *Antiqua hæc sunt, & Diipolia redolentia, & plena cicadis Cæcideque & Buphoniis.*

Κηκίς. ὀξύτης. ἢ κηκίς, βαμματικὸν σύμμα. ἢ καρπὸς τῆς δρυὸς ἐπιτήδειος εἰς βαφήν. καὶ οὐδετέρως κηκίδιον.

Κηκίς. Acumen. Acies. Vel, spissamentum intinctuum. Item, fructus quercus ad tincturam aptus. Et genere neutro κηκίδιον.

Κῆλα. βέλη. ὅτε δὲ σημεῖα.

Κῆλα. Tela. Interdum etiam signa.

Κηλάς. ἀλώπηξ.

Κηλάς. Vulpes.

Κηλέῳ. [5] καυστικῷ πυρί.

Κηλέῳ πυρί. Igne comburente.

Κηλέστης. ὁ ἀπατεών.

Κηλέστης. Impostor. Deceptor.

Κηληθμός. ἀπάτη. ἀπὸ τοῦ χαλῶ, χαληθμός, καὶ τροπῇ τοῦ χ εἰς κ, καὶ τοῦ α εἰς η, κηληθμός. καὶ κήλημα ὁμοίως.

Κηληθμός. Impostura. Fallacia. A χαλῶ fit χαληθμός, & mutato χ in κ, & α in η, κηληθμός. Et κήλημα similiter.

Κήλησις. πειθὼ μετὰ τέρψεως. ἢ [6] διὰ λόγων ἡδονὴ καταγοητεύουσα. καὶ ἡσυχία σὺν ἡδονῇ. ἀπὸ τοῦ χαλῶ.

Κήλησις. Vis blanda persuadendi. Voluptas animum verbis demulcens, & quies grata. A χαλῶ.

Κηλητήρια ᾄσματα. θελκτικὰ μέλη. Γράψαντας ἑαυτοὺς ιβʹ Θεούς, λέγειν δεῖν ταῦτα ᾄδεσθαι, οἱονεὶ τῶν παρόντων κακῶν κηλητήρια.

Κηλητήρια ᾄσματα. Carmina demulcendi vim habentia. *Cum se* XII. *Deos vocassent*, [*dicebant, carmina*] *ista cani oportere, ut præsentium malorum delinimenta.*

Κηλήτης. ὁ κεχαλασμένος τὰ ἐντός.

Κηλήτης. Herniosus.

Κηλίδα. ῥύπον.

Κηλίδα. Maculam. Sordes.

1 Ἐς κῆδος γὰρ ἀλλήλοις συνηλθ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Histor. Arc.* cap. IV.

2 Κηδωνίδης —— ὡς Αὐτοκλείδης καὶ Θέρσανδρος] Æschines in orat. contra Timarchum pag. 8. Ἐὰν δ' ὑμᾶς ἀναμνήσας ἐπιδείξω ὑπερβαίνων τουτονὶ τοὺς ἀγελαίους ἄνδρας, Κηδωνίδην, καὶ Αὐτοκλείδην, καὶ Θέρσανδρον. Ad hunc locum Suidas respexit. Vide etiam Harpocrationem.

3 Κηκείδιος] Scribe Κηκείδης. In loco enim illo Aristoph. quem Suidas hic adducit, τὸ Κηκείδου est a recto Κηκείδης.

4 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 179. (109. Ed. Bas. *P.*)

5 Κηλέῳ] Sic in MSS. Paris. recte legitur pro κηλαίῳ, quod priores Editt. habent.

6 Ἡ διὰ λόγων ἡδονὴ καταγοητ.] Eodem modo describitur κήλησις apud Laertium in *Zenone* Segm. CXIV. Κήλησις μὲν ἐστιν ἡδονὴ δι' ὤτων καταγοητεύουσα. Huc Suidam respexisse puto.

Κηλι-

Κηλιδωτόν. ἐῤῥυπωμένον.

Κηλὶς, κηλῖδος. ῥύπος. μῶμος. χρῶμα. μορφή. ἕλκος. οὐλή. Ὥσπερ οὖν τὰ ἐκ τῶν Τιτανικῶν σπερμάτων φύντα τῷ βίῳ τῶν ἀνθρώπων κηλῖδα προσετρίψατο.

Κῆλον. τὸ ξύλινον βέλος.

Κηλώνειον. τὸ γεράνιον.

Κηλούμενος. τερπόμενος. θελγόμενος, οἷον αὐλοῖς καὶ ἡδυφωνίαις. Κηλοῦμαι γὰρ, τὸ ὑπ' αὐλῶν ἥδομαι.

Κηλῶ. βλάπτω. ἀπατῶ.

Κήλων. ὁ θερμὸς εἰς συνουσίαν.

Κηλώνιον. ἵππος ἐπιβατόρειος.

Κημὸν καθιμηλῶν. [1] Ἀριστοφάνης· Ἔπειτ' ἀναγκάζω πάλιν ἐξεμεῖν, ἅττ' ἂν κεκλόφωσί μου, κημὸν καθιμηλῶν. [2] Καθιμηλοῦν δὲ λέγουσι τὸ τὴν μήλην καθίεσθαι ὑπὸ τοῦ ἰατροῦ εἰς τὸν λαιμόν· ὡς ποιοῦσιν οἱ ἐμοῦντες. τὸ δὲ ὅλον βούλεται, ὅτι καταψηφιζόμενος αὐτῶν καὶ καταδικάζων ἀναγκάζω ἐμεῖν τὰς κλοπάς.

Κημός. εἶδος χαλινοῦ. ἢ φιμός.

[3] Κέντρα διωξικέλευθα, φιλοῤῥώθωνά τε κημόν.

Κημός. [4] πλέγμα κωνοειδὲς, δι' οὗ καθιᾶσιν οἱ δικασταὶ τὴν ψῆφον εἰς τὸν κάδον. Ἀριστοφάνης· Κἀπισταίην τοῖς κημοῖς. καὶ τὸ τοῖς ἵπποις ἐπιτιθέμενον, καὶ γυναικεῖον προκόσμιον, καὶ αἱ αὐλητικαὶ φορβειαὶ, καὶ [5] κρίκου τι γένος, καὶ πόα τις, καὶ ὄσπριόν τι παρὰ Θρᾳξίν. [6] ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ ἀμφίτρητον [7] ὑπηκτὰν κημόν. καὶ μηχανικόν τι πυρφόρον μηχάνημα.

Κηναῖος. [8] ὁ Ζεύς.

Κῆνσος. [9] τὸ νόμισμα. ἐτήσιον τέλος. [10] παρὰ τὸ καίνω, τὸ κόπτω.

Κῆνσος. οὕτω τῇ ἐπιχωρίῳ γλώσσῃ Ῥωμαῖοι τὴν ἐξέτασιν τοῦ Ῥωμαϊκοῦ πλήθους προσαγορεύουσι.

Κήνσωρ. τιμητὴς παρὰ Ῥωμαίοις ὀνομαζόμενος, ἐξεταστής τις τῶν πολιτικῶν διαιτημάτων πρὸς τὸ σῶφρον καὶ ἀρχαιότροπον ἑκάστου τῶν πολιτῶν ἐπιστρέφων τὸν βίον.

Κηώδης. ὁ [11] τεθυμιαμένος, καὶ εὐώδης. καὶ Κηώεντι, εὐώδει, τεθυμιαμένῳ.

[12] Αἰεὶ κηώεντι μύρῳ τὸ διάβροχον ὀστοῦν,

Κηλιδωτόν. Maculatum. Sordidum.

Κηλίς. Macula. Sordes. Probrum. Color. Forma. Ulcus. Cicatrix. *Tanquam genere Titanum orti, vitæ hominum opprobrium fuerunt & dedecus.*

Κῆλον. Telum ligneum.

Κηλώνειον. Machina, cujus ope aqua hauritur. Tolleno.

Κηλούμενος. Qui delectatur. Qui tibiis & suavi cantu delinitur. Κηλοῦμαι enim significat ex tibiarum cantu voluptatem percipio.

Κηλῶ. Lædo. Decipio. Fallo.

Κήλων. In venerem præceps.

Κηλώνιον. Equus admissarius.

Κημὸν καθιμηλῶν. Camum tanquam specillum in guttur immittens. Aristophanes: *Deinde eos rursus evomere cogo, quæcunque mihi surripuerunt, camo tanquam specillo in guttur eorum immisso.* Καθιμηλοῦν enim est, specillum in guttur immittere, quod facere solent ii, qui vomunt. Sensus igitur est: Eos suffragio meo damnatos furta rursus evomere cogo.

Κημός. Camus. Genus fræni. Vel, capistrum. [In Epigrammate:] *Calcaria ad cursum incitantia, & naribus amicum camum.*

Κημός. Vas vimineum, coni figuram habens, per quod judices calculum in cadum immittunt. Aristophanes: *Et adstem camis.* Item fiscella, qua equorum ora obturantur. Et ornamentum muliebre. Et capistra tibicinum. Et quoddam circuli genus. Et herba quædam. Et legumen quoddam apud Thraces. In Epigrammate: *Et utrinque perforatum camum.* Item, machina quædam ignifera.

Κηναῖος. Cenæus. Epithetum Jovis.

Κῆνσος. Census. Nummus. Annuum tributum. A καίνω, cædo, cudo.

Κῆνσος. Sic Romani lingua sua populi censum vocant.

Κήνσωρ. Censor apud Romanos, qui inquirebat in civium vitam & mores, eosque ad modestiam & antiquam virtutem revocabat.

Κηώδης. Odoratus. Bene olens. Et κηώεντι, suavem odorem spiranti, suffito. [In Epigrammate:] *Semper odorato unguento perfusum est*

1 Ἀριστοφάνης] *Equit.* pag. 353. (249. Ed. Bas. *P.*)

2 Καθιμηλοῦν δὲ λέγουσι τὸ τὴν μήλ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

3 Κέντρα διωξικέλευθα, φιλοῤῥ.] Versus hic legitur Anthol. lib. VI. cap. 2. Epigr. 1. ut Portus etiam monuit.

4 Κημός. πλέγμα κων.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 353. Confer eundem Scholiastam ad *Vespas* pag. 437.

5 Κρίκου] Sic habent 2 MSS. Paris. itemque Lexicum Photii ineditum; cujus loco non solum in omnibus Editt. præcedentibus, sed etiam apud Scholiastam Aristophanis male legitur κείκου.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι· Καὶ ἀμφ.] Locus hic decerptus est ex Epigrammate Anthologiæ ineditæ, quod integrum exhibuimus supra v. Γομφιόδουπε.

7 Ὑπηκτὰν] In Anthologia inedita scriptum est ὑπηικτάν. Sed neutra lectio placet. Portus scribendum putabat ὑπικτάν: quod amplectar, donec melius quid in mentem venerit.

8 Κηναῖος. ὁ Ζεύς] Vide Stephanum Byzantium v. Κήναι, & ibi Berkelium.

9 Κῆνσος. τὸ νόμισμα] Notatur hic Suidas a Casaubono Exercit. XVI. contra Baronium, num. X. quem consule.

10 Παρὰ τὸ καίνω, τὸ κόπτω] Quis hic non rideat ineptam [illegible] Grammatici nostri, qui vocis Latinæ etymologiam ex Græca lingua accersit.

11 Τεθυμιαμένος] Sic MSS. Paris. cujus loco priores Editt. minus recte habent τεθυμιασμένος. Idem dictum velim de voce τεθυμιαμένῳ, quæ paulo post sequitur.

12 Αἰεὶ κηώεντι μύρῳ τὸ διαβ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Laidem, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XII. Epigr. VII.

Καὶ

Καὶ λιπαραὶ θύσει ἆσθμα πνέουσι κόμαι.

Κηπαία. ἡ ἐν τῷ κήπῳ παγίς.

Κῆπος. [1] εἶδος κουρᾶς. δύο γάρ εἰσι κουραί, σκάφιον καὶ κῆπος. τὸ μὲν οὖν σκάφιον τὸ ἐν χρῷ· ὁ δὲ κῆπος, τὸ περιμετώπῳ κεκοσμῆσθαι. Ἀριστοφάνης·

Οἶσθ' ὡς μάλιστ' ἔοικας ἐπτερωμένος;
Εἰς εὐτέλειαν χηνὶ συγγεγραμμένῳ.
Σὺ δὲ κοψίχῳ γε σκάφιον ἀποτετιλμένῳ.

Κῆπος. πόλις κατὰ Βόσπορον οὕτω καλουμένη. καὶ κῆπος, ὁ τῶν λαχάνων καὶ τῶν δένδρων.

Κήρ. ἡ ψυχή. καὶ ἡ θανατηφόρος μοῖρα. καὶ Κῆρες, αἱ [2] θανατηφόροι μοῖραι, ἤτοι αἱ κακοῦσαι ἐπιφέρουσαι, καὶ ἐν τῷ ᾅδου ποταμῷ Πυριφλεγέθοντι καὶ Ἀχέροντι καὶ Κωκυτῷ [3] ἀπάγουσαι. τούτων ὁ μὲν ἀπὸ τοῦ πυρὶ φλέγειν· ὁ δὲ, ἀπὸ τοῦ τὰ ἄχη εἰς αὐτὸν ῥεῖν· ὁ δὲ ἀπὸ τῶν θρηνῶν καὶ τοῦ κωκυτοῦ. Κωκυτὸς δέ ἐστι φωνῆς μίμησις θρηνούντων. λέγουσι δὲ καὶ Ἀλίβαντά τινα εἶναι ποταμόν· ἀπὸ τοῦ ἅπαντα καταξηραίνειν, καὶ μηδὲ λιβάδα ὑπάρχειν, ἤγουν ἰκμάδα. καὶ τὸ ὄξος δὲ ἀλίβαντά φασιν, ὅτι νενεκρωμένος οἶνός ἐστι. Κὴρ δὲ ἡ ψυχή· διότι διὰ πυρός ἐστι. τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν, τοῦτο ψυχή.

Εἰμὶ δὲ κὴρ Τυμβούλου· ὁ δὲ κλείνας με Κόροιβος.

Κῆρας. θανάτου καὶ φθορᾶς αἰτίους. [4] Ἀξιῶν αὐτοὺς πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς καὶ θαλάττης, ὡς ὄντας κῆρας πόλεών τε καὶ πολιτειῶν· νῦν δὲ στεφανῶν αὐτοὺς, καὶ παράδειγμα τιθέμενος γενναίου βίου καὶ σώφρονος.

Κηρεσιφόρητος. [5] ὁ τὸν θάνατον φέρων.

Κήριθος. πόλις.

Κήρινθος. ὄνομα κύριον.

Κήρινον [6] ἐκμαγεῖον. ἡ φαντασία τοῦ νοός. καὶ κήρινος. καὶ ἐκηριάθην, ἀντὶ τοῦ ἐσκοτώθην, ἢ διὰ τὸ δέος κήρινος ἐγενόμην.

Κηρόθι. ἐκ ψυχῆς.

Κηροῦ εὐπλαστότερος. ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως τι ποιούντων. Τῷ δὲ [7] Ἀσκληπιοδότῳ σπουδὴ ἦν εἰς τὸ χρωματικὸν καὶ διατονικὸν εἶδος τῆς μουσικῆς· ὥστε τὴν ἑαυτοῦ φωνὴν καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ὄργανα τῆς φύσεως εὐπλαστότερα κηροῦ διετίθετο, καὶ μετερρύθμιζεν εἰς ὅ, τι ἐβούλετο, καὶ εἰ χρεία παρείη· ὥστε καὶ ζώων ἁπάντων μιμεῖσθαι, καὶ τῶν ἄλλων κτύπων τὰς ἀπηχήσεις.

Κηροφορεῖν. κηρία φέρειν.

Κηρύκαινα. θήλεια. καὶ κηρυκαίνας ἐκάλουν Ἀλεξανδρεῖς γυναῖκας, αἵτινες εἰς τὰς αὐλὰς παριοῦσαι

os ejus, & nitidæ suavem odorem spirant comæ.

Κηπαία [παγίς.] Decipula hortensis.

Κῆπος. Tonsuræ genus. Duo enim sunt tonsuræ genera, σκάφιον & κῆπος. Σκάφιον est, cum capilli ad cutem usque raduntur. Κῆπος vero, cum capillis adscititiis in fronte ornamur. Aristophanes: *Scis, cui maxime similis sis ob pennas? Anseri male picto. Tu vero copsicho, e cujus capite pennæ omnes evulsæ sunt.*

Κῆπος. Cepus, urbs ad Bosporum ita vocata. Et κῆπος, hortus, tam in quo sunt olera, quam arbores.

Κήρ. Anima. Item letiferum fatum. Et κῆρες, letifera fata: vel quæ efficiunt, ut homines ardeant apud inferos in fluvio Pyriphlegonte, & [crucientur] in Acheronte & Cocyto. Horum fluviorum primus ita dictus est, quod igne ardeat. Alter, quod dolores & luctus in ipsum confluant. Tertius a lamentis & ejulatibus. Κωκυτὸς enim est imitatio vocis lugentium & lamentantium. Dicunt vero & Alibantem quendam fluvium illic esse, [sic dictum,] quod omnia exsiccet, & ne guttam quidem humoris relinquat. Acetum quoque vocant ἀλίβαντα, quia est vinum mortuum. Κὴρ vero est anima, quia ignea est. Calor enim insitus est anima. [In Epigrammate:] *Sum vero anima Tymbuli. At qui me interfecit est Corœbus.*

Κῆρας. Mortis & perniciei auctores. Pestes. *Nunc dignos censens, qui tanquam civitatum & Rerumpubl. pestes terra marique exterminentur: nunc eosdem coronans, & tanquam præclaræ temperantisque vitæ exemplum aliis proponens.*

Κηρεσιφόρητος. Mortem afferens.

Κήριθος. Cerithus. Urbs.

Κήρινθος. Cerinthus. Nomen proprium.

Κήρινον ἐκμαγεῖον. [Imago in cera expressa. Sic a Stoicis dicitur] phantasia mentis. Et κήρινος, cereus. Et ἐκηριάθην, vertigine correptus sum. Vel, præ metu ceræ similis factus sum.

Κηρόθι. In animo. Ex animo.

Κηροῦ εὐπλαστότερος. Cera tractabilior. De iis, qui facile aliquid faciunt. *Asclepiodotus chromaticæ & diatonicæ Musicæ generi studebat. Quare vocem suam & naturalia ejus instrumenta cera sequaciora reddebat, &, quocunque modo vellet, apte inflectebat, adeo ut, si opus esset, omnium animalium voces & alios sonos quoscunque imitari posset.*

Κηροφορεῖν. Favos ferre.

Κηρύκαινα. Alexandrini κηρυκαίνας vocabant eas fœminas, quæ aulas & ædes ingressæ for-

1 Κῆπος. εἶδος κουρᾶς] Ex Enarratore Comici ad *Aves*, pag. 579. (399. Ed. Bas. P.)

2 Αἱ θανατηφόροι μοῖραι] Hæc desunt in prioribus Editt. quæ ex MSS. Paris. revocavi.

3 Ἀπάγουσαι] Hæc vox deest in MSS. Paris.

4 Ἀξιῶν αὐτοὺς πάσης ἐλαύνεσθαι γῆς καὶ θαλ.] Hæc sunt verba Synesii in *Dione* pag. 38. Vide etiam supra v. Βάλλων Σωκράτη.

5 Κηρεσιφόρητος] Homer. Il. Θ. v. 527.

6 Κήρινον ἐκμαγεῖον. ἡ φαντασία τοῦ νοός] Hæc referenda sunt ad philosophiam Stoicorum, qui phantasiam comparabant cum imagine, quæ ceræ impressa est, ut discimus ex Laertio lib. VII. Segm. XLV.

7 Τῷ δὲ Ἀσκληπιοδότῳ σπουδὴ ἦν εἰς τὸ χρωμ.] Fragmentum hoc depromptum est ex Damascio de Vita Isidori Philosophi. Vide etiam supra v. Ἀσκληπιόδοτος.

καὶ τὰς συνοικίας, ἐφ' ᾧτε συναγείρειν τὰ μιάσματα, καὶ ἀποφέρειν εἰς θάλασσαν, ἅπερ ἐκάλουν φυλάκια.

Κήρυκες. [1] γένος ἐν Ἀθήναις, ὀνομασμένον ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ.

Κηρυκεία. ὁ διδόμενος μισθὸς κήρυξιν, ἐπὶ ταῖς γινομέναις πράξεσιν. οὕτως Ἰσαῖος. σημαίνει δὲ καὶ τὴν κηρύκευσιν. λέγεται δὲ καὶ οὐδετέρως κηρύκειον, ὁ ἐπὶ τῇ κηρύξει μισθός· ὃ παρ' ἡμῖν μήνυτρον λέγεται. καὶ Κηρύκειον, ὄρος Ἐφέσου.

Κηρύκειον. [2] Σύνθημα φιλίας ἦν τοῖς βαρβάροις, συναντᾷν στεφάνοις ἔχοντας καὶ θαλλοὺς, ὥσπερ τὸ κηρύκειον τοῖς Ἕλλησι, διασαφοῦντας, ὅτι πάρεισι διὰ ταῦτα βουλόμενοι μήτε ποιῆσαι μήτε παθεῖν τι δυσχερές.

Κηρύκειον. σκῆπτρον. ἢ ἐφ' ᾧ ἀναβὰς κηρύσσει.

Κηρύκειον. ξύλον, ἔχον ἑκατέρωθεν δύο ὄφεις περιπεπλεγμένους καὶ ἀντιπροσώπους ἀλλήλοις κειμένους· ὅπερ εἰώθασι φέρειν οἱ κήρυκες μετ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐξῆν αὐτοὺς ἀδικεῖν, παρ' οὓς ἀπήρχοντο. σύμβολον δὲ ἦν τὸ μὲν ὀρθὸν ξύλον τοῦ ὀρθοῦ λόγου. τὸ δὲ παρ' ἑκάτερον εἶδος τῶν ὄφεων, τὰ ἀντιτασσόμενα στρατόπεδα. ὁ γὰρ ὀρθὸς λόγος διὰ ἀμφοτέρων χωρεῖ.

Κηρυκίνη ῥάβδος. ἡ τοῦ Ἑρμοῦ.

Κηρύλος. [3] ὁ ἄῤῥην ἀλκυὼν, ὃς ἐν ταῖς συνουσίαις ἀποθνήσκει. Εὐφρόνιός φησι τοὺς Δωριεῖς λέγειν. Βάλλε δὲ, βάλλε, κηρύλος εἴην. τοὺς δὲ Ἀττικοὺς [4] κήρυλον. [5] τοὺς δὲ ἄῤῥενας γηράσκοντας αἱ θήλειαι βαστάζουσι τοῖς πτεροῖς. καὶ μή ποτε παρὰ τὸ κείρειν ἐσχημάτισται. ὁ δὲ Σποργίλος ἦν κουρεύς. μνημονεύει αὐτοῦ Πλάτων ἐν Σοφισταῖς·

Τὸ Σποργίλου κουρεῖον, ἔχθιστον τέγος.

Κῆρυξ ἐν πολέμῳ. πρέσβεις ἐν εἰρήνῃ.

Κῆρυξ. ὁ ἀλεκτρυών. τρίτον δὲ ᾄδει.

Κησιφῶν. ὄνομα κύριον.

Κῆσος. ὄνομα ποταμοῦ.

Κῆτος. θαλάσσιον θηρίον πολυειδές. ἔστι [6] γὰρ λέων, ζύγαινα, πάρδαλις, φύσαλος, πρῆστις, ἡ λεγομένη [7] μάλλη, ὃ καὶ δυσανταγώνιστόν ἐστι· καὶ κριὸς, ἰδεῖν ἐχθρὸν ζῶον.

Κηττοί. δῆμος τῆς Λεοντίδος.

Κῆυξ. [8] εἶδος ἱέρακος. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα κύριον.

Κηφᾶς, καὶ Κηφεύς. ὄνομα κύριον.

Κηφηὶς γῆ. ἡ τοῦ Κηφέως.

des muliebres, quas φυλάκια vocabant, colligebant, & in mare absportabant.

Κήρυκες. Ceryces. Familia Athenis, à Ceryce Mercurii filio sic appellata.

Κηρυκεία. Merces, quæ datur præconibus pro opera ab ipsis præstita. Sic Isæus. Significat autem & ipsum præconis officium. Dicitur & genere neutro κηρύκειον, merces, quæ præconi datur: quæ apud nos μήνυτρον appellatur. Et Κηρύκειον, mons Ephesi.

Κηρύκειον. Caduceum. *Apud Barbaros pacis & amicitiæ signum erat, cum coronis & ramis olivæ obviam procedere; ut apud Græcos caduceum. Eo enim significabant, se advenisse, nec facturos alicui injuriam, nec ab aliis passuros.*

Κηρύκειον. Sceptrum. Vel locus, in quem ascendens præco aliquid promulgat.

Κηρύκειον. Caduceum. Erat baculus, duos utrinque habens serpentes, sibi invicem implicitos, & adversa facie se mutuo intuentes; quem caduceatores ferebant, ne violarentur ab illis, quos adibant. Rectus autem baculus signum erat rectæ rationis: & species serpentum, qui utrinque apparebant, significabat exercitus sibi invicem oppositos. Recta enim ratio per medium utriusque vadit.

Κηρυκίνη ῥάβδος. Caduceum. Virga Mercurii.

Κηρύλος. Cerylus, mas Alcyon, qui in coitu moritur. Euphronius ait, Dores dicere [κηρύλος]. *Feri, feri: sim cerylus.* Atticos vero, κείρυλος. Mares autem senio confectos fœminæ alis gestant. Videndum autem, an formatum sit a κείρειν. Sporgilus vero erat tonsor, cujus meminit Plato *Sophistis: Sporgili officina, domus inimicissima* [*mihi.*]

Κῆρυξ. Caduceator, sive legatus in bello: πρέσβυς vero, legatus in pace.

Κῆρυξ. Gallus gallinaceus: qui ter canit.

Κησιφῶν. Cesiphon. Nomen proprium.

Κῆσος. Cesus. Nomen fluvii.

Κῆτος. Bellua marina, cujus plures sunt species: veluti, Leo, Libella, Pardalis, Physalus, Prestis, Maltha, quæ difficulter vi superari potest; & Aries, animal aspectu truculentum.

Κηττοί. Cetti. Populus tribus Leontiæ.

Κῆυξ. Ceyx. Genus accipitris. Significat etiam nomen proprium.

Κηφᾶς, & Κηφεύς. Nomina propria.

Κηφηὶς γῆ. Terra Cepheia.

1 Κήρυκες. γένος ἐν Ἀθήναις οἰκεῖ.] Ex Harpocratione.

2 Σύνθημα φιλίας ἦν τοῖς βαρβ.] Fragmentum hoc consarcinatum est ex Polyb. lib. III. cap. LII. ut doctissimus Jac. Gronovius recte observavit. Vide etiam infra v. Σύνθημα.

3 Κηρύλος. ὁ ἄῤῥην ἀλκυὼν, ὃς ἐν ταῖς συνουσ.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, pag. 555.

4 Κήρυλον] Scribe κείρυλον, ut habet Scholiasta Aristoph. loco laudato.

5 Τοὺς δὲ ἄῤῥενας γηράσκοντας αἱ θήλ.] Idem testatur Antigonus Caryst. cap. XXVII. his verbis: Τῶν δὲ ἀλκυόνων οἱ ἄρσενες κηρύλοι καλοῦνται. ὅτ' ἂν οὖν ὑπὸ τοῦ γήρως ἀσθενήσωσι, καὶ μηκέτι δύνωνται πέτεσθαι, φέρουσιν αὐτοὺς αἱ θήλειαι ἐπὶ τῶν πτερῶν λαβοῦσαι. Vide etiam Ælian. *Histor. Anim.* lib. VII. cap. XVII.

6 Ἔστι γὰρ λέων, ζύγαινα, πάρδ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Æliani *Histor. Anim.* lib. IX. cap. XLIX.

7 Μάλλη] Apud Ælianum loco laudato legitur μάλθη. uti etiam hic apud Suidam legendum est.

8 Κῆυξ] Sic reposui auctoritate MS. Paris. A. cujus loco antea male legebatur κῆρυξ.

Κηφὴν.

Κηφήν. ἡ ἀγρία μέλισσα. ἀργὸς, ἄπρακτος, μετέωρος. [1] Βελισάριος ξὺν γέλωτι εἶπεν· Οὐ δίκαιον, τοὺς κηφῆνας μὲν ὑφ' ἑτέρων πόνῳ μεγάλῳ [2] ἀπελαύνεσθαι, ἄλλους δὲ τοῦ μέλιτος οὐδεμιᾷ ταλαιπωρίᾳ ὀνίνασθαι. τοῦτο δὲ εἶπε, φυλάσσων τὴν λείαν, ὅπως ἀξίως διανέμοιτο. καὶ, [3] Κηφήνεσσι κοθούροις. τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον. οὖροι γὰρ οἱ φύλακες. [4] κόθουροι οὖν, οἱ τὰς θύρας φυλάσσοντες. λέγεται δὲ ἐκ τούτου καὶ ἄνθρωπος, ὁ μηδὲν δρᾷν δυνάμενος.

Κηφὴν. Fucus, sive apis fera, Item, homo otiosus, ignavus, & inani spe elatus. *Bellisarius cum risu dixit, non esse æquum, fucos quidem ab aliis magno negotio pelli, alios autem melle nullo labore frui.* Hoc autem dixit, servans prædam, ut juste distribueretur. Et Κηφήνεσσι κοθούροις, fucis sedentibus & apum exitum observantibus. Οὖροι enim sunt custodes. Unde θυρωροὶ dicuntur januarum custodes. Hinc autem & homo iners & ignavus [fucus] dicitur.

Κηφησὶς, Κηφησίδος. ἡ λίμνη.

Κηφησὶς. Cephesis. Palus.

Κηφισόδημος, [5] Ἀθηναῖος, λάλος ῥήτωρ, δεινὸς περὶ τὰς δίκας, ἀντιπολιτευόμενος Περικλεῖ.

Κηφισόδημος. Cephisodemus, Atheniensis, orator loquax, & peritus causarum patronus: qui in administratione Reip. Periclis adversarius & æmulus fuit.

Κηφισόδοτος. [6] Οὗτος Ἀλωπεκόννησον πολιορκῶν, ἀπεχειροτονήθη, καὶ κριθεὶς ἑάλω, καὶ ἀπέτισε πέντε τάλαντα.

Κηφισόδοτος. Cephisodotus. Huic Alopeconnesum obsidenti abrogatum est imperium, damnatoque a judicibus quinque Talentorum mulcta irrogata est.

Κηφισόδωρος, Ἀθηναῖος, [7] τραγικὸς τῆς ἀρχαίας τραγῳδίας. ἔστιν αὐτοῦ τῶν δραμάτων, [8] Ἀντιλαῒς, Ἀμαζόνες, Τροφώνιος, Ὗς.

Κηφισόδωρος. Cephisodorus, Atheniensis, Tragicus, antiquæ tragœdiæ Poeta. Ex ejus fabulis sunt, Antilais, Amazones, Trophonius, Sus.

Κηφισόδωρος, ἄλλος μὲν, ὃς κεκωμῴδηται ὡς ἀνώδης. [9] Ἕτερος δὲ ὁ ὕπαρχος, ὃς ἐν Μαντινείᾳ μετὰ Γρύλλου τοῦ Ξενοφῶντος ἀπέθανε.

Κηφισόδωρος. Cephisodorus alius, qui ut bardus & stupidus a Comicis perstringebatur. Item alius, magister equitum, qui cum Gryllo Xenophontis filio ad Mantineam occubuit.

Κηφισσός. ὄνομα ποταμοῦ.

Κηφισσὸς. Cephissus. Nomen fluvii.

Κηφισοφῶν. ὄνομα κύριον. [10] Ἀριστοφάνης·

Εὖ γ' ὦ Παλάμηδες, ὦ σοφωτάτη φύσις,
Ταυτὶ πότερ' αὐτὸς εὗρες, ἢ Κηφισοφῶν;
Ἐγὼ μόνος. τὰς δ' ὀξίδας Κηφισοφῶν.

Κηφισοφῶν. Cephisophon. Nomen proprium. Aristophanes: *Euge, ô Palamedes, ô sapientissimum ingenium. Hæc utrum ipse invenisti, an Cephisophon? Ego solus. Acetabula vero Cephisophon,*

Κηφέν. [11] ἀργύριον.

Κηφέν. Argentum.

Κιανοί. οἱ τῆς Κίου· οὓς Προυσίας παρασπονδῆσαι ἠθέλησε διά τινας αἰτίας.

Κιανοί. Qui sunt ex urbe Cio: quibus Prusias ob aliquas causas bellum contra fœdus inferre voluit.

Κίβαλος. ὁ λῃστής.

Κίβαλος. Prædo.

Κιβδηλία. [12] ὁ ἐκ τοῦ ἀργύρου ῥύπος. τουτέστι, μοχθηρία καὶ ζηλοτυπία. [13] ἅμα δὲ ὅτι τὰ νομίσματα κιβδηλεύεται, παρὰ τὸ ὑπὸ Κίους δεδόσθαι. [14] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι·

Πολλὴν ἀφεῖλες τοῦ βίου κιβδηλίαν.

Κιβδηλία. Argenti sordes, vel purgamentum. [Per metaphoram,] improbitas & zelotypia. [Vox autem κιβδηλία inde dicta est,] quod numismata a Chiis adulterarentur. Aristophanes *Avibus*: *Multum fallaciæ & fraudis ex vita sustulisti.*

Κιβδηλιῶντες. ὠχροί.

Κιβδηλιῶντες. Pallentes. Pallidi.

Κίβδηλον. οὕτως ἐκάλουν τὸ νόθον καὶ ἀδόκιμον νόμισμα, καὶ παράσημον. Νόμων ια'. Ὁ μὲν δοῦλος [15] φερέσθω τὸ κιβδηλευθέν. καὶ Πισίδης·

Κίβδηλον. Ita vocabant numisma spurium & adulterinum. [Plato] *Legum* XI. *Servus ferat, quod adulteratum fuerit.* Et Pisides:

1 Βελισάριος ξὺν γέλωτι εἶπεν· ——— ὀνίνασθαι] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *de Bello Goth.* lib. II. cap. VII.

2 Ἀπελαύνεσθαι] Paulus Leop. *Emendat.* lib. XVI. cap. XIII. emendat ἀπελαύνεσθαι: cujus conjecturam non puto esse spernendam.

3 Κηφήνεσσι κοθούροις] Hesiodus ἐν Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 304.

4 Κόθουροι] Pessime. Scribendum enim est, θυρωροὶ, ut recte legitur in Lexico Photii inedito.

5 Κηφισόδημος, Ἀθην.] Hujus Cephisodemi mentionem facit Aristoph. *Acharnens.* pag. 405.

Τῷδε τῷ Κηφισοδήμῳ τῷ λάλῳ ξυνηγόρῳ.

Vide ibi Scholiastam. Alius autem videtur esse Cephisodemus, cujus meminit Enarrator ejusdem Comici ad *Aves* pag. 601.

6 Κηφισόδοτος. οὗτος Ἀλωπεκόννησον πολ.] Ex Harpocratione.

7 Τραγικός] Videtur hic Suidas Cephisodorum Tragicum pro Comico nobis obtrudere, cum Tragici hujus nominis nemo, quantum sciam, inter veteres mentionem fecerit: Cephisodorum Comicum vero laudent Athenæus initio libri XI. & Jul. Pollux lib. IV. cap. XXIV. Præterea, nomina fabularum, quas Suidas hic Cephisodoro tribuit, Comœdiæ potius quam Tragœdiæ convenire videntur.

8 Ἀντιλαῒς, Ἀμαζ.] Fabularum harum nomina Suidas hausit ex Athenæo.

9 Ἕτερος δὲ ὁ ὕπαρχος] Hujus Cephisodori mentionem facit Pausanias in *Arcadicis* cap. IX. ex quo patet, pro ὕπαρχος hic apud Suidam scribendum esse ἵππαρχος. Ait enim Pausanias, οὗτος δὲ τηνικαῦτα Ἀθηναίοις ἐτύγχανεν ἱππαρχῶν.

10 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 279. (186. Ed. Bas. *P.*)

11 Κηφέν] De hac voce amplius cogitandum censeo. Suspecta enim mihi videtur.

12 Κιβδηλία. ὁ ἐκ τοῦ ἀργυρ. ῥύπ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 548. 549. (374. Ed. Bas. *P.*)

13 Ἅμα δὲ, ὅτι τὰ νομίσματα κιβδ.] Locus hic ex Scholiasta Aristophanis ita emendandus est: Ἅμα δὲ, ὅτι τὰ νομίσματα κίβδηλα λέγεται, διὰ τὸ ὑπὸ Χίων δεδηλῶσθαι.

14 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 548.

15 Φερέσθω] Apud Platonem pag. 677. hodie legitur φερέσθω.

——Παραγ-

——Πραγμάτων πάντως δύο
Κίβδηλός ἐστιν ἐργάτης εἷς, ὡς λόγος.

Κίβδηλον μέν ἐστιν ὅταν ἔχῃ ἐπιφάνειαν ὡς ἀστεῖον, ἢ δὲ μοχθηρὸν τῷ τρόπῳ. παρὰ τὸ κεύθειν τὸ δῆλον. ἢ παρὰ τὸ Χῖος, καὶ τὸ βδελυκτόν. [1] ἀπὸ ἱστορίας. † Ὁ Κροῖσος κιβδήλοις ταῖς ἐφ' ἑαυτῷ ἀκοαῖς μὲν ἥδων, καὶ τὴν βασιλείαν τὴν πατρῴαν θάλπων τε καὶ περισκέπων καὶ περιστέλλων. † Κίβδηλοι δὲ ἄρα κακὸν δοῦλοι ὡς εἰσὶν, ἐν τῇ Κλεοπάτρᾳ ἀνεφάνη.

Κίβησις. ἡ κιβωτός.

Κίβος. τὸ κιβώτιον.

Κιβωτός. λάρναξ. κίστη.

Κιβωτὸς καὶ κίστις διαφέρει. ὅτι ἡ μὲν κίστις εἰς ὑποδοχήν ἐστιν ἐδεσμάτων· ἡ δὲ κιβωτὸς, ἱματίων καὶ χρημάτων.

Κιγηλός.[2] ὁ πτωχός. ἀπὸ ὀρνέου τινὸς θαλασσίου οὕτω καλουμένου. ἔστι δὲ ζῷον ἀσθενὲς, ὥστε μηδὲ ἰδίαν καλιὰν ποιεῖν, ἐν ταῖς ἑτέρων δὲ τίκτει. κινεῖ δὲ καὶ τὰ οὐραῖα πτερά.

Κίγκαλος. εἶδος ὀρνέου λεπτοῦ καὶ ἀσάρκου. καὶ παροιμία· Πτωχότερος λεβηρίδος καὶ κιγκάλου.

Κιγκλιδάριοι.[3] ἀπὸ τῆς κιγκλίδος. [4] οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπεφρόντιστο, τῆς τε ἄλλης εὐκοσμίας πέρι, καὶ ὅπως μὴ χύδην ἅπασι τοῖς βουλομένοις εἰσιτητέα εἴη.

Κιγκλίδας. ἰδίως τὰς διπλᾶς θύρας, ἅς τινες δικλίδας φασίν. ἢ κιγκλὶς, ἡ ὀπὴ, δι' ἧς ἡ κλεὶς πέμπεται.

Κιγκλίδες. αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι. ὁ κάγκελος, ἢ τοῦ ἱεροῦ οἴκου.

Κιγκλίζει. σαλεύει. μοχλεύει. ἦχον ποιεῖ. κινεῖ.

Κίγκλος. ὄρνεον πολλὰ τῆς ὀσφύος κινοῦν, ὅ τινες σεισοπυγίδα καλοῦσιν. ἔστι δὲ σφόδρα λεπτόν. καὶ, πτωχότερος κίγκλου. παροιμία, ἧ κέχρηται Μένανδρος Θαΐδι.

Κιγχάνειν. τὸ ἐπεξιέναι οἱ περὶ Σόλωνα.

Κιδαλίη. νῆσος.

Κίδαρις. περίθεμα κεφαλῆς. ἢ ἐκ τῶν τριχὸς ὕφασμα. ἤτοι εἶδος καμηλαυχίου. ὃ καὶ τιάρα [5] νοεῖται. τινὲς δὲ κίδαριν λέγουσι περικράνιον πῖλινον, ἢ στέφανον, ἢ φακιόλιον, ἢ πῖλον βασιλικὸν Περσῶν, ἢ τὸ στρόφιον, ὃ οἱ ἱερεῖς φοροῦσι.

Κίδναται. σκορπίζεται.

Rerum omnino duarum adulterinus est machinator unus, ut rumor est.

Κίβδηλον. Sic vocatur, quod extrinsecus quidem pulchram præ se fert speciem, sed malo ingenio præditum est. A κεύθειν, occultare, & δῆλον, manifestum. Vel, a nomine Χῖος, Chius, & βδελυκτὸν, abominandum: quod ab historia quadam ductum est. † *Crœsus falsis adulatorum vocibus gaudens, & paternum regnum fovens, & undique muniens, & exornans.* † *Cleopatra documento fuit, servos esse infidum hominum genus.*

Κίβησις. Arca. Cista.

Κίβος. Arcula. Cistula.

Κιβωτός. Arca. Capsa. Cista.

Κιβωτὸς & κίστις differunt. Κίστις enim est vas, in quo cibi reponuntur. Κιβωτὸς vero, arca, in qua vestimenta & pecunia reconduntur.

Κιγηλός. Mendicus, Dictus ab ave quadam marina, quæ sic vocatur. Est autem animal adeo infirmum, ut ne nidum quidem sibi struere possit, sed in alienis pariat. Eadem caudam motat.

Κίγκαλος. Genus aviculæ gracilis & macilentæ. Et proverbium: *Pauperior leberide & cinclo.*

Κιγκλιδάριοι. Cancellarii, sic dicti a cancellis: qui archiva curabant, providebantque, ne quis tumultus existeret, & ne cuilibet volenti ingrediundi potestas esset.

Κιγκλίδας. Ita proprie vocant duplices fores, quas quidam δικλίδας appellant. Vel κιγκλὶς foramen, per quod clavis immittitur.

Κιγκλίδες. Cancellatæ fores tribunalium. Vel, cancelli ædis sacræ.

Κιγκλίζει. Quassat. Vecte submovet. Sonum edit. Movet.

Κίγκλος. Cinclus, avicula, caudam crebro movens, quam nonnulli σεισοπυγίδα, i. e. motacillam, vocant. Est autem valde gracilis. Et proverbium: *Pauperior cinclo;* quo usus est Menander *Thaide.*

Κιγχάνειν. Hac voce usus est Solon pro ἐπεξιέναι, persequi.

Κιδαλίη. Cidalia, insula.

Κίδαρις. Cidaris, tegmen capitis. Vel, textum quoddam ex pilis. Vel, genus camelauchii, quod & tiara vocatur. Quidam vero dicunt, cidarin esse tegumentum cranii ex lana coactili confectum; vel coronam, vel fasciam, vel pileum Regum Persarum, vel strophium, quod sacerdotes gestant.

Κίδναται. Spargitur. Dissipatur.

1 Ἀπὸ ἱστορίας] Historiam narrat Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 549. his verbis: Ἀθηναῖοι γὰρ καὶ Χῖοι ἀλλήλοις ἐμάχοντο. διὸ τὰ Χίων νομίσματα μετὰ τοῦ χ στοιχείου Ἀθηναῖοι ἐγχαράξαντες ἀπέστρεφον, ἃ ἐκάλουν αὐτοὶ κίβδηλα, ὡς διὰ τοῦ χ στοιχείου δῆλα ὄντα. παραλαβοῦσα δὲ ἡ συνήθεια τὴν φωνὴν, τὸ δεδολωμένον νόμισμα κίβδηλον ὠνόμασεν, ἐναλλάξασα τὰ στοιχεῖα πρὸς τὸ εὐγλωττότερον. Hæc Suidæ lucem afferunt.

2 Κιγηλός] Scribe κίγκλος, ut paulo post. Ælianus *Histor. Anim.* lib. XII. cap. IX. Ὁ δὲ κίγκλος ζῷόν ἐστι πτηνὸν, ἀσθενὲς τὸ κατόπιν. καὶ διὰ τοῦτό φασι, μηδὲ ἰδίαν μηδὲ καθ' αὑτὸν δυνάμενον αὐτὸν νεοττιὰν συμπλέξαι, ἐν ταῖς ἄλλοις δὲ τίκτειν. ἤδη καὶ τοὺς πτωχοὺς κίγκλους ἐκάλουν αἱ τῆς ἀγροικίας παροιμίαι. κινεῖ δὲ καὶ τὰ οὐραῖα πτερά. Hinc Suidam sua hausisse apparet.

3 Κιγκλιδάριοι] Hi a Latinis vocantur *cancellarii*; de cujus vocis significatione & etymologia prolixe disputat ὁ πάνυ Salmasius ad Flav. Vopisc. quem vide.

4 Οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπεφρόντιστο, τῆς τε ἄλλ.] Hæc sunt verba Agathiæ lib. 1. pag. 31.

5 Νοεῖται] Melius apud Photium in Lexico inedito καλεῖται.

‡

Κιθά-

Κιθάρα. ὄργανον μουσικόν. ἢ λύρα.

Κιθαρῳδότατον.

Παῖδας [1] ἐφύτευσας ὅτι χειροτεχνικωτάτους.

Πρῶτα μὲν ἅπασι φίλον, ἄνδρα τε σοφώτατον,

Τὸν κιθαρῳδότατον, ᾧ χάρις ἐφέσπετο.

Ἀριστοφάνης φησί.

Κιθαρός.[2] ἰχθῦς ποιός. λέγεται καὶ τὸ στῆθος.

Κιθαιρών. ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ.

Κικέρων. ὁ ῥήτωρ· περὶ οὗ γέγραπται ἐν τῷ φ στοιχείῳ περὶ Φουλβίας τῆς Ἀντωνίου γυναικός.

Κίκι. εἶδος ἐλαίου. Ἐλαίῳ κικίνῳ ἀναμίξαντες.

Κικίλιος, Ἀργεῖος, ἐποποιός, [3] Ἁλιευτικὰ γεγραφώς· καὶ Νουμήνιος Ἡρακλεώτης, Παγκράτης Ἀρκάς, Ποσειδώνιος Κορίνθιος, Ὀππιανὸς Κίλιξ. καταλογάδην δὲ ἔγραψαν οὗτοι· Σέλευκος Ταρσεύς, Λεωνίδης Βυζάντιος, Ἀγαθοκλῆς Ἀτράκιος.

Κίκιννος.

Ναὶ μὰ τὸν [4] εὐέρωτα Τίμωνος φιλέρωτα κίκιννον.

καὶ [5] Ἀριστοφάνης· Ὡς ἐγὼ νομίζω τοὐμὸν γῆρας εἶναι κρεῖττον, ἢ πολλῶν κικίννους νεανιῶν, καὶ σχῆμα, καὶ εὐρυπρωκτίαν.

Κίκις. ὄνομα κύριον. ὁ ἀδελφὸς Ἀλκαίου.

Κικλήσκουσι. καλοῦσι.

Κικόνιον. ὄρνεον.

Κικονία χώρα. καὶ Κικόνιος οἶνος.

Κικυμώσσειν. τυφλώττειν.

Κικύω. ταχύνω. ἰσχύω.

Κίκυς. ἀρσενικῶς, ὁ [6] ἀσθενής. Κίκυς δὲ θηλυκῶς, ἡ ἰσχύς.

Κίλλης. ὄνομα κύριον.

Κιλλίβαντες.[7] τρισκελῆ ἐστί τινα ξύλα, ἐφ' ὧν τιθέασι τὰς ἀσπίδας διαναπαυόμενοι, ἐπειδὰν κάμωσι πολεμοῦντες. Ἀριστοφάνης·

Τοὺς κιλλίβαντας οἶσε, παῖ, τῆς ἀσπίδος.

Κιλίκια. τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντεθειμένα ὑφάσματα.

Κιλίκιος [8] ὄλεθρος. οἱ γὰρ Κίλικες λῃστείαις χρώμενοι ἐπ' ὠμότητι διεβέβληντο.

Κιλίκιος τράγος. ὁ δασύς. τοιοῦτοι γὰρ ἐν Κιλικίᾳ γίνονται τράγοι. ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τῶν τριχῶν συντιθέμενα, Κιλίκια καλοῦνται. [9] ὅτι οἱ Κίλικες ἐπὶ πονηρίᾳ διεβέβληντο. ὅθεν καὶ τὸ ἐγκιλικεύεται·

Κιθάρα. Cithara. Inſtrumentum Muſicum. Vel lyra.

Κιθαρῳδότατον. Cithara canendi peritiſſimum. [*Quam felix es & fortunatus, Automenes,*] *quod liberos procreaſti, artifices præſtantiſſimos. Primus enim illorum eſt omnibus amicus, virque ſapientiſſimus, & cithara canendi peritiſſimus, quem gratia comitatur.* Sic Ariſtophanes inquit.

Κιθαρός. Piſcis quidam. Item, pectus.

Κιθαιρών. Mons in Bœotia.

Κικέρων. Cicero, orator: de quo dictum eſt infra in litera φ, ubi agitur de Fulvia Antonii uxore.

Κίκι. Genus olei. *Cum id oleo cicino miſcuiſſent.*

Κικίλιος. Cicilius, Argivus, poeta Epicus, qui *Halieutica* ſcripſit: uti & Numenius Heracleota, Pancrates Arcas, Poſidonius Corinthius, Oppianus Cilix. Oratione vero ſoluta de eodem argumento ſcripſerunt, Seleucus Tarſenſis, Leonides Byzantius, Agathocles Atracius.

Κίκιννος. Cincinnus. *Per amabilem & amantibus amicum Timonis cincinnum.* Et Ariſtophanes: *Exiſtimo ſenectutem meam præſtare multorum juvenum cincinnis, & cultui, & late hiantibus culis.*

Κίκις. Cicis. Nomen proprium. Frater Alcæi.

Κικλήσκουσι. Vocant. Invocant.

Κικόνιον. Avis quædam.

Κικονία χώρα. Regio Ciconum. Et Κικόνιος οἶνος, vinum Ciconium.

Κικυμώσσειν. Cæcutire.

Κικύω. Accelero. Valeo.

Κίκυς. Cum eſt generis maſculini, ſignificat, robuſtus. At cum eſt generis fœminini, robur.

Κίλλης. Cilles. Nomen proprium.

Κιλλίβαντες. Ligna quædam tripedia, quibus milites, cum pugnando defatigati ad aliquod tempus requieſcere volunt, clypeos imponunt. Ariſtophanes: *Affer huc, puer, cillibantes clypei.*

Κιλίκια. Cilicia, ſive veſtimenta ex pilis texta.

Κιλίκιος ὄλεθρος. Cilicium exitium. [Id eſt, crudele & miſerabile.] Cilices enim, qui latrocinia exercebant, propter crudelitatem infames erant.

Κιλίκιος τράγος. Hircus Cilicius. Id eſt, valde hirſutus. Tales enim ſunt hirci, quos Cilicia gignit. Hinc etiam veſtimenta ex pilis contexta *cilicia* vocantur. † Cilices ob improbitatem morum male audiebant. Un-

1 Παῖδας ἐφύτευσας ὅτι χειροτ.] Tres hi ſenarii leguntur apud Ariſtophanem *Veſpis* pag. 522. (357 Ed. Baſ. *P.*)

2 Κιθαρός. ἰχθῦς π.] Vide Athenæum lib. VII. pag. 305.

3 Ἁλιευτικὰ γεγραφώς· καὶ Νουμήνιος Ἡρακλ.] Eoſdem Halieuticorum ſcriptores, excepto ultimo, Agathocle Atracio, recenſet Athenæus lib. 1. pag. 13. ex quo Suidam locum hunc deſcripſiſſe non dubito.

4 Εὐέρωτα] Metri gratia ſcribendum eſt εὐέρωτ'.

5 Ἀριστοφάνης] *Veſpis*, pag. 507. (350. Edit. Baſ. *P.*)

6 Ὁ ἀσθενής] Scribendum eſt ὁ εὐσθενής: quod & Portus monuit.

7 Κιλλίβαντες. τρισκελῆ ἐστί τινα ξ.] Ex Scholiaſta Ariſtophanis ad *Acharnens.* pag. 424. (304. Ed. Baſ. *P.*)

8 Κιλίκιος ὄλεθρος. οἱ γὰρ Κίλικες λῃστ.] Ex Zenobio.

9 Ὅτι οἱ Κίλικες ἐπὶ πονηρίᾳ διεβ.] Huc ſpectat proverbium, Τρία κάππα κάκιστα: de quo vide parœmiographos.

ἀντὶ τοῦ κακοηθεύεσθαι. Ἐγκιλικίζειν γὰρ, τὸ κακοηθίζεσθαι.

Κιλικισμὸν ὁ Θεόπομπος ὁ ἱστορικὸς τὸν ἐκ παροινίας φόνον λέγει.

Κιλίκων. ἐπώνυμον Ἀχαιοῦ, τοῦ Μέροπος, ἀπὸ τροφοῦ Κιλίσσης· ὃς τὴν πατρίδα Μίλητον προδέδωκε τοῖς Πριηνεῦσι, καὶ [1] τὸν βασιλέως στρατηγόν. παρόσον οἱ Κίλικες διεβέβληντο ἐπὶ πονηρίᾳ καὶ ὠμότητι, διὰ τοῦτο ἐκλήθη Κιλίκων. Φερεκράτης·

Ἀεί ποθ' ἡμῖν ἐγκιλικίζουσιν οἱ Θεοί.

Εὔπορος δὲ ἦν, ὥστε καὶ παροιμίαν ἐπ' αὐτοῦ εἰρῆσθαι· [2] Ἀγαθὰ Κιλίκων. λείπει τὸ ἔχει.

Κιλλικών.

Οὐδὲν [3] πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλικών.

οὗτος παρέδωκε τὴν Σάμον. ὡσεὶ εἶπεν· Οὐδὲν κακὸν ποιῶ, ἀλλ' ἱεροσυλῶ. ἐπὶ πονηρίᾳ γὰρ ἐπεθρύλλητο ὁ Κιλλικών, ὃς [4] προὔδωκε Μίλητον Πριηνεῦσι. πυνθανομένων δέ τινων πολλάκις αὐτοῦ, τί μέλλει ποιεῖν, ἔλεγε, πάντα τἀγαθά. καὶ ἔστι παροιμία· Πάντα τ' ἀγαθὰ, ὡς ἔφη Κιλλικών. ὕστερον μέν τοι παρὰ Θεαγένους τινὸς εἰσῆλθεν, ὠνησόμενος κρέα. κἀκείνου ὑποδεῖξαι κελεύσαντος, πόθεν κόψαι θέλει. προτείναντος δὲ τὴν χεῖρα, ἀπέκοψε, καὶ εἶπε· Ταύτῃ τῇ χειρὶ οὐ προδώσεις πόλιν ἑτέραν.

Κίλιξ. ὄνομα κύριον.

Κίλιος. ὄνομα κύριον.

Κιλίσσης. τῆς τροφοῦ Ἀχαιοῦ τοῦ Μέροπος.

Κιμβέρικον [5] ἐνδύσομαι. εἶδος ἱματίου, ἀπὸ τόπου. Ἀριστοφάνης· Κιμβέρικον ἐνδύσομαι.

Κίμβικα. σφηκία. ἢ μελίσσια. ἢ μικρολογία. ἢ διαστροφή. ὅθεν καὶ κίμβιξ, ὁ λίαν μικρολόγος περὶ χρήματα.

Κίμβρος. ὁ λῃστής. καὶ Κίμβρων. Ὁ δὲ τοῖς σώμασι τῶν Κίμβρων ἀψαυστεῖν ἐκέλευεν, ἕως ἡμέρα γένηται, πολύχρυσα εἶναι δοκῶν.

Κιμμέριοι. οἱ Βοσπόριοι. ἔστιν ἐν τῷ Γύγης.

Κιμωλία. [6] ἡ λευκὴ γῆ.

Κίμωλος. ὄνομα νήσου.

Κίμων, Μιλτιάδου, ἐπὶ τοὺς σὺν Θεμιστοκλεῖ κατελθόντας βαρβάρους ἐστρατήγησε, καὶ πλεύσας εἰς Κύπρον καὶ Παμφυλίαν, ἐπολέμησε, καὶ ἐπ' Εὐρυμέδοντι ποταμῷ ναυσὶ καὶ πεζῷ νικᾷ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας. οὗτος ἔταξε καὶ τοὺς ὅρους τοῖς βαρβάροις. ἐντός τε γὰρ Κυανέων καὶ Χελιδονέων καὶ Φασηλίδος (πόλις δὲ αὕτη τῆς Παμφυλίας) ναῦν Μηδικὴν μὴ

de dictum est τὸ ἐγκιλικίζεσθαι, i. e. improbo & malo esse ingenio. Ἐγκιλικίζειν enim significat, malum esse & improbum.

Κιλικισμόν. Sic Theopompus historicus vocat cædem ex ebrietate & temulentia ortam.

Κιλίκων. Cilicon, cognomen Achæi, Meropis filii, [sic dicti] a nutrice Cilissa: qui patriam Miletum Prienensibus & Regis duci prodidit. Vocatus est autem Cilicon, quia Cilices ob improbitatem & crudelitatem male audiebant. Pherecrates: *Semper Deos cilicissantes experimur.* Erat autem valde dives, adeo ut locum dederit proverbio, *Bona Cilicon.* Subintellige *habet*.

Κιλλικών. Cillicon. *Nihil mali [facio,] sed quod olim Cillicon.* Hic Samum olim prodidit. Perinde igitur est, ac si dixisset, nihil mali facio, sed loca sacra expilo. Cillicon enim iste ob improbitatem infamis erat: qui Miletum Prienensibus prodidit. Quibusdam autem ex eo quærentibus, quid facturus esset, respondit: *Omnia bona.* Hinc ortum est proverbium: *Omnia bona, ut ajebat Cillicon.* Tandem vero, cum Theagenis cujusdam ædes carnes empturus ingressus esset, isque monstrare jussisset, qua scindi sibi vellet; manum extendit: quam Theagenes amputavit, dicens: *Hac manu aliam urbem imposterum non prodes.*

Κίλιξ. Cilix. Nomen proprium.

Κίλιος. Cilius. Nomen proprium.

Κιλίσσης. Cilissæ. Nutricis Achæi, Meropis filii.

Κιμβέρικον ἐνδύσομαι. Cimberinum induam. Genus vestimenti, a loco ita vocatum. Aristophanes: *Cimberinum induam.*

Κίμβικα. Examen vesparum, vel apum. Vel, tenacitas. Item, perversitas. Hinc & κίμβιξ vocatur homo nimis tenax & avarus.

Κίμβρος. Cimber. Latro. Et Κίμβρων, Cimbrorum. *Ille vero præcepit, ut corpora Cimbrorum intacta relinquerent, donec dies illucesceret, existimans multum penes ea esse auri.*

Κιμμέριοι. Cimmerii, Bospori accolæ. Vide in v. Γύγης.

Κιμωλία γῆ. Terra alba. Creta.

Κίμωλος. Cimolus. Nomen insulæ.

Κίμων. Cimon, Miltiadis filius, adversus Barbaros, qui cum Themistocle in Græciam venerant, exercitum duxit, & in Cyprum & Pamphyliam cum classe profectus, cum Persis bellum gessit, & ad Eurymedontem fluvium tam navalibus quam pedestribus copiis uno die vicit. Hic etiam certos limites Barbaris constituit, [inito cum iis fœdere, quo

1 Καὶ τὸν βασιλέως στρατ.] Sic quidem habet optimus MS. Paris. A. sed minus recte. Sensus enim requirit, ut scribatur, καὶ τῷ βασιλέως στρατηγῷ: vel ut habet Hesychius, τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς. In prioribus Editt. corruptissime excusum est, κἀν τὸν βασιλέα στρατηγῶν.

2 Ἀγαθὰ Κιλίκων] Vide supra h. v.

3 Οὐδὲν πονηρὸν, ἀλλ' ὅπερ καὶ Κιλλ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem in *Pace*, pag. 646. (446. Ed. Bas. *P.*) ubi vide Scholiastam, qui eandem, quam hic Suidas, de Cilicone historiam narrat. Cæterum totus hic locus repetitur infra v. Πονηρὸς, ubi Καλλιφῶν vocatur, qui hic est Κιλικών.

4 Ὃς προὔδωκε Μίλητον Πριην.] Hinc omnes proditores vocabantur Κιλίκωνες, ut testatur Hesychius v. Δημοκλείδης.

5 Κιμβέρικον] Scribe Κιμβερικόν. Sic enim genus hoc vestis appellatur ab Aristophane *Lysistrata* pag. 838. unde locum hunc depromsit Suidas. Huc accedit auctoritas Hesychii, qui itidem Κιμβερικὸν scribit. At Polluci vestis eadem dicitur Κιμμερικόν.

6 Κιμωλία. ἡ λευκὴ γῆ] Vide infra v. Κλεινίας.

‡

πλεῖν

πλεῖν νόμῳ πολέμου· μηδὲ ἵππου δρόμον ἡμέρας ἐντὸς ἐπὶ θαλάττης καταβαίνειν βασιλέα· αὐτονόμους τε εἶναι τοὺς Ἕλληνας, τοὺς ἐν τῇ Ἀσίᾳ. ἐν Κιττίῳ δὲ τῆς Κύπρου τελευτᾷ.

cautum erat,] ne extra Cyaneas & Chelidonias & Phaselidem (urbs hæc Pamphyliæ est) navis bellica Persarum navigaret: neve intra tantum spatium, quantum equus uno die conficere posset, Rex Persarum ad mare descenderet; & ut Græci in Asia liberi suique juris essent. Obiit Cittii in Cypro.

Κίμων, Ἀθηναῖος. οὗτος τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, διεβλήθη πρὸς τοὺς πολίτας, καὶ διὰ τοῦτο ἐξωστρακίσθη πρὸς τῶν Ἀθηναίων. [1] οὗτος ἔγραψεν Ἱπποσκοπικὸν βιβλίον θαυμάσιον.

Κίμων. Cimon, Atheniensis. Hic cum sorore Elpinice concubuit: qua de causa cum male apud cives audire cœpisset, ostracismo ab iis urbe pulsus est. Scripsit Hipposcopicum, librum admirabilem.

Κιμώνεια λείψανα. καὶ Κιμώνειον, ἱερὸν τοῦ Κίμωνος.

Κιμώνεια λείψ. Reliquiæ Cimonis. Et Κιμώνειον, Cimonis templum.

Κινάβαρι, κινναβάρεως.

Κινάβαρι. Cinnabari.

Κιναβευμάτων. ἔστιν ἐν τῷ Ἀπ' ἀκροφυσίων λόγους.

Κιναβευμάτων. Vide supra v. Ἀπ' ἀκροφυσίων.

Κίναβος. τὸ εἴδωλον, πρὸς ὃ οἱ πλάσται καὶ οἱ ζωγράφοι βλέποντες διατίθενται πλάττοντες καὶ γράφοντες. [2] Ἀριστοφάνης, καὶ ἄλλοι πολλοί.

Κίναβος. Simulacrum & exemplar, quod statuarii & pictores, cum aliquid fingunt & pingunt, intuentur, & imitandum sibi proponunt. Aristophanes & alii multi.

Κινάβρα. [3] κυρίως ἡ τῶν κυνῶν βρῶσις. κυνοβόρα τις οὖσα. καὶ ἡ δυσωδία τῶν μασχαλῶν τῶν αἰγῶν.

Κινάβρα. Proprie cibus canum. Quasi dicas κυνοβόρα. Item fœtor, quem capræ ex alis emittunt.

Κιναβρώντων [4] αἰγῶν. τῶν δυσοσμίαν ἀποπεμπουσῶν ἐκ τῶν μασχαλῶν.

Κιναβρώντων αἰγῶν. Caprarum, quarum alæ fœtorem exhalant.

Κίναδος. ἡ ἀλώπηξ.
Ἢ [5] τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου;
Αἴας φησὶ περὶ Ὀδυσσέως.

Κίναδος. Vulpes. *Rogasne me, ubi sit vulpes illa pessima & exitio dignissima?* Sic Ajax de Ulysse inquit.

Κίναδος. [6] εἶδός τι θηρίου· ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου. Τοῦτο δὲ φύσει κίναδος ἐστὶ τἀνθρώπιον. πᾶν μὲν θηρίον κίναδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι· ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα. κακοῦργος ὡς ἀλώπηξ. ἰδίως δέ φασι Σικελιῶτας τὴν ἀλώπεκα κινάδιον καλεῖν.

Κίναδος. Species quædam feræ bestiæ. Demosthenes in oratione de Corona: *Hic vero homuncio natura est vulpes [astutissima.]* Omnem quidem feram [generaliter] vocari volunt κίναδος: peculiariter vero vulpem. Callidus & improbus instar vulpis. Peculiariter autem Siculos vulpem κινάδιον vocare tradunt.

Κινάμωμον. [7] Ἡρόδοτος λέγει, ὄρνιθας φέρειν ταῦτα τὰ κάρφη. ἡμεῖς δὲ παρὰ Φοινίκων μαθόντες καλοῦμεν οὕτω.

Κινάμωμον. Cinamomum. Herodotus ait, cannas cinamomi ab avibus afferri. Nos vero id ita vocamus, nomine a Phœnicibus accepto.

Κινδαψός. ὄρνις τις.

Κινδαψός. Cindapsus. Avis quædam.

Κινδυνεύει. ἀντὶ τοῦ ἐγγίζει. ἢ κινδυνεύειν, τὸ πολέμου μετέχειν. Ἀλλ' ἐν ἀπόρῳ τὸ κινδυνεύειν ἔχουσιν, ἐπὶ τοῖς ἐναντίοις οὔσης τῆς ἐπιχειρήσεως, οὐκ ἀξιοῦντες ἐν ἀνδρὸς εὐγενοῦς ψυχῇ κινδυνεύειν τὸ κοινόν.

Κινδυνεύει. Parum abest. Appropinquat. Vel κινδυνεύειν, in belli discrimine versari. *Sed dubitant, sit ne alea subeunda, cum pugnæ committendæ arbitrium sit penes hostes; in unius viri fortis vita Rempubl. periclitari nolentes:*

Κίνδυνον ἀναρρῖψαι λέγουσι, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων.

Κίνδυνον ἀναρρῖψαι. Periculum subire. Sic Græci dicunt per translationem a tesseris ductam.

Κίναιδα, καὶ κιναιδία. ἡ ἀναισχυντία. ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ αἰδοῖα. † Ὁ τῆς Κλεοπάτρας κίναιδος Χελιδὼν ἐκαλεῖτο.

Κίναιδα & κιναιδία. Cinædorum impudicitia, sic dicta a motandis pudendis. † Cleopatræ cinædus vocabatur Chelidon.

Κίναιδος. ἀσελγής. μαλακός. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· Ὡς μεγάλου κιναίδου.

Κίναιδος. Impurus. Impudicus. Mollis. Et in Epigrammate: *Ut magni cinædi.*

Κιναῖος. ὄνομα τόπου.

Κιναῖος. Cinæus. Nomen loci.

1 Οὗτος ἔγραψεν Ἱπποσκοπικὸν βιβλ.] Non puto spernendam esse conjecturam Pearsonii, qui Cimonem cum Simone a Suida hic confundi suspicatur. Simonem enim quendam de re equestri scripsisse, testatur Xenophon initio libri περὶ Ἱππικῆς; ejusdemque mentio fit *Hippiatr.* pag. 3.

2 Ἀριστοφάνης] Locus Aristophanis, ad quem Suidas respexit, hodie non exstat.

3 Κινάβρα. κυρίως ἡ τῶν κυνῶν βρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum* pag. 33. Cæterum, Tzetzes Chil. XIII. cap. 476. κινάβραν cibum caprarum significare scribit, nescio quo auctore.

4 Κιναβρώντων αἰγῶν. τῶν δυσοσμ.] Et hæc leguntur apud Scholiastam Aristophanis loco laudato.

5 Ἢ τοὐπίτριπτον κίναδος ἐξήρου μ' ὅπου] Senarius hic est Sophoclis *Ajace* pag. 7. ut Portus observavit.

6 Κίναδος. εἶδός τι θηρίου· ὡς ὁ Δημ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 153.

7 Ἡρόδοτος λέγει] Lib. III. pag. 128.

Κινέας. [1] εἷς ἦν τῶν προϊεμένων Φιλίππῳ τὰ Θετταλῶν πράγματα.

Κινεῖς [2] τὸν ἀνάγυρον. ἐπὶ τῶν ἐπισπωμένων ἑαυτοῖς τὰ κακά. ἔστι δὲ φυτὸν ὁ ἀνάγυρος δυσῶδες τριβόμενον· ἀλλὰ καὶ ἀλεξίκακον. [3] ἄλλοι δὲ ὀνόγυρον τὸ τοιοῦτον φυτὸν ὀνομάζουσι.

Κινησίας. [4] ὄνομα κύριον. οὗτος ἐπ' ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ διεθρυλλεῖτο. ἦν δὲ διθυραμβοποιός.

Κίνησις. Τῆς κατὰ τόπον κινήσεως ἐν μὲν ἀνθρώποις ὁ νοῦς αἴτιος· αὐτὸς γὰρ κινεῖ τὸ ζῶον· ἐν δὲ ἀλόγοις, ἡ αἴσθησις. ἕτερον δέ ἐστι παρὰ ταῦτα τὸ κατὰ τόπον κινητικόν. τὸ γὰρ ὀρεκτικὸν τῆς κατὰ τόπον κινήσεως αἴτιον. τοῦτο δὲ διάφορόν ἐστι, καὶ γὰρ ἐν ταῖς λογικαῖς δυνάμεσίν ἐστιν ἡ ὄρεξις, καὶ ἐν ταῖς ἀλόγοις. Καὶ ἄλλως περὶ κινήσεως. [5] Οὐκ ἔστι, φησὶ, τῇ βώλῳ τὸ κινεῖσθαι κατὰ φύσιν ἐπὶ τὰ κάτω, οὐδὲ τῷ πυρὶ τὸ φέρεσθαι πρὸς τὰ ἄνω· οὐδὲ γὰρ τὴν ἀρχὴν τῆς τοιαύτης κινήσεως ἐν αὐτοῖς ἔχουσιν· ἀλλ' ἔξωθεν ὑπ' ἄλλου κινούμενα. ἕκαστον γὰρ τῶν στοιχείων ἐν τῇ ὁλότητι τῇ ἑαυτοῦ ἕστηκεν. αἱ γὰρ ὁλότητες ἑστάναι βούλονται, ἢ κύκλῳ κινεῖσθαι. διὸ καὶ ἡ κύκλῳ κίνησις στάσις τίς ἐστι. καὶ κατὰ φύσιν μὲν ἡ βῶλος κινουμένη, τῇ οἰκείᾳ ὁλότητι ἀκίνητος· καὶ τόδε τὸ πῦρ τῇ οἰκείᾳ σφαίρᾳ. ἐπειδὰν δὲ ἐν τῷ παρὰ φύσιν ἡ [6] βῶλος, ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ ὅδε ὁ ἀὴρ γένηται, πρὸς τὴν ἑκάστου ὁλότητα αὐτοῦ ἐπείγεται, τὴν προσήκουσαν στάσιν ἀπολαβεῖν ζητοῦντα· ὑπὸ γάρ τινος ἔξωθεν βίας ἐκστάντα τοῦ κατὰ φύσιν, [7] κινεῖται τὴν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν ὁδόν. ἐν ᾧ δὴ κινεῖται, ἅτε ἐν ἀλλοτρίῳ ὑπάρχοντα τόπῳ, καὶ τῆς ἰδίας ὁλότητος παρὰ φύσιν ἐστερημένα. οὐκοῦν οὐ φύσει ἡ ἐπὶ τὸν κατὰ φύσιν τόπον κίνησις· ἐκινοῦντο γὰρ ἂν ταύτας τὰς κινήσεις καὶ αἱ ὁλότητες. οὕτω μὲν οὖν αἱ τοιαῦται τῶν μερῶν κινήσεις οὐ κατὰ φύσιν, ἀλλ' ὁδὸς ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν. δύναται δὲ ἄλλως κατὰ φύσιν κινεῖσθαι· ὥσπερ λέγομεν καὶ τὴν ὑγείαν τὴν κατὰ φύσιν, παρὰ φύσιν δὲ τὴν οἷον [illegible]. ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν ἄγει· ἡ δὲ ἐπὶ τὸ παρὰ φύσιν. τὸ γὰρ πρώτως κινοῦν, εἰ μὲν σῶμα εἴη, καὶ αὐτὸ κινεῖται. κινεῖ γὰρ ἡ βακτηρία τὴν θύραν, καὶ τὴν βακτηρίαν ἡ χείρ, οὐκ αὐτὴ μένουσα ἀκίνητος, ἀλλὰ κινουμένη. ἂν δὲ τὸ πρώτως κινοῦν ἀσώματον ᾖ, οὐδεμία ἀνάγκη καὶ αὐτὸ κινεῖσθαι ἐν τῷ ἕτερον κινεῖν. ἐπεὶ καὶ τὸ θεῖον κινοῦν τὸ πᾶν, ἀκίνητόν ἐστιν, ἑστῶσαν ἔχον καὶ οὐσίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν. ἄλλως τε δὲ οὐδὲν τῶν ὀρεκτῶν κινοῦν

Κινέας. Cineas. Unus illorum, qui Philippo res Thessalorum prodiderunt.

Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον. Anagyrum moves. De illis dicitur, qui sibi ipsi mala accersunt. Est enim anagyrus planta, quæ, si teratur, malum odorem spirat. Est tamen etiam remedium morborum. Alii plantam hanc onogyrum vocant.

Κινησίας. Cinesias. Nomen proprium. Hic ob impietatem & injustitiam male audiebat. Erat autem poeta Dithyrambicus.

Κίνησις. Motus. Motus localis in hominibus causa est mens (ipsa enim animal movet) in brutis vero sensus. Est & alia præter has motus localis causa; appetitus scilicet: qui varius est, & tam facultatibus ratione præditis quam brutis inest. Aliter de motu. Non est, inquit [Aristoteles,] glebæ naturale moveri deorsum; neque igni, sursum ferri. Neque enim talis motionis principium in se habent, sed extrinsecus ab alio moventur. Unumquodque enim elementum in suo toto quiescit: & ipsa tota vel stare volunt, vel in orbem moveri. Est autem motio in orbem quies quædam. Et secundum naturam quidem gleba, quæ movetur, in suo toto manet immobilis; & hic ignis in sua sphæra. Cum vero gleba, vel aqua, vel hic aer, extra locum naturalem existunt, singula ad totum suum tendunt, & quieti naturali restitui cupiunt. Nam a vi quadam externa ex loco naturali pulsa, ea via moventur, quæ est contra naturam. Quamobrem etiam sic moventur, ut quæ in alieno loco existunt, & toto suo contra naturam privata sunt. Non igitur motus ille secundum naturam est, quo res ad locum naturalem tendunt (alioqui enim & ipsa tota sic moverentur) sed via ad id, quod est secundum naturam. Potest tamen etiam motus ille naturæ consentaneus dici: eo nimirum sensu, quo dicimus sanitatem esse secundum naturam; morbum vero contra naturam. Illa enim ducit ad id, quod est secundum naturam; hic vero ad id, quod est contra naturam. Id enim, quod primum movet, si quidem corpus sit, ipsum etiam movetur. Movet enim baculus januam, & baculum manus, quæ non manet immota, sed & ipsa movetur. Si vero primum movens sit incorporeum, nihil necesse est ipsum quoque moveri, dum alterum movet. Nam Deus, qui universum movet, ipse est immotus, utpote stabilem habens essentiam & facultatem & actionem. Præterea, nihil eorum quæ appetuntur, quamvis moveat, & movetur: uti

1 Κινέας. εἷς ἦν τῶν προϊεμ.] Ex Harpocratione. Cineæ autem hujus inter proditores meminit Demosthenes in oratione de Corona pag. 354. ad quem locum Harpocratio respexit.

2 Κινεῖς τὸν ἀνάγυρον.] Vide supra v. Ἀνάγυρος.

3 Ἄλλοι δὲ ὀνόγυρον τὸ τ.] At ὀνόγυρος planta est ab anagyro diversa. Vide Bodæum a Stapel ad Theophr. *de Hist. Plant.* pag. 609.

4 Κινησίας. ὄνομα κ.] De hoc Cinesia plura habet Harpocratio: quem vide. Eundem in fabulis suis aliquoties perstringit Aristophanes.

5 Οὐκ ἔστι τῇ βώλῳ τὸ κιν.——στάσις τίς ἐστι] Hæc sunt verba Philoponi in librum 1. Aristot. *de Anima*, B. 7.

6 Ἡ βῶλος, ἢ τὸ ὕδωρ——ἀπολαβεῖν ζητοῦντα] Sic locum hunc ex MSS. Parif. in integrum restitui, qui in prioribus Editt. sic legitur: Ἡ βῶλος (κινεῖται, τότε κινεῖσθαι λέγεται καὶ μεταβάλλει τόπον ἐκ τόπου) ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ ὅδε ὁ ἀὴρ γίνεται, πρὸς τὴν ἑκάστου ὁλότητα αὐτοῦ ἐπείγεται, τὴν [illegible] (τὰ κύκλῳ κινούμενα ἀφῃρέθη) στάσιν ἀπολαβεῖν ζητοῦντα. Sed verba, quæ duobus semicirculis inclusi, a librariis nescio quid somniantibus vel ex margine vel ex cerebro suo temere in textum intrusa esse, non solum MSS. arguunt, sed etiam sensus, quippe qui iis omnino repugnat.

7 Κινεῖται τὴν ἐπὶ τὰ παρὰ φύσιν ὁδόν] Scribendum est ex Philopono, πάλιν κινεῖται τὴν ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν ὁδόν.

κινεῖ-

κινεῖται· ὥσπερ οὐδὲ τὸ κάλλος, πολλάκις τὸν ἐραστὴν κινοῦν, οὐ κινεῖται· οὐδὲ ἡ εἰκὼν κινοῦσα τὸν εἰς αὐτὴν ἀφορῶντα· καὶ ἕτερα τοιαῦτα. † Πλάτων αὐτοκίνητον λέγων τὴν ψυχὴν, οὐ τὴν κατὰ τόπον κίνησιν λέγει. Ὅτι ἡ ψυχὴ μεταβάλλει πολλάκις ἐκ τοῦ δυνάμει εἰς τὸ ἐνεργείᾳ, ὡς ἐκ τοῦ μὴ εἰδέναι τόδε εἰς τὸ εἰδέναι. εἰ δὲ μεταβάλλει, καὶ κινεῖται. ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη κίνησις καὶ μεταβολὴ γένεσίς τις· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς οὐσίας γένεσις. † [1] Διαφέρει δὲ κίνησις ἐνεργείας. ἡ μὲν γὰρ κίνησις, ἀτελής ἐστιν ἐνέργεια. ἡ δὲ ἐνέργεια, ἀθρόα ἐστί. διὸ καὶ τὰ θεῖα ἄνευ δυνάμεως ἐνέργειαί εἰσι. ζητεῖται δὲ, πότερον δύο εἰσὶν αἱ κινήσεις ἐν τοῦ κινοῦντι καὶ κινουμένῳ, ἢ μία. καὶ τίνος ἂν εἴη κίνησις, τοῦ κινοῦντος, ἢ τοῦ κινουμένου; καί φασιν, ὅτι τοῦ κινουμένου. ἐκεῖνος γάρ ἐστιν ὁ ἐκ τοῦ ἀτελοῦς εἰς τὸ τέλειον προβαίνων, οὐχ ὁ κινῶν· ὡς ἐπὶ τοῦ μαθητοῦ ἔχει, καὶ τοῦ διδασκάλου. μία γὰρ ἡ κίνησις ἐπ' ἀμφοῖν, ἀρχομένη μὲν ἀπὸ τοῦ διδασκάλου, τελευτῶσα δὲ εἰς τὸν μαθητήν. ὥστε καὶ ἡ ψυχὴ κινεῖται. μεταβάλλει γὰρ ἀπὸ τοῦ ἀτελοῦς ἐπὶ τὸ τέλειον, καὶ οὐκ ἔχει τὴν ἐνέργειαν ἀθρόαν ὅλως, οὐδὲ ἄνευ δυνάμεως. ἄλλως τε ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ ὕστερον, ἐν τούτοις καὶ χρόνος. ἐν οἷς δὲ χρόνος, ἐν τούτοις καὶ κίνησις. καὶ γὰρ ἐπαλλάττουσι ταῦτα. διὸ, καὶ ἐν οἷς κίνησις, ἐν τούτοις καὶ χρόνος. ἔστι δὲ ἐν ψυχῇ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον. κίνησις ἄρα. ὅτι δὲ ἐν τῇ ψυχῇ τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον, [2] προφανές. μέτεισι γοῦν ἀπὸ προτάσεως ἐπὶ συμπέρασμα· καὶ οὐ πάντα ἅμα γινώσκει, ἀλλ' ἄλλο πρὸ ἄλλου· οὐδὲ πάντων ἅμα, ὧν οἶδε, τὴν προχείρησιν ποιεῖται, ἀλλὰ τοῦ μὲν πρότερον, τοῦ δὲ ὕστερον· καὶ καθόλου, μέτεισιν ἀπὸ ἀρετῆς εἰς κακίαν, καὶ ἀπὸ ἀγνωσίας εἰς γνῶσιν. καλῶς οὖν ἀπένειμεν αὐτῇ ὁ Πλάτων τὸ αὐτοκίνητον. καὶ Ἀριστοτέλης δὲ [3] αὐτοκίνητον ταύτην εἰπὼν, οὐ ταύτην εἶπε τὴν κίνησιν μὴ προσεῖναι αὐτῇ, ἀλλὰ μηδεμίαν τῶν φυσικῶν καὶ συνεγνωσμένων ἡμῖν κινήσεων. καὶ γὰρ οὔτε αὔξεται, οὔτε μειοῦται, οὔτε κατὰ ποιότητα, ἢ ποσότητα μεταβάλλει, ἀλλὰ καὶ ἄλλας τινὰς κινήσεις τὰς νοητικὰς, καὶ μάλιστα ζωτικάς. κινεῖται δὲ ἡ ψυχὴ κατ' ἀλλοίωσιν, ὡς ἀπὸ τῆς διαθέσεως εἰς ἕξιν μεταβάλλουσα, ἐξ ἀνεπιστημοσύνης εἰς ἐπιστήμην. ὁ δὲ Ἀριστοτέλης μὴ κινεῖσθαι ταύτην ἔφησεν, ὡς πρὸς τὰς σωματικὰς κινήσεις ἀποβλέπων. εἰ γὰρ κινεῖται ἡ ψυχὴ, [4] μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχοι ἂν καὶ τόπος αὐτῇ. πᾶσαι γὰρ αἱ κινήσεις ἐν τόπῳ. δηλονότι αἱ σωματικαί. πᾶν γὰρ τὸ ἐν τόπῳ, σῶμά ἐστι.

Κίνησον [5] τὸν ὀνόγυρον. ὁ ὀνόγυρος εἶδος λυγώδους φυτοῦ. ὅθεν δηλοῖ, ὅτι τὰς μάστιγας κίνησον.

Κίνησον τὸν ἀφ' ἱερᾶς. τοῦτο ἐπὶ τῶν τὴν ἐσχάτην

pulchritudo non movetur, quamvis amatorem sæpe moveat; neque imago, quæ intuentem movet; & id genus alia. † Plato cum animam dicit per se moveri, non intelligit motum localem. † Anima sæpe mutationem subit, a potentia ad actum transiens: veluti ab ignoratione rei alicujus ad ejus scientiam. Si igitur mutationem subit, etiam movetur. Hujusmodi autem motus & mutatio generatio quædam est: sed non simpliciter essentiæ generatio. † Differt motio ab actione. Nam motio est actio imperfecta: actio vero, perfecta. Quare etiam in Deo actio est sine potentia. Quæritur autem, utrum duæ sint motiones in eo qui movet & movetur, an una? & utrius sit motio, moventis ne, an ejus, qui movetur? Et ajunt, ejus qui movetur. Ille enim est, qui ab imperfecto progreditur ad perfectum, non movens: uti se res habet in discipulo & magistro. Unus enim est motus in utroque, incipiens a magistro, & in discipulo desinens. Itaque anima etiam movetur. Nam ab imperfecto transit ad perfectum, nec habet actionem omnino perfectam, neque sine potentia. Ad hæc, in quibus est prius & posterius, in iis etiam est tempus. In quibus vero tempus, in iis etiam motio. Hæc enim inter se convertuntur. Quamobrem in quibus est motio, in iis etiam est tempus. In anima autem est prius & posterius. Est igitur & motio. Esse autem in anima prius & posterius, manifestum est. Nam a propositione ad conclusionem transit; nec omnia simul cognoscit, sed aliud ante aliud; nec omnia, quæ novit, simul profert, sed aliud quidem prius, aliud vero posterius: &, ut paucis rem absolvam, a virtute ad vitium, & ab ignorantia ad scientiam transit. Recte igitur Plato eam per se moveri affirmat. Quinetiam Aristoteles, quum animam moveri negat, non dicit hanc motionem ei non inesse, sed nullam motionum naturalium & nobis cognitarum. Neque enim augetur, neque minuitur; neque qualitatis, aut quantitatis mutationem subit, sed alias habet motiones intellectuales & maxime vitales. Movetur autem anima cum mutationem subit; ut cum a dispositione transit ad habitum, & ab ignorantia ad scientiam. Aristoteles autem eam moveri negat, ad corporeas motiones respiciens. Si enim anima, inquit, non movetur per accidens, natura habebit motum: si hoc, & locum. Omnes enim motiones, corporeæ nimirum, in loco fiunt. Quicquid enim est in loco, est corpus.

Κίνησον τὸν ὀνόγυρον. Move onogyrum. Onogyrus est species viminis. Unde sensus est, move flagella.

Κίνησον τὸν ἀφ' ἱερᾶς. *A sacra [linea] move-*

1 Διαφέρει δὲ κίνησις ἐνεργείας. ἡ μὲν γὰρ κίν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, descripta sunt ex Philopono in lib. 1. Aristolis *de Anima*, C. 6.

2 Προφανές] Hanc vocem sensus supplendi gratia ex Philopono addidi, quæ in prioribus Editt. desideratur.

3 Αὐτοκίνητον] Scribe ἀκίνητον. Sic enim recte Philoponus.

4 Μὴ κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχει ἂν καὶ τόπος αὐτῇ] Hic locus ex Philopono sic supplendus est: Μὴ κατὰ συμβεβηκὸς, φύσει ἂν ὑπάρχει κίνησις αὐτῇ. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τόπος. Hanc lectionem in versione expressi.

5 Κίνησον τὸν ὀνόγυρον] Vide supra v. Ἀνάγυρον, & v. Κινεῖν: & Hesychium v. Ἀναγυράσιος.

βοήθειαν κινοῦνται τέταχ(α). [1] ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυτῶν, οἳ τὴν βοήθειαν εἰς τὴν ἱερὰν ἄγκυραν ἔχουσιν. ἢ ἀπὸ τῶν πεττευόντων. παρ' αὐτοῖς γὰρ κεῖται ψῆφος ἱερά.

Κίνιφος. ὁ ποικίλος.

Κινόμενος. κινούμενος.

Κινώπετα. [2] τὰ ἐν τῷ πέδῳ κινούμενα ἑρπετά.

Κινστέρνα. ὅτι [3] τὴν Μωκισίαν κινστέρναν ὁ βασιλεὺς Ἀναστάσιος ὁ Δίκορος κτίζει.

Κιντύροις. Ἀπίκιος ὁ Ῥωμαῖος ἱκανὰς μυριάδας ἀργυρίου κατηνάλωσεν εἰς τὴν γαστέρα, [4] ἐν Κιντύροις τῆς Γαλατίας πολλὰς καρίδας ἐσθίων.

Κινύρα. ὄργανον μουσικόν. ἢ κιθάρα. ἀπὸ τοῦ κινεῖν τὰ νεῦρα.

Κινύρας. ὄνομα κύριον. Θείαντος παῖς, βασιλέως Κύπρου, ζάπλουτος· ὅν φασιν ἁμιλλώμενον τῷ Ἀπόλλωνι, ὡς οἷα μουσικῆς τεχνίτην, ἀπολωλέναι. διὸ καὶ Κινύρας ἐκλήθη, παρωνύμως τῇ κινύρᾳ.

Κινυρά. οἰκτρά. θρηνητική.

Κινυρόμεθα. θρηνοῦμεν.

Κινυρομένη. ὀδυρομένη. θρηνοῦσα.

Καί [5] σε κινυρομέναν ὁπότ' ἀθρόος ἦλθε δαΐζων,
Ἤριπεν ἐσχαρεῶν λάβρον ἐπ' ἄσθμα πυρός.

Κίνυφος. ὄνομα ποταμοῦ.

Κιονίς. μικρὰ κίων.

Κιονόκρανον. τὸ ἄκρον τοῦ κίονος.

Κίος. ἐμπόριόν τι πόλεως Μυσίας· ἀπὸ Κίου, τοῦ ἡγησαμένου τῆς ἀποικίας τῶν Μιλησίων. τὸ ἐθνικόν, Κιανός.

Κιρραῖον πεδίον.

Κίρρα. πόλις, ἀπέχουσα Δελφῶν [6] λ' σταδίους. ἔοικεν οὖν [7] Αἰσχίνης Κιρραῖον πεδίον καλεῖν, τὸ παρακείμενον ταύτῃ τῇ πόλει. καὶ Κιρραῖος, ὁ πολίτης.

Κίρης. ὄνομα ποταμοῦ. καὶ ὄνομα κύριον. καὶ ἰχθύς ποιός.

Κιρκαῖον πεδίον τὸ τῆς Κίρκης. καὶ Κιρκαῖος, τόπος.

Κίρκη. ἡ κιρνῶσα τὰ φάρμακα. ἢ παρὰ τὴν κερκίδα. τὰς δὲ παιπαλώσας γυναῖκας Κίρκας φαμέν.

bo [calculum. Dicitur de illis, qui extremum auxilium tentant: per translationem [secundum nonnullos] a nautis ductam, qui omnem salutis suæ spem in sacra ancora repositam habent. Vel ab iis, qui calculis ludunt. Apud eos enim est calculus quidam, qui vocatur sacer.

Κίνιφος. Varius. Variegatus.

Κινόμενος. Pro κινούμενος. Qui movetur.

Κινώπετα. Reptilia. [Quasi dicas κινώπεδα, i. e.] quæ in solo moventur.

Κινστέρνα. Cisterna. Mocisiam cisternam Anastasius Dicorus Imperator condidit.

Κιντύροις. Apicius Romanus multa drachmarum millia in ventrem insumpsit, Cinturis in Galatia multas squillas comedens.

Κινύρα. Instrumentum musicum. Vel cithara: sic dicta a movendis nervis.

Κινύρας. Cinyras. Nomen proprium. Filius Thiantis, Regis Cypri, valde dives: quem ajunt artis musicæ egregie peritum fuisse, & cum Apolline certantem periisse. Hinc etiam dictus est Cinyras, nomen sortitus ab instrumento musico, quod κινύρα appellatur.

Κινυρά. Miserabilis. Flebilis. Lugubris.

Κινυρόμεθα. Lugemus. Lamentamur.

Κινυρομένη. Flebiliter gemens. Lamentans. *Et [serpens] subito irruens, ut te flebiliter gementem perderet, cecidit in rapidam flammam ignis, qui in foco accensus erat.*

Κίνυφος. Cinyphius. Nomen fluvii.

Κιονίς. Parva columna.

Κιονόκρανον. Caput columnæ.

Κίος. Emporium quoddam urbis Mysiæ. Gentile est, Cianus.

Κιρραῖον πεδίον. Cirrhæus campus.

Κίρρα. Cirrha, urbs, quæ xxx. stadia Delphis abest. Videtur igitur Æschines Cirrhæum campum vocare illum, qui huic urbi adjacebat. Et Cirrhæus, ejus urbis civis.

Κίρης. Cires. Nomen fluvii. Et nomen proprium. Item piscis quidam.

Κιρκαῖον πεδίον. Circes campus. Et Circæus, epithetum loci cujusdam.

Κίρκη. Circe. Sic dicta a miscendis venenis. Vel, a radio textorio. Fœminas autem malarum artium peritas Κίρκας appellamus.

1 Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ναυτῶν] Male. Proverbium enim hoc non est ductum a nautis, qui extrema necessitate compulsi ancoram sacram jacere solent, sed ab iis, qui calculis ludunt. Habebant enim veteres tabulam, denis lineis distinctam, utrinque quinis; in quarum medio alia erat linea, quæ dicebatur *sacra*. Per has lineas movebantur calculi, usque ad mediam; ad quam qui pervenerat, ultima necessitate compulsus, & ad incitas redactus, calculum inde movebat, in quo suprema ipsi spes sita erat. Quod si enim & hunc perdidisset, nullo auxilio relicto, manus victori dare cogebatur. Hinc ortum est proverbium, Κινεῖν τὸν ἀφ' ἱερᾶς: quod præcise dictum est pro κινεῖν τὸν πεσσὸν ἀφ' ἱερᾶς γραμμῆς. Pollux lib. IX. cap. VII. Τῶν δὲ πέντε ἑκατέρωθεν γραμμῶν μέση τις ἦν, ἱερὰ καλουμένη· καὶ ὁ τὸν ἐκεῖθεν κινῶν πεττὸν, παροιμίαν ἐποίει, κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. i. e. *Inter quinque utrinque lineas media erat ea, quæ dicebatur* sacra: *a qua qui calculum movebat, proverbio locum faciebat,* Κινῶ τὸν ἀφ' ἱερᾶς. Plura de hoc argumento legere licet apud Salmasium ad Flav. Vopiscum.

2 Κινώπετα. τὰ ἐν τῷ πέδῳ κινούμενα ἑρπ.] Ex Scholiasta Nicandri ad *Theriaca* pag. 7.

3 Ὅτι τὴν Μωκισίαν κινστέρναν ὁ βασιλεὺς Ἀναστ.] Idem testatur Codinus *de Orig. CPol.* num. CV. qui insuper addit, cisternam hanc nomen accepisse a sancto Mocio. Vide etiam supra v. Ἀναστάσιος.

4 Ἐν Κιντύροις τῆς Γαλατίας] Uti multis aliis in locis, ita & hic corrupti codices Suidæ imposuerunt. Apud Athenæum enim lib. I. pag. 7. unde locus hic depromptus est, pro Κιντύροις hodie recte legitur Μιντύρναις, & pro Γαλατίας, Καμπανίας: ut monuimus etiam supra v. Ἀπίκιος.

5 Καί σε κινυρομέναν ὁπότ' ἀθρ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. III. cap. XXIV. Epigr. XIV. unde sensus hujus loci petendus est.

6 Λ' σταδίους] Harpocratio habet π' σταδίους, i. e. LXXX stadia: & sic legendum contendit Meursius *Lect. Attic.* lib. II. cap. 2.

7 Αἰσχίνης] Locus Æschinis, ad quem Suidas respexit, exstat in oratione contra Ctesiphontem pag. 289.

Κίρ-

Κίρκον. ἱέρακα. ἢ [1] οὐρὰν. ἢ κωπηλάτην. [2] Κίρκον ἄτ' εὔολπαν φιλοκαμπέα. ἐν Ἐπιγράμμασι. Λύσις ὀνείρου·

Κίρκους [3] κατασχὼν, ὃ θέλεις πάντως τύχοις.
Χειρὸς πετασθεὶς κίρκος ἄρχουσι βλάβη.

Κιῤῥόν. πυῤῥόν. καὶ ὁ κιῤῥὸς οἶνος πέττει ῥᾷον, ξηραντικὸς ὤν.

Κίῤῥος. ὄνομα κύριον.

Κίς. ὄνομα κύριον, ὁ πατὴρ τοῦ Σαοὺλ, τοῦ πρώτου βασιλέως Ἑβραίων.

Κίς. κιός. ὁ σκώληξ.

Κισσεύς. ὁ Διόνυσος.

Κισσηΐς. ἡ τοῦ Κισσέως θυγάτηρ.

Κίσσηρις.

Αὐχμηρὸν [4] πόντου τρηματόεντα λίθον.
καὶ αὖθις.

Τρηχαλέην τε [5] λίθον, δονάκων εὐθηγέα κόσμον.

Κισσηροειδές.

Κισσηφορής.

Κισσία. χώρα.

Κίσσιρις. εἶδος ὀρνέου.

Κισσήνη. ὄρος τῆς Θρᾴκης.

Κισσῶ. τὸ μεθ' ἡδονῆς συλλαμβάνω. [6] Δαβίδ· Ἰδοὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις συνελήφθην, καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με ἡ μήτηρ μου.

Κίστη. ἡ θήκη. Καὶ κίστην πολύωπα μελανδόκον. ἐν [7] Ἐπιγράμμασι.

Κίστη, καὶ κίστις. [8] ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται· ἢ ἱμάτιά τινα. τὸ τ ἀντὶ τοῦ θ. κίσθη γάρ. Οἱ δὲ τετραγώνους κίστας ἐπεκτήναντο, πρὸς ἀνδρῶν ὑποδοχήν.

Κίστις. τῇ κίστῃ. Κιστὶς δὲ, ὀξυτόνως, παρὰ [9] Ἀριστοφάνει, κιστίδος.

Κιστοφόρος. [10] ἔοικε δὲ τὰς κίστας ἱερὰς εἶναι τοῦ Διονύσου, καὶ ταῖν Θεαῖν.

Κίρκον. Accipitrem. Vel, caudam. Vel, remigem. *Et accipitrem flexus amantem.* In Epigrammate. Interpretatio somnii: *Accipitres comprehensos tenens, quod cupis, omnino consequeris.* † *Accipiter e manibus evolans, magistratibus malum significat.*

Κιῤῥόν. Rufum. Flavum. Fulvum. Vinum flavum facilius concoquit cibos, quia vim habet exsiccandi.

Κίῤῥος. Cirrhus. Nomen proprium.

Κίς. Cis. Nomen proprium, pater Saulis, primi Regis Hebræorum.

Κίς. κιός. Vermis.

Κισσεύς. Epithetum Bacchi.

Κισσηΐς. Filia Cissei.

Κίσσηρις. Pumex. [In Epigrammate: *Pumicem,*] *aridum & foraminibus plenum maris lapidem.* Et iterum: *Et lapidem asperum, calamosque bene acuentem & polientem.*

Κισσηροειδής. Pumicis speciem habens.

Κισσηφορής. Hederam ferens.

Κισσία. Cissia. Regio.

Κίσσιρις. Avis genus.

Κισσήνη. Cissene. Mons Thraciæ.

Κισσῶ. Cum voluptate concipio. David: *Ecce enim in iniquitatibus sum conceptus, & in peccatis mater mea me peperit.*

Κίστη. Cista. Theca. In Epigrammate: *Et cistam multa foramina habentem, quæ atramentum continet.*

Κίστη, & κίστις. Cista. Vas, in quo cibi reponuntur: vel vestimenta. Litera τ posita est pro θ. [Dici enim debebat] κίσθη. *Illi vero quadratas cistas fabricarunt, ad viros suscipiendos.*

Κίστις. Cista. Apud Aristophanem vero legitur κιστὶς, κιστίδος, cum acuto in ultima.

Κιστοφόρος. Cistifera. Cistæ autem Baccho & Deabus (i. e. Cereri & Proserpinæ) sacræ esse videntur.

1 Οὐρὰν] Hæc interpretatio pertinet ad vocem κέρκον, non κίρκον.

2 Κίρκον ἄτ' εὔολπαν φιλοκαμπέα] Hæc verba decerpta sunt ex Epigrammate quodam Phanix in ludimagistrum, qui senio confectus professionis suæ insignia Mercurio dedicat. Epigramma ipsum, hactenus ineditum, ex codice MS. cum Lectore hic communicabo.

Φανίου.

Σκίπωνα τὸν ποδαγὸν, ἱμάντα τε, καὶ πυραγρέτην
Νάρθηκα, κρατὶ φέρων πλάκτορα νηπιάχων·
Κίρκον τ' εὔολπαν φιλοκαμπέα, καὶ μονόπελμον
Συγχίδα, καὶ πιλίδ' ἂν κρατὸς ἐρημοκόμου,
Κάλλων Ἑρμείᾳ θῆκ' ἄνακτι, σύμβολ' ἀγωγᾶς
Παιδείας, πολιῷ γυῖα δ' ἐθεὶς καμάτῳ.

Scipionem, pedum antea ducem, & lorum, & ignem servantem
Ferulam, qua capita puerorum percutiuntur,
Et vas olearium curvum & inflexum, & unam soleam habentem
Sycchidem, & tegumentum capitis calvi,
Callon Mercurio Regi dedicavit, insignia institutionis
Puerorum, postquam cana senectus vigorem membrorum ejus hebetavit.

In Hexametro primo νάρθηξ dicitur πυραγρέτης, i. e. ignis receptaculum, quia veteres olim in cava ferula ignem condere & servare solebant. Hinc Hesiodus Prometheum Jovi ignem ἐν κοίλῳ νάρθηκι, i. e. in cava ferula, surripuisse scribit. Locus exstat Ἐργ. I. v. 52. ubi Proclus, optimus veterum interpretum Hesiodi, hæc notat: Ἔστι μὲν πυρὸς οὕτως φυλακτικὸς ὁ νάρθηξ, ἐπείπερ ἔχει μαλακότητα ἔνδον, καὶ τρέφει τὸ πῦρ, καὶ μὴ ἀποσβεννύειν δυναμένην. In pentametro primo πλάκτορα Dorice dictum est pro πλήκτορα, a πλήσσω, percutio: quo epitheto ferula hic insignitur, quia ea olim pueri contumaces vel negligentes a ludimagistris verberari solebant, ut ex veteribus scriptoribus notissimum est. In Hexametro secundo κίρκος εὔολπις est vas olearium curvum & inflexum, sic dictum a similitudine accipitris, aduncum rostrum habentis. Omnia enim curva & adunca a Græcis appellabantur κίρκοι, auctore Hesychio. In sequentibus per συγχίδα μονόπελμον intelligitur crepida, qua olim Philosophi Græci uti solebant. Hinc Callon, qui erat Philosophus & ludimagister, eam Mercurio dedicat. Hesychius idem calceamenti genus συγχάδα vocat. Cætera satis plana sunt.

3 Κίρκους κατασχὼν, ὃ θέλ.] Duo hi senarii onirocritici leguntur apud Astrampsychum.

4 Αὐχμηρὸν πόντου τρηματόεντα λ.] Hæc descriptio pumicis deprompta est ex Epigrammate, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. XXVI. ut Portus etiam observavit.

5 Τρηχαλέην τε λίθον, δονακ.] Et hæc verba leguntur Anthol. lib. VI. capite modo citato.

6 Δαβίδ] Psalm. L.

7 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. XXVI. Epigr. IV. ut Portus etiam monuit.

8 Ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται] Confer Schol. Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 423. & Suidam supra v. Κιβωτός.

9 Παρὰ Ἀριστοφάνει] Apud Aristophanem *Acharnens.* pag. 423. 424. hodie scriptum est κίστις, κίστιδος, cum acuto in penultima, non vero in ultima.

10 Κιστοφόρος. ἔοικε δὲ τὰς κίστας ἱερ.] Sic etiam legitur apud Photium in Lexico inedito. Sed Harpocratio in diversa abit, quip-

Κισ-

Κισσύβιον.[1] ἐκ κισσίνου ξύλου ποτήριον κυρίως.[2] ἐν Ἐπιγράμμασι· Κισσοῦ δὲ Βρομίου κλῶνα πολυπλακέος.

Κίττα. ἡ κίσσα. Τῶν [3] πτηνῶν ὅσα παραπλησίαν ἔχει τὴν γλῶτταν καὶ τὰ τῆς γενύων διαθέσει ταῖς [4] τῶν ἀνθρώπων, δύναται μιμεῖσθαι τὸν τύπον διαλέκτου· οἷον κίτται, καὶ ψιττακοί, καὶ τὰ ὅμοια.

Κιττιεύς. ἀπὸ τόπου. Κίττιον γὰρ πόλις Κύπρου· ἔνθεν καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεύς.

Κιττός. ὁ κισσός.

Κιττοφόρος. ἐνίοτε μετὰ τοῦ σσ γράφουσι.

Κιττῶντες.[5] ἐπιθυμοῦντες. ἡ μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν κυουσῶν γυναικῶν· καὶ ἐπειδὴ ἀδδηφάγον τὸ ὄρνεον ἡ κίττα, καὶ περίεργον εἰς ἐπιθυμίαν. [6] Οὕτω κιττῶμαι διὰ τῶν σανίδων μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν.

Κίτριον. ὁ καρπός.

Κίος. νῆσος μὲν μία τῶν Κυκλάδων, παρακειμένη τῇ Ἀττικῇ· πόλιν δὲ τὴν νῆσον Λυσίας ἐκάλεσεν. ἀλλὰ καὶ ἄλλοι πολλάκις τῶν ῥητόρων τὰς νήσους πόλεις ὀνομάζουσι.

Κιφισοφῶν.[7] δοῦλος ἦν οὗτος.

Κιχείω. καταλάβω.

Κίχλα. εἶδος ὀρνέου.

Κιχλίζειν.[8] τὸ λιπαροὺς ὄρτυγας ἐσθίειν. ἢ τὸ γελᾷν ἀτάκτως. ἐν [9] Ἐπιγράμμασι·

Κιχλίζεις, χρεμέτισμα γάμου προκέλευθον ἱεῖσα.

Κιχλισμός. ὁ λεπτὸς καὶ ἀκόλαστος γέλως.

Κιχρᾷ. δανείζει.

Κλαγγή. ποιά τις φωνὴ ὀρνέου· καὶ ἐνοπή, ἤχων ὀνόματα.

Κλαγγηδόν. μετὰ κραυγῆς.

Κλάδεσι. κλάδοις. ἀπ' εὐθείας τῆς κλάδος· ὡς τέκος. [10] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ἐπὶ κισσοῦ κλάδεσι νομὸν ἔχει. καὶ κλαδί, δοτική.

Κλαζομενάς [11] τ' ἐσέβαλεν. ἀντὶ τοῦ, εἰς τὰς Κλαζομενάς.

Κλάειν. στενάζειν. ὀδύρεσθαι. Ὁ δὲ θύσας, Ἐπικούρῳ καὶ δόξαις ταῖς ἐκείνου κλάειν ἔλεγε.

Κισσύβιον. Proprie poculum ex ligno hederaceo confectum. In Epigrammate: *Hederæ Bacchicæ lateque serpentis ramum.*

Κίττα. [Attice] pro κίσσα, pica. Aves, quæ linguam & mandibulas habent humanis similes, sermonem hominum imitari possunt: ut picæ, psittaci, & similes.

Κιττιεύς. Citieus, vel Citiensis. Nomen a loco deductum. Citium enim est urbs Cypri: a qua dictus est Zeno Citticus.

Κιττός. [Attice] pro κισσός, hedera.

Κιττοφόρος. Interdum scribitur per σσ, κισσοφόρος, qui hederam fert.

Κιττῶντες. Concupiscentes. Translatio ducta est a mulieribus gravidis, [quarum appetitus inordinatus & levis dicitur κίττα, ab ave pica;] quæ vorax est, & variarum rerum appetens. [Aristophanes:] *Adeo cupio per tabulata judicialia cum calculo ambulare.*

Κίτριον. Malum citreum.

Κίος. Cius. Insula, una ex Cycladibus, Atticæ vicina: cujus nomine Lysias urbem in ea sitam appellavit. Sed & alii oratores nominibus insularum urbes sæpe appellant.

Κιφισοφῶν. Cephisophon. Hic erat servus.

Κιχείω. Assequutus fuero. Invenero.

Κίχλα. Genus avis. Turdus.

Κιχλίζειν. Pingues coturnices edere. Vel, immodeste ridere. Cachinnari. In Epigrammate: *Cachinnaris, lascivum risum, nuptiarum prænuntium, edens.*

Κιχλισμός. Lascivus & effusus risus.

Κιχρᾷ. Utendum dat. Fœneratur.

Κλαγγή. Clangor, sive, vox quædam avium; & ἐνοπή, clamor: sonorum nomina.

Κλαγγηδόν. Cum clangore. Cum clamore.

Κλάδεσι. Ramis. Pro κλάδοις. A recto, κλάδος: ut τέκος. Aristophanes *Avibus: In hederæ ramis pabulum habent.* Et κλαδί, dativus, ramo.

Κλαζομενάς τ' ἐσέβαλεν. Pro, εἰς τὰς Κλαζ. ἐσ. Clazomenas cum exercitu invasit.

Κλάειν. Flere. Plorare. *Ille vero sacrificio peracto, Epicurum ejusque opiniones plorare jussit.*

pe apud quem locus hic ita concipitur: Κιττοφόρος· ἔνιοι διὰ δύο σσ γράφουσι κισσοφόρος. τὰς γὰρ λεγομένας κίστας ἱερὰς εἶναι λέγουσι τοῦ Διονύσου καὶ ταῖν Θεαῖν. In codice tamen Fed. Morelli etiam legebatur κίστας, & κιστοφόρος, testibus Maussaco & Valesio: quam lectionem veram esse existimo. Uti enim olim in variis pompis & festis canistra ferri solebant a puellis, quæ inde κανηφόροι dicebantur: sic etiam in festo Bacchi & Cereris cistæ olim gestatæ fuisse videntur. Quo spectat, quod Pausanias in *Arcadicis* pag. 495. simulacrum Cereris apud Oncinos cultæ manu dextra facem, & sinistra *cistam* gestasse scribit: quod opinionem hanc non parum confirmat. Non quidem me latet, Maussacum in Dissertatione Critica aliter sentire: quippe qui vulgatam lectionem Harpocrationis sequens, locum hunc exponit de piscibus *cissis*, quos Baccho sacros fuisse, & qui eos ferrent, κισσοφόρους dictos fuisse putat. Sed cum nec ipse de veritate hujus sententiæ plene persuasus sit, nec argumentis irrefutabilibus rem evincat, cuilibet licere puto absque nota temeritatis a tanto viro dissentire.

1 Κισσύβιον. ἐκ κισσίνου ξύλου ποτήριον] Vide Athen. lib. XI. pag. 477.

2 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. VII. ubi pro πολυπλακέος legitur πολυπλανέος.

3 Τῶν πτηνῶν ὅσα παραπλησίαν ἔχει τὴν γλ.] Hoc fragmentum legitur etiam supra v. Γλῶττα.

4 Ταῖς τῶν ἀνθρώπων, δύναται μιμεῖσθαι τὸν τύπον διαλ.] Sic locum hunc ex MS. Paris. A. emendavi & supplevi, qui in prioribus Editt. sic legitur, τὴν τῶν ἀνθρώπων δύναται μιμεῖσθαι διάλεκτον.

5 Κιττῶντες. ἐπιθυμοῦντες. ἡ μεταφ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem* pag. 658. (452. Ed. Bas. P.)

6 Οὕτω κιττῶμαι διὰ τῶν σαν.] Apud Aristophanem *Acharnens.* p. 453. (322. Ed. Bas. P.) sic legitur:

Οὕτω κιττῶ διὰ τῶν σανίδων μετὰ χοιρίνης περιελθεῖν.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

7 Κιφισοφῶν] Scribe Κηφισοφῶν, per η, & suo loco pone. Ejus aliquoties meminit Aristophanes.

8 Κιχλίζειν. τὸ λιπαροὺς ὄρτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 179. (109. Ed. Bas. P.)

9 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VII. pag. 598.

10 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 552. (277. Ed. Bas. P.)

11 Κλαζομενάς τ' ἐσέβαλεν] Herodotus lib. I. pag. 4. de Alyatte Lydiæ Rege inquit: Οὗτος Κιμμερίους ἐκ τῆς Ἀσίης ἐξήλασε, Σμύρνην τε τὴν ἀπὸ Κολοφῶνος κτισθεῖσαν εἷλεν, ἐς Κλαζομενάς τ' ἐσέβαλεν. Ad hunc locum Suidas respexit.

Κλάειν ἐῶσι. καταφρονοῦσι. παρ' οὐδὲν λογίζονται.

Κλάεια. τὰ ψέλλια.

Κλαρῶται. [1] μέτοικοι ὡς Μαριανδυνοὶ ἐν Ἡρακλείᾳ, καὶ Εἵλωτες ἐν Λακεδαίμονι, καὶ ἐν Θετταλίᾳ Πενέσται, καὶ [2] Καλλικύριοι ἐν Συρακούσαις.

Κλασιβώλακα. τὸν τὰς βώλους λεαίνοντα.

Χαλκὸν [3] ἀροτρήτην κλασιβώλακα νειοτομῆα.

Κλαστάσεις. [4] πατήσεις. παλαίσεις. καταπονήσεις. ὑποτάξεις. κλονήσεις. διασείσεις. οἱ δὲ, κραυγάσεις. βέλτιον δὲ [5] κλάσεις. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν τεμνομένων κλημάτων ἐν ταῖς ἀμπέλοις. Ἀριστοφάνης·

Βουλὴν πατήσεις, καὶ στρατηγοὺς κλαστάσεις.

Κλάτιος. ὄνομα κύριον. Αἰλιανός. [6] Αὐτόχρημα πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, τῆς νεὼς Ἀσδρούβα φυγὴν ἐπειγομένης, χεῖρας ἐπιβαλὼν εἴχετο ἐρρωμένως τῆς πρύμνης ὁ Κλάτιος ὄνομα.

Κλαυδιανός, Ἀλεξανδρεύς, ἐποποιὸς νεώτερος· γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων.

Κλαύδιος, [7] ἐξ ἰδιώτου αὐτοκράτωρ ἐγένετο, τὴν μὲν ψυχὴν οὐ φαῦλος· ἀλλὰ καὶ ἐν παιδείᾳ ἤσκητο, ὥστε καὶ συγγράψαι τινά. τὸ δὲ σῶμα νοσώδης, ὥστε καὶ τῇ κεφαλῇ καὶ ταῖς χερσὶ τρέμειν. καὶ διὰ τοῦτο καὶ τῷ φωνήματι ἐσφάλλετο, καὶ οὐ πάντα ὅσα εἰς τὸ συνέδριον εἰσέφερεν, αὐτὸς ἀνεγίνωσκεν, ἀλλὰ τῷ ταμίᾳ ὥς γε πλῆθος ἀναλέγεσθαι ἐδίδου. ὅσα δ' αὐτὸς ἀνεγίνωσκε, καθήμενος ὡς τὸ πολὺ ἐπελέγετο. καὶ μέν τοι καὶ δίφρῳ [8] καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμαίων ἐχρήσατο. οὐ μέντοι καὶ διὰ ταῦτα οὕτως, ὅσον ὑπό τε τῶν ἐξελευθέρων καὶ ὑπὸ τῶν γυναικῶν, αἷς συνῆν, ἐκακύνετο. περιφανέστατα γὰρ ἐγυναικοκρατήθη, ἅτε ἐκ παίδων ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ ἐν φόβῳ τραφείς· καὶ διὰ τοῦτο ἐπιπλέον τῆς ἀληθείας εὐήθειαν προσεποιεῖτο, ὅπερ που καὶ αὐτὸς ὡμολόγησε. καὶ πολὺν μὲν χρόνον τῇ τηθῇ καὶ τῇ μητρὶ συνδιατιθείς, καὶ συνουσίαις γυναικῶν πλέον συγγιγνόμενος, οὐδὲν ἐλευθεροπρεπὲς ἐκέκτητο. ἐπετίθετο δὲ αὐτῷ ἔν τε τοῖς συμποσίοις, καὶ ἐν ταῖς συμμίξεσι. πάνυ γὰρ ἀπλήστως ἐν ἀμφοτέροις διέκειτο, καὶ ἐν τῷ χωρίῳ τούτῳ εὐάλωτος. πρὸς δὲ καὶ δειλίαν εἶχεν, ὑφ' ἧς πολλάκις ἐκπληττόμενος, οὐδὲν τῶν προσηκόντων ἐξελογίζετο. ἐκεῖνόν τε γὰρ ἐκφοβοῦντες ἐξεχαρποῦντο, καὶ τοῖς ἄλ-

Κλάειν ἐῶσι. Plorare sinunt. Id est, contemnunt. Nihili faciunt.

Κλάεια. Monilia. Torques. Armillæ.

Κλαρῶται. Clarotæ, inquilini: ut Mariandyni, Heracleæ; & Helotes, Lacedæmone; & in Thessalia, Penestæ; & Callicyrii Syracusis.

Κλασιβώλακα. Frangentem glebas. *Vomerem æreum, glebas frangentem, & novalia proscindentem.*

Κλαστάσεις. Conculcabis. Lucta superabis. Fatigabis. Subiges. Quassabis. Concuties. Alii vero, clamabis. Sed præstat interpretari, amputabis. Per metaphoram ductam a palmitibus, qui in vitibus amputantur. Aristophanes: *Senatum conculcabis, & belli duces amputabis.*

Κλάτιος. Clatius. Nomen proprium. Ælianus: *Clatius quidam nomine, confestim transtra transiliens, navi Asdrubæ fugere properanti manum injecit, & puppim valide retinuit.*

Κλαυδιανός. Claudianus, Alexandrinus, Poeta heroicus recentior, Arcadii & Honorii Imperatorum temporibus vixit.

Κλαύδιος. Claudius, ex homine privato Imperator, ingenio fuit minime spernendo, & disciplinis adeo excultus, ut etiam libros quosdam scripserit. Cæterum valetudine corporis infirma usus est, capite & manibus [assidue] trementibus, atque ideo impedita & titubante lingua. Hinc non omnia, quæ ad Senatum referebat, ipse legebat, sed ærarii Præfecto legenda plerumque dabat. Ipse vero sedens plerumque legere solebat. Primus etiam Romanorum sella operta usus est. Cæterum non tam ob hæc, quam ob libertos & mulieres, quarum consuetudine utebatur, male audiebat. Prorsus enim mulieribus addictissimus vixit: quippe qui a puero in morbis & metu educatus fuisset, atque ideo stultitiam de industria simulasset, ut ipse aliquando confessus est. Præterea, cum diu cum avia & matre sua versatus esset, multarumque mulierum contubernio esset usus, nihil ingenuo & liberali homine dignum præ se ferebat. Maxime autem eum aggrediebantur in compotationibus & Venere: quibus vitiis immodice deditus, tunc facillime circumveniebatur. Inerat & timiditas, qua sæpe perculsus nihil sani consilii capiebat. Proinde [liberti,] ubi eum conterruerant, omnia ab eo impetrabant, ac cæteris ingentem metum incutiebant. Quamvis autem talis fere esset, multa

1 Κλαρῶται. μέτοικοι ὡς Μαρ.] Confer Eustathium ad Homerum pag. 295. 1024. & 1090.

2 Καλλικύριοι] Vide supra h. v. Photius in Lexico inedito habet Κιλλικύριοι; & sic Hesychius in serie sua. Herodotus vero lib. VII. pag. 273. eosdem Κυλλυρίους vocat.

3 Χαλκὸν ἀροτρήτην κλασ.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod legitur Anthol. lib. VI. cap. VII. ut Portus etiam monuit.

4 Κλαστάσεις. πατήσεις κτλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 296. (199. Ed. Bas. P.)

5 Κλάσεις] Id est, amputabis. Græcis enim κλᾶν & κλαδεύειν significat vitem putare, vel palmites abscindere. Photius in Lexico inedito: Κλᾶν ἄμπελον, τὸ τέμνειν. Hesychius: Κλᾶν. τέμνειν ἀμπέλους· ὅπερ ἡμεῖς κλαδεύειν. Enarrator Comici ad *Equit.* pag. 296. Κλαστήριον, τὸ δρέπανον. ᾧ κλαδεύουσι τὰ κλήματα ἐν ταῖς ἀμπέλοις.

6 Αὐτόχρημα πηδῶν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμ.] Idem fragmentum legitur etiam supra v. Αὐτόχρημα.

7 Κλαύδιος, ἐξ ἰδιώτου αὐτοκράτωρ ἐγένετο, τὴν μὲν ψυχ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ pæne leguntur apud Dionem in *Claudio*: itemque apud Joannem Antiochenum in Excerptis a Valesio editis, pag. 805. ex quorum alterutro proinde locum hunc Suidas descripsit.

8 Δίφρῳ καταστέγῳ πρῶτος Ῥωμ.] Vide Lipsium *Elect.* lib. I. cap. XIX. qui præter alia veterum scriptorum loca, in quibus de sellis & lecticis agitur, etiam hunc ad examen revocat.

λοις δεσμὸν ἐνέβαλλον. οὗτος οὖν τοιοῦτος ὢν, οὐκ ὀλίγα τῶν δεόντων ἔπραττεν, ὁσάκις ἔξω τῶν εἰρημένων παθῶν ἐγίνετο.

tamen recte fecit, quoties hujusmodi affectibus vacuus ac sui compos esset.

Κλαύδιος, ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων, νόμον τέθηκε, μὴ δύνασθαι βουλευτὴν ὑπὲρ ἑπτὰ σημεῖα τῆς πόλεως ὁδεύειν, χωρὶς τοῦ βασιλέως κελεύσεως. ἐπειδὴ δὲ καί τινες τοὺς δούλους ἀῤῥωστοῦντας οὐδεμιᾶς ἠξίουν θεραπείας, ἀλλὰ καὶ τῆς οἰκίας ἐδίωκον, ἐνομοθέτησε πάντας τοὺς ἐκ τοῦ τοιούτου περιγινομένους ἐλευθέρους εἶναι. ἀπηγόρευσε δὲ καὶ τὸ καθήμενόν τινα ἐπὶ ἅρματος διὰ τῆς πόλεως ἐλαύνειν. ἐπὶ αὐτοῦ στασιασάντων τῶν Ἰουδαίων κατὰ Χριστιανῶν, ἄρχοντα ἐπέστησεν αὐτοῖς Κλαύδιον Φήλικα, κελεύσας αὐτῷ τιμωρεῖσθαι τούτους. τῶν δὲ εἰς τὰ ἱερὰ ἀθροιζομένων, [1] φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τῶν ἀδύτων, λέγουσα· Μεθιστάμεθα τῶν ἐντεῦθεν. καὶ τοῦτο γέγονε τρίτον. ἐξ οὗ πανωλεθρίᾳ διεφθάρησαν.

Κλαύδιος. Claudius, Imperator Romanorum, legem tulit, ne Senatori ultra septimum lapidem injussu Imperatoris ab Urbe proficisci liceret. Et, cum quidam servos ægrotantes prorsus negligerent, atque ædibus etiam ejicerent, omnes, qui ex morbo evasissent, liberos esse jussit. Vetuit etiam, ne quis curru sedens per urbem veheretur. Cumque sub eo Judæi seditionem contra Christianos movissent, Claudium Felicem eis præfecit, eosque punire jussit. Cum autem Judæi in templum convenissent, vox ex adytis audita est, dicens: *Migremus hinc.* Id vero tribus vicibus accidit: ex quo tempore internecione deleti sunt.

Κλαυσιᾷ. κυρίως τὸ ἠχεῖν αὐτόματι τὸ θύριον. [2] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

——Ἀλλὰ δῆτα τὸ θύριον
φθεγγόμενον ἄλλως κλαυσιᾷ.

Κλαυσιᾷ. Proprie dicitur de janua, quæ sponte crepat. Aristophanes *Pluto: Sed mirum, ni janua sua sponte crepuit.*

Κλαίειν. θρηνεῖν. οἱ δὲ Ἀττικοὶ, κλάειν.

Κλαίειν. Flere. Plorare. Attici vero dicunt κλάειν.

[3] Κλαίων κατ' ὕπνους, παγχαρὴς πάντως ἔσῃ.

Κλαίων κατ' ὕπν. *Plorans in somnis maxime lætaberis.*

Κλεάνθης, ὁ Κάσσιος χρηματίσας, Φανίου, Ἄσσιος, μαθητὴς Κράτητος, εἶτα Ζήνωνος, οὗ καὶ διάδοχος γέγονε· διδάσκαλος δὲ τοῦ φιλοσόφου Χρυσίππου, τοῦ Σολέως, καὶ Ἀντιγόνου τοῦ βασιλέως. οὗτος πρότερον ἦν πύκτης· ἐλθὼν δὲ εἰς Ἀθήνας, ἠράσθη φιλοσοφίας, καὶ τοσοῦτον γέγονε φιλόπονος, ὥστε δεύτερος Ἡρακλῆς κληθῆναι. μὴ ἔχων γὰρ ὅθεν τραφείη, τὰς μὲν νύκτας ἤντλει ὕδωρ μισθοῦ, καὶ μεθ' ἡμέραν τοῖς μαθήμασι καὶ τοῖς βιβλίοις ἐσχόλαζεν. ὅθεν ἐπωνομάσθη καὶ Φρεάντλης. ἔγραψε δὲ πάνυ πολλά.

Κλεάνθης. Cleanthes, Cassius dictus, Phaniæ filius, Assius, discipulus Cratetis, deinde Zenonis, cujus etiam successor fuit: magister vero Chrysippi Philosophi, Solensis, & Antigoni Regis. Hic, cum antea pugil esset, Athenas profectus, philosophiæ amore captus est: idemque adeo laboriosus fuit, ut alter Hercules diceretur. Cum enim non haberet unde viveret, noctu mercede aquam hauriebat; interdiu vero disciplinis & libris vacabat: unde etiam dictus est Phreanthles. Scripsit plurima.

Κλεάνθις. ὄνομα θηλυκόν.

Κλεάνθις. Cleanthis. Nomen fœminæ.

Κλεαεῖς. φυλή.

Κλεαεῖς. Tribus ita vocata.

Κλέαρχος, Σολεύς· ἔγραψε διάφορα. καὶ [4] Κλέαρχος, ὁ Ποντικὸς, νέος ὢν εἰς Ἀθήνας ἀφίκετο, ἀκοῦσαι Πλάτωνος, καὶ λέγων, φιλοσοφίας διψῆν. ὀλίγα οἱ συγγενόμενος, (ἦν γὰρ θεοῖς ἐχθρὸς) ὄναρ ὁρᾷ ὅδε ὁ Κλέαρχος γυναῖκά τινα, λέγουσαν πρὸς αὐτόν· Ἄπιθι τῆς Ἀκαδημίας, καὶ φεῦγε φιλοσοφίαν. οὐ γάρ σοι θέμις ἐπαύρασθαι αὐτῆς. ὁρᾷ γὰρ πρὸς σὲ ἔχθιστον. ὧν ἀκούσας ἐπάνεισιν εἰς τὴν πατρίαν. φθόνῳ δὲ ἐπικλυσθεὶς, ἐκπλεῖ τῆς οἴκοθεν, καὶ φυγὰς ἀλώμενος ἔρχεται πρὸς Μιθριδάτην, καὶ στρατοπεδευσάμενος παρ' αὐτῷ, ἐπῃνεῖτο. οὐ μὴν μετὰ μακρὸν ἐμπίπτουσιν οἱ Ἡρακλεῶται εἰς στάσιν βαρεῖαν. εἶτα ἐπανελθεῖν εἰς φιλίαν καὶ συμβάσεις βουλόμενοι, προαιροῦνται ἔφορον τῆς αὖθις ὁμονοίας τὸν Κλέαρχον. ἐπειδὴ δὲ κληθεὶς πα-

Κλέαρχος. Clearchus, Solensis, varia scripsit. Et Clearchus Ponticus, cum esset juvenis, Athenas profectus est, audiendi Platonis causa, dicens, se philosophiæ discendæ cupidum esse. Cum autem non diu cum eo versatus esset, (erat enim Diis inimicus) in somnis vidit mulierem sibi dicentem: *Excede Academia, & linque Philosophiam, qua frui tibi fas non est. Infenso enim vultu te intuetur.* Quibus auditis in patriam rediit. Invidia vero oppressus, domo discessit, vagusque & exul ad Mithridatem pervenit, apud quem commorans ita se gessit, ut ab eo laudaretur. Non multo vero post gravis seditio inter Heracleotas exorta est: qui cum in amicitiam & concordiam redire vellent, Clearchum rei hujus moderatorem elegerunt. Is

1 Φωνὴ ἠκούσθη ἐκ τῶν ἀδ.] De tempore, quo vox hæc audita fuerit, non consentiunt scriptores: aliis tempore Passionis Dominicæ; aliis sub Claudio, ut hic Suidas; aliis vero tempore excidii Hierosolymitani prodigium illud accidisse referentibus: de quo argumento vide quæ disputat Scaliger ad Eusebium, pag. 186.

2 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 105. (51. Ed. Bas. P.)

3 Κλαίων κατ' ὕπνους, παγχ.] Ex Astrampsycho.

4 Κλέαρχος ὁ Ποντικός] Cum hoc loco Suidæ conferenda omnino sunt, quæ de eodem Clearcho ex Memnone refert Photius Cod. ccxxiv. pag. 704. 705.

ραγί-

ρεύετο, καταλύσας ἔν τινι τῶν σταθμῶν τῶν διὰ τῆς ὁδοῦ, ὄναρ ὁρᾷ τὸν πάλαι Ἡρακλεωτῶν τύραννον, Εὐώπιον ὄνομα, λέγοντα αὐτῷ, ὅτι δεῖ τυραννῆσαί σε τῆς πατρίδος. προσέταττε δὲ καὶ οὗτος Φιλοσοφίαν Φυλάττεσθαι αὐτόν. ὑπεμνήσθη καὶ τύπον τοίνυν ἐκ τῆς προῤῥήσεως τῆς Ἀθήνησιν. ἐγκρατὴς δ' ὢν τῶν κοινῶν γενόμενος, ὠμότατός τε ἦν, καὶ εἰς ὑπεροψίαν ἐξαρθεὶς ἄμαχον, τοῦ μὲν ἔτι ἄνθρωπος εἶναι κατεφρόνει· προσκυνεῖσθαι δὲ καὶ ταῖς τῶν Ὀλυμπίων γεραίρεσθαι τιμαῖς ἠξίου, καὶ στολὰς ἤσθητο Θεοῖς συνήθεις, καὶ τοῖς ἀγάλμασι τοῖς ἐκείνων ἐπιπρεπούσας· τόν τε υἱὸν τὸν ἑαυτοῦ Κεραυνὸν ἐκάλεσεν. ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν, πρῶτον μὲν ἡ δίκη· εἶτα δὲ, ἡ χεὶρ ἡ Χίωνος· ὅσπερ ἦν ἦν ἑταῖρος Πλάτωνος, καὶ χρόνιον διήκουσεν αὐτοῦ, καὶ τὸ μισοτύραννον ἐκ τῆς ἐκείνου ἑστίας [1] ἀσπασάμενος, ἠλευθέρωσε τὴν πατρίδα. κοινωνοὶ δέ οἱ τῆς καλῆς πράξεως γενέσθαι λέγονται Λεωνίδης τε καὶ Ἀντίθεος, Φιλοσόφω καὶ τώδε ἄνδρε. ὅπως δὲ δίκην ἔδωκε δικαίαν ἀνθ' ὧν ἐτόλμησεν, εἴρηται.

Κλεαίνετος.

Κλέμματα. Καθημέραν κλέμματα ποιούμενος. ἀντὶ τοῦ, Φωράματα προστιθέμενος τοῖς ἑαυτοῦ θρέμμασι.

Κλέοβιος. ὄνομα ἱερέως τῶν εἰδώλων.

Κλεοβουλίνη, Λινδία, θυγάτηρ Κλεοβούλου τοῦ σοφοῦ. ἔγραψεν ἔπη, καὶ γρίφους, καὶ τὸ ᾀδόμενον εἰς τὸν ἐνιαυτὸν [2] αἴνιγμα, οὗ ἡ ἀρχή·

Εἷς ὁ πατὴρ, παῖδες δὲ δυώδεκα, τῶν δὲ ἑκάστῳ
Παῖδες τριάκοντα.

Κλεόβουλος, Εὐαγόρου, Λίνδιος, εἷς τῶν ἑπτὰ ὀνομαζομένων σοφῶν· ῥώμῃ καὶ κάλλει διαφέρων τῶν κατ' αὐτόν· μετέσχε τε τῆς ἐν Αἰγύπτῳ Φιλοσοφίας. ἐγένετο δὲ αὐτῷ θυγάτηρ [3] Κλεοβούλη, ἐξαμέτρων αἰνιγμάτων ποιήτρια. οὗτος ἔγραψεν ᾄσματα καὶ γρίφους εἰς ἔπη τρισχίλια. τῶν δὲ ᾀδομένων αὐτοῦ εὐδοκίμησε τάδε· Ἀμουσία τὸ πλέον μέρος βροτοῖσιν. Ἔλεγέ τε, τὸν Φίλον δεῖν εὐεργετεῖν, ὅπως μᾶλλον ᾖ Φίλος· τὸν δὲ ἐχθρὸν Φίλον ποιεῖν. Εὐτυχῶν μὴ ἔσο ὑπερήφανος. Ἀπορήσας μὴ ταπεινοῦ. Τὰς μεταβολὰς τῆς τύχης γενναίως ἐπίστασο Φέρειν. ἐτελεύτησε δὲ γηραιὸς, ἔτη βιοὺς ό. Οὗτος ἀπεφήνατο, πάντων μέτρον ἄριστον. καὶ Σόλωνι ἐπέστειλεν οὕτω· Πολλοὶ μὲν τινες εἰσὶν ἑταῖροι, καὶ οἶκος πάντη. Φαμὶ δ' ἐγὼ [4] ποτιωτάταν ἔσεσθαι Σόλωνι τὰν Λίνδον. [5] δαμοκρατεῖ μὲν ὦν, καὶ ἁ νᾶσος πελαγία.

Κλεοδαῖος. ὄνομα κύριον.

Κλεόκριτος. [6] οὗτος ἐκωμῳδεῖτο ὡς γυναικίας, καὶ κί-

igitur vocatus in patriam rediit: cumque in itinere ad mansionem quandam divertisset, Euopium, Heracleotarum quondam tyrannum, in somnis vidit, sibi dicentem: *Oportet te patriæ tuæ tyrannum esse.* Sed & hic Philosophiam cavere se jussit: memor ejus, quod ipsi Athenis [in somnis] prædictum fuerat. Rerum autem potitus, crudeliter admodum imperavit, & intolerabili fastu inflatus, conditionisque humanæ oblitus, adorari se divinosque honores sibi haberi præcepit. Vestes etiam induit Diis proprias, & qualibus eorum simulacra exornari solent: & præterea filium suum *Fulmen* appellavit. Interfecit autem eum primum vindicta Dei, deinde manus Chironis: qui, cum familiariter cum Platone vixisset, ejusque auditor per aliquod tempus fuisset, & odium tyrannorum ex ejus institutione hausisset, patriam liberavit. Hujus autem præclari facinoris socii fuisse dicuntur Leonides & Antitheus, ipsi quoque philosophi. Qua ratione vero justas scelerum suorum pœnas dederit, dictum est.

Κλεαίνετος. Cleænetus.

Κλέμματα. Furta. Quotidie furta faciens. Id est, pecudibus suis quotidie furta præbens.

Κλεόβιος. Cleobius. Nomen sacerdotis idolorum.

Κλεοβουλίνη. Cleobulina, Lindia, Cleobuli Sapientis filia: scripsit versus, & griphos, & celebre illud ænigma in annum, cujus initium est: *Est pater, duodecim habens filias, quarum singulis sunt filiæ triginta.*

Κλεόβουλος. Cleobulus, Euagoræ filius, Lindius, unus septem Sapientum, viribus corporis & formæ præstantia inter æquales suos excellens: qui etiam Ægyptiorum philosophia institutus fuit. Filiam habuit Cleobulinam, quæ ænigmata versibus hexametris scripsit. Hic cantica & griphos ad versuum tria millia scripsit. Inter dicta ejus, quæ præcipue celebrantur, & hæc sunt: *Imperitia majorem mortalium partem tenet. Amico benefaciendum est, ut magis sit amicus: ex inimico vero faciendus est amicus. In rebus secundis ne efferaris fastu: nec in adversis animum despondeas. Fortunæ vicissitudines fortiter ferre scito.* Obiit senex, anno ætatis LXX. Hic etiam dixit, *modum esse omnium rerum optimum.* Idem ad Solonem ita scripsit: *Multi quidem tibi sunt amici, & ubique domicilium. Verum ego Soloni jucundissimam fore Lindum affirmo, insulam procul a continenti sitam, cujus populus liber est & sui juris.*

Κλεοδαῖος. Cleodæus. Nomen proprium.

Κλεόκριτος. Cleocritus. Hic ut effœmina-

1 Ἀσπασάμενος] Legendum esse σπασάμενος Portus recte monuit.

2 Αἴνιγμα] Integrum ænigma habes apud Laertium.

3 Κλεοβούλη] Lege Κλεοβουλίνη, ut recte ante.

4 Ποτιωτάταν] Casaubonus ad Laertium emendabat ποτ' ἀπονητάταν, ab ἄπονος, i. e. molestiæ expers. Sed præstat forte scribere ποθεινοτάταν; quæ conjectura Menagio etiam ad Laertium, & ante eum Porto placuit.

5 Δαμοκρατεῖ] Scribe, δαμοκρατεῖται.

6 Κλεόκριτος. οὗτος ἐκωμ.] Confer Enarratorem Comici ad *Ranas* pag. 279. & *Aves*, pag. 583.

παιδὸς, καὶ ξένος, καὶ δυσγενὴς, καὶ Κυβέλης υἱός· ἐπεὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις τῆς Ῥέας μαλακοὶ παρῆσαν. ἦν δὲ καὶ τὴν ὄψιν ὀρνιθώδης. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν κιναίδων ἡ παροιμία.

Κλεόμβροτος. ὄνομα κύριον.

Κλεομένης. οὗτός ἐστιν ὁ Πτολεμαίῳ τῷ Φιλοπάτορι ἐπιβουλὴν πεκτωσάμενος· ὃς [1] κακῶς μετήλλαξε τὸν βίον, ἀνὴρ γενόμενος καὶ πρὸς τὰς ὁμιλίας ἐπιδέξιος, καὶ πρὸς πραγμάτων οἰκονομίαν εὐφυὴς, καὶ συλλήβδην ἡγεμονικὸς καὶ βασιλικὸς τὴν φύσιν. ἔστι περὶ τούτου ἐν τῷ Ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζειν.

Κλεομήδης [2] Ἀστυπαλαιεὺς [3] Κίκκον τὸν Ἐπιδαύριον ἀπέκτεινεν ἐν τῇ πυγμῇ, καὶ ἀφαιρεθεὶς τῆς νίκης, ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης, καὶ ἀνέστρεψεν εἰς Ἀστυπάλαιαν. διδασκαλείῳ δὲ ἐπιστὰς, ἐν ᾧ παῖδες ἦσαν ξ΄, ἀνατρέπει τὸν κίονα, ὃς τὸν ὄροφον εἶχεν. ἐμπεσόντος δὲ τοῦ ὀρόφου, καὶ πάντας ἀποκτείναντος, καταλιθούμενος ὑπὸ τῶν ἀστῶν, κατέφυγεν εἰς ἱερὸν, καὶ ἐμβὰς εἰς κιβωτὸν, καὶ τὸ ἐπίθεμα ἐφελκυσάμενος, κάματον τοῖς Ἀστυπαλαιεῦσι παρεῖχε. τέλος τὰ ξύλα τῆς κιβωτοῦ καταῤῥήξαντες, οὐδένα εὗρον.

Κλεόνικος. ὄνομα κύριον.

Κλεόξενος καὶ Δημόκλειτος ἔγραψαν [4] περὶ πυρσῶν· ὧν τὴν πραγματείαν ἐπεξειργάσατο Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, ὡς λέγει ἐν τοῖς ἱστορουμένοις.

Κλεώπας. ὄνομα κύριον.

Κλεοπάτρα.

Κλέος. δόξα.

Κλεοφῶν, Ἀθηναῖος, τραγικός. τῶν [5] δραμάτων αὐτοῦ, Ἀκταίων, Ἀμφιάραος, Ἀχιλλεὺς, Βάκχαι, Δεξαμενὸς, Ἠριγόνη, Θυέστης, Λεύκιππος, Περσὶς, Τήλεφος.

Κλέων, [6] ὁ Κλεαινέτου. ἐπὶ Πύλον, τὴν καὶ Σφακτηρίαν, χρονιζούσης τῆς πολιορκίας ἀπεστάλη, μανιώδης ἀνὴρ, βυρσοδέψου παῖς· ὃς ἀντεπολιτεύσατο Νικίᾳ τῷ Νικηράτου. πολλὰ δὲ ἐργασάμενος ἔργα, ὕστερον εἰς Θρᾴκην ἀποσταλεὶς στρατηγὸς, πολλὰς προσεκτήσατο πόλεις. ἐν Ἀμφιπόλει δὲ γενόμενος, Λακεδαιμονίοις ἐπολέμει, Βρασίδου στρατηγοῦντος αὐτῶν. οὗ

tus, & impudicus, & peregrinus; & ignobilis, & Cybeles filius a Comicis perstringebatur. Mysteriis enim Cybeles homines molles & semiviri intererant. Idem etiam facie avem referebat. Proverbium igitur illud de impudicis dicitur.

Κλεόμβροτος. Cleombrotus. Nomen proprium.

Κλεομένης. Cleomenes. Hic ob structas Ptolemæo Philopatori insidias male periit: vir tum in vitæ consuetudine & colloquiis familiaribus dexteritatis cujusdam singularis; tum etiam ad seria negotia tractanda optime ab ingenio comparatus, &, ut verbo dicam, ad ducis vel Regis munia obeunda a natura factus. De hoc vide etiam supra v. Ἄνευ ξύλου μὴ βαδίζειν.

Κλεομήδης. Cleomedes Astypalæensis Cicium Epidaurium in pugilatu occidit, & erepta sibi victoria præ dolore demens factus, cum Astypalæam rediisset, & ludum literarium, in quo erant LX pueri, ingressus esset, columnam, qua tectum sustinebatur, convulsit. Oppressis igitur ruina pueris, cum cives eum lapidibus peterent, in templum confugit, & in arcam se abdidit, attracto operculo: quod Astypalæenses amovere diu frustra conati, cum arcam tandem effregissent, neminem in ea invenerunt.

Κλεόνικος. Cleonicus. Nomen proprium.

Κλεόξενος. Cleoxenus & Democlitus scripserunt de facibus, quibus in bello ex composito signum datur. Horum opus Polybius Megalopolita correxit, ut ipse in historia sua refert.

Κλεώπας. Cleopas. Nomen proprium.

Κλεοπάτρα. Cleopatra.

Κλέος. Gloria.

Κλεοφῶν. Cleophon, Atheniensis, Tragicus. Inter fabulas, quas scripsit, & hæ sunt: *Actæon, Amphiaraus, Achilles, Bacchæ, Dexamenus, Erigone, Thyestes, Leucippus, Persis, Telephus.*

Κλέων. Cleon, Clexneti filius. Hic, cum Pyli, quæ & Sphacteria dicebatur, obsidio diutius protraheretur, eo missus est, homo furiosus, coriarii filius; qui in Reipub. administratione adversatus est Niciæ, Nicerati filio. Multis autem rebus gestis, tandem in Thraciam missus imperator multas urbes in suam potestatem redegit. Amphipolin vero profectus, cum Lacedæmoniis, quorum dux

1 Ὃς κακῶς μετήλλαξε τὸν βίον, ἀνὴρ γεν.] Locum hunc ex Polybii Histor. lib. v. cap. XXXIX. Suidas descripsit.

2 Κλεομήδης, Ἀστυπαλαιεὺς, Κίκκον τὸν Ἐπιδ.] Historia hæc, & ipsa etiam verba leguntur apud Pausaniam lib. VI. unde Suidas.

3 Κίκκον] Pausanias habet Ἴκκον.

4 Περὶ πυρσῶν] In prioribus Editt. pessime legitur περὶ Περσῶν, cujus loco scribendum esse περὶ πυρσῶν recte olim monuit vir solidæ eruditionis & Criticorum suæ ætatis nulli secundus Paulus Leopardus *Emendat.* lib. v. cap. XI. Scripserant enim Cleoxenus & Democlitus, non *de Persis*, ut Wolfius & Portus vulgata lectione decepti existimarunt; sed de ratione dandi per faces signi, ut constat ex Polybio, qui in Eclogis libri x. cap. 41. & 42. de variis πυρσείας modis agens, non solum testatur, Cleoxenum & Democlitum de hoc argumento scripsisse, sed etiam addit, se modum πυρσείας ab illis excogitatum & inventum correxisse. Verba Historici hæc sunt: Ὁ δὲ τελευταῖος ἐπινοηθεὶς διὰ Κλεοξένου, ἢ Δημοκλείτου, τυχὼν δὲ τῆς ἐξεργασίας δι' ἡμῶν, ἔστι μὲν ὡρισμένος, καὶ πᾶν τὸ κατεπεῖγον δυνάμενος ἀκριβῶς διασαφεῖν, & cæt. i. e. *Postrema ratio,* (πυρσείας scilicet) *cujus auctor est Cleoxenus, vel Democlitus, sed quam ipsi correximus, certa definitaque est; adeo ut, quicquid exortum fuerit negotii, id possis certo facere notum.* Ad hunc ipsum locum Suidas respexit. Præterea, περὶ πυρσῶν olim etiam scripserat Æneas, ut testatur Polybius ibidem, & ex eo Suidas supra v. Αἰνείας.

5 Τῶν δραμάτων αὐτοῦ] Præter fabulas, quarum Suidas hic meminit, scripserat etiam Cleophon Μανδροβούλον, cujus mentio exstat apud Aristotelem *Sophist. Elench.* lib. I. cap. XIV.

6 Κλέων, ὁ Κλεαινέτου] De hoc Cleone ejusque rebus gestis vide Thucydidem lib. IV. Eundem Aristophanes cum alibi in fabulis suis, tum præcipue in *Equitibus* sale Comico perfricuit.

καὶ μαχόμενος ὑπὸ Μυρκινίου πελταστοῦ βληθεὶς ἀπέθανε.

Κλεωναί. ὄνομα τόπου· ἔνθα διέτριβεν ὁ λέων, ὃν ἀνεῖλεν ὁ Ἡρακλῆς.

Κλεωναίου [1] χάρωνος. τοῦ χαροποῦ λέοντος.

Κλεώνη. ὄνομα τόπου περὶ τὴν Νεμέαν.

Κλεωνίδης. ὄνομα κύριον.

Κλεώνυμος. [2] οὗτος ῥίψασπις ἐγένετο. [3] Ἀριστοφάνης·

Εἴ τις ἐπιθυμεῖ ταξιαρχεῖν, ἐν ταῖς μάχαις

Πάσχει γε τοιαῦθ', οἷά περ Κλεώνυμος.

Καὶ παροιμία· Κλεωνύμου δειλότερος. [4] Ἀριστοφάνης·

Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι,

Ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

δειλὸς γὰρ ἦν. [5] ὑπόγυον δὲ εἶπε, τοῦ καιροῦ χρώμενος εἰς αἰσχύνην τοῦ δεδρακότος. μείζονα γὰρ τὰ ὑπόγυα πταίσματα τὴν συμφορὰν ἔχει.

Κλέπτειν. αἰπατικῆ. τὰ τὸ ἀλλότρια λάθρα ἀφαιρεῖσθαι. τὸ παραλογίζεσθαι.

Κλέπτης. ὁ τὰ ἀλλότρια ἀφαιρούμενος. παρὰ τὸ κλέπτω, τὸ ἐπιθυμῶ. καὶ κλέπτω, τὸ παραλογίζομαι. [6] Ὅμηρος· Μὴ κλέπτε νόῳ. κλέπτης δὲ ἀπὸ τοῦ καλύπτειν. τὸ παλαιὸν οὐ διεβέβλητο ἡ κλοπὴ, εἰ μὴ φωραθεὶς ὁ κλέπτων ὑπῆρχεν. [7] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Νὴ τὸν Δί', εἴγε δεῖ λαθεῖν αὐτὸν, πῶς οὐ κόσμιόν ἐστι;

τὸ κλέπτειν δηλαδή.

Κλέπτης μὲν οὐχὶ μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

παρῴδηται [8] παρὰ Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου·

Θνήσκω. σὲ δ' ἄλλη τις γυνὴ κεκτήσεται,

Σώφρων μὲν οὐχὶ μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Κλεπτόμενοι. ἀπατώμενοι. Ἔπεμπεν αὐτῷ δῶρα, γνοὺς κλέπτην ὄντα, καὶ καταδεέστερον τῆς ἐγκεχειρισμένης πίστεως. κλέπτον οὐδετέρως. [9] Ἀριστοφάνης·

——Ὡς δὲ καὶ κλέπτον βλέπει·

Οἷον σεσηρὼς ἐξαπατήσειν μ' οἴεται.

Κλεψιποτῶ. τὸ φειδομένως πίνω, καὶ φενακίζω τὸν συμπότην. Αὐτή γε μὴν κλεψιποτοῦσα καὶ σωφρονοῦσα.

erat Brasidas, bellum gessit: ubi etiam in pugna a Myrcinio cetrato percussus obiit.

Κλεωναί. Cleonæ. Nomen loci, ubi latibulum suum habebat leo, quem Hercules sustulit.

Κλεωναίου χάρωνος. Leonis Cleonæi, vel fulvi.

Κλεώνη. Cleone. Nomen loci circa Nemeam.

Κλεωνίδης. Cleonides. Nomen proprium.

Κλεώνυμος. Cleonymus. Hic in pugna clypeum abjecit. Aristophanes: *Si quis in bellis ordinum dux esse cupit, idem ei accidit, quod Cleonymo.* Et proverbium: *Cleonymo timidior.* Aristophanes: *Hæ (nubes) Cleonymum, qui clypeum in prælio abjecit, conspicatæ, propter hoc ipsum cervæ factæ sunt.* Erat enim timidus. Dixit vero χθὲς, ut Cleonymum nuper admodum abjecisse clypeum innueret, & sic temporis istius mentione facta dedecus ejus augeret. Mala enim recentia graviora esse solent.

Κλέπτειν. Furari. Aliena clam surripere. Item, decipere.

Κλέπτης. Fur. Qui res alienas surripit. A κλέπτω, concupisco, [furor.] Significat etiam κλέπτω, decipio, fallo. Homerus: *Ne me astutia mentis fallas.* Dicitur vero κλέπτης a καλύπτειν. Olim furtum non erat infame, nisi fur in ipso furto deprehensus fuisset. Aristophanes *Pluto: Per Jovem, si latere oportet eum, qui furtum admisit, quomodo id non videatur honestum?* Furari scilicet. † *Fur quidem non magis, at fortasse [magis] fortunatus.* Versus hic per parodiam expressus est ex loco illo Euripidis *Alcestide: Ego quidem morior. Te vero alia habebit mulier, non quidem castior, at fortasse fortunatior.*

Κλεπτόμενοι. Qui decipiuntur. *Misit ei dona, sciens eum esse furem, & minus fidelem in iis, quæ ejus curæ commissa erant.* Et κλέπτον, genere neutro. Aristophanes: *Ut furaces habet oculos! Ut exertis dentibus ridet, putans fore, ut me decipiat.*

Κλεψιποτῶ. Parce bibo, & compotorem fallo. *Hæc tamen parce bibens, & modeste se gerens.*

1 Χάρωνος] Id est, leonis. Hesychius: Χάρων. ὁ λέων. ἀπὸ τῆς χαροπότητος.

2 Οὗτος ῥίψασπις ἐγένετο] Id ipsum ex Aristophane constat, qui non solum in locis a Suida hic memoratis, sed etiam alibi Cleonymum eam ob causam perstringit. In *Equitibus* pag. 363.

Τοῦτ' ἔοικε τὸ πόρπακα τοῦ Κλεωνύμου.

Scholiasta: Δειλὸς γὰρ καὶ ῥίψασπις ὁ Κλεώνυμος. In *Vespis* pag. 432.

——Ἐδόκει αἰετὸν
Καταπτάμενον ἐς τὴν ἀγορὰν μέγαν πάνυ
Ἀναρπάσαντα τοῖς ὄνυξιν ἀσπίδα
Φέρειν ἐπίχαλκον ἀνεκὰς εἰς τὸν οὐρανόν.

Et in eadem fabula pag. 472.

——Χὼ μέγας οὗτος Κολακώνυμος ἀσπιδαποβλής.

Scholiasta ad eum locum: Κολακώνυμον δὲ εἶπε τὸν Κλεώνυμον. εἴρηται δὲ, ὅτι κόλαξ καὶ ῥίψασπις. Item in *Avibus* pag. 554.

Πῶς ἂν οὖν Κλεώνυμός γ' ὢν, οὐκ ἀπέβαλε τὸν λόφον;

Scholiasta: Οὐκ ἀπέβαλε τὸν λόφον. τὴν τῆς περικεφαλαίας. ὡς ῥίψασπις καὶ δειλὸς διαβάλλεται Κλεώνυμος. Et in *Pace* pag. 671.

Εἰ γάρ ποτ' ἐξέλθοι στρατιώτης, εὐθέως
Ἀποβολιμαῖος τῶν ὅπλων ἐγίγνετο.

De Cleonymo enim ibi loquitur Comicus.

3 Ἀριστοφάνης] In *Pace* pag. 652. (449. Ed. Bas. P.) ubi recte sic legitur:

Κεἴ τις ἐπιθυμῶν ταξιαρχεῖν, σοὶ φθονεῖ
Εἰς φῶς ἀνελθεῖν, ὦ πότνια γ', ἐν ταῖς μάχαις
Πάσχοι γε τοιαῦθ', οἷά περ Κλεώνυμος.

4 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 147. (81. Ed. Bas. P.) ubi locus hic plenius ita legitur:

Ταῦτ' ἄρα, ταῦτα Κλεώνυμον αὗται τὸν ῥίψασπιν χθὲς ἰδοῦσαι,
Ὅτι δειλότατον τοῦτον ἑώρων, ἔλαφοι διὰ τοῦτ' ἐγένοντο.

Scholiasta ad eum locum: Κλεώνυμον ὡς δειλὸν, καὶ ἐπὶ τῆς παρατάξεως ῥίψαντα τὴν ἀσπίδα, οἵ τε ἄλλοι κωμῳδοὶ διαβάλλουσι πάντες, καὶ ἐν τοῖς Σφηξὶν ὁ αὐτός.

5 Ὑπόγυον δὲ εἶπε, τοῦ καιροῦ χρ.] Locus hic est mutilus. qui ex Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis sic suppleri debet: Τὸ δὲ χθὲς προσέθηκεν, ὡς ὑπόγυον τοῦ Κλεωνύμου ῥιψάσπιδος γεγονότος, τοῦ καιροῦ χρώμενος, & cæt.

6 Ὅμηρος] Il. A. v. 132.

7 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 60. (30. Ed. P.)

8 Παρὰ Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου] Versu 179. 180.

9 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 494. (343. Ed. Bas. P.)

Κλεψύδρα.[1] ἡ πηγή. διὰ τὸ ποτὲ μὲν πλημμυρεῖν, ποτὲ δὲ ἐνδεῖν.

Κλεψύδρα.[2] ὄργανον ἀστρολογικὸν, ἐν ᾧ αἱ ὧραι μετροῦνται. καὶ ὄνομα ἑταίρας. καὶ [3] δικαστήριον ἡ κλεψύδρα. καὶ [4] ἀγγεῖον, ἔχον μικροτάτην ὀπὴν περὶ τὸν πυθμένα, ὅπερ ἐν τῷ δικαστηρίῳ μεστὸν ὕδατος ἐτίθετο· πρὸς [5] ὃ ἔλεγον οἱ ῥήτορες.

Κλεψυδροῦν.[6] τὸ δικαστήριον.

Κλειγένης.

Κλειγένης [7] ὁ μικρὸς,
Ὁ πονηρότατος βαλανεὺς ὁπόσοι
Κρατοῦσι κυκησιτέφρου
Ψευδολίτρου τε κονίας,
Καὶ κιμωλίας γῆς.

Κυκησιτέφρου· κυκώσης τέφραν μεμιγμένην τῷ νίτρῳ. Κιμωλία δὲ, ἡ λευκὴ γῆ. λέγει οὖν, ὅτι πονηρότατός ἐστι πάσης γῆς, ὅσης οἱ βαλανεῖς κρατοῦσι, κιμωλίας, καὶ τέφρας, καὶ λοιπῆς τοιαύτης. ὡς βαλανέα δὲ αὐτὸν εἰσάγει, μικρὸν τὸ σῶμα.

Κλειδημίδης. ὄνομα κύριον. καὶ Κλείδημος, ὁμοίως.

Κλειδίον.

Κλεῖε [8] πυκτὰ δωμάτων. ἀντὶ τοῦ κλεῖε τὰς θύρας. Ὅμηρος·

Θύρας πυκινῶς ἀραρυίας.

Κλείθροις. κλειδώμασι.

Κλεῖμαξ,[9] καὶ κλειμακισμός. πάλαισμα ποιόν.

Κλειμήδης. ὄνομα κύριον. καὶ Κλεινίας· οὗ υἱὸς ὁ Ἀλκιβιάδης.

Κλεινός. ἔνδοξος. ἀπὸ τοῦ κλέους.

Κλείω. αἰτιατικῇ. τὸ δοξάζω, καὶ τὸ ἀποκλείω, καὶ ἀσφαλίζω.

Κλειώ. ὄνομα μιᾶς τῶν Μουσῶν.

Κλεὶς, κλειδός. καὶ ἡ αἰτιατικὴ τῶν πληθυντικῶν, τὰς κλεῖς.

Κλεισθένην ὁρῶ. [10] Ἀριστοφάνης. οὗτος ἀεὶ ἐξυρᾶτο. λέγεται οὖν ἐπὶ τῶν ἀεὶ ξυρωμένων. ἦν δὲ Σιβυρτίου καὶ τοῦτο ἔπραττε διὰ τὸ νέος φαίνεσθαι ἀεί. τοῦτο ἔπραττε καὶ Στράτων.

Ὦ θερμόβουλον πρωκτὸν ἐξυρημένε,
Τοιόνδε δὴ, πίθηκε, τὸν πώγων' ἔχων
Εὐνοῦχος ἡμῖν ἦλθες ἐσκευασμένος;
Ὁδὶ δὲ τίς ποτ' ἐστίν; οὐ δή που Στράτων;

Κλεψύδρα. Clepsydra. Fons quidam, [sic dictus,] quod interdum exundet, interdum vero deficiat.

Κλεψύδρα. Clepsydra, instrumentum astrologicum, quo horas metimur. Est & nomen meretricis. Item locus Judicii. Et vas, in fundo minimum foramen habens, quod aqua plenum in Judicio ponebatur: ad quod Oratores causas perorabant.

Κλεψυδροῦν. Judicium.

Κλειγένης. Cligenes. [Aristophanes:] *Cligenes ille parvus, balneatorum omnium pessimus, qui pulverem ex cinere & falso nitro mixtum & cretam tractant.* Κυκησιτέφρου est, subigentis & macerantis cinerem nitro mixtum. Κιμωλία vero, terra alba, sive creta. Dicit igitur illum esse pejorem quavis terra, quam balneatores tractant, creta, cinere, & reliqua tali. Introducit vero eum ut balneatorem, exigua corporis statura præditum.

Κλειδημίδης. Clidemides. Nomen proprium. Et Clidemus, itidem.

Κλειδίον. Clavicula. Parva clavis.

Κλεῖε πυκτὰ δωμάτων. Claude fores ædium. Homerus: *Fores firmiter aptatas & compactas.*

Κλείθροις. Claustris.

Κλεῖμαξ. & κλειμακισμός. Quoddam luctæ genus.

Κλειμήδης. Climedes. Nomen proprium. Et Clinias: cujus filius Alcibiades.

Κλεινός. Inclytus. Illustris. A κλέος.

Κλείω. Laudo. Celebro. Item claudo, & munio.

Κλειώ. Clio. Nomen unius ex novem Musis.

Κλεὶς, κλειδός. Clavis. Et accusativus pluralis, τὰς κλεῖς, claves.

Κλεισθένην ὁρῶ. *Clisthenem video.* Aristophanes. Dicitur de iis, qui semper raduntur. Hic enim identidem radebatur, ut juvenis semper videretur. Erat autem Sibyrtii filius. Idem & Strato faciebat. [Aristophanes:] *O podicem habens prompti consilii, eumque rasum! Tali ne cum barba, eoque cum habitu ad nos venis, cum sis eunuchus? Hic vero quis est? Annon Strato?*

1 Κλεψύδρα. ἡ πηγή] De hoc fonte audiendus est Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, pag. 616. Κλεψύδρα, κρήνη ἐν Ἀκροπόλει, ἣ Ἴστρος ἐν τῇ ιβ' μέμνηται, τὰ παρὰ τῆς συγγραφεῖσιν ἀναλεγόμενος. ἥτις δὲ ὠνόμασται, ἐπειδὴ ἀρχομένων τῶν Ἐτησίων πληροῦται, παυομένων δὲ, λήγει, ὁμοίως τῷ Νείλῳ· ὥσπερ καὶ τὴν ἐν Δήλῳ κρήνην. Confer etiam Hesychium.

2 Κλεψύδρα. ὄργανον ἀστρολ.] Vide Petavium ad Synesium, pag. 21.

3 Καὶ δικαστήριον ἡ κλεψ.] Hæc ita accipienda non sunt, quasi vox κλεψύδρα simpliciter & sensu Grammatico per δικαστήριον exponi posset: sed respexit Suidas ad locum illum Comici in *Vespis* pag. 437.

Ὁ νοῦς πέτεται τὴν νύκτα περὶ τὴν κλεψύδραν.

Ibi enim Scholiasta τὸ κλεψύδραν interpretatur δικαστήριον: quæ expositio vera est, si sensum istius loci, non vero, si propriam nominis significationem spectes.

4 Ἀγγεῖον, ἔχον μικροτ. —— οἱ ῥήτορες] Ex Enarratore Comici ad *Acharnenses* pag. 404. Confer eundem Enarratorem ad *Vespas* pag. 437.

5 Πρὸς ὃ ἔλεγον οἱ ῥήτορες] Vide, quæ notavimus supra ad v. Διαμεμετρημένη ἡμέρα.

6 Κλεψυδροῦν. τὸ δικαστήριον] Vide quæ diximus paulo ante ad verba illa Suidæ, καὶ δικαστήριον ἡ κλεψύδρα.

7 Κλειγένης ὁ μικρὸς, ὁ πονηρ.] Aristoph. *Ranis* pag. 246. (158. Ed. Bas. P.)

8 Κλεῖε πυκτὰ δωμάτων] Aristophanes *Acharnens.* pag. 394. (281. Ed. Bas. P.)

9 Κλεῖμαξ, καὶ κλειμακισμός] Rectius κλίμαξ. καὶ κλιμακισμός, per ι. Vide supra v. Διακλιμακίσας.

10 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 376. (266. Ed. Bas. P.)

Εὐνοῦ-

Κλεισθένης. [1] Ἀριστοφάνης.

Καὶ πῶς ἂν γένοιτ' εὔτακτος πόλις,
Ὅπου θεὸς γυνὴ γεγονυῖα πανοπλίαν
Ἕστηκ' ἔχουσα· Κλεισθένης δὲ κερκίδα;

ὡς γυναικώδης γὰρ διεβέβλητο Κλεισθένης.

Κλεισθένους ἀκρατέστερος. οὗτος [2] ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο, καὶ ἐγυναικίζετο. καὶ Κρατῖνος·

Ληρεῖς [3] ἔχων. γράφων αὖτ' ἐν ἐπεισοδίῳ,
Γελοῖος ἔσται Κλεισθένης κυβεύων.

Κλείσιον. τόπος, ἐν ᾧ ἵστανται οἱ βόες.

Κλεῖσον. κατάκλεισον.

Κλεισοῦραι. [4] οὕτω καλοῦνται [5] τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων τῇ πατρίῳ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ.

Κλείσοφος. [6] Ἐπεὶ οἱ Ἕλληνες [7] Κλεισόφους τε ᾄδουσι, καὶ Θήρωνας, καὶ Στρουθίας, καὶ Χαιρεφῶντας, ἀνθρώπους ἐσθίειν εἰδότας εἰς κόρον, καὶ δεινοὺς γαστέρας· φέρε καὶ ἡμεῖς καί τι παίσωμεν, παρασίτου μνημονεύσαντες ἡμεδαποῦ.

Κλειταγόρα, [8] ποιήτρια Λακωνική. μέμνηται δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι.

Κλείταρχος.

Κλειτή. ἔνδοξος. σημαίνει καὶ ὄνομα γυναικὸς μιᾶς τῶν Ἀμαζόνων.

Κλειτόμαχος, [9] Θηβαῖος, ἐν Ἰσθμῷ τοὺς παλαιστὰς καὶ πύκτας καὶ παγκρατιαστὰς ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἐνίκησε, καὶ ἐν Πυθοῖ τοὺς παγκρατιαστάς. ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ δεύτερος ὢν μετὰ Θάσιον, ἐπὶ παγκρατίῳ τε ἀνηγορεύθη καὶ πυγμῇ, ἐπάλαισε δὲ καὶ Ἠλείῳ Κάπρῳ, καὶ ἐπαγκρατίασεν ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς. νικήσαντος δὲ Κάπρου, ἔλεγεν ὁ Κλειτόμαχος, ὡς δίκαιον ἦν, εἰ εἰσεκαλέσαντο εἰς τὸ παγκράτιον, πρὶν ἢ λαβεῖν αὐτὸν ἐν τῇ πυγμῇ τραύματα. ἐσκληθέντος οὖν τοῦ παγκρατίου, κρατηθεὶς ὑπὸ Κάπρου, ὅμως ἠγωνίσατο πρὸς τοὺς πύκτας [10] ἐρρωμένως καὶ ἀκμῆτι τοῦ σώματος, καὶ [11] μόνος μιᾶς ἡμέρας εἴληφε πάλης καὶ παγκρατίου στέφανον· ἐν μὲν παγκρατίῳ τὸν εἰρημένον Κλειτόμαχον, ἐν δὲ πάλῃ τὸν Παιάνιον καταγωνισάμενος, ἄνδρα πολλοὺς εἰληφότα στεφάνους. ὥστε μετὰ μεγάλων πόνων καὶ ἰσχυρᾶς ταλαιπωρίας ἐγένοντο αὐτῷ αἱ νῖκαι.

Κλειτοριάζειν. τὸ ἀκολάστως ἅπτεσθαι τοῦ γυναικείου αἰδοίου.

Κλεισθένης. Clisthenes. Aristophanes: *Sed quomodo civitas poterit esse bene constituta, in qua Dea fœmina stat arma bellica tenens; Clisthenes vero radium textorium?* Clisthenes enim ob effœminatos mores male audiebat.

Κλεισθένους ἀκρατέστερος. Clisthene libidinosior. Hic ob impudicitiam male audiebat, & fœminarum mores mollitiemque imitabatur. Et Cratinus: *Nugaris. Scribe ipse in episodio: Ridiculus erit Clisthenes alea ludens.*

Κλείσιον. Locus, in quo stant boves. Stabulum.

Κλεῖσον. Claude. Conclude.

Κλεισοῦραι. Sic patrio Romanorum sermone vocantur montium claustra, vel angusti aditus.

Κλείσοφος. Clisophus. *Quia Græci celebrant Clisophos, & Therones, & Struthias, & Chærephontes, homines voracissimos, & ventris inexplebilis; age & nos ludamus aliquid, nostratis parasiti mentionem facientes.*

Κλειταγόρα. Clitagora, poetria Laconica: cujus meminit Aristophanes *Danaidibus.*

Κλείταρχος. Clitarchus.

Κλειτή. Inclyta. Illustris. Est etiam nomen unius ex Amazonibus.

Κλειτόμαχος. Clitomachus, Thebanus, in Isthmo luctatores & pugiles & quinquertiones eodem die vicit, & in Pythiis quinquertiones. Olympiæ vero alter post Thasium, pancratio & pugilatu victor renuntiatus est. Luctatus est etiam cum Eleo Capro, & pancratio certavit eodem die. Victore autem Capro, Clitomachus dixit, æquum esse ad pancratium se vocari, priusquam in lucta vulnera accepisset. Facta igitur potestate pancratio certandi, a Capro superatus, nihilominus invicto corporis robore adversus pugiles usus est. Caper autem uno die luctæ & pancratii coronam accepit: in pancratio, Clitomacho, quem diximus; in lucta vero Pæanio superato, viro, qui multas palmas meruerat. Itaque non sine magnis laboribus & molestiis victorias adeptus est.

Κλειτοριάζειν. Mulicbre pudendum lascive attrectare.

1 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 580. (400. Ed. Bas. *P.*) Versum autem primum, cujus metrum claudicat, sic leges:

Καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις.

2 *Οὗτος ἐπὶ κιναιδίᾳ διεβέβλητο, καὶ ἐγυν.*] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 147. (81. Ed. Bas. *P.*)

3 *Ληρεῖς ἔχων. γράφων αὖτ' ἐν ἐπεισ.*] Producat mihi aliquis integram Cratini fabulam, & fragmentum hoc illustrare & emendare conabor. Dura, inquiet aliquis, conditio. At nostra longe durior, si Lector a nobis exigere velit, ut ex corruptis & laceris fragmentorum reliquiis verum auctorum sensum semper eruamus.

4 *Κλεισοῦραι. οὕτω καλοῦνται τὰ ὀχυρώματα τῶν διαβ.*] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. VII. cap. XIV.

Κόκκος. Coccus, orator Atheniensis, Isocratis discipulus. Scripsit orationes.

Κοκκῦ. Attice, pro ταχεῖ. Veloci.

Κοκκύαι. Aviæ. *Prope antiquas vestras avias sedens.*

Κοκκύζω. Cuculi vocem imitor.

Κοκκύσω. Signum dabo.

Κοκκύμηλα. Genus mali. Coccymela: quæ apud nos Βρεκόκκια vocantur.

1 Ὥσπερ τῶν πτηνῶν καὶ τῶν πεζ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Philoponi in lib. II. Aristotelis *de Anima*, M. III. b.

2 Κοδάλου] Diogenianus scribit Κωδάλου, per ω.

3 Κοδημήϊον] Potius κωδημήϊον: quod Ionicum est pro κωδημεῖον. Vide Pollucem & Hesychium.

4 Κοδράντης] Occurrit hæc vox Matth. v. 26. Confer Hesychium h. v. & Frid. Gronovii Mantissam Pecuniæ Veteris cap. III.

5 Τὸ πᾶν] Proprie κοδράντης non est ipsum totum, sed minima pars totius. Quare qui ad quadrantem solvit, totam summam solvere intelligitur: quod ipsum Suidas hic innuere vult.

6 Κοδρᾶτος, Ῥωμ.] De hoc vide Vossium lib. II. *de Hist. Gr.* cap. XVI. & Salmasium ad Julium Capitolinum in *Vero*.

7 Χιλιετηρίδα] Hoc opus Vossius & Salmasius signari putant a Stephano Byzantio, qui v. Ἄνθει Quadrati Ῥωμαϊκῆς χιλιάδος; & v. Ὀξύβιοι, ejusdem Ῥωμαϊκῆς χιλιαρχίας laudat.

8 Ἕως Ἀλεξάνδρου τοῦ Μαμμ.] Imo potius ἕως Φιλίππου. Annus enim millesimus ab V. C. incidit in imperium Philippi, a quo propterea ludos seculares celebratos fuisse constat.

9 Κοδρίτης. ἄρτος] Portus recte monuit, legendum esse, κοδράτους ἄρτους, ex Athenæo: qui lib. III. pag. 114. inter alia & hæc scribit: Βλωμιαίους τε ἄρτους ὀνομάζεσθαι λέγει τοὺς ἐγχύτους ἐντομάς, οὓς Ῥωμαῖοι κοδράτους λέγουσι.

10 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. 589. (407. Ed. Bas. P.) Τίς ἡ 'πίνοια; τίς ὁ κόθορνος τῆς ὁδοῦ;

11 Θηραμένης] Vide nos supra ad v. Θηραμένης.

12 Κόθουρος] Est notissimum epithetum fuci apud Hesiodum.

13 Κοθωκίδης] Vide Meurs. *de Pop. Att.* v. Κοθωκίδαι.

14 Κοκκιανός. ὁ Δίων] Vide supra v. Δίων.

15 Κοκκῦ. Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ταχεῖ] Scribe, Κόκκυ. Ἀττικῶς ἀντὶ τοῦ ταχύ. Vide Etymologum.

16 Ἀφ' ὑμέων κοκκ.] Portus emendat & legit: Πὰρ δ' ὑμέων κοκκύῃσι καθημένη ἀρχαίῃσι. Sic saltem metrum se recte habet.

17 Κοκκύσω] Ex Schol. Aristoph. ad *Ranas* p. 276. (183. Ed. Bas. P.)

Κόκκυξ. εἶδος ὀρνέου· ὃ παρ' ἡμῖν κοῦκκος.

Κόκλης. Ἐπηρώθη Ὁράτιος ὁ Ῥωμαῖος τὸν ὀφθαλμόν. καὶ ἐπεκλήθη Κόκλης. τὸν γὰρ ὀφθαλμὸν ὄκλουμ καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

Κόλα. ἡ γαστήρ.

Κόλαβος. ὁ μικρὸς ψωμός.

Κολλάβους.[1] τοὺς ἄρτους, τοὺς ἐοικότας τῷ πλάσει τοῖς κολλάβοις τῆς κιθάρας. οἱ δὲ εἶδος πλακοῦντος τετραγώνου, ἢ ἄρτου μικροῦ· παρὰ τὸ ἐκ μεγάλων κολλυβίζεσθαι. κόλλαβοι γάρ, καὶ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια.

Κολαβρισθείη.[2] χλευασθείη. ἐκλιναχθείη. ἀτιμασθείη. κόλαβρος γάρ, καὶ χάλαβρος, ὁ μικρὸς χοῖρος. ἀντὶ τοῦ, οὐδενὸς λόγου ἄξιος νομισθείη.

Κολακεία. ἡ ἀπάτη.

Κολάκρετον.[3] Ἀριστοφάνης[4] Καὶ νῦν ἀπεχνῶς ἐθέλω παρέχειν, ὅτι βούλει, σοὶ· πλὴν τοῦ κωλακρέτου γάλα πίνειν.

Κόλαξ. ἀπατεών.

Κολασσαεύς. ἀπὸ τόπου. καὶ[5] Κολασσαεῖς, οἱ Ῥόδιοι οἵ τινες ἀνέστησαν ἐν τῇ νήσῳ χαλκοῦν ἀνδριάντα τοῦ ἡλίου, ὃν διὰ τὸ μέγεθος ἐκάλεσαν Κολοσσὸν ἐπὶ Σελεύκου τοῦ Νικάνορος υἱοῦ,[6] διαδόχου Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. ἐν Ἐπιγράμματι·

[7] Αὐτοῦ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακύναντο Κολοσσὸν
Τόνδε Ῥόδου ναέται Δωριέες, Ἀέλιε,
Χάλκεον, ἡνίκα κῦμα κατευνάσαντες Ἐνυοῦς
Ἔστεψαν πάτραν δυσμενέων ἐνάροις.

Κολαινίς.[8] ἐπώνυμον Ἀρτέμιδος. ἀπὸ Κολαίνου, τοῦ κτίσαντος τὸ ἱερόν. ἢ διὰ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα θῦσαι αὐτῇ κῶλον. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ὀρνέου κολαινίς.

Κολλεκτάβειος.[9] ἀργυραμοιβός. ἤτοι ὁ κέρμα ἀντὶ ἀργύρου ἀλλασσόμενος. τραπεζίτης. ὁ[10] ἀργυροπράτης. κολλεκτάβειος.

Κολεόπτερον.[11] εἶδος ζωϋφίου πτηνοῦ. παρὰ τὸ ὡς ἐν κολεῷ τὰ πτερὰ συνέχειν τοῦ ἐλύτρου.

Κολεός. ἡ ξιφοθήκη.

Κολεβῶσι. κατὰ κώλου τύπτουσιν.[12] Ἀριστοφάνης Νε-

Κόκκυξ. Cuculus. Genus avis, quam nos κοῦκκον vocamus.

Κόκλης. Cocles. Horatius Romanus, cum alterum oculum amisisset, vocatus est Cocles. Quem enim Græci vocant ὀφθαλμὸν, Romani *oculum* dicunt.

Κόλα. Venter.

Κόλαβος. Parva buccella.

Κολλάβους. Sic vocant panes, qui forma sunt similes citharæ verticillis. Alii vero sic vocari ajunt genus placentæ quadratæ, vel parvi panis; sic dicti, quod ex frustis majorum massarum confectus sit. Κόλλαβοι vero [proprie sunt] verticilli, quibus nervi intenduntur & remittuntur.

Κολαβρισθείη. Derideatur. Explodatur. Ignominia afficiatur. Κόλαβρος enim & χάλαβρος est parvus porcellus. Vel, nullo in pretio habeatur.

Κολακεία. [Assentatio.] Fraus. Deceptio.

Κολάκρετον. Aristophanes: *Et nunc sane omnia tibi præbebo, quæ vis, præter lac Colacretæ bibendum.*

Κόλαξ. Impostor. Deceptor.

Κολασσαεύς. Colassaensis: a loco [sic dictus.] Et Colossaenses [dicti sunt] Rhodii: qui in insula [Rhodo] æream statuam Solis erexerunt, quam propter magnitudinem vocarunt Colossum: sub Seleuco Nicanoris filio, successore Alexandri Magni. In Epigrammate: *Hunc tibi Colossum æreum, Sol, Rhodii a Doribus oriundi ad cælum eduxerunt, postquam fluctu belli sopito patriam hostium spoliis ornarunt.*

Κολαινίς. Colænis. Epithetum Dianæ: a Colæno, qui templum ei condidit. Vel, quia Agamemnon ei membrum [animalis] immolavit. Est etiam κολαινὶς avis quædam.

Κολλεκτάβειος. Qui nummos viliores & minutiores argento permutat. Mensarius. Argentarius.

Κολεόπτερον. Animalculum quoddam volucre: sic dictum, quod alæ ejus involucro quodam, tanquam vagina, tectæ sint.

Κολεός. Vagina gladii.

Κολεβῶσι. Ventrem verberant. Aristoph.

1 Κολλάβους. τοὺς ἄρτους. τοὺς ἐοικ.] Et hæc excerpta sunt ex Scholiasta Aristoph. ad *Ranas* pag. 236.

2 Κολαβρισθείη] Voce hac usi sunt LXX interpretes *Jobi* cap. v. 4. Κολαβρισθείησαν δὲ ἐπὶ θύραις ἡσσόνων. Olympiodorus ad illum locum: Τουτέστιν, ἐπιβλεβείησαν. ἐξεμπαιχθείησαν. Et rursus: Εὐτελεῖς νομισθήσονται, καὶ οὐδενὸς λόγου ἄξιοι, ἀλλοτρίαις θύραις προσεδρεύοντες, καὶ ταῦτα τῶν ἐλαττόνων. Huc etiam referendum est illud Hesychii: Καλαβρισθείησαν, χλευασθείησαν. Ubi nota primam istius vocis syllabam per α scribi. Apud eundem tamen alibi per ω: Κωλαβρισθείησαν. κρατηθείησαν. ποδηγηθείησαν. Ubi, quod obiter moneo, τὸ ποδηγηθείησαν est vocis præcedentis emendatio, non autem nova τοῦ κολαβρίζειν explicatio: de quo interpolationis genere alibi plura diximus. Vel, si hæc conjectura minus placeat (quam tamen veram esse existimo) pro κρατηθείησαν legi potest μυκτηρισθείησαν. Τὸ κολαβρίζεσθαι enim a Grammaticis exponitur χλευάζεσθαι: cui τὸ μυκτηρίζεσθαι significatione respondet. Cæterum, Bochartus *Hieroz.* Part. 1. pag. 707. recte monuit, τὸ κολαβρίζεσθαι apud Hellenistas significare *contemni*, quod porcello, qui κόλαβρος dicebatur, & a quo τὸ κολαβρίζεσθαι deductum est, apud Judæos nihil esset contemptius.

3 Κολάκρετον] Miror hic stuporem compilatoris, qui cum in subjuncto loco Aristophanis reperiret κωλακρέτου, vel potius κωλακρέτου, per ω; existimavit, casum ejus rectum esse κολάκρετον vel κολάκρετος; qui est κωλακρέτης. Vide infra v. Κωλακρέται.

4 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 483. (337. Ed. Bas. *P.*) ubi locus hic ita legitur & distinguitur:

Καὶ νῦν ἀπεχνῶς ἐθέλω παρέχειν
Ὅ, τι βούλει, σοί,
Πλὴν κωλακρέτου γάλα πίνειν.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

5 Κολασσαεῖς] MS. Paris. A. habet Κολοσσαεῖς: quod præferendum est.

6 Διαδόχου] Hæc vox deest in prioribus Editt. quam fide optimi MS. Paris. A. loco huic restitui.

7 Αὐτοῦ σοὶ πρὸς Ὄλυμπον ἐμακ.] Epigramma hoc legitur Anthol. lib. v. cap. 1. init. Vide etiam Scaligerum ad Euseb. pag. 137.

8 Κολαινίς. ἐπώνυμον Ἀρτέμιδος. ἀπὸ Κολ.] Ex Enarratore Comici ad *Aves* pag. 582.

9 Κολλεκτάβειος] Vide supra v. Ἀργυραμοιβός.

10 Ἀργυροπράτης] Vide Salmasium *de Trapezit. Fœnore* pag. 553. & seq.

11 Κολεόπτερον] Vide paulo inferius v. Κολεόπτερος.

12 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 158. (91. Ed. Bas. *P.*)

φέλαις·

φίλαις· Τοῦτον τὸν δείλαιον κολεβῶσ' ἀεί. ἢ καταπατοῦσιν. ἀπὸ τῶν τὰς ἐλαίας καταπατούντων. οἱ δὲ, τὸ ἐνάλλεσθαι τῇ κοιλίᾳ.

Κωλιάς. ¹ ἐπιθαλασσία ἄκρα τῆς Ἀττικῆς· ἀπὸ τοῦ κώλου ὠνομασμένη. καὶ ἔστιν αὐτόθι Ἀφροδίτης ἱερὸν Κωλιάδος.

Κόλιξ. ² ὁ ἄρτος. ὅθεν καὶ κολούειν ἀπὸ ³ τοῦ κολοβόν. καὶ πληθυντικῶς κόλικες, ἀρσενικῶς, ⁴ παρὰ Ἀριστοφάνει, ἄρτοι.

Κολοβόν. τὸ ἐλλεῖπον. καὶ κολοβός. ὁ σιμός.

Κολοβόρριν. ὁ μικρόρριν.

Κολεκβυάν. γένος τι Περσικὸν ἀττελέβοις ὅμοιόν ἐστι.

Κολόκυμα. ⁵ τὸ κωφὸν κῦμα, καὶ μὴ ἐπικαχλάζον.

Ὠθῶν κολόκυμα, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.

Ἀριστοφάνης.

Κολοκύντη. μαγείρη. καὶ παροιμία· Κολοκύντης ὑγιέστερος.

Κόλον. κενὸν, μάταιον. κολοβόν. ⁶ Ὅμηρος.

Πῆλ' αὔτως ἐν χερσὶ κόλον δόρυ.

καὶ ἐν Ἐπιγράμματι· ⁷ Τοῦτο τὸ δίπηχυ κόλον κέρας ὑβρακιώτης βουκολγὸς ταύρου κλάσας ἀπηγγέλλου.

Κολοσσός. ἄγαλμα. ⁸ Ὥσπερ ὁ Ῥοδίων Κολοσσὸς διὰ μέγεθος καταπληκτικὸς ὢν, οὐκ ἦν ἐράσμιος· οὕτως ⁹ οὐδὲ Σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸς ἦν.

Κολοσύρτης, ¹⁰ καὶ κολοσυρτός. θόρυβος, μεγάλως αἰρομένης τῆς κόνεως, καὶ εἰς ἀέρα ἰκνουμένης. τὸ γὰρ κοῖλον κυρτώσεως καὶ ὑπεροχῆς μετέχει. βέλτιον, ὁ ὑπὸ τῶν ¹¹ κόλων συρόμενος κονιορτός.

Κολούεται. ἐμποδίζεται. Καὶ παρεκάλει τὴν πατρίδα σώζειν, ὅπλα λαβόντας, καὶ ὑβριστὴν δῆμον κολούειν. ἀντὶ τοῦ ἐμποδίζειν.

Κολούει. χρεωκοπεῖ. ἐλαττοῖ. Ὁρῶν τοὺς παῖδας ἐκδιαιτωμένους, τοὺς δὲ στρατιώτας πολλὰ κακὰ δρῶντας, ἀπῄει, τοὺς μὲν ἵνα ἐπιρρώσῃ, τοὺς δὲ, κολούσηται.

Κόλουθος, Λυκοπολίτης, Θηβαῖος, ἐποποιὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀναστασίου τοῦ βασιλέως. ¹² ἔγραψε Καλυδωνικὰ ἐν βιβλίοις ς'. καὶ Ἐγκώμια δι' ἐπῶν. καὶ Περσικά.

Nubibus: Miseri hujus ventrem semper verberant. Vel, conculcant. [Per translationem ductam] ab illis, qui oleas calcant. Secundum alios autem [vox ista significat,] ventri insultare.

Κωλιάς. Maritimum Atticæ promontorium, a membro sic dictum: ubi est Veneris Coliadis templum.

Κόλιξ. Panis quidam. Unde & κολούειν, pro κολοβόν, mutilum. Et numero plurali, & genere masculino, κόλικες, panes: apud Aristophanem.

Κολοβόν. Mutilum. Et κολοβός. Simus.

Κολοβόρριν. Qui parvas nares habet.

Κολεκβυάν. Genus quoddam [locustæ] Persicæ, attelebis simile.

Κολόκυμα. Fluctus surdus, nec ullum strepitum edens. Aristophanes: *Fluctus surdos movens, omniaque miscens & perturbans.*

Κολοκύντη. Cucurbita. Et proverbium: Cucurbita sanior.

Κόλον. Inane. Vanum. Mutilum. Homerus: *Frustra manibus mutilam vibrabat hastam.* Et in Epigrammate: *Bicubitale hoc & mutilum cornu tauri, armentum deserentis, Ambraciota bubulcus fregit.*

Κολοσσός. Colossus. Statua. *Ut Rhodiorum Colossus propter magnitudinem terribilis quidem erat; non autem amabilis: sic & Sebastianus ob pecuniæ contemptum admirationem quidem, non autem amorem in hominũ animis excitabat.*

Κολοσύρτης, & κολοσυρτός. Tumultus, quo fit, ut densus pulvis excitetur & sursum adscendat. Quod enim cavum est, id & incurvum est & eminens. Præstat vero [dicere, sic appellari pulverem,] qui a cremiis, cum humi raptantur, excitatur.

Κολούεται. Coercetur. Reprimitur. *Et hortabatur ipsos, ut armis sumptis patriam servarent, & insolentem populum coercerent.*

Κολούει. Debita rescindit. Novas tabulas facit. Minuit. [Coercet.] *Videns filios quidem dissolute viventes, milites vero multa mala facientes, discessit, ut hos quidem confirmaret, illos vero coerceret.*

Κόλουθος. Coluthus, Lycopolita, Thebanus, poeta Epicus: qui vixit temporibus Anastasii Imperatoris. Scripsit Calydonica libris sex. Encomia versibus. Item, Persica.

1 Κωλιάδος] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Nubes* pag. 126.

2 Κόλιξ] Vide Athen. lib. III. pag. 111.

3 Ἀπὸ τοῦ κολοβοῦ] Lege ἐπὶ τοῦ κολοβοῦ. Lectio enim vulgata inepta est, & sensui contraria. Vide paulo post v. Κολούεται.

4 Παρὰ Ἀριστοφάνει] *Ranis* pag. 239. (153. Ed. Bas. P.) Idem in *Acharnensibus* pag. 413.

Ὦ χαῖρε κολλικοφάγε Βοιωτίδιον.

Ubi Scholiasta: Κόλιξ· εἶδος ἄρτου στρογγύλου.

5 Κολόκυμα. τὸ κωφὸν κῦμα, καὶ μὴ ἐπικ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 329. (228. Ed. Bas. P.) Cæterum, locum hunc Suidæ, sed sine auctoris nomine, citat Eustathius ad Odyss. E. pag. 1539. 54. ubi sic inquit: Ὅτι δὲ ταυτὸν κολόκυμα καὶ κωφὸν κῦμα, δηλοῖ ὁ γράψας· Κολόκυμα, κωφὸν κῦμα καὶ μὴ ἐπικαχλάζον.

6 Ὅμηρος] Il. Π. v. 117.

7 Τοῦτο τὸ δίπηχυ κόλον κ.] Distichum hoc ita legendum & distinguendum est:

Τοῦτο Σάων τὸ δίπηχυ κόλον κέρας Ἀμβρακιώτης

Βουκολγὸς ταύρου κλάσας ἀπηγγέλλου.

Sic enim recte legitur in cod. MS. Anthologiæ ineditæ, ex quo Epigramma illud integrum exhibuimus supra v. Ἰξόν.

8 Ὥσπερ ὁ Ῥοδίων Κολοσσ.] Integrum locum scriptoris anonymi, ex quo fragmentum hoc decerptum est, producit Suidas infra v. Σεβαστιανός.

9 Οὕτως οὐδὲ Σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρ.] Ex ipso Suida infra v. Σεβαστιανὸς patet, locum hunc ita legendum & supplendum esse: Οὕτως οὐδὲ Σεβαστιανὸς διὰ τὸ ἀφιλοχρήματον θαυμαστὸς ὢν, χάριν ἴσχε. Hanc lectionem in versione expressi.

10 Κολοσύρτης, καὶ κολοσυρτός. θόρυβος, μεγ.] Eadem habet Etymologus.

11 Κόλων] An potius κάλων? Eustath. ad Il. M. p. 896. Κολοσυρτὸς δὲ κυρίως κτύπος, ὁ ἀπὸ κάλων, ἤγουν ξύλων συρομένων ἐν ὄρει. Subjungit tamen: Ἕτεροι δὲ τὴν ἐκ φρυγάνων συρομένων αἰρομένην κόνιν οὕτω καλοῦσι. Κόλα γὰρ, φασὶ, τὰ φρύγανα.

12 Ἔγραψε] Præter opera, a Suida hic recensita, scripsit etiam Coluthus poema de *Raptu Helenæ*, quod hodie adhuc exstat.

Κόλουρα.[1] τὰ μὴ ἔχοντα κέρκον. ἢ τὰ κολοβὴν ἔχοντα οὐράν· ἅπερ ἐν ταῖς ἱερουργίαις οὐ θύεται. καθόλου γὰρ, εἰ μὴ ἦν τέλειον καὶ ὑγιὲς, οὐκ ἐθύετο τοῖς Θεοῖς. [2] Ἀριστοφάνης· Ἀλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστιν, αὐτὴν κέρκον οὐκ ἔχει.

Κολουραία πέτρα. κοίλη. κεκαμμένη. ἢ στρογγύλη. παρὰ [3] Καλλιμάχῳ.

Κολούεια. τὰ κολοβὰς ἔχοντα οὐράς. τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ ἄρτων καὶ ἐπὶ ἰατρικῶν φαρμάκων λέγεται.

Κολοφών. τὸ πέρας. τὸ μέγα καὶ ὑψηλὸν ἀκρωτήριον. λαμβάνεται δὲ καὶ [4] ἐπὶ μεγάλων κακῶν.

Κολοφωνία.[5] εἶδός τι, παρόμοιον πίσσῃ.

Κολοφώνιος. ὄνομα κύριον.

Κόλλοψ. ἡ χορδή. καὶ κόλλοπας.

Κολωνάων, καὶ [6] νησάων. παραλόγως ἐχρήσατο Καλλίμαχος. οὐ γὰρ παράγεται ἀπὸ τῆς κολώνης, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ κολωνοῦ.

Κολωνέτας.[7] οὕτως ὠνόμαζον τοὺς μισθωτούς· ἐπειδὴ περὶ τὸν κολωνὸν εἱστήκεσαν, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς· ἔνθα τὸ Ἡφαιστεῖον καὶ τὸ Εὐρυσάκειόν ἐστιν. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ κολωνὸς οὗτος ἀγοραῖος. ἦν δὲ καὶ ἕτερος κολωνὸς, πρὸς τὸ Ποσειδῶνος ἱερόν. [8] οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων.

Κολωνία. ὄνομα τόπου.

Κολώνη. πόλις μεγάλη. Ὁ δὲ ἐπὶ κολώνης τινὸς ἱδρύσας τοὺς περὶ αὐτὸν ἱππεῖς, τοῦ χάρακος τὴν θέσιν ἐσκόπει.

Κολωνός. γῆς ἀνάστημα. τόπος ὑψηλός. [9] Προκόπιος· Ἐπειδὰν δὲ εἰς τὸν τοῦ ὄρους κολωνὸν ἵκωνται, ἐνταῦθα ἡσυχάζοντες τὸ λοιπὸν διανυκτερεύουσιν. Ἀρριανός· Καθεώρων κολωνοὺς λίθων πολλαχοῦ τοῦ ὄρους νενεμημένους· τοὺς μὲν, μείζους· τοὺς δὲ ἐλάττους· οὓς εἴκαζον ἐκ τοῦ πεδίου συνενηνέχθαι. ἦν γὰρ οὐ φύσει ἄλιθον, οὐδὲ εὔγειον τὸ πεδίον, ἀλλ', οἷον εἰκασθῆναι, ἐκκεκαθαρμένον.

Κολωός. ὁ θόρυβος.

Κόλπος.[10] ἐπὶ Θεοῦ, ὁ τῶν ἀγαθῶν θησαυρός. χεὶρ δὲ, ἡ ἐνέργεια. Ἵνα τί ἀποστρέφεις τὴν χεῖρά σου ἐκ μέσου τοῦ κόλπου σου;

Κολοιόπτερα,[11] καὶ κολεόπτερα ζῶα. ὁ κάνθαρος, καὶ ἡ μηλολόνθη, καὶ εἴ τι ἄλλο.

Κολοιὸς ποτὶ κολοιὸν ἱζάνει. Φιλάλληλον γὰρ τὸ ζῶον,

Κόλουρα. Quæ cauda carent. Vel, quæ caudam habent mutilatam. [Animalia autem, quæ talia sunt,] Diis non sacrificantur. Nulla enim victima, quæ non esset integra & sana, Diis immolabatur. Aristophanes: *Sed neque ad sacrificium apta est [porcella ista,] quia caudam non habet.*

Κολουραία πέτρα. Rupes cava, incurva, vel rotunda. Apud Callimachum.

Κολούεια. Mutilas caudas habentia. Sed & de panibus & medicamentis vox ista dicitur.

Κολοφών. Colophon. Finis. Magnum & excelsum promontorium. Item de magnis malis dicitur.

Κολοφωνία. Genus [resinæ,] pici simile.

Κολοφώνιος. Colophonius. Nomen proprium.

Κόλλοψ. Chorda. Et κόλλοπας, chordas.

Κολωνάων, & νησάων. [His genitivis] Callimachus nove prorsus usus est. Neque enim nominativus est κολώνη, sed κολωνός.

Κολωνέτας. Colonetas. Sic vocabant mercenarios, quod ad κολωνὸν, i. e. tumulum stare solerent, qui est prope forum; ubi & Vulcani & Eurysacis est templum. Hic autem tumulus vocabatur ἀγοραῖος, i. e. forensis. Erat & alter ad fanum Neptuni; qui forte fuerit κολωνὸς τῶν ἱππέων, i. e. collis equitum.

Κολωνία. Colonia. Nomen loci.

Κολώνη. Urbs magna. [Item collis.] *Ille vero equitibus in colle quodam collocatis, castrorum situm spectabat.*

Κολωνός. Terræ tumulus. Locus excelsus. Procopius: *Cum autem in montis verticem pervenerint, illic reliquum temporis quieti pernoctent.* Arrianus: *Videbant acervos lapidum in variis montis partibus jacentes, alios majores, alios vero minores: quos ex planitie congestos esse suspicabantur. Erat enim campus ille natura lapidosus, nec bonum habens solum, sed, ut conjici poterat, a lapidibus purgatus.*

Κολωός. Tumultus. Strepitus.

Κόλπος. Sinus. Quum de Deo dicitur, idem valet ac bonorum thesaurus. Manus vero, actionis efficacia. [David:] *Cur avertis manum tuam a medio sinus tui?*

Κολοιόπτερα, & κολεόπτερα ζῶα. Animalia, quorum alæ vaginis tectæ sunt: ut scarabæus, melolonthe, & similia.

Κολοιὸς ποτὶ κολ. *Graculus juxta graculum.*

1 Κόλουρα. τὰ μὴ ἔχοντα κέρκον, ἢ τὰ κολοβ.] Ex Enarratore Comici ad *Acharnens.* pag. 409. (292. Ed. Bas. *P.*) Vide etiam Bochartum in *Hieroz.* Part. 1. pag. 524.

2 Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem locus hic ita legitur:
Ἀλλ' οὐδὲ θύσιμός ἐστιν αὐτή. Σαμωάν.
Πῶς δ'; οὐχὶ θύσιμός ἐστι; Κέρκον οὐκ ἔχει.

3 Παρὰ Καλλιμάχῳ] Locum Callimachi, ad quem Suidas respexit, profert Tzetzes ad Lycophronem pag. 79. Ἐγκύω δὲ τῆς Αἴθρας γενομένης, ὁ Αἰγεὺς ὑπὸ κοίλην πέτραν ἔθηκε ξίφος καὶ ὑποδήματα, ὥς φησι Πλούταρχος καὶ Καλλίμαχος λέγων·
Ἔργα δέ μιν Τροιζῆνι κολουραίη ὑπὸ πέτρῃ
Θῆκε σὺν ἀρπίδεσσι.
Vide omnino celeberrimum Bentlejum ad Fragm. Callim. LXVI. & Meursium in *Theseo* cap. III.

4 Ἐπὶ μεγάλων κακῶν] Theoph. Simoc. lib. I. cap. III. Μετὰ γὰρ τηλικοῦτον κολοφῶνα κακῶν, οἷά τινες ἀγωνοθέται καθήμενοι, &c. Nescio an Suidas huc respexerit.

5 Κολοφωνία] Portus, nescio quid somnians, τὸ Κολοφωνία nomen piscis alicujus esse existimabat, cum significet speciem quandam resinæ: cujus meminit Plinius lib. XIV. cap. XX.

6 Νησάων] Usus est hoc genitivo Callimachus hymno in Delum v. 66. & 275. ut Portus observavit.

7 Κολωνέτας. οὕτως ὠνόμαζον τοὺς μισθ.] Harpocratio, ex quo Suidas, habet κολωνίτας, per ι. Et sic Pollux: quem vide lib. VII. cap. XXX. Confer etiam Hesych. v. Κολωνός, & v. Ὀψὲ ἦλθες.

8 Οὗτος δ' ἂν εἴη ὁ τῶν ἱππέων] Pollux loco laudato: Δύο γὰρ ἦσαν τῶν κολωνῶν, ὁ μὲν ἵππιος (lege ἵππιος) ἐκαλεῖτο· οὗ μέμνηται, ὡς Οἰδίποδος εἰς αὐτὸν καταφυγόντος. Pausanias in *Atticis* pag. 58. Δείκνυται δὲ καὶ χῶρος, καλούμενος κολωνὸς Ἵππιος, ἔνθα τῆς Ἀττικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα. Vide etiam Anonymum in argumento *Oedipi in Colono.*

9 Προκόπιος] Lib. II. *Vandal.* cap. XII.

10 Κόλπος. ἐπὶ Θεοῦ, ὁ τῶν ἀγαθῶν θησ.] Ex Theodoreto in Psalm. LXXII. 11. pag. 691.

11 Κολοιόπτερα] Vide paulo ante v. Κολεόπτερα.

καὶ συναγελαστικόν. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν τοῖς ὁμοίοις προσομιλούντων.

Κολοιούς· ὄνομα ὀρνέων μικρῶν.

Κόλυβα. σῖτος ἑψητός.

Κολυβιστής. τραπεζίτης.

Κόλυθρον. εἶδος φυτοῦ.

Κολυμβάδα. ἐν τῷ Γεργέειμεν ζήτει.

Κολυμβήθρα. ὁ [1]κόλυμβος. [2]κόλυμβος δὲ, ὁ τοῦ λουτροῦ.

Κολύμβων.[3] εἶδος νομίσματος.

Κολλύρα.[4] εἶδος ἄρτου. ἢ ὁ μικρὸς ἄρτος, ὃν τοῖς παιδίοις διδόασιν. ἢ εἶδος πλακοῦντος. καὶ κολλυρίζω, τὸ τὰς λαλάγγας τηγανίζω. καὶ ἐπιχωρίως κολλύρια, τὰ λαλάγγια.

Κολυττεύς. παρὰ Λουκιανῷ εἰς τὸ Τίμων, ἢ Μισάνθρωπος. [5]Κολυττὸς δὲ, ὁ δῆμος τῆς Αἰγηΐδος.

Κολχική.[6] ἡ Λαζική.

Κομᾷ.[7] γαυριᾷ. μέγα φρονεῖ. στεφανοῦται. [8]χλοηφορεῖ. τελεῖ ὑπερβολῇ κοσμεῖται. ἢ περιουσίᾳ χρημάτων μεγαλαυχεῖ. Μὴ [9]φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσιν. ἀντὶ τοῦ τρυφῶσι. πλουτοῦσι. τὸ γὰρ κομᾶν ἔλεγον ἐπὶ τοῦ τρυφᾶν, καὶ γαυριᾶσθαι, καὶ μέγα φρονεῖν. ἄλλως τε καὶ τὸ ταῖς θριξὶ κομᾶν.

Κόμμα. [10]Ἀριστοφάνης·

Ἔοικε δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος.

ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν [11]νομισμάτων, [12]ἐξ ὅλου χρυσίου ἀποκεκομμένων. ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, φαύλου συστήματος. πονηρὸν κόμμα, ἢ παρακεκομμένος ἄργυρος.

Κομμαγηνή. ὄνομα τόπου. καὶ Κομμαγηνός, τοῦ αὐτοῦ τόπου.

Κόμανα. πόλις, ἔνθα ὁ Χρυσόστομος ἐτάφη πρῶτον.

Κομάρους.[13] θηλυκῶς. ἀρσενικῶς δὲ, κοτίνους. εἴδη δὲ δένδρων ταῦτα.

sedet. [Proverbium.] Animal enim istud generis sui amans est, & congregabile. Dicitur autem de illis, qui cum sui similibus versantur.

Κολοιούς. Graculos. Nomina parvarum aviũ.

Κόλυβα. Frumentum coctum.

Κολυβιστής. Trapezita. Mensarius.

Κόλυθρον. Colythrum. Plantæ genus.

Κολυμβάδα. Olivam in muria natantem. Quære in Γεργέειμεν.

Κολυμβήθρα. Idem quod κόλυμβος. Colymbus. Piscina.

Κολύμβων. Genus numismatis.

Κολλύρα. Collyra. Genus panis. Vel parvus panis, quem pueris dant. Vel placentæ genus. Et κολλυρίζω, lalanges in sartagine frigo. Et vernaculo sermone lalangia eadem sunt quæ colluria.

Κολυττεύς. Colyteus, vel Colytensis. [Hæc vox exstat] apud Lucianum in *Timone*, vel *Misanthropo*. Κολυττὸς vero est populus tribus Ægeidis.

Κολχική. Eadem est, quæ Lazica.

Κομᾷ. Superbit. Magnificè de se sentit. Coronas gestat. Frondibus & foliis luxuriat. Nimiam comam ornatus gratia alit. Vel, opum copia se jactat. [Aristophanes:] *Ne invideatis nobis in deliciis & luxu viventibus.* Κομᾶν enim dicebant delicias facere, superbire, & magnifice de se sentire. Item, prolixos capillos alere.

Κόμμα. Nota pecuniæ impressa. Aristophanes: *Videtur esse mali commatis.* Translatio ducta est a nummis, qui non ex solido auro percussi sunt. Quasi dicas, est ex improborum genere. Πονηρὸν κόμμα enim dicitur de moneta adulterata.

Κομμαγηνή. Commagene. Nomen loci. Et Commagenus, qui est ex illo loco.

Κόμανα. Comana. Urbs, in qua Chrysostomus primum sepultus est.

Κομάρους. Fœminino genere, [arbutos significat.] Masculino vero, oleastros. Sunt autem hæc arborum genera.

1 Κόλυμβος] Hac voce Latini etiam pro *natatione* vel *piscina* usi sunt. Ælius Lampridius in *Heliogabalo* cap. XXIII. *Marina aqua colymbos exhibuit: in mediterraneis locis maxime.* Ad quem locum Magnus Salmasius sequentia notat: " Colymbus, κόλυμβος. Nam " ita Græcis natatio. Κόλυμβος pro κολύμβησις, ἀπὸ τοῦ κολυμβᾶν: " ut πλάνος, error, ἀπὸ τοῦ πλανᾶν; μίμος, pro μίμησις, ἀπὸ τοῦ " μιμεῖσθαι. Sic ῥίμβος, ἀπὸ τοῦ ῥιμβεῖν: sic δῖνος, δίνησις; βάδος, βάδισις, & similia. Græcus Epigrammatarius:

" ——— Εἰς δὲ κόλυμβον

" Ἤιεν χέρσος.

" Hinc Latini *colymbum* pro piscina vel natatione. Prudentius de " fonte:

" *Nunc pretiosa ruit per marmora, lubricatque clivum,*

" *Donec virenti fluctuet colymbo.*

" Ita vocat aquæ conceptaculum. Isidorus in Glossis: *Colymbus,* " *locus ubi vestes mundantur.* Lege apud Isidorum, *lacus, ubi* " *vestes mundantur.* Hæc Salmasius.

2 Κόλυμβος δὲ, ὁ τοῦ λουτροῦ]. Verba hæc intelligenda sunt de frigidaria, quæ piscinam habebat, in qua veteres corporis abluendi gratia natare solebant. Vide Salmasium ad Fl. Vopisci *Carinum*, pag. 809.

3 Κολύμβων] Salmasius de *Usuris* cap. XVII. legit κόλλυβον: quod probo.

4 Κολλύρα. εἶδος ἄρτου. ἢ ὁ μικρ.] Schol. Aristoph. ad *Pacem* pag. 633. Κολλύρα, τὸ ἔλαττον τοῦ ἄρτου. τινὲς δὲ τὴν κολλύραν εἶδος ἄρτου, ὃ τοῖς παιδίοις διδόασι. Vide etiam Athen. lib. III. pag. 111.

5 Κολυττεύς] Scribe Κολυττεύς, ut apud Harpocrationem & Hesychium. Κολυττεὺς enim est nomen δημότου: Κολυττὸς vero, ipsius populi, sive δήμου.

6 Κολχική. ἡ Λαζική] Vide Agathiam lib. II. pag. 55.

7 Κομᾷ. γαυριᾷ. μέγα φρ.] Aristophanes *Pluto* pag. 18.

Μέγας δὲ βασιλεὺς οὐχὶ διὰ τοῦτο κομᾷ;

Ubi Scholiasta: Κομᾷ δὲ εἶπε, τουτέστι σεμνύνεται τῇ περιουσίᾳ τῆς ἀρχῆς· ἀπὸ τῶν μέγα φρονούντων ἐπὶ τῇ κόμῃ. Vide etiam paulo post v. Κομήτης.

8 Χλοηφορεῖ] Infeliciter Portus: *Gramen fert, gramineam coronam gestat.* Non videbat enim, vocem hanc intelligendam esse de arboribus, quæ frondibus & foliis vestitæ sunt. Eas enim Græci κομᾶν dicunt: quod ipsum Suidas significare volens, τὸ κομᾶν per χλοηφορεῖν hic exposuit.

9 Μὴ φθονεῖθ' ἡμῖν κομῶσι] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 322. (222. Ed. Bas. *P.*) ubi vide veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

10 Ἀριστοφάνης] *Pluto* pag. 87. (43. Ed. Bas. *P.*) Scholiasta ad eum locum: Κόμμα, εἶδος φαύλου νομίσματος. Ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν φαύλου συστήματος, πονηροῦ κόμματος εἶπε. εἴρηται δὲ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν κιβδήλων νομισμάτων, διὰ τὸ ὀλίγον μὲν ἔχειν χρυσόν, πλεῖστον δὲ χαλκόν. Hinc Suidas supplendus est.

11 Νομισμάτων] Editio Mediol. male ὀνομάτων.

12 Ἐξ ὅλου χρ.] Addita negatione legendum est, οὐκ ἐξ ὅλου χρ. quod & Portus monuit.

13 Κομάρους. θηλυκῶς. ἀρσενικῶς δὲ κοτ.] Vide Bodæum a Stapel ad Theophr. *Hist. Plant.* lib. III. pag. 242.

Κόμ-

Κόμματα, [1] καὶ κυρήβια. τὰ μὲν κυρήβιά ἐστι τὰ πίτυρα. τὰ δὲ κόμματα ἔοικε μέρη τινὰ ἢ τῆς καλάμης, ἢ τῶν περὶ τὸν σῖτον αὐτὸν ἐν τῷ στάχυϊ γινομένων, ἢ τῶν ἀνθερίκων.

Κομβέντον.

Κόμβος. [2] ὁ κόμβος τῶν δύο χειριδίων, ὅταν τις δήσῃ ἐπὶ τὸν ἴδιον τράχηλον.

Κομβώματα. [3] τὰ καλλωπίσματα.

Κομενταρίσιος. ὄνομα κύριον.

Κομεντίολος. ὄνομα κύριον. [4] Ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἀποχειροτονεῖται παραυτίκα, καὶ Κομεντίολον ὁ βασιλεὺς στρατηγὸν ἀνίστησι.

Κομεῖτω. ἐπιμελείας ἠξίουν.

Κόμη. ἐν [5] Ἰὼβ ὁ Κύριος· Καὶ ἕσπερον τὸν ἀστέρα ἐπὶ κόμης αὐτοῦ ἄξεις αὐτόν. κόμην τὴν ὑπερβολὴν τῆς λάμψεως λέγει, καὶ τὴν εὐπρέπειαν.

Κόμη. ἡ θρὶξ τῆς κεφαλῆς.

Κόμης. ὁ λαοῦ ἄρχων. καὶ κλίνεται Κόμητος.

Κομήσῃς. [6] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Μηδὲν ταύτῃ γε κομήσῃς. ἀντὶ τοῦ ὑπερηφανήσῃς. παρὰ τὸ κομῶντας χαυλιπτεῖν. εἰ καὶ ἀληθεῖς φησὶ, μὴ μέγα φρονήσῃς. οὐδὲν γὰρ ἧττον τὰ αὐτὰ πείσῃ. τινὲς δὲ κομπάσῃς γράφουσι. † [7] Ἐκόμων δὲ οἱ φιλόσοφοι, ἢ διὰ καρτερίαν, ἢ διὰ σμικρολογίαν.

——Ὧν ὑπὸ τῆς φειδωλίας
Ἀπεκείρατ' οὐδεὶς πώποτε.

φησὶν [8] Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις.

Κομῆται. [9] ἀστέρες· οἷον πωγωνίας, καὶ λαμπαδίας· [10] πυρὰ ὑφεστῶτα, παχέος ἀέρος εἰς τὸν αἰθερώδη τόπον ἀνενεχθέντος. Σέλας, πυρὸς ἀθρόου ἔξαψις, περιφερομένου ταχέως, καὶ φαντασίαν μήκους ἐμφαίνοντος. † Ὅτι τῶν παρὰ φύσιν τέσσαρές εἰσι ποιότητες ἀστέρων· Κομήτης, οὗ τὸ κάτω λεπτότατον, τὸ δὲ ἄνω ἡπλωμένον, ὡς ἐπὶ κόμης. Δοκίας, οὗ τὸ ὅλον λεπτὸν, ὡς ἐπὶ δόρατος. Πωγωνίας, οὗ τὸ κάτω μὲν ἥπλωται, τὸ δὲ ἄνω στενότερον. Βόθυνος, ἡνίκα δοκεῖ βάθος ἔχειν, ὡς ὁ φαινόμενος ἀστήρ. Καὶ παροιμία· [11] Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ. τὸ δὲ ἀκροτελεύτιον αὐτὸς σὺ πρὸς τὴν ἠχὼ τοῦ τριμέτρου συνάρμοσον. οὐ γὰρ ἔγωγε φθέγξομαι τὸ δεινὸν ἐκεῖνο πρᾶγμα καὶ ὄνομα. Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψωλίζει.

Κόμματα, & κυρήβια. Κυρήβια sunt furfures. Κόμματα vero videntur esse partes vel culmi; vel folliculi, qui grana frumenti in spica tegit; vel aristarum.

Κομβέντον. Conventus.

Κόμβος. Duarum parvarum manicarum nodus, quum quis eas circa collum ligarit.

Κομβώματα. Ornamenta.

Κομενταρίσιος. Comentarisius. Nomen proprium.

Κομεντίολος, Commentiolus. Nomen proprium. *Confestim autem imperium abrogatur Philippico, & Imperator Commentiolum in ejus locum belli ducem substituit.*

Κομεῖτω. Curarunt. Cura dignum censuerunt.

Κόμη. Coma. Apud Iobum Dominus dicit: *Et Hesperum stellam coma prehensa duces?* Comam hic vocat lucidissimum ejus fulgorem & splendorem.

Κόμη. Coma. Capillus.

Κόμης. Comes. Populi princeps. Declinatur Κόμητος.

Κομήσῃς. Superbias. Aristophanes *Pluto: Ne propterea superbias.* Qui comam enim alunt, superbire solent. Quamvis, inquit, verum dicas, ne tamen propterea fastum animo concipias. Nihilominus enim eandem pœnam patieris. Quidam vero scribunt κομπάσῃς. Philosophi autem comam alebant, vel propter durum genus vivendi, vel ob nimias sordes. *Quorum nemo propter nimiam parsimoniam unquam tondebatur.* Aristophanes in *Nubibus* inquit.

Κομῆται. Stellæ crinitæ. Hæ, ut & pogonias & lampadias, sunt ardores, ex crassiore aere constantes, qui locum æthereum petit. Σέλας vero est inflammatio ignis collecti, qui celeriter & longo tractu fertur. † Stellarum quæ præter naturam apparent quatuor sunt genera: *Cometa*, cujus infima pars est gracilis; summa vero dilatata, ut in coma cernimus: *Docias*, quæ tota est gracilis & oblonga, instar hastæ: *Pogonias*, cujus pars inferior est dilatata, superior vero angustior: *Bothynus*, cum stella, quæ apparet, profunda esse videtur. Et proverbium: *Nullus est comatus, quin [sit impudicus.] Extremam vero versus partem tu ipse ad rhythmum trimetri accommoda. Haudquaquam enim ego rem & nomen istud nefandum dixerim.* † *Nemo est comatus, quin sit impudicus.*

1 Κόμματα, καὶ κυρ.] Ex Harpocratione.
2 Κόμβος.] Vide Dufresnium in Glossario Græco.
3 Κομβώματα.] Scribe Κομβώματα, ut recte apud Hesychium.
4 Ὁ δὲ Φιλιππικὸς ἀποχειροτ.] Fragmentum hoc legitur apud Theoph. Simocattam lib. III. cap. V. in fin. & init. cap. VI. idemque producitur a Suida supra v. Ἀποχειροτονεῖται.
5 Ἐν Ἰὼβ.] Cap. XXXVIII. sed ubi hodie pro ἐπὶ κόμης in quibusdam exemplaribus minus recte legitur ἐπὶ κώμης, per ω.
6 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.] Pag. 60. (30. Ed. Bas. P.)
7 Ἐκόμων δὲ οἱ φιλόσοφοι, ἢ διὰ καρτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes* pag. 173. (103. Ed. Bas. P.)
8 Ἀριστοφάνης ἐν Νεφ.] Pag. 173.
9 Κομῆται. ἀστέρες· οἷον πωγων.] Scribe: Κομῆται. ἀστέρες. ὅτι κομῆται, καὶ πωγωνίαι &c. Vide Laertium lib. VII. Segm. LII. ex quo locus hic usque ad verba illa, μήκους ἐμφαίνοντος, a Suida excerptus est. Cæterum, Portus hic omnia miscuit & turbavit, & a vero sensu tam longe aberravit, quam qui longissime, ut lectori patebit, qui ejus versionem cum nostra contendere voluerit.
10 Πυρὰ ὑφεστῶτα, παχέος ἀέρος εἰς τὸν αἰθερ.] Locum hunc ex MS. Paris. A. emendavi & supplevi; qui in prioribus Editt. male sic legitur: Πυρὸς ὑφεστῶτος εἰς τὸν αἰθερώδη &c. Apud Laertium loco laudato pro παχέος minus recte legitur πάχους.
11 Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ. τὸ δὲ ἀκρο.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Synesii in *Encom. Calvit.* pag. 85. ubi scriptor ille, ut comatos vituperet, inter alia tritum illum versiculum affert, Οὐδεὶς κομήτης, ὅστις οὐ ψωλίζεται. Id est, *Nullus est comatus, quin sit impudicus.* Sed cum vox ultima obscœna sit, præ verecundia eam omisit Synesius, jubens ipsum Lectorem versui addere, quod ei deest. Hic est horum verborum sensus. Portus vero in alia omnia abit, & locum hunc de cometis intelligendum esse putans, ante dictum versiculum sic interpretatus est: *Nullus est cometa, qui non malum aliquod portendat.* Inepte sane & absurde.

Κόμμι. καὶ ὁ λιβανωτός· καὶ τὸ ἐξηραμμένον ὀπῶδες δάκρυον.

Κομιάτων.[1] ἐξαίτησιν λαμβάνων τοῦ ἀφεθῆναι.

Κομιδῆ. λίαν. παντελῶς. ὁλοσχερῶς. εἰλικρινῶς. παντάπασι. τελείως.

Κομιδή. ἡ ἀνάσωσις. [2] Ἡρόδοτος. λέγεται δὲ καὶ ἡ ἄφιξις. Πολύβιος· Τῆς εἰς τοὔμπροσθεν κομιδῆς, καὶ τῆς ὅλης ἐπιβολῆς ἀπέστη.

Κομιδήν. ἐπιμέλειαν. καὶ τὸ ἀπολαβεῖν τι τῶν προσηκόντων, κομιδὴν ἐκάλεσαν οἱ ῥήτορες.

Κόμιζε. ἐπιμελοῦ.

Κομίζεται. αἰτιατικῇ. ἀντὶ τοῦ ἔχει.

Ἃ ν ἦ [3] θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομίζεται.

Κομιστικὰ [4] πλοῖα. οὕτως ἐκαλοῦντο, ἐν οἷς ἐκόμιζον οἱ τύραννοι τὰ ληφθέντα λάφυρα· ὡς Ὑπερείδης δηλοῖ.

Κόμοδα.[5] δόσις ἐπὶ τοῦ σεισμοῦ παρεχομένη.

Κόμοδος,[6] βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃς ὑπό τινος τύχης ἐλαυνόμενος, ἐς τοσοῦτον μανίας καὶ παροινίας προεχώρησεν, ὡς τὴν ἰδίαν προσηγορίαν περιτίσασθαι, Ἡρακλέα δὲ καὶ Διὸς υἱὸν ὀνομάζεσθαι, τούς [7] τε μῆνας ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὰς προσηγορίας προσέταξεν, οὕτως· Ἀμαζόνειος, Κόμοδος, Αὔγουστος, Ἡράκλειος, Ῥωμαῖος, Ὑπεραίρων, Ἀνίκητος, Εὐσεβής, Εὐτυχής, Λούκιος, Αἴλιος, Αὐρήλιος. ἀποδυσάμενός τε τὸ Ῥωμαίων σχῆμα, λεοντῆν ὑπεστρώννυτο, καὶ ῥόπαλον ἐπεφέρετο, ὑπό τε θηρίοις καὶ ἀνθρώποις δημοσίᾳ ἐμονομάχει, εὐστόχως κατὰ τὸ ἀληθὲς ἀκοντίζων, καὶ παρὰ πάντων θαυμαζόμενος. ἐπειδὰν δὲ εἰς πολλὴν μιαιφονίαν ἐτράπη, πάντας ἀφειδῶς τοὺς ἀθλίους καὶ λελωβημένους ἄνδρας ἐς τὸ θέατρον συναγαγών, δρακοντοειδῆ τε τινὰ περιθεὶς ἐκ γονάτων φάσματα, ὡς Γίγαντας τῷ ῥοπάλῳ κατειργάσατο. καθεύδων δὲ ἐν τοῖς μονομαχείοις, ἐκεῖθεν ἐς τὰς πανηγύρεις πρὸς τῆς συγκλήτου βουλῆς ὑπαντώμενος, ἐκ πάντων μὲν κακῶς διεβάλλετο, ὥστε καὶ τὴν Μαρκίαν, ἣν εἶχε παλλακῶν τιμιωτάτην, καταγνῶναι αὐτοῦ, καὶ ἀπαγορεῦσαι τὰ πραττόμενα. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι ἱκέτευον αὐτόν, μηδὲν ἀνάξιον τῆς βασιλείας ποιεῖν.

Κομμονιτήριον.[8] ἐπιστολὴ προστακτική, ἀποστελλομένη εἰς χώρας.

Κομμός. περίεργος κόσμησις. Ἡγεῖτο γυναικῶν μυρία πληθύς, μετὰ κομμοῦ καὶ ὀλολυγῆς. τουτέστι, γόου, καὶ ὀδυρμοῦ.

Κόμμι. Thus. Item lacryma arborum siccata [& concreta.]

Κομιάτων. Commeatus, sive potestas abeundi, quæ militibus a duce datur.

Κομιδῆ. Valde. Prorsus. Omnino. Penitus. Perfecte.

Κομιδή. Receptus in aliquem locum. Herodotus. Item, profectio. Polybius: *A consilio ulterius proficiscendi, & a toto illo conatu destitit.*

Κομιδήν. Curam. Oratores etiam hac voce usi sunt de iis, qui res sibi debitas & ad se pertinentes recipiunt.

Κόμιζε. Cura. Curam gere.

Κομίζεται. Accusativo jungitur. Habet. *Omnia quæ vult, a me impetrat.*

Κομιστικὰ πλοῖα. Sic vocabantur naves, quibus tyranni capta spolia asportabant: ut Hyperides declarat.

Κόμοδα. Munificentia & liberalitas, qua urbes terræ motu afflictæ sublevantur.

Κόμοδος. Commodus, Romanorum Imperator: qui furore quodam agitatus, eo dementiæ simul atque insolentiæ progressus est, ut spreto nomine suo Herculem se ac Jovis filium appellaret: menses quoque omnes de nomine suo vocari juberet in hunc modum: Amazonius, Commodus, Augustus, Herculeus, Romanus, Exuperatorius, Invictus, Pius, Felix, Lucius, Ælius, Aurelius. Sed & deposito cultu Romano & regio, leonis exuviis vice stragulæ vestis utebatur, & clavam gestabat, atque ita contra bestias, aut cum gladiatoribus pugnabat: eximia quidem in jaculando dexteritate, adeo ut omnibus admirationi esset. Sed postquam ad cædes & crudelitatem conversus est, cunctos, qui in urbe essent, mutilos ac debiles in theatrum conductos, cum figuras quasdam Draconum genibus eorum alligasset, perinde ac Gigantes clava percussos interemit. Pernoctare quidem statuerat in ludo gladiatorio, atque inde ad sacrificium procedere occurrente Senatu: qua ex re magnam invidiam contraxit, adeo ut Marcia, quam ex pellicibus summo in honore habebat, id consilium improbaret penitus ac damnaret. Sed & cæteri Commodum orabant, ne quid indignum majestate imperii Romani admittere vellet.

Κομμονιτήριον. Epistola continens mandata, quæ [ab Imperatore vel Rege] in provincias mittitur.

Κομμός. Supervacaneus & affectatus ornatus. [Item, planctus, lamentatio.] *Præibat mulierum infinita multitudo cum planctu & ejulatu.*

1 Κομιάτων. ἐξαίτησιν λαμβάνων τοῦ ἀφεθ.] Scribe, Κομίατον, & λαμβάνειν; ut apud Hesychium. Vide etiam Meursium & Dufrenium in Glossariis Græcis.

2 Ἡρόδοτος.] Lib. VII. pag. 279. & lib. IX. pag. 349.

3 Ἃ ν ἦ θέλουσα, πάντ' ἐμοῦ κομ.] Senarius hic legitur apud Sophoclem *Oedip. Tyr.* pag. 176. ut Portus recte observavit.

4 Κομιστικὰ πλοῖα. οὕτως ἐκαλ.] Ex Harpocratione.

5 Κόμοδα. δόσις ἐπὶ τοῦ σεισμοῦ παρ.] Sic etiam Glossæ Basilicæ. Sunt tamen, qui pro σεισμοῦ legendum putent σιτισμοῦ. Vide Dufrenium in Glossario Latino v. *Commodum*.

6 Κόμοδος, βασιλεὺς Ῥωμ.] Omnia quæ Suidas de Commodo hic habet, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Joannem Antiochenum in Excerptis a Valesio editis pag. 822. unde noster hæc descripsit.

7 Τούς τε μῆνας ἀφ' ἑαυτοῦ φέρειν τὰς πρ.] Vide omnino Casaubonum & Salmasium ad Ælium Lampridium *Commodo* pag. 505, 506.

8 Κομμονιτήριον.] Vide Dufrenium in Glossario Græco.

Κομ-

Κομμῶσθαι. καλλωπίζεσθαι περιέργως, καὶ γυναικώδως. οὕτως Εὔπολις.

Κομῶσα. [1] ἀνθοῦσα. πλούτῳ κομῶντες.

Κομμωτής. καλλωπιστής.

Κομμωτίζω. τὸ ἐπιμελοῦμαι.

Κομμωτικαί. ἀπὸ τοῦ κόμπου. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ κόπτω.

Κομμός. ὁ κεκομμένων τριχῶν κόσμος.

Κομμωτικός. ὁ ἐκ περιεργίας κόσμος. καὶ κομμωτικόν, οὐδετέρως.

Κομμώτρια. ἐμπλέκτρια. ἡ κοσμοῦσα τὰς γυναῖκας.

Κόμπαρος. ὃς συνέζευκται εἴς ὑπηρεσίαν τινὶ, ὁμοίως τὴν αὐτὴν ἐκτελῶν χρείαν.

Κομπίνα. [2]

Κομπολακύθου. [3] ματαιοκόμπου, καὶ κομπώδους. παραπεποιημένον δέ ἐστι, καὶ παραπεπλασμένον τὸ ὄνομα. ἀπὸ τοῦ λακεῖν γὰρ ἐν παραγώγῳ γέγονε τὸ ληκύθιον. [4] ληκωίζειν γὰρ, τὸ μεῖζον βοᾶν καὶ ψοφεῖν. ἦχον γὰρ ἀποτελεῖ καὶ ἡ λήκυθος, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ πεφύσηται. πάντα δὲ τὰ πεφυσημένα κόμπον ποιεῖ. ἀπὸ γοῦν τοῦ κόμπου καὶ τῆς ληκύθου συντίθεται.

Κόμπος. ἀλαζονεία. ἔπαρσις. Πέφυρτο δὲ τῇ δεήσει κόμπος βαρβαρικὸς, καὶ ἔμφασις εὐτυχίας.

Κομποφακελορρήμονα. [5] ἀντὶ τοῦ βαρυρρήμονα. Φάκελοι γὰρ τὰ βαρέα φορτία τῶν ξύλων.

Κόμπῳ. ἐπάρσει. κενοδοξίᾳ. Ἔστι τεκμήρασθαι, ὡς ὑπαινιττόμενοι γῆν ἔχειν σιδηροφόρον, τῷ τοιῷδε κόμπῳ ἐχρήσαντο.

Κομψευόμενοι. ἀλαζονευόμενοι. Πεφώραται δὲ ὅμως τῇ πείρᾳ κομψευόμενοι τὴν ἐπωνυμίαν. περὶ ἱστοριογράφων ὁ λόγος.

Κομψευριπικῶς. [6] πανούργως, κατ' Εὐριπίδην. [7] Αἰλιανὸς περὶ ἀσεβῶν βασιλέων λήθῃ παραδοθέντων φησί. καὶ [8] Ἀριστοφάνης·

Ἐπί τῳ κομᾷς, καὶ κομψὸς εἶναι προσποιῇ;

Κομψεία. [9] ἐλαφρεία. ἀστειότης. πιθανολογία. ἀλαζονεία.

Κομψόν. [10] περίτρανον. περίλαλον. πανοῦργον. ἀπατητικόν. πιθανόν. τεχνικόν. ἔστι δ' ὅτε καὶ ἀγαθὸν καὶ σπουδαῖον. Ὁ δὲ τὸ τῶν εὐτυχημάτων οὐ φέρων κομψὸν, αἰσχίσταις ὕβρεσι τὸν Βαρρὰμ ἐξουθένησε γυναικείᾳ ἐσθῆτι. [11] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Κομμῶσθαι. Curiose & nimio studio formam ornare, ut mulieres solent. Sic Eupolis.

Κομῶσα. Florens. [Superbiens.] Divitiis superbientes.

Κομμωτής. Qui formam ornat.

Κομμωτίζω. Curiosius orno.

Κομμωτικαί. Ad formæ ornatum pertinentes. A κόμπος. Alii vero a κόπτω.

Κομμός. Cultus capillorum.

Κομμωτικός. Ad formæ ornatum pertinens. Et κομμωτικόν, genere neutro.

Κομμώτρια. Comptrix. Quæ capillos nectit. Quæ mulieres ornat.

Κόμπαρος. Qui ministerii alicujus obeundi gratia alicui junctus est, & eodem officio fungitur.

Κομπίνα. Compina.

Κομπολακύθου. Inani verborum apparatu se jactantis, & gloriantis. Vocabulum hoc factum & formatum est a [κόμπος &] ληκύθιον: quod a λακεῖν deducitur. Hinc ληκυθίζειν, clare vociferari, & sonum edere. Nam & ampulla sonum reddit, quia turgida est. Omnia enim inflata & turgida, [si percutiantur,] sonum edunt. Ex κόμπος igitur & λήκυθος [vox κομπολάκυθος] composita est.

Κόμπος. Jactantia. Fastus. *Precibus mixta erat jactantia Barbarica, & falsa secundæ fortunæ ostentatio.*

Κομποφακελορρήμονα. Fasces quasi verborum jactantem. Φάκελοι enim sunt fasces lignorum.

Κόμπῳ. Fastu. Inani jactantia. *Licet autem conjicere, eos hac jactantia usos esse, quod subobscure significarent, se habere terram ferri feracem.*

Κομψευόμενοι. Gloriantes. *Experientia deprehensum est, eos cognomine isto gloriari.* De historicis verba fiunt.

Κομψευριπικῶς. Callide & astute, more Euripidis. Ælianus de Regibus impiis oblivioni traditis hoc dicit. Et Aristophanes: *Quare superbis, & elegantiam affectas?*

Κομψεία. Levitas. Urbanitas. Festivitas. Lepor. Jactantia.

Κομψόν. Perspicuum. Garrulum. Astutum. Fallax. Probabile. Artificiosum. Interdum etiam bonum, & honestum. *Ille vero cum res secundas pulchre ferre nesciret, fœdissimis contumeliis Varamum affecit, & veste muliebri [indui jussit.]* Aristophanes *Nubibus*: *Pri-*

1 Κομῶσα. ἀνθοῦσα. πλούτῳ κομ.] Sic locum hunc auctoritate MStorum Paris. rescripsi & distinxi, qui in prioribus Editt. ita legitur: Κομῶντε. ἀνθοῦντε πλούτῳ. καὶ κομῶντες.

2 Κομπίνα] Inter glossis Græco-barbaras reperio quidem vocem κομβίνα, sed non κομπίνα. An ergo & hic κομβίνα scribendum est? Vide Dufrenium in Glossario Græco.

3 Κομπολακύθου. ματαιοκ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens* pag. 399. (285. Ed. Bas. *P.*)

4 Ληκωίζειν] Lege ληκυθίζειν, ut apud Enarratorem Comici loco laudato.

5 Κομποφακελορρήμονα. ἀντὶ τοῦ βαρυρρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 252. (163. Ed. Bas. *P.*)

6 Κομψευριπικῶς] Aristophanes *Equit.* pag. 289.
Εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπιδικῶς.

Huc Suidas respexit. Sed notandum est, apud Aristophanem repugnante metro hodie legi κομψευριπιδικῶς, cujus loco ex Suida scribendum est κομψευριπικῶς: quamvis, quod ad sensum attinet, nulla sit inter utramque lectionem differentia. Licet enim Comicus vel metri vel joci gratia κομψευριπικῶς dixerit, ita tamen intelligendus est, ac si κομψευριπιδικῶς dixisset: quoniam Euripidem hic perstringere voluit, ut ex Scholiis discimus.

7 Αἰλιανὸς περὶ ἀσεβῶν βασιλέων λήθῃ παραδ. φ.] Hæc nihil sane ad rem faciunt, nec scio, quomodo in hunc locum irrepserint.

8 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 524.

9 Κομψεία. ἐλαφρεία. ἀστειότ.] Ex Enarratore Comici ad *Aves* pag. 550.

10 Κομψόν. περίτρανον———τεχνικόν] Et hæc leguntur apud Scholiastam Aristophanis loco laudato.

11 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 165. (96. Ed. Bas. *P.*)

Πρῶτον μὲν εἶναι κομψὸν ἐν συνουσίᾳ.

τουτέστι, πιθανὸν καὶ εὔχαριν ἐν συνόδῳ, καὶ τῇ πρὸς τοὺς ἑταίρους κοινωνίᾳ. [1] Ἀριστοφάνης·

Ὁ ὑμὸς δὲ Κλειτοφῶν τε καὶ Θηραμένης ὁ κομψός.

ἀντὶ τοῦ ἀστεῖος. Κλειτοφῶν δὲ ὡς ἀργὸς ἐκωμῳδεῖτο. νῦν δὲ ὡς παλίμβολον καὶ πανοῦργον βούλεται αὐτὸν ἀποδεῖξαι. † Διελθὼν λόγον περὶ ψυχῆς, ἐκ χρόνου κομψῶς μεμεριμνημένον. Καὶ αὖθις·

Τὸ [2] πρᾶγμα κομψὸν, καὶ σφόδρ' ἐκ τοῦ σοῦ τρόπου.

mum quidem, ut comis sis & facetus in convictu. Idem: *Meus vero Clitophon & Theramenes ille lepidus.* Clitophon vero ut otiosus & ignavus a Comicis perstringebatur. Nunc vero mutabilem & astutum cum esse significare vult. † *Recitata oratione de anima, quam diu ante egregie præmeditatus fuerat.* Et iterum: *Res lepida, & moribus tuis valde congrua.*

Κόναβος. ψόφος. ἦχος.

[3] Ἀφελόεν κοναβηδὸν ἐπιπρίουσα γένειον.

περὶ Λακαίνης γυναικὸς ὁ λόγος.

Κόναβος. Strepitus. Sonus. *Ore spumans, & dentibus cum sonitu infrendens.* De fœmina Lacæna hæc dicuntur.

Κοννᾶς. μέθυσος αὐλητής. καὶ παροιμία·

[4] Κοννᾶς μὲν στέφανον ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

ὃς [5] εἰς τὰ συμπόσια παρῆν ἀεὶ ἐστεμμένος. ἢ ὅτι Ὀλυμπιονίκης γενόμενος, πένης ἦν, μηδὲν ἕτερον ἢ κότινον ἔχων. ἢ ὅτι αὐλητὴς ἦν ἄριστος, πενιχρὸς, πολλάκις στεφανωθείς. περὶ οὗ Κρατῖνος εἶπεν·

Ἔσθιε, καὶ σῇ γαστρὶ δίδου χάριν, ὄφρα σε λιμὸς Ἐχθαίρῃ· Κοννᾶς δὲ φιλοστέφανός σε φιλήσῃ.

λέγει δὲ αὐτὸν τοσαῦτα νικήσαντα μηδέπω τετιμῆσθαι.

Κοννᾶς. Connas, temulentus tibicen. Et proverbium: *Ut Connas coronam quidem gestans, at siti fere enectus.* Hic ad symposia coronatus semper accedebat. Vel quia pauper erat, licet Olympia vicisset: quippe nihil habens præter coronam ex oleastro factam. Vel quia tibicen quidem erat optimus, sed pauper; quique coronatus sæpe fuisset. De hoc Cratinus ita inquit: *Comede, ventrique tuo indulge, ut fames tibi inimica sit, Connas vero coronis gaudens te amet.* Ait vero, ei nunquam ullum honorem habitum fuisse, licet toties vicisset.

Κόνδυ. ποτήριον.

Κόνδυ. Poculum.

Κονδυλίσας. κονδύλοις πλήξας. Ὁ δὲ Ἡρακλῆς παῖδα, νίπτρα προσφέροντα οὐ χαριθύμια, κονδυλίσας ἀπέκτεινε.

Κονδυλίσας. Qui pugnis percussit. *Hercules autem puerum, aquam ad lavandas manus, quæ ipsi minus placeret, afferentem, pugno necavit.*

Κόνδυλον. τὸ ἐκολάφισαν αὐτὸν ὡς ἔοικεν, ἐντεῦθεν οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν. ὁ δὲ κόλαφος ἐστὶ παρ' Ἐπιχάρμῳ. [6] Ἀριστοφάνης. Ἢν ὁ παῖς οἶνον αἰτῇ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου. ὑπὲρ τοῦ ἐθίζειν τοὺς παῖδας μηδὲν τι περιττὸν αἰτεῖν.

Κόνδυλον. Pugnum. Hac voce Attici [pro κόλαφος] utuntur. Vocabulum vero κόλαφος exstat apud Epicharmum. At Aristophanes [usus est voce κόνδυλος. Et Proverbium:] *Si puer vinum petat, alapam ipsi da.* Ideo nimirum, ut assuefaciamus pueros, ne quid supervacanei petant.

Κονία. [7] ὁ κονιορτός. [8] νίτρον. ῥύπος. Ἔλουσαν ἡμᾶς ἄνευ κονίας. [9] Ἀριστοφάνης. καὶ οὐδετέρως κόνιον. καὶ κονίησι. καὶ κονιορτοῦται. καὶ κονιωμένους· κόνεως πεπληρωμένους.

Κονία. Pulvis. Cinis. Nitrum. Sordes. *Lavarunt nos absque cinere.* Aristophanes. Et neutro genere κόνιον. Et κονίησι, in pulvere. Et κονιορτοῦται, pulvere conspergitur. Et κονιωμένους, pulvere repletos.

Κονιάται. οἱ τοὺς τοίχους παραχρίοντες.

Κονιάται. Qui parietes dealbant.

Κόνειον. [10] βοτάνη δηλητήριος. διὰ τοῦ ο μικροῦ διὰ τὸ μέτρον τοῦ στίχου.

Κόνειον. Cicuta, herba venenata. Per o parvum scribitur, propter metrum versus. [In

1 Ἀριστοφάνης] *Ranis*, pag. 257. (168. Ed. Bas. *P.*)

2 Τὸ πρᾶγμα κομψ.] Hic senarius legitur apud Aristophanem *Thesmophor.* pag. 770. (514. Edit. Bas. *P.*)

3 Ἀφελόεν κοναβηδὸν &c.] Hexameter hic est pars Epigrammatis, quod ex Cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Ἄρες.

4 Κοννᾶς μὲν στέφανον ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολ.] Aristophanes *Equit.* pag. 319. (219. Ed. Bas. *P.*)

Ὥσπερ Κοννᾶς στέφανον μὲν ἔχων αὖον, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

Sic etiam apud Suidam scribendum est. Cæterum, allusit hic Aristophanes ad proverbium illud:

Δελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχων, δίψῃ δ' ἀπολωλώς.

Vide supra v. Δελφός.

5 Ὃς εἰς τὰ συμπόσια παρῆν ἀεὶ ἐστεμμ.] Hæc & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

6 Ἀριστοφάνης] Locus Aristophanis, ad quem Suidas respexit, exstat in *Pace* pag. 632.

Κολλύρας μεγάλας, καὶ κονδύλους ὄψον ἐπ' αὐτῇ.

Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

7 Κονία. ὁ κονιορτός. νίτρον. ῥύπος.] Sic recte habent MSS. Paris. At in prioribus Editt. locus hic ita legitur: Κονία. ὁ κονιορτός. κονίτρον. ῥύπος, &c. Male nimirum unus articulus in duos divisus est, & quæ conjungenda erant, dirempta sunt: quod ipsum non paucis aliis quoque in locis apud Suidam contigit.

8 Νίτρον] Cum κονία apud Græcos etiam significet lixivium, sive lomentum, & omne σμῆγμα, quo sordes eluuntur & abstergentur, mirum non est, vocem istam a Suida per νίτρον hic exponi. Nitrum enim esse ῥυπτικὸν, id est, abstergendi & eluendi sordes vim habere, nemo ignorat. LXX interpretes Jer. 11. vers. 22. Καὶ ἐὰν ἀποπλύνῃ ἐν νίτρῳ, καὶ πληθύνῃς σεαυτῷ πόαν, κεκηλίδωσαι ἐν ταῖς ἀδικίαις σου ἐναντίον ἐμοῦ. Hieronymus ad illum locum: *Pro herba* borith, *quam nos, ut in Hebræo posita est, vertimus*, LXX *transtulerunt* πόαν; *ut significarent herbam fullonum, quæ juxta ritum Provinciæ Palæstinæ in virentibus & humectis locis nascitur, & ad lavandas sordes eandem vim habet, quam & nitrum.* Vide eundem ad *Prov.* XXV. 20. Isidorus in Glossis: *Nitrum, lumentum.* Id est, lomentum: sive id, quo sordes eluuntur. Hinc autem apparet, pro κονίτρον, quod aliæ Editt. exhibent, in MSS. Paris. recte legi νίτρον.

9 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 864. (552. Ed. Bas. *P.*)

10 Κόνειον.] Vel ex serie literarum patet, Suidam scribere voluisse, vel debuisse, κόνιον, per ι.

Πρὸς [1] τῶν Ἀθηναίων [2] κώνειον μὲν ἁπλῶς σὺ ἐδέξω.
Αὐτοὶ δ' ἐξέπιον [3] τοῦτό γε τῷ σῷ στόματι.

Κονίοπυς.[4] πολυσχιδὲς ὑπόδημα, τὸ μὴ σκεπάζον ὅλον τὸν πόδα, ἀλλὰ [5] καταπασσόμενον ὑπὸ τῆς κόνεως. ἡ δὲ κόνις ἀπὸ τῆς χύσεως. ἢ ἀπὸ τοῦ καίνω, τὸ κόπτω. ἡ [6] διακεκομμένη γῆ. γράφεται δὲ καὶ κονίποδα· τουτέστι, στενὸν σανδάλιον, οὗ διὰ τὴν στενότητα ὁ ποὺς ἐκονιορτοῦτο.

Κονιορτόν. Ἀσκοὺς πλείστους πληρώσας κονιορτοῦ, φέρειν ἔδωκεν ἑκάστῳ ἀνδρί· καὶ κατὰ τὴν συμπλοκὴν τοὺς ἀσκοὺς τῆς αἰθάλης νύττειν μαχαιριδίοις.

Κονιορτισάμενον. κόνιν ἐπιβαλλόμενον.

Κονίω. χρίω.

Κονίσαλος. κονιορτός. ἢ [7] Κονίσαλος, δαίμων Πελαπάδης· ἐκ τοῦ μὴ ὀκνεῖν καὶ ἐπὶ κόνεως μίγνυσθαι.

Κόνισαι. γυμνάσθητι. καὶ κονίεσθαι, τὸ γυμνάζεσθαι.

Κονίσουσι. κόνιν ἐγεροῦσι.

Κονίστρα. Οὐδ' αὖ κονίστρας εἰς τὸ ῥίψαι τοὺς πόνους.

Κονίστρα. παλαίστρα. ἢ κυλίστρα.

Κόνος ἀρτοξύη. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνταποδιδόντων.

Κονοσκογκόλερος.[8] ὁ Ἑλληνιστὶ ὀνομαζόμενος Σαρδανάπαλος· ὃς τὰ γυναικεῖα φρονῶν, καὶ περὶ τρυφὰς ἀσχολούμενος, κατελύθη ὑπὸ Ἀρβάκου τοῦ ἰδίου στρατηγοῦ, ἀναγκασθεὶς ἐλθεῖν εἰς ἑκούσιον θάνατον, καὶ σὺν τοῖς βασιλείοις κατακαῦσαι ἑαυτόν. ὁ δὲ Ἀρβάκης οὗτος καὶ τὴν βασιλείαν μετέθηκεν εἰς Μήδους.

Κόνους.[9] Ἐδωρεῖτο δὲ πᾶσι τὰ πρέποντα· τοῖς μὲν παισὶ [10] κόνους καὶ ψέλλια· τοῖς δὲ νεανίσκοις δράμβας καὶ μαχαίρας. Πολύβιός φησι.

Κόννου [11] ψῆφος. ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων. ὁ [12] δὲ Κόννος

Epigrammate:] *Nam ab Atheniensibus cicutam quidem simpliciter accepisti,* [*Socrates:*] *sed ipsi eam tuo ebiberunt ore.*

Κονίοπυς. Calceamentum multas scissuras habens, nec totum tegens pedem; qui ideo pulvere conspergitur. Κόνις vero dicta est ἀπὸ τῆς χύσεως; quod fundatur & spargatur: vel a καίνω, cædo, concido. [Est enim pulvis] terra concisa & comminuta. Invenitur etiam accusativus κονίποδα, [a κονίπους:] quod est arctum sandalium: propter cujus angustias pes pulvere conspergebatur.

Κονιορτόν. Pulverem. *Utres plurimos pulvere repletos unicuique viro ferendos dedit, eosque in prælio cultris incidi jussit.*

Κονιορτισάμενον. Illum, qui pulverem injecit. Vel, qui pulverem excitavit.

Κονίω. Illino. Dealbo.

Κονίσαλος. Pulvis. Vel Dæmon Priapeius: sic dictus, quod nec in pulvere cum fœminis coire pigretur.

Κόνισαι. Exerce te. Et κονίεσθαι. Exerceri.

Κονίσουσι. Pulverem excitabunt.

Κονίστρα. Palæstra. *Neque palæstra* [*ei opus est,*] *ut labores abstergat.*

Κονίστρα. Palæstra. Vel, volutabrum.

Κόνος ἀρτοξύη. Conus pro artoxya. Proverbium de iis, qui par pari referunt.

Κονοσκογκόλερος. Græce Sardanapalus. Hic muliebri vir animo, & luxui deditus, regno spoliatus est ab Arbace belli duce: a quo etiam ad voluntariam mortem adactus, se cum regia cremavit. Idem Arbaces imperium quoque ad Medos transtulit.

Κόνους. *Convenientia unicuique munuscula divisit: pueris connos & armillas: adolescentibus vero drambas & gladios.* Polybius inquit.

Κόννου ψῆφος. Conni calculus. De nullius

1 Πρὸς τῶν Ἀθηναίων κώνειον μὲν ἁπλ.] Apud Laertium lib. II. Segm. XLVI. ubi idem Epigramma legitur, Hexameter hic ita conceptus est:

Πρὸς τῶν Ἀθηναίων κώνειον ἁπλῶς μὲν ἐδέξω.

Salmasius tamen ad Inscript. Herod. Attic. pag. 65. testatur, in omnibus vetustis exemplaribus Laertii eundem versum sic legi:

Πρὸς τῶν Ἀθηναίων κώνιον μὲν ἁπλῶς σὺ ἐδέξω.

Sic & Suidas in suis exemplaribus scriptum invenit, ut ex hoc loco patet. Vulgatam tamen lectionem Laertii prætulerim.

2 Κώνειον] Metri gratia scribendū est κώνιον, per ι. Promiscue enim τὸ ει & ι usurpari, & alterum pro altero in libris veterum poni constat.

3 Τοῦτό γε τῷ] Lege τοῦτο τῷ.

4 Κονίοπυς] Hesychius habet Κονίπους: quam lectionem confirmat auctoritas Aristophanis *Eccles.* pag. 749.

5 Καταπασσόμενον] Sic recte habent MSS. Paris. & Etymologus. At priores Editt. male καταπλασσόμενον.

6 Διακεκομμένη] Hanc lectionem ex MSS. revocavi: cujus loco in prioribus Editt. mendose scriptum est διακεχυμένη. Lectionem MStorum non solum confirmat sensus, sed etiam Etymologus v. Κονία, quem vide.

7 Κονίσαλος, δαίμων Πελαπάδης· ἐκ τοῦ μὴ ὀκν.] Hæc Suidas descripsit ex Scholiasta inedito in *Lysistratam* Aristophanis; qui eadem habet ad verba illa Comici pag. 896. (563. Ed. Bas.)

Σὺ δὲ πότερον εἶ ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος;

Sic enim versus ille legendus est, qui in vulgatis Editt. in legem metri peccat.

8 Κονοσκογκόλερος] Aliter Eusebius in Chronico Num. MCLXXVIII. & Georgius Syncellus pag. 165. qui Sardanapalum Θωνοσκονκόλερον vocatum fuisse testantur.

9 Ἐδωρεῖτο δὲ πᾶσι τὰ πρέποντα· τοῖς μὲν π.] Hæc sunt verba Polybii lib. X. cap. XVIII. sed apud quem pro δράμβας legitur ῥομφαίας.

10 Καὶ ἀντιστρόφους καὶ ἐπῳδούς] Scribe, καὶ ἀντιστροφὰς καὶ ἐπῳδάς.

Κυκλο-

Κυκλοβόρος. [1] ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, χειμάῤῥους. ἐπὶ τῶν κακοφώνων ὁ λόγος, διὰ τὸν ἦχον τοῦ ποταμοῦ. Ἀριστοφάνης·

[2] Ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων.

Κυκλόθεν.

Κυκλοφορεῖται. κατὰ κύκλον φέρεται, ἢ κινεῖται.

Κύκλωπες. ἄγριοι ἄνθρωποι. καὶ [3] Κυκλώπειον κλέμμα. σημαίνει δὲ καὶ ὄρος.

Κύκλωσις. παρατάξεως εἶδος.

Κύκλοι ἐν [4] τῷ οὐρανῷ ε΄. Ἀρκτικὸς, ὁ ἀεὶ φαινόμενος· [5] Χειμερινὸς Τροπικὸς Θερινός· Ἰσημερινός· Ἀνταρκτικὸς ἀφανής. λέγονται δὲ παράλληλοι, καθότι οὐ συννεύουσιν εἰς ἀλλήλους γράφονται μέντοι περὶ τὸ αὐτὸ κέντρον. ὁ δὲ Ζωδιακὸς λοξός ἐστιν, ὡς [6] αἴτιος τοῖς παραλλήλοις.

Κύκλοι [7] ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντό τινες. ὠνομάσθησαν δὲ ἀπὸ τοῦ κύκλῳ περιεστάναι τοὺς πωλουμένους.

Κύκνειον. τὸ τοῦ κύκνου μέλος.

Κύκνος. ὄρνεον φιλῳδόν. Κύκνον τὸν Μουσῶν ἄξια μελψάμενον.

Κύκνου [8] πολιώτεραι δὴ αἵδ᾽ ἐπανθοῦσι τρίχες. ἀλλὰ κἀκ τῶν λειψάνων καὶ τῶνδε γνώμην νεανικὴν ἔχειν· ὡς ἐγὼ τοὐμὸν νομίζω γῆρας εἶναι, ἢ πολλῶν κικίννους νεανιῶν, καὶ σχῆμα, καὶ εὐρυπρωκτίαν.

Κυκώμενος. ταραττόμενος.

Κύλλαρος. ἵππος Κάστορος. παρὰ τὸ κέλλειν. ὁ ταχύς. [9] Στησίχορός φησι, τὸν Ἑρμῆν δεδωκέναι τοῖς Διοσκούροις Φλόγεον καὶ Ἅρπαγον, [10] ὠκέα τέκνα Ποδάργας, καὶ Κύλλαρον.

Κυλικεῖον. ἡ θήκη τῶν ποτηρίων.

Κυλίνδει. κυλίει. ἐπιφέρει.

Κύλινδρος.

Κυλλήνη. ὄνομα τόπου, ἢ πόλεως. καὶ Κυλλήνιος, ὁ Ἑρμῆς.

Κυλιβλήνη. ἡ ἄκαρπος κράμβη.

Κύλιξ. φιάλη. ποτήριον. [11] λέγεται δὲ καὶ κυλίκιον, χεῖλος ἀποκεκρουσμένον, κεκλασμένον. † Οἷα δὴ ἐν στιβάσι καὶ κύλικι ἐς τὸ ἁβρότερον ἀνακεκλιμένοις ἐπιπεσὼν ἔκλεινε. καὶ αὖθις·

Κυκλοβόρος. Cycloborus, fluvius Atticæ, vel potius torrens. Dicitur de iis, quorum vox ingratum sonum habet: propter torrentis illius strepitum. Aristophanes: *Rapax, vociferator, Cyclobori sonum habens.*

Κυκλόθεν. Undique. Circumcirca.

Κυκλοφορεῖται. In orbem agitur. Versatur. Circumagitur.

Κύκλωπες. Cyclopes. Homines feri & truces. Et, Cyclopium furtum. Significat etiam montem.

Κύκλωσις. Genus aciei.

Κύκλοι. Circuli in cœlo sunt quinque: Arcticus, qui semper apparet: Tropicus hibernus: Tropicus æstivus: Æquinoctialis: Antarcticus, qui nunquam apparet. Dicuntur vero paralleli, quia se invicem non attingunt: quamvis circa idem centrum describantur. Zodiacus vero obliquus est, ut qui parallelos secat.

Κύκλοι. Circuli vocabantur loca, in quibus aliqui vendebantur: sic dicta, quod in orbem circumstarent illi, qui vendebantur.

Κύκνειον μέλος. Cantus cygni.

Κύκνος. Cygnus, avis cantus amans. [In Epigrammate:] *Cygnum, qui carmina Musis digna cecinit.*

Κύκνου πολ.. *Pili hi capitis mei jam magis cani sunt, quam cygni. Sed tamen vel in extrema hac & effœta ætate juvenilem animum gero. Nam senectutem meam multorum juvenum cincinnis & cultui & lato culo præstare judico.*

Κυκώμενος. Turbatus.

Κύλλαρος. Cyllarus. Equus Castoris: a verbo κέλλειν. [Quasi dicas κέλλαρος.] Velox. Stesichorus ait, Mercurium Dioscuris dedisse Phlogeum & Harpagum, veloces filios Podargæ; & Cyllarum.

Κυλικεῖον. Theca poculorum.

Κυλίνδει. Voluit. Volutat. Infert.

Κύλινδρος. Cylindrus.

Κυλλήνη. Cyllene. Nomen loci, vel urbis. Et Cyllenius, est epithetum Mercurii.

Κυλιβλήνη. Brassica sterilis.

Κύλιξ. Calix. Phiala. Poculum. Dicitur autem & diminutive κυλίκιον, i.e. parvum poculū. [Aristoph.] *Da mihi exiguum poculum, cujus labrum fractum est.* † *Utpote in homines delicatius in toris reclinatos, & poculis indulgentes, ir-*

1 Ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, χειμ.] Locus est mutilus, qui ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 295. (198. Ed. Bas. *P.*) unde locum hunc descripsit Suidas, sic supplendus est: Ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς, οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντὸς ῥέων, ἀλλὰ χειμάῤῥους. Vide etiam supra v. Κεκράκτης.

2 Ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβ.] Plutarchus ἐν Πολιτικοῖς Παραγγέλμασι, p. 804. Δεῖ δὲ καὶ φωνῆς εὐεξίᾳ καὶ πνεύματος ῥώμῃ πρὸς οὐ φαῦλον, ἀλλὰ παμμάχον ἀγῶνα τὸν τῆς πολιτείας ἠθληκότα κομίζειν τὸν λόγον, ὡς μὴ πολλάκις ἀπαγορεύοντα καὶ σβεννύμενον ὑπερβάλλοι τις αὐτὸν

Ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων.

3 Κυκλώπειον κλέμμα] Sic habent MSS. Paris. itemque duæ Editt. antiquissimæ, Mediolanensis & Veneta. At in Editt. Basiliensi & Genevensi excusum est βλέμμα, nulla auctoritate Manuscriptorum, sed quia lectio illa Editoribus melior esse videbatur: quæ temeritas nullo modo ferenda est.

4 Κύκλοι ἐν τῷ οὐρανῷ ε΄. Ἀρκτ.] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. Segm. CLV.

5 Χειμερινός] Scribe Τροπικὸς χειμερινός: ut apud Laertium loco laudato.

6 Ὡς αἴτιος τοῖς παραλλήλοις] Emenda ex Laertio, ὡς ἐπιὼν τοὺς παραλλήλους.

7 Κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τ.] Ex Harpocratione.

8 Κύκνου πολιώτεραι δὴ αἵδ᾽ ἐπανθ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Vespis* pag. 507. (350. Ed. Bas. *P.*) sed quæ apud ipsum Comicum emendatius leguntur. Inde igitur illorum correctionem pete.

9 Στησίχορός φησι, τὸν Ἑρμ.] Locus hic apud Etymologum sic legitur: Στησίχορος τὸν μὲν Ἑρμῆν δεδωκέναι φησὶ τοῖς Διοσκούροις Φλόγεον καὶ Ἅρπαγον, ὠκέα τέκνα Ποδάργης· Ἥραν δὲ Ξάνθον καὶ Κύλλαρον. Hinc igitur Suidas supplendus est.

10 Ὠκέα τέκνα] Sic recte MS. Paris. A. itemque Etymologus. At priores Editt. male, ὠκέας τέκνον.

11 Λέγεται δὲ καὶ κυλίκιον, χεῖλος ἀποκεκρ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristoph. *Acharnens.* pag. 393. (280. Ed. Bas. *P.*)

——'Αλλά μοι δὸς ἓν μόνον
Κυλίσκιον, τὸ χεῖλος ἀποκεκρουσμένον.

Scholiasta ad eum locum: Κυλίσκιον. ποτήριον. γράφεται δὲ καὶ κυλίκειον. ἀποκεκρουσμένον δὲ, ἀποκεκλασμένον. Hinc ergo Suidas supplendus & emendandus est.

Καὶ

Καὶ [1] σταγόνα σπονδῖτιν, ἀεὶ θυέεσσιν ὀπηδόν,
Τῆς κύλικος βαιοῦ πυθμένι κευθομένην.

Κύλιξ ῥοπαλωτή. τὸ παρὰ πολλοῖς διακλύστηρον. [2] Κόμμοδος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, ἐπὶ τῇ ἀγωνίᾳ καμών, κύλικι ῥοπαλωτῇ παρὰ γυναικὸς γλυκὺν οἶνον ἐψυγμένον λαβών, ἀμυστὶ ἔπιεν. ἐφ' ᾧ παραχρῆμα πάντες τοῦτο δὴ τὸ ἐν τοῖς συμποσίοις εἰωθὸς λέγεσθαι, ἐξεβόησαν, Ζήσαις. Καὶ αὖθις·

[3] Οἴμοι δὲ κύλικος, ἴσον ἴσῳ κεκραμένης.

[4] Τῷ Ἑρμῇ μόνῳ ἔθυον κεκραμένην σπονδήν, διὰ τὸ ζώντων καὶ τετελευτηκότων ἄρχειν. ἔστι δὲ καὶ ὅρκος ἐπὶ τῆς κύλικος οὗτος·

[5] Οὐδέποθ' ἑκοῦσα ἀνδρὶ τὠμῷ πείσομαι·
Εἰ δέ μ' ἄκουσαν βιάζεται βίᾳ,
Κακῶς παρέξω, κοὐχὶ προσκινήσομαι·
Οὐ πρὸς τὸν ὄροφον ἀνατενῶ τὰ περσικά·
Οὐ στήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος.
Ταῦτ' ἐμπεδοῦσα μὲν πίοιμ' ἐντευθενί.
Εἰ δὲ παραβαίην, ὕδατος ἐμπλησθῇ κύλιξ.

Κυλίχναι. [6] λεκάνιδες, τρυβλία, ἢ φιάλαι.

Κυλίχνιον. [7] ἔκπωμα· ὃ νῦν λέγουσι πυξίδιον. ἔχουσι δὲ οἱ ἰατροὶ τὰ πυξίδια, ἐν οἷς βάλλουσι τὰ πάσματα.

Κυλλοπόδιον. [8] ἐπὶ κλητικῆς.

Κυλλός. ὁ πεπηρωμένος, οὐ μόνον πόδα, ἀλλὰ καὶ χεῖρα. [9] ὁμοίως δὲ χωλὸς καὶ ἐπὶ ποδός, καὶ ἐπὶ χειρός. οἱ δὲ κύλλον ἀναγινώσκουσιν, ὡς κύκνον. [10] καὶ τὸ μὲν κυλλὸν ἐπὶ τοῦ ποδὸς τάττουσιν· ὡς ὁ ποιητής· Ὄρσεο κυλλοπόδιον. τὸ χωλὸν ἐπὶ χειρός· ὡς Εὔπολις· Ὅτι χωλός ἐστι τὴν ἑτέραν χεῖρ', οὐ λέγεις. ἢ ἐπειδὴ πολὺ παρ' αὐτοῖς ἐστι τὸ ποδὶ λευκῷ, ποδὶ κούφῳ· πόδα τιθείς, τὸ κυλλὸν προσέθηκεν. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι.

Κυλλός. ὁ πεπηρωμένος. [11] κυλλοὺς δὲ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἐπὶ ποδῶν καὶ ἐπὶ τῶν χειρῶν. ὁμοίως καὶ χωλοὺς τοὺς τὰς χεῖρας πεπηρωμένους. Εὔπολις· Ὅτι χωλὸς εἶ σὺ τὴν χεῖρα σφόδρα. λέγεται καὶ Κύλλου Πήρα, τόπος οὕτω καλούμενος ἐν τῇ Ἀττικῇ. ἔστι δὲ καὶ κρήνη, ἀφ' ἧς τὰς στείρους φασὶ πίνειν γυναῖκας, ἵνα συλλαμβάνωσι.

Κύλλου Πήραν. ἡ Πήρα χωρίον πρὸς τῷ Ὑμηττῷ· ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀφροδίτης, καὶ κρήνη, ἐξ ἧς αἱ πιοῦσαι

ruens, eos interfecit. Et iterum: *Et guttam in libationibus & sacrificiis semper adhiberi solitum, & in parvo fundo calicis latentem.*

Κύλιξ ῥοπαλωτή. Poculum virgatum: quod vulgo diaclysterum vocatur. *Commodus Imperator Romanorum, in certamine quodam defatigatus, vinum dulce refrigeratum, quod fœmina in poculo virgato ei præbuerat, uno haustu ebibit. Confestim igitur omnes more in conviviis solito exclamarunt, Vivas* [*Imperator.*] Et iterum: *Heu poculum, in quo vinum pari portione aquæ temperatum est.* Soli Mercurio vinum aqua mixtum libabant, quod & viventibus & mortuis præesset. Est & jusjurandum [mulierum] ad calicem, [quod Aristophanes sic describit:] *Nunquam volens marito meo parebo. Quod si vero me vi cogat, maligne mei copiam ei præbebo, neque contra movebo corpus, neque sursum tollam pedum Persica, neque tanquam leæna in tyrocnestide stabo. Hæc me facturum sancte promittens, ex hoc poculo bibam. Quod si fidem fallam, calix aqua repleatur.*

Κυλίχναι. Pelves, patellæ, vel phialæ.

Κυλίχνιον. Parvum poculum, quod nunc pyxidium vocant. Habent autem medici parvas pyxides, in quibus pharmaca, quæ vulneribus aspergunt, reponunt.

Κυλλοπόδιον. Est vocativus: [a nominativo κυλλοποδίων, claudicans pedibus.]

Κυλλός. Mancus. Mutilus. Tam de pede, quam manu usurpatur. Sic etiam χωλός, claudus, & de pede & de manu dicitur. Alii vero legunt κύλλον, cum accentu in penultima, ut κύκνον. Et κυλλὸς quidem de pede dicitur; ut apud Poetam: *Surge claudicans pedibus.* Χωλὸς vero de manu etiam usurpatur; ut apud Eupolin: *Non dicis, eum altera manu claudum esse.* Vel, quia frequens est apud poetas, ποδὶ λευκῷ, ποδὶ κούφῳ; ideo vocem πόδα adhibens, addidit κυλλόν. Aristoph. *Avib.*

Κυλλός. Mancus. Membri alicujus usu carens. Attici hanc vocem & de pedibus & manibus usurpant. Sic etiam χωλοὺς vocant eos, qui debiles & mancas habent manus. Eupolis: *Te altera manu admodum claudum esse,* [*non dicis.*] Dicitur & Κύλλου Πήρα: qui est locus ita dictus in Attica. Est & fons, ex quo steriles fœminas bibere dicunt, ut concipiant.

Κύλλου Πήραν. Cylli Peram. Pera locus est prope Hymettum, in quo templum est Ve-

1 Καὶ σταγόνα σπονδ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. VI. cap. VII. Epigr. XII.

2 Κόμμοδος ὁ βασιλεὺς —— ἐξεβόησαν, Ζήσαις] Hæc leguntur apud Xiphilinum in Epit. Dionis, pag. 382. eademque recitat Suidas supra v. Ἀμυστί.

3 Οἴμοι δὲ κύλικος, ἴσον ἴσ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Pluto*, pag. 108. (52. Ed. Bas. P.)

4 Τῷ Ἑρμῇ μόνῳ ἔθυον κεκρ.] Eadem habet Suidas supra v. Κεκραμένη σπονδή.

5 Οὐδέποθ' ἑκοῦσα ἀνδρὶ τὠμῷ π.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Aristophanis *Lysistrata* pag. 850. (546. Ed. Bas. P.) ubi versus secundus rectius sic legitur:

Ἐὰν δέ μ' ἄκουσαν βιάζηται βίᾳ.

Confer etiam Nostrum infra in Τυροκνῆστις.

6 Κυλίχναι. λεκάνιδες, τρυβλ.] Eadem habet Etymologus. Theophylactus Simoc. lib. I. cap. X. Ἡ δὲ πόλις ἐπαγγέλλεται ἐν ἡμέραις ὀκτώ, ἀργυρέοις τε ἐσφαίρωτο σκεύεσι. κοῖλαί τε γὰρ πίνακες, καὶ λεκανίδες, καὶ κυλίχναι, καὶ τρυβλία. μαγίδες τε καὶ κανᾶ, πλοῦτος Ῥωμαϊκὸς διεκέχυτο. Credere quis possit, locum hunc Suidæ inde desumptum esse.

7 Κυλίχνιον. ἔκπωμα· ὃ νῦν λέγουσι πυξ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 343. (240. Ed. Bas. P.)

8 Κυλλοπόδιον] Est vox Homerica Il. Φ. v. 331.

9 Ὁμοίως δὲ χωλὸς, καὶ ἐπὶ ποδὸς, καὶ ἐπὶ χειρ.] Eustathius ad Il. B. pag. 206. Οὐ δὲ τὸ χωλὸν καὶ ἐπὶ χειρὸς τίθεται. Ῥητορικοῦ λεξικοῦ ἐστι παρασημείωσις.

10 Καὶ τὸ μὲν κυλλὸν ἐπὶ τοῦ ποδὸς τάττ.] Hæc, & quæ sequuntur, sumpta sunt ex Enarratore Comici ad *Aves* pag. 605. (420. Ed. Bas. P.)

11 Κυλλοὺς δὲ οἱ Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἐπὶ ποδ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 351.

ἀποκύουσι, καὶ αἱ ἄγονοι γόνιμοι γίνονται. Κρατῖνος δὲ ἐν Μαλθακοῖς, [1] Καλλίαν αὐτὴν φησιν. οἱ δὲ Κυλλοπήραν. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν τὴν φύσιν βιαζομένων ἐξ ἐπιτεχνήσεως. Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἀλεκτρυὼν ἑστὼς ἐπὶ θατέρου ποδὸς, προὔτεινε τὸν λελωβημένον καὶ κυλλὸν, ὥσπερ οὖν μαρτυρόμενος καὶ ἐμφαίνων, οἷα ἐπεπόνθει.

Κυλώνειον ἄγος. ἀπὸ [2] Κύλωνος· ὃν καταφυγόντα ἐπὶ τὰς σεμνὰς θεὰς, ἀποσπάσαντες αὐτὸν [3] οἱ περὶ τὸν Περικλέα Ἀθηναῖοι, ἀπέκτειναν.

Κυλοιδιῶν. [4] τὰ κοῖλα οἰδῶν. ἔστι δὲ τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμούς. Θεόκριτος· Δηθὰ [5] κοιλοιδιόωντα.

Κῦμα. [6] Ἀριστοφάνης·

Καὶ ταῦτ' ἔχοντες κυμάτων ἐν ἀγκάλαις.

ἀντὶ τοῦ, ὄντες ἐν πολλοῖς κινδύνοις καὶ ἀνάγκαις. † Τὰ [7] μεγάλα κύματα ἐν τῇ συνηθείᾳ αἶγες λέγεται. ἐξ οὗ καὶ ἐπαιγίζω, ἐπὶ τοῦ σφοδρῶς πνέω.

Κυμάτια. αἱ ὑπεροχαὶ παρὰ τέκτοσι καὶ λιθοποιοῖς.

Κυματίας. ὁ κυματώδης.

Κύματος ἄκρον ἄωτον. ὁ ἀφρός.

Κυματωγή. [8] Ἀγαθίας· Νῆες φορτίδες μεγάλαι πρὸς τῇ κυματωγῇ τῆς θαλάττης καὶ ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Φάσιδος ἐφορμοῦσαι, μετεώρους εἶχον τὰς ἀκάτους, καὶ ἀμφ' αὐτὰ ἤδη που τὰ καρχήσια τῶν ἱστῶν ἀνιμηθείσας. † Οἱ δὲ ἐπορεύοντο τὴν αὐτὴν τοῦ ποταμοῦ, διὰ τῆς κυματωγῆς βρέχοντες τοὺς πόδας, ὅπου μηδὲ ἴχνος ἔμελλε συμβαίνειν.

Κύμβαλα. θυμελικὰ παίγνια. ἐν [9] Ἐπιγράμματι· Καὶ κύμβαλ' ὀξύδουπα, κοιλοχείλεα.

Κύμβαχος. ἐπὶ κεφαλὴν πεσὼν, καὶ ἄνω τοὺς πόδας ἔχων.

Κύμβη. ἡ κεφαλή.

Κύμβαι. πλοῖα περιφερῆ παρὰ Ῥωμαίοις.

heris, & fons, cujus ea est vis, ut mulieres ex eo bibentes facile pariant, & steriles fiant fœcundæ. Cratinus vero in *Mollibus* hunc fontem Calliam vocat. Alii vero Cylloperam dicunt. Proverbium autem istud dicitur de iis, qui arte aliqua naturæ vim faciunt. Ælianus: *Gallus gallinaceus vero, alteri pedi insistens, mutilum alterum & claudum porrigebat, quasi testificans & ostendens, quæ passus esset.*

Κυλώνειον ἄγος. Cylonium piaculum. Sic dictum est a Cylone: qui cum in Furiarum templum confugisset, cum vi inde abstractum [Athenienses] interfecerunt.

Κυλοιδιῶν. Oculos tumentes habens. Κοῖλα enim dicuntur cavitates, quæ sunt sub oculis. Theocritus: *Diu oculis tumentes.*

Κῦμα. Fluctus. Unda. Aristophanes: *Et hæc in fluctuum ulnis habentes.* Id est, in multis periculis & necessitatibus versantes. † Magni fluctus vulgo appellantur ἄιγες, id est, capræ. Unde ἐπαιγίζω, vehementer spiro.

Κυμάτια. Apud fabros lignarios & lapicidas sic vocantur summæ partes, sive prominentiæ quædam.

Κυματίας. Undosus. Fluctibus agitatus.

Κύματος ἄκρον ἄωτον. Undæ summus flos. Id est, spuma.

Κυματωγή. Littus. Agathias: *Naves onerariæ majores ad littus maris appulsæ, & ad ostia usque Phasidis provectæ, habebant acatos in sublimi suspensas, & ad ipsa usque carchesia malorum subductas.* † *Illi vero secundum flumen ibant, in ripa pedes [fluctibus] rigantes, ubi ne vestigium quidem reperturus quisquam erat.*

Κύμβαλα. Cymbala. Instrumenta musica, quæ in scenis adhiberi solent. In Epigrammate: *Et cymbala acutum sonum edentia, cavaque labra habentia.*

Κύμβαχος. In caput nixus, & sursum pedes habens.

Κύμβη. Caput.

Κύμβαι. Naves rotundæ apud Romanos. Cymbæ.

1 Καλλίαν] Photius in Lexico inedito καλλιάν.

2 Ἀπὸ Κύλωνος· ὃν καταφυγ.] Historiam narrant Thucyd. lib. I. cap. CXXVI. & Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 314. quos consule.

3 Οἱ περὶ τὸν Περικλέα Ἀθην.] Sed hoc falsum est. Pericles enim post tempus illud vixit, quo piaculum Cylonium contigit, ut clare patet ex Thucydide. Quare cum Pearsonio scribendum putem, οἱ πρὸ τοῦ Περικλέους Ἀθην. vel, οἱ πρόγονοι τοῦ Περικλέους.

4 Κυλοιδιῶν] Vide supra v. Κοῖλα, & v. Κυλιδιᾷν.

5 Κοιλοιδιόωντα] Scribe κυλοιδιόωντας, ut recte apud Theocritum.

6 Ἀριστοφάνης] *Ranis* pag. 245. Vide etiam supra v. Καὶ ταῦτ' ἔχοντες.

7 Τὰ μεγάλα κύματα ἐν τῇ συνηθ.] Hæc sunt verba Artemidori lib. II. cap. XII. quæ etiam leguntur supra v. Αἶγες.

8 Ἀγαθίας] Lib. III. pag. 97.

9 Ἐν Ἐπιγράμματι] Epigramma integrum, ex quo locum hunc decerpsit Suidas, ex cod. MS. Anthol. ineditæ cum Lectore curioso hic communicabo. Ἀνάθημα παρὰ Κλυτοσθένους. Φιλίππου Θεσσαλονικέως.

Ἀρξόχειρα ταῦτα, σοὶ, τὰ τύμπανα,
Καὶ κύμβαλ' ὀξύδουπα κοιλοχείλεα,
Διδύμους τε λωτοὺς κεροβόας, ἐφ' οἷς ποτε
Ἐπωλόλυξεν, αὐχένα στροβηλίσας,
Λυσσητικόν τε σάγαριν ἀμφίθηκτον,
Λεοντόδιφρε, σοὶ, Ῥέη, Κλυτοσθένης
Ἔθηκε, λυσσητῆρα γηράσας πόδα.

Tympana hæc, quæ manibus pulsantur, & cymbala acutisona labiaque cava habentia, geminasque tibias corneas, ad quarum cantum quondam ululavit, cervicem contorquens; venasque incidentem & utrinque acutam sagarin, tibi, Rhea, curru, quem leones trahunt, invecta, Clytosthenes posuit, postquam senio confectus a vago & insano discursu cessare cœpit. Epigramma hoc agit de Gallo quodam, sive sacerdote Cybeles, qui senio confectus Deæ illi dedicat instrumenta, quibus ante in celebrandis ejus sacris usus fuerat. In versu tertio λωτὸς significat tibia. Hesychius: Λωτὸς, τράγημά τι, ἢ αὐλός. Sic in alio Epigrammate ejusdem Philippi, quod exstat Anthol. lib. III. cap. XII.

Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐνήχει
Λωτός.

Id est, *Modo quidem in thalamis Nicippidis suavis resonabat tibia.* Plura vide infra v. Λωτός. In versu quarto, τὸ στροβηλίσας metri gratia dictum est pro στροβιλίσας, i. e. in gyrum torquens: a στρόβιλος, turbo. Solebant enim Galli Cybeles, cum spiritu Deæ illius attoniti & afflati essent, cervicem & caput jactare, & in gyrum torquere, ut ex aliis etiam auctorum locis constat. In versu ultimo τὸ λυσσητῆρα γηράσας πόδα, significat id, quod in versione expressi. Sic in alio Epigrammate, quod itidem legitur in Anthologia MS. & a nobis publici juris factum est supra v. Κοβαλίαις, de Galla dicitur:

Θερμὸν ἐπὶ λύσσης οὐδ' ἀνέπαυσε πόδα.

Item in alio Epigrammate de Gallo, quod ex eadem Anthologia inedita publicavit Lucas Holstenius ad Stephanum v. Τόμωλος:

Ἐκ λύσσας ἄρτ' ἀναπαυσάμενος.

‡

Κυμβία. τὰ μαζία τῶν χρυσίων.

Κύμβιον. εἶδός τι ἐκπώματος ἐπιμήκες καὶ στενὸν, καὶ τῷ σχήματι παρόμοιον τῷ πλοίῳ, ὃ καλεῖται κύμβιον.

Κυμαίνει. ταράσσει. καὶ ἐπὶ τοῦ ζέειν.

Αἶψα δὲ κυμαίνουσαν ἀπαίνυτο χύτριδα κοίλην.

Αἰλιανός· [1] Ὅμως ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ πόθου αὐτοῦ κυμαίνεται, καὶ φλέγεται, καὶ ἀκρατὴς ἑαυτοῦ.

Κυμαῖος. ἀπὸ τῆς Κύμης. σημαίνει δὲ καὶ ὄνομα κύριον. Κύμη δὲ, ὄνομα πόλεως.

Κυμίνδις. ὁ ἀετός. καὶ κύμινδος.

Κύμινον. εἶδος βοτάνης.

Κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον. [2] Ἀριστοφάνης.

Τὸ γὰρ υἱίδιον τηρεῖ με, κἄστι δύσκολον,

Κἄλλως κυμινοπριστοκαρδαμογλύφον.

Κυμοδόκη, καὶ Κυμοθόη. ὀνόματα Θεῶν ἐναλίων.

Κυμοτόμος. [3] περὶ τὰς γεφύρας οἰκοδόμημα τρίγωνον, τὸ ὀξὺ ἔχον ἔμπροσθεν ἐν τριγώνῳ σχήματι, ὃ δὴ οἱ μηχανοποιοὶ κυμοτόμον καλοῦσιν, ἐμβόλῳ νηὸς μακρᾶς ἀπεικασμένον· ὅπερ ὁ τῶν Ἀβάρων Χαγάνος ἐτεχνήσατο, γεφυρώσας τὸν ποταμὸν, καὶ ἐς τὴν περὶ [4] Δαρδανίαν ὄχθην διαβιβάσας τὸν στρατόν.

Κύνα [5] δέρειν δεδαρμένην. τὸ τοῦ Φερεκράτους. σχῆμα δέ ἐστιν ἀκόλαστον εἰς τὸ αἰδοῖον. εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἄλλο πασχόντων αὖθις, ἐφ' οἷς πεπόνθασιν, ἡ παροιμία.

Κύννα, καὶ Σαλαβακχώ. ὀνόματα θαυμαζομένων Ἀθήνησιν ἑταιρῶν. [6] Ἀριστοφάνης·

Καὶ πρῶτον μὲν μάχομαι πάντων αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,

Οὗ δεινόταται μὲν ἀπ' ὀφθαλμῶν Κύννης ἀκτῖνες ἔλαμπον·

Ἑκατὸν δὲ κύκλῳ κεφαλαὶ κολάκων οἰμωξομένων ἐλιχμῶντο

Περὶ τὴν κεφαλήν.———

Περὶ Κλέωνός φησι.

Κυνάμυια. [7] ἀναιδεστάτη. παρεσχημάτικε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ κυνὸς, καὶ τῆς μυίας. ὁ μὲν γὰρ κύων ἀναιδής· ἡ δὲ μυῖα θρασεῖα.

Κυνασβοτῆρας. ὑφ' ἓν ἀναγνωστέον. τοὺς ποιμενικοὺς κύνας. οὐ γὰρ ἀναιρεῖ κατὰ τὴν σκηνὴν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἔξω τινὰς ἀναιρεῖ.

Κυναίγειρος, [8] Ἀθηναῖος, Εὐφορίωνος, Αἰσχύλου δὲ ἀδελφὸς, τῆς στρατηγίδος ἐπελάβετο νηὸς τῶν

Κυμβία. Cymbia. Vasorum aureorum mammillæ.

Κύμβιον. Cymbium. Quoddam poculi genus oblongum & angustum, & figura simile navigio, quod cymbium vocatur.

Κυμαίνει. Fluctibus agitat. Turbat. Item, fervere, bullire; [& de olla dicitur.] *Confestim autem ollam cavam bullientem inde abstulit.* Ælianus: *Animus tamen desiderio ejus æstuat & ardet, neque sui compos est.*

Κυμαῖος. Cumanus. Est etiam nomen proprium viri. Cuma vero est nomen urbis.

Κυμίνδις, & κύμινδος. Aquila.

Κύμινον. Cuminum. Herbæ genus.

Κυμινοπρ. Cumini sector, & nasturtii scalptor. Aristophanes: *Filiolus enim me observat, qui est morosus, cuminique sector & nasturtii scalptor.*

Κυμοδόκη, καὶ Κυμ. Cymodoce, & Cymothoe; nomina Dearum marinarum.

Κυμοτόμος. Fluctum secans. Ædificium in pontibus triangulare, & a parte anteriore desinens in acumen instar trianguli, quod machinarum fabri *κυμοτόμον* vocant; estque navis oblongæ rostro simile: quod Abarorum dux Chaganus fabricavit, cum fluvium ponte jungeret, & exercitum in Dardaniam trajiceret.

Κύνα δέρειν δεδαρμ. Canem excoriatum excoriare. Proverbio hoc usus est Pherecrates: quo obscœnæ figuræ genus significatur. Dicitur item de iis, qui ea, quæ antea passi fuerant, iterum patiuntur.

Κύννα, καὶ Σαλαβ. Cynna & Salabaccho, nomina insignium & famosarum meretricum Athenis. Aristophanes: *Et primum quidem omnium dimicare aggredior cum monstro illo, serratos & asperos dentes habente: cujus ab oculis maxime terribiles Cynnæ radii micabant; & cujus caput centum adulatorum, quos fletus manet, capita circumlambebant.* De Cleone hæc dicit [Aristophanes.]

Κυνάμυια. Musca canina. Id est, impudentissima. Nomen hoc [poeta] composuit ex *κύων*, canis, & *μυῖα*, musca. Canis enim est impudens; musca vero, audax.

Κυνασβοτῆρας. Una voce legendum est, non vero duabus. Canes pastorales. Non enim hominem intra tentorium, sed foris aliquos occidit.

Κυναίγειρος. Cynægirus, Atheniensis, Euphorionis F. Æschyli frater, prætoriam navem

1 Ὅμως ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ πόθου αὐτοῦ κυμ.] Fragmentum hoc Æliani ampliari potest ex ipso Suida supra v. Ἀκράτωρ, & v. Ἐσπλάστ.

2 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 528. (360. Ed. Bas. *P.*)

3 Περὶ τὰς γεφύρας οἰκοδόμημα τρίγ.] Hæc, & quæ sequuntur, apud Simocattam me legisse memini, quamvis librum & caput nunc in memoriam mihi revocare nequeam.

4 Δαρδανίαν] In MS. A. legitur Βαρδανίαν.

5 Κύνα δέρειν δεδαρμ.] Huic proverbio simile est illud, quod legitur supra, Ἐκδεδαρμένον δέρεις.

6 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 679. Idem in *Vespis* pag. 503. (348. Ed. Bas. *P.*)

Θρασέως ξυνέστηκ' εὐθὺς ἀπ' ἀρχῆς αὐτῷ τῷ καρχαρόδοντι,
Οὐ δειδίξομαι·

& quæ hic apud Suidam sequuntur.

7 Κυνάμυια. ἀναιδής.] Respexit Suidas ad locum illum Homeri Il. Φ. v. 394.

Τίπτ' αὖ, ὦ κυνάμυια, θεοὺς ἔριδι ξυνελαύνεις.

Scholiasta ad eum locum: Κυνόμυια. Ἀναιδὴς ὡς μυῖα. ἐκ δύο ἀναιδῶν πλάσας, τοῦ τε κυνὸς καὶ τῆς μυίας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς ἀναιδείας.

8 Κυναίγειρος] Historia, quam Suidas de Cynægiro hic narrat, ex Herodoto deprompta est.

Περσῶν ἤδη φλυγούσης, καὶ τὴν δεξιὰν ἀποκοπείς, ἐπέβαλε τὴν ἀριστεράν, ἧς καὶ αὐτῆς ἀποκοπείσης, ἐτελεύτα πεσών.

Κυναῖος. ὁ ἀναιδής.

Κυνέας. τὰς περικεφαλαίας. ἤτοι τὰς ἀπὸ κυνείων δερμάτων γινομένας· ἢ ἀπὸ Κυνός τινος, κατασκευάσαντος πρῶτον. μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας οὕτως· Οἱ τὰς [1] κυνᾶς τὰς [2] Βοιωτίας ἔχοντες.

Κυνέη. περικεφαλαία, τῶν ἀγροίκων φόρημα. Φασὶ δὲ ὅτι τὸ πρότερον ἀπὸ κυνείων δερμάτων ἐγίνοντο.

Κυνείου δορά.

Κυνῆ. [3] Ἀριστοφάνης· Πλοῖον, ἢ κυνῆ. ἐπὶ τῶν ἀμφιβόλων πραγμάτων. πλοῖον μέν, καθὸ ἐπτέρωνται αἱ τριήρεις, καὶ τὰ πτερὰ διαπέπαται, ὥσπερ κῶπαι. κυνῆ δέ, ὅτι ἔχει περικεφαλαίαν τὸν πέτασον, ὡς ὁ Ἑρμῆς, ἄγγελος ὤν. καὶ οἱ [4] Πέλοπες δὲ κυνῆν τὸν πέτασον φασί.

Κυνήγιον. ἐν [5] τῷ Κυνηγείῳ καλουμένῳ ἐρριπτοῦντο οἱ βιοθάνατοι. ἦσαν δέ τινες ἐκεῖσε στῆλαι. καὶ ἀπελθὼν Θεόδωρος ὁ Ἀναγνώστης μετὰ Ἱμερίου Χαρτουλαρίου, εἶδεν ἐκεῖσε στήλην μικρὰν τῷ μήκει, καὶ πλατεῖαν, καὶ παχεῖαν πάνυ. [6] ἐμοῦ δὲ θαυμάζοντος, φησὶν ὁ Ἱμέριος, θαύμαζε, ἔφη, ὅτι ὁ κτίσας τὸ κυνήγειον ἐστίν. ἐμοῦ δὲ εἰπόντος, Μαξιμῖνος ὁ κτίσας, καὶ Ἀριστείδης ὁ καταμετρήσας· παραυτὰ πεσεῖν τὴν στήλην ἐκ τοῦ ἐκεῖσε ὕψους, καὶ κροῦσαι τὸν Ἱμέριον, καὶ θανατῶσαι. ἐμοῦ δὲ φοβηθέντος, καὶ πρὸς τὴν ἐκκλησίαν φυγόντος, καὶ καταγγέλλοντος τὸ πραχθέν, ἀπιστούντων πάντων, ὅρκοις τοῦτο ἐβεβαίωσα. οἱ οὖν οἰκεῖοι τοῦ τελευτήσαντος, καί τινες τοῦ βασιλέως σὺν ἐμοὶ ἐπορεύθησαν ἐν τῷ τόπῳ, καὶ πρὸ τοῦ τὸ πτῶμα ἰδεῖν τοῦ ἀνδρός, τὸ πτῶμα τῆς στήλης ἐθαύμαζον. Ἰωάννης δέ τις φιλόσοφος ἔφη, ὅτι εὗρον ὑπὸ τούτου τοῦ ζωδίου ἔνδοξον ἄνδρα τεθνηξόμενον. ὑφ' οὗ Φιλιππικὸς ὁ βασιλεὺς πληροφορηθείς, τοῦτο τὸ ζώδιον ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ καταχωσθῆναι ἐκέλευσε.

Κυνηγός. ζήτει ἐν τῷ Ἄρατος.

Κυνηδόν. ἔστιν ἐν τῷ Ἀντίοχος αὐτόμολος Κίλιξ.

Κυνηδόν. ὡς κύων. Ἡ δὲ ἀγανακτήσασα, καὶ κυ-

Persarum jam fugientem apprehendit, cique, amputata dextra, sinistram injecit; qua & ipsa amputata, mortuus concidit.

Κυναῖος. Impudens.

Κυνέας. Galeas: sic dictas, vel quod ex pellibus caninis confici solerent; vel quod quidam, nomine Canis, primus illarum inventor fuerit. Meminit earum Demosthenes in oratione contra Neæram his verbis: *Galeas Bœotias habentes.*

Κυνέη. Galea, quam rustici gestare solebant. Ajunt autem olim galeas ex pellibus caninis confici solitas fuisse.

Κυνείου δορά. Canina pellis.

Κυνῆ. Galea. Aristophanes: *Navis, angalea?* Dicitur de rebus ambiguis. Navis quidem, quia triremes alatæ quasi sunt, remis instar alarum expansis. Galea vero [dixit,] quia [Iris] habebat galerum pro galea: ut Mercurius, qui [Deorum] erat nuncius. Quin etiam Peloponnesii galeam πέτασον vocant.

Κυνήγιον. Cynegium, locus ita vocatus. In Cynegium olim violenta morte perempti projiciebantur, eoque in loco statuæ quædam positæ erant. Huc Theodorus Anagnostes cum Himerio Chartulario profectus, vidit statuam minime longam, sed valde latam & crassam. Me igitur eam admirante, inquit Himerius, quisnam Cynegium condidit? Tum ego: Maximinus condidit; Aristides vero dimensus est. Quo dicto, protinus statua illa ex alto delapsa Himerium afflixit, ut extemplo moreretur. Me autem perterrito, & ad templum confugiente, & quod acciderat annuntiante, nemo id, donec jurejurando confirmarem, credidit. Aliquot igitur ex perempti cognatis, & Imperatoris familiaribus, mecum ad Cynegium abierunt, & antequam Himerium prostratum animadvertissent, statuæ casum admirati sunt. Cæterum, Joannes quidam Philosophus se scriptum invenisse dixit, fore, ut isto signo clarus quidam vir opprimeretur. Quibus persuasus Philippicus Imperator signum illud eodem in loco terra obrui jussit.

Κυνηγός. Venator. Vide in v. Ἄρατος.

Κυνηδόν. More canum. Vide in v. Ἀντίοχος αὐτόμολος Κίλιξ.

Κυνηδόν. More canis. *Illa vero indignabunda,*

1 Κυνᾶς] Hodie apud Demosthenem male legitur κύνας; quo mendo Wolfius deceptus, locum illum oratoris de canibus Bœotiis accipiendum putavit.

2 Βοιωτίας] Hanc lectionem ex Demosthene Suidæ restitui. In prioribus enim Editt. pessime excusum est σιωπάς: quod mendum jam ante etiam notatum fuit a P. Leopardo *Emendat.* lib. XVI. cap. XII. itemq; Valesio ad Harpocrationem v. Ὅτι διεκαρτέρει. Portus, vulgatam lectionem secutus, locum hunc sic verterat: *Qui silentium pro galeis habent.* Inepte omnino & ridicule. Nos errorem istum e versione sustulimus, & verum in ea sensum expressimus. Cæterum, galeæ Bœotiæ olim erant celebres, earumque crebra apud veteres scriptores fit mentio. Photius in Lexico inedito: Κυνῆ Βοιωτία. ἐπεὶ ἐκεῖ καλαὶ γίγνονται αἱ κυναῖ. Hesychius: Κυνῆ Βοιωτία. ἐγένοντο γὰρ διάφοροι. ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ἃς οἱ κατ' ἀρχὰς ἐφόρουν. Theophrastus lib. III. *Histor. Plant.* cap X. de abiete: Ἔχει δὲ πλείους τὸ φύλλον καὶ ἐπ' ἔλαττον, ὥστε καὶ τὴν ὅλην μορφὴν εἶναι κυκλοειδῆ καὶ παρόμοιον μάλιστα ταῖς Βοιωτίαις κυνέαις. Locum hunc Theophrasti observavit & ante Valesius ad Harpocrationem loco ante laudato; cui eum acceptum referimus.

3 Ἀριστοφάνης] *Avibus* pag. (598. 414. Ed. Bas. P.) ubi integer versus sic habet:

Ὄρνις δὲ σοὶ τί ἐστι; πλοῖον, ἢ κυνῆ;

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas descripsit.

4 Οἱ Πέλοπες] Scribendum esse, οἱ Πελοποννήσιοι, ex Enarratore Comici patet.

5 Ἐν τῷ Κυνηγείῳ καλουμένῳ ἐρριπτοῦντο οἱ βιοθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ pene etiam leguntur apud Codinum *de Origin. CPolit.* Num. XXXVI. Cæterum, tota hæc historia de morte Himerii Chartularii tam a Suida quam Codino deprompta est ex Theodoro Anagnosta, eademque prolixius extat in Collectaneis Anonymi *de Antiquitatibus CPolit.* a Lambecio editis, pag. 90.

6 Ἐμοῦ δὲ θαυμάζοντος, φησὶν ὁ Ἱμέριος θαύμαζε, ἔφη, ὅτι ὁ κτ.] Locus hic mendosus est & mutilus, quem Lambecius ad Codinum ex cod. Vatic. sic in integrum restituit: Ἐμοῦ δέ, φησὶν ὁ Θεόδωρος, θαυμάζοντος, ἔφη ὁ Ἱμέριος καὶ αὐτὸς θαυμάζειν, ὅτι ὁ κτίσας τὸ Κυνήγιον ἐστι.

γηδὸν ὑποπλησθεῖσα τοῦ θυμοῦ, τοῖς ὀδοῦσιν ἐμφῦσα εἰς τὸ σκέλος, εἶτα μηδὲν [1] ἀδικοῦντα χωλὸν εἰργάσατο.

Κυνήειος. [2] Ἀπόλλων Ἀθήνησιν οὕτω λεγόμενος, ὃν ἱδρύσατο Κύννης, Ἀπόλλωνος καὶ Παρνηθίας νύμφης, ὡς Σωκράτης ἐν ιβʹ. θελούσης τῆς Λητοῦς τὰ βρέφη ὑπὸ κυνῶν ἁρπασθῆναι. τοῦ κνυζηθμοῦ γὰρ αἰσθομένους κύνας καὶ ποιμένας, ἀνασῶσαι τῇ μητρί. ὀνομασθῆναι οὖν ἐν Ὑμηττῷ ἀπὸ τῶν κυνῶν. Κράτης ἐν τῷ περὶ τῶν Ἀθήνησι θυσιῶν οὕτω γράφει· Τὸ δὲ Κυνήειον ἐστὶν [3] Ἀπόλλωνος Κυνηείου, τὸ ἐκ τοῦ θυννείου γενόμενον. τοῦτο δέ ἐστι τὸ θυννεῖον ἁλήσιον· καὶ γίνεται πρόσοδος μεγάλη. ταύτην ἡ πόλις εἰς θυσίαν κατεχώρισε τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Κυνηείῳ [4] ἀλήσιον Δημήτριος ὁ βασιλεύς.

Κυνίδαι. [5] γένος τι παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενον.

Κυνίδιον. τὸ μικρὸν κυνάριον.

Κυνικὴ φιλοσοφία. ἐν τῷ Ἀντισθένης.

Κυνίσκας. κύνας. ὥσπερ φιαλίσκας.

Κυνισμός. [6] εὔτονος ἐπ' ἀρετὴν ὁδός. καὶ, Κυνιεῖν δεῖ τοὺς σπουδαίους.

Κυνισμός. αἵρεσις φιλοσόφων. ὁ δὲ ὁρισμὸς αὐτοῦ, σύντομος ἐπ' ἀρετὴν ὁδός. [7] τέλος δὲ τοῦ κυνισμοῦ τὸ κατ' ἀρετὴν ζῆν, ὡς Διογένης, καὶ Ζήνων ὁ Κιττιεύς. ἤρεσκε δ' αὐτοῖς λιτῶς βιοῦν, αὐτάρκεσι χρωμένοις σιτίοις· πλούτου, καὶ δόξης, καὶ εὐγενείας καταφρονεῖν. ἔνιοι δὲ βοτάναις καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐχρῶντο, σκέπαις τε ταῖς τυχούσαις, καὶ πίθοις, καὶ ἔφασκον, Θεοῦ γὰρ ἴδιον τὸ μηδενὸς δεῖσθαι· τῶν δὲ Θεῷ ὁμοίων, τὸ ὀλίγων χρῄζειν. ἤρεσκε δ' αὐτοῖς καὶ τὸ, [8] διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀναπόβλητον.

Κυνθιάδες. ἐν [9] Ἐπιγράμματι·

Κυνθιάδες θαρσεῖτε, τὰ γὰρ τοῦ Κρητὸς ἐχέμμα
Κεῖται ἐν Ὀρτυγίῃ τόξα παρ' Ἀρτέμιδι.

καὶ Κυνθίαν [10] Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις φησί·

——Κυνθίαν ἔχων
Ὑψικέρατα πέτραν.

Κυνοκέφαλος. [11] ὁ Κλέων ἑαυτὸν οὕτω καλεῖ. ἀντὶ τοῦ δεινὸν καὶ ἀναίσχυντον· ὁποῖος ἦν ὁ παρ' Ἡσιόδῳ Γηρυονεύς. [12] Χρυσάωρ ἔτικε τρικέφαλον Γηρυονῆα. τουτέστιν, ἰταμός, καὶ ἀναιδής, καὶ ἁρπακτικός.

& more canis ira accensa, dentibus in crus infixis, virum, qui nullam ipsi injuriam fecerat, claudum reddidit.

Κυνήειος. Cyneius, vel Cynius. Apollo Athenis sic dictus, cujus fanum dedicavit Cynnis, Apollinis & Parnethiæ Nymphæ filius, ut scribit Socrates lib. XII. Latona enim natos infantes exponente, ut a canibus dilacerarentur; canes & pastores, audito vagitu, eos matri restituerunt. In Hymetto igitur a canibus dictus est [Cynis.] Crates in libro *de Sacrificiis Atheniensium* sic scribit: Κυνήειον *vero est Apollinis Cynii templum, eo loco conditum, ubi olim thynni vendebantur. Intelligo autem thynneum Alesium: unde ingens olim vectigal ad Rempubl. redibat; quod civitas Apollini assignavit, ut ei sacrificia inde fierent.*

Κυνίδαι. Cynidæ. Familia quædam apud Athenienses ita vocata.

Κυνίδιον. Parvus canis. Catellus.

Κυνικὴ φιλ. Cynica Philosophia. In v. Ἀντισθένης.

Κυνίσκας. Catellas. Dictum est eodem modo, ut φιαλίσκας, parvas phialas.

Κυνισμός. Cynismus est compendiaria & recta ad virtutem via. Et, Bonos viros Cynice vivere oportet.

Κυνισμός. Cynismus, secta Philosophorum, cujus definitio est, quod sit compendiaria ad virtutem via. Finis autem philosophiæ Cynicæ est, secundum virtutem vivere; ut Diogenes & Zeno Citticus fecerunt. Placebat autem ipsis frugaliter vivere, & eo victu, qui naturæ desideriis sufficeret, contentos esse; divitias vero, & gloriam, & nobilitatem contemnere. Quidam vero etiam herbis & aqua frigida utebantur, & in tectis vilissimis doliisque habitabant, dicentes, solius Dei esse nulla re indigere; illorum vero, qui Dei similes sint, quam paucissimis. Inter placita illorum & hoc erat, virtutem doceri, non autem amitti posse.

Κυνθιάδες. Feræ montis Cynthi. In Epigrammate: *Feræ montis Cynthi, bono estote animo. Cretensis enim [venatoris] sagittæ, quibus vos petere solebat, in Ortygia Dianæ suspensæ sunt.* Et Aristoph. *Nubibus: [Phœbe,] qui Cynthiam petram valde altam tenes.*

Κυνοκέφαλος. Cynocephalus. Sive, caninum caput habens. Ita Cleon se ipse vocat. Pro, trucem & impudentem: qualis erat Geryoneus apud Hesiodum. *Chrysaor vero genuit tricipitem Geryoneum.* Κυνοκέφαλος igitur notat hominem audacem & impudētem & rapacem.

1 Ἀδικοῦντα] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male ἀδικοῦντι.

2 Κυνήειος. Ἀπόλλων Ἀθ.] Eadem habet Photius in Lexico inedito. Vide etiam Meursium *Lect. Attic.* lib. I. cap. III. Cæterum, qui hic a Suida Apollo Κυνήειος vocatur, ab aliis Κύνειος, vel Κύνιος dicitur.

3 Ἀπόλλωνος Κυνηείου] Adde ex Lexico Photii inedito, ἱερόν.

4 Ἀλήσιον Δημήτριος ὁ βασ.] Quomodo verba hæc cum præcedentibus cohæreant, vel quis eorum sit sensus, non video. Quare eruditus Lector de hoc loco cogitet.

5 Κυνίδαι. γένος τι παρ' Ἀθην.] Ex Harpocratione. Vide etiam Meurs. *Lect. Attic.* lib. I. cap. III.

6 Κυνισμός. εὔτονος ἐπ' ἀρετ.] Laertius in *Menedemo*, segm. 104. Ὅθεν καὶ τὸν κυνισμὸν εἰρήκασι (Στωϊκοί) σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Idem in *Zenone Citt.* segm. 121. Κυνιεῖν τε τὸν σοφόν. εἶναι γὰρ τὸν κυνισμὸν σύντομον ἐπ' ἀρετὴν ὁδόν. Hæc duo Laertii loca Suidas respexit. Confer etiam Julian. Orat. VII. pag. 419.

7 Τέλος δὲ τοῦ κυνισμοῦ τὸ κατ' ἀρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Laertii in *Menedemo* segm. CV.

8 Διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀναπόβλ.] Laertius loco laudato sic habet: Διδακτὴν τὴν ἀρετὴν εἶναι, καὶ ἀναπόβλητον ὑπάρχειν.

9 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XV. ubi pro Κυνθιάδες legitur Κυνθίδες, ut Portus etiam monuit.

10 Ἀριστοφάνης ἐν Νεφ.] Pag. 162. (94. Ed. Bas. P.)

11 Κυνοκέφαλος. ὁ Κλέων ἑαυτὸν οὕτω καλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 312.

12 Χρυσάωρ ἔτικε τρ.] Portus recte monuit, versum hunc ex Hesiodo sic restituendum esse:

Χρυσάωρ δ' ἔτικε τρικέφαλον Γηρυονῆα.

Κυνοκοπήσω [1] σου τὸ νῶτον. ἀντὶ τοῦ, τυπτήσω σε καθάπερ κύνα. τοῦτο δὲ ὡς μάγειρος λέγει. ἔστι γὰρ κύων ἰχθύς ποιός. ἅμα δὲ οἷον κυνείῳ δέρματί σε παίσω. ἔστι γὰρ τραχύτατον. οὐδετέρως δὲ τὸ νῶτον.

Κυνόμυια. ἡ ἀναιδής.

Κυνώπιδα. ἀναίσχυντον.

Κυνοραϊσταί. κρότωνες. οἱ τῶν κυνῶν τὸ αἷμα ἐκπυτίζοντες.

Κυνόσαργες. [2] ἕν τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων τὸ Κυνόσαργες ἦν.

Κυνόσαργες. τόπος τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους, κατ' αἰτίαν τοιαύτην. [3] Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ. εἶτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον, καὶ ἀπελθὼν εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. ὁ δὲ περιδεὴς ἦν. ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ Θεός, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι. ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες. ἐπειδὴ οὖν ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι [4] ἐγυμνάζοντο, οἱ μήτε πρὸς μητρὸς, μήτε πρὸς πατρὸς πολῖται.

Κυνὸς σῆμα. Ὀδυσσεὺς μετὰ τὸν ἀπόπλουν παραπλεύσας εἰς Μαρώνειαν, καὶ μὴ συγχωρούμενος τῶν νεῶν ἀποβῆναι, διαχειρίζεται τούτοις πολέμῳ, καὶ λαμβάνει τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἅπαντα. ἐκεῖ δὲ τὴν Ἑκάβην καταρωμένην τοῦ στρατοῦ, καὶ θορύβους κινοῦσαν, λίθων βολαῖς ἀνεῖλε, καὶ περὶ τὴν θάλασσαν καλύπτει, ὀνομάσας τὸν τόπον Κυνὸς σῆμα.

Κυνόσημον. χωρίον τῆς Χερρονήσου, ἔνθα λόγος τὴν Ἑκάβην μετὰ τὴν Ἰλίου ἅλωσιν ἀγομένην αἰχμάλωτον, κατὰ τῆς θαλάττης ἑαυτὴν ἀφεῖσαν τελευτῆσαι τὸν βίον.

Κυνοσουρία [5].

Κυνοῦχος. [6] ὁ τὸν κύνα κρατῶν δεσμός.

[7] Κώλπαν ἀστλέγγιστον, ἀχάλκωτόν τε κυνοῦχον.

Κυνοφθαλμίζεται. ἀναιδῶς ἐμβλέπει.

Κυνῶν [8] ὑλαγμὸς ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην.

Κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον. *Verberabo dorsum tuum tanquam canis alicujus.* Hoc [allantopola] dicit ut coquus. Est enim piscis quidam, qui κύων vocatur. Simul etiam id significare velle videtur, se cum loro ex pelle canina confecto verberaturum esse. Id enim durissimum est. Νῶτον vero est generis neutrius.

Κυνόμυια. Musca canina. Id est, impudens.

Κυνώπιδα. Impudentem.

Κυνοραϊσταί. Ricini, sive pediculi, canum sanguinem exsugentes.

Κυνόσαργες. Cynosarges. Cynosarges erat unum ex Gymnasiis apud Athenienses.

Κυνόσαργες. Locus quidam apud Athenienses, & Herculis templum; cui hac de causa nomen istud inditum est. Cum Didymus Atheniensis in foco sacrificaret, canis albus accedens victimam rapuit, raptamque in loco quodam deposuit. Illi autem eam ob rem vehementer sollicito Deus respondit, quem in locum canis victimam detulisset, ibi aram Herculi erigendam esse. Hinc [fanum illud] dictum est Cynosarges. Quoniam vero Hercules nothus putabatur, nothi ibi sese exercebant, qui neque paterno neque materno genere cives essent.

Κυνὸς σῆμα. Canis sepulcrum. Ulysses Troja discedens, cum ad Maroneam appellere vellet, sed a loci istius incolis ex navibus egredi prohiberetur, prælio cum iis commisso, omnibus illorum bonis potitus est: ibidemque Hecubam, exercitum diris devoventem, & turbas excitantem, lapidum ictibus necavit, & juxta mare tumulavit, eumque locum Canis sepulcrum vocavit.

Κυνόσημον. Cynosemum. Locus in Chersoneso, ubi Hecuba, capto Ilio, cum in captivitatem abduceretur, in mare se præcipitasse, & ita vitam finivisse dicitur.

Κυνοσουρία. Cauda canis.

Κυνοῦχος. Vinculum, sive lorum, quo canis retinetur. [Vel, collare canis. In Epigrammate:] *Et ampullam oleariam minime nitidam, & collare canis ære non munitum.*

Κυνοφθαλμίζεται. Impudenter intuetur.

Κυνῶν ὑλαγμὸς. *Latratus canum significat damnum, quo ab hostibus afficieris.*

1 Κυνοκοπήσω σου τὸ νῶτον. ἀντὶ τοῦ τυπτήσω σε καθ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit.* pag. 303. (205. Ed. Bas. *P.*)

2 Κυνόσαργες] Ex Harpocratione. Vide etiam supra v. Ἐς Κυνόσαργες, & v. Εἰς Κυνόσαργες: & Ulpianum ad Orat. Demosth. contra Timocratem pag. 266.

3 Δίδυμος] Scribe Δίομος, ut scribendum esse recte monuit Meursius, *Athen. Attic.* lib. 1. cap. 11. quem confer.

4 Ἐγυμνάζοντο] Supra v. Κυνόσαργες Suidas habet ἐκρίνοντο, ut Portus etiam monuit.

5 Κυνοσουρία] Vide Hesychium v. Κυνόσουρα.

6 Κυνοῦχος. ὁ τὸν κύνα κρατ.] In fragmento Epigrammatis, quod subjungitur, τὸ κυνοῦχος significare collare canis, contra Suidam contendit Janus Vlitius in eruditis notis ad Gratii *Cyneg.* pag. 259. quem confer. Sed quid, si vocem illam hic interpretemur, marsupium, vel crumenam? Ea certe significatio a loco hoc non foret aliena. Photius in Lexico inedito: Κυνοῦχος. βαλάντιον, ἢ θύλακος. Vide etiam Hesychium.

7 Κώλπαν ἀστλέγγιστον] Κώλπαν hic dictum est pro καὶ ὄλπαν: cujus loco in Anthologia Epigrammatum inedita, ex qua locus hic excerptus est, legitur ὄλπαν τ' ἀστλέγγιστον. Sed integrum Epigramma, quod nondum a quoquam publici juris factum esse memini, Lectori curioso non invidebo. Λεωνίδα.

Πήρην, κ' ἀδέψητον ἐπισκληρευμένον αἰγὸς
Στέρφος, καὶ βάκτρον ξεῖτε τὸ λοιπέριον,
Ὄλπαν τ' ἀστλέγγιστον, ἀχάλκωτόν τε κυνοῦχον,
Καὶ πῖλον κεφαλῆς οὐχ ὁσίας σκέπανον·
Ταῦτα κηδεμονεῖθεν μυρικίνον ἀμφὶ θάμνον
Σκῦλα Ποσιχάρεος λιμὸς ἀπεκρέμασεν.

Epigramma hoc de Posochare quodam, (Cynico, ut ex sensu conjicere licet) conceptum est, cujus peram, pellem, baculum, ampullam oleariam, & pileum, post ejus mortem a Fame ad myricam suspensa fuisse Leonides jocatur. Hexametrum primum adducit Suidas infra v. Στέρφος. In Pentametro primo pro ξεῖτε τὸ λοιπέριον, lege, ξεῖτε τ' ὀλισπερικόν. In Hexametro secundo ὄλπα ἀστλέγγιστος, est ampulla olearia sordida & minime nitida: per translationem ductam ab equis strigili non detersis. Reliqua plana sunt.

8 Κυνῶν ὑλαγμὸς ἐχθ.] Senarius hic ad somniorum interpretationem pertinet, qui legitur apud Astrampsychum.

Κυνώ-

Κυνώπιδος. ἀναιδοῦς.

Κύντος [1] Κικινάτος Δικτάτωρ. οὗτος πολλαῖς μὲν καὶ πρότερον [2] ἐνήθλησε στρατείαις, ἀρχαῖς τε καὶ τιμαῖς Ῥωμαϊκαῖς πολλάκις κεκοσμημένος. οὕτω δὲ ἦν μέτριος καὶ σώφρων, ὡς ἐπὶ καλύβῃ λυπρᾷ καὶ ὀλίγῳ γῆς μέρει ζῆν, τὸν αὐτουργόν τε ἀγαπᾶν βίον. ὃς Δικτάτωρ προβαλλόμενος, ἔτυχε πρὸς ἀρότρῳ πηγνύμενος. ὅτε δὲ ἀφίκοντο πρὸς αὐτὸν οἱ τὰ παράσημα τῆς ἀρχῆς κομίζοντες, [3] ἀποψησάμενός τε τὰ σύμβολα περιθέμενος, τῇ οἰκείᾳ δυνάμει τοῖς πολεμίοις ἐπεγένετο, φόνον τε πολὺν τῶν ἐναντίων ἐργασάμενος, ἐπάνεισιν [4] ἑνδεκάτῃ μετὰ τὴν ἔξοδον ἡμέρᾳ, τοὺς μὲν οἰκείους τοῦ περιστάντος κινδύνου λυσάμενος, τῶν δὲ πολεμίων διαρπάσας τὸν χάρακα· καὶ τὸν στρατηγὸν τῶν ἐναντίων δέσμιον ἐπὶ τὴν πομπὴν κατάγει τῶν ἐπινικίων.

Κύων ἐπὶ δεσμά. ἐπὶ τῶν ἑαυτοὺς εἰς κολάσεις ἐπιδιδόντων. ὁμοία τῇ, Βοῦς ἐπὶ δεσμά. καὶ ἡ κλητικὴ ὦ κύον.

Κύων ἐπὶ φάτνῃ. παροιμία ἐπὶ τῶν μήτε χρωμένων, μήτε ἄλλους ἐώντων.

Κύων Μολοττικός. [5] Ὅπου τὰ ποιήματα αὐτοῦ

Κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός.

Κύων παρ᾽ ἐντέροις. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων ἀπολαύειν τῶν παρακειμένων. ἢ ἐπὶ τῶν ἀχρήστων σφόδρα, καὶ ἀναφιλᾶν. δυσβρωτα γὰρ τῷ κυνὶ, καὶ δυσκατάποτα.

Κύπασσις. κόσμος γυναικεῖος. Ἐνδεδυμένος κύπασσιν φοινικοῦν ποδήρη.

Εὐθύσανον [6] ζώνην τοι ὁμοῦ, καὶ τόνδε κύπασσιν,
Ἀτθὶς παρθενίων θῆκεν ὕπερθε θυρῶν.

Κύπασσις. οἱ γλωσσογράφοι χιτῶνος εἶδος φασὶ τὴν κύπασσιν, οἱ μὲν, γυναικεῖον, οἱ δὲ, ἀνδρεῖον.

Κύπειρον. εἶδος βοτάνης.

Κύπελλον. ποτήριον, κισσύβιον, ἐν Ἐπιγράμματι·

—Καὶ [7] τάδε τὰ βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα
Ἄγκειται, δίψης φάρμακ᾽ ἀλεξίκακα.

Κυπειάζουσαι. [8] ἀνθοῦσαι.

Κυνώπιδος. Impudentis.

Κύντος Κικινάτος Δικτ. Quintius Cincinnatus Dictator. Hic & bellicæ virtutis suæ illustria sæpe dedit specimina, & in toga plures magistratus cum laude gessit. Ad hæc ea sobrietate & parsimonia vixit, ut paupere casa ac paucis agri jugeribus contentus esset, manumque ipse operi rustico adhiberet. Qui cum Dictator esset creatus, legati, qui insignia Dictaturæ ad eum deferebant, deprehendisse illum feruntur stivam aratri regentem. Igitur absterso sudore ac pulvere, cum insignia magistratus induisset, protinus, ut erat impransus, Romam venit, ductoque in hostem exercitu, & ingenti cæde facta, victor undecimo post profectionem die reversus est, cum & cives ab imminenti periculo liberasset, & hostium castra diripuisset, ipsumque adeo hostium ducem præ se ad triumphum duceret.

Κύων ἐπὶ δεσμ. Canis in vincula. Dicitur de iis, qui se ipsi ad supplicium dedunt. [Proverbium hoc] simile est illi, Bos in vincula. Vocativus est, ὦ κύον.

Κύων. Canis ad præsepe. Dicitur de iis, qui nec ipsi re aliqua utuntur, nec alios uti sinunt.

Κύων Μολοττ. Canis Molossicus. *Ubi quidam Molossicus canis ipsum in poematis componendis adjuvare videbatur.*

Κύων παρ᾽ ἐντ. Canis juxta intestina. Proverbium de iis, qui rebus appositis frui non possunt. Vel, de rebus prorsus inutilibus. Canis enim haud facile intestina devorare vel deglutire potest.

Κύπασσις. Muliebris ornatus. Vestis muliebris. *Indutus cypassin, & puniceam vestem talarem.* † *Et zonam hanc bene fimbriatam, & istum cypassin, Atthis in templo Minervæ suspendit.*

Κύπασσις. Cypassis. Glossographi dicunt cypassin esse genus vestis: alii quidem, muliebris; alii vero, virilis.

Κύπειρον Cyperum. Genus herbæ.

Κύπελλον. Poculum. Cissybium. *Et hæc pastoralia pocula Pani dicata sunt, ex quibus bibentes sitim levant.*

Κυπειάζουσαι. Florentes.

1 Κύντος Κικινάτος Δικτ.] Totus hic locus exstat apud Joannem Antiochenum in Excerptis a Valesio editis, pag. 789. unde eum Suidas deprompsit.

2 Ἐνήθλησε στρατείαις, ἀρχαῖς τε καὶ τιμαῖς Ῥωμ.] Locum hunc ex Joanne Antiocheno supplevi, qui in prioribus Editt. mutilus sic legitur, ἐνήθλησε στρατείαις. πολλάκις δὲ κεκοσμημένος.

3 Ἀποψησάμενός τε τὰ σύμβολα] De hoc loco audiendus est Valesius in notis ad Collectanea Constantini Imper. de Virtut. & Vit. pag. 115. cujus verba adducam: "Quædam hic deesse manifestissimum est, etsi apud Suidam, qui hunc locum refert in Κύντος, eodem legatur modo. Suppleri autem lacuna hoc pacto videtur posse, ἀποψησάμενος δὲ καὶ δεξάμενος τὰ σύμβολα: quod egregie confirmat Livius lib. III. *Ibi ab legatis seu fossam fodiens, seu cum araret, operi certe rustico intentus, salute data invicem redditaque rogatus, ut, quod bene verteret ipsi reique publicæ, togatus mandata Senatus audiret, togam propere e tugurio proferre uxorem Raciliam jubet. Qua simul absterso sudore ac pulvere velatus processit, Dictatorem eum gratulantes consalutant.* Addit Cedrenus, Quinctium Dictatorem salutatum, postquam prætextam sumpsit, paulisper moratum hæc dixisse: *Ergo agellus noster hoc anno erit inaratus, & periculum famis domino subeundum.* Hæc Valesius.

4 Ἑνδεκάτῃ] Joannes Antiochenus habet, ἑκκαιδεκάτῃ.

5 Ὅπου τὰ ποιήματα αὐτοῦ κ.] Laertius de Polemone lib. IV. segm. XX. Ἦν δὲ καὶ φιλοσοφοκλῆς, καὶ μάλιστα ἐν ἐκείνοις, ὅπου, κατὰ τὸν Κωμικὸν, τὰ ποιήματα αὐτοῦ

Κύων τις ἐδόκει συμποιεῖν Μολοττικός.

Hinc Suidas sua deprompsit, quod & a Pearsonio observatum fuit.

6 Εὐθύσανον] Sic recte habet optimus MS. Paris. A. At in reliquis MSS. & prioribus Editt. omnibus mendose legitur, εὐθύνον: quam vocem mirum non est eo adegisse Portum, ut ad suum N. L. i. e. *Non liquet*, confugeret.

7 Καὶ τάδε τὰ βοτηρικὰ Πανὶ κύπελλα ἄγκ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Ἀμφιλαφῆ.

8 Κυπειάζουσαι] Hesychius, & Photius in Lexico inedito, rectius κυπελίζουσαι. Deductum est enim verbum hoc a nomine κύπερος, quod præter alia etiam *florem* significat. Eustathius ad Odyss. pag. 227. Ed. Bas. Ὄμφακες αἳ τὸ ἄνθος ἢ τὴν κύπερον μεταβάλλουσαι: quem locum observavit Sopingius ad Hesychium. A κυπρίζειν autem descendit κυπρισμὸς, quod itidem *florem* notat. Vide eundem Eustathium ad Il. P. pag. 1095. 24.

Κύπεις.

Κύπρεις. ἐπίθετον Ἀφροδίτης· [1] κυόπορις τις οὖσα. ἢ αὐτὴ λέγεται καὶ Κυθέρεια· παρὰ τὸ κεύθειν τοὺς ἔρωτας. † Ὅτι οἱ Κύπριοι βόες ἀναισθητότεροι τῶν ἄλλων. φασὶ γὰρ αὐτοὺς κοπροφαγεῖν. καὶ ζήτει τὴν παροιμίαν ἐν τῷ, Βοῦς Κύπριος.

Κυπρόθεμις. [2] ὄνομα κύριον· ὃν κατέστησε Τιγράνης φρούραρχον Σάμου, βασιλέως ὕπαρχος.

Κυπτάζειν. διατρίβειν. [3] στραγγεύειν. ἀναβάλλειν. Ὁ δὲ ἐς ἅμαξαν χόρτου πλήρη ἐνεκρύφθη, καὶ οὕτως ἐς τὸ ἄστυ ἐσεκομίσθη, ἅτε μηδενὸς ἐλπίζοντος, ἐνταῦθα τινὰ κυπτάζειν. † Τί [4] κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν; περιττὸν τὸ ἔχων, Ἀττικῶς. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. καὶ τὸ περί τι πονεῖσθαι.

Κυρβασίαν. κεφαλὴν ἀλεκτρυόνος.

Κύρβας, Κύρβαντος. ἐθνικόν.

Κύρβασις. ἔνιοι μὲν τιάραν, ἣ οἱ μὲν βασιλεῖς τῶν Περσῶν ὀρθῇ ἐχρῶντο· οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐπικεκλιμένῃ. καὶ [5] περικεφαλαίας εἶδος, καὶ πίλου.

Κύρβεις. τρίγωνοι πίνακες, ἐν οἷς οἱ περὶ τῶν ἱερῶν νόμοι ἐγγεγραμμένοι ἦσαν, καὶ [6] πολιτικοί. καὶ Ἄξονες δὲ ἐκαλοῦντο οἱ περὶ τῶν ἰδιωτικῶν ἔχοντες τοὺς νόμους, καὶ τετράγωνοι. Τὰς δὲ Κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδωρος ἐγγεγραμμένους ἔχειν τοὺς νόμους. εἶναι δὲ λίθους ὀρθοὺς ἑστῶτας· ὡς ἀπὸ μὲν τῆς στάσεως [7] στήλας καλεῖσθαι· ἀπὸ δὲ τῆς εἰς [8] ὕψος παρατάσεως, διὰ τὸ κεκορυφῶσθαι, Κύρβεις· ὥσπερ καὶ τὴν κυρβασίαν, τὴν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς τιθεμένην. Ἀριστοτέλης δέ φησιν ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· Ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τὰς Κύρβεις, ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ τῇ βασιλίδι.

Κύρβεις. αἱ τὰς τῶν Θεῶν ἑορτὰς ἔχουσαι· κρύβιές τινες οὖσαι· [9] ἐν αἷς τὰ τῶν Θεῶν ἀποκρυπτόμενα ἔδει εἶναι. Ἀσκληπιάδης, ὅτι ἀπὸ Κύρβιος, τοῦ τὰς [10] οὐσίας ὁρίσαντος, ὥς φησι Φανίας ὁ Ἐφέσιος. ἢ ἀπὸ τοῦ ταῦτα κυροῦσθαι τοῖς γράμμασιν.] Ἐρατοσθένης δὲ τριγώνους αὐτάς φησιν εἶναι. Ἀριστοφάνης δὲ ὁμοίας εἶναί φησι τοῖς ἄξοσι· πλὴν ὅτι οἱ μὲν ἄξονες νόμους, αἱ δὲ κύρβεις [11] οὐσίας εἶχον. ἀμφοτέρων δὲ τὸ κατασκεύασμα τοιοῦτον. πλινθίον τι μέγα, ἀνδρομήκες, ἡρμοσμένα ἔχον τετράγωνα ξύλα, τὰς πλευρὰς πλατείας ἔχοντα, καὶ γραμμάτων πλήρεις·

Κύπρεις. Cypris. Epithetum Veneris: quasi dicas κυόπορις, partus auctor. Eadem etiam dicitur Κυθέρεια: i. e. amores occultans. A κεύθειν, occultare, & ἔρως, amor. † Cyprii boves aliis sunt stolidiores. Ajunt enim eos stercore vesci. Quære proverbium in v. Βοῦς Κύπριος.

Κυπρόθεμις. Cyprothemis. Nomen proprium viri, quem Tigranes, Regis Satrapa, præsidio Sami præfecit.

Κυπτάζειν. Morari. Cunctari. Differre. [Latere.] *Ille autem in plaustro tectus fœno in urbem importatus est, nemine suspicante, ibi quenquam occultatum esse.* † Aristophanes *Nubibus*: *Quid moraris juxta januam?* Τὸ ἔχων hic Attice redundat. Item, in aliqua re occupari.

Κυρβασίαν. Cristam galli.

Κύρβας. Cyrbas, Cyrbantis. Gentile nomen.

Κύρβασις. Nonnulli ajunt esse tiaram, qua Reges Persarum recta utebantur; Duces vero, inclinata. Est & galeæ, & pilei genus.

Κύρβεις. Tabulæ triangulares, in quibus leges de rebus sacris & civilibus inscriptæ erant. Ἄξονες vero vocabantur tabulæ quadratæ, quæ leges de rebus privatis scriptas continebant. Apollodorus dicit, in Cyrbibus leges fuisse scriptas, easque fuisse lapideas, & erectas stetisse; ita ut a stando quidem appellarentur στῆλαι; at Κύρβεις, quod surgentes in acumen desinerent, instar tiaræ capitis, quæ κυρβασία vocatur. Aristoteles vero in *Athenienſium Republica* ait: *Cum leges Cyrbibus inscripsissent, eas in porticu Regia collocarunt.*

Κύρβεις. Cyrbes. Tabulæ, quæ Deorum festa continebant: sic dictæ, quasi κρύβιες, [a κρύπτω, abscondo.] Deorum enim sacra occultari oportebat. Asclepiades vero tradit, eas a Cyrbi quodam, qui sacrificiorum modum & rationem ad certas leges revocaverat, appellatas esse, ut auctor est Phanias Ephesius. Vel inde [nomen acceperunt, quod leges sacrorum in iis scriptæ,] literis confirmarentur & ratæ fierent: a κυρόω. Eratosthenes vero Cyrbes triangulas fuisse ait. Aristophanes autem eas Axibus similes fuisse dicit: hoc tamen discrimine, quod Axes con-

1 Κύπρεις] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male κυόπορις, per ω.

2 Κυπρόθεμις] Ex Harpocratione.

3 Στραγγεύειν] Vide quæ de hac voce notavimus supra v. Ἡ δὲ χελώνη.

4 Τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύρ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus* pag. 155. (89. Ed Bas. P.) Eundem locum Aristophanis adducit etiam Ammonius v. Κύπτειν, ubi sic inquit: Κύπτειν καὶ Κυπτάζειν διαφέρει. Κύπτειν μὲν γάρ ἐστι τὸ ἐπικάμπτεσθαι τῷ σώματι. Κυπτάζειν δέ ἐστι τὸ στραγγεύεσθαι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Χαῖρ'· τί κυπτάζεις ἔχων περὶ τὴν θύραν;

5 Καὶ περικεφαλαίας εἶδος] Vide Herodotum lib. VII. pag. 258. 1. ad quem Suidam hic respexisse puto.

6 Καὶ πολιτικοί] Sic recte MSS. Paris. At in prioribus Editt. τὸ καὶ male omissum est: de quo mendo jamdudum ante Lectorem monuit Salmasius *de Modo Usur.* pag. 98. quem consule.

7 Στήλας] Huc spectat insignis locus apud Scholiastam Apollon. Rh. ad lib. IV. *Argon.* v. 280. quem hic describere non gravabor. Κύρβιας. στήλας. λέγει δὲ τοὺς ἄξονας, ἐν οἷς οἱ νόμοι γεγράφονται· ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικός. Ἀπολλόδωρος δέ φησι, πᾶσαν δημοσίαν γραφὴν καὶ νόμους κύρβιν καλεῖσθαι· ὅτι οἱ ἀρχαῖοι λίθους ἱστάντες εἰώθεσαν τὰ δόξαντα ἐν αὐτοῖς ἀναγράφειν. Κύρβεις, οἱονεὶ κορύφεις, παρὰ τὸ συνῆχθαι, καὶ μεμυθῆσθαι καὶ προσκεῖσθαι τοῦ φ εἰς β, κύρβεις. ὕστερον δὲ ξύλα λελευκωμένα γράφοντες, κύρβεις ὁμοίως ἐκάλεσαν καὶ αὐτά. Κύρβεις μὲν ἦν αἱ περιέχουσαι τὰς ἱερὰς ἀναγραφάς. Κύρβεις λέγουσιν, ὡς Ἐρατοσθένης φησί, καὶ τοὺς ἄξονας καλουμένους Ἀθήνησιν, ἐν οἷς οἱ νόμοι περιέχονται. οἱ δὲ ἀκριβέστεροι, ἄξονας μὲν τετραγώνους λίθους· κύρβεις δὲ τριγώνους. ἐν ἀμφοτέροις δὲ νόμοι ἦσαν γεγραμμένοι Ἀθήνησι. Vide etiam Enarratorem Comici ad *Nubes* pag. 152. 153. & ad *Aves* pag. 604. itemque Harpocrationem, Ammonium, Thomam Magistrum, Etymologum, & alios.

8 Εἰς ὕψος παρατάσεως] Malim, εἰς ὕψος ἀνατάσεως, ut habet Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 153.

9 Ἐν αἷς τὰ τῶν Θ.] Rectius Etymologus. ἐπεὶ τὰ τῶν Θεῶν.

Λάκκος. [7] ὁ θάνατος· ἐπειδὴ λάκκῳ παραπλησίως ὁ τάφος ὀρύττεται. Δαβίδ· Καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς καταβαίνουσιν εἰς λάκκον. [8] καὶ τοὺς μεγάλους κινδύνους οὕτως ἔθος ὀνομάζειν τῇ θείᾳ γραφῇ. Καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας.

Λάκκῳ [9] καθεῖναι σαυτὸν, οὐ καλὸν τόδε.

Λακωνίζω. τὰ τῶν Λακώνων φρονῶ. Οἱ μὲν ἠττικίκασιν, οἱ δὲ λελακωνίκασιν. Λακωνίζειν δὲ, παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β.

Λακωνικαί. ἀνδρεῖα ὑποδήματα.

[10] Ποῦ τὸ πέος; ποῦ χλαῖνα; ποῦ λακωνικαί;

Λακέρεια. Laceria. Nomen urbis.

Λακέρυζα κορώνη. Crebro crocitans cornix.

Λακερύζεσθαι. Garrire. Vel, conviciari.

Λακίδας πεπλωμάτων. Laceras vestes: apud Aristophanem.

Λακιδέας. In Epigrammate: *Aspidem, rubetam, serpentem, & Ladicenses fuge.*

Λακίνιον. Lacinium. Mons Crotonis. Et Lacinia, locus.

Λακίσματα μελῶν. Membrorum & carnium dilacerationes. Membra dilacerata. *Invenerunt tunicam cruentatam & dilaceratam.* Λελακισμένον enim idem valet quod ἐσχισμένον. Et iterum: *Deinde vero Turcæ jactabant, arbores Libani flamma a se crematas esse.*

Λακκόπλουτον. Laccoplutum. Callias Atheniensis tali de causa sic vocatus fuit. Cum Xerxes in prælio navali ad Salamina victus, Athenis fugeret, Persa quidam, Calliæ hospitio usus, supellectilem suam ibi reliquit. Cum vero Barbari præcipiti fuga discederent, servi Persæ magnum auri pondus in cisternam quandam conjecerunt, sperantes, se postea reversos id recepturos esse. Sed spes hæc eos fefellit. Priusquam enim reverterentur, Callias auro illo potitus est.

Λακκόπρωκτος. Latum culum habens. Cinædus. Aristophanes: *An ignoras, me cum voluptate audire maledicta? O cinæde! Perge me conspergere rosis.*

Λάκκος. Fossa. Cisterna. Athenienses aliique Græci cisternas subterraneas, admodum capaces, easque vel rotundas vel quadratas facientes, & tectorio inducentes, vinum & oleum in illis excipiebant: quas λάκκους vocabant.

Λάκκος. [Fossa. Sepulcrum.] Mors. Sepulcrum enim instar fossæ foditur & excavatur. David: *Et similis ero illis, qui in sepulcrum descendunt.* Magna etiam pericula S. Scriptura sic vocare solet. *Et eduxit me ex fossa miseriæ.*

Λάκκῳ καθ. *Si in fossam te ipse demittas, id non est somnium bonum.*

Λακωνίζω. Laconum partibus faveo. *Alii quidem Atheniensium; alii vero Laconum partibus faverunt.* Λακωνίζειν etiam significat puerorum amoribus addictum esse; ut apud Aristoph. in *Thesmophoriazusis* posterioribus.

Λακωνικαί. Laconicæ. Calceamenta virilia. *Ubi est penis? Ubi læna? ubi Laconicæ?*

1 Λακέρυζα] Hoc epitheto cornicem insignit Aristoph. *Avibus* pag. 570. ad quem locum Suidas forte respexit.

2 Παρὰ Ἀριστοφάνει] *Acharnens.* pag. 392. (279. Ed. Bas. P.) sed ubi legitur λακίδας πέπλων.

3 Λακιδέας] Infra v. Φρῦνος, Suidas habet Λαδικέας: quam lectionem confirmat Synesius Epist. cxxvii. qui eundem versum Hexametrum adducit, addito hoc Pentametro: Καὶ κύνα λυσσητὴν, καὶ πάλι Λαδικέας. Est autem τὸ Λαδικέας nomen gentile, a recto Λαδικεὺς, ut patet ex dicto loco Synesii, qui Epigramma hoc affert, ut Euthalium quendam Ladicensem perstringat, cujus fraudes & imposturas ibi describit. Inde autem suspicor, ipsum Synesium Epigrammatis hujus auctorem esse: a quo proinde locum hunc Suidas sumpserit; quem & multa alia ab eodem fragmenta mutuatum esse passim in notis nostris monemus.

4 Λακκόπλουτον] Confer Hesychium hac voce.

5 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 197. (122. Ed. Bas. P.)

6 Ἀθηναῖοι καὶ οἱ ἄλλοι τῶν Ἑλλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Thesmophor.* pag. 728. (488. Ed. Bas. P.)

7 Λάκκος. ὁ θάνατος——ὀρύττεται] Hæc sumpta sunt ex Theodoreto ad Psalm. xxvii. v. 1.

8 Καὶ τοὺς μεγάλους κινδύνους οὕτως ἔθος ὀνομ.] Et hæc sunt verba Theodoreti ad Psalmum xxxix. v. 3.

9 Λάκκῳ καθεῖναι σ.] Versus hic ad somniorum interpretationem pertinet, qui legitur apud Astrampsychum.

10 Ποῦ τὸ πέος; ποῦ χλ.] Scribe, Καὶ ποῦ πέος, &c. ut legitur apud Aristophanem *Thesmophoriazusis* pag. 774. (515. Ed. Bas. P.) unde versum hunc Suidas mutuatus est.

Ἀριστοφάνης ἐν Θεσμοφοριαζούσαις. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

Τοί τε Λάκωνες εὔπεπλοι.

Λακωνικαὶ κλεῖδες. περιβόητοι δέ εἰσιν αὗται. [1] ὁ αὐτὸς Ἀριστοφάνης·

Οἱ γὰρ ἄνδρες ἤδη κλειδία
Αὐτοὶ φοροῦσι κρυπτά, κακοηθέστατα,
Λακωνίκ' ἄττα, τρεῖς ἔχοντα γομφίους.
Πρὸ τοῦ μὲν οὖν ἦν ἀλλ' ὑποῖξαι τὴν θύραν
Ποιησαμέναισι δακτύλιον τριωβόλου.
Νῦν δ' οὗτος αὐτοὺς ᾠκότριψ Εὐριπίδης
Ἐδίδαξε [2] θριπήδεστ' ἔχειν σφραγίδια
Ἐξαψαμένους.

Τὰ γὰρ ἀρχαῖα μονοβάλανά φησιν εἶναι. Μένανδρος Μισουμένοις·

Λακωνικὴ κλείς ἐστιν, ὡς ἔοικέ μοι.

περιοιστέα φησίν, ὅτι ἔξωθεν περικλείεται, μοχλοῦ προσηρτημένου, ἢ τινος τοιούτου ὥστε τοῖς ἔνδον μὴ εἶναι ἀνοῖξαι.

Λακωνικὴ τάξις. ἡ κατὰ τοὺς ἄνω πολέμους ἀρίστη τῶν πρόσθεν γενέσθαι δοκεῖ. εἰς πεντηκοστύας, καὶ ἐνωμοτίας, καὶ μοίρας διῃροῦντο αἱ τάξεις· καὶ ἦν ὁ ἐλάχιστος ἀριθμὸς τῆς ἐνωμοτίας, ἀνδρῶν ε καὶ κ.

Λακωνικὸν τρόπον. τὸ [3] περαίνειν· ἤγουν παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις. ἥκιστα γὰρ τὰς γυναῖκας φυλάσσουσιν οἱ Λάκωνες.

Λακωνικός. ὁ στερρός. ἀνδρεῖος. τοιοῦτοι γὰρ οἱ Λάκωνες. καὶ Λακωνικὸν πνέων. ἀντὶ τοῦ ἰσχυρόν. ἢ τὰ Λακώνων φρονῶν.

Λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως λέγω. ἀντὶ τοῦ ἀνδρείως· τοιοῦτοι γὰρ οἱ Λάκωνες.

Λακωνισμός. ἡ πρὸς τοὺς Λάκωνας οἰκειότης· ὥσπερ ἀττικισμός, ἡ πρὸς τοὺς Ἀττικούς.

Λακρατίδης. [4] οὗτος ἀρχαῖος ἄρχων Ἀθήνησιν. ἦρχε δὲ ἐπὶ τῶν χρόνων Δαρείου, ἐφ' οὗ πλείστη χιὼν ἐγένετο, καὶ ἀπέπηξε πάντα, ὡς μὴ δύνασθαί τινα προϊέναι. διόπερ τὰ ψυχρὰ πάντα Λακρατίδας ἐκάλουν. Ἀριστοφάνης· Παλαιῷ [5] Λακρατίδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται. ὅ ἐστι, διὰ τὸ γῆρας οὐχ οἷός τε εἰμὶ θᾶττον βαδίζειν.

Λάκταιν. τὴν λεγομένην κύαθον, ἢ τορύνην. ὅ ἐστι ζωμήρυσιν. Εὐεργέα λάκταιν.

Λακύδης, [6] Ἀλεξάνδρου Κυρηναίου, φιλόσοφος, ὃς τῆς νέας Ἀκαδημίας κατῆρξεν. ἔγραψε φιλόσοφα, καὶ περὶ φύσεως.

Λαλαγεῦσαν. ἐμμελῶς φωνοῦσαν. ἐν Ἐπιγράμματι·

Τὰν [7] δὲ πάρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσεσιν ἀγρότιν ἀχώ,
Πρὸς νόμον ἁμετέρας τρέψε λυροκτυπίας.

Aristophanes *Thesmophoriazusis*. Et in Epigrammate: *Et Lacones pulchris peplis ornati.*

Λακωνικαὶ κλεῖδες. Claves Laconicæ: quæ celebres erant. Idem Aristophanes: *Nam viri ipsi jam ferunt claves quasdam parvas, & occultas, maximeque malignas; Laconicas nimirum, quæ tres habent dentes. Ante enim nobis licebat clam aperire januam, facto digitulo triobolari. Nunc autem verna iste Euripides docuit eos signacula, ligni corrosi figura impressa, foribus appendere.* Antiquas nimirum claves unum dentem tantum habuisse significare vult. Menander *Misumenis: Clavis est Laconica, ut mihi videtur.* Circumferenda est clavis, inquit, quia extrinsecus [janua] clauditur, opposito vecte, vel simili repagulo; ut ab iis, qui intus sunt, aperiri non possit.

Λακωνικὴ τάξις. Acies Laconica, quæ in bellis superiorum temporum inter reliquas præstantissima habebatur. Dividebantur autem ordines in Pentecostyas, Enomotias, & Mœras: & minimus numerus Enomotiæ erat xxv.

Λακωνικὸν τρόπον. More Laconum pueros subigere. Vel, copiam sui hospitibus præbere. Lacones enim uxores suas minime custodiunt.

Λακωνικός. Laconicus. Id est, durus, virilis, fortis. Tales enim erant Lacones. Et, Laconicum spirans. Id est, virile. Vel, mentem & ingenium Laconicum habens.

Λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντ. Laconice hæc & breviter dico. Id est, viriliter. Tales enim erant Lacones.

Λακωνισμός. Laconismus. Studium erga Lacones: ut Atticismus, studium erga Atticos.

Λακρατίδης. Lacratides. Hic temporibus Darii Athenis Archon fuit: sub quo plurima nive cadente, frigore omnia constricta fuerunt, adeo ut nemo prodire posset. Hinc omnia frigida vocabant Lacratidas. Aristoph. *Seni Lacratidæ crus gravatur.* Id est, propter senectutem celeriter incedere nequeo.

Λάκταιν. Idem quod κύαθον, sive trullam, qua jus hauritur. [In Epigrammate:] *Pulchre elaboratam trullam.*

Λακύδης. Lacydes, Alexandri Cyrenæi F. Philosophus, qui fuit novæ Academiæ auctor. Scripsit Philosophica. Item, de Natura.

Λαλαγεῦσαν. Modulantem. Cantantem. In Epigrammate: [*Cicada autem*] *vocem, qua ante silvestre carmen in saltibus cantillabat, numeris lyræ nostræ accommodavit.*

1 Ὁ αὐτὸς Ἀριστοφ.] *Thesmophor.* pag. 789. (521. Ed. Bas. P.) De toto autem hoc loco Aristophanis consule Salmasium in *Exercit. Plin.* pag. 654, 655.

2 Θριπηδέστατα] Vide nos supra ad v. Θριπηδέστατον.

3 Τὸ περαίνειν] Addit Hesychius, καὶ παιδεραστεῖν, quod est τοῦ περαίνειν interpretatio. Lacones enim ob pæderastiam male audiebant: unde λακωνίζειν de pædiconibus dici solebat. Hesychius v. Κυσολάκων: Τὸ δὲ τοῖς παιδικοῖς χρῆσθαι λακωνίζειν ἔλεγον. Sed hæc nota sunt.

4 Λακρατίδης] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 382. (271 Ed. Bas. P.)

5 Παλαιῷ Λακρατίδῃ τὸ σκ.] Ut metrum hujus versus suppleatur, ex Aristophane addendum est καὶ, & sic scribendum:

Καὶ παλαιῷ Λακρατίδῃ τὸ σκέλος βαρύνεται.

6 Λακύδης] De hoc vide Laertium.

7 Τὰν δὲ πάρος λαλαγεῦσαν ἐν ἄλσ.] Epigramma integrum, cujus distichum hoc pars est, exstat Anthol. lib. vi. cap. xvi.

Λαλάγημα. τὸ ἀναφώνημα. ἤχημα.

Ἱερὸν [1] σοι θαλάμην, ζωάγρια, καὶ λαλάγημα

Ἀντίθεμαι.

Λαλητέος.

Ἅπασ᾽ [2] Ἀχαιῒς μνῆμα σόν γ᾽, Εὐριπίδη·

Οὔκουν ἄφωνος, ἀλλὰ καὶ λαλητέος.

Λαλιά. ἡ διερμηνεία. [3] Ἦν δὲ ὁ Ἀρκεσίλαος ἐν τῇ λαλιᾷ διαστατικὸς τῶν ὀνομάτων, καὶ παῤῥησιαστὴς ἱκανῶς.

Λαλίστατον. τὸ κατὰ λόγον σοφόν. λέγεται δὲ καὶ ὁ εὔγλωττος, καὶ ὁ εὐφωνότατος.

Λαλίστερον. ἀδολεσχέστερον. Φλυαρώτερον.

Λαμάχων. [4] Λάμαχος, Ἀθηναίων στρατηγὸς ῥιψοκίνδυνος· ὃν, ὅτε εἰς Σικελίαν ἔπλεον Ἀθηναῖοι, ἐχειροτόνησαν μετὰ Νικίου καὶ Ἀλκιβιάδου. ἦν δὲ καὶ φιλοπόλεμος. Ἀριστοφάνης·

Σπονδὰς ποιησάμενος ἐμαυ-

Τῷ, πραγμάτων τε καὶ μαχῶν

Καὶ Λαμάχων ἀπαλλαγείς.

Πολλῷ γὰρ ἐσθ᾽ ἥδιον.

Λαμβάνω. γενικῇ. αἰτιατικῇ δέ. Καὶ κόσμον ἡ πρὶν ἀκοσμία λαμβάνει.

Λάμεχ. δύο Λάμεχ ἡ γραφὴ μέμνηται· ἑνὸς μὲν, τοῦ ἀπὸ Κάϊν· ἑτέρου δὲ, τοῦ πατρὸς Ἐνώχ. γεγέννηται δὲ Νῶε διὰ Λάμεχ, οὐκ ἐκ τοῦ ἀπὸ Κάϊν, τοῦ πεφονευκότος ἄνδρα τε καὶ νεανίσκον εἰς μώλωπα, καὶ ὡς δύο φόνους πεποιηκότος, καὶ τῶν δύο τὰς γυναῖκας εἰληφότος Ἐλδὰν καὶ Σελάν· ὃς ἑαυτὸν καταμέμφεται, καὶ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά φησιν ἄξιον εἶναι κολάσεως. ἐκ μὲν τοῦ Κάϊν, φησὶν, ἐκδεδίκηται ἑπτάκις· ἐκ δὲ Λάμεχ ἑβδομηκοντάκις ἑπτά. κολάζεται οὖν μειζόνως, διότι τῇ πτώσει τοῦ προημαρτηκότος οὐκ ἐσωφρονίσθη. τοῦ δικαίου γὰρ Ἐνὼχ ἀδελφοὺς ἀνεῖλε, τοῦ πίστει διὰ τοῦτο προσευξαμένου μὴ ἰδεῖν τοιοῦτον θάνατον, καὶ ἀκουσθεὶς μετετέθη. Ἦν δὲ ἐκ τοῦ δικαίου Σὴθ ὁ Ἐνὼχ, ἐξ οὗ ὁ Χριστὸς κατάγεται γενεαλογούμενος ὑπὸ Λουκᾶ. ἐσπούδαζε οὖν τῶν ἀσεβῶν τὸ σπέρμα τῶν δικαίων ἐξᾶραι τὸ γένος, ἐπειδὴ βδέλυγμα ἁμαρτωλῷ θεοσέβεια. καὶ γὰρ τὸ γένος καὶ σπέρμα τοῦ μὲν Κάϊν κατηράθη· τοῦ δὲ Σὴθ εὐλογήθη. καὶ οὐκ ἐβούλετο ὁ Θεὸς τὸ δικαίων γένος πρὸς τὸ τῶν ἀσεβῶν ἐπιμιξίαν γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἐξαλειφθῆναι. ἐπεὶ οὖν ἐφόνευον καὶ ἐλάμβανον τὰς γυναῖκας αὐτῶν, ἐξαίσια τέρατα ἐτίκτοντο οἱ Γίγαντες· δι᾽ οὓς καὶ ὁ κατακλυσμὸς ἐλθὼν, πάντας ἄρδην ἀπώλεσε. μόνος δὲ δίκαιος εὑρεθεὶς ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ ὁ Νῶε, ἐφυλάχθη.

Λαμία. [5] Ταύτην ἐν τῇ Λιβύῃ [6] Δοῦρις ἐν δευτέ-

Λαλάγημα. Vox. Sonus. [In Epigrammate:] *Sacrum tibi thalamū, præmiū pro vita conservata, & tympanum hoc strepitum edens dedico.*

Λαλητέος. Dicendus. Celebrandus. [In Epigrammate:] *Universa Græcia monumentum tuum est Euripides. Non igitur taceberis, sed perpetuo celebraberis.*

Λαλιά. Loquela. Locutio. *Arcesilaus autem in loquendo singulas voces distincte proferebat, & in dicendo admodum liber erat.*

Λαλίστατον. Loquacissimum. Dicitur etiam λαλίστατος, qui facundia pollet, & maxime vocalis est.

Λαλίστερον. Loquaciorem. Magis garrulum.

Λαμάχων. Lamachus, dux Atheniensium, in periculis adeundis valde temerarius, quem Athenienses, cum in Siciliam expeditionem facerent, cum Nicia & Alcibiade ducem crearunt. Hic & belli amans erat. Aristophanes: *Fœdus mecum pactus, omissis illis turbis & præliis & Lamachis. Longe enim jucundius est*, &c.

Λαμβάνω. Accipio. Genitivo jungitur. Item accusativo. Ut, *Pristina rerum confusio ordinem sortita est.*

Λάμεχ. Duorum Lamechorum Scriptura meminit; unius quidem, qui genus a Caino duxit; alterius vero, qui fuit Enochi pater. Noe vero non natus est ex Caino, qui interfecit & virum & adolescentem in vibicem, & quasi duas cædes fecit; & duorum uxores duxit, Eldam & Selam. Qui se ipse incusat,& pœna septuagies septupla dignum esse pronunciat. De Caino quidem, inquit, pœnæ sumptæ sunt septies: de Lamecho vero, septuagies septies. Gravius igitur punitur, quod casu illius, qui prius peccarat, non sit factus sapientior. Nam Enochi Justi fratres sustulit, qui propterea fide Deum oravit, ne talem mortem videret, & exauditus, in cœlum translatus est. Fuit autem ex Justo Setho oriundus Enochus, a quo Christi genus Lucas deducit. Impiorum igitur semen piorum genus delere studuit. Nam Dei cultus est peccatori res abominanda. Quamobrem Caini quidem genus & semen est maledictum; Sethi vero, benedictum. Neque voluit Deus cum justorum genere genus impiorum commisceri: sed deleri. Quoniam igitur homines occidebant; & occisorum uxores ducebant; immania monstra Gigantes sunt exorti: propter quos etiam diluvium veniens omnes perdidit. Solus vero Noe in sua gente justus inventus, servatus est. *Port.*

Λαμία. Lamia. Duris libro secundo rerum

1 Ἱερὸν σοι θαλ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate in sacerdotem quendam Deæ Cybeles. quod ex cod MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Θαλάμη.

2 Ἅπασα Ἀχαιῒς μν.] Epigramma hoc in Euripidem legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. ut & Portus observaverat.

3 Ἦν δὲ ὁ Ἀρκεσίλαος ἐν τῇ λαλ.] Hæc sunt verba Laertii lib. IV. seg. XXXIII.

4 Λάμαχος, Ἀθηναίων στρατ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 385. (273. Ed. Bas. *P.*)

5 Λαμία —— ἀναρπάζουσα διεφθείρεν] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas* pag. 505. Idem ad *Pacem* pag. 680, 681. de Lamia hac sic inquit: Λέγεται ἡ Λαμία Βήλου καὶ Λιβύης θυγάτηρ. ταύτης ἐρασθῆναι τὸν Δία φασί· μετασχισθῆναι δὲ αὐτὴν ἀπὸ Λιβύης εἰς Ἰταλίαν, ἀφ᾽ ἧς ἡ πόλις ἐν Ἰταλίᾳ Λαμία προσαγορεύεται. ἔπειτα αὐτῇ συνελθὼν ὁ Ζεὺς, οὐκ ἔλαθε τὴν Ἥραν· ἥτις ζηλοτυπήσασα τὴν Λαμίαν, τὰ γινόμενα αὐτῆς τέκνα ἀνῄρει. ἡ δὲ ἀποθανόντων αὐτῆς τῶν παίδων βαρυθυμοῦσα, τὰ τῶν ἄλλων παιδία διὰ φθόνον ὑποκλέπτουσα, ἀνῄρει. διὰ τοῦτο καὶ τὰς τίτθας, ἐκφοβούσας τὰ βρέφη καλεῖν ἐπ᾽ αὐτοῖς τὴν Λαμίαν. Eadem fere de Lamia hac narrat Diodorus Siculus lib. XX. pag. 778. quem confer.

6 Δοῦρις] Sic habent 2 MSS. Par. A prior. Editt. minus recte Δοῦρεις.

ρω Λιβυκῶν ἱστορεῖ γυναῖκα καλὴν γενέσθαι. μιχθέντος δὲ αὐτῇ Διὸς, ὑφ' Ἥρας ζηλοτυπουμένην, ἃ ἔτικτεν ἀπολλύναι. διόπερ ἐκ τῆς λύπης δύσμορφον γεγονέναι, καὶ τὰ τῶν ἄλλων παιδία ἀναρπάζουσαν διαφθείρειν. ἔστι δὲ καὶ πόλις Θεσσαλίας, [1] ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ Ἕλληνες μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον, Ἀθηναίων ἡγουμένων, τῆς ἐλευθερίας ἀντιποιησάμενοι, τὸν Ἀντίπατρον ἐνίκησαν. Μένανδρος Ἀνδρογύνῳ· Πλήξας γὰρ ἔφθειρεν ἐκ παρατάξεως πάσας τὰς ἐν Λαμίᾳ πάσας.

Λάμια. θηρίον. ἀπὸ τοῦ ἔχειν μέγαν λαιμόν. λαίμια καὶ λάμια. [2] Ἀριστοφάνης· Φώκης δ' ὀσμὴν, Λαμίας δ' ὄρχεις [3] ἀπλύτους. δραστικοὶ γὰρ οἱ ὄρχεις. εἰδωλοποιεῖ δέ τινας ὄρχεις Λαμίας. θῆλυ γάρ.

Λάμος. πόλις Λαιστρυγόνων.

Λαμπαδουχεῖν. Ἀριστόγονος ὤν, Διονύσου μύστης, λαμπαδουχεῖν μέλλων, εἶτα μέν τοι τὰ δεξιὰ παρείθη μέρη.

Λαμπάδιον. ἡ λαμπάς. οὕτω Δείναρχος, καὶ Πλάτων.

Λαμπάδια [4] περὶ τὸ σφυρόν. οἱ μὲν τὸ λεπτὸν [5] χειρίδιον. οἱ δὲ, ἐπιδέσμου εἶδος. οἱ δὲ, τὸν νάρθηκα τῶν ἰατρῶν τὸν ναρθηκίζοντα τὸ σφυρόν. τὰ ἔμμοτα. [6] Ἀριστοφάνης·

Λαμπάδια περὶ τὸ σφυρόν·
Ἀνὴρ πέπαρται χάρακι διαπηδῶν τάφρον.

Τραϊανὸς [7] ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐν πολέμῳ τετρωμένους ἐθεράπευεν. ἐπιλειπόντων δὲ σφᾶς τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος ἐφείσατο, ἀλλ' εἰς τὰ λαμπάδια αὐτὴν κατέτεμε πᾶσαν. † Ἡ διὰ τῶν δᾳδῶν γινομένη λαμπὰς, Φρυκτὸς καλεῖται.

Λαμπάδος, καὶ λαμπάσι. τρεῖς [8] ἄγουσιν ἑορτὰς Ἀθηναῖοι λαμπάδος, Παναθηναίοις, Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθείοις. Ἴστρος δέ φησι, λαμπάδα νομίσαι ποιεῖν πρῶτον Ἀθηναίους Ἡφαίστῳ θύοντας, ὑπόμνημα τοῦ καταδείξαντος τὴν χρείαν τοῦ πυρὸς διδάξαι τοὺς ἄλλους.

Λαμπετόωντι. λάμποντι.

Λαμπηδόνος.

Λαμπήνη. ἅμαξα βασιλική. [9] ἴρδιον περιφανές. ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν.

Libycarum scribit, Lamiam mulierem formosam in Libya fuisse: sed cum Jupiter cum ea rem habuisset, liberos, quos pepererat, per Junonis odium & invidiam periisse. Quare ob mœrorem & tristitiam prorsus deformem evasisse, aliorumque liberos rapere & occidere solitam fuisse. Est & urbs Thessaliæ, unde Græci educto exercitu post Alexandri mortem Atheniensibus ducibus pro libertate pugnantes Antipatrum vicerunt. Menander *Androgyno*: *Percussas enim acie instructa perdidit omnes, quæ sunt in urbe Lamia* [*mulieres.*]

Λάμια. Lamia, bellua quædam, sic dicta, quod magnum λαιμὸν, i. e. guttur, habeat. Λάμια enim dictum est quasi λαίμια. Aristophanes: *Phocæ* [*habebat*] *odorem; Lamiæ vero testiculos illotos.* Testiculi enim efficaces sunt. Fingit autem quosdam Lamiæ testes. Erat enim Lamia fœmina.

Λάμος. Lamus, urbs Læstrygonum.

Λαμπαδουχεῖν. Lampadem ferre. *Aristogonus igitur Bacchi sacerdos, cum lampade decursurus, paralysi dextrarum partium corporis correptus est.*

Λαμπάδιον. Idem ac λαμπάς. Lampas. Ita Dinarchus, & Plato.

Λαμπάδια περὶ τὸ σφ. Alii λαμπάδιον interpretantur lanam tenuem; alii fasciæ genus: alii ferulam medicorum, quæ pedis malleolo [luxato] admovetur: alii linamenta, quæ vulneribus induntur. Aristophanes: [*Celeriter afferte*] *fascias ad obligandum malleolum pedis. Vir enim fossam transiliens, sude pedem vulneravit.* † *Trajanus Imperator milites in bello vulneratos curabat. Deficientibus vero fasciis ipse ne suæ quidem vesti pepercit, sed eam totam in fasciolas dissecuit.* † Faces accensæ, quibus signum aliquibus datur, Φρυκτοὶ vocantur.

Λαμπάδος. Lampadis. Et λαμπάσι, lampadibus. Athenienses tria festa lampadum celebrabant, Panathenæis, Vulcanalibus, & Prometheis. Ister vero ait, Athenienses primum lampadem adhibuisse, cum Vulcano sacrificium facerent, ut memoriam celebrarent ejus, qui ignis usum inventum alios docuerat.

Λαμπετόωντι. Pro λάμποντι. Splendenti.

Λαμπηδόνος. Splendoris.

Λαμπήνη. Currus regius. Rheda illustris. Vel, currus tectus.

1 Ὅθεν ὁρμηθέντες οἱ Ἕλλ.] Historiam prolixe narrat Diodorus Siculus lib. XVIII.

2 Ἀριστοφάνης] *Vespis* pag. 504. & in *Pace*, pag. 679. Utrobique enim locus hic legitur.

3 Ἀπλύτους] Sic recte Aristophanes loco laudato. At priores Editt. male, ἀπλύτας.

4 Λαμπάδια περὶ τὸ σφυρόν. οἱ μὲν τὸ λεπτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 426.

5 Χειρίδιον] Sic habent omnes Editt. itemque Enarrator Comici loco laudato. Sed ejus loco in Lexico Photii inedito rectius legi puto ἐρίδιον; quod est diminutivum ab ἔριον, lana. Sed operæ pretium erit ipsa verba Photii adscribere: Λαμπάδιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν ἔριον οἰνηρόν. Οἱ μὲν τὸ λεπτὸν ἐρίδιον, ᾧ καταδέουσι τὰ κατεαγότα. οἱ δὲ τὴν χοίνικα, εἰς ἣν καθιᾶσι τὴν κνήμην οἱ ἀφηρημένοι τὸν πόδα. οἱ δὲ νάρθηκα καὶ καλάμους, οἷς δεσμοῦσι τοὺς τὴν κνήμην κατάξαντας. Hæc utique bonæ notæ sunt.

6 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 426.

7 Τραϊανὸς ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐν πολέμῳ τετρ.] Hæc Suidas sumpsit ex Dione, apud quem in *Trajano* pag. 341. sic legitur: Ὁ Τραϊανὸς πολλοὺς μὲν τῶν οἰκείων τραυματίας ἐπιδὼν, πολλοὺς δὲ τῶν πολεμίων ἀπέκτεινεν· ὅτε καὶ ἐπιλιπόντων τῶν ἐπιδέσμων, οὐδὲ τῆς ἑαυτοῦ ἐσθῆτος λέγεται φείσασθαι, ἀλλ' ἐς τὰ λαμπάδια αὐτὴν καταδιατεμεῖν. Pro καταδιατεμεῖν Suidas olim legit κατατεμεῖν, quæ lectio præstat.

8 Τρεῖς ἄγουσιν ἑορτὰς Ἀθην.] Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 217. Λαμπαδηδρομίαι δὲ γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ· Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως. Idem pag. 263. Ὁ τῶν λαμπάδων ἀγὼν τρίτος Ἀθήνησιν ἦγετο· Προμήθεια, Ἡφαίστια, Παναθήναια. Scribendum est in casu sexto, Προμηθείοις, &c. Vide etiam Pausaniam in *Atticis* pag. 58. & Nostrum supra v. Κεραμεικός.

9 Ἴρδιον] Videtur potius scribendum esse ἥρδιον, ut supra v. Ἥρδιον: ubi hæc ipsa leguntur. Τὸ ἥρδιον autem est vox Græco-barbara, quam per transpositionem literarum dictam esse puto pro ῥέδιον, i. e. rheda.

Λαμπ-

Λαμπιτώ. [1] Ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἴω Λαμπιτώ. ἀντὶ τοῦ, ὡς οἴομαι, ἀρχὴ τῆς μάχης ἡ Λαμπιτώ.

Λάμπων [2] ὄμνυσι τὸν χῆν, ὅταν ἐξαπατᾷ τινά. πρῶτοι Σωκρατικοὶ ἐπετήδευσαν οὕτως ὀμνύναι. [3] Ῥαδάμανθυς δὲ πρῶτος οὐκ εἴα ὅρκους ποιεῖσθαι κατὰ θεῶν, ἀλλ' ὀμνύναι χῆνα, καὶ κύνα, καὶ κριόν, καὶ τὰ ὅμοια. ὁ δὲ [4] Λάμπων θύτης ἦν, καὶ χρησμολόγος, καὶ μάντις· [5] ᾧ καὶ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν Ἀθηναίων περιάπτουσιν. ὤμνυε δὲ κατὰ τοῦ χηνός, ὡς μαντικοῦ ὀρνέου. εἴρηται οὖν ἐπὶ τῶν μετὰ ὅρκου ἐξαπατώντων τινά.

Λαμπραί. [6] δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος. δύο εἰσὶ Λαμπραί· αἱ μέν, παράλιοι· αἱ δέ, καθύπερθεν.

Λαμπρειμονῶ. ὥσπερ καὶ τὸ λευχειμονῶ.

Λαμπρὰν ἡμέραν λέγουσιν, οὐ καθαράν.

Λαμπρίας, Πλουτάρχου τοῦ Χαιρωνέως υἱός. ἔγραψε [7] πίνακα, ὧν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἔγραψε περὶ πάσης Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας.

Λαμπροειμόνων. λαμπροφορῶν.

Λαμπροφόροι. [8] Ἀριστοφάνης· Οἱ γὰρ ἄνδρες ὥσπερ λαμπροφόροι ὄντες ἀποκεκύφαμεν. οἱ γὰρ λυχνοφοροῦντες, κεκύφασι διὰ τὸν ἄνεμον.

Λαμπρόψυχος. ἀντὶ τοῦ μεγαλόψυχος.

Λαμπρῶς. [9] τὸ φανερῶς, οὐ τὸ ἐνδόξως. καὶ [10] παρὰ Θουκυδίδῃ· Καὶ λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν. καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις παλαιοῖς. καὶ αὖθις· Καὶ [11] τὴν ἀπέραντον καλουμένην εἰρήνην λαμπρῶς ἔλυε.

Λαμπρυνομένων. ἀντὶ τοῦ καυχωμένων, καὶ νικώντων ἐν τοῖς ἅρμασι.

Λαμπτῆρες. οἱ κατὰ τὴν οἰκίαν φαίνοντες λύχνοι.

Ἡνίχ' [12] ἕσπεροι
Λαμπτῆρες οὐκ ἔτ' ᾖθον.

Λαμπτηρίς.

Λαμψακηνῶν. περὶ τῆς εἰς αὐτοὺς μήνιδος Ἀλεξάνδρου, ἐν τῷ Ἀναξιμένης.

Λαμυρόν. εὔλαλον. εὐτράπελον. καταπληκτικόν. τερπνόν. [13] ἐν Ἐπιγράμμασι·

Λαμπιτώ. Lampito. [Aristophanes:] *Sed principium quidem est Lampito, ut puto.* Id est, Lampito, ut arbitror, belli & dissidii hujus auctor fuit.

Λάμπων ὄμν. *Lampon jurat anserem, cum aliquem decipit.* Primi Socratici sic jurare instituerunt. Rhadamanthus vero primus vetabat per Deos jusjurandum fieri; sed per anserem, canem, arietem, & similia, jurari volebat. Lampon autem erat aruspex & vates; quem nonnulli quoque ducem fuisse ajunt coloniæ, ab Atheniensibus Sybarin missæ. Jurabat autem per anserem, ut avem divinandi peritam. Dicitur igitur de illis, qui jurejurando interposito aliquem fallunt.

Λαμπραί. Lampræ. Populus tribus Erechtheidis. Duæ autem sunt Lampræ: una maritima, [sive inferior;] altera vero superior.

Λαμπρειμονῶ. Splendida veste indutus sum. Eodem modo dictum est, quo λευχειμονῶ.

Λαμπρὰν ἡμ. Græci diem clarum vocant ἡμέραν λαμπρὰν, non καθαράν.

Λαμπρίας. Lamprias, Plutarchi Chæronensis filius. Contexuit Indicem omnium operum, quæ pater ipsius de Græca & Romana historia scripsit.

Λαμπροειμόνων. Splendidam, vel candidam vestem gestans.

Λαμπροφόροι. Qui lampadem, sive lucernam ferunt. Aristophanes: *Nos viri enim cernui incedimus, ut illi, qui lucernas ferunt.* Qui enim lucernam ferunt, corpore incurvato incedere solent, propter ventum.

Λαμπρόψυχος. Magnanimus. Generosus.

Λαμπρῶς. [Significat] manifeste & aperte: non autem cum splendore & gloria. Sic apud Thucydidem: *Fœdere* (λαμπρῶς, i. e.) *manifeste rupto.* Itemque apud alios scriptores veteres. Et iterum: *Et pacem, quæ æterna dicebatur, manifeste violavit.*

Λαμπρυνομένων. Sese jactantium, & curribus vincentium.

Λαμπτῆρες. Faces & lucernæ in domo accensæ. [Sophocles:] *Cum lucernæ vespertinæ non amplius arderent.*

Λαμπτηρίς. Parva lucerna.

Λαμψακηνῶν. Lampsacenorum. De Alexandri in ipsos ira vide in v. Ἀναξιμένης.

Λαμυρόν. Loquax. Garrulum. Facetum. Terribile. Jucundum. Lætum. In Epigrammate:

1 Ἀλλ' ἀρχὰ μὲν οἴω Λαμπ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistr.* pag. 897. (563. Ed. Bas. P.) sed ubi legitur οἰῶ, cum circumflexo in ultima.

2 Λάμπων ὄμν.] Aristoph. *Avibus* pag. 566. (389. Ed. Bas. P.)
Λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔτι καὶ νυνὶ τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι.
Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

3 Ῥαδάμανθυς δὲ πρ.] Confer Nostrum infra v. Ῥαδαμάνθυος, & v. Χῆνα.

4 Ὁ δὲ Λάμπων] Hujus Lamponis Aristophanes non solum loco paulo ante laudato meminit, sed etiam in eadem fabula p. 588. his verbis:
Μετ' ἂν Λάμπων ᾖ, μετ' ἂν ὁ μέγας Διοπείθης.

5 Ὧ ἐ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικ.] Vide Hesychium v. Θουριομάντεις, & Nostrum eadem voce.

6 Λαμπραί. δῆμος τῆς Ἐρεχθ.] Ex Harpocratione.

7 Ἔγραψε πίνακα] Hic catalogus Lampriæ, sed posteriore sui parte mutilus, hodie adhuc exstat.

8 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 897. (563. Ed. Bas. P.) sed ubi sic legitur:
———Ἂν γὰρ ἂν πόλιν
Αἴπερ λυχνοφορέοντες ἀποκεκύφαμες.
Lacon ibi Dorice loquens introducitur.

9 Λαμπρῶς. τὸ φαν.] Scholiasta Thucydidis ad lib. II. cap. VII. Λαμπρῶς. τὸ φανερῶς, ἀναμφισβητήτως. Sic etiam vox λαμπρὰ accipitur in loco hoc Sophoclis *Trachin.* pag. 372.
Ταῦτ' οὖν ἐπειδὴ λαμπρὰ συμβαίνει, τέκνον.
Scholiasta: Λαμπρά. φανερά. σαφῆ, πρόδηλα.

10 Παρὰ Θουκυδίδῃ] Lib. II. cap. VII.

11 Καὶ ἀπέραντον κτλ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *de Bello Pers.* lib. II. cap. V. idemque adducit Suidas supra v. Ἀπέραντον.

12 Ἡνίχ' ἕσπεροι λαμπτ.] Fragmentum hoc legitur apud Sophoclem *Ajace* pag. 18. ut Portus observavit.

13 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VII. pag. 612.

—— Βροτολοιγὸς ἔρως, τὰ πυρίπνοα τόξα
Βάλλει, καὶ λαμυροῖς ὄμμασι [1] πικρὰ γελᾷ.

καὶ αὖθις· [2] Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις. καὶ λαμυρώτερον.

Λὰξ ἐντείνων. λακτίσματι τύπτων. λὰξ δέ ἐστιν ὁ ὑπὸ τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν ποιὸς ψόφος.

Λαξευτήριον. ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν. λαοξόος γὰρ, ὁ οἰκοδόμος.

Λᾶξιν. μῖξιν. μερισμόν. κλῆρον. Ἡρόδοτος.

Λὰξ [3] ποδὶ κινήσας. τῷ πλάτει τοῦ ποδὸς κινήσας.

Λαοσόος. ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα.

Λαπαδεῦσαι. [4] Ἀριστογένης οὖν, Διονύσου μύστης, λαπαδεῦσαι μέλλων, εἶτα μέν τοι τὰ δεξιὰ παρείθη μέρη.

Λάπαθον. ὄρυγμα εἰς θηρίων ἐνέδραν. καὶ λάχανον, κενωτικὸν γαστρός. ὅθεν καὶ τὸ λαπάξαι, κενῶσαι. [5] Ὅμηρος· Νέων ἀλάπαζε φάλαγγας. ἀντὶ τοῦ πορθῶν ἐκένου.

Λαπίθης. ὄνομα κύριον. καὶ Λαπίθαι, τὸ πληθυντικόν.

Λαπίνη. [6] ἡ ἅμαξα.

Λαπιστής. ψεύστης. προπετής.

Λαπίστρια. μετεωριζομένη. ῥεμβομένη. θέλουσα εὐωχεῖσθαι.

Λάπτειν. τὸ ἐκκενοῦν. καὶ λάπτοντες, τῇ γλώσσῃ πίνοντες· οἱ κύνες.

Λαρινεύειν. τὸ σιτεύειν.

Λαρινοὶ [7] βόες. οἱ ἐν Ἠπείρῳ, ἀπὸ Λαρίνου βουκόλου, κλέψαντος τὰς Ἡρακλέους βοῦς, (ὥς Λύκος ὁ Ῥηγῖνος) ὅτε τὰς Γηρυόνου βοῦς ἤλαυνε. Πρόξενος δὲ αὐτὸν τὸν Ἡρακλέα ἀνεῖναί τινας τῷ Δωδωναίῳ Διΐ. Ἀπολλόδωρος δὲ αὖ τοὺς εὐτραφεῖς, λαρινούς. Λαρινεύειν γὰρ, τὸ σιτεύειν. [8] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Ζητῶ τι λαρινὸν ἔπος, ὃ τὴν τούτων θραύσει ψυχήν. ἀντὶ τοῦ μέγα· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν βοῶν. ἀπὸ Λαρίνου τινὸς βουκόλου ταύτην τὴν προσηγορίαν ἐσχηκέναι. εἰσὶ δέ τινες, οἳ παρὰ τὸ λαρὸν ἀξιοῦσιν αὐτοὺς οὕτω καλεῖσθαι. οἱ δὲ τὴν ει συλλαβὴν δασύνουσιν, ἵν' ᾖ λαρινοὺς, τοὺς μεγαλορίνους. ἐν δὲ τῇ Χαονίᾳ φασὶ τοιούτους εἶναι βοῦς, οὓς καὶ Κεστρινοὺς καλοῦσιν. ἢ οἱ μεγάλοι, καὶ εὐτραφεῖς· ἀπὸ Λαρίνου. Ἡρωδιανὸς ὀξυτόνως, ὡς ἀληθινός.

Mortalium pestis Amor igneas sagittas abjicit, & blandis oculis amarum ridet. Et iterum: *Exstinctæ sunt suaves illæ veneres, & poculorum jucundæ propinationes.* Et λαμυρώτερον, jucundius, suavius.

Λὰξ ἐντείνων. Calcibus percutiens. Λὰξ vero dicitur strepitus quidam digitorum pedis.

Λαξευτήριον. Instrumentum quo lapides poliuntur. Λαοξόος enim dicitur, qui lapides polit. Lapicida.

Λᾶξιν. Mixtionem. Portionem. Partem. Sortem. Herodotus.

Λὰξ ποδὶ κινήσας. Calce pedis, vel planta pedis movens & impellens.

Λαοσόος. Populorum servatrix.

Λαπαδεῦσαι. Lampades ferre. *Aristogenes vero, Bacchi sacerdos, cum lampadem gestaturus esset, paralysi dextrarum partium corporis correptus est.*

Λάπαθον. Fossa, quæ effoditur ad insidias feris struendas. Item olus, quod vim habet alvi evacuandæ. Unde λαπάξαι, evacuare. [Et ἀλαπάξαι, vastando vacuum & inanem reddere.] Homerus: *Juvenum vastabat phalanges.*

Λαπίθης. Lapithes. Nomen proprium. Et pluralis, Lapithæ.

Λαπίνη. Currus.

Λαπιστής. Mendax. Temerarius.

Λαπίστρια. Levis & inconstans. Vaga. Epulari cupiens.

Λάπτειν. Evacuare. Et λάπτοντες, lambendo bibentes. Id est, canes.

Λαρινεύειν. Pascere. Saginare.

Λαρινοὶ βόες. Larini boves, qui sunt in Epiro: sic dicti a Larino bubulco, qui boves Herculis, cum Geryonis boves abigeret, furatus est, ut scribit Lycus Rheginus. Proxenus vero auctor est, ipsum Herculem boves quosdam Jovi Dodonæo dicasse. Apollodorus boves λαρινοὺς appellari dicit boves pingues & bene saginatos. Λαρινεύειν enim saginare significat. Aristophanes *Avibus*: *Quæro verbum aliquod magnum & pingue, quod animum illorum confringat.* Λαρινὸν enim hic ponitur pro μέγα, magnum: per translationem ductam a bobus Larinis, quos aliqui a bubulco Larino sic appellatos esse tradunt. Sunt vero quidam, qui eos a λάρος, [i. e. ave quadam marina,] sic dictos esse volunt. Alii autem syllabam ει cum spiritu aspero scribunt: ut λαρινοὺς sit idem quod μεγαλορίνους, id est, magnos nasos habentes. In Chaonia autem ejusmodi boves esse dicunt; quos etiam Cestrinos vocant. Vel [ita vocantur boves] magni & pingues: a Larino [bubulco.] Herodianus vocem hanc scribit cum acuto in ultima, ut ἀληθινός.

1 Πικρά.] In prioribus Editt. ut & in Anthol. Epigrammatum loco laudato legitur πυκνά. Sed nos hic excudi curavimus πικρὰ, non solum propter auctoritatem Manuscriptorum Paris. in quibus ita exaratum est; sed etiam quia lectio ista multo plus acuminis habet, quam altera. Risus enim Amoris eleganter dicitur amarus, quod amor, licet initio blandiatur, postea tamen eos, quos laqueis suis irretivit, misere cruciet, multisque molestiis afficiat.

2 Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρ.] Fragmentum hoc est pars Epigrammatis in Laidem, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XII. ut Portus etiam monuit. Ibi autem locus hic plenius ita legitur:

Ἐσβέσθη δὲ τὰ φίλτρα τὰ καλλίμα, χαῖ ποτ' ἀοιδαῖς
Ψαλμοὶ, καὶ κυλίκων αἱ λαμυραὶ προπόσεις.

3 Λὰξ ποδὶ κιν.] Homerus Il. K. v. 158.

4 Λαπαδεῦσαι] Rectius sup. λαμπαδεῦσαι, ubi hic ipse locus legitur.

5 Ὅμηρος] Il. Λ. v. 503.

6 Λαπίνη] Vide supra v. Λαμπήνη.

7 Λαρινοὶ βόες. οἱ ἐν Ἠπ.] Confer Enarratorem Comici ad Pacem pag. 693, 694. ex quo hæc omnia αὐτολεξεὶ pene Suidas descripsit. Vide etiam Athen. lib. IX. pag. 376.

8 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 563. (386. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Λαρινός.

Λαρινός. ὁ ἡδύς.

Λάρισσα. ὄνομα πόλεως.

Λάρκος. [1] πλέγμα τι κοφινῶδες, ἢ ψιαθῶδες, ἐν ᾧ φέρονται ἄνθρακες.

[2] Ὁ λάρκος δημότης ὅδ' ἔστ' ἐμός.

[3] Ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρίλης μοι συχνὴν
Ὁ λάρκος ἐπετίλησεν, ὥσπερ σηπία.

[4] Ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθράκων σποδιὰς ἐπαφῆκεν ὁ λάρκος ὑπὸ ἀγωνίας, ὥσπερ σηπία τὸν θολόν. θηρώμεναι γὰρ αἱ σηπίαι ἐναφιᾶσιν ἐκ τοῦ προσόντος αὐταῖς μέλανος, ταράττειν βουλόμεναι τὸν παρ' αὐταῖς τόπον, ἵνα μὴ καταφανεῖς ὦσι τοῖς θηρῶσι. λάρκος οὖν, ὁ φορμὸς, ὁ κόφινος.

Λάρναξ. σορός. ἢ κιβωτός. [5] Πρίμος καὶ Κερεάλιος ἐς τὴν Ῥωμαίων ἐσέβαλον· πρῶτον μὲν ἐς λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, διὰ ἀγγέλων τινῶν, καὶ ἐς ἀῤῥίχους ὀπώρας ἐγχύσας, ἢ καλάμους ὀρνιθευτῶν, τὰ γράμματα ἐμβαλόντες.

Λαρόν. χλιαρόν. προσηνές. ἡδύ.

Καί [6] μιν ἀεὶ τέγγοι νοτερὴ δρόσος, ἧς ὁ γεραιὸς
— Λαρότερον μαλακῶν ἔπνεεν ἐκ στομάτων.

Λάρος κεχηνώς. ἐπὶ τῶν ἁρπακτικῶν καὶ κλεπτῶν. ἐπεὶ καὶ ὁ λάρος ὄρνεόν ἐστιν ἁρπακτικὸν καὶ ἀδηφάγον.

Λάρος ἐν ἕλεσι. παροιμία ἐπὶ τῶν ταχὺ ἀποδιδόντων.

Λαρότερος. ἡδύτερος.

Λαρυγγίζειν. [7] τὸ πλατύνειν τὴν φωνὴν, καὶ μὴ κατὰ φύσιν φθέγγεσθαι, ἀλλ' ἐπιτηδεύειν περιεργότερον τῷ λάρυγγι λέγειν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. καὶ λαρυγγίζουσι, βοῶσιν. Οἱ δὲ κόρακες περιιπτάμενοι ἄνω καὶ κάτω, θορυβούμενοι καὶ κεκραγότες μετὰ πολλῆς ἀσελγείας, οἷον οἱ κόρακες λαρυγγίζουσι.

Λαρυγγιῶ. [8] καταβοήσομαι, φησὶ, τῶν ἄλλων ῥητόρων. ἢ τὸν φάρυγγα ἐκτεμῶ, καὶ κατασιγάσω τοὺς ῥήτορας. τμηθείσης γὰρ τῆς φάρυγγος, οὐχ οἷόν τε φωνὴν προΐεσθαι.

Λάρυγξ, λάρυγγος. φάρυγξ δὲ φάρυγγος, γράφουσιν οἱ πολλοί.

Λάσανα. [9] οἱ χυτρόποδες, καὶ τὰ μαγειρεῖα, ὅπου τῇ βουλῇ σκευάζεται μετὰ τὰς θυσίας κρέα.

Λάσια. δασέα.

Λασιόκωφος. [10] ὁ λίαν κωφός. οἷον λάσια τὰ ὦτα

Λαρινός. Dulcis. Suavis. Gratus.

Λάρισσα. Lariſſa. Nomen urbis.

Λάρκος. Vas quoddam, in modum cophini vel ſtoreæ plexum: in quo carbones feruntur. [Ariſtophanes:] *Larcus iſte popularis meus eſt.* [Et iterum:] *Præ metu vero larcus hic favillam denſam mihi incacavit, tanquam ſepia.* Vel, larcus cinerem carbonum præ metu in me effudit, ut ſepia atramentum. Sepiæ enim, venatoribus eas perſequentibus, atramentum, quod ipſis ineſt, emittunt, ut locum ſibi vicinum turbidum reddant, idque ideo, ne a venatoribus conſpici poſſint. Λάρκος igitur eſt ſtorea, vel cophinus.

Λάρναξ. Capulus. Capſa. Vel, arca. *Primus & Cerealis cum exercitu Romam contenderunt, primum quidem per nuntios, deinde vero per literas, quas in capſas mortuorum, & calathos fructibus onuſtos, vel calamos aucupatorios injecerant,* [*certiores facti omnium, quæ in Urbe gererentur.*]

Λαρόν. Tepidum. Lene. Jucundum. Suave. [In Epigrammate:] *Et ipſum ſemper riget humidus ros, quo ſuaviorem odorem ſenex ille molli ſpirabat ex ore.*

Λάρος κεχηνώς. Larus hians. Dicitur de hominibus rapacibus & furacibus. Larus enim eſt avis rapax & vorax.

Λάρος ἐν ἕλεσι. Larus in paludibus. Proverbium de iis, qui cito aliquid reddunt.

Λαρότερος. Dulcior. Suavior. Jucundior.

Λαρυγγίζειν. Guttur dilatare, neque voce naturali contentum eſſe, ſed arte quadam ſonum gutturis adjuvare. Demoſthenes in oratione contra Cteſiphontem. Et λαρυγγίζουσι, clamant. *Corvi autem ſurſum & deorſum volantes, & tumultuantes, petulanterque vociferantes, magna voce crocitant.*

Λαρυγγιῶ. Magnis clamoribus, inquit, oratores obtundam. Vel, guttur eis præcidam, & ſic tacere cogam. Gutture enim ſecto, vox emitti nequit.

Λάρυγξ. Guttur. Vulgus vero ejus loco ſcribit φάρυγξ.

Λάσανα. Ollæ, quæ pedes habent, & vaſa culinaria, in quibus Senatui poſt ſacrificia carnes parantur.

Λάσια. Hirſuta.

Λασιόκωφος. Valde ſurdus. Quaſi dicas, au-

——Ζητῶ τι πάλαι μέγα, καὶ λαρινὸν ἔχω τι
Ὅτι τὴν τούτου θερμὴν ψυχήν.

Scholiaſta ad eum locum: Λαρινόν. Ὡς ἐπὶ βοὸς δὲ τοῦτό φησιν· ὡς ἐν Λαρίσσῃ μεγάλων βοῶν γινομένων. ἔστι δὲ πόλις Θεσπρωτίας. Ἄλλως. Λαρινόν, λιπαρόν. ἐκ μεταφορᾶς τῶν βοῶν. λέγονται γὰρ τινες λαρινοὶ βόες, οἱ λιπαροί. ἢ μεγάλοι, ἀπὸ Λαρίνου τινὸς νομέως εὐμεγέθεις. νέμονται δὲ τὴν Ἤπειρον, ὥσπερ τῆς Γηρυόνου βοῶν ἀπόγονοι.

1 Λάρκος πλέγμα τι κοφ.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Acharnenſ.* pag. 388. (276. Ed. Baſ. P.)

2 Ὁ λάρκος δημ.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis loco laudato.

3 Ὑπὸ δὲ δέους δὲ τῆς μαρ.] Et hoc fragmentum legitur apud Ariſtophanem eodem loco.

4 Ἀντὶ τοῦ, τὴν ἀπὸ τῶν ἀνθρ.] Hæc, & quæ ſequuntur, ſunt verba Scholiaſtæ ad modo indicatum locum Ariſtophanis. Vide etiam ſupra v. Ἐπιτίλησεν.

5 Πρίμος καὶ Κερεάλιος ἐς τὴν Ῥωμ.] Fragmentum hoc conſarcinavit Suidas ex Dione in *Vitellio* pag. 315. ubi ſic legitur: Οὗτοι γὰρ (nempe Primus & Cerealis) πρῶτον μὲν δι' ἀγγέλων τινῶν, ἐς τε λάρνακας μετὰ τῶν νεκρῶν, καὶ ἐς ἀῤῥίχους ὀπώραν ἐχούσας, ἢ καὶ καλάμους ὀρνιθευτῶν τὰ γράμματα ἐμβάλλοντες, πάντα τὰ ἐν τῇ πόλει δρώμενα ἐμάνθανον, καὶ αὐτοὺς ἐκεῖνα ἐδήλουν. Sic etiam apud Suidam ſcribendum eſt.

6 Καί μιν ἀεὶ τέγγοι νοτ.] Diſtichum hoc eſt pars Epigrammatis, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. ut Portus etiam obſervaverat.

7 Λαρυγγίζειν. τὸ πλατ.] Ex Harpocratione.

8 Λαρυγγιῶ. καταβ.] Ex Scholiaſta Ariſtophanis ad *Equit.* pag. 308. (209. Ed. Baſ. P.)

9 Λάσανα. οἱ χυτρόπ.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Pacem.* pag. 690. (468. Ed. Baſ. P.)

10 Λασιόκωφος.] Occurrit vox iſta apud Platonem in *Phædro* pag. 347. & Syneſium in *Encom. Calvit.* pag. 67. quod ideo moneo, quia Henr. Stephanus in Theſauro ſuo vocis hujus nullum affert exemplum.

ἔχων, ὡς συγκεκωφῶσθαι καὶ ἀναισθητεῖν.

Λάσιοι. πολύθριχοι. ἢ συνετοί.

Λασίοις. περὶ Φιλοκτήτου ὁ λόγος· Οὗτος [1] πρωτογόνων ἴσως οἴκων οὐδενὸς ὕστερος, πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ κεῖται, μοῦνος ἀπ' ἄλλων, στικτῶν ἢ λασίων μετὰ θηρῶν.

Λάσθη. [2] Αἰλιανός· Λέγουσι δὲ, ὅτι οὐδὲ περιθέντος οὐδὲ ἐπακτοὺς κόμας ἐν τῷ ὕβρεως καὶ λάσθης εἰς τὴν χρείαν παρελάμβανεν, ἀλλὰ ἃς εἶχε συμφυεῖς, ἀσκῶν καὶ ἐκτείνων. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ Μεσσήνιοι σὺν λάσθῃ καὶ γέλωτι, ὥσπερ ἄθυρμα τῶν Σπαρτιατῶν, τὰ πρῶτα τοῦ Διὸς ἀναθήματα διέσπειραν.

Λάσος, [3] Χαρβίνου, Ἑρμιονεύς, πόλεως τῆς Ἀχαΐας, γεγονὼς κατὰ τὴν [4] νή Ὀλυμπιάδα, ὅτε Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπου. τινὲς δὲ τοῦτον συναριθμοῦσι τοῖς ζ' σοφοῖς, ἀντὶ Περιάνδρου. πρῶτος δὲ οὗτος περὶ μουσικῆς ἔγραψε λόγον, καὶ διθύραμβον εἰς ἀγῶνα εἰσήγαγε, καὶ τοὺς ἐριστικοὺς εἰσηγήσατο λόγους.

Λασταυροκάκκαβον. βρῶμά τι ἐστὶ παρὰ Χρυσίππῳ εἰρημένον, ἐν τῷ περὶ καλοῦ καὶ ἡδονῆς· ὡς ἂν τῆς κατασκευῆς αὐτοῦ οὔσης περιεργοτέρας.

Λάσταυρος. πόρνος. δασὺς τὸν [5] ταῦρον. λασιόταυρός τις ὢν ὁ δασὺς τὸν ταῦρον. [6] Εἴ τις ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβάροις λάσταυρος τὸν τρόπον, οὗτοι πάντες ἑταῖροι τοῦ βασιλέως ἦσαν.

Λαταγεῖα. [7] καὶ θηλυκὸν, λαταγάς.

res hirsutas habens, adeo ut nihil audiat, nihilque sentiat.

Λάσιοι. Hirsuti. Setosi. Vel, cordati & sapientes.

Λασίοις. Hirsutis. Sophocles de Philoctete inquit: *Iste antiquitate & claritate generis nulli forsan secundus, omnium rerum, quæ ad vitam degendam necessariæ sunt, expers, jacet solus, procul ab aliis hominibus, inter maculosas vel hirsutas bestias.*

Λάσθη. Irrisio. Contemptus. Contumelia. Ælianus: *Dicunt vero, eum non ob insolentiam vel contemptum comis adscititiis usum esse, sed eas, quas a natura habebat, excoluisse & exornasse.* Et iterum: *Messenii vero cum contemptu & irrisione primaria Jovis donaria, ut ludicra Spartanorum, dissiparunt.*

Λάσος. Lasus, Charbini F. Hermionensis, ex Hermione urbe Achajæ. Vixit Olympiade LVIII, regnante Dario Hystaspis filio. Quidam eum loco Periandri VII Sapientibus annumerant. Scripsit primus librum de Musica: idemque auctor aliis fuit, ut Dithyrambo certarent; & contentiosum dicendi genus in usum introduxit.

Λασταυροκάκκαβον. Lastaurocaccabum. Apud Chrysippum in libro de Honestate & Voluptate, sic vocatur edulium quoddam, ad quod conficiendum magna arte opus erat.

Λάσταυρος. Impudicus. Cinædus. Proprie, qui penem hirsutum habet: quasi dicas λασιόταυρος. *Si quis inter Græcos vel Barbaros impudicus esset, illi omnes Regis sodales erant.*

Λαταγεῖα. Latagia, sive vasa, in quæ potus reliquiæ inter cottabizandum effundebantur.

Et fœmininum λαταγάς, (vel potius λάταγας, a λάταξ) guttas, vel potus reliquias, quæ a cottabizantibus in æreas phialas effundebantur.

Λάταξ. ἡ μεγάλη σταγών. ἐν Ἐπιγράμμασι·

——————Τοὺς δὲ μεθυστὰς
[8] Καλλείψω, λατάγων πλήγμασι τερπομένους.

Λάταξ. Gutta major. In Epigrammate: *Temulentos autem [adolescentes,] strepitu cottabi gaudentes, relinquam.*

1 Οὗτος πρωτογόνων ἴσως κ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Philoctete* pag. 383. ut Portus monuit. Ibi autem locus hic ita legitur & distinguitur:

Οὗτος πρωτογόνων ἴσως
Οἴκων οὐδενὸς ὕστερος,
Πάντων ἄμμορος ἐν βίῳ
Κεῖται μοῦνος ἀπ' ἄλλων,
Στικτῶν ἢ λασίων μετὰ
Θηρῶν, &c.

2 Αἰλιανός] Sic optimus MS. Paris. A. cujus loco reliqui MSS. itemque priores Editt. omnes pessime exhibent ἄλλοι: quod mendum procul dubio ex scripturæ compendio, quo nomen Αἰλιανὸς in quibusdam codicibus exaratum erat, ortum est. Hinc autem discimus, fragmentum hoc Æliano restituendum esse: cujus nemo ante vel levissimam suspicionem habere potuisset.

3 Λάσος, Χαρβίνου, Ἑρμ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Vespas* pag. 531. De Laso autem hoc vide etiam Meursium in notis ad Aristoxenum, & Menagium ad Laert. l. I. segm. XLII. Confer etiam Nostrum supra v. Κυκλιοδιδάσκαλος.

4 Νή Ὀλυμπ.] Sic habent MSS. Paris. itemque Enarrator Comici loco laudato. At in prioribus Editt. numerus prior incuria librariorum omissus est: quod mendum jam ante etiam a Meursio ad Aristoxenum, aliisque viris doctis observatum fuerat. Cæterum totum hunc locum Suidæ, æque ac multa alia, Scaliger in Collectanea sua Historica, secundum seriem Olympiadum digesta, αὐτολεξεὶ transtulit: quod ideo moneo, ne quis forte cum viris doctissimis, Meursio, Vossio, Jonsio, aliisque putet, Collectanea ista ab antiquo aliquo scriptore compilata fuisse, ex quibus Suidas forsan sua hauserit. Sane ipse Scaliger in fine notarum ad Græca Eusebiana pag. 431. (Edit. Amstelod. 1658.) se Collectaneorum istorum esse auctorem, his verbis expresse testatur: *Postremo* συναγωγὴν ἱστορικὴν (is enim Collectaneorum istorum est titulus) *a nobis partim ex editis, partim ex nondum editis scriptoribus collectam, quæ non solum ad Eusebiana, sed etiam ad memoriam veteris historiæ illustrandam magno præsidio erit*, &c. Quare miror viros doctissimos illud ignorasse: qui quoties Collectanea illa Historica citant, semper Anonymum in Descriptione Olympiadum laudare solent. Sed hæc obiter.

5 Ταῦρον] Hæc vox membrum virile, vel penem aliquando significat: quo sensu hic etiam accipi debet. Vide supra v. Ἀπούραστη.

6 Εἴ τις ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἢ τοῖς βαρβ.] Hæc sunt verba Theopompi historici, quæ leguntur apud Polybium in Collectaneis Constantini Imperatoris, a Valesio editis, pag. 21. unde ea Suidas descripsit. Idem fragmentum Theopompi apud Athenæum lib. IV. pag. 167. paulo plenius sic legitur: Ἀλλ' εἴ τις ἦν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἢ βαρβάροις λάσταυρος, ἢ βδελυρὸς, ἢ θρασὺς τὸν τρόπον· οὗτοι σχεδὸν ἅπαντες εἰς Μακεδονίαν ἀθροισθέντες, ἑταῖροι Φιλίππου προσηγορεύοντο. Plura ibidem ex Theopompo adducit Athenæus, quæ apud ipsum legi possunt.

7 Λαταγεῖα] Sic MSS. Paris. At priores Editt. minus recte λαταγεία, quæ vox apud Græcos in usu non est. Quid autem significet λαταγεῖον, (unde pluralis λαταγεῖα) disces ex ipso Suida supra v. Κοτταβίζειν.

8 Καλλείψω] Sic recte 2 MSS. Paris. At priores Editt. καλλείψω: quam lectionem vel lex metri mendosam esse arguit. Intelligendum est autem fragmentum hoc, quod Portus non viderat, de illis, qui inter pocula cottabo ludebant: quos Græci una voce μεθυσοκοττάβους appellabant. Λάταγες enim dicebantur vini vel potus reliquiæ, quæ a cottabizantibus ex poculo in pelvim vel æream phialam effundebantur, & cadendo strepitum aliquem edebant: ex qua re illi, qui amicas habebant, omen quoddam captare solebant. Vide Nostrum supra v. Κοτταβίζειν, & v. Κότταβος, ubi plura hac de re legere licet.

Λατῖνοι. [1] οἱ νῦν Ῥωμαῖοι. Τήλεφος γὰρ υἱὸς Ἡρακλέους, ὁ ἐπικληθεὶς Λατῖνος, μετωνόμασε τοὺς πάλαι [2] Κητίους λεγομένους νῦν Λατίνους. Ἰταλοὶ δὲ οὗτοι πάλιν προσηγορεύθησαν, ἔκ τινος Ἰταλοῦ, δυναστεύσαντος τῆς χώρας. Αἰνείου δὲ καταλαβόντος τὴν δύσιν, ἐκλήθησαν Αἰνεάδαι· μεθ' ὃν Ῥωμαῖοι πάντες μετωνομάσθησαν, ἀπὸ Ῥωμύλου λαβόντες τὴν ἐπωνυμίαν.

Λατρεύω. τὸ τιμῶ. αἰτιατικῇ. ὡς τὸ, Οὐκ ἐλάτρευσαν τὴν κτίσιν οἱ θεόφρονες παρὰ τὸν κτίσαντα. δοτικῇ δὲ, ἐπὶ τοῦ θύω. ὡς τὸ, Λατρεύειν ζῶντι Θεῷ.

Λατρεία. δουλεία ἐπὶ μισθῷ.

Οἵας [3] λατρείας ἀνθ' ὅσου ζήλου στέφει.

Λάτρις, λάτρου. θηλυκὸν δὲ λάτρις, θεράπαινα, δούλη, προσαίτης.

Δείσας ἡμιγύναικα Θεῆς λάτριν ὅς [4] τάδ' ὄρεια
Ἐνδυτὰ καὶ ξανθοὺς ἐκρέμασε πλοκάμους.

Λάτρις. τὸ ἁπλοῦν διὰ τοῦ ι. εἰδωλολάτρης δὲ, διὰ τοῦ η. ἐν συνθέσει.

Λάτρον. ὁ μισθός. λατρεία γὰρ, ἡ ἐπὶ μισθῷ δουλεία. λάτρις δὲ, διὰ τοῦ ι.

Λάτριν ἄγειν παλίνορσον ἀεικέα τῷ κεραμῆϊ.

Λατύπη. λιθουργική. ἢ τὸ λεπτὸν τοῦ λίθου.

Λαυχανίη. ὁ λαιμός.

Λαύρα. [5] δημόσιος στενωπός. [6] ἄμφοδος. ῥύμη· δι' ἧς οἱ λαοὶ ῥέουσιν. ἢ λαύρα, ἡ στενὴ ῥύμη, ἔνθα πᾶσα ἀκαθαρσία. ἢ ὁ ῥυπαρὸς τόπος. καὶ [7] λαύρα, ἡ στενὴ κατοικία τῶν μοναχῶν. λαύρα οὖν, παρὰ τὸ ῥέειν ἐν αὐτῇ τοὺς λαούς.

Λαυρέντα. ὄνομα πόλεως.

Λαύρειον. [8] τόπος Ἀττικῆς, ποιῶν μέταλλα.

Λαφρία. [9] Βαθεῖα. τῇ τειχὶ κομῶντα, καὶ γηραιὸν πολιᾷ. πλοῦτον εἶναι τὴν Λαφρίαν Ἄρτεμιν.

Λαφυγμός. [10] ἡ ἀδδηφαγία, καὶ ἡ περὶ τὰ ἐδέσματα πολυτέλεια. τουτέστιν, ἐκδεδιῃτημένη καὶ πολυτελὴς τροφή. τὸ ἀπλήστως ἐσθίειν. Εὔπολις ἐν Κόλαξι·

Λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρεῖον πάνυ.

καὶ [11] Ὅμηρος· Καὶ ἔγκατα πάντα λαφύσσει.

Λαφύξας. διασπαράξας. ἀφειδῶς θοινησάμενος. Αἰλιανός· οὗτοι οἱ ἀετοὶ λαφύξουσι τῶν ἐλεφάντων τὰ σπλάγχνα. δείξας τὰς σημαίας. † Οἱ δὲ Πέρσαι

Λατῖνοι. Latini, qui nunc Romani. Telephus enim Herculis filius, cognomento Latinus, eos, qui olim Cetii vocabantur, mutato nomine vocavit Latinos. Hi vero rursus vocati sunt Itali, a quodam Italo, qui regionis illius principatum obtinuit. Cum autem Æneas Occidentem occupasset, vocati sunt Æneadæ: post quem omnes, Romani mutato nomine vocati sunt; quod nomen a Romulo acceperunt. *Port.*

Λατρεύω. Honoro. Colo. Accusativo jungitur. Ut, *Divina sapientia præditi viri, non coluerunt res creatas præ creatore.* Dativo autem jungitur, cum significat, sacrifico, immolo. Ut, *Immolare Deo viventi.*

Λατρεία. Servitus, vel opera mercenaria. [Sophocles:] *Ad quam servitutem ex quanta felicitate redactus est.*

Λάτρις. Servus. Famulus. Fœmininum est λάτρις, ancilla, famula, mendica. [In Epigrammate:] *Metuens semivirum Deæ famulum: qui hæc indumenta & flavos cincinnos Rheæ suspendit.*

Λάτρις. Simplex per ι scribitur. At εἰδωλολάτρης, compositum, per η.

Λάτρον. Merces, quæ mercenariis datur. Λατρεία enim est servitus mercenaria. Λάτρις vero per ι scribitur, serva, famula. *Famulam ex fuga retractam ad figulum reducere.*

Λατύπη. Fœmina lapidum cædendorum perita. Lapicida. Vel, tenue fragmentum lapidis.

Λαυχανίη. Guttur.

Λαύρα. Via publica. Vicus, per quem turba quasi fluit. Vel λαύρα, angustus vicus, ubi est omne sordium genus. Vel, locus sordidus. Item λαύρα, locus, plures habens cellas, in quibus monachi habitant. Monasterium. Laura. Λαύρα ergo dicta est a λαὸς populus, & ῥέειν, fluere: quod populus quasi per eam fluat.

Λαυρέντα. Laurentia. Nomen urbis.

Λαύρειον. Laurium. Locus Atticæ, metalla producens.

Λαφρία. Laphria. Epithetum Dianæ. Templum Dianæ Laphriæ opulentissimum esse ajunt.

Λαφυγμός. Voracitas. Luxus in cibis. Victus delicatus & sumptuosus. Gula inexplebilis. Eupolis Κόλαξι: *Viriliter & avidissime in gulam cibos demittit.* Et Homerus: *Viscera omnia deglutit.*

Λαφύξας. Qui dilaceravit. Qui avide devoravit. Ælianus: *Hæ vero aquilæ viscera elephantorum devorabunt.* Monstrans signa bellica. † *Et Persæ, cum in fontes incidis-*

1 Λατῖνοι· οἱ νῦν Ῥωμαῖοι. Τήλεφος γὰρ υἱὸς Ἡρακλ.] Hæc inepta omnino sunt, & ex putidis lacunis hausta; quibus gemina legas apud Cedrenum & Joannem Malalam.

2 Κητίους] Hos Cedrenus pag. 140. vocat Κητταίους; Joannes Malala vero Σκητίους: quæ nomina vetus historia omnino ignorat.

3 Οἵας λατρείας ἀνθ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Ajace* pag. 30. ut Portus monuit.

4 Ὅς τάδ' ὄρεια] Scribe, ὃς τάδε Ῥείῃ: ut recte legitur in Anthologia inedita, ex qua Epigramma integrum, cujus distichum hoc pars est, publici juris fecimus supra v. Ἤγαγεν. Inde pleniorem hujus loci sensum pete.

5 Λαύρα] De hac voce vide quæ observat Casaubonus ad Athen. lib. XII. cap. X.

‡

6 Ἄμφοδος] Hæc vox *vicum* significat: quod ideo moneo, quia Portus eam male *bivium* reddiderat.

7 Λαύρα. ἡ στενὴ κατ.] Vide Valesium ad Evagrium lib. I. cap. XXI.

8 Λαύρειον] Vide supra v. Γλαῦξ ἵπταται.

9 Βαθεῖα. τῇ τειχὶ κομῶντα, καὶ γηρ.] Totus hic locus sic legendus & distinguendus est: Βαθεῖα τῇ τειχὶ κομῶντα, καὶ γηραιὸν πολιᾷ. † Βαθύπλουτον εἶναι τὴν Λαφρίαν Ἄρτεμιν. Sic enim legitur supra v. Βαθεῖα; unde ista exiguo cum judicio huc translata sunt. Prius enim fragmentum facit quidem ad vocem Βαθεῖα, sed nihil omnino ad hunc locum: quod proinde hic iterandum non erat.

10 Λαφυγμός. ἡ ἀδδηφαγία, καὶ ἡ περὶ τὰ ἐδ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum* pag. 126. (62. Ed. Bas. *P.*)

11 Καὶ Ὅμηρος] Il. Λ. v. 176.

Φρέασι

φρέασι περιτυχόντες, λαφύξαντες ἀπληστότερον, καὶ εἰς μέγα κακὸν ἀπήντησαν, τῆς κοιλίας αὐτοῖς τῇ ἀθρόᾳ τοῦ ὕδατος ἐμβολῇ διενεγκεῖν οὐκ ἐχούσης τοῦ ἐπιφορηθέντος ὕδατος τὴν ἀντίληψιν.

Λάφυρα. τὰ ἐκ τῶν πολεμίων ἔτι ζώντων λαμβανόμενα. τὰ δὲ τῶν τεθνεώτων αὐτῶν, σκῦλα λέγεται.

Λαφύστης. ὁ λαίμαργος.

Λαχανεία.

Λαχανηρόν.

Λαχανίζεσθαι. ἀντὶ τοῦ λάχανα συλλέγειν· ὡς ξυλίζεσθαι, καὶ φρυγανίζεσθαι.

Λαχάνοις. τοῖς [1] λαχανοπωλίοις. [2] Πολλὴν εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι, πρὸς λάχανα ὀμνύουσι, μὰ τὰ λάχανα, καὶ μὰ [3] τὰ κακὰ λέγοντες.

Λαχάρης, [4] Λαχάρεως, Ἀθηναῖος, σοφιστὴς μαθητὴς Ἡρακλέωνος, σοφιστοῦ Ἀθηναίου· διδάσκαλος δὲ πλείστων ἐνδόξων δὲ, Εὐστεφίου καὶ Νικολάου καὶ Ἀστερίου ἀκμάσας ἐπί τε Μαρκιανοῦ καὶ Λέοντος τῶν βασιλέων. ἔγραψε περὶ κώλου, καὶ κόμματος, καὶ περιόδου. διαλέξεις. Ἱστορίαν τὴν κατὰ Κορνοῦτον. Ἐκλογὰς ῥητορικὰς κατὰ στοιχεῖον. [5] Ὁ Λαχάρης ὁ σοφιστὴς βραδύτερος μὲν ἦν πρὸς τοὺς λόγους, καλὸς δὲ καὶ ἀγαθὸς τὴν ὄψιν· πρὸς ἀρετὴν φιλόσοφος ἄξιος καλεῖσθαι μᾶλλον, ἢ σοφιστής· ὅς γε τὰς ὄψεις ἀποβαλὼν, πάλιν ἀνεκτήσατο, ἐπεὶ καὶ ἄλλως θεοφιλὴς ἦν ὁ ἀνήρ.

Λάχεια [6] γῆ. βραχεῖα.

Λαχεῖν δίκην· δικάσασθαι.

Λάχνη. τρίχωσις. λέγεται δὲ καὶ ὁ τῆς θαλάσσης ἀφρός.

Λαχνήεντα. δασέα. τετριχωμένα.

Λαχνήεις. ὁ δασύς. καὶ λάχνος, ὁ αὐτός.

Λάχος. μοῖρα. Ἐν οἷς ἦν καὶ συὸς ἀγρίου μέγα λάχος· λέγεται δὲ καὶ πρόλαχος, ἡ πρώτη μερίς. καὶ αὖθις ἐν μύθοις· Τοῦτο μὲν οὖν πρῶτον λάχος οἴσομαι. καὶ αὖθις· Σφαίρας δὲ λάχος κονίῃσιν ἐμίχθη.

Λαχών. κληρωσάμενος. [7] Ἀριστοφάνης· Πρὶν λαχεῖν, τὰ κοινὰ κατεσθίεις. τουτέστι, πρὶν κληρωθῆναι,

sent, avidius aquam haurientes, non parvum sibi contraxerunt malum, quod venter illorum aquam immodice ingestam ferre non posset.

Λάφυρα. Spolia, quæ hostibus adhuc viventibus detrahuntur, vocantur λάφυρα: at quæ mortuis, σκῦλα.

Λαφύστης. Helluo. Gulosus.

Λαχανεία. Olerum collectio.

Λαχανηρόν. Quod olera sapit. Ex oleribus confectum.

Λαχανίζεσθαι. Olera colligere: ut ξυλίζεσθαι, ligna colligere; & φρυγανίζεσθαι, cremia colligere.

Λαχάνοις. Foris, vel locis, ubi olera venduntur. † Qui jusjurandum sancte & religiose se servare ostendere volunt, per olera jurant; μὰ τὰ λάχανα, & μὰ τὰ κακὰ, dicentes.

Λαχάρης. Lachares, Lacharis F. Atheniensis, Sophista, discipulus Heracleonis, Sophistæ Atheniensis; magister vero tum multorum aliorum, tum, qui præ reliquis clari habentur, Eustephii, Nicolai, & Asterii. Floruit temporibus Marciani & Leonis Imperatorum. Scripsit de Colo, & Commate, & Periodo. Dissertationes. Historam Cornuti. Eclogas Rhetoricas secundum ordinem alphabeti. † Lachares Sophista in disciplinis tardior quidem erat, at vultu liberali & honesto præditus, &, quod ad virtutem attinet, Philosophus potius quam Sophista appellandus: qui visum amissum recuperavit, quod & alioqui Deo charus esset.

Λάχεια γῆ. Terra exigua & parva.

Λαχεῖν δίκην. Intentare litem. Dicam alicui scribere.

Λάχνη. Lana. Lanugo. Villus. Capillus. Item, spuma maris.

Λαχνήεντα. Villosa. Hirsuta. Pilis obsita.

Λαχνήεις, & λάχνος. Villosus. Hirsutus.

Λάχος. Portio. Pars. Sors. *Inter quæ erat & apri magnum frustum.* Dicitur & πρόλαχος, prima pars. Et iterum in Fabulis: *Hanc igitur primam partem auferam.* Et iterum: *Sphæræ autem pars cum pulvere mixta est.*

Λαχών. Sortitus. Sortito adeptus. Aristophanes: *Rempublicam devoras, priusquam*

1 Τοῖς λαχανοπωλίοις] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. τοῖς λαχανοπώλαις: quod mendosum est. Significat hic enim λαχάνοις, in foro, in quo olera venduntur: eodem modo quo ἐν μύροις apud Atticos dicitur pro ἐν μυροπωλίῳ; ἐν χύτροις, pro ἐν χυτροπωλίῳ; ἐν ἰχθύσι, pro ἐν ἰχθυοπωλίῳ, & sexcenta alia hujus generis. Vide nos supra ad v. Δεῖγμα.

2 Πολλὴν εὐορκίαν ἐπιδεικν.] Eadem leguntur infra v. Μὰ τὰ λάχανα.

3 Μὰ τὰ κακὰ] Infra v. Μὰ τὰ λάχανα, legitur, μὰ τὰ καλά.

4 Λαχάρεως] Hujus Lacharis Sophistæ cum laude meminit Marinus in Vita Procli, cap. 11. ubi inter alia ait, cum in eloquentia tantæ omnibus admirationi fuisse, quantæ in arte poëtica Homerus fuerit. De eodem Lachare judicium Damascii habes apud Photium pag. 1045. & plenius apud ipsum Suidam infra v. Συκηεληνός: qui locus omnino conferendus est.

5 Ὁ Λαχάρης ὁ σοφιστὴς βραδ.] Hic locus longe auctior repetitur infra v. Συκηεληνός: ubi monemus, eclogam hanc ex Damascio depromptam esse.

6 Λάχεια] Usus est hac voce Homerus Odyss. I. v. 116.

Νῆσος ἔπειτα λάχεια παρὲκ λιμένος τετάνυσται.

Scholiasta ad eum locum: Λάχεια. εὔγειος καὶ εὔσκαφος· λαχαίνειν γὰρ καὶ σκάπτειν λέγεται. Eodem modo vocem hanc exponit Hesychius. Notandum tamen est, apud Homerum dicto loco pro ἔπειτα λάχεια, minima mutatione etiam legi posse, ἔπειτ' ἐλάχεια: ab ἐλαχὺς, parvus; cujus θηλυκὸν est ἐλάχεια, vel ἐλαχεῖα. Et sane sic olim apud Poëtam quosdam legisse, colligo ex modo laudato Hesychio, qui voce Ἐλαχία hæc habet: Ἐλαχία, (scribe ἐλαχεῖα, vel ἐλάχεια) μικρά, ἢ βαθύγειος καὶ εὔγειος. Ibi enim Grammaticus iste duas diversas lectiones dicti loci Homerici, ἐλάχεια & λάχεια, in mente habuisse videtur; quoniam interpretatio μικρὰ respondet quidem voci ἐλάχεια: at τὸ βαθύγειος καὶ εὔγειος referendum est ad λάχεια. Solent enim interdum Grammatici uni voci diversissimas tribuere significationes; respicientes ad locum aliquem scriptoris, in quo vox aliqua diversimode legitur: quamvis, quæ est illorum ἀκρισία vel negligentia, diversas illas lectiones non exprimant. Sic hoc loco Suidas τὸ λάχεια interpretatur βραχεῖα, respiciens, ut puto, ad dictum locum Homeri, in quo pro λάχεια, ut ante monuimus, quidam olim legerunt ἐλάχεια, quod recte exponas βραχεῖα: quamvis eadem interpretatio minime conveniat voci λάχεια. Hæc est de loco hoc conjectura nostra: qua si quis meliorem attulerit, ei libenter dociles arrigemus aures. Confer nos supra ad v. Ἐλάχεια.

7 Ἀριστοφάνης] Equit. Pag. 301. (203. Ed. Bas. P.)

πρὶν χειροτονηθῆναι. πρὸ διανομῆς ἁρπάζεις. ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἐν τοῖς δείπνοις ἁρπαζόντων πρὸ διανομῆς.

Λάψαι. τῇ γλώττῃ πιεῖν.

Λάψοντες. ἐπιθυμητικῶς ἔχοντες τοῦ πιεῖν. Οἱ γὰρ αἵματος ἐμπεφορημένοι, καὶ διὰ δίψαν ὁρμῶντες, ἐν τῇ κρήνῃ ἔχουσι τὸ παράστημα. ἔστι πλατύτερον ἐν τῷ Ἀπολάψεις.

Λαιά. ἀριστερά. ἢ κολοβά.

Λαιδρός. ὁ θρασύς.

Λαίεται. [1] καταλύεται.

Λαιετόν. τὸ ἀρχαῖον.

Λαίθαργος. [2] λαθροδήκτης.

[3] Σαίνεις δάκνουσα, καὶ κύων λαίθαργος εἶ. παροιμία ἐπὶ τῶν ὑποκρινομένων δῆθεν εὐνοεῖν, ἐπιβουλευόντων δὲ λάθρα.

Λαιθυράζω. χλευάζω.

Λαικάζω. ἀπατῶ.

Λαικαστής. ὁ πόρνος. [4] Ἀριστοφάνης· Λαικαστάς τε καὶ καταπύγωνας. τουτέστι πόρνους. ὁ αὐτός· [5] Κάμπτει δὲ νέας ἀψῖδας ἐπῶν, τὰ δὲ τορνεύει, καὶ γογγυλίζει. καὶ λαικάζει. καὶ λαικάστρια, ἡ πόρνη.

Λαίλας. [6] ὁ μὴ ἐκ γένους τύραννος.

Λαῖλαψ. ὁ μετ' ἀνέμων ὄμβρος, καὶ σκότος. [7] ὁ δὲ οἷά τις λαῖλαψ ἐπιθαλάττιος, ἢ ῥαγδαῖος σκηπτός, ἐξαπιναίως ἐπεφοίτησε. Καὶ αὖθις· [8] Λαίλαπι [9] βορέῃ κλασθὲν ἐπεῖδε κέρας. τῇ ἐκ τοῦ βορρᾶ. καὶ θηλυκῶς. Λαῖλαψ ἐπαΐσσουσα δεινή.

Λαίλιος. ὄνομα κύριον.

Λαῖμα· [10] τὸ αἷμα. παραπεποίηται δὲ παρὰ τὸν λαιμόν. οἱ δέ, [11] λῆμα, τουτέστιν ὅρμημα. ἔτι μέντοι τῶν περὶ τὴν Ἀσίαν τινὲς ἐπὶ τῶν ἀναιδῶν καὶ εὐτόλμων οὕτω λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Ὄρνισι·

Κᾆτ' ἀνῆλθ' αὐτῷ κάτωθεν

magistratum sortitus sis. Sive, priusquam sorte creatus vel designatus sis magistratus. Antequam distributio facta sit, [res communes] rapis. Metaphora ducta est ab illis, qui in conviviis cibos, antequam distribuantur, rapiunt.

Λάψαι. Lambendo bibere, instar canis.

Λάψοντες. Bibere, vel lambere cupientes. *Sanguine enim repleti, & ob sitim cum impetu ruentes, in fonte animum præsentem habent.* Vide etiam in v. Ἀπολάψεις.

Λαιά. Læva. Sinistra. Vel, mutila.

Λαιδρός. Audax. Ferox.

Λαίεται. Dissolvitur. Evertitur.

Λαιετόν. Antiquum.

Λαίθαργος. Clam mordens. *Blandiris, dum mordes, instar canis, qui furtim dentes in incautos stringit.* Proverbium, quod dicitur in eos, qui sub falsa amicitiæ specie clam alicui insidiantur.

Λαιθυράζω. Irrideo. Derideo.

Λαικάζω. Decipio. Fallo.

Λαικαστής. Impudicus. Aristophanes: *Impudicos & cinædos.* Idem: *Curvat vero novas testudines verborum: alia vero tornat & rotundat. At impudice etiam vivit.* Et λαικάστρια, meretrix.

Λαίλας. Qui non est genere tyrannus.

Λαῖλαψ. Turbo. Procella. Caligo. *Ille vero procellæ marinæ, aut violenti fulminis instar, subito [in hostes] irruit.* Et iterum: *Procella Boreali fractas vidit antennas.* Est autem generis fœminini. Ut, *Terribilis procella irruens.*

Λαίλιος. Lælius. Nomen proprium.

Λαῖμα. Sanguis. Deductum est a λαιμός, guttur. Alii vero scribunt λῆμα, i.e. impetus, vel fiducia & præsentia animi. Quidam Asiaticorum vocem hanc de impudentibus & audacibus etiam dicunt. Aristophanes *Avibus: Deinde vero ex inferis ad san-*

1 Λαίεται] Vox est suspecta: quamvis sic etiam habeat Hesychius. An forte legendum est, λύεται?

2 Λαίθαργος] Vide infra v. Λήθαργος.

3 Σαίνεις δάκνουσα, καὶ κ.] Scholiasta Aristophanis ad Equit. pag. 348. Κέρκῳ σαίνων. τῇ οὐρᾷ σαίνων· οἷον ὑποτρέχων καὶ κολακεύων. ἔπαιξε δὲ παρὰ τὴν παροιμίαν·

Σαίνεις δάκνουσα, καὶ κύων λαίθαργος εἶ.

ἐπὶ τῶν ὑποκρινομένων ἔχειν εὔνοιαν, ἐπιβουλευόντων δὲ λάθρα. Hinc Suidas sua mutuatus est. Vide etiam infra v. Σαίνεις.

4 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 374. (264. Ed. Bas. P.).

5 Κάμπτει δὲ νέας ἀψ.] Hæc sunt verba ejusdem Aristophanis *Thesmophor.* pag. 768. (513. Ed. Bas. P.)

6 Λαίλας. ὁ μὴ ἐκ γ.] Aliter Hesychius; quem vide.

7 Ὁ δὲ οἷά τις λαῖλαψ ἐπιθαλ.] Fragmentum hoc descripsit Suidas ex Theophyl. Simocat. lib. II. cap. VII.

8 Λαίλαπι βορ.] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum publici juris fecimus supra v. Αἴτης.

9 Βορέῃ] Metri gratia scribendum est βορρῇ: ut recte legitur in Anthologia Epigrammatum inedita.

10 Λαῖμα. τὸ αἷμα. παραπ.] Ex Enarratore Comici ad *Aves* pag. 613. (426. Ed. Bas. P.) Cæterum vir doctus, qui nunc in emendando & illustrando Aristophane occupatus est, sequentem notam in locum hunc Suidæ mecum communicavit. "Vox λαῖμα "a Suida desumpta est ex Aristophanis *Avibus* pag. 613. & "e Scholiis ad, πρὸς τὸ λαῖμα τῆς καμήλου. Sed, ut uno verbo di- "cam, corruptus est locus Aristophanis. Legendum enim, πρὸς "τὸ Δ' ΑΙΜΑ τῆς καμήλου, non λαῖμα. Nam in magica ψυχαγωγίᾳ, "quam irridet Aristophanes in hac Strophe & Antistrophe, ut satis notum est, animæ defunctorum ad sanguinem victimarum "bibendum assurgunt. Comicus autem hoc in loco Homeri lo- "cum perstringit, ubi Ulysses animas evocat: occurrit autem "Odyss. Λ. v. 227.

"Αἱ δ' ἀμφ' αἷμα κελαινὸν ἀολλέες ἠγερέθοντο.

"Mutatio τοῦ Δ δ in Λ λ facilis & vulgata est. Quamobrem δ' "αἷμα est vera lectio, non λαῖμα. Æstuant Scholiastæ, nec hi- "lum proficiunt, quoniam hæc non animadvertebant: & novam "inde vocem Suidas confecit, dum illos compilaret. Hæc vir doctus: cujus tamen sententiæ quo minus subscribam, obstat, quod non videam, quomodo particula δὲ locum hic habere possit, sive eam cum articulo τὸ conjungas, sive ab eodem separes. Si enim separes, ut vir doctus velle videtur, significabit *autem*, & verba Aristophanis sic vertenda erunt, *ad sanguinem autem cameli.* Sed tunc potius Græce scribi debebat, πρὸς δὲ τὸ αἷμα; vel, πρὸς τὸ αἷμα δέ: ne dicam, sensui hujus loci τὸ *autem* minime convenire. Sin τὸ δὲ cum articulo τὸ conjungas, erit τόδε, i.e. *hoc*, & verba Aristophanis sic Latine reddenda erunt, *ad hunc sanguinem cameli.* Sed hoc sensu Græca potius sic concipi debebunt, πρὸς τόδε τὸ αἷμα, non vero πρὸς τόδ' αἷμα. Hæc nisi mihi obstarent, fateor, me pedibus in sententiam viri docti iturum esse. Nam & mutatio τοῦ Δ in Λ, & vicissim τοῦ Λ in Δ, propter affinitatem utriusque literæ, facilis est & frequens: & τὸ λαῖμα est vox prorsus insolens & inusitata, eamque ob causam obscuræ significationis: at contra τὸ αἷμα non solum est vox notissima, sed etiam sensui hujus loci optime convenit. Nihilominus τὸ λαῖμα non puto temere esse rejiciendum, quamvis sit vox insolens, & quæ forsan nusquam alibi reperiatur. Nam multa passim apud veteres scriptores occurrunt ἅπαξ λεγόμενα, de quorum significatione & etymologia veteribus Grammaticis simpliciter credendum est.

11 Λῆμα] Scribe λῆμα, per [illegible]

Πρὸς

Πρὸς τὸ λαῖμα ¹ τοῦ καμήλου,
Χαιρεφῶν ἡ νυκτερίς.

Λαῖμα. τὸ ἱερὸν θῦμα.

Λαιμαργία. ἡ σίτου ἐπιθυμία.

Λαιμάσσω. ἀμέτρως ἐσθίω.

Λαιμοπέδη. δι' ἧς δεσμεῖται ὁ κύων. ἐν ² Ἐπιγράμμασι·

Καὶ τὰν θηρείων λαιμοπέδαν σκυλάκων.

Λαιμωδῶ. δραπετεύω.

Λαιμώρη. ἡ λαμυρίς.

Λαίνιλλα.

Λαιόν. τὸ ἀριστερόν.

Λαισήϊον. μικρὰ ἀσπίς.

Λαισίνη. ὄνομα πόλεως, καὶ κύριον.

Λαίσθη. αἰσχύνη.

Λαίσκαπρος. ὁ λάγνος.

Λαισκίδης.

Λαισποδιάδαξ ³ τὴν φύσιν. ἀντὶ τοῦ, κνήμην ἔχειν σαθράν. ⁴ Λαισποδίας γὰρ καὶ Δαμασίας ὡς κακόκνημοι διεβάλλοντο. τοῦτον δὲ τὸν Λαισποδίαν καὶ στρατηγῆσαί φησι Θουκυδίδης ἐν τῇ η. ἦν δὲ καὶ φιλόδικος. εἶχε δὲ καὶ περὶ τὰς κνήμας αἰτίας τινάς· διὸ καὶ μέχρι σκελῶν ἐφόρει τὸ ἱμάτιον. ἢ, ὡς Ἰξίων ἐν ταῖς λέξεσιν, ὁ ἀκρατὴς περὶ τὰ ἀφροδίσια, ὥστε καὶ κτήνη ἀποδεῖν.

Λαισόν. τὸ ἀχθεινόν.

Λαισρόν. ⁵ πρυτανεῖον.

Λαιστρυγονία. πόλις, ἢ χώρα. Λαιστρυγὼν δὲ, Λαιστρυγόνος, ὄνομα πόλεως.

Λαῖτμα. κῦμα. καὶ βάθος.

Λαιφάνεια. ὄνομα πόλεως.

Λαίφη. θηλυκῶς, ἡ ⁶ χλαμύς.

⁷ Διερὴν ἀπεσείσατο λαίφην.

Οὐδετέρως δὲ τὰ ἄρμενα. ἡ εὐθεῖα τὸ λαῖφος, ἤγουν τὸ ἄρμενον, ἢ ἱστίον, ἱμάτιον.

Λαίφυρον. τὸ ἀσθενές.

Λαιψηρόν. ταχύ. ἐλαφρόν. Λάκωνες τὸ ἡμίξηρον.

Λεάντειραν. τὴν λεαίνουσαν.

⁸ Καρκίνα τε στειρῦχα, λεάντειράν τε κίσηριν.

guinem cameli adscendit Chærephon vespertilio.

Λαῖμα. Sacra victima.

Λαιμαργία. Vehemens vorandi cupiditas.

Λαιμάσσω. Immoderate comedo.

Λαιμοπέδη. Collare canis. In Epigrammate: *Et sagacium collare catulorum.*

Λαιμωδῶ. Aufugio.

Λαιμώρη. Faceta. Loquax.

Λαίνιλλα. Lænilla.

Λαιόν. Lævum. Sinistrum.

Λαισήϊον. Parvum scutum. Parvus clypeus.

Λαισίνη. Læsine. Nomen urbis, & fœminæ.

Λαίσθη. Dedecus. Ignominia. Turpitudo.

Λαίσκαπρος. Libidinosus. Salax. Impudicus.

Λαισκίδης. Læscides.

Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν. Læspodias es natura. Id est, crus habes putridum. Læspodias enim & Damaseas, ut malis cruribus præditi, a Comicis perstringebantur. Hunc Læspodiam Thucydides libro VIII. etiam ducem exercitus fuisse ait. Idem & litium amans erat; & tibias habebat vitiosas: unde & pallium ad crura usque demittebat. Vel, ut Ixion in *Vocabulis* [*Atticis*] ait, λαισποδίας dicitur homo, libidini venereæ immodice deditus, adeo ut jumenta etiam subigat.

Λαισόν. Molestum. Grave.

Λαισρόν. Prytaneum.

Λαιστρυγονία. Læstrygonia. Nomen urbis, vel regionis. At Λαιστρυγὼν, Λαιστρυγόνος, est nomen urbis.

Λαῖτμα. Fluctus. Unda. Profunditas.

Λαιφάνεια. Læphanea. Nomen urbis.

Λαίφη. Chlamys. Est generis fœmini. [In Epigrammate:] *Madidam excussit chlamydem.* Cum vero est generis neutrius, significat vela nautica. A recto λαῖφος, velum, pallium, vel vestimentum.

Λαίφυρον. Imbecillum. Infirmum.

Λαιψηρόν. Citum. Velox. Leve. Lacones vero sic vocant id, quod est semisiccum.

Λεάντειραν. Polientem. Lævigantem. [In Epigrammate:] *Et forcipem, & pumicem, lævigandi vi præditum.*

1 Τοῦ καμήλου] Scribe τῆς καμήλου: ut apud Aristophanem loco laudato.

2 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. lib. VI. cap. XXIV. Epigr. 2.

3 Λαισποδιάδαξ τὴν φύσιν] Scribe Λαισποδίας εἶ τὴν φύσιν, ut legitur apud Aristophanem *Avibus*, pag. 613. (427. Ed. Bas. P.) unde Suidas locum hunc descripsit.

4 Λαισποδίας γὰρ καὶ Δαμ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Λαισρόν. πρυτ.] Hæc mihi suspecta sunt. Vide Hesychium v. Λαίσερον, & v. Λαῖτον.

6 Ἡ χλαμύς] Sic habent omnes Editt. At MSS. Paris. χλαῖνα, i. e. læna.

7 Διερὴν ἀπεσείσατο λ.] Est fragmentum Callimachi, teste Etymologo v. Διερός.

8 Καρκίνα τε στειρ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate inedito, quod quamvis in nonnullis locis obscurum sit, nec ob temporis angustiam nunc a nobis illustrari queat, integrum tamen ex Anthologia MS. dabimus, ut habeant Critici, in quo ingenii sui acumen exerceant. Φανίου.

Σμίλαν Ἀχιλλείδας ὀξυκαγκυλόφον, ἅν τ' ἐπὶ μισθῷ
Σπόγγον ἔχει καλάμων ψαίστρ' ἀπὸ Κνιδίων,
Καὶ σελίδων κανόνισμα φιλέγγραφον, ἔργμα πλατείας
Σαρδίνης, καὶ τὸν ἐν μολίβῳ βρόχιδα,
Καρκίνα τε στειρῦχα, λεάντειράν τε κίσηριν,
Καὶ τὸν ἀδελφαῖ πλινθίδα κελλάδιον
Μάζας αἶνι' ἔκυρσε πλωτιάδας φιλολίχνου
Πιερίσιν πιναρὸς δῶρον ἀνεκρέμασεν.

Fragmenta Epigrammatis hujus diversis in locis dispersa leguntur apud Suidam; veluti v. Σπόγγος, v. Ψαιστρα, v. Σελίς, & alibi. Pentametrum primum edidit Salmasius ad Solinum, pag. 735. quem ibi vide. Hexametrum tertium adducit Suidas hoc loco: sed non explicat, quid sit καρκίνα στειρῦχα. Portus legendum conjiciebat καρκίνον τε στεῦχα; existimans locum hunc intelligendum esse de forcipe fabri ferrarii, quæ propter similitudinem brachiorum cancri καρκίνος a Græcis dici solet. Sed præterquam quod lectio illa legi metri repugnet; nec sensus eam admittit: quoniam in toto hoc Epigrammate agitur de instrumentis ταχυγράφων, sive notariorum; inter quæ forceps locum habere nequit. Cæterum, quale

Λέαρχος.
Λεβάδεια. [1] ὄνομα πόλεως.
Λεββαῖος. ὄνομα κύριον. ὁ Ἀπόστολος.

Λέβεδος. πόλις.
Λέβεροι. [2] πλοῖα πολεμικά. τριήρεις. νῆες.
Λεβηναῖον. ἱερόν.
Λεβηρίς. τὸ γῆρας, ὃ ἀποδύεται ὁ ὄφις. καὶ παροιμία· Τυφλότερος λεβηρίδος καὶ [3] κινδάλου. ἔστι δὲ εἶδος ὀρνέου ἀσάρκου καὶ λεπτοῦ. ἄλλως δέ, γυμνότερος. καὶ ἑτέρα παροιμία· [4] Γυμνότερος ὑπέρου καὶ λεβηρίδος. Φασὶ γὰρ ὅτι Λεβηρὶς πένης τις ἐγένετο· ἐξ οὗ καὶ παροιμία μετήχθη.

Λέβης. σκεῦος μαγειρικόν. λέγεται δὲ καὶ χαλκός. [5] παρὰ δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ ὁ λέβης ἐπὶ τιμωρίας κεῖται. καὶ [6] Ἰεζεκιὴλ λέβητα ἐκάλεσε τὴν Ἱερουσαλήμ· κρέα δὲ τοὺς ἐνοικοῦντας· πῦρ δέ, τὴν Βαβυλῶνα· ζωμὸν δέ, τὴν ἀναγκαίαν τροφήν· οὗ ἐπιλειπόντος, κατεκαίετο τὰ κρέα.
Λεβητωνάριον. [7] χιτὼν μοναχικός, ἐκ τριχῶν συντεθειμένος· κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν τῶν Προυσαέων.

Λεκεντία. [8] κατὰ Ῥωμαίους, ἀμνηστία, βασιλικὴ χάρις.
Λεγεών. παρὰ Ῥωμαίοις ἑξακισχίλιοι στρατιῶται.

Λέγειν [9] σὺ δεινός· μανθάνειν δ' ἐγὼ κακὸς
Σοῦ. δυσμενῆ γὰρ καὶ βαρύν σ' εὕρηκ' ἐμοί.
Ὁ νοῦς· Σὺ μὲν δεινὸς εἶ ἐν τῷ λέγειν· ἐγὼ δὲ οὐ μετ' εὐνοίας σου ἀκούω, διὰ τὴν δυσμένειαν.

Λέγεις [10] μοι χαράν, λέγεις μοι βοάν. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ. ἀντὶ τοῦ, ἀναγγέλλεις μοι χαράν, ὥστε ἐκ ταύτης νικώμενον βοᾶν.
Λέγω. τὸ λαλῶ σημαίνει. καὶ τὸ μετρῶ δέ, καὶ τὸ κοιμῶμαι, καὶ τὸ συλλέγω, καὶ τὸ λαγχάνω. ἀπὸ οὖν τοῦ λέξω μέλλοντος, λέξω ἐνεστώς. ἔνθεν λέξετο· [11] καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρσω, ὄρσεο. [12] λέγω, καὶ τὸ οἰκοδομῶ. καὶ [13] διαλέγουσαν, διοικοδομοῦσαν. καὶ διαλέγουσι, διορύττουσι. Θουκυδίδης.
Λέαινα. ζῶον. θηλεῖον. καὶ [14] Ἀριστοφάνης·
Οὐ στήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδι.
Ἀντὶ τοῦ, ὡς λέαινα. σχῆμα δέ ἐστιν ἀκόλαστον καὶ ἑταιρικόν. τυροκνῆστις δέ, ἡ μάχαιρα. ἐπὶ δὲ ταῖς λα-

Λέαρχος. Learchus. [Nomen proprium.]
Λεβάδεια. Lebadia. Nomen urbis.
Λεββαῖος. Lebbæus. Nomen proprium Apostoli.
Λέβεδος. Lebedus. Urbs.
Λέβεροι. Naves bellicæ. Triremes. Liburnicæ.
Λεβηναῖον ἱερόν. Templum Lebenæum.
Λεβηρίς. Exuviæ serpentis. Pellis, quam serpens exuit. Et proverbium: *Cæcior leberide & cincalo.* Est autem cincalus genus avis macilentæ & exilis. Alias tamen etiam dicitur, Nudior [leberide.] Et aliud proverbium: *Nudior pistillo & leberide.* Dicunt enim fuisse pauperem quendam, Leberidem vocatum, a quo proverbium hoc ortum sit.
Λέβης. Lebes. Vas culinarium: quod & cadus dicitur. In S. Scriptura vero lebes dicitur de supplicio, vel pœna: & Hiezeciel lebetem vocavit Hierosolyma; carnes, ejus incolas; ignem, Babylonem; jus denique, victum necessarium: quo deficiente, carnes cremabantur.
Λεβητωνάριον. Tunica monachalis, ex pilis contexta: secundum vernaculam Prusaensium linguam.
Λεκεντία. Licentia. Sic Romanorum lingua vocatur amnestia, vel venia & gratia Regia.
Λεγεών. Legio apud Romanos, sex millibus militum constans.
Λέγειν σὺ δειν. *Tu quidem eloquentia in dicendo polles: ego vero haud æquis te audio auribus, quoniam te mihi inimicum & infestum expertus sum.* Vel, Tu quidem in dicendo versatus es: at ego invitus te audio, quod inimico erga me sis animo.
Λέγεις μοι χαρ. *Lætum nuntium mihi affers, adeo ut præ gaudio exclamem.* Aristophanes *Pluto.*

Λέγω. Dico. Loquor. Item, metior, & dormio, & colligo, & sortior. A futuro ergo λέξω, fit præsens λέξω: unde λέξετο, cubabat. Λέγω significat etiam ædifico. Et διαλέγουσαν, exædificantem. Et διαλέγουσι, perfodiunt. Thucydides.

Λέαινα. Leæna. Aristophanes: *Non stabo tanquam leæna in tyrocnestide.* Significatur autem eo figura quædam venerea & obscœna. Τυροκνῆστις est culter, vel gladius. In manubriis vero gladiorum elephantes & leones

instrumentum fuerit καρκίνος στιρῦχος, ignorare me fateor, nec quicquam de eo uspiam me legisse memini. Certe in Anthologia edita, lib. VI. cap. XXVI. plura leguntur Epigrammata, in quibus varia τῶν ταχυγράφων instrumenta recensentur: sed nulla ibi καρκίνου στιρύχου fit mentio. Quare inquirat diligens Lector, an aliunde forte loco huic obscuro lux accendi queat.

1 Λεβάδεια] Vide Hesychium. Eandem urbem Harpocratio vocat Λεμβάδεια.

2 Λέβεροι] Vide infra v. Λίβερνα.

3 Κινδάλου] Lege κιγκάλου, ut recte supra v. Κίγκαλος. Confer etiam Ælianum Hist. Anim. lib. XII. cap. IX. qui eandem avem κίγκλον vocat.

4 Γυμνότερος ὑπ.] Vide supra v. Γυμνότερος.

5 Παρὰ δὲ τῇ θείᾳ γραφῇ ὁ λέβης ἐπὶ τιμωρ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Theodoreti ad Psalm. LIX. pag. 628. ubi explicat verba illa Psalmi, Μωὰβ λέβης τῆς ἐλπίδος μου.

6 Ἰεζεκιὴλ] Cap. XI.

7 Λεβητωνάριον] Vide Dufrenium in Glossario Græco v. Λεβητών; & in Glossario Latino v. *Levitonarium.*

8 Λεκεντία. κατὰ Ῥωμαίους ἀμνηστία, βασιλ.] Hæc etiam leguntur in Glossis Basilicorum.

9 Λέγειν συ δεινός· μανθ.] Duo hi senarii leguntur apud Sophoclem *Oedip. Tyran.* pag. 179. ut Portus observavit.

10 Λέγεις μοι χαράν, λέγεις μοι β.] Hæc sunt verba Aristophanis *Pluto* pag. 68. (34. Ed. Bas. P.)

11 Καὶ ἀπὸ τοῦ ὄρσω, ὄρσεο] Hæc nihil ad rem faciunt: quæ proinde per me deleas licet.

12 Λέγω, καὶ τὸ οἰκοδομῶ] Huc spectat nota illa Hesychii: Ἀναλέγειν, ἀνοικοδομεῖν, ἀναχωννύειν. Vide etiam supra v. Ἐγκαταλέγησαν, & infra v. Λιθολόγοι.

13 Διαλέγουσαν, διοικοδ.] Eadem habet Suidas supra v. Διαλέγουσαν, ubi nos vide.

14 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 850. (546. Ed. Bas. P.) ubi Scholiasta ineditus eadem plane habet, quæ hic Suidas. Vide etiam infra v. Τυροκνῆστις.

βαις

βοῦς τῶν μαχαιρῶν ἐλέφαντες καὶ λέοντες ἐγλύφοντο. λέγει οὖν, ὅτι οὐκ ἐπ' ἀνδρὶ στήσομαι περιβῦσα, ὡς λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδι. ὀκλάζοντες δὲ ἦσαν οἱ λέοντες, ἵνα μὴ ἀποθραύοιντο.

Λεηλασία. αἰχμαλωσία.

Λεηλατῆσαι. ἐκπορθῆσαι. καὶ λεηλατεῖ. ληστεύει. ἁρπάζει.

Λεκάνη. [1] τὸ μὲν κοινὸν, λακάνη. παρὰ τὸ λα ἐπιτατικὸν μόριον, καὶ τὸ χαίνειν. πλατὺ γάρ. τὸ δὲ Ἀττικὸν, λεκάνη.

Λεκάνια, καὶ λεκανίσκια, καὶ λεκανίδες. τὰ μείζονα τῶν ὀξυβάφων, καὶ ἐκπέταλα.

Καί [2] μοι λεκάνιον τῶν λαγῴων δὸς κρεῶν.

Καὶ [3] Ἀριστοφάνης· Δότε μοι λεκάνην.

Ἵν' [4] ἐμέσω. ναυτιῶ γὰρ ὑπὸ τῆς ἐκείνου ψυχρολογίας, καὶ χολή μοι ἐπιπλέει διὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ.

Λεκιθοπώλης. ἀρσενικόν. διὰ τοῦ η. θηλυκὸν δὲ, διὰ τοῦ ι. γυνὴ πωλοῦσα ὠά.

Λέκιθος. [5] εἶδος ὀσπρίου, ὃ καλεῖται πισός, διὰ τὸ ἐοικέναι τῇ χρόᾳ λεκίθῳ ᾠοῦ. ἀπὸ μέρους οὖν δηλοῖ τὴν ὀσπριόπωλιν. καὶ [6] ἐν τῇ Λυσιστράτῃ·

Νὴ Δί' ἔγωγ' οὖν ἄνδρα κομήτην φυλαρχοῦντ'
ἴδον ἐφ' ἵππου
Εἰς τὴν χαλκοῦν ἐμβαλλόμενον πῖλον λέκιθον
παρὰ γραός.

Λέκτροις. κοίταις. καὶ λέκτρον, ἑνικῶς, ἡ κοίτη.

Λεκτός. ἐπίλεκτος. [7] Σοφοκλῆς· Οἱ δὲ τ' ἠϊθέων λεκτοί.

Λέλακας. ἀντὶ τοῦ κέκραγας· λακεῖν γὰρ, τὸ φωνεῖν. ἔστι δὲ καὶ [8] παρὰ τῷ ποιητῇ. Λάκε δ' ἀσπὶς ὑπ' αὐτῆς. καὶ, Λάκε δ' ὀστέα. καὶ, Δεινὸν λελακυῖα.

Λελάχωσι. [9] θάψωσι.

Λέλεγες. ἔθνος.

Λελειεργημένα. κεκαλλωπισμένα.

Λελῆσθαι. ἐπιλελῆσθαι.

Λελιημένος. προθυμούμενος.

Λέλογχεν. ἔτυχεν. ἀπήλαυσε. καὶ λελογχὼς, λαχών.

Λέμμα. λέπισμα.

Λέμβος. μικρὸν πλοῖον. Ἑτέρους δὲ ἐν χειμῶνι σφοδρῷ λέμβοις ἐξέπεμψαν. Καὶ αὖθις· [10] Πλεῖν δὲ

sculpebantur. Ait igitur, Non stabo mœcha ad placitum viri, ut leæna in tyrocnestide. Leones vero ingeniculati erant, ne frangerentur.

Λεηλασία. Prædæ abactio. Direptio. Captivitas.

Λεηλατῆσαι. Prædam abigere. Diripere. Populari. Et λεηλατεῖ. Prædatur. Populatur. Diripit.

Λεκάνη. Pelvis. Patina. Dialecto communi quidem dicitur λακάνη: quod est compositum ex λα, particula intensiva, & verbo χαίνειν, hiare. Est enim λακάνη vas latum & patens. Attici vero dicunt, λεκάνη.

Λεκάνια, λεκανίδες, & λεκανίσκια. Acetabula majora & patentia. Patellæ. Parvæ pelves. [Aristophanes:] *Et mihi patellam da leporinæ.* Idem alibi: *Date mihi pelvim.* Nimirum, ut vomam. Frigida enim oratio ejus nauseam mihi movet, & bilis stomacho meo innatat ob dicta illius.

Λεκιθοπώλης. Cum est generis masculini, scribitur per η. Ovorum venditor. At in fœminino dicitur λεκιθόπωλις, per ι, ovorum venditrix.

Λέκιθος. Genus leguminis, (quod etiam πισὸς, i. e. pisum vocatur) sic dictum, quod vitellum ovi colore referat. A parte igitur λεκιθόπωλιν [Aristophanes] leguminum venditricem vocat. Et in *Lysistrata: Vidi, per Jovem, virum comatum, Tribus præfectum, equo insidentem, pisum,* (vel *ovum*) *a vetula sumptum, in æreum petasum conjicere.*

Λέκτροις. Cubilibus. Lectis. Et λέκτρον. Cubile. Lectus.

Λεκτός. Lectus. Delectus. Sophocles: *Hi vero sunt adolescentes delecti.*

Λέλακας. Vociferatus es. Clamasti. Λακεῖν enim significat sonum vel vocem edere. Reperitur etiam hæc vox apud Homerum: ut, *Crepuit vero clypeus sub ipsa.* Et, *Crepuerunt vero ossa.* Et, *Terribilem sonum edens.*

Λελάχωσι. Sepeliant.

Λέλεγες. Leleges. Gens.

Λελειεργημένα. Lævigata. Expolita. Exornata.

Λελῆσθαι. Oblitum esse.

Λελιημένος. Cupiens. Cupidus. Promptus.

Λέλογχεν. Sortitus est. Adeptus est. Fructum percepit. Et λελογχὼς, sortitus, adeptus.

Λέμμα. Cortex. Tegmen.

Λέμβος. Lembus. Parvum navigium. *Alios vero, cum vehemens esset tempestas, lembis*

1 Λεκάνη. τὸ μὲν κοινὸν, λακάνη· παρὰ τὸ λα ἐπιτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 596. (412. Ed. Bas. P.)

2 Καί μοι λεκάνιον τῶν λαγ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Acharnensibus* pag. 423. (304. Ed. Bas. P.)

3 Ἀριστοφάνης] *Nubibus* pag. 176. (106. Ed. Bas. P.)

4 Ἵν' ἐμέσω] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

5 Λέκιθος. εἶδος ὀσπρίου, ὃ καλεῖται πισ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum*, pag. 45. (23. Ed. Bas. P.) sed ubi pro πισὸς legitur πίσον.

6 Ἐν τῇ Λυσιστράτῃ] Pag. 871. (554. Ed. Bas. P.)

7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyran.* pag. 148. ut Portus monuit.

8 Παρὰ τῷ ποιητῇ] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male παρὰ τοῖς ποιηταῖς. Intelligitur hic enim Homerus: quippe ex quo loca, quæ Suidas hic subjungit, deprompta sunt.

9 Λελάχωσι. θάψωσι] Apud Homerum aliquoties legitur, λελάχωσι πυρός: idque dicitur de cadaveribus mortuorum rogo imponendis, vel cremandis. Ad ea igitur loca Suidas forte hic respexit: sed qui male τὸ λελάχωσι exponit θάψωσι, cum vox illa nude posita nihil aliud significet, quam, *participem faciant.* Quare notam hanc a Suida sic concipi oportebat: Λελάχωσι πυρός. καύσωσι. Vel, Λελάχωσι πυρός. θάψωσι.

10 Πλεῖν δὲ λέμβοις λ', καὶ πολ.] Hæc sunt verba Polybii lib. IV. cap. XXIX. ubi locum integrum vide.

λέμβοις λ΄, καὶ πολεμεῖν τοῖς Αἰτωλοῖς κατὰ θάλατταν. ἡ δοτικὴ, τῷ λέμβει, οὐδετέρως.

Λέντιον· [1] τὸ παρ᾽ ἡμῖν.

Λεξείδιον.

Λεοννάτος, στρατηγὸς Μακεδονίας, κατὰ γένος προσήκων Φιλίππου μητρὶ, συντραφεὶς δὲ Ἀλεξάνδρῳ, κατά τε τὸ τῆς τροφῆς ἐπιτήδειον, καὶ τοῦ γένους, καὶ κατὰ μέγεθος μέν τοι καὶ κάλλος τοῦ σώματος τιμῆς μετεῖχεν. ὅθεν αὐτοῦ καὶ ζῶντος Ἀλεξάνδρου τό, τε φρόνημα ὑπέρογκον ἦν, καί τις ἁβρότης Περσική, κατά τε τὴν τῶν ὅπλων λαμπρότητα, καὶ τὴν ἄλλην δίαιταν, εἰς τὴν τῶν πολεμίων οὐκ ἀφανῶς ἐπετηδεύετο. τελευτήσαντος δὲ Ἀλεξάνδρου καὶ ζῆλον ἐποιεῖτο, εἰκάζων αὐτὸν πρὸς τὰ βασιλικά, τῷ τε ἀφέτῳ καὶ ἀνειμένῳ τῆς κόμης, καὶ τῇ ἄλλῃ κατασκευῇ, ἣ οὐ πόρρω τοῦ Περσικοῦ τρόπου ἤσκητο αὐτῷ. ἵπποι τε Νισαῖοι, οἱ δὲ ἀπὸ Φάσιδος, χρυσοχάλινοι σύμπαντες, προετέτακτο τῆς τάξεως, ἐκπρέποντες τοῖς καλλωπίσμασι. ἐπήγνυντο δὲ αὐτῷ καὶ σκηναὶ μεγαλοπρεπεῖς, καὶ ὅπλα κάλλει ὑπερφέροντα. εἵπετο δὲ καὶ τὸ τῶν ἑταίρων ἄγημα.

Λέοντα ξυρεῖς. παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τὰ ἀδύνατα ἐπιχειρούντων.

Λέοντας ἰδεῖν, δυσμενῶν δηλοῖ μάχας.

Λεοντεία δορά. Ὁ δὲ τὴν λεοντείαν αὐτίκα περιεβάλλετο.

Λεοντίδης. καὶ λεόντειον βρύχημα.

Λεοντῆ. ἡ δορὰ τοῦ λέοντος.

Λεόντιος, [2] Τριπόλεως τῆς Λυδίας Ἐπίσκοπος, Μυσὸς τὸ γένος, τῶν πρὸς τῷ Ἴστρῳ κατῳκημένων, οὓς ἀγχεμάχους Ὅμηρος καλεῖ. τὸν τοιοῦτον Λεόντιον προσεταιρίζε(ται) ὁ κακόφρων Φιλοστόργιος ἐν τῇ βίβλῳ αὐτοῦ, ὡς ὁμόφρονα τῆς Ἀρειανικῆς αὐτοῦ κακοφροσύνης. ὡς οὗτος παῖδα ἕνα ἐσχηκὼς, ἐπειδὴ μὴ χρηστὰς ἐλπίδας αὐτὸν ὑποφαίνοντα πρὸς ἀρετὴν εἶδε, εὐξάμενος, ὥς φασιν, ἔτι μειράκιον ὄντα ἐποίησεν ἀποθανεῖν. κάλλιστον ἡγησάμενος, τὸ πρὸ αἰσχροῦ τινος καταλῦσαι τὸν βίον, τῶν σφαλερῶν κατὰ τὸν βίον ὀλισθῶν ἔξω γενόμενον. κανόνα δὲ αὐτὸν ἐκάλουν τῆς Ἐκκλησίας. ἦν δὲ ἐλεύθερος τὴν γνώμην ἐπίσης εἰς πάντας, καὶ παρρησιαστικός. καί ποτε συνόδου γενομένης, Εὐσεβείας τῆς Κωνσταντίου γυναικὸς εἰς οἴδημα ἀρθείσης φρονήματος, καὶ παρὰ τῶν Ἐπισκόπων προσκυνουμένης, μόνος οὗτος παρὰ φαῦλον αὐτὴν τιθέμενος, οἴκοι ἔμενεν. ἡ δὲ διὰ τοῦτο ὑποθερμανθεῖσα τοῖς θυμοῖς, καὶ τὴν γνώμην φλεγμήνασα, πέμπει πρὸς αὐτὸν, αἰτιωμένη, καὶ ὑποσχέσεσι κολακεύουσα, ὡς Ἐκκλησίαν σοι μεγίστην ἐγερῶ, καὶ χρή-

emiſerunt. Et iterum: *Triginta lemborum claſſe bellum cum Ætolis mari gerere.* Dicitur etiam in dativo τῷ λέμβει: quod eſt generis neutrius, [a recto λέμβος, εος.]

Λέντιον. Eſt vox apud nos uſitata. Linteum.

Λεξείδιον. Dictiuncula.

Λεοννάτος. Leonatus. Dux Macedonicus, cognatus matris Philippi, cum Alexandro educatus, tum ob conſuetudinem illam, tum ob neceſſitudinem generis, tum vero ob proceritatem & pulchritudinem corporis honoratus. Itaque & vivente Alexandro animo erat elato, & vitam agebat more Perſico delicatam: cum armorum ſplendore, tum reliquo cultu, haud obſcura hoſtium æmulatione. Alexandro vero defuncto, eam rem ſibi laudi etiam ducebat, ſeque regio cultu ornabat, & non multum a Perſico abhorrente, cum promiſſo & fluente capillo, tum reliquo apparatu. Erant & equi Niſæi & Phaſiani, omnes aureis frænis ornati, ante aciem collocati, excellentibus ornamentis inſignes. Defigebantur etiam ei tentoria magnifica, & arma pulchritudine præſtantia, & ſequebantur amicorum cœtus. *Wolf.*

Λέοντα ξυρεῖς. Leonem tondes. Proverbium in eos, qui res aggrediuntur, quæ fieri nequeunt.

Λέοντας ἰδ. *Leones in ſomnis videre, inimicorum ſignificat pugnas.*

Λεοντεία δορά. Leonina pellis. *Ille vero ſtatim leoninam pellem induit.*

Λεοντίδης. Leontides. Et λεόντειον βρύχημα, rugitus leoninus.

Λεοντῆ. Pellis leonina.

Λεόντιος. Leontius, Tripolis Lydiæ Epiſcopus, natione Myſus, ex iis, qui ad Iſtrum habitant, quos Homerus ἀγχεμάχους, i. e. cominus pugnantes [& bellicoſos] vocat. Hunc Leontium mala mente præditus [& vecors] ille Philoſtorgius ſibi ſocium adjungit in ſuo libro, tanquam approbatorem ſuæ Arianæ inſaniæ. Hic Leontius, cum unicum haberet filium, poſtquam animadvertit ipſum non bonam ſpem præ ſe ferre [animi] ad virtutem [propenſi,] precatus, ut aiunt, ut, dum adhuc eſſet adoleſcentulus, obiret, effecit ut moreretur, pulcherrimum ratus, cum ante perpetratum aliquod turpe facinus finire vitam, lubricis vitæ caſibus ereptum. Hunc autem Eccleſiæ regulam vocabant. Fuit autem animo ingenuo æqualiter erga omnes, & in loquendo liber. Et quondam coacto concilio, cum Euſebia, Conſtantii uxor, mentis tumore & ſuperbia elata eſſet, & ab omnibus Epiſcopis adoraretur; hic ſolus eam contemnens, domi manebat. Illa vero, propterea inflammata ira, & animo graviter indignata, ad eum mittit quoſdam, de ipſo conquerens, & pollicitationibus hominem ad ſe aſſentatorie al-

1 Λέντιον] Vox hæc *linteum* ſignificat, & apud ſcriptores Eccleſiaſticos frequens eſt, ut oſtendit Dufrenius in Gloſſario Græco: ad quem Lectorem remitto.

2 Λεόντιος, Τριπ.] Totum hunc articulum ex Philoſtorgii Hiſtoria Eccleſiaſtica, ex qua excerpta tantum quædam hodie ſuperſunt, depromptum eſſe putat Valeſius: qui proinde locum hunc ad calcem Philoſtorgii inter fragmenta illius ſcriptoris refert.

μάτα ἐπιδαψιλεύσομαι, εἰ ἀφίκοιο πρὸς με. ὁ δὲ ἀντεδήλωσε· Τούτων μὲν εἴ τι βουληθείης τελέσασθαι, ὦ βασίλισσα, οὐκ ἐμοὶ μᾶλλον, ἢ τῇ σῇ ψυχῇ ἴσθι χαριουμένη. εἰ δὲ θελήσειας ἀφικέσθαι πρὸς σὲ, ὡς τῆς τοῖς Ἐπισκόποις πρεπούσης φυλαχθησομένης αἰδοῦς, ἵν' εἰσέλθοιμι μὲν ἐγὼ, σὺ δ' αὐτίκα τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καταβᾶσα μετ' αἰδοῦς ὑπαντήσειας ἐμοὶ, καὶ τὴν κεφαλὴν ὑπόσχοις ταῖς ἐμαῖς χερσὶν, εὐλογιῶν ἀξιουμένη· κἄπειτα καθεσθείην μὲν ἂν ἐγὼ, σὺ δ' ἂν ἑστήκοις αἰδουμένη. ὁπόταν δὲ κελεύσαιμι, καθεδουμένη, ἡνίκα δοίην τὸ σύνθημα. εἰ οὕτως αἱρήσῃ, ἀφικοίμην παρὰ σέ. εἰ δ' ἕτερον τρόπον, οὐχ οὕτω πολλὰ δώσεις, οὐδ' οὕτω μεγάλα δυνήσῃ, ὡς ἡμᾶς τῆς προσηκούσης τιμῆς τοῖς Ἐπισκόποις καθυφιεμένους, εἰς τὸν θεῖον ἐξυβρίσαι τῆς ἱερωσύνης θεσμόν. Ταῦτα ὡς ἀπηγγέλθη, ἀναπίμπραται τὴν γνώμην, οὐκ ἀνασχετὸν ἡγουμένη πρὸς Λεοντίου τοιούτους δέξασθαι λόγους. καὶ πολλὰ διοιδήσασα καὶ παθηναμένη, καὶ πολλὰ ἐκ γυναικείας ἀκροχόλου καὶ κούφης ἀπειλήσασα διανοίας, καὶ τἀνδρὶ διηγησαμένη, πρὸς τιμωρίαν ἐξώρμα. ὁ δὲ μᾶλλον ἐπῄνεσε τὴν ἐλευθερίαν τῆς γνώμης, καὶ τὴν γυναῖκα παρῄτησε τῆς ὀργῆς, καὶ ἀπέπεμψεν εἰς τὴν γυναικωνῖτιν. καί ποτε μεταξὺ προκαθημένου τοῦ βασιλέως Κωνσταντίου τῶν Ἐπισκόπων, καὶ ἄρχειν τῶν ἐκκλησιῶν ἐθέλοντος, οἱ μὲν πολλοὶ πᾶν ὅ, τι φήσειεν, ἐκρότουν καὶ ἐθαύμαζον, ἄριστα εἰρῆσθαι διοριζόμενοι· ὁ δὲ ἐσιώπα. ὡς δὲ ἤρετο αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, τί σιωπᾷς μόνος τῶν ἁπάντων; Θαυμάζω, ἔφη, ὅπως ἕτερα διέπειν ταχθεὶς, ἑτέροις ἐπιχειρεῖς· στρατιωτικῶν μὲν καὶ πολιτικῶν πραγμάτων προεστηκὼς, Ἐπισκόποις δὲ περὶ τῶν εἰς μόνους Ἐπισκόπους ἡκόντων διαταττόμενος. τὸν δὲ βασιλέα καταιδεσθέντα παύσασθαι τῆς ἐν τοῖς τοιούτοις ἤδη διακελεύσεως. τοιοῦτος ἦν ὁ Λεόντιος ἐλευθέριος.

liciens, dicens, se maximam Ecclesiam ipsi excitaturam, & pecunias abunde suppeditaturam esse, si se conveniret. Ille vero sic ei respondit: Horum quidem si quid, o Imperatrix, exequi volueris, scias te non magis mihi, quam animæ tuæ gratificaturam. Si vero volueris me venire ad te, conservata reverentia Episcopis debita, ut ego quidem ingrediar, tu vero statim de sublimi solio descendens, cum reverentia mihi procedas obviam, & caput meis manibus supponas, benedictionem acceptura: deinde vero ego quidem sedeam, tu vero stes verecunde, cum jussero, signo dato, sessura. Si sic facere volueris, ad te veniam. Si vero alio modo te gesseris, non tam multa dabis, nec adeo magna præstare poteris, ut nos remittentes de honore Episcopis debito, sacerdotii divinam legem per contemptionem violemus. Cum hæc ipsi renuntiata fuissent, illius animus ira confestim exarsit, quia non ferendum putabat, quod tale responsum a Leontio accepisset, & vehementer intumescens ira, & graviter conquesta, & multa per muliebrem iracundiam & ingenii levitatem minitata, & re marito narrata, ad supplicium de Leontio sumendum maritum instigabat. Ille vero ingenuam Leontii mentem & ingenium magis laudavit, & uxorem abduxit ab ira, eamque placatam in gynæceum ablegavit. Item aliquando Constantio inter Episcopos præsidente, & Ecclesiis imperare volente, plerique quidem, quidquid ille dixisset, cum plausu & admiratione excipiebant & comprobabant, id optime dictum esse affirmantes. Hic vero tacebat. Cum autem Imperator ipsum interrogasset, quid ita solus taceret? Miror, inquit, quomodo rebus aliis administrandis præfectus, alias aggrediaris & tractare velis. Nam rebus quidem bellicis & civilibus es præfectus; Episcopis vero ea præscribis, quæ ad solos Episcopos pertinent. Imperatorem autem verecundia motum in posterum ab hujusmodi edictis abstinuisse ferunt. Talis fuit ingenuus ille Leontius. *Port.*

Λεόντιος, Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπος, [1] ἑαυτὸν ἐξέτεμε· καὶ ἦν τ' ἄλλα βέβηλος· καὶ Ἀέτιος ὁ Εὐνομίου διδάσκαλος, ὃς τὴν Ἀρείου βλασφημίαν ταῖς ἐπινοίαις ἐπηύξησε.

Λεόντιος. Leontius, Antiochenus Episcopus, se ipsum exsecuit, vir cætera quoque profanus: ut & Aetius Eunomii magister, qui Arii blasphemiam suis argutiis adauxit. *Port.*

Λεόντιος. καὶ οὗτος ἐν Ἀντιοχείᾳ ἐγένετο αἱρετικός. ἔγραψε καὶ κατ' αὐτοῦ Φώτιος ὁ Πατριάρχης. οὗτος γὰρ περὶ τοῦ ὁμοουσίου διελέχθη πρὸς Φλαβιανὸν τολμηρὰ καὶ βλάσφημα ληρωδήματα.

Λεόντιος. Leontius. Et hic Antiochiæ fuit hæreticus: contra quem Photius Patriarcha scripsit. Hic enim de Homoousio disputavit cum Flaviano, audacia & blasphema deliramenta proferens. *Port.*

Λεόντιος μοναχός. οὗτος ἐπὶ Ζήνωνος ἦν· προφητικῇ δὲ χάριτι τὰς ἐπικρύψεις τῶν γραφῶν ἐμφανεῖς ποιῶν, πολλοὺς εἶχε τῶν σπουδαίων πρὸς αὐτὸν φοιτῶντας. ἀλγούντων δέ τινων ἐπὶ τοῖς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας παρὰ τοῦ βασιλέως τερατευομένοις, οὐ δεῖ ξενίζεσθαι ἔλεγεν ἐπὶ τοῖς δρωμένοις παρὰ ἀνθρώπου, ἐξ ἀνθρώπων τε τὸ ἄρχειν ᾑρημένου, ὁπότε καὶ Σαοὺλ ὁ ψήφῳ Θεοῦ βασιλεύσας, τὸν Ἀβιμέλεχ καὶ τοὺς υἱεῖς ὄντας ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου μαχαίρᾳ διεχρήσατο. δια-

Λεόντιος μοναχός. Leontius monachus: sub Zenone vixit. Hic cum prophetica gratia occulta Scripturæ loca declararet, multos viros bonos habuit, qui ad ipsum frequenter accedebant. Cum vero quidam graviter indignarentur ob ea, quæ Imperator adversus Ecclesiam portentose faciebat: Non, inquit, sunt miranda, quæ fiunt ab homine, & ab eo, qui ab hominibus imperium accepit; quandoquidem & Saul, Dei suffragio Rex creatus,

1 Ἑαυτὸν ἐξέτεμε.] Rem pluribus narrat Theodoretus *Histor. Eccles.* lib. II. cap. XXIV.

προσιούσαν δὲ τῶν ἄλλων, καὶ οἰομένων μεταβεβλῆσθαι τὴν φύσιν αὐτοῦ ἐξ ἡμέρου εἰς ἀγρίαν, διὰ τὸ τὰ πρῶτα τῆς βασιλείας πρᾶξαί τέ τινα, καὶ ὑποσχέσθαι ἕτερα τῶν εἰς χρηστὰ τεινόντων· οὐ μεταβέβληται, ἔφη, τὴν φύσιν, ἀλλ' ἐνδέδεικται ἐν εὐδαιμονίᾳ τὴν κακίαν, πολλῷ χρόνῳ διὰ τοῦ Ἴλλου τὸν φόβον ἡσυχασθεῖσαν. ἀναγινωσκομένης δὲ βίβλου Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως, καὶ φθάσαντος χωρίον, ἐν ᾧ τοὺς ἄνδρας ἀποσκώπτει, τοὺς ἑταιρικῶς τὰς ὄψεις ὑπογράφοντας καὶ βάπτοντας τὰς τρίχας, εἰπόντος τοῦ Λεοντίου· Ἆρά γε ἐστί τις τοῦ βασιλέως ἄνευ, ὁ τὰς τρίχας βάπτων, καὶ φυκούμενος τὰς ὄψεις; ὑποτυχὼν, Ἄλλος, ἔφη, μοναχός. ἡμεῖς περὶ ἀνθρώπου ὅλως ἠπορήσαμεν, εἴ γε ὅλως ἀνέχεται κοσμήσει τὴν φύσιν ἐναλλάττειν· οὐ μήν γε τοῦτο διελάβομεν ποιεῖν τὸν βασιλέα. ἀλλ' εὐτόχως μὲν λίαν οἱ μοναχοὶ ἀπέσκωψαν τοὺς τὴν τῶν ἀνθρώπων φύσιν εἰς τὴν τῶν θηλειῶν πειρωμένους μεταγράφειν. ὅτι γὰρ τοὺς τοιούτους καὶ τῶν παλαιῶν οἱ πλεῖστοι ἀπεστράφησαν ὡς οὐ βεβαίους, πολλοὺς μέν ἐστιν εὑρεῖν ἐν ἱστορίαις· ἐκδηλότερον δὲ Φίλιππον τὸν τοκέα Ἀλεξάνδρου. ἐπεὶ γὰρ Ἀντίπατρόν τινα τῶν φίλων τάξας εἰς τοὺς δικαστὰς, τὸν πώγωνα καταβαπτόμενον εἶδε καὶ τὴν κόμην, ἐξανέστησεν, εἰπών· Τὸν ἄπιστον ἐν θριξὶ, μὴ νόμιζε ἐν πράγμασιν ἀξιόπιστον ὑπάρχειν.

Abimelechum ejusque filios in domo Domini gladio confecit. Aliis vero dubitantibus, & ingenium ejus ex mansueto sævum esse factum opinantibus, quod in Imperii principio quædam fecisset, & quædam promisisset, quæ ad bonum tendebant: Non mutavit, inquit, naturam; sed in secundis rebus improbitatem demonstravit, longo tempore propter Illi metum dissimulatam. Idem, cum quidam Clementis Stromatei librum legeret, & incidisset in locum, in quo deridet viros, qui faciem meretricio more pingunt, & capillos tingunt, dixissetque Leontius: An vero est aliquis præter Imperatorem, qui capillos tingat, & faciem fucet? Ille subjiciens, Alius, inquit, monachus. Nos omnino de homine dubitavimus, an omnino quisquam naturam sustineret ornatu mutare. Nequaquam tamen hoc Imperatorem facere putavimus. Sed perargute profecto monachi valde deriserunt eos, qui virilem naturam in muliebrem transformare conantur. Quod enim tales homines plurimi de priscis illis aversati fuerint ut inconstantes, ex multis historiarum documentis apparet. Sed illud Philippi, qui fuit Alexandri pater, exemplum est insigne. Cum enim Antipatrum quendam de suis amicis, quem in Judicum numerum retulerat, vidisset tingere & fucare barbam & comam, a judicio removit, dicens: In capillis infidum, in rebus gerendis fide dignum esse ne puta. *Port.*

Λεοντίσκος. [1] Ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος Μεσσήνιος, ἐκ Σικελίας, Ἀκροχερσίτης οὕτω καλούμενος. λαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τῶν χειρῶν τοῦ ἀνταγωνιστοῦ, κατέκλα, καὶ οὐ πρότερον ἠφίει, πρὶν αἴσθοιτο ἀπαγορεύοντος. οὗτος δὲ καὶ ἐπάλαιε.

Λεοντίσκος. Leontiscus, Messenius, Siculus, cognomento Acrochersites, quod summas adversarii manus comprehensas confringeret, nec prius dimitteret, quam eum deficere sentiret. Hic etiam luctabatur. *Port.*

Λεωγόρας. [2] ὄνομα κύριον· ὃς ἦν πατὴρ Ἀνδοκίδου τοῦ ῥήτορος.

Λεωγόρας. Leogoras. Nomen proprium viri, qui fuit pater Andocidis oratoris.

Λεωδάμας. ὄνομα κύριον.

Λεωδάμας. Leodamas. Nomen proprium.

Λεωκόριον. [3] τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ ἱστορίας. ἐλίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ, καὶ λύσις ἦν τοῦ λιμοῦ παιδὸς σφαγή. Λεὼς οὖν τις τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας ἐπιδέδωκε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λιμοῦ τὴν πόλιν· καὶ ἐκ τούτου ἐκλήθη ὁ τόπος Λεωκόριον.

Λεωκόριον. Leocorium, locus Atticæ, sic dictus ab historia quadam. Cum enim Attica aliquando fame laboraret, Oraculum cæde puellæ famem propulsandam esse respondit. Leus igitur quidam filias suas ultro [pro patriæ salute jugulandas] præbuit: unde locus ille vocatus fuit Leocorium.

Λεωκόριον. ἡρῷον ἐν μέσῳ τοῦ Κεραμεικοῦ. Λεὼς γὰρ, ὁ Ὀρφέως, υἱὸν μὲν ἔσχε Κύλανθον, θυγατέρας δὲ τρεῖς, [4] Φασιθέαν, Θεόπην, Εὐβούλην· ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας σφαγιασθείσας ἔτι παρθένους, ἐτίμησαν Ἀθηναῖοι τῷ ἡρῴῳ.

Λεωκόριον. Leocorium, sacellum in medio Ceramico. Leos enim Orphei F. filium habuit Cylanthum; filias vero tres, Pasitheam, Theopen, & Eubulen: quas pro patria jugulatas, adhuc virgines, Athenienses sacello honorarunt.

Λεωκράτης. καὶ κλίνεται εἰς ους.

Λεωκράτης, Leocrates. Declinatur in genitivo *Λεωκράτους.*

Λεώκριτος.

[5] Εἴ τις πτερώσας Λεώκριτον Κινησίᾳ,

Λεώκριτος. Leocritus. [Aristophanes:] *Si quis Leocrito Cinesiam alarum loco applicet,*

1 Ἦν δὲ καὶ Λεοντίσκος Μεσσ.] Pausanias lib. vi. pag. 350. Edit. Wechel. Καὶ Σικυώνιος Σώστρατος παγκρατιαστὴς ἀνήρ· ἐπίκλησις δὲ ἦν Ἀκροχερσίτης αὐτῷ. παραλαμβανόμενος γὰρ ἄκρων τοῦ ἀνταγωνιζομένου τῶν χειρῶν, ἔκλα, καὶ οὐ πρότερον ἀνίει, πρὶν ἢ αἴσθοιτο ἀπαγορεύσαντος. Hinc sua descripsit Suidas: sed qui male ad Leontiscum refert, quæ apud Pausaniam de Sostrato Sicyonio dicuntur. Vide etiam supra v. Ἀκροχειρίζεσθαι, ubi eadem leguntur.

2 Λεωγόρας] De hoc plura vide infra v. Φασιανοί.

3 Λεωκόριον. τόπος τῆς Ἀττ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. 1. cap. xx. Huc apprime faciunt verba Æliani *Var. Hist.* lib. xii. cap. xxviii. Λεωκόριον Ἀθήνῃσιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. Ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν Δελφικόν. Ἔλεγε γὰρ, μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν. Plura de Leocorio & filiarum Lei historia congesserunt Meursius in *Ceramico* cap. xvii. & Leopardus *Emendat.* lib. xix. cap. xxiii.

4 Φασιθέαν] Hanc Ælianus loco laudato Πραξιθέαν vocat.

5 Εἴ τις πτερώσας Λεώκρ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Ranis* p. 279. (185. Ed. Bas. P.) sed ubi pro Λεώκριτον legitur Κλεόκριτον.

Αἰγοιεν

Αἴροιεν αὖραι πελαγίαν ὑπὲρ πλάκα.

[1] Ὡς λεπτὸς ὢν σφόδρα ὁ Κινησίας κωμῳδεῖται, καὶ ὡς ξένος, καὶ ὡς κόλαξ. ἐμνήσθη δὲ τῶν δύο ὡς ὁμοφρονούντων. ἢ ὅτι ὁ Κινησίας λεπτὸς ἦν, ὁ δὲ Λεώκριτος μοχθηρός. Φησὶν οὖν, ὅτι, εἴ τις ἀντὶ πτερῶν Λεωκρίτῳ Κινησίαν περιβάλλοι, ὥστε φέρεσθαι μετεώρους, συμβήσεται αὐτοὺς ὀλέσθαι ἀεροφορήτους γενομένους.

utrumque auræ in mare auferent. Cinesias ut homo valde gracilis & peregrinus & adulator a Comicis perstringebatur. Horum autem duorum meminit, ut hominum, qui voluntatibus & animis inter se consentirent. Vel quod Cinesias esset gracilis; Leocritus vero improbus. Dicit igitur, si quis Cinesiam Cleocrito alarum loco applicuerit, fore ut sublimes evecti, & ab aere ablati ambo dispereant.

Λέων, Λέοντος, Βυζάντιος, Φιλόσοφος Περιπατητικὸς, καὶ σοφιστὴς, μαθητὴς Πλάτωνος, ἢ, ὥς τινες, Ἀριστοτέλους. ἔγραψε τὰ κατὰ Φίλιππον καὶ τὸ Βυζάντιον, βιβλίοις ζ. [2] Τευθρανικόν. [3] Περὶ Βησάλου. Τὸν ἱερὸν πόλεμον. Περὶ στάσεων. [4] Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον. Οὗτος ἦν σφόδρα παχύς· καὶ [5] πρεσβεύσας πρὸς Ἀθηναίους, γέλωτα ἐκίνησε, καὶ τῆς πρεσβείας ἐκράτησεν, ἐπειδὴ πίων ἐφαίνετο καὶ περιττὸς τὴν γαστέρα. ταραχθεὶς δὲ οὐδὲν ὑπὸ τοῦ γέλωτος, Τί, ἔφη, γελᾶτε ὦ Ἀθηναῖοι; ἢ ὅτι παχὺς ἐγὼ, καὶ τοιοῦτος; ἔστι μοι καὶ γυνὴ πολλῷ παχυτέρα, καὶ ὁμονοοῦντας μὲν ἡμᾶς χωρεῖ ἡ κλίνη· διαφερομένους δὲ, οὐδὲ ἡ οἰκία. καὶ εἰς ἓν ἦλθεν ὁ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, ἁρμοσθεὶς ὑπὸ τοῦ Λέοντος, σοφῶς ἐπιχειρήσαντος τῷ καιρῷ. [6] οὗτος δὲ ὁ Λέων ἀποκρουόμενος τὸν Φίλιππον ἐκ τοῦ Βυζαντίου, διεβλήθη παρὰ Φιλίππου πρὸς τοὺς Βυζαντίους δι' ἐπιστολῆς, ἐχούσης οὕτως· Εἰ τοσαῦτα χρήματα παρεῖχον Λέοντι, ὁπόσα με ᾐτεῖτο, ἐκ πρώτης ἂν ἔλαβον τὸ Βυζάντιον. ταῦτα ἀκούσαντος τοῦ δήμου, καὶ ἐπισυστάντος τῇ οἰκίᾳ τοῦ Λέοντος, φοβηθεὶς μὴ λιθόλευστος γένηται, ἑαυτὸν ἀπῆγξε, μηδὲν ἀπὸ τῆς σοφίας καὶ τῶν λόγων ἀποκερδάνας ὁ δείλαιος.

Λέων. Leo, Leonis filius, Byzantius, Philosophus Peripateticus, & Sophista, Platonis discipulus, vel, ut quidam tradunt, Aristotelis. Scripsit res Philippicas & Byzantinas libris VII. Teuthranicum. De Besalo. Sacrum bellum. De seditionibus. Res gestas Alexandri. Hic legatus Athenas missus, cum admodum obesus esset, Atheniensibus risum movit. Quo nihil turbatus, legationem peragens, Quid, inquit, ridetis Athenienses? An obesitatem meam? Atqui est mihi uxor longe obesior: ac concordes nos lectulus capit; dissentientes vero ne tota quidem domus. Hoc opportuno dicto effecit, ut consentiret populus Atheniensis. Idem cum Philippum a Byzantio repelleret, ab illo talibus literis est perstrictus: Si tantam Leoni pecuniam dedissem, quantam a me postulavit, primo impetu Byzantium cepissem. Quibus auditis populus cum ad Leonis ædes concurrisset, veritus ille, ne lapidibus obrueretur, se suspendit miser, nullo fructu sapientiæ & eloquentiæ suæ percepto. *Wolf.*

Λέων, Ἀλαβανδεὺς, ῥήτωρ. ἔγραψε Καρικῶν βιβλία δ. Λυκιακὰ, ἐν βιβλίοις β. Τέχνην. Περὶ στάσεων. Τὸν ἱερὸν πόλεμον Φωκέων καὶ Βοιωτῶν.

Λέων. Leo, Alabandensis, orator: scripsit Caricorum libros IV. Lyciacorum libros II. Artem Rhetoricam. De statibus. Bellum sacrum Phocensium & Bœotorum.

Λέων, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Μακέλλης· ὃς ἔδοξε τῶν πρὸ αὐτοῦ βασιλέων ἁπάντων εὐτυχέστατος εἶναι, καὶ φοβερὸς ἅπασι τοῖς τε ὑπ' ἐκείνου τὴν βασιλείαν τελοῦσι, καὶ τῶν βαρβάρων αὐτῶν, ὅσοις εἰς φήμην ἀφίκετο. καὶ ταύτην μὲν τοῖς πολλοῖς καταλέλοιπε τὴν δόξαν. Ἐγὼ δὲ, φησὶ Μάλχος, εὐτυχίαν οὐκ οἶμαι, εἴ τις τὰ τῶν ἀρχομένων τὰ ὄντα διασυλᾷ, καὶ μισθούμενος ἀεὶ συκοφάντας εἰς τοῦτο, καὶ κατηγορῶν αὐτὸς, ὅτε μὴ ἄλλον ἀνηύρισκε, καὶ τὸν χρυσὸν ἐξ ἁπάσης τῆς γῆς συλλεξάμενος, ἑαυτῷ μόνῳ κατάθοιτο, ἐρήμους μὲν τὰς πόλεις, ἧπερ ἔμπροσθεν εἶχον, εὐπορίας ποιήσας, ὡς μηκέτι τοὺς φόρους, οὓς ἐτέλουν, δύνασθαι μετ' εὐχερείας ἀπενεγκεῖν. καὶ ἀ-

Λέων. Leo Macelles, Imperator Romanorum, qui omnium Imperatorum, qui ante ipsum fuerunt, felicissimus esse visus est, & formidabilis omnibus, tam ipsius imperio subjectis populis, quam ipsis Barbaris, ad quos ejus fama pervenerat. Et hanc quidem de se opinionem vulgo reliquit. Ego vero, inquit Malchus, felicitatem non existimo, si quis populorum imperio suo parentium fortunas diripiens, & ad hoc sycophantas semper mercede conducens & subornans, & ipse eos accusans, quum alios non invenit, qui hoc faciant, & aurum ex universo terrarum orbe collectum sibi soli reponit & recondit, & urbes rerum copia, quam prius habebant, spolians, ut non possint amplius facile pendere

1 Ὡς λεπτὸς ὢν σφόδρα ὁ Κιν.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Aristophanis.

2 Τευθρανικόν] Sic habent omnes Editt. At MS. Paris. A. habet Τευθρανικόν: & duo reliqui, Τεθρανικόν.

3 Περὶ Βησάλου] Duo MSS. Paris. habent περὶ Βησσίου.

4 Τὰ κατ' Ἀλέξανδρον] Quem Alexandrum hic intelligemus? An eum, qui *Magnus* cognominatus est? Sic videtur. Sed tunc Suidas ipse secum pugnabit, quippe qui paulo post refert, Leonem hunc, vivente adhuc Philippo, spontaneo suspendio vitam finivisse. Confer Vossium *de Hist. Gr.*

5 Πρεσβεύσας πρὸς Ἀθηναίους, γέλωτα ἐκ.] Historiam hanc paulo aliter narrat Plutarchus ἐν Πολιτικοῖς παραγγ. pag. 804. cujus hæc sunt verba: Ὁ Βυζάντιος Λέων ἧκε δή ποτε τοῖς Ἀθηναίοις στασιάζουσι διαλεξόμενος. ὀφθεὶς δὲ μικρὸς καὶ γελασθεὶς, Τί δ', εἶπεν, εἰ τὴν γυναῖκά μου ἐθεάσασθε μόλις ἐξικνουμένην πρὸς τὸ γόνυ; πλείων δ' ἐγένετο γέλως. Ἀλλ' ἡμᾶς, ἔφη, μικροὺς οὕτως ὄντας, ὅταν διαφερώμεθα πρὸς ἀλλήλους, ἡ Βυζαντίων πόλις οὐ χωρεῖ. Id est: *Leo Byzantius, cum ad Athenienses intestina seditione laborantes aliquando legatus venisset, & ob staturæ brevitatem risu exciperetur: Quid, inquit, si meam videretis uxorem, quæ vix ad genu meum pertingit. Majore oborto risu: Atqui, inquit, nos adeo parvos, cum lis inter nos intercedit, ne Byzantium quidem capit.* Cum Suida vero consentit Philostratus lib. 1. *de Vitis Sophist.* pag. 490. vel potius cum Philostrato Suidas, quippe qui ex eo sua descripsit. Certe illa ἐπειδὴ πίων ἐφαίνετο καὶ περιττὸς τὴν γαστέρα, usque ad illa, ἐπιχειρήσαντος τῷ καιρῷ, sunt ipsissima Philostrati verba.

6 Οὗτος δὲ ὁ Λέων ἀποκρουόμενος τὸν Φίλιππον ἐκ τοῦ Βυζ.] Histo-

πλᾶς πάσης κακίας ἀπηχυρίζετο ὁ Μάλχος γενέσθαι αὐτὸν καταγώγιον· ὅς γε καὶ Ὑπερέχιον τὸν γραμματικὸν ἐφυγάδευσε. καί ποτε τῷ Εὐλογίῳ τῷ φιλοσόφῳ σιτηρέσιον εἰπὼν δοθῆναι, τινὸς τῶν εὐνούχων λέγοντος, ὅτι ταῦτα εἰς στρατιώτας προσήκει δαπανᾶσθαι, εἶπεν· Εἴθε γένοιτο ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ χρόνου, ὥστε τὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς διδασκάλους παρέχεσθαι. ἐπὶ τῶν χρόνων αὐτοῦ Ἀκάκιος ἐγένετο Πατριάρχης.

tributa, quæ pendebant. Denique Malchus affirmabat, ipsum omnis improbitatis diversorium fuisse, qui & Hyperechium Grammaticum in exilium egerit. Cum autem aliquando Eulogio Philosopho stipendium dari jussisset, & quidam ex Eunuchis dixisset, hanc pecuniam in milites impendendam esse, dixit: Utinam ætate mea contingat, ut stipendia militum in Doctores conferantur. Ejus temporibus fuit Acacius Patriarcha. *Port.*

Λέων. οὗτος στρατηγὸς ἐπέμφθη παρὰ Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου κατὰ τῶν βαρβάρων· εὔκολος ὢν, καὶ διὰ μελέτην μέθης εὐπαράγωγος. ἦν γὰρ αὐτῷ τὸ ἀνδρεῖον ἐπὶ τοῦτο [1] συνηνασκαμένος, πλείους ἔχειν παλλακίδας τῶν στρατιωτῶν, καὶ πλεῖστα πίνειν, ἢ ὅσα πάντες οἱ ἄνθρωποι πίνουσι.

Λέων. Leo. Hic ab Eutropio Eunucho belli dux missus est contra Barbaros. Fuit autem homo facilis ac levis, & ob studium ebrietatis facilis deceptu. Suam enim fortitudinem in hoc contulerat, ut plures haberet pellices, quam milites; & plus biberet, quam omnes homines. *Port.*

Λέων.

[2] Λέων σοὶ γέγονεν ἔκμαγμα σόν.
Τάτ' ἄλλ' ἁπαξάπαντα, καὶ τὸ πόσθιον
Τῷ σῷ προσόμοιον, στρεβλὸν ὥσπερ κύτταρον.

Ἐπὶ τῶν μοιχευομένων καὶ τικτουσῶν γυναικῶν. Κύτταρος δὲ, τὸ πῶμα τῆς βαλάνου, ὅπου ἐγκάθηται ἡ βάλανος.

Λέων. [Aristophanes:] *Leo tibi natus est, ipsa effigies tua: cujus cum alia omnia, tum etiam peniculus tuo persimilis est, incurvus instar cyttari.* Dicitur de fœminis adulteris, quæ pariunt. Κύτταρος autem est operculum glandis, cui glans insidet.

Λεωνᾶς, [3] σοφιστὴς, Ἴσαυρος τὸ γένος, εὐδοκιμῶν ἐν τῷ πλήθει τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ὁμοτέχνων· ὃς Πρόκλῳ οὐ μόνον τῶν ἑαυτοῦ λόγων ἐκοινώνησεν, ἀλλὰ καὶ σύνοικον ἔχειν ἠξίου, καὶ συνδιαιτᾶσθαι γυναικὶ καὶ τέκνοις παρεσκεύασεν, οἷα παῖδα γνήσιον καὶ τοῦτον γενόμενον. γνώριμον δὲ αὐτὸν ἐποίει καὶ τοῖς ἡγίας ἔχουσι τῆς Αἰγύπτου.

Λεωνᾶς. Leonas, Sophista, natione Isaurus, celebris inter ejusdem artis professores Alexandriæ: qui non solum Proclum eruditionis suæ participem fecit, sed etiam contubernalem adscivit, & cum uxore & liberis suis tam familiariter vivere jussit, ac si germanus ipsius filius esset. Idem etiam effecit, ut principibus in Ægypto viris innotesceret.

Λεωνίδεω δῶρα.

Λεωνίδεω δῶρα. Leonidæ dona.

Λεωνίδης, Λακεδαιμονίων βασιλεὺς, Ἀναξανδρίδου, ἀφ' Ἡρακλέους [4] ἡ βασιλεύς. οὗτος ἡγεμὼν τῶν εἰς Θερμοπύλας ἀπαντησάντων ἦν. ἐν δὲ τῷ τόπῳ τούτῳ λέγεται τὸν Ἡρακλέα ἀποθέμενον τὸ σῶμα ἀποθεωθῆναι. Λεωνίδης δὲ, ἀπαγγελθέντος, ὅτι τοξευόντων τῶν Περσῶν ὁ ἥλιος ἀφανὴς γίνεται· Θαῤῥῶμεν, ἔφη, ὅτι ὑπὸ σκιὰν μαχεσόμεθα. ἀριστοποιουμένοις δὲ τοῖς στρατιώταις, Ἀριστᾶτε, ἔφη, ὡς ἐν ᾅδου δειπνήσοντες. ἐπελθόντος δὲ Ξέρξου, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες τὸ πλῆθος εὐλαβηθέντες, ἔφυγον· Θηβαῖοι δὲ ηὐτομόλησαν· οὓς λαβὼν ἔστιξε βασιλεύς [5] σὺν στρατιώταις τριακοσίοις Σπαρτιάταις. ἐπιγέγραπται ἐπὶ Λεωνίδου ἐπίγραμμα·

[6] Μυριάσιν ποτὲ τῇδε τριηκοσίαις ἐμάχοντο
Ἐκ Πελοποννήσου χιλιάδες τέτορες.

Καὶ ἕτερον ἐπὶ δυσὶν ἀδελφοῖς·

Ὦ [7] ξεῖν' ἀγγέλλειν Λακεδαιμονίοις, ὅτι τῇδε

Λεωνίδης. Leonides, Lacedæmoniorum Rex, Anaxandridæ filius, ab Hercule octavus. Hic fuit dux illorum, qui ad Thermopylas [Barbaris] restiterunt: quo in loco Hercules deposito corpore Deus esse factus perhibetur. Idem, cum ei nuntiaretur, præ sagittarum Persicarum multitudine Solem obscurari: *Bono animo*, inquit, *estote: sub umbra enim pugnabimus.* Militibus prandentibus, *Ita prandete*, inquit, *tanquam apud inferos cœnaturi.* Xerxe autem adventante, cæteri quidem omnes, hostium multitudine perterriti, fugerunt; Thebani vero ad hostes transfugerunt: quos Rex captos notis compunxit. Leonidæ sepulcro hoc epigramma inscriptum fuit:

Hic quondam cum ter millenis millibus pugnarunt
Peloponnesiorum quatuor millia.

Exstat & aliud Epigramma in duos fratres:

O hospes nuntia Lacedæmoniis, nos hic

riam de Philippo, Byzantium tempore Leonis hujus obsidente, sed ab obsidione illa repulso, pluribus narrat Hesychius Milesius *de Originibus CPolitanis* pag. 49. 50. quem vide.

1 Συνηνασκαμένος] Portus συνησκημένος.

2 Λέων σοι γέγονεν ἔκμ.] Hic locus sumptus est ex Aristoph. *Thesmophor.* p. 794. (523. Ed. Bas. *P.*) ubi versus primus sic legitur:

Λέων, λέων σοι γέγονεν, αὐτ' εἴγμα σόν.

Λιμιτανέοι. οἱ [2] Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις πανταχόσε τῆς τῆς πολιτείας ἐσχατιᾶς πάμπολυ κατεστήσαντο στρατιωτῶν πλῆθος, ἐπὶ φυλακῇ τῶν ὁρίων τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀρχῆς, καὶ κατὰ τὴν ἑῴαν μάλιστα μοῖραν, ταύτῃ τὰς ἐφόδους τῶν Περσῶν τε καὶ Σαρακηνῶν ἀναστέλλοντες, οὕσπερ Λιμιτανέους ἐκάλουν. τούτοις Ἰουστινιανὸς οὕτω δὴ παρέργως καὶ φαύλως ἐχρῆτο, ὥστε τεσσάρων ἢ πέντε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τῶν συντάξεων τοὺς χορηγοὺς ὑπερημέρους εἶναι. ἐπειδὰν δὲ Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις εἰρήνη γένοιτο, ἠναγκάζοντο οὗτοι χρόνου ῥητοῦ τὰς ὀφειλομένας συντάξεις [3] μὴ λαμβάνοντες τῷ δημοσίῳ χαρίζεσθαι.

Λίμνη. [4] ἡ θάλασσα παρ' Ὁμήρῳ, καὶ ὁ ὠκεανὸς, καὶ οἱ ποταμοί. ὥστε γενικὸν ὄνομά ἐστι.

Λιμνήτης ἰχθύς. ὁ ἀπὸ τῆς θαλάσσης.

Λίμνος. ὄνομα κύριον. σημαίνει δὲ καὶ τὴν θάλασσαν.

Λιμνώρεια.

Λιμοδωριεῖς. [5] Πελοποννησίων οἱ διὰ λιμὸν μετοικήσαντες εἰς Ῥόδον καὶ Κνίδον.

Λιμός.
Γαστέρι μοῦνον ἔχοιμι κακῆς ἀλκτήρια λιμοῦ.

Λιμὸς Μηλιαῖος. ἐπὶ τῶν χαλεπῶν. [6] ἐν γὰρ τοῖς Πελοποννησιακοῖς κατὰ [7] πάντων Νικίαν πέμψαντες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τοσοῦτον ἐπολιόρκησαν αὐτοὺς, ὥστε λιμῷ διαφθεῖραι. τῷ δὲ πρώτῳ ἔτει Νικίας Μῆλον παρεστήσατο, οὐ μόνον μηχανῶν προσαγωγῇ, ἀλλὰ καὶ λιμῷ, διὰ τὸ ἀποστῆναι αὐτῶν, πρώην ὑποτελῆ οὖσαν. ἢ ἀντὶ τοῦ μεγίστῳ. Μῆλος δὲ πόλις Θεσσαλίας. οἱ δὲ Μήλιοι πολιορκούμενοι, λιμῷ ὑπὸ Ἀθηναίων ἐπείσθησαν, καὶ [8] προσδεδώκασιν αὐτούς. καὶ Λιμῷ Μηλίῳ. παροιμία. ἐπεὶ Ἀθηναῖοι ἐκάκωσαν Μηλίους πολιορκοῦντες λιμῷ. ὡς Θουκυδίδης ἐν τῇ πέμπτῃ.

Λιμόψωρος. Ὑπὸ [9] δὲ τοῦ ψύχους καὶ ἀηλειψίας καὶ τῆς ταλαιπωρίας ἐπεγένετο σχεδὸν τοῖς ἵπποις,

Λιμηράν. Famelicam. Fame laborantē. Hinc etiam quidam Epidaurū, quæ Λιμηρὰ, cognominabatur, per calumniam sterilem vocabant.

Λιμηρῆς. Famelicæ. Pauperis. In Epigrammate: *Donarium hoc, pauperis instrumentum artis. Dixit autem, Salve Dea, & hunc* [*radium textorium*] *accipe.*

Λιμιτανέοι. Limitanei. Romanorum Imperatores olim in extremis ditionis suæ partibus ingentem militum multitudinem constituere solebant, ad tuendos Imperii Romani fines; & præcipue in parte orientali, ut ab ea incursiones Persarum & Saracenorum reprimerent: quos *Limitaneos* vocabant. Horum Justinianus tam exiguam rationem habuit, ut Quæstores per quatuor vel quinque annos nullum eis stipendium persolverent. Pace autem inter Romanos & Persas facta, milites hi debito certi temporis stipendio fraudati, id Reip. condonare cogebantur.

Λίμνη. Sic apud Homerum vocatur mare, & Oceanus, & fluvii. Quare generale est nomen.

Λιμνήτης ἰχθύς. Piscis marinus.

Λίμνος. Limnus. Nomen proprium. Significat etiam mare.

Λιμνώρεια. Limnorea. [Nomen proprium.]

Λιμοδωριεῖς. Limodorienses. Sic dicti fuerunt Peloponnesii illi, qui fame coacti in Rhodum & Cnidum migrarunt.

Λιμός. Fames. [In Epigrammate:] *Habeat tantum venter meus necessaria malæ famis remedia.*

Λιμὸς Μηλιαῖος. Fames Meliæa. Dicitur de rebus arctis & difficilibus. Bello enim Peloponnesiaco Athenienses adversus Melios misso Nicia, eos tamdiu obsederunt, donec fame perirent. Primo autem anno Nicias Melum cepit, non solum admotis machinis bellicis, sed etiam fame; eo quod ab Atheniensibus defecisset, cum ante ipsorum esset tributaria. Vel [λιμὸς Μηλιαῖος dicitur de fame] maxima. Melii enim, (quorum urbs in Thessalia sita erat) ab Atheniensibus obsessi, & fame ad incitas redacti, sese eis dediderunt. Et, Λιμῷ Μηλίῳ. Fame Melia. Proverbium [de gravissima fame.] Athenienses enim Melios obsessos fame gravissime vexarunt: ut auctor est Thucydides libro v.

Λιμόψωρος. Scabies e fame orta. *Quoniam enim frigore, illuvie, & squalore conflictati, multasque molestias perpessi fuerant, omnes fere*

sunt a fame, (quam λιμὸς Græci vocant) sive a sterilitate terræ: ut hic Suidas. Alii a commodis portubus: ac si diceretur λιμενηρά. Scholiasta Thucydidis ad lib. IV. cap. LVI. Ἐπίδαυρον τὴν Λιμηράν. οὐκ ἐκ τοῦ λιμοῦ οὕτως ὠνόμασται, ἀλλὰ διὰ τὸ πολλοὺς ἔχειν λιμένας. Alibi tamen idem Scholiasta etymologiam, quam hic rejicit, probat. Ad librum enim VII. cap. XXVII. ubi Thucydides Ἐπιδαύρου τῆς Λιμηρᾶς meminit, sic inquit: Λιμηρᾶς. ἤγουν τῆς κατεξηρου. τῆς ἐνδεοῦς. Sic sæpe Grammatici fluctuant, & a se ipsi discrepant. A portubus etiam dictam vult Hesychius voce Λιμηρά, quem confer. Alii vero a pratis hanc appellationem ei inditam volunt, teste Etymologo v. Λιμήρα: apud quem pro Λιμήρα, Πίνδαρος, scribendum esse, Λιμήρα, Ἐπίδαυρος, recte monuit Berkelius ad Stephanum v. Ἐπίδαυρος: quem consule.

1 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. VIII.

2 Οἱ Ῥωμαίων βασιλεῖς ἐν τοῖς ἄνω χρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Procopii in *Histor. Arc.* c. XXIV.

3 Μὴ λαμβάνοντες] Hæ duæ voces desunt apud Procopium.

4 Λίμνη. ἡ θάλασσα παρ' Ὁμ.] Scholiasta Sophoclis ad *Trachin.* pag. 353. Μηλίδα παρὰ λίμναν. Λίμναν φησὶ τὴν θάλασσαν. Ὅμηρος·

Αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτῇ ἀνεδύσατο λίμνης.

Locus Homeri exstat Odyss. E. v. 337.

5 Λιμοδωριεῖς] Confer Hesychium h.v.

6 Ἐν γὰρ τοῖς Πελοποννησιακοῖς κατὰ π.] Hæc, & quæ sequuntur, descripta sunt ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, pag. 549.

7 Κατὰ πάντων] Wolfius reponit, κατὰ τῶν ἀποστάντων. At apud Scholiastam Aristophanis loco laudato legitur, κατὰ πάντων Μηλίων: unde expuncta unica syllaba veram lectionem, κατὰ τῶν Μηλίων, conficere facile est.

8 Προσδεδώκασι] Interpres Comici rectius, παραδεδώκασι.

9 Ὑπὸ δὲ τοῦ ψύχους, καὶ τῆς ἀηλ.] Hæc sunt verba Polybii lib. III. cap. LXXXVII.

ὁμοίως

ὁμοίως δὲ καὶ τοῖς ἀνθρώποις, ὁ λεγόμενος ἅπασι λιμόψωρος. ἡ τοιαύτη καχεξία.

Λιμώττω. λιμώσσω.

Λιμπάνω. καταλιμπάνω.

Λίνα. τὰ δίκτυα.

Λίνδιος. ὄνομα κύριον. καὶ Λίνδος, ἡ Ῥόδος.

Λίνεος μίτος.

Λίνον λίνῳ συνάπτεις. ἐπὶ τῶν τὰ ὅμοια ἐπιμιγνύντων. ἢ παραχρωμένων καὶ ἀπατώντων. Στράττις Ποταμοῖς.

Λινοπλῆγες. φρενοπλῆγες. ἡ εὐθεῖα ὁ λινοπλήξ.

Λινοπτωμένη. λίνον ἁλιέως ξυνάπτουσα ψυχόμενον.

Λίνος. [1] Χαλκιδεὺς, Ἀπόλλωνος καὶ Τερψιχόρης. οἱ δὲ, Ἀμφιμάρου καὶ Οὐρανίας. οἱ δὲ, Ἑρμοῦ καὶ Οὐρανίας. λέγεται δὲ πρῶτος οὗτος ἀπὸ Φοινίκης γράμματα εἰς Ἕλληνας ἀγαγεῖν, [2] γενέσθαι δὲ καὶ Ἡρακλέους διδάσκαλος γραμμάτων, καὶ τῆς λυρικῆς μούσης πρῶτος γενέσθαι ἡγεμών.

Λίνος ἕτερος, Θηβαῖος, νεώτερος.

Λίνος. εἶδος ὕμνου. [3] Ὅμηρος· Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν. οὐ διὰ τὸ τὰς χορδὰς ἀπὸ λίνου εἶναι, ἀλλ' εἶδος ὕμνου ᾖδον, ὡς παιᾶνα. ἢ λύρας χορδήν.

Λίνον. τὸ δίκτυον. Λίνος δὲ, παρὰ Θηβαίοις φιλόσοφος.

Λίπα. λιπαρὸν κατ' ἀποκοπήν. [4] Θουκυδίδης. Λίπα γὰρ ἀλείψασθαι, ὅπως μὴ ἀδικῶνται. καὶ Αἰλιανός· Ὁπόταν γὰρ προσίωσι κινδυνεύοντες, λίπα ἀλείφονται.

Λιπαρά. ἡ ἀφύη. [5] Ἀριστοφάνης·

Εἰ δέ τις ἡμᾶς ὑποθωπεύσας λιπαρὰς καλέσειεν Ἀθήνας,

Εὗρε [6] τὸ πᾶν ἄν, ἀφύων τιμὴν περιάψας.

Καὶ αὖθις· Τὸ χρῆμα λιπαρὸν τῆς πόλεως. τουτέστι πλουσία. τὸ λι μακρόν.

Λιπάρα. μία τῶν καλουμένων Αἰόλου νήσων. περὶ τὴν Σικελίαν δὲ ἡ Λιπάρα. καὶ Λιπαραῖοι.

Λιπαρές. τὸ προσεχές. ἐκ τοῦ λίαν παρεῖναι. [7] Ἀριστοφάνης·

Εἰ γὰρ ἐνδώσει τις ἡμῶν τοῖσδε κἂν σμικρὰν λαβὴν,
Οὐδὲν ἐλλείψουσιν αὗται λιπαρῶς χειρουργίας.

tum equos, tum & viros intemperies illa & genus morbi invasit, quem Græci limopsoron, quasi dicas scabiem e fame ortam, nominant.

Λιμώττω. Fame laboro. Famelicus sum.

Λιμπάνω. Linquo. Relinquo.

Λίνα. Retia.

Λίνδιος. Lindius. Nomen proprium. Et Lindus dicitur Rhodus.

Λίνεος μίτος. Lineum filum.

Λίνον. Linum lino connectis. De iis, qui similia conjungunt. Vel de iis, qui alios decipiunt & fallunt. Strattis *Fluviis.*

Λινοπλῆγες. Mente moti. Casus rectus est λινοπλήξ.

Λινοπτωμένη. Quæ rete piscatoris, dum siccatur, sarcit.

Λίνος Χαλ. Linus, Chalcidensis, Apollinis & Terpsichores filius: vel, ut alii tradunt, Amphimari & Uraniæ: vel, secundum alios, Mercurii & Uraniæ. Hic primus ex Phœnicia literas in Græciam intulisse, Herculemque literas docuisse, & carminis Lyrici primus auctor fuisse fertur.

Λίνος. Linus alter, Thebanus, junior.

Λίνος. Genus hymni, vel carminis. Homerus: *Pulchrum vero carmen succinebat.* Non quod chordæ essent lineæ: sed quia λίνος erat genus hymni, uti pæan. Vel λίνον hic significat chordam lyræ.

Λίνον. Rete. Λίνος vero, Philosophus Thebanus.

Λίπα. Per apocopen pro λιπαρόν. Pingue. Oleum. Thucydides: *Oleo enim se ungere [solebant,] ne vincerentur.* Et Ælianus: *Cum enim ad certamen accedunt, oleo se ungunt.*

Λιπαρά. Uncta. Pinguis. Est epithetum apuæ piscis. Aristophanes: *Si quis vero vobis palpans, Athenas vocaret* λιπαράς, (i. e. pingues, vel nitidas:) *quicquid a vobis impetrabat, quod urbem vestram apuarum laude ornaret.* Et iterum: *Urbs pinguis.* Id est, opulenta. Hic syllaba λι in λιπαρόν est longa.

Λιπάρα. Lipara. Una ex Insulis, quæ Æolides vocantur: Siciliæ vicina. Et Λιπαραῖοι, Liparæi.

Λιπαρές. Assiduum. A λίαν, valde, & παρεῖναι, adesse. Aristophanes: *Si quis enim vel exiguam his ansam præbuerit, non desinent in posterum impudenter quidvis aggredi.* Χειρουργίας enim hic significat, audaciæ. Vel, [ob-

1 Λίνος, Χαλκ.] De hoc vide omnino Pausaniam in *Bœoticis.*

2 Γενέσθαι δὲ καὶ Ἡρακλέους διδάσκ.] Confer Nostrum supra v. Ἐμβαλόντα.

3 Ὅμηρος] Il. Σ. v. 570. Quid autem τὸ λίνον in loco hoc Homerico significet, non satis constat inter Grammaticos, aliis chordam lineam, aliis vero genus cantionis, a Lino sic appellatæ, ea voce notari putantibus. Vetus Scholiasta ad locum illum Homeri: Ἤτοι λίνον, ὃ δὴ ἐξῆπτο ἀντὶ νευρᾶς τῆς κιθάρας· ἐπεὶ οἱ πρῶτοι τοῖς θεοῖς μετ' ᾠδῆς ὑποκιθαρίζοντες, οὐκ ἐξ ἐντέρων κατεσκεύαζον τὰς κιθάρας, (οὐχ ὅσιον, οὐδὲ θεοῖς ἀρεστὸν εἶναι ὑπολαμβάνοντες, διὰ τὸ ἐκ νεκρῶν πεποιῆσθαι) ἀλλὰ ἐκ λίνου πεποιημένην. ἢ, Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν. ἀντὶ τοῦ, τὴν ἐπὶ Λίνῳ τῷ Ἀπόλλωνος παιδὶ ᾠδὴν οὕτω καλουμένην. καὶ ὑπὸ κυνῶν ποιμενικῶν διασπασθέντι, πρώτην ᾠδὴν ᾖσαν. Pro genere cantionis, secundum posteriorem interpretationem Scholiastæ, vocabulum illud accipit Pausanias in *Bœoticis*, pag. 584. cujus hæc sunt verba: Ἀποθανόντος δὲ τοῦ Λίνου, τὸ ἐπ' αὐτῷ πένθος διῆλθεν ἄρα καὶ ἄχρι τῆς βαρβάρου πάσης, ὡς καὶ Αἰγυπτίοις ᾆσμα γενέσθαι Λίνον. Καλοῦσι δὲ τὸ ᾆσμα Αἰγύπτιοι τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ Μανέρων. Οἱ δὲ Ἕλληνες ἔπη ποιήσαντες, Ὅμηρος μὲν, ὅτι ᾆσμα Ἑλλήνων ἐν ἐπιστάμενος τὰ Λίνου παθήματα, ἐπὶ τῇ Ἀχιλλέως ἔφη τῇ ἀσπίδι ἄλλα τε ἐργάσασθαι τὸν Ἥφαιστον, καὶ κιθαρῳδὸν παῖδα ᾄδοντα εἰς Λίνον·

Τοῖσιν δ' ἐν μέσσοισι πάϊς φόρμιγγι λιγείῃ
Ἱμερόεν κιθάριζε, Λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν.

Præter Pausaniam *Linum* cantilenæ genus fuisse testantur etiam Athenæus, Pollux, Hesychius, & alii.

4 Θουκυδίδης] Usus est voce λίπα Thucydides lib. 1. cap. 6. ubi sic inquit: Ἐγυμνώθησάν τε πρῶτοι, καὶ ἐς τὸ φανερὸν ἀποδύντες, λίπα μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι ἠλείψαντο. Scholiasta ad eum locum: Τὸ λίπα Ὅμηρος ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον.

5 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 401. (287. Ed. Bas. P.) Confer etiam quæ notavimus supra ad v. Ἰοστέφανοι.

6 Εὗρε τὸ πᾶν ἄν, ἀφ.] Versus hic ex Aristophane sic supplendus est:

Εὗρε τὸ πᾶν ἂν διὰ τὰς λιπαράς, ἀφύων τιμὴν περιάψας.

7 Ἀριστοφάνης *Lysistrata*, pag. 879. (556. Ed. Bas. P.)

τουτέστι πέλμης. ἤγουν, οὐκ ἀφέξονται προσεχοῦς ἔργου αἱ γυναῖκες.

Λιπαρεῖ. παρακαλεῖ. τὸ λι μακρόν.

[1] Γλίσχρως προσαιτῶν, λιπαρῶν τ' Εὐριπίδην.

Λιπαρεῖν. τὸ καθικετεύειν. παρὰ τὸ λίαν παρεῖναι. λιπαρεῖτε μένοντες. προσεδρεύετε μένοντες. ἢ ἐπιμελεῖσθε μένοντες.

Λιπαρεῖ χειρί. ἀντὶ τοῦ λιπαρῶς, καὶ συνεχῶς. καὶ λιπαρεῖ. πλουσίᾳ. ἀφθόνῳ. [2] Σοφοκλῆς·

——Ἄπολλον, ἥ σε πολλὰ δὴ
Ἀφ' ὧν ἔχοιμι, λιπαρεῖ προὔστην χερί.
Νῦν δ', ὦ Λύκει' Ἄπολλον, ἐξ οἵων ἔχω
Αἰτῶ, προπίτνω, λίσσομαι, γενοῦ πρόφρων
Ἡμῖν ἀρωγὸς τῶνδε τῶν βουλευμάτων,
Καὶ δεῖξον ἀνθρώποισι τἀπιτίμια.

Λιπαρής. Πρὸς δὲ τὸ θεῖον λιπαρὴς ἦν καὶ ἔνθυμος, ὥσθ' ἅμα αὐτῷ προσιέναι. καὶ αὖθις· Τὰ δὲ γράμματα ὑπόμνησις ἦν λιπαρὴς τῶν σπονδῶν.

Λιπαρεία. ἡ προσεδρεία. Ἐχλεύαζεν αὐτοὺς, ὡς ἐκ τῆς λιπαρείας τῆς τοσῆσδε πλέον ἔχειν οὐδέν. † Ὁ δὲ ἐτωθάζετο τοῦ Θεοῦ τοὺς θεραπευτῆρας, λέγων, ἐκ τῆς τοσαύτης λιπαρείας πλέον ἔχειν οὐδέν.

Λιπαροκρήδεμνος. [3] ἡ πολύτιμον κρήδεμνον ἔχουσα.

Ἡ λιπαροκρήδεμνος, ἵν' εἴπωμεν καθ' Ὅμηρον,
Χερσί σε ταῖς ἰδίαις ἐξεπόνησε χάρις.

Λιπαρός. ἀνθηρός. παρὰ τὸ λίπα. στίλβει γὰρ καὶ τὸ ἔλαιον. ἀντὶ τοῦ ἀληλιμμένος. [4] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Λιπαρὸς χωρῶν ἐκ βαλανείου.

Λιπαρῶς. ἐπιμόνως. Πάλιν αὐτῶν ἐγκειμένων φιλανθρώπως ὑπήκουσε.

Λιπερνῆτις. ἡ πτωχή. παρὰ τὸ λείπεσθαι ἐρνέων, ὅ ἐστι φυτῶν.

Λιπερνοῦντας. πενιχρούς.

Λίπος. καὶ ἡ δοτικὴ, τῷ λίπει.

Λιποτάκτης. [5] φυγάς. τὴν τάξιν αὐτοῦ καταλιπών. καὶ λειποτακτήσας. καταλείψας. φυγών.

Λιπῶσι. [6] λιπαροῦσι.

Λίπτω. τὸ ἐπιθυμῶ. καὶ λελίφθαι, ὁμοίως. ἐξ οὗ καὶ τὸ λιλαιόμενοι.

Λίποιμι. καταλείψαιμι.

Λίριον. [7] καὶ κοινῶς τὸ ἄνθος, καὶ ἰδίως τὸ νάρκισσον καλοῦσιν οἱ Ἀττικοί.

Λιρός. [8] ὁ ἀναιδής. καὶ λιρόφθαλμος.

Λιρότερον.

scœno etiam sensu hæc accipi possunt:] Mulieres non desinent manibus suis virorum pudenda tractare.

Λιπαρεῖ. Rogat. Orat. Syllaba λι longa est: [Aristophanes:] *Humiliter & blandis verbis rogans oransque Euripidem.*

Λιπαρεῖν. Suppliciter orare. A λίαν, valde, & παρεῖναι, adesse. Λιπαρεῖτε μένοντες. Assidue, vel constanter permanete.

Λιπαρεῖ χειρί. Assidua manu. Pro, assidue, & continenter. Et λιπαρεῖ. Divite. Opulenta. Abundante. Copiosa. Sophocles: *Rex Apollo,* [*propitius me audi,*] *quæ tibi sæpe pro facultatibus meis pingues immolavi victimas. Nunc vero, Lycie Apollo, quantopere possum, te rogo, supplicibusque precibus veneror & oro, cæptis his & consiliis nostris propitius adsis, & ostende mortalibus præmia* [*impietatis.*]

Λιπαρής. Assiduus. *Numen vero divinum assidue & cupido animo colebat, adeo ut, simul ac eo accederet,* &c. Et iterum: *Literæ vero illæ memoriam fœderis perpetuo renovabant.*

Λιπαρεία. Assiduitas. *Ille autem eos deridebat, ut qui ex tanta assiduitate nullum omnino fructum perciperent.* † *Ille vero Dei cultores deridebat, dicens, assiduitatem illam,* [*qua Numen colerent,*] *nihil omnino ipsis prodesse.*

Λιπαροκρήδεμνος. Cujus caput pulchris vittis redimitum est. [In Epigrammate:] *Ipsa, ut secundum Homerum loquamur, pulchris redimita vittis Gratia propriis manibus te elaboravit.*

Λιπαρός. Floridus. Nitidus. Splendidus. A λίπα, oleum. Splendet enim & oleum. Vel, unctus. Aristophanes *Pluto: Unctus ex balneo prodiens.*

Λιπαρῶς. Assidue. Continenter. *Cum iterum instarent, humaniter iis obsecutus est.*

Λιπερνῆτις. Mendica. Sic dicta a λείπεσθαι, defici, & ἔρνος, planta, ramus: quasi dicas, quæ plantis deficitur.

Λιπερνοῦντας. Mendicos. Pauperes.

Λίπος. Pinguedo. Et dativus, τῷ λίπει. Pinguedini.

Λιποτάκτης. Fugitivus. Qui ordines deseruit. Et λειποτακτήσας, idem.

Λιπῶσι. Nitent. Pinguedine turgent.

Λίπτω. Concupisco. Cupio. Et λελίφθαι, concupivisse. Hinc etiam deducitur τὸ λιλαιόμενοι, cupientes.

Λίποιμι. Relinquam. Deseram.

Λίριον. Communiter quidem florem sic vocant Attici; specialiter vero, Narcissum.

Λιρός. Impudens. Et λιρόφθαλμος. Impudentes oculos habens.

Λιρότερον. Impudentius.

1 Γλίσχρως προσαιτ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Acharnens.* pag. 393. (280. Ed. Bas. *P.*)
2 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 139. ut Portus monuit.
3 Λιπαροκρήδεμνος] Est vox Homerica Il. Σ. v. 382.
4 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 33. (65. Ed. Bas. *P.*)
5 Λιποτάκτης] Vide supra v. Λειποτάκτης.

‡

6 Λιπαρῶσι] Sic optimus MS. Paris. A. & Photius in Lexico inedito. At priores Editt. minus recte λιπαρελῶσι.
7 Λίριον. καὶ κοινῶς τὸ ἄνθος, καὶ ἰδ.] Eadem legas supra v. Λείριον.
8 Λιρός. ὁ ἀναιδ.] Vide Hesychium v. Λιραίνειν: & Etymologum v. Λιρόφθαλμος.

Λίς. ὁ λέων. μῦθος· Ἐς [1] βιωτὸν κοινὸς ὄνῳ γένετ' ὠμοβόρος λίς.

Λὶς. Leo. In Fabula: *Crudivorus leo prædæ socium adscivit asinum.*

Λισσάδας πέτρας. λείας, καὶ ὁμαλάς. Τοῖς δὲ Σκύθαις πρὸς τὰς Ῥωμαϊκὰς ναῦς, ὥσπερ ἀνέρμους καὶ λισσάδας πέτρας, ἐξεβιάζετο τὰ σκάφη. πάντα δὲ κατεδύετο τὰ σκάφη.

Λισσάδας πέτρας. Rupes læves & æquales. *Scytharum vero scaphæ navibus Romanorum, tanquam duris & lævibus cautibus illisæ, omnes submersæ sunt.*

Λίσσεται. λιτανεύει. καὶ λίσσεσθαι.

Λίσσεται. Rogat. Orat. Et λίσσεσθαι. Rogare.

Λισσή. [2] ἡ ὁμαλή.

Λισσή. Lævis. Æqualis.

Λίσσομαι. ἱκετεύω.

Λίσσομαι. Rogo. Suppliciter oro.

Λίσπη. [3] τῷ τόνῳ ὡς κίστη. Ἀπολλώνιος δὲ ὀξύνει, ὡς ψιλή. ἡ τετριμμένη καὶ λεία. οἱ δὲ, θηρίδιον λεπτὸν σφόδρα.

Λίσπη. Eodem notatur accentu, quo κίστη. Apollonius vero acuit, ut ψιλή. Sic autem vocatur res attrita & lævis. Secundum alios vero, minutum quoddam animalculum.

Λίσποι. [4] καὶ οἱ τὰ ἰσχία λεπτοί. λίσπους καλοῦσι καὶ τοὺς ὑφ' ἡμῶν καλουμένους [5] στρίφους ἀστραγάλους. καὶ λισπόπυγοι, οἱ λεῖοι τὴν πυγήν.

Λίσποι. Qui tenues vel attritas nates habent. Et talos λίσπους vocant eos, qui a nobis στρίφοι vocantur. Et λισπόπυγοι, depyges.

Λίσπαι. οἱ μέσοι διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι, καὶ ἐκτετρημένοι. καὶ λίσπη γλῶσσα, ὡς [6] ἐπιτετριμμένη. [7] λέγονται δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιθετικῶς [8] λίσπαι, διὰ τὸ ναυτικοὺς ὄντας, ἕνεκα τοῦ ἐπὶ τῶν κωπηλατεῖν συνεχοῦς ἐφέδρας ἀπογλούτους εἶναι. ἔνιοι διὰ τὸ Θησέα μετὰ Πειρίθου καταβάντα εἰς ᾅδου, καὶ πρός τινα πέτραν ὑπὸ Περσεφόνης ἐπικαθισθέντα σὺν τῷ Πειρίθῳ, Ἡρακλέους ἐπὶ τὸν Κέρβερον κατελθόντος, παρὰ τοῦ Θεοῦ τε αὐτὸν ἐξαιτησαμένου, καὶ τῆς πέτρας ἀποσπῶντος, ἐγκαταλειφθῆναι τὸ [9] προσπεπηγμένον αὐτῇ τῶν γλουτῶν μέρος. διόπερ εἰς τιμὴν ἐκείνου καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀθηναίους οὕτως ἐπονομάζεσθαι.

Λίσπαι [ἀστράγαλοι.] Tali in medio incisi & perforati. Et λίσπη γλῶσσα, lingua trita & lubrica. Atheniensibus etiam tribuitur epithetum λίσποι: quod, cum rei nauticæ admodum dediti essent, & ad remos assidue sederent, depyges essent. Nonnulli [vero Athenienses ideo sic appellatos tradunt,] quod, cum Theseus ad Inferos cum Pirithoo descendisset, & a Proserpina in saxo quodam cum Pirithoo collocatus fuisset; Herculesque postea Cerberi ad superos extrahendi causa ad Orcum descendisset, & Theseum precibus a Dea impetratum a saxo illo abstraheret, pars natium ejus, saxo adhærens, illic relinqueretur. Hinc in Thesei honorem & reliquos Athenienses λίσπους, i.e. depyges, appellatos fuisse ajunt.

Λιστραίνω. τὸ σκάπτω.

Λιστραίνω. Fodio.

Λίστροισι. τοῖς [10] ξύλοις.

Λίστροισι. Instrumentis, quibus aliquid raditur, vel lævigatur & planum redditur.

Λίσφοιτα. τὰ ἰσχία.

Λίσφοιτα. Coxæ. Coxendices.

Λίσχρος. [11] φειδωλός.

Λίσχρος. Parcus.

Λῖτα. [12] καταπετάσματα.

[13] Ἄνθετο δοιὰ λῖτα πολυδαίδαλα, καὶ [14] βοὸς οὔρου
Ἀσκητὸν χρυσῷ παμφανόωντι κέρας.

Λῖτα. Tapetia. Stragula. [In Epigrammate:] *Deo suspendit duo tapetia acu egregie picta, & Uri bovis cornu, auro splendido ornatum.*

Λιτάζομαι. παρακαλῶ. δέομαι.

Λιτάζομαι. Precor. Rogo. Oro.

Λιτανεύει. δοτικῇ. εὔχεται.

Λιτανεύει. Dativo jungitur. Precatur. Orat.

1 Ἐς βιωτὸν κοινός.] Scribendum est, Ἐς βίοτον κοινωνός. Sic enim & sensus & metri ratio loco huic constabit.

2 Λισσή. ἡ ὁμαλή] Eruditus Enarrator Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 384. Λισσή, αὐτὶ τοῦ ὁμαλή. Ἀμερίας δὲ ἐν Γλώσσαις λισσὸν τὸ ὑψηλὸν ἀποδίδωσιν.

3 Λίσπη. τῷ τόνῳ ὡς κ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 251.

4 Λίσποι. καὶ οἱ τὰ ἰσχ.] Et hæc leguntur apud eundem Scholiastam loco laudato.

5 Στρίφους] Scholiasta Aristophanis loco laudato habet στρόφιγγας: quod & Suidæ restituendum esse puto.

6 Ἐπιτετριμμένη] Scholiasta Aristophanis habet, ἐκτετριμμένη.

7 Λέγονται δὲ καὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐπιθετικῶς λίσπ.] Aristophanes *Equit.* pag. 363.

Πολλοῖς γ' ὑπολίσποις πυγιδίοισιν ἰσχαρέσι.

Scholiasta ad illum locum. Ὑπολίσποις. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες λίσποι ἐτύγχανον τὰ ὀπίσθια, ἀπὸ Θησέως. Ὑπόλισπα δὲ τὰ τετριμμένα. κοινῶς γοῦν τοὺς Ἀθηναίους λισπόπυγας (lege λισποπύγους) φασί. ἐπλάττοντο τὸν περὶ Θησέως μῦθον, ὅτι ἑλκόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν πυγήν. νῦν δὲ εἰκότως εἶπεν ἐπὶ τῶν ἐρεσσόντων, διὰ τὸ καθῆσθαι λισποπύγους ὄντας. Confer etiam Michaelem Apostolium in Adagio, Ἀπόγλυπτος ἀπαλέξεις: apud quem eadem, quæ Suidas hic habet, αὐτολεξεὶ pene leguntur.

8 Λίσπαι] Imo, λισπόπυγοι.

9 Προσπεπηγμένον] Sic habent 2 MSS. Paris. itemque Photius in Lexico inedito. & Michael Apostolius in Adagio paulo ante laudato. At priores Editt. minus recte, προσκεκλημένον.

10 Τοῖς ξύλοις] Scribendum est τοῖς ξύστροις: ut Portus recte monuit. Vel, ξυστῆρσι. Scholiasta Homeri ad Odyss. Χ. v. 455. Λίστροισι. τοῖς ξυστῆρσιν. ἀπὸ τοῦ λειαίνειν.

11 Λίσχρος] Imo γλίσχρος, ut recte supra.

12 Λῖτα] Est accusativus singularis apud Homerum, per metaplasmum pro λιτόν: ut monet Etymologus v. Λιτί. Alias est pluralis numeri, ut in Epigrammate subjuncto. Hinc recte vocem hanc exponas, vel numero plurali καταπετάσματα, ut habet MS. Paris. A. vel numero singulari καταπέτασμα, ut est in reliquis MSS. & Editt. prioribus.

13 Ἄνθετο δοιὰ λῖτα πολυδ.] Distichum hoc est pars elegantis Epigrammatis in donaria Trajani Imperatoris; quod ex Anthologia MS. integrum publici juris fecimus supra v. Κάσιον ὄρος. Eo igitur Lectorem remittimus.

14 Βοὸς οὔρου] Salmasius ad Spartianum legit, βοὸς Οὔρου, i.e. bovis Uri. Vide nos supra loco laudato.

Λιτανεία, καὶ λιτή. ἡ παράκλησις.

Λιταργισμοῦς. [1] τὰ σκιρτήματα ἐκάλουν.

Λίταργος. ὁ ἀργός.

Λιταργιοῦμεν. καὶ [2] λιταργιοῦμεν. [3] Συντόμως δραμούμεθα. παρὰ τὸ λίαν ἀργόν. τουτέστι, ταχύ. [4] Ἀριστοφάνης·

Εἶθ' ὅπως λιταργιοῦμεν οἴκαδ' εἰς τὰ χωρία.

Λιτεύεσθαι. παρακαλεῖσθαι.

Λιτή. ἡ παράκλησις.

Λιτή. [5] πόλις Μακεδονίας· ἧς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου μνημονεύει.

Λιτόεις. ὄνομα κύριον.

Λιτός. εὐτελής. ἐν Ἐπιγράμματι·

[6] Λιτὸς ἐγώ τ' ἀτυχής, ὦ δέσποτι· φημὶ δὲ πολλῶν
Ὄλβον [7] ὑπερκύπτειν τὸν ἀπὸ κραδίης.

Καὶ αὖθις·

——— [8] Λιτὸς ὁ τύμβος
Ὀφθῆναι· μεγάλου δ' ὀστέα φωτὸς ἔχει.

Τὸ λι μακρόν. καὶ αὖθις· Οἱ δὲ οὐκ ἐξεφαύλισαν τὸ ἔργον, οἷα δήπου λιτόν. καὶ αὖθις· [9] Λιτός θ' ὁ σχεδὸν ἀμπελεών.

Λιτότης. ἡ ἁπλότης.

Λίτρα. ὁ σταθμός.

Λιτοίμην. παρακαλέσαιμι.

Λιτοῖς. ὀλίγοις. ψιλοῖς. εὐτελέσι. Πολύβιος· [10] Μαθὼν δ' ἐξ αὐτομόλου, διασαφήσαντος, ὅτι ἑορτὴν ἄγουσι πάνδημον, καὶ τοῖς σιτίοις λιτοῖς χρῶνται διὰ τὴν σπάνιν, τῷ δὲ οἴνῳ δαψιλεῖ, ἐπολιόρκει.

Λιτυέρσης. [11] ὄνομα ᾠδῆς. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ·

Ἄδοντα Λιτυέρσην ἀπ' ἀρίστου πίως.

οἱ δὲ, αὐλήσεως γένος. ἦν [12] δὲ καὶ Μίδου νόθος υἱὸς ὁ Λιτυέρσης, κατοικῶν ἐν Κελαιναῖς, καὶ τοὺς παριόντας ὑποδεχόμενος ἠνάγκαζε μετ' αὐτοῦ θερίζειν. εἶτα ἀποκόπτων τὰς κεφαλὰς, τὸ ἄλλο σῶμα συνείλει ἐν τοῖς δράγμασιν. ἔθανε δὲ ὑπὸ Ἡρακλέους. εἰς τιμὴν οὖν τοῦ Μίδου θεριστικὸς ὕμνος ἐπ' αὐτῷ συνετέθη.

Λιφαιμεῖ. αἱμορροεῖ. λείπει τοῦ [13] αἵματι. Ἀππιανός· Ὁ δὲ Κελτὸς ἀγανακτῶν, καὶ λιφαιμῶν, ἐδίωκε τὸν Βαλλέριον, συγκαταπεσεῖν ἐπειγόμενος. ὑπὸ δὲ πόδας ἀναχωροῦντος ἀεὶ τοῦ Βαλλερίου, κατέ-

Λιτανεία, & λιτή. Precatio. Oratio. Supplicatio.

Λιταργισμοῦς. Sic vocabant saltus.

Λίταργος. Velox.

Λιταργιοῦμεν. Saltamus. Currimus. Et λιταργιοῦμεν. Celeriter curremus. Festinabimus. A λίαν, valde, & ἀργός, velox. Aristophanes: *Deinde festino gradu domus & villas nostras quisque adibimus.*

Λιτεύεσθαι. Precari. Orare.

Λιτή. Precatio. Oratio.

Λιτή. Lite, urbs Macedoniæ: cujus meminit Hyperides in oratione contra Demadem.

Λιτόεις. Litois. Nomen proprium.

Λιτός. Vilis. Pauper. In Epigrammate: *Pauper quidem sum, & tenuis fortunæ, o Domina: at ajo, me pretiosa illa donaria, a multis tibi dicata, animi pietate superare.* Et iterum: *Sepulcrum hoc aspectu quidem vile est, sed magni viri ossa in eo condita sunt.* Syllaba λι in λιτὸς hic longa est. Et iterum: *Illi vero non contempserunt opus illud, ut vile.* Et iterum: *Et parva vinea, quæ prope sita est.*

Λιτότης. Simplicitas. Tenuitas.

Λίτρα. Libra, qua res aliquas ponderamus.

Λιτοίμην. Precer. Orem.

Λιτοῖς. Paucis. Tenuibus. Exiguis. Vilibus. Polybius: *Cum autem ex transfuga cognovisset, eos festum publicum celebrare, & cibis quidem paucis, propter eorum penuriam, vino autem largiore uti, urbem obsidere cœpit.*

Λιτυέρσης. Lityerses. Nomen cantionis. Menander in *Chalcedonio*: *Canentem tunc Lityersen a prandio.* Alii vero dicunt fuisse genus cantionis, quæ tibia caneretur. Lityerses autem erat nothus Midæ filius, Celænis habitans, qui prætereuntes domo sua exceptos secum metere cogebat: & postea amputatis eorum capitibus reliquum corpus manipulis involvebat. Hoc ab Hercule sublato, in honorem patris Midæ hymnus messorius in memoriam ejus compositus est.

Λιφαιμεῖ. Sanguinem emittit. Sanguine deficitur. Appianus: *Gallus autem indignabundus, & sanguine jam pene exhaustus, Valerium persecutus est, ut una cum eo concideret. Valerio autem semper recedente, Gallus pronus*

1 *Λιταργισμοῦς. τὰ σκιρτ.*] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes*, pag. 194.

2 *Λιταργιοῦμεν*] A λιταργίζειν. Hesychius: *Λιταργίζειν, τροχάζειν.*

3 *Συντόμως*] Scribendum est συντόνως, ut & Portus recte monuit.

4 *Ἀριστοφάνης*] *Pace*, pag. 662. (454. Ed. Bas. P.)

5 *Λιτή. πόλις τῆς Μακεδ.*] Ex Harpocratione.

6 *Λιτὸς ἐγώ τ' ἀτ.*] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate Antiphili, nondum edito: quod ex Anthologia MS. integrum dabimus infra v. *Μνιαρόν*. Cæterum pro, λιτὸς ἐγώ τ' ἀτυχὴς, scribere præstat, λιτὸς ἔγωγ', ἀτυχής τ', ὦ δέσπ.

7 *Ὑπερκύπτειν*] Sic legitur in MSS. Paris. itemque in Anthologia Epigrammatum inedita. At priores Editt. male habent ὑπερσκέπτειν.

8 *Λιτὸς ὁ τύμβος ὀφθ.*] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate in Alcmanem, quod exstat Anthol. lib. III. cap. xxv. p. 398.

9 *Λιτός θ' ὁ σχεδὸν ἀμπ.*] Verba hæc sunt pars Epigrammatis, quod ex Anthologia inedita integrum exhibuimus supra v. *Ἀμπελεών*.

10 *Πολύβιος· Μαθὼν δ' ἐξ αὐτομ.*] Recte observavit Valesius, Livium lib. xxv. ubi de obsidione Syracusarum agit, locum hunc Polybii his verbis expressisse: *Occasionem obtulit transfuga nuncians diem festum Dianæ per triduum agi, &, quia alia in obsidione desint, vino largius epulas celebrari.*

11 *Ὄνομα ᾠδῆς*] Erat genus hymni, vel cantilenæ, a messoribus cani solitæ: qualem legere licet apud Theocritum Idyll. x.

12 *Ἦν δὲ καὶ Μίδου νόθος υἱὸς ὁ Λιτ.*] Scholiasta Theocriti ad Idyll. x. v. 41. Οὗτος δὲ ὁ Λιτυέρσης ᾤκει Κελαινὰς τῆς Φρυγίας, υἱὸς τυγχάνων νόθος τοῦ Μίδου, γεωργὸς δὲ ὢν, τοὺς παριόντας τῶν ξένων σὺν αὐτῷ ἠνάγκαζε θερίζειν μετ' αὐτοῦ. εἶτα ἑσπέρας ἀποτέμνων αὐτῶν τὰς κεφαλὰς, τὸ λοιπὸν σῶμα ἐν τοῖς δράγμασι συνειλῶν ᾖδεν. Ἡρακλῆς δὲ ὕστερον τοῦτον ἀποκτείνας, ἔῤῥιψεν εἰς τὸν Μαίανδρον ποταμόν. ὅθεν καὶ νῦν οἱ θερισταὶ κατὰ Φρυγίαν ᾄδουσιν αὐτὸν ἐγκωμιάζοντες, ὡς ἄριστον θεριστήν. Eadem plane de Lityerse tradit, quæ hic Suidas. Confer etiam Athenæum lib. x. pag. 415.

13 *Τῷ αἵματι*] Sic recte MSS. Paris. itemque Photius in Lexico inedito. At priores Editt. male, τοῦ αἵματι.

τοῦ τε

πεσε περιφανὴς ὁ Κελτός. καὶ δεύτερον τοῦτο μονομάχιον ἐπὶ Κελτοῖς ἐμεγαλαύχουν Ῥωμαῖοι.

Λιχανός. ὁ μετὰ τὸν ἀντίχειρα δάκτυλος. διὰ τοῦ ι. γίνεται δὲ ἐκ τοῦ λείχω· ὥσπερ οἰκτείρω, οἰκτιρμός· σιίω, σῖτος.

Λιχμήσονται. διὰ τοῦ χ. λείξουσιν. Εἶτα περιλιχμησάμενοι τὰ τῶν ἁγίων σώματα. Λικμῶ δὲ, διὰ τοῦ κ, ἐπὶ τῆς ἅλω.

Λιχνεύουσα. λίχνως ζητοῦσα.

Λιχνεία. πύκνωσις.

Λίχνος. προσαπτόμενος τῶν ὄψων. [1] καταπιθυμῶν. λιμβός. λαίμαργος. Αἰλιανός· [2] Ἀνὴρ λίχνον ὄμμα καὶ ἀσελγὲς παίνων κακῇ ἐπιάσει, τὰ τῆς [3] Φερεκράτης ὄργια ἐδίψησε θεάσασθαι, ἀτέλεστος ὤν.

Λοβός. τὸ ἄκρον τοῦ ὠτίου, καὶ τοῦ ἥπατος. καὶ τὰ ἄκρα πάντα. ἀλλὰ κυρίως τῶν ὤτων τὸ κάτω. καὶ τὸ ἀγγεῖον ἐρεβίνθου, ἢ κυάμου. καὶ ἐν θυτικῇ σημεῖόν τι ἐν τῷ ἥπατι. ἔνθεν λώβη, ἡ διὰ τῶν ὤτων τιμωρία. διὰ τοῦ ω μεγάλου. καὶ λωβὸς, ὁ βεβλαμμένος.

Λογάδες. οἱ ὀφθαλμοί. ἐν Ἐπιγράμμασι·

Ἦν [4] δώης δ' ὑάκινθον ἔχειν χάριν αἴθοπος αἴγλης,
Ἀλλὰ τεῶν λογάδων πουλύ γ' ἀφαυροτέρην.

Καὶ λογάδες, οἱ ἐκλελεγμένοι.

Λογάδην. ἐπιλέκτως, παρὰ [5] Θουκυδίδῃ. Σιδήρεια λιθουργικὰ οὐκ ἔχοντες, λογάδην φέροντες τοὺς λίθους, ξυνετίθεσαν, ὡς ἕκαστόν τι ξυμβαίνοι. καὶ λογάδες λίθοι. Ἐκ λογάδων λίθων ἐκτισμένος. τουτέστι, τῶν εὐτελῶν καὶ μικρῶν.

Λογαρία. οἱ λόγοι. [6] Ἀριστοφάνης. Οὐ φανοῦμαι δὲ στρογγύλων λογάρια τινα καὶ προοίμια.

Λογεῖον. [7] τὸ μαντεῖον, ὅπερ ἐφόρει ὁ ἱερεὺς, ἐν ᾧ ἦσαν ἐγκεκολαμμένοι οἱ ιβ' λίθοι. καὶ λογεῖον, τὸ δικαστήριον.

Λόγια. τὰ παρὰ Θεοῦ λεγόμενα καταλογάδην. Χρησμοὶ δὲ, οἵτινες ἐμμέτρως λέγονται, θεοφορουμένων τῶν λεγόντων.

Λογία. [8] ὁ Χρυσόστομος ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς, λογίαν τὴν συλλογὴν καλεῖ, λέγων· [9] Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγίους.

Λογγίβαρδος.

cecidit. Et hoc est alterum prælium singulare contra Gallos, quo Romani gloriantur.

Λιχανός. Digitus index, qui pollicem sequitur: per ι. Fit autem a λείχω: ut ab οἰκτείρω, οἰκτιρμός, & a σιίω, σῖτος.

Λιχμήσονται. Per χ. Lingent. Lambent. Ligurient. *Deinde circumlambentes sanctorum corpora.* Λικμῶ vero, per κ, ventilabro frumentum in area purgo.

Λιχνεύουσα. Avide inhians, vel appetens. Liguriens.

Λιχνεία. Liguritio. Catillatio.

Λίχνος. Prægustans cibos. Avide appetens. Catillo. Gulosus. Ælianus: *Oculum curiosum & lascivum malo spectaculo satians, Proserpinæ mysteria inspicere cupiebat, cum sacris initiatus non esset.*

Λοβός. Extrema pars auris, & hepatis, & quævis partes extremæ. Sed proprie sic vocatur aurium ima pars. Item, folliculus ciceris, vel fabæ. Et in aruspicina sic appellatur signum quoddam in hepate. Hinc dicitur λώβη, per ω: id est, proprie damnum vel malum, quo aures afficiuntur. Et λωβός, læsus, vel mutilatus.

Λογάδες. Oculi. In Epigrammate: *Indica hyacinthus gratum quidem & coruscantem habet splendorem: sed eum oculi tui longe superant.* Et λογάδες, lecti, delecti.

Λογάδην. Cum delectu, apud Thucydidem. *Cum non haberent ferramenta, quibus lapides cæderent & polirent, eos cum delectu conquisitos inter se coagmentabant, prout quisque loco alicui quadraret.* Et λογάδες λίθοι, lapides lecti. *Ex lectis lapidibus constructus.* Vel, vilibus, & parvis.

Λογάρια. Oratiunculæ. Orationes. Aristophanes. [Synesius:] *Non videbor autem elegantibus & comptis oratiunculis vel præfationibus uti.*

Λογεῖον. Oraculum, quod sacerdos [inter Hebræos] gestabat, XII lapillis distinctum. Et λογεῖον, dicasterium, sive locus judicii.

Λόγια. Præcepta, sive oracula divina, quæ oratione soluta concepta sunt. Χρησμοὶ vero dicuntur oracula, quæ versibus constant, & proferuntur ab iis, qui numine divino afflati sunt.

Λογία. Chrysostomus in commentario ad [priorem] Epistolā ad Corinthios λογίαν vocat collectionē, sive collectā, in verbis illis Pauli: *De collecta vero inter Sanctos [distribuenda.]*

Λογγίβαρδος. Longobardus.

1 Καταπιθυμῶν] Sic habent omnes Editt. præcedentes: itemque 2 MSS. Paris. At in uno, eoque optimo MS. exaratum est ἐπιθυμῶν: quod magis placet.

2 Ἀνὴρ λίχνον ὄμμ.] Fragmentum hoc Æliani legitur etiam infra v. Παίνων.

3 Φερεκράτης] Infra v. Παίνων scribitur Φερεφράττης: quod propius accedit ad veram lectionem, quæ est Φερεφάττης, i.e. Proserpinæ. Vide Nostrum v. Φερσεφόνη.

4 Ἦν δώης δ' ὑάκινθον ἔχειν χ.] Scribe, Ἰνδῴη δ' ὑάκινθος ἔχει χάριν: ut recte legitur in Anthologia Epigrammatum lib. VII. pag. 594. unde locum hunc deprompsit Suidas.

5 Παρὰ Θουκυδίδῃ] Lib. IV. cap. IV. ubi pro λιθουργικὰ legitur λιθουργά: quod Scholiasta exponit, λαξευτήρια.

6 Ἀριστοφάνης] Ubi apud Aristophanem vox λογάρια exstet, jam non memini. Quæ vero sequuntur, non sunt Aristophanis, sed Synesii in *Encom. Calvit.* pag. 66. ubi locus hic ita legitur. Οὐδὲ φανοῦμαι στρογγύλων λογάρια, προοίμιά τινα καὶ προοίμια.

7 Λογεῖον. τὸ μαντεῖον, ὅπερ ἐφ.] Intelligit *Urim* & *Thummim* Hebræorum.

8 Λογία] Vox hæc eo, quo Suidas hic notat, sensu occurrit 1. *Corinth.* XVI. 1. & 2.

9 Περὶ δὲ τῆς λογίας τῆς εἰς τοὺς ἁγ.] Hæc sunt verba B. Pauli loco modo laudato.

Λογίαι. συλλογαί. [1] καρποφορίαι. καὶ λόγιον, ἡ ὑπόσχεσις ἡ θεία, καὶ ἡ θεόπνευστος γραφή. καὶ λόγος. Δαβίδ· Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου. Λόγιος δὲ, ὁ φρόνιμος.

Λογίαι. Collectiones. Collectæ. Oblationes. Et λόγιον, promissio divina: itemque, Scriptura divinitus inspirata. Et λόγος, oratio, verbum. David: *Et anima mea constanter expectavit verbum tuum.* Λόγιος vero, prudens, [doctus, eloquens.]

Λογίζω. σκέπτομαι.

Λογίζω. Considero. Reputo.

Λογίσομαι. ἀναψηφίσομαι. ἀναριθμήσω. καὶ λογιοῦμαι, ἀπαριθμήσω. ψηφίσω. καὶ [2] λογῶ, τὸ νομίζω. ὡς τὸ, [3] Ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

Λογίσομαι. Computabo. Recensebo. Reputabo. Numerabo. Et λογιοῦμαι. Numerabo. Computabo. Et λογῶ. Existimo. Imputo. Ut illud, *Et imputatum est ipsi in justitiam.*

Λογγῖνος, [4] ὁ Κάσσιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου, πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς γενόμενος. ἦν δὲ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ, ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ, τῇ Ὀδενάθου γυναικί. ἔγραψε [5] περὶ τοῦ κατὰ Φειδίου. [6] Ἀπορήματα Ὁμηρικά. Εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. Προβλήματα Ὁμήρου καὶ λύσεις, ἐν βιβλίοις β'. Τίνα παρὰ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Περὶ τῶν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινουσῶν λέξεων, δ'. Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. Λέξεις Ἀντιμάχου, καὶ Ἡρακλέωνος· καὶ ἄλλα [7] πολλά.

Λογγῖνος. Longinus Cassius, Philosophus, Porphyrii Philosophi magister, vir magna doctrina acrique judicio præditus. Vixit sub Aureliano Imperatore, & ab eo occisus est, quod cum Zenobia, Odenati uxore, conspiraret. Scripsit de oratione contra Phidiam. Dubitationes Homericas. An Homerus fuerit Philosophus. Problemata Homeri & Solutiones libris duobus. Quænam contra fidem historiæ tanquam historica enarrent Grammatici. De vocabulis apud Homerum multas significationes habentibus libros quatuor. Atticorũ vocabulorum editiones duas, secundum ordinem alphabeticũ digestas. Vocabula Antimachi, & Heracleonis: & alia multa.

Λογγῖνος. οὗτος ὁ Λογγῖνος καὶ Κόνων ἀδελφοὶ Ζήνωνος τοῦ βασιλέως. οἱ παραδυναστεύοντες ἀθέσμως, οἵον ἐν πάσαις ταῖς πόλεσιν ἐπὶ κτήμασιν ἀλλοτρίοις ὅρους ἐτίθεσαν· καὶ τοῖς γε τὰ ἔσχατα πλημμελοῦσιν ἔνεμον τὰς βοηθείας ἐπὶ μισθῷ. Λογγῖνος δὲ καὶ πάσης ἀκρασίας ἦν πλήρης, ἀεὶ μὲν μεθύουσι συναγελάζων ἀνθρώποις, ἀεὶ δὲ προαγωγοὺς ἔνδον ἔχων ἀφθόνους· οἳ γυναῖκας μὲν αὐτῷ τὰς τῶν πρώτων ἀρχόντων ἐπηγγέλλοντο ἄξειν· οἱ δὲ πόρνας ἄγοντες ἀπὸ κόσμου θαυμαστοῦ καὶ δίφρων ἐπισήμων, ἐξηπάτων, ὡς δῆθεν αὐτὰς ἐκείνας κομίσαντες. οὗτος δὲ ὁ Λογγῖνος καὶ σύστημα ἀσκητριῶν ἔλυσε τρόπῳ τοιῷδε. ἐπισυχνῶς ἐνδιαιτώμενος ταῖς κληϊζομέναις Πηγαῖς, ἠγγέλθη τούτῳ παρὰ τῶν προαγωγευόντων, ὡς εὐπρεπεῖς λίαν εἰσὶν αἱ γυναῖκες. καὶ ἔπεμψεν αὐταῖς ὄσπρια καὶ ξηροὺς ἄρτους, εἶτα χλαίνας, ἄλλα τέ τινα, ὡς προνοῶν αὐτῶν δῆθεν, ἐξ ἐπιστροφῆς τῶν φόβων. δεινοὶ γὰρ οἱ γυναικοιέρακες εὐπρεπεῖς αἰτίας ἐφευρίσκειν εἰς ἄγραν τῶν θηλειῶν. καὶ ἀνιὼν ἐν τῷ σεμνείῳ, πολλὰς τούτων πειθανάγκῃ κατήγαγεν. οὕτω γὰρ ἦν λάγνος, ὡς καὶ ἐλευθέραις καὶ ἀρχόντων γυναιξὶ καὶ παρθένοις ἀωρίᾳ ἐπιπίπτειν, καὶ πάντα δρᾶν ἀναιδῶς. ἐν προόδῳ δὲ σφαίρας ἀργυρᾶς

Λογγῖνος. Longinus. Hic, & Conon, fratres Zenonis Imperatoris, potentia sua abutentes, in omnibus urbibus alienas possessiones sibi vendicabant, & illis, qui gravissimorum delictorum rei erant, suam opem mercede navabant. Longinus vero & omnis intemperantiæ plenus erat, semper temulentorum hominum consuetudine utens, & domi multos lenones habens: qui cum pollicerentur, se principum virorum uxores ad ipsum adducturos esse; scorta magnifico & splendido cultu ornata, curribusque insignibus vecta adducentes, eum fallebant, quasi illas adduxissent, [quas promiserant.] Idem Longinus etiam collegium monialium hoc modo dissolvit. Cum Pegis loco celeberrimo frequenter versaretur, a lenonibus ipsi nunciatum est, illas mulieres admodum formosas esse. Quare illis misit legumina, & siccos panes, & vestes, & alia quædam, quasi providam illarum curam gereret: scilicet ut illarum animos ab omni timore abduceret. Nam fœminarum accipitres valde sunt ingeniosi ad excogitandas speciosas causas, quibus mulierculas venentur. Ingressus autem monasterium, harum multas partim vi, partim persuasione ad obsequium perduxit. Nam adeo

1 Καρποφορίαι] Portus existimabat, vocem istam hic notare *frugum ubertatem*, vel *fructuum copiam*: cui cave assentiaris. Significat enim hoc loco, oblationes sacras: quo sensu vox ista crebro occurrit in libris Ecclesiasticis Græcorum; ut pluribus exemplis demonstrat Ducangius in Glossario Græco.

2 Λογῶ] Sic habent omnes Editt. sed male. Scribendum enim est λογίζω: vel saltem λογιῶ.

3 Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικ.] *Rom.* IV. 3.

4 Λογγῖνος. ὁ Κάσ.] De hoc Longino vide Eunapium in vita Porphyrii: Porphyrium in vita Plotini: Tanaquillum Fabrum ad Longinum; & alios.

5 Περὶ τοῦ κατὰ Φειδ.] Quamvis sic habeant libri tam manu exarati, quam impressi: non dubito tamen quin post articulum τοῦ exciderit vox aliqua; sive λόγου, ut Portus putat; sive, ut Pearsonius, ἤθους; sive aliud quid.

6 Ἀπορήματα Ὁμηρικά] Longinum nostrum Homero diligentem operam navavisse, non solum patet ex diversis ejus in poetam illum scriptis, quæ Suidas hic recenset; sed etiam ex Eustathio in Homerum, qui ejus aliquoties mentionem facit, tanquam qui Homerum correxerit & emendaverit. Nam ad Il. A. pag. 67. testatur, eum obelo notasse versum illum Homericum,

Ἄξω ἑλών, ὁ δέ κεν κεχολώσεται, ὅν κεν ἵκωμαι.

Et ad eandem Iliad. pag. 106. monet, ei spurium visum fuisse versum hunc,

Σκήπτρον. οὐ γάρ ἐγωγ' ἔτι σοι πείσεσθ' οἴω.]

Meminit ejusdem & alibi.

7 Καὶ ἄλλα πολλά] Mirum est Suidam hic non meminisse libelli περὶ ὕψους, hodie adhuc superstitis: quem Casaubonus ad Fl. Vopiscum vere aureolum vocat.

καὶ περικάρπια ἐρρίπτει, καὶ ἄλλων δὲ πολλῶν κακῶν αἴτιος ἐγένετο ὁ Λογγῖνος οὗτος.

Λόγισαι. σκέψαι.

Λογισμός. ἡ λογιστικὴ τέχνη· ὡς Ἰσοκράτης Βουσίριδι· Συμπάσχουσιν ἀλλήλοις ὅ, τε λογισμὸς καὶ τὸ σῶμα. ὁ γὰρ λογισμὸς ἀτονώτερος γίνεται τοῦ σώματος πάσχοντος.

Λογισμός. ἡ ἔκτισις. Οὐδενὶ κόσμῳ ἐλῄσατο, λογισμοὺς δῆθεν τῶν βεβιωμένων πραττόμενος. ἢ ἡ ἐξέτασις λέγεται λογισμός. Ὁ δὲ πλοῦς λογισμῷ τοῦ πρόσω δυοῖν μηνοῖν ξυμβήσεσθαι εἰκασθείς. ἀντὶ τοῦ, ἀπαριθμήσει. λογισμὸς γὰρ, καὶ ἡ ἀπαρίθμησις. Οἱ δὲ λογισμὸν τοῦ πλήθους ἐποιήσαντο. καὶ Εὐριπίδης·

Τὸ [1] γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λόγον δυοῖν
Ἐρίζειν.

τουτέστιν, οὐκ ἔχει πρόφασιν τὸ φιλονεικεῖν.

Λογισταί. οἱ μεθοδικοί, καὶ περίψηφοι. καὶ λογίσομαι, ἀναψηφίσομαι, ἀναριθμήσω.

Λογισταὶ, [2] καὶ λογιστήρια. ἀρχή τις παρ' Ἀθηναίοις οἱ λογισταί. εἰσὶ δὲ τὸν ἀριθμὸν δέκα· οἳ τὰς εὐθύνας τῶν διῳκημένων ἐκλογίζονται ἐν ἡμέραις λ', ὅταν τὰς ἀρχὰς ἀποθῶνται οἱ ἄρχοντες. Λογιστήρια δὲ ἐστι, τὰ τῶν λογιστῶν ἀρχεῖα· ὡς Δείναρχος καὶ Ἀνδοκίδης δηλοῦσι.

Λογιστεῦσαι. ἀπαριθμήσασθαι. ἀναμετρῆσαι. Οὐ δυνάμενος ἢ οὐ βουλόμενος λογιστεῦσαι τὰ πεπραγμένα, καὶ μισῆσαι τὰ κακῶς πραχθέντα.

Λογιστής. κριτής. δοκιμαστής. ἐξεταστής.

Λογογράφος. ὁ δίκας, ἢ [3] τοὺς δικανικοὺς γράφων.

Λόγον ἔχειν. ἀντὶ τοῦ φροντίζειν. Θεόπομπος Φιλιππικῶν α.

Λογοποιός. [4] ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος. Ἰσοκράτης, καὶ Ἡρόδοτος. ὃς ἐστιν εὑρετὴς λόγων καὶ ἀποκριμάτων.

Λογοποιῶν. πλάττων λόγους ψευδεῖς.

Λόγος. [5] λόγος ἐστὶ φωνὴ σημαντικὴ, ἀπὸ διανοίας ἐκπεμπομένη. Λόγος δὲ σημαίνει ϛ'. Διαφέρει δὲ λέξις καὶ λόγος. λέξις μὲν γὰρ ἄσημος γίνεται· ὡς τὸ βλίτυρι. λόγος δὲ οὐδαμῶς. διαφέρει δὲ καὶ τὸ λέγειν τοῦ προφέρεσθαι. προφέρονται μὲν γὰρ αἱ φωναί· λέγεται δὲ τὰ πράγματα, ἃ δὴ καὶ λεκτὰ τυγχάνει. [6] ἀρεταὶ δὲ τοῦ λόγου ε'· Ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, [7] ἀποσκευή. Λόγος καὶ ἡ ὑπόθεσις. [8] Ἀριστοφάνης·

lascivus fuit, ut & in ingenuas & Magistratuum uxores & virgines importune faceret impetum, & omnia impudenter ageret. Cum autem prodiret, globos argenteos & armillas projiciebat: multorumque aliorum malorum auctor fuit Longinus iste. *Port.*

Λόγισαι. Considera. Examina. Perpende.

Λογισμός. Ars numerandi, vel computandi. Item, mens, ratio: ut apud Isocratem *Busiride: Inter mentem & corpus est mutua quædam consensio. Corpore enim male affecto, & mentis vis languescit.*

Λογισμός. Exsolutio. Persolutio. *Promiscue omnia populatus est, vitæ anteactæ rationes exigens.* Item λογισμός, examen. [Vel, enumeratio.] *Navigatio vero ultra duos menses processura videbatur, quantum ex supputatione dierum colligi poterat.* Λογισμὸς enim significat etiam enumerationem, vel supputationem. *Illi vero multitudinem recensuerunt.* Et Euripides: *Æquum enim non est, cum duobus [unum] contendere.*

Λογισταί. Arithmeticæ periti. Supputatores. Calculatores. Et λογίσομαι. Computabo. Numerabo. Recensebo.

Λογισταὶ, & λογιστήρια. Λογισταὶ apud Athenienses erat magistratus quidam: quo qui fungebantur (erant autem hi numero decem) intra triginta dies Reipubl. gestæ rationes exigebant ab illis, qui magistratu abituri erant. Λογιστήρια vero dicebantur loca publica, in quibus Logistæ rationes exigebant: ut Dinarchus & Andocides declarant.

Λογιστεῦσαι. Enumerare. Recensere. Perpendere. *Quod acta perpendere, & male facta odio prosequi non posset, vel nollet.*

Λογιστής. Judex. Censor. Examinator.

Λογογράφος. Causarum forensium scriptor. Vel, qui orationes forenses scribit.

Λόγον ἔχειν. Rationem habere. Curare. Theopompus *Philippicorum* libro I.

Λογοποιός. Est idem, qui a nobis Ἱστορικὸς, i.e. Historicus, vocatur. Isocrates, & Herodotus. Item sic vocatur inventor fabularum & apologorum.

Λογοποιῶν. Res falsas fingens. Qui fabulas scribit.

Λόγος. Oratio. Λόγος est vox aliquid significans, & a ratione procedens: habetque sex significationes. Differunt vero λέξις & λόγος. Nam λέξις, i. e. dictio, interdum nihil significat; ut βλίτυρι. Λόγος vero neutiquam. Differt etiam τὸ λέγειν, dicere, a προφέρεσθαι, proferre. Nam proferuntur voces: dicuntur vero res; quæ quidem dici possunt. Orationis autem virtutes sunt quinque: Puritas, perspicuitas, brevitas, decorum, com-

1 Τὸ γὰρ δίκαιον οὐκ ἔχει λ.] Hoc exemplum pertinet ad vocem λόγος.
2 Λογισταὶ, καὶ λογιστήρια. ἀρχ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Nostrum supra v. Εὔθυνα: & Petitum *de Leg. Att.* pag. 224.
3 Ἢ τοὺς δικανικοὺς γρ.] Ammonius, vel, secundum Eustathium, Erennius Philo: Λογογράφος, καὶ Λογοποιὸς διαφέρει. Λογογράφος μὲν γάρ ἐστιν, ὁ τοὺς δικανικοὺς λόγους γράφων. Λογοποιὸς δὲ, ὁ λόγους τινὰς ἢ μύθους συνθείς.
4 Λογοποιός. ὁ ὑφ' ἡμ.] Ex Harpocratione: apud quem tamen desunt verba illa ultima, ὅς ἐστιν εὑρετὴς λόγων καὶ ἀποκριμάτων.
5 Λόγος ἐστὶ φωνὴ σημαντ.——— λέγονται δὲ τὰ πράγματα] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. seg. LVI. LVII. ut Pearsonius etiam observaverat.
6 Ἀρεταὶ δὲ λόγου ε'· Ἑλλην.] Et hæc leguntur apud modo laudatum Laertium eodem libro, segm. LVII.
7 Ἀποσκευή] Lege κατασκευή, ut apud Laertium loco laudato.
8 Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 632. (439. Ed. Bas. *P.*)

Εὐρι-

——————Εὐριπίδῃ
Λόγον παράσχῃς, καὶ τραγῳδίαν γένῃ.

Λογοτόπος. [1] παρὰ φιλοσόφοις τὸ [2] ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον· οἷον, Εἰ ζῇ Πλάτων, ἀναπνεῖ Πλάτων. ἀλλὰ μὴν τὸ πρῶτον· ἄρα τὸ δεύτερον. παρεισήχθη δὲ ὁ λογοτόπος ὑπὲρ τοῦ ἐν ταῖς μακροτέραις συντάξεσι τῶν λόγων μηκέτι τὴν [3] σύλληψιν μακρὰν οὖσαν, καὶ τὴν ἐπιφορὰν λέγειν, ἀλλὰ συντόμως ἐπενεγκεῖν, τὸ δὲ πρῶτον· ἄρα τὸ δεύτερον.

Λόγου [4] τυχεῖν. ἀντὶ τοῦ, ἐπαίνου. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος.

Λόγοισιν Ἑρμόδωρος ἐμπορεύεται. ὁ Ἑρμόδωρος, ἀκροατὴς γενόμενος Πλάτωνος, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ συντεθειμένους λόγους κομίζων εἰς Σικελίαν, ἐπώλει.

Λογγῶνος. τοῦ [5] λιθοκλιμένος.

Λογχάδιον. εἶδος ὅπλου. καὶ λογχαῖος, μετὰ τῆς λόγχης.

Λόγχη. ἕκαστον σύστημα ἑνικῶς λέγουσιν· ὡς εἴ τις ἐπὶ πολλῶν ἱππέων εἴποι, τὴν ἵππον. λόγχη οὖν, σιδήρεον ἀκόντιον.

Λογχωτόν. ἐν [6] Ἐπιγράμματι·

——————Καὶ τὸ δίθυρσον
Τοῦτο τὸ λογχωτὸν, καὶ τὸ περισφύριον.

Λοεσσάμενος. λουσάμενος.

Λοκρὸς Αἴας· οὐχ ὁ Σαλαμίνιος. καὶ Λοκρεῖς, πόλις.

Λοκρῶν [7] ξυνθήματα. παροιμία. τάττεται δὲ ἐπὶ τῶν παρακρουομένων.

Λόλλαι, τῶν Λολλῶν. ὄνομα τόπου.

Λολλιανὸς, [8] Ἐφέσιος, σοφιστὴς, μαθητὴς Ἰσαίου τοῦ Ἀσσυρίου· γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος. ἔγραψε πολλά.

Λοξά. σκολιά. καμπύλα. οὐκ ἐξ εὐθείας γινόμενα.

Λοξὴ [9] φάλαγξ, ἡ τὸ μὲν κέρας ἕτερον, ὁπότερον ἂν προαιρῆται, πλησίον τῶν πολεμίων ἔχουσα, καὶ ἐν αὐτῷ τὸν ἀγῶνα ποιουμένη· τὸ δὲ ἕτερον ἐν ἀποστάσει δι' ὑποστολῆς ἔχουσα· δεξιὰ μὲν, ἡ τὸ δεξιὸν προβεβλημένη· λαιὰ δὲ, ἡ τὸ λαιόν. ἐν Ἐπιγράμματι·

[10] Δερκομένη λοξαῖς οἷα [11] Λάκαινα κόραις.

positio. Significat etiam λόγος argumentum. Aristophanes: [*Cave, ne*] *Euripidi argumentum fabulæ fias.*

Λογοτόπος. Logotropus. Sic vocatur apud Philosophos argumentandi modus, qui ex utroque compositus est: ut, Si vivit Plato, & respirat. Atqui verum est prius: Ergo & posterius. Inventus est autem Logotropus, ne in prolixioribus verborum constructionibus assumptio longa conclusiove repeteretur, sed breviter tantum diceretur: Est autem prius: Ergo & posterius.

Λόγου τυχεῖν. Laudem consequi. Sic Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte.

Λόγοισιν Ἑρμ. *Scripta aliena mercatoris instar Hermodorus vendit.* Hermodorus hic, qui auditor Platonis fuerat, libros ab eo conscriptos in Siciliam secum ferens, illic vendebat.

Λογγῶνος. Lapidis in portu erecti, ex quo religantur naves.

Λογχάδιον. Teli genus. Hasta. Et λογχαῖος, hastatus.

Λόγχη, Lancea. Unumquodque [militum] corpus singulari numero effertur: ut si quis de multis equitibus dicat, τὴν ἵππον, i. e. equitatum. Λόγχη igitur est ferreum jaculum. Lancea.

Λογχωτόν. Cuspide munitum. In Epigrammate: *Et duplicem hunc thyrsum, cuspide munitum, & ornamentum talorum.*

Λοεσσάμενος. Pro λουσάμενος. Qui se lavit.

Λοκρὸς Αἴας· οὐχ ὁ Σαλ. Ajax Locrensis, non autem Salaminius. Et Λοκρεῖς, Locris, urbs.

Λοκρῶν ξυνθήματα. Locrensi pacto. Proverbium, quod dicitur de illis, qui alios decipiunt.

Λόλλαι. Lollæ, Lollarum. Nomen loci.

Λολλιανός. Lollianus, Ephesius, Sophista, Isæi Assyrii discipulus, qui sub Adriano Cæsare vixit. Multa scripsit.

Λοξά. Obliqua. Curva. Quæ non ad lineam rectam ducta sunt.

Λοξὴ φάλαγξ. Obliqua phalanx, quæ alterutrum cornu, utrum voluerit, hosti admovet, & eo pugnam init; alterum vero inde removet & subducit. Et dextra quidem, quæ dextrum; sinistra vero, quæ sinistrum [cornu hosti] objicit. Et in Epigrammate: *Torvum cernens oculis, ut leæna.*

1 Λογοτόπος] Scribe λογότροπος, ut recte legitur apud Laertium lib. VII. segm. LXXVII. unde totum hunc locum Suidas descripsit.

2 Τὸ ἐξ ἀμφοτέρων σύνθετον] Horum verborum sensus apud Laertium a præcedentibus pendet: qui proinde consulendus est.

3 Τὴν σύλληψιν] Apud Laertium loco laudato rectius legitur τὴν πρόσληψιν, i. e. assumptionem, sive propositionem minorem.

4 Λόγου τυχεῖν. ἀντὶ τοῦ ἐπ.] Ex Harpocratione.

5 Λιθοκλιμένος Vox est corrupta, cujus loco Portus reponit, τοῦ λίθου τοῦ λιμένος: quod non displicet. Λογγὼν enim erat saxum perforatum in portu, ex quo naves religabantur. Etymologus: Λογγῶνες δὲ καλοῦνται οἱ ἐπὶ τῶν λιμένων τρητοὶ λίθοι· εἰς οὓς ἐξάπτουσι τὰ πρυμνήσια τῶν νεῶν ἐξ αὐτῶν. τοὺς δὲ τοιούτους λίθους ἢ λογγάσια ἔλεγον. Quod de λογγάσια addit, confirmat etiam Hesychius his verbis: Λογγάσια. ἐξ ὧν τὰ πρυμνήσια δέουσι τῶν νεῶν. Item Photius in Lexico inedito: Λίθος ὃς ἐν, ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια δέουσι, λογγάσια.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. V. Epigr. ult. ut Portus etiam observaverat.

7 Λοκρῶν ξυνθήματα] Hesychius, Zenobius, & Diogenianus, proverbium hoc sic efferunt, Λοκρῶν ξύνθημα: quod magis placet.

8 Λολλιανὸς. Ἐφέσ.] De eo vide Philostratum lib. 1. *de Vitis Soph.* pag. 526.

9 Λοξὴ φάλαγξ——ἐν ἀποστάσει δι' ὑποστολῆς] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Ælianum in *Tacticis* cap. XXX. ut Pearsonius quoque monuit.

10 Δερκομένη λοξ.] Pentameter hic est pars elegantis Epigrammatis in fœminam Lacænam, quæ filium suum abjecto clypeo ex acie domum reversum propria manu occidit, ut indignum qui lucem aspiceret, qui pro patria vitam amittere detrectasset. Epigramma integrum ex Anthologia inedita exhibuimus supra v. Ἀρες.

11 Οἷα Λάκαινα] Putem potius legendum esse, οἷα λέαινα: i. e. ut leæna.

Λοξίας.

Λοξίας. [1] ὁ Ἀπόλλων. [2] ὁ λοξὴν ἰὰν ἀποπέμπων. λοξῶς γὰρ ἐμαντεύετο·

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς, μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

ἢ ὁ λοξὴν πορείαν ποιούμενος. ὁ αὐτὸς γάρ ἐστι τῷ ἡλίῳ. † Σιγᾷν δὲ δεῖ, μὴ λοξοῖς ἰδὼν ὄμμασιν ὁ φθόνος τραχεῖ βάλῃ λίθῳ, κατὰ [3] Πίνδαρον.

Λοπάς. παρὰ Συρακουσίοις τὸ τήγανον. παρὰ δὲ Θεοπόμπῳ, ἡ σορὸς, καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς. καλεῖται δὲ οὕτω καὶ ὁ ἐν τῇ Ἑλλάδι γινόμενος λίθος. [4] Ἀριστοφάνης·

——Ἐγὼ γὰρ οὐδ' ἂν ὀρνίθων γάλα
Ἀντὶ τοῦ βίου λάβοιμ' ἂν, οὗ με νῦν ἀποστερεῖς.
Οὐδὲ χαίρω βατίσιν, οὐδ' ἐγχέλυσιν, ἀλλ' ἥδιον ἂν
Δικίδιον σμικρὸν φάγοιμ' ἂν ἐν λοπάδι πεπνιγμένον.

Λοπάς. ἡ χύτρα.

Λοπᾶσι. [5] κλέπταις.

Λόπος. ἡ περικειμένη ἔξωθεν τοῦ κρομμύου λεπίς. καὶ πᾶν λέπος, φλοιὸς, δέρμα λεπτὸν καὶ ξηρόν.

Λορδόν. τὸ ἐπίκυρτον. καὶ λορδότατον, τὸ ἀποσιμωμένον. ἐναντίον τοῦ κυρτοῦ· ὃ καὶ κυφὸν καλεῖται.

Λόρδος. [6] ἀπεξυλωμένος. συγκεκαμμένος τὸ σῶμα.

Λορδουμένη. Φησὶ [7] Προκόπιος περὶ Θεοδώρας τῆς Ἰουστινιανοῦ γαμετῆς. Ἀποδυσαμένη ξὺν τοῖς μίμοις, ἐν μέσῳ ἑστήκει, λορδουμένη τε καὶ τὰ ὀπίσω [8] ἀποκοντῶσα. ἤγουν, κεκαμμένη.

Λορδουμένων. [9] κινουμένων. ἐπειδὴ οἱ συνουσιάζοντες κινοῦνται. [10] Ἀριστοφάνης·

Λορδουμένων τε σωμάτων ἐπιστάτην.

Λουκᾶς, [11] ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἔχει τίτλους πγ'. κεφάλαια τμη'.

Λουκιανὸς, Σαμοσατεὺς, ὁ ἐπικληθεὶς βλάσφημος, ἢ δύσφημος, ἢ ἄθεος εἰπεῖν μᾶλλον. ὅτι ἐν τοῖς διαλόγοις αὐτοῦ γελοῖα εἶναι καὶ τὰ περὶ τῶν θείων

Λοξίας. Loxias. Sic vocatur Apollo. Quasi dicas, qui obliquam vocem emittit. Obliqua enim & obscura oracula reddebat; quale est & illud: *Crœsus Halyn trajiciens, magnum imperium evertet.* Vel, qui per obliquam viam incedit. Apollo enim idem est ac Sol. † *Tacere autem oportet, ne invidia limis intuens oculis saxo nos feriat, secundum Pindarum.*

Λοπάς. Apud Syracusanos, sartago, patella. Sed apud Theopompum & alios Comicos, loculus, capulus. Sic etiam vocatur lapis in Græcia nascens. Aristophanes: *Ego enim vitam illam, qua me nunc privare studes, non mutem lacte gallinarum. Neque delector esu batidum, nec anguillarum, sed libentius edam exiguam liticulam in sartagine suffocatam.*

Λοπάς. Olla.

Λοπᾶσι. Furibus. Grassatoribus.

Λόπος. Externus cepæ cortex. Item omne tegmen, vel cortex, & pellis tenuis & sicca.

Λορδόν. Incurvum. Et λορδότατον. Maxime incurvum. Maxime simum. Contrarium est τοῦ κυρτοῦ, i. e. gibboso.

Λόρδος. Vinculo ligneo, vel nervo vinctus. Corpus incurvatum habens.

Λορδουμένη. Incurvata. Procopius de Theodora Justiniani uxore dicit: *Cum vestes cum mimis exuisset, in medio eorum stabat incurvata, & posteriores partes corporis subagitandas præbebat.* Λορδουμένη hic positum est pro κεκαμμένη, i. e. incurvata.

Λορδουμένων. Illorum, qui moventur, vel subagitantur. Qui enim inter se coeunt, moventur. Aristophanes: *Et corporum, quæ in coitu moventur, inspectorem.*

Λουκᾶς. Lucas Euangelista titulos habet LXXXIII. capita CCCXLVIII.

Λουκιανός. Lucianus, Samosatensis, cognominatus Blasphemus, vel Dysphemus, vel potius Impius. Hic in Dialogis suis ea, quæ de Diis dicuntur, ut ridicula exagitat. Fertur

1 Λοξίας. ὁ Ἀπόλλ.—— τῷ ἡλίῳ] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Plutum* pag. 2. Confer etiam Macrobium *Saturn.* lib. 1. cap. XVII.

2 Ὁ λοξὴν ἰὰν ἀποπ.] Eustathius ad Il. K. pag. 794. 54. Ὡς δὲ καὶ ἰὰν οἱ παλαιοὶ φασι τὴν ἐνταῦθα ἰωὴν, δηλοῦσι οἱ τὸν Λοξίαν οὕτω καλεῖσθαι εἰπόντες παρὰ τὸ λοξὴν ἰὰν, ὅ ἐστι φωνὴν, πέμπειν. Confer etiam Etymologum.

3 Κατὰ Πίνδαρον] Locus Pindari exstat *Olymp.* Od. VIII.

4 Ἀριστοφάνης] *Vespis*, pag. 465. (328. Ed. Bas. P.)

5 Λοπᾶσι. κλέπταις] Sic etiam Photius in Lexico inedito. At nihilominus vocem priorem suspectam habeo, eamque detortam esse existimo ex λωποδύτης, quod Grammatici itidem interpretantur κλέπτης; ut ex Hesychio, Suida, aliisque constat.

6 Ἀπεξυλωμένος] Intellige, ut sum interpretatus. Ξύλον enim apud Græcos præter vulgarem significationem notat etiam vinculum ligneum, vel nervum, quo qui impediti erant, corpus incurvatum habebant, & cernuare cogebantur. Hinc idem vinculi genus etiam dicebatur κύφων, quod homines κύφειν, vel κύπτειν, i. e. cernuare cogeret, testibus Grammaticis. Vide Nostrum supra v. Κύφωνες. Portus vocabulum hoc male verterat, *ligno incurvato similis*: nec melius alius vir doctus in notis ad Hesychium eandem vocem, cujus significationem non intelligebat, in ἀπηλοξωμένος mutatam volebat.

7 Φησὶ Προκόπιος περὶ Θεοδ.] Locus hic hodie apud Procopium non exstat, quoniam pertinet ad lacunam capitis IX. *Histor. Arcanæ*, ut Maltretus recte observavit. Eo enim capite Procopius narrat, Theodoram in scena pudicitiam suam prostituisse, & Mimis in Theatro operam suam mercede locasse: cui argumento fragmentum hoc apprime convenit.

8 Ἀποκοντῶσα] Scribendum puto, ἀποκοντωθεῖσα: i. e. si proprie interpreteris, conto trajecta, vel transfixa. Metaphorice autem dicitur de coitu venereo: quoniam κοντὸς interdum pro membro virili accipitur; uti δόρυ, ἔγχος, & similia.

9 Κινουμένων] Vox hæc in prioribus Editt. deest, quam ex MSS. Paris. revocavi.

10 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiazusis*, ipso fere initio. Sed ibi pro λορδουμένων codices Aristophanis hodie habent χορδουμένων: quam lectionem Tanaq. Faber in notis ad eam fabulam priori præferendam esse censet. At ego contra τὸ λορδουμένων non solum retinendum esse censeo, sed etiam vocem alteram, ut παρακεχορδωμένην & adulterinam, ex albo vocum Græcarum expungendam esse contendo. Apud quem enim scriptorum Græcorum (si ab hoc loco Aristophanis, de quo controversia est, discedas) τὸ χορδοῦσθαι reperitur? Aut quis saltem veterum Grammaticorum ejus meminit? At contra τὸ λορδοῦσθαι vox est apud veteres frequentissima: cujus significatio κυρία quidem est, *incurvari*; at per metonymiam antecedentis pro consequenti accipitur etiam de præpostero & nefando coitu, quoniam in eo corpus incurvare debet is, qui se subigendum præbet. Et hoc certe sensu accipitur apud Procopium in fragmento illo, quod Suidas in voce præcedenti adducit. Sed plura de re obscœna addere pudor vetat.

11 Λουκᾶς, ὁ Εὐαγγελ.] Confer Nostrum infra v. Τίτλος.

εἰρημένα παρατίθεται. [1] λέγεται δὲ γενέσθαι ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. ἦν δὲ οὗτος τὸ πρὶν [2] δικηγόρος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῆς Συρίας. δυσπραγήσας δ' ἐν τούτῳ, ἐπὶ τὸ λογογραφεῖν ἐτράπη, καὶ γέγραπται αὐτῷ ἄπειρα. τελευτῆσαι δὲ αὐτὸν λόγος ὑπὸ κυνῶν, ἐπεὶ κατὰ τῆς ἀληθείας ἐλύττησεν. εἰς γὰρ τὸν Περεγρίνου βίον καθάπτεται τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ [3] αὐτὸν βλασφημεῖ τὸν Χριστὸν ὁ παμμίαρος. διὸ καὶ τῆς λύττης ποινὰς ἀρκούσας ἐν τῷ παρόντι δέδωκεν· ἐν δὲ τῷ μέλλοντι κληρονόμος τοῦ αἰωνίου πυρὸς μετὰ τοῦ Σατανᾶ γενήσεται.

sub Trajano Imperatore, & ante, vixisse. Primum Antiochiæ in Syria causidicus fuit: quæ res cum ei male cessisset, ad scribendum se contulit, & infinita scripsit. A canibus dilaceratus fertur: [homo impius,] qui linguæ suæ rabie ipsam veritatem insectatus fuit. Nam in Peregrini vita Christianam religionem perstringit, & ipsi Christo maledicit, homo sceleratissimus. Quamobrem & in hac vita justas furoris sui pœnas dedit, & in futura ignis æterni una cum Satana hæres erit.

Λουκιανὸς ἕτερος, [4] Κόμης τῆς ἑῴας, ἐπὶ Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως. αὕτη δὲ ἡ ἀρχὴ ἐβούλετο τὸν περιβεβλημένον αὐτῆς ἐφεστάναι πᾶσι τοῖς τὰς τῆς ἑῴας ἐπαρχίας ἰθύνουσι, καὶ ἐπὶ τοῖς οὐ κατὰ τὸ δέον πραττομένοις ἰθύνειν. οὗτος τοίνυν πᾶσαν ἀρχικὴν ἀρετὴν εἰς τοὺς ἀρχομένους ἐπιδεικνύμενος, ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ καὶ πᾶσι τοῖς ἄρχοντας κοσμεῖν δυναμένοις διαβόητος ἦν, οὔτε προσώπων διαφορὰν, οὔτε ἕτερόν τι κατὰ νοῦν ἔχων, πλὴν ὧν ὁ νόμος ὑπηγόρευσεν. ὥστε ἀμέλει καὶ τὸν τοῦ βασιλέως θεῖον Εὐχέριον αἰτοῦντά τι παρὰ τὸ προσῆκον, ἀποσεισάμενος ἐς τοσοῦτον ἐκίνησεν, ὥστε πρὸς τὸν βασιλέα διαβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ ὁ βασιλεὺς αἴτιον εἶπεν εἶναι Ῥουφῖνον, ἀνδρὶ τοιούτῳ τοσαύτην ἀρχὴν δεδωκότα, λαβὼν πρόφασιν ὁ Ῥουφῖνος, τὸν Λουκιανὸν σφαίραις μολυβδίναις ᾐκίσατο κατὰ τοῦ τένοντος.

Λουκιανὸς ἕτερ. Lucianus alius, Comes Orientis, sub Arcadio Imperatore. Hujus autem magistratus ea erat ratio, ut, qui eum gereret, præesset omnibus iis, qui provincias Orientales regebant, & ea corrigeret, quæ perperam fiebant. Hic igitur omnem principe dignam virtutem, quæ in Magistratu requiritur, erga populos imperio suo subjectos demonstrans, ob justitiam, & temperantiam, & omnia quæ Principes ornare possunt, celebris fuit, nec personarũ discrimen, nec aliud quidquam in animo habens, nisi ea ipsa quæ Lex jussisset. Quamobrem etiam Imperatoris avunculum Eucherium, qui quædam petebat contra decorum & officium, cum repulisset, ipsum adeo commovit, ut repulsam passus, apud Imperatorem ipsum accusaret. Cum autem Imperator dixisset Rufinũ hujus mali auctorem esse, qui tali viro tantum Magistratum mandasset; Rufinus occasionem nactus, Lucianum globis plumbeis in cervice excruciavit. *Port.*

Λουκιανὸς [5] ὁ μάρτυς. οὗτος ἐκ Σαμοσάτων τῆς Συρίας ἦν, ἀνὴρ τῶν εὖ γεγονότων. παρὰ δὲ τὴν πρώτην ἡλικίαν Μακαρίῳ τινὶ συγγενόμενος, τὴν Ἔδεσσαν οἰκοῦντι, καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἐξηγουμένῳ, πᾶν ὅ, τι κάλλιστον ἔφερε περὶ τοῦτον, ἐκεῖνος ἐν οὐ πολλῷ συνέλαβε χρόνῳ. καὶ πρός τι τὸν μονάυλιον ἀπέκλινε βίον, καὶ πρὸς ἅπαν ἀρετῆς [6] ἀνθρωπείας ἀφίκετο μέτρον. προῆλθε δὲ καὶ εἰς ἱερωσύνην, πρεσβύτερος ἐν Ἀντιοχείᾳ γενόμενος, καὶ διδασκαλεῖον μέγα ἐκεῖσε συνεστήσατο, ἑκασταχόθεν σπουδαιοτάτων ὡς αὐτὸν ἀλλαχόθεν ἀφικνουμένων ἄλλων. οὗτος τὰς ἱερὰς βίβλους θεασάμενος πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ γε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέντοι καί τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προειστήκεισαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς θελησάντων νοῦν, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐνσκευασαμένων, αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος [7] ἐπανενεώσατο

Λουκιανός. Lucianus martyr, Samosatenus, Syrus, vir nobilis, prima ætate Macarii cujusdam Edessæ degentis consuetudine usus, sacrorum librorum interpretis, pulcherrima quæque illius inventa brevi tempore perdidicit. Idem ad vitam solitariam animum adjecit, & omnem virtutis humanæ mensuram implevit. Ad sacerdotium etiam processit, presbyter Antiochiæ factus, magnamque Scholam illic instituit, quotidie undique studiosissimis & optimis quibusque ad ipsum confluentibus. Hic, cum animadvertisset in sacros libros multa adulterina irrepsisse, tum quod ipsum tempus in illis multa depravasset; tum propter continuam ab aliis ad alia translationem; tum etiam, quod improbi quidam homines, religionis profanæ propugnatores, eorum sensum pervertere volentes, multa in illis adulterassent: ipse omnes ex lingua Hebraica, quam accurate callebat, in integrum restituit, plurimumque laborem in eorum emendationem contulit. Neque vero

1 *Λέγεται δὲ γενέσθαι ἐπὶ τοῦ Καίσ. Τρ.*] Dissentit Vossius in opere *de Histor. Gr.* lib. II. cap. XV. quem vide. Confer etiam Jons. *de Script. Hist. Philos.* lib. III. cap. X.

2 *Δικηγόρος*] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. *δημηγόρος*: quod minus placet.

3 *Αὐτὸν βλασφημεῖ τὸν Χρ.*] Eum enim in laudato libello *ἀνεσκολοπισμένον Σοφιστὴν*, i. e. *Sophistam crucifixum*, vocat.

4 *Κόμης τῆς ἑῴας*] Priores Editt: manifesto errore habent *κώμης τῆς ἑῴας*: quod Wolfius & Portus secure verterunt, *e pago orientali*: nullo utique sensu. Luce enim clarius est, scribendum esse, *Κόμης τῆς ἑῴας*, i. e. *Comes Orientis*: ut Pearsonius quoque recte observaverat. Erat autem *Κόμης τῆς ἑῴας*, sive, quod idem est, *κόμης τῆς ἀνατολῆς*, dignitas quædam in aula Imperatorum CPolitanorum, cujus non raro apud scriptores Græcos fit mentio; ut vel ex Dufrenii Glossario Græco patet. Cæterum versionem Porti in principio tantum articuli hujus mutavi & emendavi: cætera vero intacta reliqui, quod operis urgentibus ea aliter vertere non liceret.

5 *Λουκιανὸς ὁ μάρτ.*] Totum hunc locum depromptum esse ex Logothetæ Metaphrasi in martyrium Luciani Martyris, discere licet ex ipso Suida infra v. *Νεβιέλ*, ubi pars hujus Eclogæ, addito scriptoris illius nomine, repetitur.

6 *Ἀνθρωπείας*] Hanc vocem ex MSS. Paris. revocavi, quam priores Editt. non agnoscunt.

7 *Ἐπανενεώσατο*] Sic melius MS. Paris. A. quam priores Editt. quæ exhibent *ἐπανενεώσατο*. Infra autem v. *Νεβιέλ*, ubi locus hic repetitur, legitur *ἀνενεώσατο*.

γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἐς τὰ μάλιστα ἣν ἠκριβωκὼς, πῖνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενηνεγμένος. οὐ μὴν δὲ, ἀλλὰ καὶ τὸ καθαρώτατον τῶν θείων δογμάτων παρὰ τούτῳ τις ἂν [1] μάλιστα τῶν κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον γινομένων ἐπ' ἄκρον εὕροι φυλαττόμενον. ἐξέθετο γὰρ καὶ ἐπιστολὰς ἀμέλει γενναιοτάτας, ἐξ ὧν φωράσαι τις ἂν εὖ μάλα ῥᾳδίως, ἣν ὁ ἀνὴρ περὶ τῶν θείων ἔτρεφε γνώμην. ἐμαρτύρησε δὲ ἐπὶ Μαξιμιανοῦ ἐν Νικομηδείᾳ τῆς Βιθυνίας.

tantum hoc præstitit, sed etiam divinorum decretorum puritatem apud hunc ex omnibus illius ætatis viris maxime summoque studio conservatam invenias. Nam & epistolas edidit, profecto præstantissimas, ex quibus quivis facillime deprehendat, quænam fuerit hujus viri de rebus divinis sententia. Martyrium obiit Nicomediæ in Bithynia sub Maximiano. *Port.*

Λούκιος [2] Σέργιος Κατιλῖνος, ἀνὴρ γένους μὲν ὢν ἐπιφανεστάτου, ἄλλως δὲ πονηρὸς τὴν φύσιν, τολμητής τε, καὶ μεγαλοπράγμων, καὶ τὸ ἦθος ποικίλος, ἐπ' ὀλέθρῳ τῆς πατρίδος συνώμοσε, τοὺς θρασυτάτους καὶ τολμηροτάτους τῶν εὐπατριδῶν εἰς τὴν ἑαυτοῦ πίστιν [3] ἐνδησάμενος. λέγεται γὰρ ἄνθρωπον καταθύσας, γεῦσαι τοῦ αἵματος τοὺς συνωμότας, περιάγων ἐς πάντας τὴν κύλικα, πλήρη οἴνου τε καὶ ἀνθρωπείου αἵματος, εἴτε καταγοητεύων τοὺς ἄνδρας τῷ τοιῷδε ὅρκῳ, εἴτε καὶ πρὸς πᾶν τόλμημα καὶ πᾶσαν ἐθίζων ἀνοσιουργίαν, ἅτε οἰκείῳ καὶ πολιτικῷ ἐπιχειρῶν αἵματι, μεταγαγὼν τὴν πολιτείαν εἰς τυραννίδα φόνῳ τε πολλῷ τῶν ἀρίστων καὶ καταπρήσει τῆς πόλεως μηχανώμενος. ἐπῆρε δὲ τὸν Κατιλῖνον εἰς [4] ταύτας τὰς ἀτόπους ἐννοίας βάρη τε ὀφλημάτων, νικῶντα τὸ τίμημα τῆς οὐσίας, καὶ συνειδὸς ἐνθέσμων καὶ μυσαρῶν πράξεων ἔχοντα. [5] τόν τε γὰρ παῖδα τῆς Ὀρεστίλλης διέφθειρε· δι' ἃ δὴ καὶ ὑπατείαν μετιὼν ἀπηλάθη, Κικέρωνος ἐς τὴν τοῦδε χώραν [6] αἱρεθέντος. ἐξ οὗ δὴ καὶ μάλιστα τὰ ἀτοπώτατα τῶν δραμάτων ἐπὶ νοῦν ἐβάλλετο, τῶν κακῶν οὐδαμοῦ ἱστάμενος, οὐδὲ ἀναπαύων τὴν γνώμην. ὁ δὲ Κικέρων, εἰπεῖν τε δεινὸς ὢν, καὶ τἀληθὲς ἀνευρεῖν ἱκανὸς, καὶ γνῶναι τὸ μέλλον ὀξύτατος, πολέμιον αὐτὸν ἀποφήνας, ἐξήλασε τῆς πόλεως.

Λούκιος. Lucius Sergius Catilina, vir nobilissima quidem familia ortus, sed ingenii pravissimi, audax, & factiosus, moribusque multiplex & varius, ad delendam patriam conjuravit, adscitis in societatem, & sacramento quodam sibi obstrictis viris ex nobilitate Romana præstantissimis, atque audacissimis. Etenim mactati hominis sanguinem vino permixtum circumtulisse pateris, & degustandum dedisse conjuratis dicitur: sive ejusmodi sacramento eos fascinare, sive ad omne scelus ac flagitium imbuere volens: quippe qui civilem effundere sanguinem, & converso Reip. statu cæde illustrium virorum & urbis incendio tyrannidem constituere agitaret. Stimulabat porro Catilinam ad hæc nefaria consilia cum gravitas æris alieni, quod vires patrimonii longe superabat; tum conscientia scelestε atque impie factorum. Nam & Orestillæ filium sustulerat, [& cum filia virgine incestum fecisse ferebatur:] quas ob causas etiam in petitione Consulatus repulsam tulit, Cicerone in ejus locum Consule renunciato. Quo maxime incensus Catilina, teterrimum facinus aggredi cœpit, dum animus inquies nullo expletur scelere, nec flagitio ullo acquiescit. Sed Cicero vir singulari eloquentia, & in deprehendendis consiliis non mediocri solertia præditus, præterea in recum ejus conjurationem patefecisset, hostemque [in Senatu] declarasset, urbe expulit.

Λουκούλλειον. τὸ τοῦ Λουκούλλου.

Λουκούλλειον. Quod est Luculli. Vel, templum Luculli.

Λούκουλλος, ὁ ὕπατος, Μιθριδάτῃ τῷ τοῦ Πόντου βασιλεῖ ἐπολέμει. προσχὼν τῇ Τρωάδι, καὶ σκηνῶν περὶ τὸ τῆς Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἔδοξε τὴν Ἀφροδίτην νύκτωρ ἐπιστᾶσαν οἱ τόδε εἰπεῖν·

[7] Τί κνώσσεις μεγάθυμε λέων; νεβροὶ δέ τοι ἐγγύς.

καὶ ὃς ἐξαναστὰς, καὶ πυθόμενος, ὡς εἴη ἐγγὺς ναυλοχῶν ὁ βασιλικὸς στόλος, ἐπέπλευσεν αὐτῷ, καὶ κρατήσας τῇ ναυμαχίᾳ διαφθείρει πάντας, καὶ τὸν στρατηγὸν Ἰσίδωρον. ὁ δὲ Μιθριδάτης φεύγει πρὸς Τιγράνην τὸν τῶν Ἀρμενίων βασιλέα. ὁ δὲ Λούκουλλος καὶ πρὸς Τιγράνην ἐξενεγκὼν πόλεμον, πόλεις τε εἷλε πλείστας ὅσας, καὶ τὰ Τιγρανόκερτα ἐπολιόρκει. ὁ δὲ Τιγράνης

Λούκουλλος. Lucullus Consul cum Mithridate Ponti Rege bellum gerens, cum ad Troadem appulisset, & ad Veneris templum castra haberet, visus est videre Venerem sibi adstantem, & sic se alloquentem: *Quid dormis magnanime leo? Hinnuli enim haud procul a te absunt.* Ille vero experrectus, & audiens regiam classem haud procul stationem habere, eam invasit, & navali prælio victor, omnes & ipsum ducem Isidorum occidit. Mithridates vero ad Tigranem Armeniorum Regem confugit. Lucullus porro, cum etiam Tigrani bellum intulisset, urbes quam plurimas cepit, & Tigranocerta obsedit. At Ti-

1 Μάλιστα] Sic MSS. Parif. At priores Editt. κάλλιστα: quod minus placet.

2 Λούκιος Σέργιος Κατιλῖνος, ἀνὴρ γένους μὲν ὢν ἐπιφ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Collectaneis Constantini Imperat. a Valesio editis, pag. 797. unde ea Suidas descripsit.

3 Ἐνδησάμενος] Sic recte MS. Parif. A. & Joannes Antiochenus. At priores Editt. male ἐνδυσάμενος.

4 Εἰς ταύτας τὰς ἀτόπους ἐννοίας] Sic melius MS. Parif. A. & Joannes Antiochenus, quam priores Editt. quæ habent, εἰς ταύτας τὰς ἐννοίας.

5 Τόν τε γὰρ παῖδα τῆς Ὀρεσ. διέφθ.] Locus hic ex Joanne Antiocheno sic supplendus est: Τόν τε γὰρ υἱὸν ἐν παιδὶ ὄντα τῆς Ὀρεστίλλης ἀνεῖλε γάμον διέφθειρε, καὶ θυγατρὶ παρθένῳ συνελθεῖν. δι' ἃ δὴ, &c.

6 Αἱρεθέντος] Sic rectius MS. Parif. A. & Joannes Antiochenus, quam priores Editt. quæ habent τεχθέντος.

7 Τί κνώσσεις μεγάθ.] Vide supra v. Κνώσσω, ubi eadem leguntur.

ἀπιδὼν ἐς τὸ τῶν Ῥωμαίων, καὶ λογισάμενος ἀναρίθμητον εἶναι, τοῦτο δὴ τὸ θρυλλούμενον ἀπεφθέγξατο, ὡς, εἰ μὲν πρεσβευταί, πολλοὶ πάρεισιν· εἰ δὲ στρατιῶται, ὀλίγοι. ἀλλ' ὅμως εἰς πεῖραν ἐλθὼν τῆς Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων, ἔγνω τὸν ὄχλον οὐδὲν ὠφελεῖν δυνάμενον. [1] Ἀντίοχος οὖν ὁ Φιλόσοφος ταύτης ἐπιμνησθεὶς τῆς μάχης, οὐκ ἔφη τοιαύτην ἄλλην ἑωρακέναι τὸν ἥλιον. Στράβων δὲ οὕτως ἀκονιτί φησι τοὺς Ῥωμαίους τὸν πολὺν ἐκεῖνον ἐργάσασθαι φόνον, ὡς μετὰ τὴν πεῖραν καταγελᾶν ἑαυτῶν, ἐπ' ἀνδράποδα τοιαῦτα ὅπλοις χρησαμένων. καὶ Λίβιος τήνδε τὴν μάχην ἐκπληττόμενος, οὐδέποτέ φησι τοσόνδε πολεμίων ἀποδέοντας Ῥωμαίους παρατάξασθαι. εἰκοστὸν γὰρ δὴ μέρος οἱ νικῶντες ἦσαν τῶν ἡττωμένων.

Λουκρήτιος. ὄνομα κύριον.

Λούπερκος, Βηρύτιος, γραμματικός, γεγονὼς μικρῷ πρὸ τοῦ Κλαυδίου τοῦ δευτέρου Καίσαρος χρόνων. ἔγραψε περὶ [2] τοῦ ἄν, γ'. Περὶ τοῦ ταώ. Περὶ τῆς χαρίδος. Περὶ τοῦ παρὰ Πλάτωνι ἀλεκτρυόνος. Κτίσιν τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ Ἀρσινοΐτου. Ἀττικὰς λέξεις. Τέχνην γραμματικήν. Περὶ γενῶν ἀρσενικῶν, θηλυκῶν, καὶ οὐδετέρων, βιβλία ιγ'· ἐν οἷς πολλὰ κατευδοκιμεῖ Ἡρωδιανοῦ.

Λυσία. [3] δῆμος τῆς Οἰνηΐδος, ἀφ' οὗ οἱ δημόται Λυσιεῖς. καὶ Λυσιεύς.

Λουτρά. Οἱ δὲ εἰς πόλιν παρελθόντες λουτρὰ ἔχουσαν, τὰ μὲν [4] χειρόκμητα καὶ τετεχνασμένα, τὰ δὲ ἐκ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναβρύοντα καὶ ὑπερχεόμενα μεθ' ἡδονῆς πρὸς ὠφέλειάν τε καὶ τρυφὴν τοῖς φαινομένοις, παράδοὺς ἑαυτὸν κατὰ ῥοῦν φέρεσθαι, δοῦλος ἐγένετο τῆς ἡδονῆς.

Λοῦτρον. [5] τὸ ἀπόλουμα, τὸ ῥυπαρόν, ἢ τὸ ἀπόλουτρον. [6] Καὶ τῶν βαλανείων πίεται τὸ λοῦτρον. [7] Προκόπιος· Τὸ βαλανεῖον ἐν παρασκευῇ ἐκέλευσε γενέσθαι. λούσασθαι γὰρ οἱ ἐνταῦθα τῇ ὑστεραίᾳ βουλομένῳ εἶναι.

Λουτροφόρος, [8] καὶ λουτροφορεῖν. ἔθος [9] ἦν τοῖς γαμοῦσιν Ἀθήνησι λουτρὰ μεταπέμπεσθαι ἑαυτοῖς κατὰ τὴν τοῦ γάμου ἡμέραν. ἔπεμπον δὲ ἐπὶ ταῦτα τὸν ἐγγυτάτω τοῦ γένους παῖδα ἄρρενα· καὶ οὗτοι ἐλουτροφόρουν. [10] ἔθος δὲ ἦν καὶ τοῖς ἀγάμοις ἀποθανοῦσι λουτροφορεῖν, καὶ ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίστασθαι. τοῦτο δὲ ἦν παῖς ὑδρίαν ἔχων. τὰ δὲ λουτρὰ ἐκόμιζον ἐκ τῆς νῦν μὲν Ἐννεακρούνου καλουμένης κρήνης, πρότερον δὲ Καλλιρρόης.

Λοφάδια. κατὰ τοῦ αὐχένος.

granes oculis in castra Romanorum conjectis, cum paucitatem eorum cerneret, celebratum illud dictum protulit: *Si quidem legati* [*venerunt*,] *multi adsunt*; *sin milites, pauci.* Sed tamen facto Romanarum copiarum periculo, turbam nihil prodesse cognovit. Antiochus certe Philosophus, hujus pugnæ mentionem faciens, negat Solem talem aliam vidisse. Strabo quoque dicit, Romanos tantam hostium cædem tam facile fecisse, ut re peracta, se ipsos deriserint, quod adversus talia mancipia armis fuissent usi. Livius etiam hoc prælium admirans, dicit, Romanos nunquam cum hostibus dimicasse, numero copiarum tanto eis inferiores. Victores enim tunc fuerunt vigesima pars eorum, qui victi fuerant. *Port.*

Λουκρήτιος. Lucretius. Nomen proprium.

Λούπερκος. Lupercus, Berytius, Grammaticus: qui paulo ante tempora Claudii secundi Imperatoris vixit. Scripsit de particula ἄν libros tres. De pavone. De squilla pisce. De gallo apud Platonem. Ædificationem Arsinoeti in Ægypto. Vocabula Attica. Artem Grammaticam. De generibus masculinis, fœmininis, & neutris, libros XIII. in quibus multa rectius tradit, quam Herodianus.

Λυσία. Lusia. Populus tribus Oeneidis: cujus populares dicuntur Λυσιεῖς: & in singulari Λυσιεύς.

Λουτρά. Lavacra. *Cum autem ingressi fuissent in urbem, quæ lavacra habebat, partim quidem manufacta & arte elaborata; partim vero ex terræ sinu scaturientia & ebullientia, tam ad utilitatem quam voluptatem eorum, qui illic erant; voluptati se totum permisit.*

Λοῦτρον. Sordes, quæ abluuntur. *Et balneorum bibet sordes.* † Procopius: *Balneum parari jussit, ubi postridie lavare velle dicebat.*

Λουτροφόρος, & λουτροφορεῖν. Moris erat apud Athenienses, ut illi, qui nuptias faciebant, lavacra ipso nuptiarum die sibi afferenda curarent, misso ad id puero mare, qui genere proximus erat. Et hi dicebantur λουτροφορεῖν. Mos etiam erat lavacra afferre illis, qui cœlibes decesserant, eaque in sepulcro illorum statuere. Id autem erat puer situlam tenens. Aquam vero illam afferebant ex fonte, qui nunc Enneacrunus, olim vero Callirrhoe dicebatur.

Λοφάδια. Supra collum. Supra cervicem.

1 Ἀντίοχος οὖν ὁ φιλόσοφος ταύτης ἐπιμν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum pene etiam leguntur apud Plutarchum in *Lucullo* pag. 511. quem confer.

2 Περὶ τοῦ ἄν] Hæc mihi suspecta sunt, & quædam excidisse videntur: quamvis sic etiam habeant libri manu exarati.

3 Λυσία] Ex Harpocratione: sed apud quem rectius legitur Λυσιά, ὀξυτόνως.

4 Χειρόκμητα] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. male χειρότμητα.

5 Λοῦτρον.——ἀπόλουτρον] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 364. Pro λοῦτρον autem dicebatur etiam λουτρεῖον. Hesychius: Λουτρεῖον, (scribe λουτρεῖον) τὸ ῥυπαρὸν ὕδωρ, ἤγουν ἀπόνιμμα. Vide etiam Pollucem lib. VII. cap. XXXIII. pag. 365.

6 Καὶ τῶν βαλανείων π.] Aristophanes in fine *Equitum*:

Κἀκ τῶν βαλανείων αὖ τὸ λοῦτρον πίεται.

Hunc locum Suidas hic repetere voluit, quamvis metrum & ordinem verborum neglexerit.

7 Προκόπιος] Lib. I. *de Bello Pers.* pag. 36.

8 Λουτροφόρος, καὶ λουτροφορεῖν. ἔθος ἦν τοῖς γαμ.] Ex Harpocratione. Eadem etiam ad verbum leguntur apud Photium in Lexico inedito.

9 Ἔθος ἦν τοῖς γαμοῦσιν Ἀθήν.] Huc egregie faciunt verba Porphyrii in libello *de Antro Nympharum*: Ὅθεν καὶ τὰς γαμουμένας ἔθος, ὡς ἂν εἰς γένεσιν συνεζευγμένας, νύμφας τε καλεῖν, καὶ λουτροῖς καταχεῖν ἐκ πηγῶν, ἢ ναμάτων, ἢ κρηνῶν ἀενάων εἰλημμένοις. Id est: *Unde & moris est virgines nubentes, tanquam quæ generationis causa cum viro conjungantur, Nymphas appellare, & lavacris perfundere, quæ ex scaturiginibus, vel laticibus, & fontibus perennibus sumpta sunt.* Plura de hoc more legat Lector apud Meursium in *Ceramico Gemino*, cap. XIV.

10 Ἔθος δὲ ἦν καὶ τοῖς ἀγάμοις ἀποθ.] Vide Petitum *de Legibus Att.* pag. 496.

Λοφεῖον.

Λοφεῖον. ἡ τοῦ κατόπτρου θήκη. ἢ ἡ θήκη τοῦ λόφου τῆς περικεφαλαίας. περιφερὴς δὲ αὕτη. [1] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Καθέλοιμι νύκτωρ τὴν σελήνην. εἶτα δὴ
Αὐτὴν καθείρξαιμ᾽ εἰς λοφεῖον στρογγύλον.

Ἐὰν μὲν ᾖ ὑποκοριστικόν, δηλοῖ τὸν ἐλάττονα τῶν τριῶν λόφων, καὶ γράφεται διὰ τοῦ ι. ἐὰν δὲ διὰ τῆς ει διφθόγγου, περισπᾶται, καὶ δηλοῖ τὴν θήκην τοῦ λόφου.

Λοφίας. ὁ τράχηλος.

Λοφνῆσι. [2] ταῖς λαμπάσι.

Λοφοπωλεῖν. [3] ἐπινεύειν. οἱ γὰρ τοὺς λόφους πωλοῦντες, ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτιθέμενοι, συνεχῶς ἔνευον, ἵνα παραδείξωσιν ὑγιεῖς τὰς τρίχας καὶ [4] ἀβρόχους τοῖς ὠνηταῖς.

Λόφος. γῆς ἀνάστημα. ἤγουν [5] περικεφαλαία.

Καὶ [6] παῖδας εἶχε λῃΐου κόμῃ θρέψας,
Λοφῶντας ἤδη, καὶ πτεροῖσιν ἀκμαίους.

Περὶ κορυδαλοῦ φησι.

Λόφος. τράχηλος. καὶ τὸ τῆς περικεφαλαίας ἄκρον.

Λόφαλοι. [7] τὰ ἐπὶ τῶν περικεφαλαιῶν λαμπρὰ ἀσπιδίσκια. λόφοι δέ, αἱ τριχώσεις.

Λοχαγοῖς. στρατηγοῖς. ταξιάρχαις.

Λοχαῖοι [8] δίφροι. οἷς πρὸς τὸ [9] τεκεῖν ὀψὲ χρῶνται αἱ γυναῖκες.

Λοχᾷ. ἐνεδρεύει.

Λοχεύονται. γεννῶσι. καὶ αὐτολόχευτος. αὐτογέννητος. ὁ Θεὸς ὁ ἀγέννητος.

Λοχεία. ἐπὶ γυναικός, ὅτε τέξεται. Λοχία δέ, διὰ τοῦ ι, ἡ ἐνέδρα.

Λόχησις. ἡ ἐνέδρα. ἐκ τοῦ λοχῶ, τὸ ἐνεδρεύω.

Λοχίτης. ὁ ἐνεδρεύων.

Λόχμας. συμφύτους τόπους. [10] Ἀριστοφάνης·

——Ἔχω τὰς μασχάλας
Λόχμης δασυτέρας, ὥσπερ ἦν συγκείμενον.

Ἔθρεψαν αἱ γυναῖκες τρίχας, ἵν᾽, ὅταν χειροτονῶσι, δοκῶσιν ἄνδρες εἶναι.

Λοχμαία [11] μοῦσα. ἡ τῶν ὀρνίθων. ἐγκεκρυμμένοι γὰρ ἐν ταῖς λόχμαις εἰώθασι φωνεῖν.

Λόχμη. παροιμία· [12] Λόχμην πολλὴν φορεῖς. ἀντὶ τοῦ, τιλθήσῃ. οὗτος δὲ ὁ Φορμίων τριχώδης ἦν, καὶ πυγὰς μελαίνας εἶχε.

Λόχμη. δασὺς τόπος. [13] πλαγία. σύμφυτος. καὶ

Λοφεῖον. Theca vel arcula speculi. Vel theca cristæ galeæ. Ea autem rotunda erat. Aristophanes *Nubibus*: *Noctu lunam de cœlo detraham, eamque in arcula rotunda concludam.* Λόφιον, per ι, est diminutivum; & trium cristarum minimam significat. At λοφεῖον, per ει diphthongum, circumflectitur in penultima, & thecam cristæ significat.

Λοφίας. Collum. Cervix.

Λοφνῆσι. Facibus.

Λοφοπωλεῖν. [Proprie, cristas vendere. At per translationem,] annuere, innuere. Qui enim cristas vendebant, eas capiti imponentes, crebro nutabant, ut emptoribus ostenderent, pilos vitio carere, nec fucatos esse.

Λόφος. Terræ tumulus. Collis. Vel, crista galeæ. *Et pullos habebat in segete comante nutritos, jam cristatos, & pennis adultis præditos.* De cassita loquitur.

Λόφος. Cervix. Item crista galeæ.

Λόφαλοι. Splendentes clavi in galeis. Λόφοι vero, cristæ.

Λοχαγοῖς. Manipulorum ducibus. Ordinum ducibus.

Λοχαῖοι δίφροι. Sellæ, quibus in partu mulieres utuntur.

Λοχᾷ. Insidiatur.

Λοχεύονται. Pariunt. Gignunt. Et αὐτολόχευτος. A se genitus. Vel, a nullo genitus. Epithetum Dei.

Λοχεία. [Per ει.] Dicitur de muliere pariente. Puerperium. At λοχία, per ι, insidiæ.

Λόχησις. Insidiæ. A λοχάω, insidior.

Λοχίτης. Qui insidiatur. Insidiator.

Λόχμας. Sylvas. Aristophanes: *Habeo alas valde hirsutas, ut nec sylva densiores habeat arborum comas. Sic enim inter nos convenerat.* Mulieres nimirum aluerant pilos, ut, cum manus in concione elevarent, viri esse viderentur.

Λοχμαία μοῦσα. Musa sylvestris. Id est, cantus avium. Aves enim in sylvis latentes canere solent.

Λόχμη. Sylva. Proverbium: *Densam gestas [pilorum] sylvam.* Pro, pili tibi evellentur. Hic enim Phormio hirsutus erat, & nigras nates habebat.

Λόχμη. Sylva. Locus arboribus opacus.

1 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 169. (100. Ed. Bas. P.) Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

2 Λοφνῆσι] Imo, λοφνίσι, a λοφνίς. Vide Etymologum.

3 Λοφοπωλεῖν] Confer Hesychium h. v.

4 Ἀβρόχους] Florens Christianus ad Aristoph. *Pacem* pag. 714. legendum potius existimat ἀβρώτους, i. e. putredine non exesos, nec corruptos: quam conjecturam confirmat Hesychius hac voce, apud quem sic legitur: Εἰώθασιν γὰρ οἱ τοὺς λόφους πωλοῦντες, τούτους ἐπιτιθέντες, διανεύειν βουλόμενοι, ὅτι αἱ τρίχες οὐ βεβρῶνται τῶν λόφων. Photius tamen in Lexico MS. τὸ ἀβρόχους etiam agnoscit.

5 Περικεφαλαία] Scribe περικεφαλαίας, & ἀπὸ κοινοῦ repete ἀνάστημα.

6 Καὶ παῖδας εἶχε λ.] Hi duo versus Choliambici sumpti sunt ex Babrio.

7 Λόφαλοι] Imo φάλοι. Vide infra v. Φάλοι, ubi hic ipse locus repetitur.

8 Λοχαῖοι δίφροι. οἷς πρ.] Scribendum potius est λοχειαῖοι, ut legitur apud Artemidorum lib. v. pag. 265. unde locum hunc descripsit Suidas. Verba Artemidori hæc sunt: Ἔδοξέ τις γυνὴ περὶ τίκτειν εὐχομένη δίφρους ἐρᾶν λοχειαίους, οἷς πρὸς τὸ ἀποτεκεῖν χρῶνται αἱ γυναῖκες, &c.

9 Τεκεῖν ὀψὲ] Scribe ἀποτεκεῖν, ut recte legitur apud Artemidorum loco laudato. Præpositionem ἀπὸ enim in verbo ἀποτεκεῖν apud Suidam incuria librarii in ὀψὲ mutatam, & loco suo motam esse apparet.

10 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 726. (456. Ed. Bas. P.)

11 Λοχμαία μοῦσα. ἡ τῶν ὀρν.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, pag. 576. (397. Ed. Bas. P.)

12 Λόχμην πολλὴν φορεῖς] Hæc sunt verba Aristophanis *Lysistr.* pag. 887. (559. Ed. Bas. P.) ad quem locum vide Florentem Christianum.

13 Πλαγία] Sic etiam Scholiasta Aristoph. ad *Aves* pag. 550.

λοχμώδης. Τῶν δὲ γυναικῶν καὶ τῶν μειρακίων ὄχλος λόχμην τινὰ εἰσδύντες, ἐκαιροφυλάκουν.

Λόχμιος. ἐν [1] Ἐπιγράμματι· Λόχμιον ὑλοβάταν. τουτέστι, δασύν.

Λόχος. ἐνέδρα. τάξις. [2] Ἀριστοφάνης· Γνώσεσθ', ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσὶ λόχοι δ' μαχίμων ἀνδρῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων. [3] διότι καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχον δ' λόχοι, οἷς ἐκέχρητο ὁ βασιλεύς.

Λόχος. [4] σύστημα ἐξ ἀνδρῶν ὀκτώ. οἱ δὲ, ἐξ ἀνδρῶν ιβ. οἱ δὲ, ἐκ ιϛ'. ὁ καὶ τέλειον καὶ σύμμετρον. καὶ λοχαγὸς, πρωτοστάτης, ἡγεμὼν, ὁ αὐτός ἐστι. ὁ πρῶτος καὶ ἄριστος τοῦ λόχου.

Λοχῶ, λοχήσω δοτικῇ. ἁπλῶν. καὶ ἐλόχησα.

Λοχῶντες. ἐνεδρεύοντες.

Λωβᾶται. βλάπτει. λυμαίνεται. ὑβρίζει.

Λωβητῆρα. ὑβριστήν. καὶ λωβήτωρ, ὁ βλαπτικός.

Βοτρύων [5] ἀκάματον φυλῶν λωβήτορα κάπρον.

Λώβη. εἶδος νόσου. καὶ λωβὸς, ὁ ταύτης μετέχων.

Λωγάλιος. [6] ὄνομα κύριον. σημαίνει δὲ καὶ τὸ στῆθος.

Λώϊον. κρεῖσσον. καὶ λωΐτερος, κρείσσων.

Λωΐτερος [7] κύκνου μικρὸς θρόος, ἠὲ κολοιῶν
Κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς κιδνάμενος νεφέλαις.

Λώϊον. βέλτιον.

Λῶμα. τὸ κράσπεδον.

Λώονος. τοῦ κρείσσονος λόγου.

Λῶος. [8] ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν. ὁ Αὔγουστος.

Λώπην. ἱμάτιον. καὶ λώπιον, τὸ αὐτό. περίβλημα. ἐν Ἐπιγράμματι·

Φρυκτοὺς αἰθαλόεντας ἐμῆς ῥιπίσμασι λώπης
Ἔσβεσα, καὶ διαδὺς λέχριος ἐν θαλάμῳ.

Λωπίζω. τὸ ἐκδύω.

Λώπιον. τὸ εὐτελὲς ἱμάτιον. λαῖφος.

[9] —Δέσποτα, χειμερίης ἄνθεμα ναυτιλίης
Ἀρτήσειν ἁγίοις τόδε λώπιον ἐν προπυλαίοις
Εὔξατο.

Λωποδύτης. ἱματίων κλέπτης. ἢ λωποδύτης, ὁ νεκροὺς ἐκδύων. καὶ λωποδυτεῖν, τὸ ἱμάτια κλέπτειν. Οἱ δὲ τῶν Περσῶν τεθνεῶτες λωποδυτούμενοι, καὶ ταφῆς ἀμοιροῦντες, τοῖς θηρίοις ἑστίασις ἦν αὐτοσχέδιος.

Et λοχμώδης, sylvosus. *Cum autem mulierum & adolescentum turba sylvam quandam intrasset, temporis opportunitatem captarunt.*

Λόχμιος. Sylvestris. In Epigrammate: *Sylvestrem* [*hircū dedico Pani*] *per sylvas erranti.*

Λόχος. Insidiæ. Cohors, vel manipulus. Aristophanes: *Cognoscetis utique & apud nos esse quatuor cohortes bellicosarum mulierum intus armatarum.* Nam & apud Lacedæmonios erant quatuor cohortes, quibus Rex utebatur.

Λόχος. Manipulus ex octo militibus constans. Secundum alios vero, ex duodecim; & secundum alios, ex sedecim: qui est numerus perfectus & optimam proportionem habens. Et λοχαγὸς, vel πρωτοστάτης, dicitur dux manipuli.

Λοχῶ. Insidior. Dativo jungitur. Et ἐλόχησα, insidiatus sum.

Λοχῶντες. Insidiantes.

Λωβᾶται. Lædit. Nocet. Injuria afficit.

Λωβητῆρα. Injurium. Et λωβήτωρ, qui nocet, qui perdit, qui vastat. [In Epigrammate:] *Indefessum vitium vastatorem aprum.*

Λώβη. Genus morbi. Et λωβὸς, qui eo laborat.

Λωγάλιος. Logalius. Nomen proprium. Significat etiam pectus.

Λώϊον. Melius. Et λωΐτερος. Melior. [In Epigrammate:] *Oloris exiguus sonus præstat crocitationi graculorum, quæ tempore verno late per nubes resonat.*

Λώϊον. Melius. Præstantius.

Λῶμα. Ora vestimenti. Fimbria.

Λώονος. Melioris.

Λῶος. Lous. Nomen mensis apud Macedones. Augustus.

Λώπην, & λώπιον. Pallium. Vestimentum. Vestem. In Epigrammate: *Faces ardentes ventilatione vestis meæ restinxi, oblique in thalamum penetrans.*

Λωπίζω. Exuo. Vestem detraho. Spolio.

Λώπιον. Vestimentum vile. Velum nauticum. [In Epigrammate:] *Domine, hybernæ donarium navigationis velum hoc in sacris vestibulis se tibi suspensurum esse vovit.*

Λωποδύτης. Qui viatores vestibus spoliat. Grassator. Vel λωποδύτης, qui mortuos spoliat. Et λωποδυτεῖν, viatores vestibus spoliare. *Persæ vero mortui, cum & vestibus nudati essent, & insepulti jacerent, parata erant feris esca.*

itemque Photius in Lexico MS. Sed videtur hic excidisse vox quædam, & scribendum esse, ὕλη πλαγία: ut intelligatur sylva obliquas & curvas habens vias, qualis opportuna est insidiis struendis. Volunt enim Grammatici quidam vocem λόχμη dictam esse a λοχᾶν, i.e. insidiari: ut patet ex Etymologo v. Λόχμη. Vide etiam Hesychium ead. v.

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XIV. Epigr. 1. sed ubi legitur, λόχμιον ὑλοβάτᾳ: uti etiam hic apud Suidam legendum est. Adi ipsam Anthologiam, & inde sensum hujus loci pete.

2 Ἀριστοφάνης] *Lysistrata* pag. 864. (551. Ed. Bas. *P.*) ubi locus hic ita legitur & distinguitur:

——Νὴ τὼ Θεώ, γνώσεσθ' ἄρα,
Ὅτι καὶ παρ' ἡμῖν εἰσὶ τέσσαρες λόχοι
Μαχίμων γυναικῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

3 Διότι καὶ παρὰ Λακεδαιμονίοις ὑπῆρχ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 422. Confer etiam Meurs. *Attic. Lect.* lib. I. cap. XVI. pag. 33.

4 Λόχος. σύστημα ἐξ ἀνδρῶν ὀκτ.] Et hæc leguntur apud Scholiastam Aristoph. ad *Acharnens.* loco modo laudato.

5 Βοτρύων ἀκάματον φυλ.] Verba hæc sunt pars elegantis Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum exhibuimus supra v. Ἀθάνατον: quo Lectorem remittimus. Pro βοτρύων autem & sensus & metri gratia scribendum est βοτρυόεν, ut monuimus etiam supra.

6 Λωγάλιος] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. λωγαῖος.

7 Λωΐτερος κύκνου μικρὸς θρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Erinnam Poetriam, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 405.

8 Λῶος. ὄνομα μην.] Vide Julianum in *Misopog.* pag. 96.

9 Δέσποτα, χειμερίης ἀνθ.] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate Diodori, quod legitur in Anthologia inedita, ex qua id publici juris fecimus supra v. Λάμπ.

Λῶπος.

Λῶπος. ἱμάτιον.

Λῶρος.

Λῷστος. βέλτιστος. καὶ ὄνομα κύριον.

Λώτ. οὗτος υἱὸς ἀνεψιὸς Ἀβραάμ. ἀπῄεσαν οὖν οἱ Ἄγγελοι εἰς Σόδομα, ἀφανίσαι τὰς πόλεις διὰ τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν. ὁ δὲ Ἀβραὰμ ἱκέτευσε δίκαιον μετ' ἀσεβοῦς μὴ συναπολέσαι, τάχα διὰ τὸν Λώτ. οἱ δὲ Ἄγγελοι ἐν Σοδόμοις γενόμενοι, ξενίας ἔτυχον παρὰ τοῦ Λώτ. οἱ δὲ Σοδομῖται ἀπάγειν αὐτοὺς ἐπειρῶντο πρὸς διαφθοράν. τοῦ δὲ διὰ φιλοξενίας ἀντιπαρέχοντος τὰς θυγατέρας, ὡς οὐκ ἐπείθοντο, οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Ἀγγέλων ἠφανίζοντο τὰς ὄψεις· ὁ δὲ ἅμα ταῖς θυγατράσι καὶ τῇ συμβίῳ ἐξεπέμπετο· ἥτις ἐπιστραφεῖσα, μετεβλήθη εἰς στήλην ἁλός. ὁ δὲ Λὼτ εἰς Σηγὼρ διασωθείς, τῇ τε πόλει παραίτιος ἐγεγένει σωτηρίας, τῶν ἀνδρῶν ἀφανισθέντων, ὡς λόγος, τῶν τε λοιπῶν δ' διαφθαρεισῶν, καὶ τῆς λίμνης ἅμα τῇ γῇ ἀνατραπείσης. κἀν τῷ ὄρει μεθυσθείς, ταῖς θυγατράσι συνῆλθε, τεκνοῖ τε τὸν Μωὰβ, καὶ τὸν Ἀμμών. οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὄντες ἐν Σαττίν, ἐξεπόρνευσαν ταῖς θυγατράσι τῶν Μωαβιτῶν, εἰδωλολατρήσαντες, καὶ προσκυνήσαντες τῷ Βεελφεγώρ, καὶ τῶν θυσιῶν μετέλαβον. Μωϋσῆς δὲ παρώξυνε καὶ αὐτοὺς τοὺς οὐχ ἁμαρτόντας· καὶ ἀνῃρέθησαν δισμύριοι καὶ τετρακισχίλιοι. Φινεὲς δὲ ὁ ἱερεὺς καταλαβὼν Ἰσραηλίτην, ὄνομα Ζαμβρῆ, συμπεπλεγμένον Μαδιανίτιδι, ᾗ ὄνομα Χασβὴθ, ἀμφοτέρους διέπειρε, καὶ τὸν θυμὸν ἔπαυσε τοῦ Θεοῦ.

Λωτεῦντα. [1] ἀνθοῦντα.

Λωτίη. στέφανος ἐκ λωτῶν.

Λωτός. βοτάνη εὐώδης· ἣν ἔνιοι μυρόλωτον καλοῦσι. καὶ [2] λωτοί, ἐπιθαλάμιοί τινες αὐλοί.

——————————— [3] Λωτοὶ

Ἄχευν, καὶ θαλάμων ἐπλαταγεῦντο θύραι.

Ἐν Ἐπιγράμμασι. καὶ αὖθις·

Διδύμους [4] τε λωτοὺς κεροβόας, ἐφ' οἷς ποτε

Ἐπωλόλυξεν αὐχένα [5] στροβιλίσας.

καὶ αὖθις·

[6] Ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφας ἐπὶ δικλίσιν ἄχευν

Λωτοί. καὶ αὖθις·

[7] Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει

Λωτός, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις.

Λωτοφάγος. καὶ [8] Λωτοφάγοι, ἔθνος.

Λῶπος. Pallium. Vestis.

Λῶρος. Lorum.

Λῷστος. Optimus. Item nomen proprium.

Λώτ. Lot. Hic erat Abrahami consobrinus. Angeli igitur Sodoma iverunt, illas urbes ob ipsarum peccata deleturi: quos Abrahamus suppliciter orabat, ne justum una cum impio perderent; fortasse propter Lotum. Angelos vero Lotus Sodomis hospitio excepit, quos Sodomitæ ad stuprum abstrahere conabantur. Cum autem Lotus ex hospitalitate [Sodomitis] pro Angelis filias offerret, nec tamen illi a nefario conatu desisterent, visu ab Angelis privati fuerunt: ipse vero eductus fuit cum filiabus & conjuge; quæ cum respexisset, in statuam salis mutata est. Lotus vero cum Segorem salvus pervenisset, urbi illi salutis auctor fuit; viris e medio sublatis, ut ferunt, reliquisque quatuor [urbibus] deletis, & lacu una cum terra everso. Postea Lotus in monte inebriatus, cum filiabus coiit, & Moabum & Ammonem procreavit. Israelis vero filii, cum essent in Sattia, scortati sunt cum filiabus Moabitarum, & idola coluerunt, & Beelphegor adorarunt, victimarumque illi mactatarum participes fuerunt. Moses vero illos, qui non peccarant, in eos concitavit, & viginti quatuor millia hominum ab illis cæsa fuerunt. Phinees vero sacerdos, cum Israelitam, nomine Zambre, cum Madianitide, cui nomen erat Chasbith, concumbentem deprehendisset, utrumque telo trajecit, & iram Dei sedavit. *Port.*

Λωτεῦντα. Florentem. Herbosum.

Λωτίη. Sertum ex loto textum.

Λωτός. Lotus. Herba suavem odorem spirans, quam quidam myrolotum vocant. Et λωτοί, tibiæ, quæ in nuptiis adhibebantur. *Tibiæ resonabant, & thalamorum fores percussæ strepebant.* In Epigrammate. Et iterum: *Et geminas tibias corneas, ad quarum cantum [Gallus] quondam ululavit, cervicem contorquens.* Et iterum: *Modo enim vespertinæ ad bifores valvas sponsæ resonabant tibiæ.* Et iterum: *Modo in thalamis Nicippidis suavis resonabat tibia, & hymnus nuptialibus gaudebat plausibus.*

Λωτοφάγος. Qui loto vescitur. Et Lotophagi, gens.

1 *Λωτεῦντα. ἀνθοῦντα.*] Ex Scholiasta Homeri ad Il. M. v. 283.

2 *Λωτοί, ἐπιθαλάμιοί τινες αὐλ.*] Vide Athen. lib. IV. pag. 182.

3 *Λωτοὶ ἄχευν, καὶ θαλ.*] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate in novam nuptam, prima statim post nuptias nocte mortuam; quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XII. p. 326.

4 *Διδύμους τε λωτοὺς κεροβ.*] Duo hi senarii sunt pars Epigrammatis, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum hic cum Lectore curioso communicabo. *Ἀνάθημα παρὰ Κλυβεθίνης. Φιλίππου Θεσσαλονικέως.*

Ἀρξέχοροι τοῦδε σοὶ τὰ τύμπανα,
Καὶ κύμβαλ' ὀξύδουπα, χειλοχείλια,
Διδύμους τε λωτοὺς κεροβόας, ἐφ' οἷς ποτε
Ἐπωλόλυξεν, αὐχένα στροβηλίσας,
Λυπφλιῶν [?] τε σάγαρι ἀμφιθηγέα,
Λεοντόδιφρε, σοὶ Ῥέα, Κλυβεθίνης
Ἔθηκε, λυσσατῆρα γηράσας πόδα.

Epigramma hoc agit de Gallo quodam, qui instrumenta, quibus in celebrandis Rheæ orgiis ante usus fuerat, Deæ illi dedicat. In versu quarto, quem una cum præcedente Suidas hic adducit, pro στροβηλίσας scribendum est στροβιλίσας: a στροβιλίζω, (pro quo etiam dicitur στροβιλέω) in gyrum ago, torqueo, roto. Solebant enim sacerdotes Cybeles, fanatico furore correpti, crines rotare, caputque & cervicem rapido motu jactare. Hinc Anthol. lib. I. cap. XXXIII. pag. 70. de Gallo dicitur,

Εὐθὺς ῥομβητὴν ἐστροφάλιζε κόμην.

Id est: *Numine afflatus rotatam torquebat comam.* Adde his, quæ notavimus supra ad v. *Ἐστροβιλῆσθαι.*

5 *Στροβιλίσας*] Sic recte MS. Paris. A. At priores Editt. vitiose, στροβυλίσαι.

6 *Ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφ.*] Fragmentum hoc legitur Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 326. ubi integrum Epigramma vide.

7 *Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππ.*] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 327.

8 *Λωτοφάγοι*] Vide de hac gente Herodotum lib. IV. & Homerum *Odyss.* I.

Λωφήσαντος. ἀναπαυσαμένου, ἡσυχάσαντος.

Λωφῆσαι. [1] Ἦν δὲ Ἰουστινιανὸς ἐς μὲν ἀνθρώπων φθορὰν ἑτοιμότατος, ἐς δὲ τὸ λωφῆσαι ἀμήχανος. κυρίως [2] δὲ εἴρηται λωφῆσαι ἐπὶ βοῶν, τὸ βάρος ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἀποθέσθαι. λόφος γὰρ, ὁ τράχηλος.

Λώφησις. παῦσις. πτῶσις.

Λωφήσομεν. ἀντὶ τοῦ παύσομεν.

Λοιβεῖον. τὸ θῦμα. ἐκ τοῦ λείβω.

Λοιβή. σπονδή. θυσία.

Λοίγια. ὀλέθρια. καὶ λοίγιος, ὁ ὀλέθριος.

Λοιγόν. φθοράν. ὄλεθρον. καὶ λοιγὸς, ὁ ὄλεθρος.

Λοιδίας. [3] ποταμὸς Μακεδονίας. Αἰσχίνης μέμνηται.

Λοιδορισμός. ἡ λοιδορία.

Λοιδορεῖσθαι [4] τοὺς πονηροὺς, οὐδέν ἐστ' ἐπίφθονον,
Ἀλλὰ τιμὴ τοῖσι χρηστοῖς, ὅστις εὖ λογίζεται.

Τουτέστι. τὸ τοὺς πονηροὺς λοιδορεῖσθαι τιμὴ γίνεται τῶν ἀγαθῶν.

[5] Εἰ μὲν ἦν ἄνθρωπος, ὃν δεῖ πόλλ' ἀκοῦσαι καὶ κακὰ,
Νῦν δ' Ἀρίγνωτον γὰρ οὐδεὶς, ὅστις οὐκ ἐπίσταται,
Αὐτὸς ὢν ἔδηλος, οὐκ ἂν ἐμνήσθην φίλου.
Ὅστις ἢ τὸ λευκὸν οἶδεν, ἢ τὸν ὄρθιον νόμον.

Παρὰ τὸ λεγόμενον, Εἴ τις οἶδε τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν. οἱ δὲ λέγουσιν, Ἀρίγνωτον κιθαρῳδὸν ὄντα ᾄδειν τὸν ὄρθιον καλούμενον νόμον, καὶ τὸν λευκόν· οἵτινες ἐθαυμάζοντο κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. [6] τοῦ δὲ Ἀριφράδους περὶ φύσιν ἀσελγαινόντος ταῖς γυναιξί.

Λοιμεύεται. φθοροποιεῖ. βλάπτει. καὶ λοιμὸς, ἡ φθοροποιὸς νόσος. δυσκρασία ἀέρος καὶ τροπὴ, λοιμικὴ κατάστασις λέγεται.

Λοιμός. ὁ φθορεύς.

Λοιμώδης. ὁ ὀλέθρου παραίτιος.

Λοιμοί. οἱ μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινόμενοι, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντες.

Λοιπάς. καὶ λοιπαδάριον.

Λοιπόν. ἐπίρρημα.

Λοίσθιον. τὸ ἔσχατον. καὶ λοίσθιος ἡμέρα, ἐσχάτη.

Λοῖσθος. ὁ ἔσχατος. καὶ λοίσθῳ, ἐσχάτῳ.

——— [7] Εἶθ' ὅγε λοῖσθος
Ἄχθος ἀπορρίψας οἴχεται εἰς ἀΐδαν.

Περὶ Ἀλκμᾶνος ὁ λόγος.

Λοισθάτη. ἡ θρασεῖα.

Λύβας. ὄνομα κύριον.

Λύγα. σκοτεινά. Ἐφάνη γάρ οἱ αὐτῇ ἱστοῦ παρὰ κρόκαισι, ὡς λύγα πυρός.

Λωφήσαντος. Illius, qui cessavit. Illius, qui quievit.

Λωφῆσαι. Cessare. Quiescere. *Justinianus ira ad hominum perniciem facillime exardescebat, & iratus placari nullo modo poterat.* Proprie vero τὸ λωφῆσαι dicitur de bobus, significatque onus de cervice deponere.

Λώφησις. Cessatio. Quies. Casus.

Λωφήσομεν. [Cessabimus. Quiescemus. Vel,] sedabimus.

Λοιβεῖον. Libamen. Libatio. A λείβω Libo.

Λοιβή. Libatio. Sacrificium.

Λοίγια. Pestifera. Letalia. Et λοίγιος. Letalis. Perniciosus.

Λοιγόν. Perniciem. Et λοιγός. Pernicies.

Λοιδίας. Lœdias, Macedoniæ fluvius: cujus Æschines meminit.

Λοιδορισμός. Convicium. Maledictum. [Aristophanes:] *Maledictis insectari malos, nullo modo est odiosum, sed honor bonis; si quis rem bene perpendat.*

Λοιμεύεται. Corrumpit. Lædit. Nocet. Et λοιμός. Pestilentia. Intemperies aeris & corruptio lues pestilens vocatur.

Λοιμός. Homo pestilens. Corruptor.

Λοιμώδης. Pestilens. Pestifer. Perniciosus.

Λοιμοί. Pestilentes homines, qui non solum semet ipsos lædunt, sed alios etiam lue sua inficiunt.

Λοιπάς. Residuum. Reliquiæ. Et λοιπαδάριον, parvæ reliquiæ.

Λοιπόν. Adverbium.

Λοίσθιον. Extremum. Ultimum. Et λοίσθιος ἡμέρα. Dies ultimus.

Λοῖσθος. Ultimus. Et λοίσθῳ. Ultimo. [In Epigrammate:] *Deinde hic ultimus exuviis corporis depositis ad Orcum descendit.* De Alcmane ibi verba fiunt.

Λοισθάτη. Audax [mulier.]

Λύβας. Lybas. Nomen proprium.

Λύγα. Obscura. *Apparuit enim ei juxta telæ tramam, ut umbra ignis.*

1 Ἦν δὲ Ἰουστινιανὸς ἐς μὲν ἀνθρ.] Quæ hic de Justiniano Suidas tradit, apud Procopium *Histor. Arc.* c. xv. de Theodora Justiniani conjuge dicuntur: unde apparet, Suidam properasse, cum locum hunc describeret. Sic autem Procopius habet: Ὁ γὰρ θυμὸς αὐτῆς (i.e. Theodoræ) κινεῖσθαι μὲν εἰς ἀνθρώπων φθορὰν ἑτοιμότατος ἦν, &c.

2 Κυρίως δὲ εἴρηται λωφῆσαι ἐπὶ β.] Eruditus Enarrator Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 487. Λωφῆσαι δὲ κυρίως ἐπὶ τῶν ζώων, τὸ ἀπὸ τοῦ τραχήλου ἄχθος ἀποθέσθαι. καὶ λωφήσειν, ἀντὶ τοῦ λήξειν, ἀναπαύσειν, ἢ ἀναπαυσάμενος τὸν λόφον, τουτέστι τὸν τράχηλον.

3 Λοιδίας. ποταμὸς Μακεδ.] Ex Harpocratione.

4 Λοιδορεῖσθαι τοὺς πον.] Duo hi versus Trochaici leguntur apud Aristoph. *Equit.* pag. 358. (254. Ed. Bas. *P.*)

5 Εἰ μὲν ἦν ἄνθρ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, in versione prætermisi, quoniam nihil ad rem faciunt, & ἀσελγεῖ quoque leguntur supra v. Εἰ μὲν ἦν.

6 Τοῦ δὲ Ἀριφρ.] Supra loco laudato rectius legitur, ὁ δὲ Ἀριφράδης περὶ φύσιν ἠσέλγαινε ταῖς γυναιξίν.

7 Εἶθ' ὅγε λοῖσθος ἄχθ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate in Alcmanem, quod integrum exstat Anthol. lib. III. pag. 398. Sed ibi pro λοῖσθος legitur Λυδός: quam lectionem si amplectaris, pro εἶθε scribendum est εἴτ', & sensus loci istius hic erit: *Hic situs est Alcman, gloria Spartanorum, sive ille Lydus onere corporis abjecto ad Orcum descenderit.* De patria enim Alcmanis controversia erat, aliis affirmantibus eum fuisse Laconem; aliis Lydum genere: quod in alio Epigrammate in eundem Poetam his verbis clare exprimitur:

Κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις ἔρις, εἴθ' ὅγε Λυδὸς,
Εἴτε Λάκων.

Id est: *Jacet autem, duabus regionibus de eo contendentibus, sit ne Lydus, an Laco.* Hinc apparet τὸ Λυδὸς in dicto loco Epigrammatis recte sese habere, eamque lectionem præferendam esse alteri, λοῖσθος, quam Suidas hic habet.

Λύγδην.

Λύγδην. λύζοντες. ἢ, ἀντὶ τοῦ ὁμοῦ.

[1] Τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφικείμενοι,
Λύγδην ἔκλαιον ἅπαντες.

Λύγδινα.[2]

Κὴν στέρνοις ἔτι κεῖνα τὰ λύγδινα κάνια μαστῶν
Ἕστηκε, μίτρης γυμνὰ [3] περιτρομάδος.

Ἐν Ἐπιγράμμασι. καὶ αὖθις·

————Οἷά [4] τε λύγδου
Γλυπτήν, παρθενίων βεβρυομένην χαρίτων.

Ἔστι δὲ εἶδος λίθου ἡ λύγδος. καὶ αὖθις·

Γλύψας ἐπώλει λύγδινόν τις Ἑρμείαν.

Λυγαῖος. ἀπὸ τόπου.

Λυγαίως.[5] σκοτεινῶς. καὶ λύγη, ἡ σκοτία.

Λυγιζόμενος. στρεφόμενος.[6] καλυπτόμενος. ἀπὸ τῶν λύγων. λύγος δέ ἐστι φυτὸν ἱμαντῶδες. [7] Δίδη μόσχοισι λύγοισιν. Ὅμηρος. καὶ [8] Πλάτων ἐν Γοργίᾳ· Πάσας στροφὰς στρέφεσθαι, πάσας δὲ διεξόδους διελθὼν, ἀποστραφῆναι λυγιζόμενος, ὥστε μὴ παρέχειν δίκην. τινὲς δὲ καὶ τὸ [9] μετά τινος τιμωρείας βασανίζειν, λυγίζειν. καὶ αἱ μάστιγες, αἷς οἱ ἀθληταὶ τύπτονται, λύγοι καλοῦνται.

Λύγισμα. αἰσχρὰ φωνή. βδελυρὸν ᾆσμα· ὃ λέγουσιν Ἀλεξανδρεῖς.

Λυγίζειν. Ὁ δὲ [10] ἔκαμπτεν ᾠδὰς, ὁπόσας ὁ Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ ἔστρεφε.

Λυγίσμασι. συγκλάσμασι.

Λυγκαίνουσα. ἀναλύζουσα. [11] ὀλολύζουσα. στενάζουσα. ἔστι [12] δέ τι πάθος γινόμενον τοῖς μετὰ συμπαθείας πολλῆς κλαίουσι.

Λυγκέως [13] ὀξυωπέστερον βλέπεις. οὗτος ἐγένετο ἀδελφὸς Ἴδα. ὡς δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσιν, [14] υἱὸς Αἰγύπτου. τοσοῦτον δὲ ὀξυωπέστατος ἦν, ὡς διὰ ἐλάτης ἰδεῖν Κάστορα δολοφονήσαντα τὸν ἀδελφὸν, ὥς [15] φησι Πίνδαρος. καὶ Ἀπολλώνιος ἐν Ἀργοναύταις·

Εἰ ἐτεόν γε πέλει κλέος, ἀνέρα κεῖνον
Ῥηϊδίως καὶ ἔνερθεν ὑπὸ χθονὸς αὐγάζεσθαι.

Λυγκεὺς, [16] Σάμιος, γραμματικὸς, Θεοφράστου γνώριμος, ἀδελφὸς [17] Δούριδος τοῦ ἱστοριογράφου, τοῦ καὶ

Λύγδην. Cum singultu. Vel, simul. [Sophocles:] *Sic se mutuo complexi singultim omnes flebant.*

Λύγδινα. Lygdina. Vel, Lygdii lapidis instar candida. *Et in pectoribus adhuc Lygdinæ & rotundæ mammæ turgebant; mitra ambiente nudatæ.* In Epigrammate. Et iterum: *Tanquam ex [candida] Lygdo sculptam, & virgineis refertam Gratiis.* Et iterum: *Ex Lygdo sculptum aliquis vendebat Mercurium.*

Λυγαῖος. Lygæus. A loco [sic dictus.]

Λυγαίως. Obscure. Et λύγη. Obscuritas. Tenebræ.

Λυγιζόμενος. Qui vertitur. Qui flectitur. A λύγος, quod est vimen flexile & lentum. Homerus: *Ligabat teneris viminibus.* Et Plato in *Gorgia*: *In omnes modos sese vertens, & per omnes vias elabi conans, ne pœnas daret.* Quidam vero λυγίζειν etiam exponunt aliquem torquere & cruciare. Et flagella, quibus athletæ cæduntur, λύγοι vocantur.

Λύγισμα. Vox mollis & lasciva. Carmen obscœnum & impudicum: quale Alexandrini cantare solent.

Λυγίζειν. Flectere. *Ille autem carmina molliter modulabatur, quæ Nero vario vocis flexu cantabat.*

Λυγίσμασι. Cantus flexibus.

Λυγκαίνουσα. Singultiens. Ululans. Gemens. Singultus autem accidere solet illis, qui magno dolore perciti effuse flent.

Λυγκέως ὀξυωπ. Lynceo cernis acutius. Hic fuit Idæ frater: vel, ut Aristophanes in *Danaidibus* ait, Ægypti filius: tanta oculorum acie præditus, ut fratrem suum [Idam] per abietem videret, cum Castorem occideret, auctore Pindaro. Et Apollonius in *Argonauticis* [de eo sic inquit:] *Si vera est fama, virum illum etiam ea, quæ alte sub terra condita sunt, facile videre potuisse.*

Λυγκεύς. Lynceus, Samius, Grammaticus, Theophrasti discipulus, frater Duridis Hi-

1 Τοιαῦτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν ἀμφ.] Fragmentum hoc legitur apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 323. ut Portus monuit.

2 Λύγδινα] De hac voce vide Brod. ad Anthol. lib. VI. pag. 551.

3 Περιτρομάδος] Puto scribendum esse περιδρομάδος: quam lectionem in versione expressi.

4 Οἷά τε λύγδου γλ.] Locum hunc ex MSS. Paris. emendavi, qui in prioribus Editt. male sic legitur:

————Οἷά τε λύγδου
Λεπτὴν παρθενίων βεβρεγμένην χαρίτων.

Cum MSS. consentit Anthologia Epigrammatum lib. VII. pag. 586. unde fragmentum hoc Suidas excerpsit.

5 Λυγαίως] Vide Scholiast. Apoll. Rhod. ad lib. II. v. 1123.

6 Καλυπτόμενος] Male. Scribendum enim est, καμπτόμενος.

7 Δίδη μόσχοισι λυγ.] Hæc sunt verba Homeri Il. Λ. v. 105.

8 Πλάτων ἐν Γοργ.] Forte memoria Suidam hic decepit. Nam locum hunc in Platonis *Gorgia* non reperio. Quare alii, quibus plus otii est, ulterius inquirant. Operæ enim pretium est ipsum Platonem consulere, quoniam verba Suidæ emendatione indigere videntur.

9 Μετά τινος τιμωρείας βασαν.] Sic vox hæc accipitur apud Josephum lib. II. *de Bello Jud.* pag. 787.

10 Ὁ δὲ ἔκαμπτεν ᾠδ.] Hæc sunt verba Philostrati *de Vit. Apoll.* lib. IV. cap. XIII. Vide nos supra ad v. Κάμπτειν, ubi idem hic locus legitur.

11 Ὀλολύζουσα] Hæc vox deest in prioribus Editt. quam ex MS. Paris. B. revocavi.

12 Ἔστι δέ τι πάθος γιν.] Obiter hic emendo Hesychium, apud quem sic legitur: Λυγξεῖ. πάθος, ἐμποδίζον τῷ λόγῳ. Scribe: Λύγξ. ἔστι πάθος, ἐμποδίζον τῷ λέγειν. Singultus enim sermonem loquentis impedit & interrumpit. Hinc apud Platonem in *Symposio* Aristophanes singultu impediri dicitur, quo minus verba facere queat. Locus exstat pag. 320. quem vide.

13 Λυγκέως ὀξυωπέστερον βλ.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum* pag. 23. ubi de Lynceo pluribus agitur.

14 Υἱός] Hæc vox non absque dispendio sensus a prioribus Editt. abest, quam ex MS. Paris. A. & Scholiasta Aristophanis revocavi.

15 Ὥς φησι Πίνδαρος] Nemeor. Od. X.

16 Λυγκεύς, Σάμιος, Γραμμ. Θεοφρ.] Athenæus lib. VIII. pag. 337. Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος, ὁ Θεοφράστου μὲν μαθητὴς, Δούριδος δὲ ἀδελφὸς, τοῦ τὰς ἱστορίας γεγραφότος, καὶ τυραννήσαντος τῆς πατρίδος. Hinc Suidas sua hausisse videtur. Cæterum, non pauca Lyncei hujus scripta laudat Athenæus, cujus Indicem consule. Vide etiam Vossium de *Histor. Gr.* lib. I. cap. XV.

17 Δούριδος] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, Θούριδος.

τυραννήσαντος Σάμου. σύγχρονος δὲ γέγονεν ὁ Λυγκεὺς Μενάνδρου τοῦ κωμικοῦ, καὶ ἀντεπεδείξατο κωμῳδίας, καὶ ἐνίκησε.

Λυγκεύς. εἶδος θηρίου. ἢ ὀξυδερκής.

Λυγμός. ὀλολυγμός.

Λύγξ. τὸ ζῶον.

Λύγος. τὸ ἱμαντῶδες φυτόν. [1] Ὅμηρος· Δίδη μόσχοισι λύγοισι. καὶ Ἀρριανός· Ὡς δὲ ἄπορος αὐτοῖς ἡ διάβασις ἐφαίνετο, ξυναγαγὼν ὁ Βρόντιος τοὺς ἐπιχωρίους, κελεύει ἡγεῖσθαι τὴν ὁδόν, ὅπως εἰώθεισαν αὐτοὶ παρ' ἀλλήλους φοιτᾷν ὥρᾳ χειμῶνος. οἱ δὲ κύκλους ἐκ λύγων τοῖς ποσὶ περιαρμόσαντες, αὐτοί τε ἀβλαβῶς ἐπήρχοντο κατὰ χιόνος πιεζομένης ὑπὸ τῶν κύκλων, καὶ τοῖς Ῥωμαίοις παρεῖχον οὐ χαλεπὴν τὴν πάροδον. ἦν δὲ ἡ χιὼν ὡς ιϛ' πόδας πολλαχῇ τὸ βάθος.

Λυγρόν. χαλεπόν, ὀλέθριον, κακόν, ἰσχυρόν, πενθικόν, ἐλεεινόν.

Λυδία. χώρα.

Λυδιάζων.

Λυδίζω. τὰ τῶν Λυδῶν φρονῶ.

Λύδιον μέλος. ὥσπερ καὶ Δώριον, καὶ Φρύγιον.

Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει. ἐπὶ τῶν ἀκολάστων· ὡς ταύταις ταῖς ὥραις τῶν Λυδῶν ἀκολασταινόντων. οἱ γὰρ Λυδοὶ κωμῳδοῦνται ταῖς χερσὶν αὐτῶν πληροῦντες τὰ Ἀφροδίσια. ἡ δὲ παροιμία αὕτη ὁμοία τῇ, Αἰπόλος ἐν καύματι. ἐπειδὴ ἐν ταῖς τοιαύταις ὥραις οἱ αἰπόλοι ἀκολασταίνουσι.

Λυδοὶ Μάγνητος τοῦ κωμικοῦ [2] διεσκευάσθησαν. τὸ λυ μακρόν. ἐν Ἐπιγράμματι·

[3] Κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις. ἐρίσει δ' ὅγε Λυδὸς,
Εἴτε Λάκων. πολλαὶ μητέρες ὑμνοπόλων.

Λυαῖος. ὄνομα κύριον. ὁ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Νέστορος ἀναιρεθείς.

Λύει. [4] ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖ. Λύει δὲ χαλινὸν παρθενίας. ἀντὶ τοῦ διακορεῖ.

Λύζει. [5] ἐὰν μὲν μετὰ τοῦ ζ, ὀλολύζει. ἐὰν δὲ χωρὶς τοῦ ζ. ἀλύει. τουτέστιν ἀδημονεῖ, ἢ λύζει, ἀντὶ τοῦ ποιὰν φωνὴν τραχεῖαν ἀφίησιν. ἢ λυγμῷ συνέχεται.

Εἶτα [6] λύζει, καὶ δακρύει, καὶ λέγει πρὸς τοὺς φίλους.

καὶ ἐν [7] Ἐπιγράμματι·

Καὶ γοερὸν λύζων ἐστονάχιζεν ἔρως.

καὶ λύγδην, ἐπίρρημα. ἐκ τοῦ λύζω.

ſtorici, (qui & Sami tyrannus fuit) æqualis Menandri Comici, quem in commiſſionibus fabularum vicit.

Λυγκεύς. Lynx, animal. Vel, acri viſu præditus.

Λυγμός. Singultus. Ululatus.

Λύγξ. Lynx. Animal.

Λύγος. Vimen flexile & lentum. Homerus: *Teneris viminibus ligavit.* Et Arrianus: *Cum autem iter tranſiri non poſſe videretur, indigenas ſibi præire jubet ea via, qua ipſi tempore hyberno ad ſe commeare conſueviſſent. Illi igitur, cum circulos ex viminibus factos pedibus aptaſſent, & ipſi ſine ullo incommodo per nivem a circulis preſſam tranſiverunt, & Romanis facilem tranſitum præbuerunt. Nix vero multis in locis* XVI *pedes profunda erat.*

Λυγρόν. Grave. Pernicioſum. Malum. Robuſtum. Lugubre. Miſerabile.

Λυδία. Lydia. Regio [ſic vocata.]

Λυδιάζων. Lydorum more vivens.

Λυδίζω. Lydorum partibus faveo.

Λύδιον μέλος. Cantus Lydius. [Eodem modo dicitur,] quo [cantus] Dorius & Phrygius.

Λυδός. *Lydus in meridie ludit.* Proverbium, quod dicitur de hominibus libidinoſis. Lydi enim eo tempore libidini indulgere ſolebant: iidemque a Comicis ut maſturbatores perſtringebantur. Proverbium hoc ſimile eſt illi: *Caprarius in æſtu.* Caprarii enim fervido diei tempore libidini indulgere ſolent.

Λυδοὶ Μάγν. Fabula Magnetis Comici, *Lydi* inſcripta, ab eo emendata, & denuo in ſcena exhibita fuit. Syllaba λυ [in Λυδός] longa eſt. In Epigrammate: *Jacet autem, duabus regionibus de eo contendentibus, ſitne Lydus, an Laco. Multæ enim poetarum patriæ ſunt.*

Λυαῖος. Lyæus. Nomen proprium [viri,] quem ſanctus Neſtor interfecit.

Λύει. Interdum idem ſignificat, quod λυσιτελεῖ, i.e. conducit, expedit. [Item, ſolvit. Ut,] *Solvit autem cingulum virginitatis.* Id eſt, aliquam devirginat.

Λύζει. Si quidem cum ζ [ſcribatur, ſignificat,] ululat. Si vero ſine ζ, mœret, dolet. Vel λύζει, vocem quandam aſperam emittit. Vel, ſingultit. [Ariſtophanes:] *Deinde cum ſingultu & lacrymis ad amicos dicit.* Et in Epigrammate: *Et lugubrem ejulatum edens gemebat Amor.* Et λύγδην, adverbium. Cum ſingultu. A λύζω.

1 Ὅμηρος] Il. Λ. v. 105.

2 Διεσκευάσθησαν] Sic recte habet MS. Pariſ. A. itemque Photius in Lexico inedito. At priores Editt. peſſime διεσκεδάσθησαν: quam lectionem Portus ſecure nimis ſecutus, locum hunc ſic verterat: *Lydi Magnetis Comici diſſipati ſunt.* Quam procul a ſcopo! Nos verſionem Latinam Græco textui, nunc primum a nobis emendato, accommodavimus, verumque in ea ſenſum expreſſimus. Τὸ διασκευάζεσθαι enim dictum fuiſſe de fabulis, quas Poetæ ad incudem revocatas, novaque lima perpolitas in ſcena denuo exhibebant, jamdudum docuit Magnus Caſaubonus ad Athenæum lib. III. cap. XXVI. quem Lector conſulat. Vide etiam celeberr. Bentlejum in Epiſtola ad Millium, Joanni Malalæ ſubjuncta, pag. 32. qui hac ipſa de re fuſius agit.

3 Κεῖται δ' ἠπ.] Diſtichum hoc eſt pars Epigrammatis in Alcmanem poetam, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 398. Ibi autem verſus prior ſic legitur:

Κεῖται δ' ἠπείροις διδύμαις ἔρις. εἴθ' ὅγε Λυδός.

Sic etiam apud Suidam ſcribendum eſt.

4 Λύει ἀντὶ τοῦ λυσιτ.] Sophocles in *Electra* pag. 125.

Λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδέν, οὐδ' ἐπωφελεῖ.

Scholiaſta ad eum locum: Λύει γὰρ ἡμᾶς οὐδέν. οὐ λυσιτελεῖ γὰρ ἡμῖν, φησίν. οὐκ ἀπαλλάσσει τῶν κακῶν. Huc Suidas forte reſpexerit.

5 Λύζει. ἐὰν μὲν μ.—λυγμῷ συνέχεται] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Acharnenſ.* pag. 404.

6 Εἶτα λύζει, καὶ δακρ.] Verſus hic legitur apud Ariſtophanem loco modo laudato.

7 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. III. cap. XII. pag. 327. ubi pro ἐστονάχιζεν legitur ἐστονάχησεν.

Λύθρος.

Λύθρος.[1] Φόνος. ἢ ὁ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμὸς, συμπεφυρμένος ἐξ ἱδρῶτος, καὶ κόνεως, καὶ αἵματος, μὴ ὑγρός. ἐν [2] Ἐπιγράμμασι·

——————Ὅπλα δὲ λύθρῳ

[3] Λειβόμενα βροτέῳ σηκὸς Ἄρηος ἔχοι.

Λυκάβας. ἐνιαυτός. ἀπὸ τοῦ ταχέως βαίνειν· [4] ἢ λυγαίως βαίνειν· ὅ ἐστι σκοτεινῶς καὶ ἀδήλως. ἢ ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν λύκων, οἳ τοὺς ποταμοὺς περῶσιν, ἀλλήλων κατέχοντες τὰς οὐρὰς χειμῶνος ὥρᾳ. [5] λυκάβας οὖν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος ἀεὶ τὰ ζῶα ταῦτα. ἑπόμενα γὰρ ἀλλήλοις τάξει, δίεισι τὸν ποταμόν.

Λυκαβηττὸς, καὶ Παρνασσὸς, ὄρη μέγιστα· τὸ μὲν τῆς Ἀττικῆς· τὸ δὲ, τῆς Φωκίδος. Ἦν [6] συλλέγῃς ἡμῖν Λυκαβηττοὺς, καὶ Παρνασσῶν μεγέθη, τουτέστι τὸ χρηστὰ διδάσκειν. ἐπὶ τῶν εἴς τι μεγαλαυχούντων Ἀριστοφάνης.

Λυκαμβιάδες.

[7] Εἰ γὰρ Φέγγος ἔλειπον ἀλυσκάζουσαι ἰάμβων
Ἄγριον Ἀρχιλόχου φθέγμα Λυκαμβιάδες.

Λυκαονία. χώρα.

Λυκάων, ὁ [8] Πελασγοῦ υἱὸς, βασιλεὺς Ἀρκάδων, ἐφύλαττε τὰ τοῦ πατρὸς εἰσηγήματα ἐν δικαιοσύνῃ. ἀποστῆσαι δὲ βουλόμενος καὶ αὐτὸς τῆς ἀδικίας τοὺς ἀρχομένους, ἔφη τὸν Δία ἑκάστοτε φοιτᾶν παρ' αὐτὸν, ἀνδρὶ ξένῳ ὁμοιούμενον, εἰς ἐποψίν τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων. καί ποτ', ὡς αὐτὸς ἔφη, μέλλων ὑποδέχεσθαι τὸν Θεὸν, θυσίαν ἐπετέλει. τῶν δὲ υἱῶν αὐτοῦ [9] πεντήκοντα, ὥς φασιν, ὄντων ἐκ πολλῶν γυναικῶν, βουλόμενοι γνῶναι οἱ τῇ θυσίᾳ παρόντες, εἰ τῷ ὄντι Θεὸν μέλλουσι ξενοδοχεῖν, θύσαντες τινὰ παῖδα, ἐγκατέμιξαν τοῖς τοῦ ἱερείου κρέασιν, ὡς οὐ λήσοντες, εἴπερ ὄντως Θεὸς ἔπεισιν. ὑπὸ δὲ τοῦ δαιμονίου χειμώνων μεγάλων καὶ κεραυνῶν ἐνεχθέντων, φασὶ τοὺς αὐτόχειρας ἅπαντας τοῦ παιδὸς ἀπολέσθαι.

Λύκαινα. εἶδος θηρίου.

Λύκαιον. ὄνομα τόπου. καὶ Λυκαῖος.

Λυκείην. [10] τὸ τοῦ λύκου δέρμα.

Λύκειον. [11] γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐγυμνάζοντο. πρὸ γὰρ τῶν ἐξόδων ἐξοπλισίας τινὲς ἐγίνοντο ἐν τῷ Λυκείῳ, διὰ τὸ παρακεῖσθαι τῇ

Λύθρος. Cædes. Vel, pulvis sudore & cruore mixtus, quo milites in bello fœdantur. In Epigrammate: *Arma vero cruore stillantia templum Martis habeat.*

Λυκάβας. Annus. Sic dictus, quod celeriter transeat. Vel a λυγαίως βαίνειν, quod obscure & tacite incedere significat. Vel per metaphoram a lupis (quos λύκους Græci vocant) ductam: qui tempore hiberno fluvios trajiciunt, alii aliorum caudas [ore] tenentes. Annus igitur dictus est λυκάβας ab eo, quod lupi facere solent. Alii enim alios ordine sequentes, fluvium transire solent.

Λυκαβηττὸς, καὶ Παρν. Lycabetus & Parnassus sunt montes maximi: ille Atticæ; hic Phocidis. *Cum igitur tu Lycabetos & ingentes Parnassos nobis memoras, hoccine est bona & æqua nos docere?* Aristophanes. Dicitur de iis, qui aliqua re gloriantur.

Λυκαμβιάδες. Lycambæ filiæ. [In Epigrammate: *Si enim Lycambæ filiæ lucem reliquerunt, ut effugerent amarulentos & mordaces Archilochi Jambos.*

Λυκαονία. Lycaonia. Regio.

Λυκάων. Lycaon, Pelasgi filius, Arcadum Rex, patris præceptis obtemperans, justitiam colebat: cumque subditos ab omni flagitio deterrere vellet, affirmavit Jovem peregrini hominis specie quotidie domum suam ventitare, ut recte aut secus facta inspiceret. Ac semel Deum, ut ajebat, hospitio excepturus, cum sacrificium appararet, ex filiis, quos quinquaginta ex variis susceptos mulieribus habebat, ii, qui sacrificio intererant, cum certo scire vellent, an vere præsentem Deum essent excepturi; pueri cujusdam membra carnibus victimæ miscuere, rati, factum suum clam non fore, si Deus revera adesset. Verum subito immissis cœlitus procellis ac fulminibus cunctos, qui puerum jugulaverant, interiisse ajunt.

Λύκαινα. Lupa. Feræ genus.

Λύκαιον. Lycæum. Nomen loci. Et Λυκαῖος, Lycæus.

Λυκείην. Pellem lupinam.

Λύκειον. Lyceum, Gymnasium Athenis, ubi milites ante bellum exercebantur. Nam antequam [Athenienses] ad bellum proficisce-

1 Λύθρος. φόνος. ἢ ὁ ἐκ τ.] Hæc, & quæ sequuntur, in Editt. prioribus male cum articulo præcedenti cohærent, quæ MSS. Paris. recte inde disjungunt.

2 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. XXV. pag. 577. Similis autem argumenti Epigrammata leguntur Anthol. lib. I. cap. III. Vide etiam Nostrum supra v. Θελγικός.

3 Λειβόμενα] Sic recte legitur in MSS. Paris. itemque in Anthologia loco laudato. At priores Editt. minus recte habent, λειβόμενος. Sensus enim requirit, ut vox ista referatur ad ὅπλα, non vero ad σηκός.

4 Ἢ λυγαίως βαίνειν] Hanc etymologiam inculcat etiam Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. II. v. 1123.

5 Λυκάβας οὖν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκ.] Artemidorus lib. II. cap. XII. pag. 99. Λύκος δὲ ἐνιαυτὸν σημαίνει. διὰ τὸν λυκάβαντα. τουτέστι, τὸν χρόνον· ὡς οἱ παλαιοὶ ὀνομάζουσιν· ἀπὸ τοῦ περὶ τὰ ζῶα ταῦτα συμβεβηκότος. ἀεὶ γὰρ ἑπόμενα ἀλλήλοις ἐν τάξει, διαβαίνει τὸν ποταμόν. οὕτω καὶ τοῦ ἔτους ὧραι ἑπόμεναι ἀλλήλαις πληροῦσι τὸν ἐνιαυτόν. Hinc Suidam ultima articuli hujus verba descripsisse apparet.

6 Ἦν συλλέγῃς ἡμῖν Λυκ.] Aristophanes *Ranis* pag. 262. (171. Ed. Bas. P.)

——————Ἦν οὖν σὺ λέγῃς Λυκαβηττοὺς
Καὶ Παρνασσῶν ἡμῖν μεγέθη, τοῦτ' ἐστὶ τὸ χρηστὰ διδάσκειν;

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

7 Εἰ γὰρ φέγγος κ.λ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Archilochum, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XXV. pag. 391.

8 Λυκάων, ὁ Πελασγοῦ υἱὸς, βασ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Nicolai Damasceni, quæ leguntur in Excerptis a Valesio editis, pag. 446. unde ea Suidas deprompsit.

9 Πεντήκοντα] Hæc vox desideratur in Editt. prioribus, quam ex MSS. Paris. & Nicolao Damasceno revocavi.

10 Λυκείην] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, λυκεῖον. Uti enim λεοντέη, λεοντῆ, & contracte λεοντῆ, dicitur pellis leonina; & ἀλωπεκέη, ἀλωπεκῆ, & ἀλωπεκῆ, pellis vulpina: sic etiam λυκείη, λυκέη, & λυκῆ, pellis lupina. Hesychius: Λυκέη. λύκου δορά.

11 Λύκειον. γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου π.] Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 646. Τὸ Λύκειον δὲ, γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐδόκουν γυμνάζεσθαι.

πόλει, καὶ ἀποδείξεις τῶν μάλα πολεμικῶν ἀνδρῶν.

Λύκειον. [1] ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων τὸ Λύκειον. ὁ Θεόπομπος μὲν Πεισίστρατον ποιῆσαί φησι. Φιλόχορος δέ, [2] ἐπιστατοῦντος Περικλέους γενέσθαι.

Λυκεῖον ποτόν. ἤτοι ἀπὸ κρήνης τῆς ὑπὸ Ἀπόλλωνος εὑρεθείσης, ὑπὸ λύκων πινομένης. [3] ἀπὸ οἴνου, καὶ μέλιτος. προπερισπωμένως.

Λυκηθμός. ἡ τῶν λύκων βοή. Ἐξάκουστος γὰρ αὐτοῖς ἐγένετο ὁ λυκηθμός· καὶ τῷ παραχρῆμα ἀνεπήδησαν. † Καὶ οὖν οἱ Ἄβαροι ἐσέβαλλον ἀθρόως, χρησάμενοι τῷ συνήθει λυκηθμῷ. Φίλη δὲ αὐτοῖς ἡ τοιαύτη ὠρυγή.

Λυκίαν. τὴν Τρωϊκὴν Ὅμηρος Λυκίαν λέγει.

[4] Οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχεται εἶναι ἀμείνων.

Λύκιον τέρας. καὶ Λύκιοι, ὄνομα ἔθνους.

Λυκιουργεῖς. [5] Δημοσθένης [6] ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον κέχρηται τῇ λέξει. Δίδυμος δέ φησι, τὰς ὑπὸ Λυκίου κατεσκευασμένας φιάλας, τοῦ Μύρωνος υἱοῦ, οὕτως εἰρῆσθαι. ἔοικε δὲ ἀγνοεῖν ὁ γραμματικός, ὅτι τὸν τοιοῦτον σχηματισμὸν ἀπὸ κυρίων ὀνομάτων οὐκ ἄν τις εὕροι γινόμενον· μᾶλλον δ' ἀπὸ πόλεων καὶ ἐθνῶν· ὡς κλίνη Μιλησιουργής. μή ποτε οὖν γραπτέον παρὰ Ἡροδότῳ ἐν [7] τῇ η, ἀντὶ τοῦ προβόλους δύο λυκοεργέας, [8] λυκιοεργέας· ἵνα, ὥσπερ παρὰ τῷ Δημοσθένει, οὕτως ὀνομάζηται τὰ ἐν [9] Λυκίᾳ εἰργασμένα.

Λύκις. λέγεται καὶ Λύκος. οὗτος κωμῳδεῖται ὡς ψυχρὸς ποιητής. [10] Ἀριστοφάνης·

Τί δῆτ' ἔδει με ταῦτα τὰ σκεύη φέρειν,
Εἴπερ ποιήσω μηδέν, ὧνπερ Φρύνιχος
Εἴωθε ποιεῖν, καὶ Λύκις, κ' Ἀμειψίας,
[11] Σκευοφοροῦσ' ἑκάστοτ' ἐν κωμῳδίᾳ.

Οὗτοι οὖν οἱ τρεῖς κωμικοὶ ὑπόψυχροι. ὁ δὲ Φρύνιχος ἐν ταῖς κωμῳδίαις παρ' ἕκαστα ἐφορτικεύετο. κωμῳδεῖται δὲ καὶ ὡς ξένος ἐπὶ φαυλότητι ποιημάτων, καὶ ὡς ἀλλότρια λέγων, καὶ ὡς κακόμελος. ἐγένοντο δὲ καὶ ἄλλοι τρεῖς Φρύνιχοι.

Λυκόζειοι. ἐθνικόν.

Λυκομήδειος. Τῇ τοῦ Λυκομήδους παιδὶ φιλαστραγάλῃ.

rentur in Lyceo, quod urbi proximum erat, armati se exercebant; ibidemque viri bellicosi fortitudinis suæ specimina edebant.

Λύκειον. Lyceum, unum ex Gymnasiis apud Athenienses: quod Theopompus a Pisistrato conditum esse ait. Philochorus vero testatur, id Pericle auctore & operis præfecto exstructum esse.

Λυκεῖον ποτόν. Potus Lyceus. Sive potus, sumptus ex fonte, ab Apolline invento; ex quo lupi bibebant. [Duo autē erant fontes, quorū alter] vino, [alter vero] melle [scatebat. Scribitur autē λυκεῖον,] cū circumflexo in penultima.

Λυκηθμός. Ululatus. Proprie luporum. *Cum autem ululatus ab illis exaudiretur, pavore consternati subito surrexerunt.* † *Abari igitur consueto ululatu utentes, repente in eos impetum faciunt. Solent enim hujusmodi ululatu delectari.*

Λυκίαν. Homerus regionem Trojanam vocat Lyciam, [in hoc loco:] *Neque quisquam in Lycia gloriatur, se virtute tibi præstare.*

Λύκιον τέρας. Lycium portentum. Et Lycii, nomen gentis.

Λυκιουργεῖς. Hac voce usus est Demosthenes in oratione adversus Timotheum. Didymus vero tradit, phialas a Lycio Myronis filio elaboratas sic appellari. Sed Grammaticus iste ignorare videtur, hujusmodi nomina non solere formari a nominibus propriis virorum, sed potius urbium & gentium: ut κλίνη Μιλησιουργὴς, lectus apud Milesios factus. Videndum igitur, ne forte apud Herodotum lib. VII. pro Λυκοεργέας scribendum sit Λυκιοεργέας, in loco illo: Προβόλους δύο Λυκοεργέας: ut, quemadmodum apud Demosthenē, sic etiā apud Herodotum vox illa accipiatur de opere in Lycia facto.

Λύκις. Lycis, qui & Lycus dicitur, a Comicis ut poeta frigidus perstringebatur. Aristophanes: *Quorsum igitur oportet me sarcinas istas ferre, si quidem nihil faciam eorum, quæ Phrynichus solet facere & Lycis, & Amipsias, qui in comœdiis semper aliquos introducunt sarcinas gestantes.* Hi tres Comici habebantur subfrigidi. Phrynichus autem in comœdiis auditores plerumque tædio afficiebat. Idem etiam a Comicis perstringebatur ut peregrinus, ob mala poemata: item ut qui a proposito aliena diceret, & insuavi metro in carminibus scribendis uteretur. Fuerunt autem & alii tres Phrynichi.

Λυκόζειοι. Lycozei. Nomen gentile.

Λυκομήδειος. Ad Lycomedem pertinens. Lycomedeus. [Et Λυκομήδης, Lycomedes. Ut,] *Lycomedis filiæ talos amanti.*

1 Λύκειον. ἓν τῶν παρ' Ἀθην.] Ex Harpocratione.

2 Ἐπιστατοῦντος Περικλ.] Hesychius plenius & clarius: Περικλέους ἐπιστατήσαντος τοῦ ἔργου.

3 Ἀπὸ οἴνου καὶ μέλ.] Hæc obscura sunt, quorum sensus suppleri potest ex Zenobio.

4 Οὐδέ τις ἐν Λυκίῃ σέο γ' εὔχ.] Homerus Il. E. v. 173.

5 Λυκιουργεῖς. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμ.] Hæc, & quæ sequuntur, Suidas descripsit ex Harpocratione; Harpocratio vero ex Athenæo: apud quem eadem leguntur lib. XI. pag. 486. Nonnulla tamen Athenæus aliter habet & plenius: qui proinde cum hoc loco conferendus est. Consule etiam Animadversiones Casauboni in locum istum Athenæi.

6 Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθ.] Sed in ea oratione hodie legitur λυκιουργεῖς, non λυκιεργεῖς, ut Portus quoque monuit.

7 Ἐν τῇ η] Error est vel Suidæ, vel librarii. Locus enim Herodoti, qui hic adducitur, non occurrit lib. VIII. sed lib. VII. pag. 259. ut Portus etiam observaverat.

8 Λυκιοεργέας] Hæc vox non absque dispendio sensus in prioribus Editt. itemque Harpocratione omissa est, quam ex Manuscripto Paris. A. revocavi.

9 Λυκίᾳ] Sic ex Athenæo rescripsi, cum ante male legeretur Λυκείᾳ.

10 Ἀριστοφάνης] Initio *Ranarum*.

11 Σκευοφοροῦσι] Metri gratia scribendum est σκευοφοροῦσ': ut legitur apud Aristophanem.

Λύκοι

Λύκον εἶδες. ἐπὶ τῶν αἰφνίδιον ἀχανῶν γινομένων. Σὺ δ' οὐκ ἂν δύναιο πρὸς αὐτὸν ἀντιβλέπειν, ἀλλὰ τὸ λεγόμενον, Οὐ φθέγξῃ, λύκον εἶδες· εἴπερ ἄλλοθί που, κἀνταῦθα δόξει κυρίως εἰρῆσθαι.

Λυκόποδες. [1] οὕτως ἐκάλουν τοὺς τυράννων δορυφόρους. τοὺς γὰρ ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαβον. Λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο, ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι κεκαλυμμένους, ὥστε μὴ ἐπεκκαίεσθαι ἐκ τοῦ περιέχοντος. ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον. ὁ δὲ Ἀριστοφάνης ἐν Λυσιστράτῃ τοὺς Ἀλκμαιωνίδας φησίν. οὗτοι γὰρ πόλεμον ἀράμενοι πρὸς Ἱππίαν τὸν τύραννον, καὶ [2] τοὺς Πεισιστράτου υἱεῖς, [3] ἐτείχισαν Λειψύδριον τὸ ὑπὲρ Πάρνηθος· εἰς ὅπερ συνῆλθόν τινες τῶν ἐκ τοῦ ἄστεος, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ.

Λυκοῤῥαίστης. ὁ τοὺς λύκους διαφθείρων.

[4] Δέρμα λυκοῤῥαίστης ἐκρέμασεν Τελέβων.

Λύκος, [5] ὁ καὶ Βουθήρας, Ῥηγῖνος, ἱστορικὸς, πατὴρ Λυκόφρονος τοῦ τραγικοῦ, ἐπὶ τῶν διαδόχων γεγονὼς, καὶ ἐπιβουλευθεὶς ὑπὸ Δημητρίου Φαληρέως. οὗτος ἔγραψεν ἱστορίαν Λιβύης, καὶ περὶ Σικελίας.

Λύκος ἀετὸν φεύγει. ἐπὶ τῶν ἀφύκτων.

Λύκος [6] ἔχανεν. ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων τι ἕξειν, διαμαρτόντων δὲ τῆς ἐλπίδος. λέγουσι δὲ τὸν λύκον, ἐπειδὰν ἁρπάσαι τι βούληται, κεχηνότα παραγίνεσθαι ἐπ' αὐτό. ὅταν οὖν μὴ λάβῃ, ὃ προαιρεῖται, κατὰ κενὸν αὐτὸν χανεῖν φασιν. ἐπὶ οὖν τῶν συνελπιζόντων χρηματιεῖσθαι, διαμαρτανόντων δὲ, λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'.

Λύκος περὶ φρέαρ χορεύει. ἐπὶ τῶν πονούντων περί τι μάτην. ὅτι ἄπρακτος περίεισιν, ὅταν διψήσῃ, μὴ δυνάμενος πιεῖν, [7] ἐπὰν διώκοντος αὐτοῦ τι, τὸ διωκόμενον ἐμπέσῃ εἰς φρέαρ.

Λύκος χανών. ἐπὶ τῶν ἀπράκτων. Αἰλιανός· Ὁ δὲ ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ ἐπικουρῆσαί τε αὐτῷ, καὶ λύκους κεχηνότας [8] ἀναφῆναι τοὺς τὰ ἐκείνου ἑαυτοῖς καταγράφοντας, ἵνα μὴ αὐτὸς ὄφλῃ γέλωτα ἄλλοις, ἀλλ' ἐκεῖνοι αὐτῷ.

Λύκος [9] κεχηνὼς φλυάρους δηλοῖ τρόπους.

Λύκον εἶδες. *Lupum vidisti.* De iis dicitur, qui subito obmutescunt. *Tu vero non poteris rectis oculis eum intueri, sed, quod ajunt,* Non loqueris: lupum enim vidisti; *si alibi, hic certe proprie dictum videbitur.*

Λυκόποδες. Lupipedes. Sic dicebantur satellites tyrannorum. Servi enim robusti ad corporis custodiam adhiberi solebant. Lycopodes vero appellabantur, quod pedes pellibus lupinis perpetuo tectos haberent, ne ab aere adurerentur. Vel, quod in clypeis lupum pro insigni haberent. Aristophanes vero in *Lysistrata* Alcmæonidas vocat [Λυκόποδας.] Hi enim bello Hippiæ tyranno & [reliquis] Pisistrati filiis illato, Lipsydrium in monte Parnethe situm muniverunt: quo civium quidam convenerunt, ut scribit Aristoteles in libro *de Republ. Atheniensium.*

Λυκοῤῥαίστης. Luporum interfector. [In Epigrammate:] *Pellem hanc luporum interfector suspendit Telebon.*

Λύκος. Lycus, qui & Butheras dictus fuit, Rheginus, Historicus, pater Lycophronis Tragici. Vixit sub Alexandri M. successoribus, & a Demetrio Phalereo insidiis appetitus fuit. Scripsit historiam Libyæ & Siciliæ.

Λύκος ἀετὸν φεύγει. *Lupus aquilam fugit.* Dicitur de rebus, quæ vitari non possunt.

Λύκος ἔχανεν. Lupus hiavit. De iis dicitur, qui se aliquid adepturos sperant, sed spe sua frustrantur. Lupum enim dicunt, quum prædam rapere vult, hianti ore ad eam contendere. Cum autem non consequitur id, quod appetebat, frustra eum hiasse ajunt. Proverbium hoc igitur dicitur de iis, qui cum lucrum aliquod se consecuturos esse sperant, spe sua frustrantur. Aristophanes in *Thesmophoriazusis* secundis.

Λύκος. *Lupus circum puteum saltat.* Dicicitur de iis, qui in aliqua re frustra laborant. Lupus enim sitiens puteum frustra circumit, quoniam nec bibere ex eo potest, nec præda in puteum delapsa potiri.

Λύκος χανών. Lupus hians. Dicitur de rebus irritis. Ælianus: *Ille vero Deum orabat, ut & opem sibi ferret, & lupis hiantibus similes redderet eos, qui, quæ ejus sunt, sibi adscriberent, ne ipse aliis derisui esset, sed alii ipsi.*

Λύκος κεχ. *Lupus hians ineptam garrulitatem significat.*

1 *Λυκόποδες. οὕτως ἐκάλουν τοὺς τυρ.*] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum pene etiam leguntur in Scholiis ineditis ad Aristophanis Lysistratam, ad verba illa Comici p. 879.

Ἀλλ' ἄγετε Λυκόποδες,
Οἵπερ ἐπὶ Λειψύδριον
Ἤλθομεν, ὅτ' ἦμεν ἔτι.

Ad hunc enim locum nota hæc referenda est.

2 *Καὶ τοὺς Πεισιστράτου υἱεῖς*] Atqui & Hippias Pisistrati filius fuit. Quare legendum potius est, *καὶ τοὺς λοιποὺς Πεισιστράτου υἱεῖς.*

3 *Ἐτείχισαν Λειψύδριον*] Vide nos supra ad v. *Ἐπὶ Λειψυδρίῳ.*

4 *Δέρμα λυκοῤῥαίστης ἐκρ.*] Pentameter hic est pars Epigrammatis, quod integrum legitur Antholog. lib. VI. cap. XV. ut Portus etiam monuit.

5 *Λύκος*] De eo vide Vossium in opere *de Histor. Gr.* Hic tantum addo, Lycum hunc laudari etiam a Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 693. & a Nostro supra v. *Λακεδαιμόνιοι.* Ab hoc autem Lyco Rhegino diversus erat Lycus Neapolita: quem absque nomine operis laudat Erotianus v. *Ἀορτῆρας*; & ἐν τῷ δευτέρῳ ἐξηγητικῷ τῶν Διοσκορίδους, idem v. *Καμμάρῳ.*

6 *Λύκος ἔχανεν. ἐπὶ τῶν ἐλπιζόντων τι ἕξ.*] Hæc omnia *αὐτολεξεὶ* etiam leguntur in Lexico Photii inedito.

7 *Ἐπὰν διώκοντος αὐτοῦ τι, τὸ διωκόμενον ἐμπέσῃ εἰς φρέαρ*] Sic etiam habet Photius in Lexico inedito. At sensus est mutilus, qui ex Zenobio sic suppleri potest: *Ἀλλὰ καὶ διώκοντος αὐτοῦ τι, ἐὰν τὸ διωκόμενον ἐμπέσῃ εἰς φρέαρ, περίεισι καὶ περιχορεύει τὸ φρέαρ, μηδὲν ἀνύων.*

8 *Ἀναφῆναι*] Sic habent MSS. Paris. At sensus gratia scribendum potius puto *ἀποφῆναι*, i. e. efficere, vel reddere: quam lectionem in versione expressi. Priores Editt. habent *ἐκφῆναι*, quod mihi non probatur.

9 *Λύκος κεχηνὼς φλ.*] Est versus oneirocriticus, qui legitur etiam apud Astrampsychum & Nicephorum. Uterque autem pro *τρόπους* habet *λόγους*: at pro *λύκος* Nicephorus male *λάκκος.*

Λυκώ-

Λυκόστομος, καὶ [1] κρασίχολος. ἐπίθετα ἀφύης· ὃ ἐστι ἐγγραύλεως. καὶ αὖθις· Οὐ λύκος ἐξ ἀνθρώπων, κατὰ τὸν Ἀρκαδικὸν μῦθον, ἀλλὰ τύραννος ἐκ βασιλέως [2] ἀπέβη πικρός.

Λύκου [3] δεκάς. παροιμιῶδες. ἐπεὶ Λύκος ὁ ἥρως ἵδρυτο παρὰ τοῖς δικαστηρίοις, ἔνθα προσδιέτριβον οἱ συκοφάνται. ἀφώριστο δὲ αὐτῷ τριώβολον τῆς ἡμέρας.

Λύκος [4] ἐστὶν ἥρως, μορφὴν ἔχων τοῦ θηρίου. πρὸς δὲ τοῖς ἐν Ἀθήναις ἀνεστήλωται δικαστηρίοις· πρὸς ὃν οἱ δωροδοκοῦντες κατὰ δέκα γινόμενοι ἀνεστρέφοντο. ἔνθεν καὶ ἡ παροιμία, Λύκου δεκάς. ἐξ οὗ τῆς δεκάδος, τὸ δεκάζεσθαι.

Λύκου πτερά. ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων λέγεται, ὅταν μέχρι λόγων ὁ φόβος ᾖ.

Λυκοῦργος, Σπαρτιάτης, Πατροκλέους ἀπόγονος, νομοθέτης· ὅν φασιν ἢ ἐκ Κρήτης, ἢ παρὰ τοῦ Θεοῦ τοὺς νόμους λαβεῖν· ὃν καὶ Θεὸν ἡ Πυθία προσηγόρευσεν. οὗτος καὶ γυμνάσια παρθένων ἐνομοθέτησε, καὶ τὸ μὴ δεῖν συνεχεῖς ὁμιλίας παρὰ τὰς γυναῖκας ποιεῖσθαι· καὶ τὸ ἐπ' ἀσπίδος τρέφεσθαι, καὶ ἐν Εὐρώτα ποταμῷ λούεσθαι τοὺς τεχθέντας· καὶ τὴν [5] γυμνοπαιδείαν, ἣ τοὺς ἐφήβους ἠνάγκαζε διὰ παντὸς, μὴ ἔχοντας χλανίδα, γυμνασίοις προσκεῖσθαι, καὶ ἀγωνίζεσθαι δημοσίους ἀρετῆς ἀγῶνας, ὑπαιθρίους τε κοιμᾶσθαι, τροφήν τε ἔχειν τὴν ἐκ θήρας· τήν τε [6] διαμαστίγωσιν, ἀρετῆς γυμνασίαν, ἀντὶ φόνου σκυθρωποῦ. ἔφηβος γὰρ πρότερον ἐθύετο τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Ὀρθωσίᾳ. καὶ μέντοι καὶ τὰ [7] Φιλίτια, ἅ ἐστι συμπόσια, μεμιγμένους ἔχοντα ταῖς ἡδοναῖς τοὺς πόνους. οὐ γὰρ στρωμνή τις ὑπέκειτο θοινωμένοις, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ἀγκῶσι κοιλανθεὶς ἢ λίθος, ἢ ξύλον. ἐνομοθέτησε δὲ καὶ τὸ ὑπ' αὐλοῖς παρατάττεσθαι, θανάτου τὴν ἄτιμον ζωὴν εἶναι χείρονα τιθέμενος, καὶ ἀποφαινόμενος, εἶναι αὐτῷ λύσιν, εἰ μετὰ ταῦτα ἀριστεύσειε. τοῦτο Ἀριστοδήμῳ συνέβη, ὃς ὁ Τρέσας ἐπικληθεὶς ἐκ λειποταξίου τοῦ ἐν Πύλαις, τῇ ἐν Πλαταιαῖς ἀριστείᾳ τὴν ἀτιμίαν ἔλυσε. διὰ τοὺς τούτου νόμους αἱ μητέρες ἐπὶ τοὺς πολέμους προπέμπουσαι τοὺς παῖδας, περὶ τῆς ἀσπίδος, [8] Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν, ἔλεγον. ἀντὶ τοῦ, ἢ ταύτην κόμισαι ἀποστρέφων, καὶ μὴ γυμνοῦ ῥίψαντες· ἢ ἐπὶ ταύτῃ κομίσθητι νεκρός. οὗτος τοῖς μὲν Εἵλωσι τὰς ἄλλας ἐργασίας, τοῖς δὲ εὐγενέσι τὴν πολεμικὴν ἄσκησιν προσέταξε. [9] ξένους δὲ

Λυκόστομος, & κρασίχολος. Sunt epitheta apuæ, quæ etiam ἐγγραυλις dicitur. Et iterum: *Non lupus ex homine, secundum fabulam Arcadicam, sed ex Rege tyrannus acerbus evasit.*

Λύκου δεκάς. Lupi decas. Proverbium. Lycus enim heros prope dicasteria collocatus erat, ubi calumniatores crebro versari solebant. In singulos autem dies triobolum ipsi assignatum erat.

Λύκος ἐστ. Lycus erat heros, lupi formam habens: cujus statua Athenis prope dicasteria collocata erat. Juxta hanc illi, qui muneribus inhiabant, deni versari solebant: unde ortum est proverbium, *Lupi decas.* A δεκὰς enim deductum est δεκάζεσθαι, i. e. muneribus corrumpi.

Λύκου πτερά. Lupi alæ. Dicitur de rebus, quæ fieri nequeunt. [Vel,] cum terror tantum ad verba usque procedit.

Λυκοῦργος. Lycurgus, Spartanus, a Patrocle genus ducens, legislator: quem ajunt vel ex Creta, vel ab ipso Deo leges suas accepisse. Hic a Pythia Deus appellatus est. Idem etiam gymnasia virginum instituit; edixitque, ne mariti cum uxoribus perpetuo consuetudinem haberent. Pueros etiam in clypeo nutriri, & infantes recens natos in Eurota fluvio lavari jussit. Adhæc, Gymnopædiam instituit, qua adolescentes cogebantur nudi exercitiis vacare, & publica virtutis certamina obire: itemque sub dio dormire, & cibis, quos ex venatione reportassent, ali. Præterea flagellationem, quæ virtutis esset exercitatio, tetræ cædi substituit. Olim enim adolescens Orthosiæ Dianæ immolabatur. Porro, Philitia instituit: quæ sunt symposia labores cum voluptatibus conjunctos habentia. Nullum enim stratum convivantibus supponebatur, sed sub cubitis erat excavatum vel saxum, vel lignum. Lege etiam lata Lacedæmonios ad tibiarum sonum in aciem prodire jussit; vitamque ignominiosam morte deteriorem habendam censuit; hanc unam abolendæ ignominiæ rationem relinquens, si quis postea in bello fortem se præberet. Hoc accidit Aristodemo, qui Trepidus cognomento vocatus fuit, ob aciem ad Pylas desertam; qui fortitudine, quam ad Platæas fortiter dimicans demonstravit, priorem ignominiam abolevit. Propter has [Lycurgi] leges, matres, quæ filios ad bellum exeuntes prosequebantur, ostenso clypeo eis dicebant: *Aut hunc,*

1 Κρασίχολος] Scribe ἐγκρασίχολος, ut recte supra v. Ἀφύα.

2 Ἀπέβη] Hæc est lectio duorum MSS. Paris. cujus loco priores Editt. male exhibent ἀπαίρει.

3 Λύκου δεκάς. παροιμιῶδες. ἐπειδὴ Λύκ.] Ex Zenobio.

4 Λύκος ἐστὶν ἥρως μορφ.] Confer Nostrum supra v. Δεκάζεσθαι, ubi eadem αὐτολεξεὶ leguntur.

5 Γυμνοπαιδείαν] Vide supra h. v.

6 Διαμαστίγωσις] Morem διαμαστιγώσεως apud Lacedæmonios olim usitatæ clare describit Plutarchus in *Laconicis Institutis*, pag. 239. his verbis: Οἱ παῖδες παρ' αὐτοῖς ξαινόμενοι μάστιξι δι' ὅλης τῆς ἡμέρας ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τῆς Ὀρθίας Ἀρτέμιδος, μέχρι θανάτου πολλάκις διακαρτεροῦσιν ἱλαροὶ καὶ γαῦροι ἁμιλλώμενοι περὶ νίκης πρὸς ἀλλήλους, ὅστις αὐτῶν ἐπὶ πλεῖον τε καὶ μᾶλλον καρτερήσειε τυπτόμενος· καὶ ὁ περιγενόμενος ἐν τοῖς μάλιστα ἐπίδοξός ἐστι. καλεῖται δὲ ἡ ἅμιλλα διαμαστίγωσις. γίνεται δὲ καθ' ἕκαστον ἔτος. Id est: *Pueri apud Lacedæmonios per integrum diem ad Dianæ Orthiæ aram flagellis cæsi, sæpenumero ad mortem usque dolores læti alacresque tolerant, atque inter se de victoria certant, in eo posita, quis diutius & fortius verbera perferre possit: victorque summam consequitur gloriam. Certamen illud διαμαστίγωσις dicitur, & quotannis haberi solet.* Ad hunc διαμαστιγώσεως morem respexit Synesius Epist. LVII. pag. 195. ubi ait: Ποῦ Ταυροσκύθαι, τίνες Λακεδαιμόνιοι τοσοῦτο τὸ διὰ τῆς μάστιγος αἷμα τὴν παρ' αὐτοῖς ἐτίμησαν Ἄρτεμιν; Id est: *Quinam Tauroscythæ, quinam Lacedæmonii, tanto per flagellationem sanguine Dianam suam coluerunt?* De eodem more insignem etiam locum habes apud Philostratum *de Vita Apoll.* lib. VI. cap. X. pag. 292. quem vide.

7 Φιλίτια] Imo φιδίτια. Vide Athenæum lib. IV. pag. 138.

8 Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν] Huc pertinet elegans Epigramma Antipatri Thessalonicensis in Demetrium ῥιψάσπιδα, quod ex Anthologia inedita publici juris fecimus supra v. Ἄρης.

9 Ξένους δὲ ἀπήλασε, τὴν ἐκ τῆς ἐπιμ.] Confer Philostratum loco paulo ante laudato.

ἀτι-

ἀπήλασε, τὴν ἐκ τῆς ἐπιμιξίας διαφθορὰν ὑφορώμενος. βραχυλογίαν τε ἐτίμησε, καὶ πενίαν· τὴν μὲν σοφίας εἶναι σημεῖον, τὴν δὲ ἀρετῆς διδάσκαλον οἰηθείς. καὶ ὁμολογεῖ τούτοις ὁ Θεός. Φυλάττεσθαι γὰρ ἀνεῖλε πολλάκις φιλοχρηματίαν. ἀριστοκρατίαν δὲ καταστησάμενος, καὶ βασιλέας δύο τοὺς ἀφ' Ἡρακλέους ἔταξεν εἶναι, καὶ ἐφόρους τοὺς γέροντας· οἷς τὸν δῆμον ὑπέταξεν, ἐξ ἑκάστης πολιτείας τὸ ἄριστον ἐκλεξάμενος. ὥρκωσε δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους μὴ λῦσαι νόμον· καὶ ἀπεδήμησε. χρήσαντος δὲ αὐτῷ τοῦ Θεοῦ, Λακεδαιμονίους εὐτυχήσειν, ἐφ' ὅσον ἂν μὴ παραβαίνωσι τοὺς Λυκούργου νόμους, ἐλθὼν εἰς Κρήτας, ἀπεκαρτέρησεν, ὅπως μὴ αὐτοὺς ἀναγκασθείη λῦσαι.

aut in hoc. Id est, aut hunc reportes rediens; neque cum in prœlio abjicias; aut in hoc reporteris mortuus. Idem Helotibus cætera quidem opificia, at nobilibus exercitia bellica injunxit. Peregrinos ex urbe pepulit, corruptelam a commercio manantem veritus. Breviloquentiam & paupertatem honoravit; quod illam quidem sapientiæ signum esse duceret; hanc vero virtutis magistram. Hæc autem ipse Deus comprobavit. Sæpe enim monuit, cavendam esse avaritiam. Præterea, Aristocratiam constituit, duosque Reges ab Hercule oriundos creavit, & ex senioribus Ephoros, quibus populum parere jussit; optimo quoque ex civibus ad id munus delecto. Lacedæmoniis autem jurejurando obstrictis, ne leges suas abrogarent, peregre profectus est. Cum enim Deus ipsi respondisset, Lacedæmonios tamdiu felices fore, quamdiu Lycurgi leges non solvissent, in Cretam profectus, inedia sibi necem conscivit. *Port*.

Λυκούργῳ [1] τῷ νομοθέτῃ τοιάδε ἡ τελευτὴ τοῦ βίου ἐγένετο. βουλόμενος, ὥς φασι, Θεὸν ἐρέσθαι περί τινων ὑπολοίπων νόμων, ὥρκωσε Λακεδαιμονίους, ἄχρις ἐπάνεισι μηδένα λῦσαι τῶν κειμένων. ὁμοσάντων δὲ, ἐπεὶ χρηστηριαζόμενος ἤκουσε παρὰ τοῦ Θεοῦ, ὡς εὐδαίμων ἡ πόλις ἔσοιτο, εἰ τοῖς ἐκείνου νόμοις ἐμμένοι, ἔγνω μηκέτι ἐπανελθεῖν, τὸ βέβαιον τῆς φυλακῆς ἐκ τοῦ ὅρκου ποιησάμενος. καταβὰς δὲ εἰς Κρίσσαν, ἑαυτὸν διεργάζεται. Λακεδαιμόνιοι δὲ αἰσθόμενοι, διά τε τὴν προτέραν ἀρετὴν, καὶ τὴν τότε κριθεῖσαν περὶ τὸν θάνατον, ναόν τε αὐτῷ ἐτεμένισαν, καὶ βωμὸν ἱδρυσάμενοι, θύουσιν ὡς ἥρωϊ ἀνὰ πᾶν ἔτος. περιφανῶς γὰρ δὴ Σπαρτιάταις αἴτιος ἐγένετο τοῦ εἰς ἅπαν ἀρετῆς τε καὶ ἡγεμονίας, οὐδὲν ἄμεινον τῶν ἄλλων πάλαι διακειμένοις· οὐ μόνον ὅτι αὐτοῖς νόμους ἔθετο ἀρίστους, ἀλλὰ καὶ ὅτι ἄκοντας προετρέψατο χρῆσθαι αὐτοῖς, τρόπῳ τοιῷδε. δύο σκύλακας λαβὼν ἀπὸ τῆς αὐτῆς μητρὸς, ἔτρεφε, χωρὶς δὲ ἀλλήλων, ἀνομοίοις ἤθεσι· τὸν μὲν κατ' οἶκον, ὄψα τε διδοὺς, καὶ τὴν ἄλλην λιχνείαν· τὸν δὲ ἐν κυνηγεσίοις θηρᾶν ἀναγκάζων, καὶ στιβεύων ἐν ὄρεσι. ὡς δ' ἑκάτερος αὐτῶν ὅμοιος ἐγένετο τῇ τροφῇ, Σπαρτιάταις ἐκκλησιάζουσι πρὸς τοὺς περιοίκους πολέμου πέρι, καὶ ἀμηχανοῦσι, παραγαγὼν ἀμφοτέρους εἰς μέσον, καὶ σὺν αὐτοῖς δόρκους τε, καὶ ζωμοὺς, καὶ ὄψα ἐσκευασμένα, ἔλεξεν· Ἀλλ' ὅτι μὲν, ὦ Σπαρτιᾶται, τοῦ εὖ τε καὶ κακῶς πράττειν οὐκ ἄλλο ἐστὶν αἴτιον πλὴν τὸ ἤθεσι χρῆσθαι φαύλοις, ἢ σώφροσι, πάρεστιν ἡμῖν ὁρᾶν. οἵδε γέ τοι, τοὺς σκύλακας δείξας, τῆς αὐτῆς μητρὸς ὄντες, ἐναντίως δὲ ἀλλήλοις τεθραμμένοι, παρ' αὐτὸ τοῦτο ἀνόμοιοι ἐκβεβήκασιν. ὁ μὲν γὰρ θηρᾶν μαθὼν, ὁ δὲ λιχνεύειν, οὐδὲν ἀντὶ τοῦδε, εἰ παρείκοι, ποιήσει. καὶ ἅμα προσέταξε τῷ κυνουλκῷ μεθεῖναι ἀμφοτέρους ἐπὶ τὰ ἡτοιμασμένα. τῶν δὲ ὁ μὲν κατοικίδιος ἐπὶ τοὔψον ὥρμησεν· ὁ δὲ θηράτωρ ἐπὶ τὸν δόρκον, καὶ καταβαλὼν, ἐσπάραττεν. καὶ Λυκοῦργος πάλιν, ταῦτα, ἔφη, νομίζετε, ὦ Σπαρτιᾶται, εἰς ὑμᾶς τείνειν, καὶ

Λυκούργῳ τῷ νομοθ. Lycurgo Legislatori talis vitæ exitus contigit. Cum Apollinem de quibusdam residuis legibus consultum ire vellet, Lacedæmonios jurejurando adegit, nullam se ex constitutis legibus abrogaturos esse, antequam ipse rediisset. Quo juramento ab omnibus præstito, Delphos profectus responsum ab Apolline retulit, fortunatam Spartam fore, quamdiu leges illius servaret. Hoc Lycurgus responso accepto, nunquam posthac in patriam reverti constituit, ut ad perpetuam legum observantiam jurejurando obstrictos retineret cives. Igitur Crissam digressus, mortem sibi conscivit. Cujus rei fama Lacedæmonem perlata, Spartani virtutis causa, quam & in anteacta omni vita, ac tum moriens præ se tulerat, templum ei aramque posuerunt, quotannis ut heroi illi sacrificantes. Nam citra controversiam omnis virtutis atque imperii unus hic auctor Spartanis fuit, cum antea nulla re cæteris præstarent: idque non eo solum, quod leges optimas iis constituit, sed etiam, quod illis ut uterentur eos impulit hujusmodi ratione. Catulos duos eadem matre natos seorsim ac diverso quemque modo instituit, alterum domi obsoniis atque hujuscemodi catillamentis alens: alterum venationibus adsuefaciens, atque in montibus sub dio cubare cogens. Postquam uterque consentaneam educationi suæ indolem est fortitus, tum Lycurgus Spartanis forte de bello adversus finitimos in concione consultantibus, ac magnopere anxiis, ambos catulos in medium adduxit cum capreis ac jusculis & obsoniis apparatis, dixitque: Enimvero, Spartani, animum ac fortunam uniuscujusque ex institutis, quibus usus sit, pendere, vel ex his catulis intelligi potest: qui cum sint eadem matre geniti, quia tamen diversa ratione instituti sunt, idcirco dissimiles ingenio extiterunt. Hic enim venationi, ille catillamentis innutritus, si copiam feceris, nihil uterque aliud, quam quod didicit, factitaturus est. Simul famulo, qui canes loro

1 Λυκούργῳ τῷ νομοθέτῃ τοιάδε ἡ τελ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Nicolai Damasceni, quæ leguntur in Collectaneis Constant. Imper. a Valesio editis, pag. 446. 449. unde ea Suidas descripsit.

τοὺς

τοὺς ἄλλους πάντας ἀνθρώπους. ὁποίοις γὰρ ἂν ἤθεσι καὶ νόμοις χρῆσθε, τοιούτους ἀποβαίνειν ἀνάγκη πρός τε πόνους καὶ τρυφήν. πάντα γὰρ ἀνθρώποις μαθητὰ οἱ Θεοὶ ἔδοσαν. ἕπεται δὲ τῷ μὲν πονεῖν ἐθέλειν τὸ ἐλευθέρους εἶναι, καὶ τὸ εὖ πράττειν, καὶ κρατεῖν πάντων· τῷ δὲ ἡδυπαθεῖν, τό, τε δουλεύειν, καὶ [1] κακοπραγμονεῖν, καὶ μηδενὸς ἀξίους εἶναι. ὁ μὲν τοιαῦτα λέγων προὐτρέπετο τοὺς Σπαρτιάτας μεταβαλεῖν τόν τε καθεστῶτα τρόπον τοῦ βίου, καὶ βελτίοσι νόμοις ἐθισθῆναι. οἱ δὲ πεισθέντες οὐ τῶν περιοίκων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων διαφανῶς ἄριστοι ἐγένοντο, ἡγεμόνες τε συνεχῶς, ἐξ ὅτου παρεδέξαντο τοὺς νόμους, [2] ἐπὶ ἔτη πεντακόσια· καὶ οὐ πολλοῦ χρόνου ἐχώρησαν ἐπὶ μέγα δυνάμεως.

retinebat, imperat, utrumque ut dimittat. Ac domesticus quidem recta ad obsonium ferri; venator vero capream persequi cœpit, eamque comprehensam protinus laniavit. Tum Lycurgus, Idem, inquit, Spartani de vobis ac cæteris porro omnibus existimate. Cujusmodi enim institutis ac legibus utimini, ejusmodi ut ingenio ad laborem ac delicias existatis necesse est: quippe hominibus id ab Diis datum est, ut quidvis sibi comparare discendo possint. Porro laborem comitari solet libertas & imperium in cæteros: delicias vero ac luxum servitus malæque artes & contemptus sequuntur. His sermonibus Lycurgus impulit Spartanos, ut abjectis prioribus institutis, melioribus legibus adsuescerent. Qui Lycurgi consilium secuti, non finitimos modo, sed omnes omnino Græcos virtute longe superaverunt, atque ab susceptis legibus continue per quingentos annos principatum Græciæ tenuerunt: ac brevi admodum temporis spatio maximam potentiam adepti sunt.

Λυκοῦργος, Σπαρτιάτης, νομοθέτης· ὃς γέγονε τῶν Τρωϊκῶν μετὰ [3] ἔτη ὀκτώ. ἦν θεῖος πρὸς πατρὸς Χαριλάου τοῦ βασιλεύσαντος Σπάρτης, Εὐνόμου ἀδελφός. ἐκράτησε τῶν Σπαρτιατῶν ἔτη μβ΄· ὅτε καὶ τοὺς νόμους ἔθετο, ἐπιτροπεύων τὸν ἀδελφιδοῦν. καὶ αὐτὸς δ' ἐβασίλευσεν ἔτη ιη΄. μεθ' ὃν ὁ Νίκανδρος ἔτη λη΄. ἔγραψε νόμους.

Λυκοῦργος. Lycurgus, Spartanus, Legislator, qui post bellum Trojanum anno octavo natus est. Fuit patruus Charilai, Spartani Regis, Eunomi frater. Spartanis imperavit annos XLII. quo etiam tempore leges tulit, cum tutor esset sui ex fratre nepotis: qui ipse quoque regnavit annos XVIII. & post eum Nicander annos XLVIII. Scripsit leges. *Port.*

Λυκοῦργος, [4] Λυκόφρονος, Ἀθηναῖος, τὸ γένος Ἐτεοβουτάδης, τῶν μετὰ Δημοσθένους κριθέντων ῥητόρων. ἀνέγκλητος δὲ βιοὺς, τελευτᾷ νόσῳ, υἱοὺς καταλιπών· ὑπὲρ ὧν συκοφαντηθέντων Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἀπὸ τῆς φυγῆς εἰπὼν, ἐξεῖλεν αὐτούς. [5] λόγοι δὲ αὐτοῦ εἰσιν οἱ σωζόμενοι γνήσιοι· κατὰ Ἀριστογείτονος. κατὰ Αὐτολύκου. κατὰ Λεωκράτους. κατὰ Λυκόφρονος β΄. κατὰ [6] Πασικλέους. κατὰ [7] Μεναίχμου. κατὰ Δημάδου. Ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. πρὸς Ἰσχυρίαν. πρὸς τὰς μαντείας. περὶ τῆς διοικήσεως. [8] περὶ τῆς ἱερατείας. περὶ τῆς ἱερωσύνης. Ἐπιστολαί· καὶ ἄλλα τινά.

Λυκοῦργος. Lycurgus, Lycophronis F. Atheniensis, genere Eteobutades, unus ex [decem illis] oratoribus, quorum numero Demosthenes etiam accensetur. Hic vita sine crimine transacta, morbo decessit, relictis filiis, quos Demosthenes orator exul calumniis vexatos oratione defendit. Germanæ orationes ejus, quæ adhuc exstant, sunt istæ: Contra Aristogitonem. Contra Autolycum. Contra Leocratem. Contra Lycophronem duæ. Contra Pasiclem. Contra Menæchmum. Contra Demadem. Apologia adversus eundem de redditis a se rationibus administratæ reip. Adversus Ischyriam. Adversus oracula. De administratione reipubl. De sacerdote fœmina. De sacerdotio. Epistolæ. Item alia quædam.

Λυκόφως. τὸ περὶ τὴν αὐγὴν φῶς.

Λυκόφως. Crepusculum.

Λυκόφρων, Χαλκιδεὺς, ἀπὸ Εὐβοίας, υἱὸς [9] Συ-

Λυκόφρων. Lycophron, Chalcidensis, ex Eu-

1 Κακοπραγμονεῖν] Nicolaus Damascenus loco laudato habet, κακουργεῖν.

2 Ἐπὶ ἔτη πεντακόσια] Sic locum hunc ex Nicolao Damasceno emendavi. In prioribus enim Editt. male legitur, ἐπ' ἔτει πεντακοσιοστῷ.

3 Μετὰ ἔτη ὀκτώ] Sic habent omnes Editt. præcedentes: itemque 2 MSS. Paris. At in antiquissimo MS. Paris. A. exaratum est μετὰ ἔτη ν': i. e. *post annos quinquaginta*. De ætate autem Lycurgi diversæ fuerunt veterum sententiæ, ut patet ex Plutarcho in vita Lycurgi, quem Lector conferat.

4 Λυκοῦργος] De hoc Lycurgo plura legere licet apud Plutarchum in Vitis X Oratorum; & Photium in *Bibliotheca*, Cod. CCLXVIII.

5 Λόγοι δὲ αὐτοῦ εἰσ.] De orationibus Lycurgi hujus abunde egit Meursius in *Bibliotheca Attica*, quem consule.

6 Κατὰ Πασικλέους] Meursius *Lect. Attic.* lib. III. cap. III. reponendum monet κατὰ Λυσικλέους: quem ibi vide.

7 Κατὰ Μεναίχμου. κατὰ Δημάδου. ἀπολογ.] Meursius loco laudato locum hunc sic scribendum esse censet: Κατὰ Δημάδου. κατὰ Μενεσαίχμου. ἀπολογία πρὸς τὸν αὐτὸν ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν. "Nam, inquit, "Lycurgus reip. male administratæ accusatus fuit a Menesæchmo, "non a Demade; cujus calumnias luculenta oratione refutavit: "quæ Ἀπολογία ὑπὲρ τῶν εὐθυνῶν hoc loco Suidæ; ἀπολογισμὸς ὧν πεπολίτευται, Harpocrationi in Διαμαρτυρία & Ἐδυλιάσαι nomina"tur. Restitui autem Μενεσαίχμου apud Suidam pro Μεναίχμου, "ex historia, quæ talis est. Lycurgus moriturus in Metroum & "curiam deferri se jussit, cupiens Reipubl. administratæ rationem "illic reddere. Cum autem nemo præter Menesæchmum accu"sare auderet, dilutis calumniis domum relatus est. Plutarchus "loco citato: Μέλλων δὲ τελευτήσειν (ὁ Λυκοῦργος) εἰς τὸ Μητρῷον "καὶ τὸ βουλευτήριον ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας "δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. οὐδενὸς δὲ κατηγορῆσαι τολμήσαντος πλὴν "Μενεσαίχμου, τὰς διαβολὰς ἀπολυσάμενος, εἰς τὴν οἰκίαν ἀπηνέ"χθη. Commemorat eadem Photius in *Bibliotheca*. Neque ali"ter Harpocratio citat in Ἀρχέμορος, & Δηλιασταί. Ipse etiam "Suidas in Πρεσβεία." Hæc Meursius recte.

8 Περὶ τῆς ἱερατείας] Imo, περὶ ἱερείας: i. e. De sacerdote fœmina. Sic enim orationem hanc citat, non solum Harpocratio diversis in locis, ut observavit etiam Meursius loco laudato; sed etiam ipse Suidas v. Νίκη, v. Προτέλεια. & v. Συστομίζειν.

9 Συκλέους] Sic habent MSS. Paris. cum quibus consentiunt Editt. Mediol. & Ald. nisi quod nomen hoc per ο scriptum exhibeant, Σοκλέους. At Editt. Basil. & Genev. in diversa abeunt, quippe in quibus pro Συκλέους legitur Ἀρκλέους. Verum cum duæ istæ Editt. cum nullis MSS. collatæ sint, & Basileensis quidem expressa sit ex Edit. Aldina; Genevensis vero ex Basileensi: existimandum utique est, eas interpolatorum manus passas esse, ubi a reliquis Editt. discrepant; & proinde auctoritatem illarum in locis istis nullius esse ponderis. Tzetzes Chil. VIII. cap. CCIV. Lycophronem filium Συκλέους etiam appellat: quod lectionem Manuscriptorum Paris. confirmat.

κλέους,[1] θέσει δὲ, Λύκου τοῦ Ῥηγίνου· γραμματικὸς, καὶ ποιητὴς τραγῳδιῶν. ἔστι γοῦν εἰς τῶν ἑπτὰ,[2] οἵτινες Πλειὰς ὠνομάσθησαν. εἰσὶ δὲ καὶ τραγῳδίαι αὐτοῦ, Αἰόλος, Ἀνδρομέδα, Ἀλήτης, Αἰολίδης, Ἐλεφήνωρ, Ἡρακλῆς, Ἱκέται, Ἱππόλυτος,[3] Κασσανδρεῖς, Λάϊος, Μαραθώνιοι, Ναύπλιος, Οἰδίπους, ά, β. Ὀρφανὸς, Πενθεὺς, Πελοπίδαι, Σύμμαχοι, Τηλέγονος, Χρύσιππος.[4] Διασκευὴ δ' ἐστὶν ἐκ τούτων ὁ Ναύπλιος. ἔγραψε καὶ τὴν καλουμένην[5] Ἀλεξάνδραν, τὸ σκοτεινὸν ποίημα.

Λύκων.

Λυκωρεύς. καὶ Λυκώρεια, ὄνομα πόλεως.

Λυμαντήρ. ὁ βλαπτικός.

Λύματα. ἐνέχυρα. οἷον λύσιμα, καὶ λυτρώσιμα.

Λύματα. καθάρματα. αἱ τῆς γαστρὸς εἰς ἀφεδρῶνα ἀποκρίσεις.[6] Καὶ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων νόμον πρέσβεις[7] ἠτίμασαν, τὴν τήβεννον λύμασιν ἀνθρωπείοις μολύναντες.

Λῦμα[8] τῷ γήρᾳ τρέφῃ. ἀντὶ τοῦ, ἀπαίδευτος εἶ μέχρι γήρως.

Λυμαινόμενον[9] τοῖς μειρακίοις. ἀντὶ τοῦ, μειράκια συνεργοῦντα. ὕπω δὲ αὐτοῖς σύνηθες· οὐχὶ, τὰ μειράκια λυμαινόμενον.

Λυμαίνομαί σοι. καὶ λυμαίνων. φθείρων. βλάπτων. αἰτιατικῇ δέ.[10] Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρυμοῦ.

Λυμεών. ὁ φθορεύς.[11] Σοφοκλῆς·

bœa, filius Soclis; adoptione vero, Lyci Rhegini: grammaticus, & poeta tragicus, unus de septē, qui *Pleias* appellantur. Ejus Tragœdiæ sunt & hæ: *Æolus, Andromeda, Aletes, Æolides, Elephenor, Hercules, Supplices, Hippolytus, Cassandrenses, Lajus, Marathonii, Nauplius, Oedipus prior & posterior, Orphanus, Pentheus, Pelopidæ, Symmachi, Telegonus, Chrysippus.* Ex his *Nauplius* est drama, quod poeta post priorem editionem ad incudem revocavit, & in Scena iterum exhibuit. Scripsit & *Alexandram*, poema obscurum.

Λύκων. Lyconis. [A recto Λύκων.]

Λυκωρεύς. Lycorensis. Et Lycorea, nomen urbis.

Λυμαντήρ. Qui nocet. Qui lædit.

Λύματα. Pignora. Sic dicta, quod aliquem liberent & redimant.

Λύματα. Purgamenta. Ventris excrementa. *Et violato communi jure gentium, legatos ignominia affecerunt, eorumque togam stercoribus humanis inquinarunt,*

Λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ. *Piaculum senectuti aleris.* Hoc est, ad senectutem usque manebis ineruditus. *Port.*

Λυμαινόμενον τοῖς μειρ. Adolescentes corrumpentem. Sic enim Attici dicere consueverunt: non vero, τὰ μειράκια λυμαινόμενον.

Λυμαίνομαί σοι. Corrumpo te. Et λυμαίνων, corrumpens, perdens, lædens. Construitur etiam cum accusativo: ut, *Vastavit eam* (sc. vineam) *aper sylvestris.*

Λυμεών. Qui corrumpit. Qui perdit. Exitii

1 Θέσει δὲ, Λύκου τοῦ Ῥηγίνου] Confer Suidam supra v. Λύκος Ῥηγῖνος.

2 Οἵτινες Πλειὰς ὠνομ.] Plejadis hujus Tragicorum meminit etiam Suidas v. Ἀλέξανδρος, Αἰτωλός: v. Σωσίθεος: v. Σωσικλῆς; & v. Φιλίσκος, Κέρκ.

3 Κασσανδρεῖς] Sic habet optimus MS. Paris. A. quam lectionem probavi præ altera Κασσανδρεὺς, quam omnes Editt. præcedentes exhibent.

4 Διασκευὴ δ' ἐστὶν ἐκ τούτων ὁ Ναύπλ.] Portus locum hunc sic verterat: *Ex his diasceue sive historica narratio est Nauplius.* Quam procul a scopo! Nos verum sensum, quamvis pluribus verbis, in versione expressimus. Confer nos supra ad v. Λυδός: ubi similem hallucinationem Porti indicavimus.

5 Ἀλεξάνδραν, τὸ σκοτεινὸν π.] Hoc poema hodie adhuc exstat, illustratum Scholiis Græcis, quæ Isaaco Tzetzæ vulgo tribuuntur; sed quorum verum auctorem esse Joannem Tzetzem, cui & *Chiliades* debemus, nunc primus Lectorem docebo. Habeo enim plures epistolas ineditas modo laudati Joannis Tzetzis, ex codice MS. Biblioth. Reg. Paris. 2565. excerptas, inter quas una est (nimirum XXI.) in qua ipse profitetur, se commentarii Græci in Lycophronem auctorem esse, sed se istum ingenii sui fœtum Isaaco fratri ex singulari erga ipsum amore donasse, ejusque nomen ei inscripsisse. Addit porro, se hac in re imitatum esse Phidiam, celeberrimum illum statuarium: qui, ut Agoracrito amico gratificaretur, statuæ Jovis Rhamnusii a se elaboratæ nomen ejus inscripserit. Sed ipsam epistolam Lectori curioso non invidebo, quæ sic se habet. Τῷ Παλαιμαρχικῷ πρωτονοταρίῳ κυρῷ Βασιλείῳ τῷ Ἀχριδηνῷ, ἐν τῇ εἰς τὸν Λυκόφρονα Ἰωάννου τοῦ Τζέτζου ἐπιγραφῇ εὑρεθείσῃ Ἰσαακίου τοῦ Τζέτζου. Φειδίας ἐκεῖνος ὁ πλάστης Ἀγορακρίτῳ ποτὲ χαριζόμενος φιλίας θεσμῷ, ἀνθρώπῳ γραφικῷ μὲν τὴν τέχνην, ἀλλ' οὐκ εὐχερῶς γράφειν εἰδότι, αὐτὸς εὖ μάλα πρὸς πλαστικὴν εὐτυχίαν ἀγαλματώσας τὸ ἐν Ῥαμνοῦντι Διὸς καὶ Νεμέσεως ἄγαλμα, τούτῳ ἀνέθηκεν, ἐπιγράψας τῷ ἀγάλματι, ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΥ ΠΑΡΙΟΥ· καὶ τὸ τῆς τέχνης οὐδὲν δι' ἐπιγράμματος ἐκείνῳ χαρίζεται. εἶτα Φειδίας μὲν ξενίας θεσμῷ ἀνδρὶ δυσπαλάμῳ περὶ τὴν τέχνην χαρίσασθαι περὶ τὰ μέγιστα οὐ κατώκνησεν· ἡμεῖς δὲ περὶ τὸν ἀδελφὸν Φειδίου φανούμεθα ἐλάττους, καὶ οὐκ ἐπ' αὐτοῦ τ' αὐτὸ τούτῳ Φειδίᾳ ποιήσαιμεν, ἐνεπλάσαμεν τι ὅμοιον πλάσμα, καθὰ Πίνδαρος, τίκτοντι, καὶ ἡμῖν συγγενεστάτῳ ἀσυγκρίτῳ, ἤπερ Φειδίᾳ ὁ Ἀγοράκριτος· καθ' ὅσον ἀρετὴ καὶ ἀδελφότης αὐτῆς φιλικώτερον ξενίας ἐφελκυστικώτερον. ὅπου γὰρ καὶ Φειδίας ἐκεῖνος τὰς ἐπιγραφὰς ἐπεγράψαμεν. ἀλλ' ὅτι Φειδίας ποτὲ, ὅτι ὁ Τζέτζης νεώτερος παρεμβαλεῖν ἢ λῆστρον, ὡς ἐς πο-

τὸν ἐλθεῖν τῶν μανιῶν, ὡς καὶ τοῦ οἰκείου λεληθότως ὀνόματος, καθά τινες ὑπετόπασαν. Hucusque Joannes Tzetzes: qui non solum in hac Epistola commentarium in Lycophronem sibi tribuit, sed etiam Chil. IX. cap. 298. ubi expresse sic ait:

Ἐν δὲ τοῖς εἰς Λυκόφρονα ἐμοὶ ἐξηγηθεῖσι,
Καὶ περὶ τούτου γέγραφα τότε τοῦ ζωυφίου.

Id est: *Sed in commentario meo in Lycophronem & de hoc tunc scripsi animalculo.* Et sane, quæ Joannes Tzetzes loco laudato de animalculo, φάλαινα dicto, tradit, hodie ad verbum etiam leguntur in Græcis ad Lycophronem Scholiis. Ut proinde hinc pateat, Joannem Tzetzem, non vero ejus fratrem Isaacum, verum commentarii in Lycophronem auctorem fuisse: nisi quis forsan Joanni Tzetzi, ut homini vano, omnem hic fidem penitus derogandam esse censeat: quod tamen haud facile concesserim. Fuerit enim vanus & jactabundus, (qualem eum fuisse non nego) non tamen credibile est, eum adeo gloriæ cupidum fuisse, ut vel per ruinam nominis fraterni ad famam grassari voluerit: præsertim cum ipse scribat, fratrem sibi eximie charum fuisse. Huc accedit, quod, si Isaacus commentarii illius auctor fuisset, multos utique familiarium & amicorum suorum ejus rei conscios & testes habiturus fuisset, qui furtum & mendacium Joannis facile coarguere potuissent, si alienum partum sibi vendicare voluisset. Sed plura hac de re non addam, ne notas, quas solitam brevitatem jam excessisse sentio, nimium extendam. Id tantum hic adjiciam, me existimare, doctissimum & amicissimum Joannem Potterum in novissima editione Lycophronis, quæ ad manus meas nondum pervenit, hac de re Lectorem etiam monuisse, quoniam cum eo, quæ super hoc argumento observaveram, communicavi.

6 Καὶ παρὰ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρ.] Ex Suida infra v. Τάραντος patet, fragmentum hoc auctoris anonymi, (quem Polybium esse puto) de Tarentinis intelligendum esse.

7 Ἠτίμασαν] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, ἠτίμησαν.

8 Λῦμα τῷ γήρᾳ τρέφῃ] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 298. ut Portus recte observavit. Pro τρέφῃ autem ante legebatur γράφῃ: cujus loco Portus in sua Editione ex Sophocle reposuit τρέφῃ; quam lectionem, utpote meliorem, & ego hic secutus sum.

9 Λυμαινόμενον τοῖς μειρακίοις. ἀντὶ τοῦ, μειρ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes* pag. 176. (106. Ed. Bas. *P.*)

10 Ἐλυμήνατο αὐτὴν ὗς ἐκ δρ.] Hæc sumpta sunt ex versione τῶν LXX, Psalm. LXXIX. v. 14.

11 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 34. ut Portus quoque monuit.

Καὶ τἀμὰ τεύχη μήτ᾽ ἀγωνάρχαι τινὲς
Θήσουσ᾽ Ἀχαιοῖς, μήθ᾽ ὁ λυμεὼν ἐμός.

Αἴας φησί.

Λύμη. βλάβη. φθορά. ὕβρις. Ὁ δὲ αὐτοὺς συλλαβὼν αἰκίζεται λύμῃ πάσῃ, καὶ καταξαίνει, καὶ στρεβλώσει ποικίλῃ, καὶ δικαιώσει τῇ στερροτάτῃ, ἐν περιόπτῳ λόφῳ σταυρώσας αὐτούς.

Λυόμενος. ἀντὶ τοῦ, λυτρούμενος, καὶ ἀπολύων. οὕτω Πλάτων.

Λύω. γενικῇ. Νῦν ποταμοὶ χειμερίων δεσμῶν λυθέντες. αἰτιατικῇ δέ. [1] Λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικίας.

Λύπη. [2] συστολὴ ἄλογος ψυχῆς. διὸ καὶ λυπηθήσεσθαι τὸν σπουδαῖον δεῖ. εἴδη δὲ αὐτῆς, φθόνος, ζῆλος, ζηλοτυπία, [3] ἔχθος, ἐνόχλησις, [4] ἀνία, ὀδύνη, σύγχυσις.

Τί [5] γάρ με λυπεῖ τοῦθ᾽, ὅταν λόγῳ θανὼν,
Ἔργοισι σωθῶ, κἀξενέγκωμαι κλέος;
Δοκῶ μὲν οὐδὲν ῥῆμα σὺν κέρδει κακόν.

Λύπη, τὸ λυ μακρόν.

Λυπηρότεροι σταλαγμοῦ. διὰ τὸ ἐν τῷ συνεχῶς καταστάζεσθαι [6] δυσχέρειαν λέγει.

Λυπινάρεια. [7] εἶδος ὀσπρίου ἃ θέρμους καλοῦσιν. οἱ δὲ θέρμα. ἡ εὐθεῖα, τὸ θέρμον.

Λυπρά. [8] εὐτελής. πενιχρά. [9] Οὕτω δὲ ἦν Κοΐντος Κικιννάτος ὁ γενναῖος Δικτάτωρ μέτριος καὶ σώφρων, ὡς ἐπὶ καλύβῃ λυπρᾷ καὶ ὀλίγῳ γῆς μέτρῳ ζῆν, τὸν αὐτουργὸν τε ἀγαπᾶν βίον. ὃς Δικτάτωρ προβαλλόμενος, ἔτυχεν ἀρότρῳ πονούμενος. ὃς ἀποψάμενος, ἐπάνεισι, καὶ συμβαλὼν τοῖς πολεμίοις, κατακράτος νικᾷ, καὶ τὸν στρατηγὸν τῶν πολεμίων ἄγει αἰχμάλωτον. † Λυπρά τε σιτούμενος, καὶ σκληρῶς ἐγκαθεύδων, καὶ πᾶσι κεχρημένος πολὺ ἐνδεέστερον, ἢ πρὸς τὴν ἐξουσίαν.

Λυπρή. πενιχρά.
——Πέπαυ [10] γὰρ οὐ μέγα τοῦτο
Κλήρειον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ.

Λυπρόν. ἐπαχθές. λυπηρόν. καὶ λυπρόγαιον. [11] Ἀππιανός· Τὸ γὰρ λυπρόγαιον καὶ πενιχρὸν ὑμᾶς εἰς λῃστείαν ἄγει. δώσω δ᾽ ἐγὼ πενομένοις φίλοις γῆν ἀγαθήν.

auctor. Sophocles: *Et mea arma nec ulli certaminum præsides proponent Græcis, nec hic exitii mei auctor.*

Λύμη. Damnum. Pernicies. Corruptio. Injuria. *Ille vero eos comprehensos pessimis modis tractavit, omnique tormentorum genere cruciavit, & supplicio justissimo affecit. In colle enim conspicuo eos crucifixit.*

Λυόμενος. Redimens. Absolvens. Liberans. Ita Plato.

Λύω. Genitivo jungitur. Solvo. *Nunc fluvii hibernis vinculis soluti.* Item, accusativo: *Solve omne vinculum injustitiæ.*

Λύπη. Dolor. Ægritudo. Tristitia. [Est autem λύπη] animi contractio, a ratione aliena. Quare virum bonum ægritudine vacuum esse oportet. Species autem ejus sunt, invidia, æmulatio, obtrectatio, angor, conturbatio, solicitudo, dolor, confusio. [Sophocles:] *Quare enim id me solicitum habeat, si sermone quidem hominū ferar mortuus, at factis vivā, & gloriam consequar? Nihil equidem malum puto, quod cum utilitate conjunctum sit.*

Λυπηρότεροι σταλαγμοῦ. Stillicidio molestiores. Hoc ideo dicitur, quia molestum est, si guttæ continenter in aliquem destillent.

Λυπινάρεια. Genus leguminis. Lupini: quos [Græci] etiam θέρμους vocant. Vel, θέρμα: a recto θέρμον.

Λυπρά. Vilis. Tenuis. Pauper. Sterilis. *Quintius Cincinnatus Dictator ea frugalitate & sobrietate agebat, ut paupere casa ac paucis agri jugeribus contentus esset, manumque ipse operi rustico admoveret. Qui cum Dictator creatus esset, terram aratro forte proscindebat: idemque abs terso sudore ac pulvere [ad bellum profectus est,] prælioque cum hostibus commisso, ingenti clade eos prostravit, & ipsum hostium ducem captivum duxit. † Tenui & vili cibo vescens, & in duro lecto dormiens, omnibusque rebus longe moderatius utens, quam pro ea, quam habebat, licentia & potestate.*

Λυπρή. Pauper. Tenuis. *Possidebat enim parvum istud prædiolum in colle isto parum feraci.*

Λυπρόν. Grave. Molestum. Et λυπρόγαιον. Solum sterile & minus ferax. Appianus: *Soli enim sterilitas & paupertas vos ad latrocinium impellit. Ego autem vobis cum inopia conflictantibus, si amici esse velitis, bonam terram dabo.*

1 Λῦε πάντα σύνδεσμον ἀδικ.] Hæc sunt verba τῶν LXX, Esa. LVIII. 6.

2 Λύπη. συστολὴ ἄλογος ψυχ.——ὀδύνη, σύγχυσις] Hæc sunt verba Laertii lib. VII. segm. CXI. ut Pearsonius etiam observaverat.

3 Ἔχθος] Scribe ἄχθος: ut habet Laertius loco laudato.

4 Ἀνία] Sic recte Laertius. At priores Editt. vitiose, ἄνοια.

5 Τί γάρ με λυπ.] Fragmentum hoc legitur apud Sophoclem *Electra* pag. 82. ut Portus observavit.

6 Δυσχέρειαν] Ante male legebatur ἐπήρειαν: cujus loco δυσχέρειαν ex MSS. Paris. reposui.

7 Λυπινάρεια] Vide Dufrenium in Glossario Græco, v. Λυπινάρεια.

8 Εὐτελής. πενιχρά] Hæ duæ voces in prioribus Editt. desiderantur: quas ex 2 MSS. Paris. revocavi.

9 Οὕτω δὲ ἦν Κοΐντος Κικινν.——ἄγει αἰχμάλωτον] Hæc sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Collectaneis Constantini Imper. a Valesio editis, pag. 789. unde ea Suidas descripsit. Confer etiam Nostrum supra v. Κοΐντος, ubi locus hic auctior legitur.

10 Πέπαυ γὰρ οὐ μ.] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate Zonæ, quod ex codice MS. Anthologiæ ineditæ integrum hic cum Lectore communicabo. Ἀνάθημα τῇ Δηοῖ παρ᾽ Ἡρώνακτος. Ζωνᾶ.

Δηοῖ Λικμαίῃ, καὶ ἐναυλακοφοίτισιν Ὥραις
Ἡρῶναξ πενιχρῆς ἐξ ὀλιγηροσίης
Μοῖραν ἀλωεῖται στάχυος, πανσπερμά τε ταύτα,
Ὡς πέλει, ἐπὶ πλακίνα τοῦδ᾽ ἤθιτο τρίποδος,
Ἐκ μικρῶν ὀλίγιστα. πέπαυ γὰρ οὐ μέγα τοῦτο
Κλήρειον ἐν λυπρῇ τῇδε γεωλοφίῃ.

In Hexametro primo τὸ ἐναυλακοφοίτισι proprie significat, *sulcos perambulantibus*: ab αὖλαξ, & φοιτάω. In Hexametro secundo vox ἀλωεῖται corrupta est: de qua vide conjecturam nostram supra v. Λικμαία, ubi hunc ipsum locum Epigrammatis Suidas adducit. Reliqua clara sunt. Vide etiam infra v. Ὀλιγηροσίη, ubi itidem fragmentum ex Epigrammate hoc decerptum Suidas adducit.

11 Ἀππιανός] In *Iberic.* pag. 486.

Λύρα.

Λύρα. βραχὺ τὸ λυ.

Εἰδήσεις [1] Ἀλκμᾶνα λύρης ἐλατῆρα Λακαίνης.

Λύσσα. ἡ μανία.

Λύσανδρος. ναύαρχος Λακεδαιμονίων.

Λυσανίας [2] πατρῴων μεγάλων κακῶν. ὁ λύων τὰς τοῦ πατρὸς ἀνίας. ὠνοματοπεποίηται ἡ λέξις. Σοφοκλῆς.

Ζεὺς νόστον ἄγει τὴν Νικομάχαν καὶ Παυσανίαν καὶ
Ἀτρείδαν.

Λυσσάνε. μαινόμενε. Καὶ [3] κύνα λυσσητὴν,
Ἀσπίδα, Φρῦνον, ὄφιν, καὶ [4] Λαδικέας περίφευγε.

Λύσῃ. ἀντὶ τοῦ λυσάτω. [5] Νόμων ἐνάτῳ· Παραλαβὼν ὁ κεκτημένος παρὰ τοῦ πληγέντος δεδεμένον αὐτὸν, μὴ λύσῃ, πρὶν ἂν δοῦλος [6] πείσῃ τὸν πληγέντα.

Λυσθείς. [7] κατενεχθείς.

4 Μακκὼ καὶ Λαιμώ. γυναῖκες, αἳ ἐγ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Equit*.. pag. 292. Confer etiam Tzetzem Chil. IV. v. 875.

5 Μακρὰ γραμμή] Aristophanes, *Vespis*, pag. 438.

Ὑπὸ δυσκολίας δ' ἅπασι τιμᾷ τὴν μακράν.

Scholiasta ad eum locum notat, Judices apud Athenienses olim, si quem damnandum censerent, lineam longam; sin absolvendum, brevem, in tabella cerata duxisse. Ὁπότε, inquit, καταλαμβάνοιέν τινα τῷ τιμήματι, εἷλκον εἰώθασι μακρὰν γραμμήν· ὁπότε ἀπολύοιεν, βραχεῖαν. Sed pro τιμήματι scribendum ibi est τιμήματι, i.e. pœna, mulcta. Ecce enim Photius in Lexico inedito clare sic habet: Μακρὰν τιμῶσι. τοῖς δικάζουσι πινάκιον ἐδίδοτο, ἐν ᾧ ἔγραφον μακρὰν γραμμὴν, ὅτε τινὰ καταψηφίζοιντο ἐν τῷ τιμήματι· βραχεῖαν δὲ, ὅτε ἀπολύοιεν ἢ μὴ καταδικάζοιεν.

6 Μακρὰν χαίρειν] Photius in Lexico MS. habet, μακρὰ χαίρειν: uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Scholiasta Aristoph. ad *Equit*. pag. 313. Κλάειν σε μακρὰ κελεύων. Τὸ μὲν εἶδος ἀρχαῖον Ἀττικὸν τῆς συνηθείας· ὡς, μακρὰ χαίρειν σοι λέγω, καὶ οἰμώζειν μακρά.

7 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyran*. pag. 174. ut Portus monuit.

8 Μακραίωνι σχολῇ. πολυχρ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem*, pag. 13. sed ubi sic legitur: Μακραίωνι σχολῇ. ὅ ἐστι, πολυχρονίῳ, βραδεῖ τὸν ἀγῶνα ἐμποιούσῃ σοι. Sic etiam apud Suidam scribendum est.

9 Μακροκέφαλοι. ἔθνος ἐστὶν οὕτω κ.] Ex Harpocratione.

10 Ἐν τῇ Λιβύῃ] Sic appellabatur regio quædam Colchis vicina, de qua locus hic accipiendus est: ne quis de Libya ea, quæ in Africa sita erat, verba hic fieri putet. Vide Lucam Holsten. ad Stephanum v. Λιβυστῖνοι.

11 Μακρὸν τεῖχος ἐκλήθη τῆς Σηλυβρ.] Locus hic corruptus est & mutilus, quem emendabis & supplebis ex ipso Suida infra v. Τεῖχος.

12 Μακροπόνηρος] Photius in Lexico inedito: Μακροπόνηρος. ὁ εἰς μακρὸν ἐκτείνων τὴν πονηρίαν, καὶ μνησικακῶν. Hinc Suidas supplendus est.

Μακρῷ. ἀντὶ τοῦ πολύ. Εὐνάπιος. [1] Καρῖνος ὁ βασιλεὺς, γενόμενος ἐν ἐξουσίᾳ, καὶ βουλήσεως κύριος, ἀνέδραμε τηλικοῦτον κακὸν ἐς τυραννίδα, ὥστε [2] ἀπέδειξε χρυσὸν τὴν τραγῳδουμένην τυραννίδα. οὕτω καὶ τοὔνομα τοῖς ἔργοις μακρῷ παρῆλθε. καὶ αὖθις· Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριστότατος μακρῷ.

Μακρῷ. ἀντὶ τοῦ, κατὰ πολύ. Ἡρόδοτος· Ἄριστος ἐγένετο μακρῷ Ἀριστόδημος κατὰ γνώμας τὰς ἐμάς. καὶ αὖθις· Μακρῷ διέστηκε.

Μάκρωνες. [3] ἐθνικόν.

Μάκτρα [4] θυεία ἐπιμήκης, ἐν ᾗ μάττουσι τὰ ἄλευρα. [5] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

———Ἀντὶ δὲ μάκτρας,
Πιθάκνης πλευρὰν ἐρρωγυῖαν καὶ ταύτην.

Μάλα εἰκότως. πάνυ δικαίως.

Μαλακηνός. ὄνομα κύριον.

Μαλακία. ῥαθυμία. νόσος. Καὶ [6] μάλιστα διὰ τὰς μαλακίας τῶν Κελτῶν, καὶ φυγοπονίας, ἄριστε τὸν ἀδελφὸν οὐραγεῖν.

Μαλακίζεσθαι. ἐν ταῖς νόσοις φασὶν οἱ Ἀττικοὶ τὰς μὲν γυναῖκας μαλακίζεσθαι· τοὺς δὲ ἄνδρας ἀσθενεῖν.

Μαλακίων. [7] ὁ μαλακός.

Μαλακόν. ἁπαλόν. ἢ καὶ ἀσελγές. Ὁ δὲ οὐ πάνυ δεξιῶς ὑπεξῆλθεν ἀθυμίᾳ, καὶ πληγῶν πλειόνων γενομένων, διὰ τὸ μαλακῶς τὸν τράχηλον παρασχεῖν.

Μαλακός. [8] πάντων φρονιμώτερον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ τὴν γεῦσιν, ἀφὴν οὖσαν, ἀκριβεστέραν ἔχει, διότι μαλακώτερος, καὶ τὴν ἀφὴν αἰσθητικώτερος. θᾶττον γὰρ διαφορεῖται τὰ περιττώματα, καὶ οὐκ ἐπιθολοῦται αὐτοῦ τὸ φανταστικὸν καὶ λογιστικόν. ἐπιστῆσαι δὲ χρή, μή ποτε ὡς ὑλικὸν αἴτιον αἰτιᾶται τὴν σάρκα. οὐ γὰρ ποιητική ἐστι φρονήσεως, ὡς συναίτιον. διὰ γὰρ τὸν σύνδεσμον συμπαθεῖ τὰ ψυχικὰ κινήματα ταῖς τοῦ σώματος κράσεσιν, οὐ γενόμενα ὑπὸ τῆς κράσεως, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς τοιᾶσδε κράσεως τοιᾶσδε ἢ τοιᾶσδε ἐνεργοῦντα. εἰ δέ τινα εἴη ἄλλα τοῦ ἀνθρώπου μαλακωτέραν ἔχοντα σάρκα, οἷον οἱ σκώληκες, τοῖς ἄλλοις δηλονότι ἐλλείπουσιν. οὐ γὰρ ἔχουσι τέλειον τὸ φανταστικόν, ἀλλὰ νῦν περὶ τῶν τελείων ζώων ὁ λόγος. τάχα δὲ οὐδὲ σὰρξ ἡ τῶν σκωλήκων, ὡς οὐδὲ ἡ τῶν μυιῶν. ὅτι δὲ διὰ τὸ μαλακωτέραν ἔχειν τὴν σάρκα ὁ ἄνθρωπος φρονιμώτερος, σημεῖον ἐστὶ τὸ τοὺς μαλακωτέρους τῶν ἀνθρώπων φρονιμωτέρους καὶ εὐφυεστέρους εἶναι, τῶν ἄλλων πάντων διαθέσεων καὶ φυσι-

Μακρῷ. Longe. Eunapius: *Carinus Imperator, sui juris factus, & potestatem adeptus arbitratu suo quidvis agendi, tantus tyrannus evasit, ut tyrannorum sævitiam, a Tragicis [veteribus] celebratam, aurum esse ostenderet. Adeo vel nomen ipsum factis longe superavit.* Et iterum: *Horum omnium longe insolentissimus erat,*

Μακρῷ. Longe. Herodotus: *Aristodemus omnium longe fortissimus meo judicio fuit.* Et iterum: *Longe distat.*

Μάκρωνες. Macrones. Nomen gentis.

Μάκτρα. Mactra. Sive, mortarium oblongum, in quo farina pinsitur. Aristophanes *Pluto: Pro mactra dolioli latus, idque dississum.*

Μάλα εἰκότως. Merito sane. Optimo jure.

Μαλακηνός. Malacenus. Nomen proprium.

Μαλακία. Mollicies. Negligentia. Socordia. Morbus. *Præcipue vero propter Gallorum molliciem & laborum impatientiam fratrem agmen cogere jussit.*

Μαλακίζεσθαι. De mulieribus ægrotantibus Attici dicunt μαλακίζεσθαι: de viris autem, ἀσθενεῖν.

Μαλακίων. Mollis. Effœminatus.

Μαλακόν. Molle. Tenerum. Vel etiam, impudicum, lascivum. [Et μαλακῶς, molliter.] *Ille autem præ animi mœrore mortem minus generosam obiit, pluresque ictus ei inflicti fuerunt, quod cervicem molliter præbuisset.*

Μαλακός. Mollis. Homo est animal omnium prudentissimum, & gustatum, qui tactus est, subtilissimum habet; & quia mollissimus est, ideo etiam tactum facillime sentit. Ocius enim dissipantur excrementa, nec ipsius imaginatrix & ratiocinatrix facultas perturbatur ac obscuratur. Sed oportet hic considerare, num carnem ut materialem causam causetur. Neque enim caro est prudentiæ effectrix, ut causa adjuvans. Nam propter [commune corporis animique] vinculum, animorum motiones afficiuntur a corporis temperamentis, non ortæ quidem a temperamento, sed non absque temperamento vel hoc vel illo modo agentes. Si qua vero sint animalia, quæ carnem habeant molliorem, quam homo, ut vermes: ea reliquis deficiuntur. Haud enim imaginatricem facultatem habent integram. At nunc de perfectis animalibus loquimur. Fortasse autem ne caro quidem est illa vermium, ut neque muscarum. Quod autem homo sit prudentior, quia carnem habet molliorem, illud est argumento, quod ho-

1 Καρῖνος ὁ βασιλ.] Vide Nostrum supra v. Καρῖνος: ubi locus hic auctior legitur.

2 Ὥστε χρυσὸν ἀπέδειξε] De proverbio hoc vide quæ diximus supra ad v. Ἐπίκλωσε.

3 Μάκρωνες] Vide Stephanum Byzantium v. Μάκρωνες: & ibi interpretes.

4 Μάκτρα] Helladius apud Photium pag. 1589. Ὅτι τὸ μάκτραν καλεῖν, ἐν αἷς τὰς μάζας μάττουσιν, Ἀττικόν, καὶ οὐχ, ὡς ἔνιοι δοκοῦσιν, ἰδιωτικόν.

5 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 57. (28. Ed. Bas. P.)

6 Καὶ μάλιστα διὰ τὰς μαλακίας τῶν Κελτ.] Fragmentum hoc consarcinavit Suidas ex Polyb. lib. III. cap. LXXIX. ubi sic legitur: Ἐπιμελητὴν δὲ τῆς οὐραγίας τὸν ἀδελφὸν ἀπέλιπε Μάγωνα, τῶν τε λοιπῶν, καὶ μάλιστα τῆς τῶν Κελτῶν μαλακίας καὶ φυγοπονίας.

7 Μαλακίων] Sic MSS. Paris. cujus loco priores Editt. exhibent, μαλακίας. Sed τὸ μαλακίων recte se habet: quod est diminutivum a μαλακός. Scholiasta Aristophanis ad *Ecclesiaz.* pag. 755. Μαλακίων. μαλακός, ὑποκοριστικόν. Huc Suidas respexit.

8 Μαλακός. πάντων φρονιμώτερον ζῶον ὁ ἄνθρ.] Hæc, & quæ sequuntur, puto deprompta esse ex Philopono in Aristotelem *de Anima.*

κῶν ἰδιωμάτων ὁμοίως ἐχόντων. διὸ καὶ τοὺς ἀνοήτους παχυδέρμους καλοῦμεν.

mines molliores sint prudentiores & ingeniosiores; quamvis cæteræ omnes affectiones & naturales proprietates sint similes. Quamobrem etiam stupidos vocare solemus παχυδέρμους, i. e. crassam cutem habentes. *Port.*

Μαλακόστρακα. [1] ἰχθύες, ὅσα ἐκδύεται· οἷον, ἀστακοὶ, καρίδες, πάγουροι, καρκίνοι. ταῦτα δὲ μόνα ἐκδύονται.

Μαλακόστρακα. Animalia, quæ crustis vel testis mollibus operta sunt: veluti pisces, qui [crustas] exuunt: ut astaci, carides, paguri, cancri. Hæc enim [crustas] exuunt.

Μαλάσσου. ἀντὶ τοῦ μεταβάλλου.

Μαλάσσου. Molliaris. Flectaris. Sententiam mutes.

Μαλάσσω. αἰτιατικῇ.

Μαλάσσω. Mollio. Flecto. Accusativo jungitur.

Μαλάχια. [2] ὅσα τῶν ἐνύδρων ὀστέα οὐκ ἔχει· οἷον σηπία, πολύπους. ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμά ἐστι, καὶ ἄσπλαγχνα. τινὲς δὲ μαλάχεια διὰ διφθόγγου γράφουσι.

Μαλάχια. Mollia. Sic vocantur omnia aquatilia, quæ ossibus carent: ut sepia, polypus. Eadem autem & sanguine visceribusque carent. Quidam vero per diphthongum ει scribunt μαλάχεια.

Μαλαχίας. ὄνομα κύριον.

Μαλαχίας. Malachias. Nomen proprium.

Μαλέας. ἡ αἰτιατικὴ, τὸν Μαλέαν. ἀκρωτήριον, καὶ ὄρος.

Μαλέας. Malea. Promontorium & mons. Accusativus est, τὸν Μαλέαν.

Μάλεος. ὄνομα κύριον. [3] Φαιστὸς, πόλις Κρήτης. [4] Ὅμηρος·

Ἐς Φαιστόν· μικρὸς δὲ λίθος μέγα κῦμ' ἀπέργει.

Μάλεος [5] γάρ τις [6] τελέσας τὸν λίθον τοῦτον, ἀνιέρωσε τῷ Ποσειδῶνι, πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα προσπελάζειν τῇ Φαιστῷ.

Μάλεος. Maleus. Nomen proprium [viri.] Phæstus autem, urbs Cretæ. Homerus: *Ad Phæstum: at parvus lapis ingentes fluctus arcet.* Maleus enim quidam lapidem hunc magice consecratum Neptuno dedicavit, ne fluctus ad Phæstum usque accederent.

Μαλερόν. λαμπρόν. σποδόειν. ἰσχυρόν. ὀξύ. ἀσθενές. ξηρόν. δριμύ. τὸ δὲ μαλερὸν πῦρ, τὸ ὀξύ. ἢ μαραντικόν. σφοδρόν. καὶ μαλερὰς φρένας, τὰς ἀσθενεῖς, καὶ ξηράς.

Ῥιπίδα τὰν μαλερὸν θάλπος ἀμυνομέναν.

Μαλερόν. Splendidum. Cinereum. Vehemens. Rapidum. Infirmum. Siccum. Acre. At μαλερὸν πῦρ, ignis rapidus. Vel, obvia quæque consumens, & vehemens. Et μαλερὰς φρένας, mentes infirmas & aridas. [In Epigrammate:] *Flabellum ardentem æstum propulsans.*

Μάλειον ὄρος. Μαλειάων ὄρος αἰπύ. [7] Ὅμηρος.

Μάλειον ὄρος. Maleus mons. *Malearum mons altus.* Homerus.

Μαλιασμός. νόσος περὶ τοὺς ὄνους γινομένη· ὅς ἐστι κατάῤῥους διὰ μυκτήρων, καὶ στρόφος περὶ τοὺς αὐτούς. οὐκ ἐκφεύγει δὲ οὐδέτερον τῶν νοσημάτων ὁ ὄνος.

Μαλιασμός. Maliasmus. Morbus asinorum: qui est catarrhus, sive defluxio per nares, & dolor easdem infestans. Horum morborum neutrum asinus effugit.

Μάλλιος. ὄνομα κύριον. ὁ Μάλλιος ὁ ὕπατος τὸν ἑαυτοῦ παῖδα μονομαχήσαντα Ποντίῳ τῷ Λατίνῳ, καὶ καταβαλόντα τὸν ἀντίπαλον, ὡς μὲν ἀριστέα ἐστεφάνωσεν· ὡς δὲ ὑπερβάντα τὰ ἐξ αὐτοῦ πεπαγγελμένα, ἐπελέκισεν· ὃ δὴ σὺν ὠμότητι πραχθὲν, εὐπειθεστάτους τοῖς ἄρχουσι τοὺς Ῥωμαίους κατέστησεν. ἔστιν [8] ἐν τῷ Δικτάτωρ.

Μάλλιος. Manlius. Nomen proprium. Manlius Consul filium suum, qui cum Pontio Latino singulari certamine certaverat, & adversarium prostraverat, coronavit quidem, ut victorem; sed securi eundem percussit, ut qui edictum suum violasset. Hoc crudele factum Romanos magistratibus & ducibus suis obsequentissimos reddidit. Vide in v. Δικτάτωρ.

Μάλιστα. ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς ὁ Θουκυδίδης λαμβάνει.

Μάλιστα. Vocem hanc Thucydides accipit pro ἀκριβῶς, i. e. accurate.

1 Μαλακόστρακα] Vide Aristotelem *Hist. Anim.* lib. IV. cap. 2.

2 Μαλάχια] Imo potius μαλάκια. Galenus in *Glossis Hippocraticis*: Μαλακίοισιν. οὕτως καλεῖται ὅσα τῶν ἐνύδρων ἀκάνθας οὐκ ἔχει, καθάπερ ὁ πολύπους, καὶ τευθὶς, καὶ σηπία, καὶ ἀκαλήφη. ταῦτα δὲ καὶ ἄναιμα καὶ ἄσπλαγχνά ἐστι. Aristoteles quoque *Hist. Anim.* lib. I. cap. VI. hoc genus piscium μαλάκια vocat: ut proinde dubitari non debeat, quin & sic apud Suidam scribendum sit.

3 Φαιστὸς, πόλις Κρ.] Sic MSS. Paris. At priores Editt. male, Φαιστοῦ, πόλεως Κρ. Nihil enim præcedit, ad quod genitivus iste referri queat. Nam τὸ, ὄνομα κύριον, respicit ad vocem præcedentem Μάλεος.

4 Ὅμηρος] Odyss. Γ. v. 296. ad quem locum Scholiasta notat, pro μικρὸς λίθος in quibusdam codicibus Homeri olim scriptum fuisse Μαλέη λίθος: quam lectionis diversitatem Suidas etiam hoc loco confirmat. Is enim notam, quam verbis Homeri subjungit, excerpsit ex aliquo Scholiasta, qui Μαλίη vel Μαλέη λίθος apud Poetam olim legerat: quamvis ipse, quæ est ejus ἀκρισία, μικρὸς λίθος in textu retinuerit.

5 Μάλεος γάρ τις τελέσας τὸν λ.] Locum hunc Suidæ in Παρεκβολὰς suas retulit Eustathius ad Odyss. Γ. pag. 1469. ut Pearsonius etiam observaverat. Sic enim verbosus ille Homeri interpres ibi inquit: Ὅτι δὲ, ὡς εἴρηται, μικρὸς λίθος ὁ κατὰ Φαιστὸν τετελεσμένος ἦν πρός τινος Μαλέω, καὶ ὡς ἀνιερώθη Ποσειδῶνι πρὸς τὸ μὴ τὰ κύματα πελάζειν τῇ Φαιστῷ, ἐν τοῖς τοῦ Σουίδου κεῖται.

6 Τελέσας] Vim hujus vocabuli Portus non intellexerat, quam in versione expressi. Τελεῖν enim apud veteres dicebatur de magica rerum consecratione, quæ vi sua incursiones hostiles, morbos, aliaque mala a loco aliquo arcere posse credebatur. Hoc sensu accipiendi sunt ἀνδριάντες ἀργυροῖ τετελεσμένοι εἰς βαρβάρων ἀποκώλυσιν, apud Photium Cod. LXXX. pag. 188. item, ἐκ πόλεως τετελεσμένοι, apud Scholiastam Aristophanis ad *Plutum*, pag. 88. & Παλλάδιον τετελεσμένον, apud Nostrum intra v. Παλλάδιον. Confer Salmasium ad Fl. Vopiscum in *Aureliano*, qui hac de re pluribus agit.

7 Ὅμηρος] Odyss. Γ. v. 287.

8 Ἔστιν ἐν τῷ Δικτάτωρ.] Sed ibi de hoc Manlio ne γρῦ quidem reperias.

Μαλθακόν.

Μαλθακόν. ἔκλυτον. μαλακόν.

——————— Ὁ δ' αὐτὸν

Ἐξάγαγεν βιότου μαλθακίῃ σοφίης.

Καὶ παροιμία· [1] Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβροὶ μαλθακευνίαις. ἐπὶ τῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀβροδιαίτου διαῤῥεόντων.

Μαλθακώτερον. πρὸς τὸ ἡδύτερον τοῦ βίου, καὶ εὖ ἔχον. [2] Ἀριστοφάνης Βατράχοις·

Τὸ δὲ μεταστρέφεσθαι

Πρὸς τὸ μαλθακώτερον,

Δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι, καὶ φύσει Θηραμένους.

Μαλθάξαι. ἀγαθῦναι. καταπραῦναι. Τοὺς μὲν δώροις μαλθασσομένους, καὶ ἐς τὰς κλήσεις συνιέναι. καὶ αὖθις· Τὸ γὰρ δυνάμενον ἐκεῖνον τὸν ἄνδρα μαλθάξαι, ἐν μόνον ἦν, ἡ τῶν τρόπων ἐπιείκεια, καὶ ὁ τοῦ δικαίου κατὰ φύσιν ἔρως. [3] Καὶ Ἀριστοφάνης·

——Νάρκη μου κατὰ τῆς χειρὸς καταχεῖται,

Καὶ τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν. ἀλλ' ἤδη μαλθακός εἰμι.

Μάλθη. μεμαλαγμένος κηρός.

Μάλθων. Ὁ γύνανδρός τε καὶ μάλθων τύραννος. ἀντὶ τοῦ, ἔκλυτος.

Μαλκίομεν. [4] Δημοσθένης ἐν θ' Φιλιππικῶν φησι.

Μάλκιον. ἀσθενές. ψυχρότατον. Ὁ δὲ Μιθριδάτης πιὼν φάρμακον ἀσθενές τε καὶ μάλκιον, βραδέως τὴν ἰσχὺν ἀπεδείκνυτο.

Μαλκίσταον. [5] ψυχρότατον. Τόδε μοι μαλκίσταον ἦμαρ.

Μᾶλλον, μᾶλλον. ἀντὶ τοῦ, ἀεὶ καὶ μᾶλλον. Ἄλεξις Ἀτθίδι·

Πῶς ἐπενεφεῖτο πρῶτον ὁ Ζεὺς ἡσυχῇ,

Ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

Ἀναξίλας Ὥραις. Ἄλεξις Πεζονίκῃ. † Τοῦτο [6] τὸ μᾶλλον λέγεται θετικῶς· οἷον, Οὐδὲν μᾶλλον ὁ πειρατής κακός ἐστιν, ἢ ὁ ψεύστης. ὑπὸ δὲ τῶν Σκεπτικῶν οὐ θετικῶς, ἀλλ' ἀναιρετικῶς λέγεται· ὡς ὑπὸ τοῦ ἀνασκευάζοντος, καὶ λέγοντος, Οὐ μᾶλλον ἡ Σκύλλα γέγονεν, ἢ Χίμαιρα. καὶ ποτὲ μὲν συγκριτικῶς ἐκφέρεται, ὡς ὅταν φῶμεν, μᾶλλον τὸ μέλι γλυκὺ, ἢ τὴν σταφίδα. ποτὲ δὲ θετικῶς καὶ ἀναιρετικῶς· ὡς ὅταν λέγωμεν, ὅτι μᾶλλον ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ, ἢ βλάπτει. σημαίνομεν γὰρ, ὅτι ἡ ἀρετὴ ὠφελεῖ, βλάπτει δ' οὔ.

Μᾶλλον ὁ Φρύξ. ἡ παροιμία ἐντεῦθεν. Οἱ ζ' σοφοὶ, ἐρωτώμενοι ὑπὸ Κροίσου, τίς τῶν ὄντων εὐδαιμονέστατος· οἱ μὲν ἀπεκρίναντο, τὰ ἄγρια ζῶα· ὑπὲρ γὰρ τῆς αὐτονομίας ἀποθνήσκει· οἱ δὲ, πελαργούς. δίχα γὰρ νόμου τῇ φύσει τὸ δίκαιον ἔχουσι. Σόλων δὲ, οὐδένα πρὸ τῆς τελευταίας ἡμέρας. παρεστὼς δὲ Αἴσωπος ὁ

Μαλθακόν. Solutum. Molle. [Et μαλθακίη, mollities. In Epigrammate:] *Ille autem voluntariam mortem sibi conscivit propter mollitiem sapientiæ.* Et proverbium: *Calidis balneis emolliti, & mollibus lectis assueti.* Dicitur de iis, qui luxu & deliciis diffluunt.

Μαλθακώτερον. Mollius. Suavius. Jucundius. Aristophanes *Ranis*: *Sed se convertere* [*semper*] *ad latus mollius, viri est cati, & Theramenis ingenio præditi.*

Μαλθάξαι. Mollire. Demulcere. Delinire. *Alios quidem donis delinitos in classes convenire.* Et iterum: *Quod enim virum illum delinire poterat, unum erat, morum nempe integritas, & natura insitus justitiæ amor.* Et Aristophanes: *Torpor manum meam invasit, adeò ut gladium retinere nequeam. Sed jam emollitus sum.*

Μάλθη. Cera emollita.

Μάλθων. Mollis. Effœminatus. *Semivir ille & effœminatus tyrannus.*

Μαλκίομεν. Frigore torpemus. Hac voce usus est Demosthenes Philipp. IX.

Μάλκιον. Infirmum. Frigidum. *Cum autem Mithridates venenum infirmum & frigidum hausisset, tarde vim ejus sensit.*

Μαλκίσταον. Frigidissimum. *Hic mihi frigidissimus dies est.*

Μᾶλλον, μᾶλλον. Magis magisque. Alexis *Atthide*: *Quomodo Jupiter nubes cœlo primum paulatim inducebat, & deinde magis magisque.* [Item] Anaxilas *Horis*, & Alexis *Pezonice.* † Hoc μᾶλλον dici solet positive: ut, *Non magis pirata malus est, quam mendax.* A Scepticis vero non positive sed negative sumitur: ut cum quis aliquid refellens dicit, *Non magis Scylla fuit, quam Chimæra.* Interdum etiam comparative effertur, ut, cum dicimus, mel magis dulce esse, quam uvam passam. Interdum vero & positive & negative: ut, cum dicimus, virtutem magis prodesse, quam obesse. Significamus enim, virtutem prodesse, non autem nocere.

Μᾶλλον ὁ Φρύξ. Magis ipse Phryx. Proverbium hoc inde natum est. Septem Sapientes [Græciæ,] a Crœso aliquando interrogati, quis omnium esset beatissimus? alii quidem responderunt, feras animantes: eas enim pro libertate mori. Alii vero, ciconias. Eas enim sine lege, duce natura, justitiam colere.

1 Ἁπαλοὶ θερμολουσίαις, ἁβρ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἁπαλοί.

2 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 237. (152. Ed. Bas. P.)

3 Καὶ Ἀριστοφάνης] Hæ duæ voces in prioribus Editt. desunt, quas ex 2 MSS. Paris. revocavi. Locus autem hic exstat apud Aristophanem in *Vespis*, pag. 482. idemque repetitur infra v. Νάρκη.

4 Μαλκίομεν. Δημοσθ.] Harpocratio (ex quo Suidas) habet μαλακιζόμεν. At apud ipsum Demosthenem hodie legitur μαλακιζόμεθα. Vide Maussacum ad Harpocrationem.

5 Μαλκίσταον] Sic rectius MSS. Paris. quam priores Editt. quæ habent, μαλκιστάτον. Nam vel fragmentum versus, quod sequitur, satis ostendit, scribendum esse μαλκίσταον.

6 Τοῦτο τὸ μᾶλλον λέγεται θετικῶς, οἷον, οὐδὲν μᾶλλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Laertii in *Pyrrhone*, ut Pearsonius observavit. Sed ibi rectius sic legitur: Λέγεται δὲ τὸ Οὐδὲν μᾶλλον καὶ θετικῶς, ὡς ὁμοίων τινῶν ὄντων· οἷον, Οὐδὲν μᾶλλον ὁ πειρατὴς, &c. Vide etiam Nostrum infra v. Οὐδὲν μᾶλλον, ubi locus hic auctior legitur.

Φρύξ·

Φρύξ, ὁ λογοποιός, Τοσοῦτον, εἶπεν, ὑπερέχεις τῶν ἄλλων, ὅσον θάλασσα ποταμῶν. ἀκούσας δὲ Κροῖσος, εἶπε, Μᾶλλον ὁ Φρύξ.

Μαλῶα. [1] Καί τινα διὰ χειρὸς ἔχουσι μαλῶα, καὶ καθαίρουσι.

Μάλωνος. ὄνομα ἐθνικόν.

Μαλώτης, [2] Διονυσιάδης, Φιλαρχίδου, τραγικός.

Μάλχος, [3] Βυζάντιος, σοφιστής. ἔγραψεν ἱστορίαν ἀπὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ ἕως Ἀναστασίου· ἐν ᾗ τὰ κατὰ Ζήνωνα, καὶ Βασιλίσκον, καὶ τὸν ἐμπρησμὸν τῆς δημοσίας βιβλιοθήκης, καὶ τῶν ἀγαλμάτων τοῦ Αὐγουσταίου, καὶ ἄλλα τινὰ διεξέρχεται μάλα σεμνῶς, καὶ τραγῳδίας δίκην ἀποθρηνῶν αὐτά.

Μαμμάκουθος. ὄνομα κύριον. [4] Ἀριστοφάνης·

Τέως δ' ἀβελτερώτατοι,
Κεχηνότες Μαμμάκουθοι,
Μελιτίδαι κάθηνται.

Μάμας. [5] Ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι γέφυρα ἦν μεγάλη, ιβ' καμάρας ἔχουσα (ὕδατα γὰρ κατήρχετο πολλά) ἔνθα καὶ δράκων ἵστατο χαλκοῦς, διὰ τὸ δοκεῖν δράκοντα οἰκεῖν ἐκεῖσε· ἔνθα καὶ πολλαὶ παρθένοι ἐτύθησαν. Βασιλίσκος γάρ τις, ἐρασθεὶς τοῦ τόπου, ὃς ἦν Νουμεριανοῦ Καίσαρος, ἐκεῖσε κατῴκησε, καὶ ναὸν ἤγειρεν· ἅπερ Ζήνων κατέλυσεν. ἡ κλητικὴ, ὦ Μάμαν.

Μαμαίας, Ἀλέξανδρος, βασιλεὺς Ῥωμαίων.

Μαμερτῖνος. ὄνομα κύριον.

Μὰ μήκωνος χλόην. καὶ ναὶ μὰ μήκωνος χλόην.

Μαμμίαν. [6] Ἀττικοὶ τὴν μητέρα. ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾶν τὸ φαγεῖν λέγειν.

Μαμιανός. πατρίκιος. ἐν τῷ Πρίσκος.

Μαμωνᾶς. χρυσός. γήϊνος πλοῦτος· οὐχὶ ὁ ἐκ τοῦ Σατανᾶ, ἀλλ' ὁ περιττὸς, καὶ ὑπὲρ τὴν χρείαν.

Μάννα. [7] θυσία. σπονδή. καὶ ἡ ἄνωθεν πίπτουσα

Solon vero dixit, nemine ante obitum [dicendum esse beatū.] Tunc igitur adstans Æsopus Phryx, fabularum scriptor, *Tantū*, inquit, *cæteros superas, quantum mare fluvios.* Crœsus autem hoc audito dixit: *Magis ipse Phryx.*

Μαλῶα. *Et quædam manu tenent maloa, & purgant.*

Μάλωνος. Malonis. [A recto Μάλων: quod est] nomen gentile.

Μαλώτης. Mallotes, Dionysiades, Philarchidæ filius, tragicus.

Μάλχος. Malchus, Byzantius, Sophista. Scripsit historiam ab imperio Constantini usque ad Anastasium, in qua res gestas Zenonis, & Basilisci, & conflagrationem publicæ Bibliothecæ, & statuarum Augustalis, & alia quædam commemorat, stilo utens gravi, & Tragici instar ea, quæ acciderunt, exaggerans.

Μαμμάκουθος. Mammacuthus. Nomen proprium. Aristophanes: *Interea ut stolidi & hiantes Mammacuthi & Melitidæ sedent.*

Μάμας. Mamas. In sancto Mamante pons erat ingens, duodecim fornices habens, (aquæ enim multæ sub eo decurrebant) ubi & æneus draco stabat, quod illic draco habitare putaretur. Illic etiam multæ virgines mactatæ fuerunt. Basiliscus enim quidā, illius loci amore captus, qui fuit Numeriani Cæsaris [filius,] illic habitavit, & templum ibidem exstruxit: quod Zeno evertit. Vocativus est, ὦ Μάμαν.

Μαμαίας, Ἀλ. Mammææ [filius fuit] Alexander, Imperator Romanorum.

Μαμερτῖνος. Mamertinus. Nomen proprium.

Μὰ μήκωνος χλ. Per herbam papaveris.

Μαμμίαν. Mammiam. Sic Attici vocant matrem: quod infantes comedere μαμμᾶν appellent.

Μαμιανός. Mamianus. Patricius. Vide in voce Πρίσκος.

Μαμωνᾶς. Mamonas. Aurum. Opes terrenæ: non quæ sunt a Satana, sed supervacaneæ, & abundantes.

Μάννα. Manna. Sacrificium. Libamen. I-

1 Μαλῶα] Est vox recentiorum Græcorum; sed cujus significatio est prorsus obscura & incerta: quippe quam nec Suidas hoc loco, nec quisquam alius, quod sciam, explicat. Exstat autem in Vita S. Euthymii (edita a Cotelerio Tom. II. *Monument. Eccles. Gr.*) pag. 327. unde & fragmentum ipsum quod sequitur, a Suida depromptum est. Ibi enim sic legitur: Καθημένοις γάρ ποτε αὐτοῖς τῇ τοῦ μοναστηρίου εἰσόδῳ, καί τινα μαλῶα ἔχουσι διὰ χειρὸς καὶ καθαίρουσιν, ἐπέστη ἡμῖν ὄφις ῥοίζῳ μεγάλῳ, καὶ καμήλῳ παραπλησίως, ὑπὸ τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἐλαυνόμενος. Cotelerius existimat, τὸ μαλῶα, vel μαλῶον, in loco citato significare genus ligonis, vel rastri, vel sarculi: sed conjecturam istam nullius scriptoris auctoritate probat. Quare rem istam, ut incertam, in medio relinquo. Vide etiam Dufrenium in Glossario Græco, qui recte quidem monuit, Suidam locum hunc ex Vita Euthymii descripsisse: sed de significatione vocis μαλῶα nihil certi tradit.

2 Μαλώτης, Διονυσιάδης. Φιλ.] Puto locum hunc ad literam Δ referendum, & sic scribendum esse: Διονυσιάδης, Μαλλώτης, Φιλαρχίδου, τραγ. Vix enim mihi persuadeo τὸ Μαλλώτης esse nomen proprium viri, cum constet esse ἐθνικὸν, a Μαλλὸς, urbe Ciliciæ; ex qua Dionysiades oriundus fuerit: quemadmodum Crates Grammaticus, & Proclus Philosophus, Mallotæ fuisse leguntur.

3 Μάλχος. Βυζ.] De hoc Malcho vide omnino Photium in *Bibliotheca*, Cod. LXXVIII. qui cum Philadelphiensem facit. Vide etiam Vossium *de Hist. Gr.* pag. 266.

4 Ἀριστοφάνης] *Ranis*, pag. 258. (169. Ed. Bas. *P.*) ubi sic legitur:

Τέως δ' ἀβελτερώτεροι,
Κεχηνότες Μαμμάκυθοι,
Καὶ Μελιτίδαι κάθηνται.

Sed in versu secundo, tam apud Aristophanem, quam hic apud Suidam scribendum est Μαμμάκυθοι, per υ: quia metri ratio requirit, ut syllaba penultima vocis istius sit brevis. Deinde, in versu tertio sequenda lectio Suidæ, & vocula καὶ, quippe quam metrum ut superfluam respuit, delenda est. Confer etiam Nostrum supra v. Ἀβελτερώτατος.

5 *Ἐν τῷ ἁγίῳ Μάμαντι γέφυρα ἦν μεγ.*] Confer omnino Codinum *de Orig. CPolitanis*, qui eadem iisdem pene verbis tradit, ut Pearsonius etiam monuit.

6 Μαμμίαν] Voce hac usus est Aristophanes *Lysistrata* pag. 891. (561. Ed. Bas. *P.*) quo Suidas forte respexit.

7 *Μάννα. θυσία. σπ.*] Eruditissimus Pearsonius ad locum hunc in ora Codicis sui sequentia notaverat. "Drusius legendum notat Μαναά. Putat enim priorem interpretationem esse מנחה. Scripsisse tamen Suidam puto Μάννα. Nam ita legitur nonnunquam apud LXX. non Μαναά: etiam cum pro מנחה accipitur; sed falso. Cum igitur in S. Codice μάννα nunc (licet falso) pro מנחה acciperetur: nunc pro מנהי; utriusque interpretationem adhibuisse videtur Suidas. Hieronymus in Jerem. XVII.

Τροφή.

τροφή. σημαίνει δὲ, Τί τοῦτο. ἑσπέρας τοῦ Σαββάτου μόνον ἐκρύπτετο. καὶ Χριστὸς, ὁ γλυκασμὸς τῆς ζωῆς, τῇ παρασκευῇ τῷ τάφῳ καλύπτεται.

Μάννα. ἡ ἄνωθεν χορηγουμένη τροφή. καὶ [1] Δαβίδ. Ἄρτον Ἀγγέλων ἔφαγεν ἄνθρωπος. τουτέστι, Τί τοῦτο; ὃ καὶ ἄρτος Ἀγγέλων λέγεται, ὡς ὑπ' Ἀγγέλων χορηγούμενος. παρὰ πολλοῖς δὲ λέγεται τὸ μάννα, ἀμβλίσιον.

Μαναΐμ, [2] στρατηγὸς, ὁ νικήσας τοὺς Σκύθας· οὗ ἡ στήλη ἵστατο ἐν τῷ καλουμένῳ Ὡρείῳ, ὅ ἐστι μόδιος. τὸ γὰρ ὡρεῖον, ἔνθα νῦν ἵσταται κίων πρὸ τοῦ οἴκου τοῦ Κρατεροῦ· ἔνθα ἵστατο καὶ μόδιος χαλκοῦς, πλησίον τῶν χειρῶν. τὸν δὲ δίκαιον μέτρον, ὡς ἂν τῷ χωρήματι αὐτοῦ πωλῶσι πάντες οἱ σιτοπρατοῦνται, καὶ ἀγοράζωσιν οἱ σιτῶναι, καὶ τῷ ἴσῳ μέτρῳ διδῶται σιτηρέσιον. τοῦτο δὲ ἐνομοθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς πιπράσκεσθαι τὸν σῖτον μοδίους δώδεκα τῷ [3] νομίσματι, μηδενὸς ἀντιλέγοντος. ὅθεν τις ναύτης τοῦτο μὴ ποιήσας, τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀφῃρέθη. ὅθεν ἐτυπώθησαν αἱ χαλκαῖ χεῖρες τοῖς λαμβάνουσι, καὶ τοῖς διδοῦσιν, ἀμφοτέρους ἐκ τῶν τεταγμένων μὴ ἀγανακτεῖν. [4] Ἦν δὲ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως στήλη, ἔξαμον ἔχουσα ἐν τῇ δεξιᾷ χειρί, [5] ἁρπαγῆναι εἰς πάκτον, διὰ τὸ καὶ αὐτὴν ὑπάρχειν ἀργυρᾶν μικρὰν, ὑπὸ Κυρίου Προτίκτορος, τῷ δευτέρῳ ἔτει Ἰουστινιανοῦ.

Μαναΐνος. ὄνομα κύριον.

Μανασσῆς, [6] βασιλεὺς Ἱερουσαλὴμ, υἱὸς Ἐζεκίου, βασιλεύσας ἔτη νε' τῆς Ἰουδαίας· ὃς ἐγένετο μιαρώτατος καὶ ἀσεβέστατος καὶ [7] παρανομώτατος ὑπὲρ πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ εἰδωλομανίᾳ καὶ αἱματεκχυσίᾳ· καὶ τὸν μέγαν Ἡσαΐαν πρίσας, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ αἱμάτων ἀθῴων πληρώσας, οὐχ ἧττον εἰδωλολάτρησε τῶν Ἀμορραίων. καὶ μέντοι καὶ τὸν οἶκον Κυρίου καταμολύνας, καὶ τετραπρόσωπον εἴδωλον ἐν αὐτῷ Διὸς στήσας, οὐ διέλιπεν οἰωνιζόμενος, καὶ φαρμακεύων, καὶ αἰσχρουργῶν, καὶ μοιχώμενος, καὶ πᾶν εἶδος κακίας μεθ' ὑπερβολῆς διαπραττόμενος. διὸ καὶ κατὰ θείαν ὀργὴν συλληφθεὶς ὑπὸ τοῦ Μαροδὰχ βασιλέως Ἀσσυρίων, δέσμιος εἰς Νινευὴ τὴν πόλιν αἰχμάλωτος ἀπήχθη, καὶ ἐς τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα καθείρχθη. συνιεὶς δὲ ἐπὶ τοῖς πλημμελήμασιν ἀξίαν εἰληφέναι τὴν τιμωρίαν, ἐδεήθη τοῦ Κυρίου, συγγνῶναί οἱ ἐπὶ ταῖς ἁμαρτίαις. μὴ γὰρ εἶναι μέγα Θεοῦ ἐγκώμιον, εἰ δι-

tem, cibus cœlitus decidens. Significat autem, *Quid hoc?* Vespere vero Sabbati tantum occultabatur. Sic Christus, panis vitæ, die Parasceves sepulcro conditur.

Manna. Manna. Cibus cœlitus demissus. Et David: *Panem Angelorum edit homo.* Hoc est, Manna: qui & panis Angelorum vocatur, ut qui ab Angelis suppeditaretur. Vulgo autem Manna vocatur ἀμβλίσιον.

Μαναΐμ. Manaim, dux exercitus, qui Scythas vicit: cujus statua eo in loco erecta est, qui vocatur *Horreum*, vel *Modius*. Erat enim Horreū, ubi nunc stat columna ante domum Crateri. Illic etiam stabat modius æreus prope manus: qui erat justa mensura, ut secundum ejus capacitatem omnes frumentarii frumentum & emerent & venderent; & æquali mensura demensum distribueretur. Hoc autem Valentinianus sancivit: [qui præterea] duodecim modios frumenti solido vendi jussit, nemine contradicente. Unde nautæ cuidam, quod hoc non fecisset, dextra manus amputata est. Hinc etiam effictæ sunt æreæ manus, quibus dantes pariter ac accipientes admonerentur, ne legem latam inique ferrent. Erat ibi etiam Valentiniani statua, examen manu dextera tenens, quæ, quod & ipsa esset argentea, licet parva, ad pactam Barbaris pecuniam solvendam a Curio Protectore ablata est, anno secundo Justiniani.

Μαναΐνος. Manainus. Nomen proprium.

Μανασσῆς. Manasses, Rex Hierosolymorum, Ezechiæ filius, qui annos LV. in Judæa regnavit. Hic fuit impurissimus, & impietatis plenissimus, & sceleratissimus: idemque omnium mortalium idololatriæ fuit addictissimus & maxime sanguinarius: qui etiam magnum illum Esaiam serra dissecuit, & Hierosolyma innocenti sanguine replevit, Idolisque serviit non minus quam Amorrhæi. Quinetiam Domini templum profanavit, & statuam Jovis quatuor vultus habentem in eo collocavit, & augurari, & veneficia exercere, & fœda facinora patrare, & adulterari, & omnis improbitatis gravissima scelera committere non destitit. Quare propter divinam iram comprehensus a Marodacho Assyriorum Rege, vinctus & captivus in urbem Niniven est abductus, & in æneo simulachro inclusus. Cum autem ob delicta se justas pœnas dare intelligeret, Dominum oravit, ut sibi peccatorum

" v. 26. *Et sacrificium. Pro quo LXX ipsum verbum Hebraicum*
" *posuere* מנחה: *sed pessima consuetudine, imo scriptorum negli-*
" *gentia, Manna in nostris libris legitur.* Idem habet ad Ezech. XLV.
" & XLVI. Idem antiquus error adhuc cernitur. Jerem. XVII. 26.
" & XLVIII. 5." Hæc modo laudatus Pearsonius.

1 Καὶ Δαβίδ] Psalm. LXXVII. v. 25.

2 *Μαναΐμ, στρατηγὸς, ὁ νικ.*] Cum hoc loco Suidæ omnino conferendus est Codinus *de Orig. CPolitanis* pag. 35. & Anonymus a Combefisio editus in *Manipulo Originum CPolitanarum*, pag. 6. qui eadem iisdem pene verbis tradunt.

3 Νομίσματι] *Solido* vertit Valesius ad Amm. Marcell. pag. 352. quem vide.

4 Ἦν δὲ καὶ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλ.] Codinus loco laudato eandem rem his verbis narrat: Ἐκεῖ δὲ αὐτοῦ Βαλεντινιανοῦ στήλη ἵστατο εἰς τὴν ἀψῖδα, ἔξαμον ἀργυροῦν τῇ δεξιᾷ κατέχουσα· ὃ καὶ ἡρπάγη εἰς πάκτον παρὰ τοῦ Πρωτίκτορος ἀπὸ χειρὸς, ἐν τῇ δευτέρᾳ ἀρχῇ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου. Anonymus vero a Combefisio editus sic habet: Ἐκεῖ δὲ Οὐαλεντινιανοῦ τοῦ βασιλέως στήλη ἵσταται ἐν τῇ ἀψῖδι, ἔξαμον ἀργυροῦν ἐν δεξιᾷ χειρὶ κατέχουσα, ἁρπαγῆναι εἰς πάκτον, διὰ τὸ καὶ αὐτὸ εἶναι ἀργυροῦν μικρὸν ὑπὸ Κυροῦ Πρωτίκτορος ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ. Sed apud Codinum pro παρὰ τοῦ Πρωτίκτορος ἀπὸ χειρὸς, scribendum esse non dubito, ὑπὸ Κύρου Πρωτίκτορος: i. e. *A Domino Protectore.* Græci enim recentiores κῦρος dicunt pro κύριος. Apud Anonymum quoque a Combefisio editum, & Suidam, pro Κυρίου reponendum est κύρου.

5 Ἁρπαγῆναι] Sic etiam habet Anonymus Combefisianus, ut ex verbis ejus allegatis patet. Sed scribendum potius est, ἣ ἁρπαγῆναι λέγεται. Aliàs enim oratio pendebit.

6 Μανασσῆς] Vide Scaligerum ad Eusebium. Num MCCCV.

7 Παρανομώτατος ὑπὲρ π.———καὶ αἰσχρουργῶν] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Cedrenum pag. 110. ut vir doctus quoque ad marginem Codicis Pearsoniani annotaverat. Confer etiam Georgium Syncellum.

χαιον σώσειεν· ἀγαθοῦ δὲ, εἰ μετάνοιαν ἁμαρτωλοῦ προσοῖτο. καὶ τὸ μὲν ἄγαλμα θείᾳ δυνάμει διεῤῥάγη. ὁ δὲ Θεὸς ἠγάθυνε τὸν βασιλέα, καὶ εἰς Ἱερουσαλὴμ αὐτὸν ἐξέπεμψεν. ὁ δὲ ἐπανελθὼν, καὶ θείας ἀγαθότητος πεῖραν λαβὼν, πάσαν μὲν εἰδωλικὴν κατέστρεψε σκηνήν· τὸ δὲ ἱερὸν τοῦ Θεοῦ ἥγνισε, καὶ τὸν νόμον ἐφύλαξε, καὶ τὴν πόλιν τειχίσας, καὶ ἐπικτίσας, διεῖπε δικαίως καὶ εὐσεβῶς. δεδεμένῳ δὲ ὄντι ἐν φυλακῇ ἐν πέδαις χαλκαῖς ἐν Βαβυλῶνι, ἐδίδουσαν αὐτῷ ἐκ πιτύρων ἄρτον βραχὺν, καὶ ὕδωρ ὀλίγον σὺν ὄξει μεμετρημένῳ, πρὸς τὸ ζῆν αὐτὸν καὶ μόνον. καὶ τότε προσηύξατο πρὸς τὸν Κύριον, Κύριε παντοκράτωρ· καὶ ἐπακούσας ὁ Θεὸς τῆς φωνῆς αὐτοῦ, ἔλυσεν αὐτὸν ἀπὸ τῶν δεσμῶν, καὶ ὑπέστρεψεν εἰς Ἱερουσαλήμ· καὶ λατρεύσας Κυρίῳ ἐξ ὅλης καρδίας, ἐλογίσθη δίκαιος.

Μανδαλωτόν. [1] εἶδος φιλήματος ποικίλον καὶ ἡδύ. [2] Θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον, καὶ μανδαλωτόν. Ἀριστοφάνης φησί.

Μανδάτωρ. [3] εἶδος ἀξιώματος.

Μανδραγόρας. ὑπνωτικὸς καρπὸς, ἢ λήθης ποιητικός. Καὶ φανεῖται πολὺν τὸν μανδραγόραν ἐκπεπωκώς.

Μανδραγορίζω.

Μάνδρων. ὄνομα κύριον. καὶ ἔστι περὶ τούτου παροιμία, ἐν τῷ, Ἐγένετο καὶ Μάνδρων.

Μανδύας. [4] εἶδος ἱματίου, ὅπερ καλεῖται λωρίκιον.

Μάναιχμος, [5] Ἀλωπεκοννήσιος, φιλόσοφος Πλατωνικός. ἔγραψε φιλόσοφα· καὶ εἰς τὰς Πλάτωνος Πολιτείας, βιβλία γ'.

Μάναιχμος, Σικυώνιος, υἱὸς Ἀλκιβίου, ἢ Ἀλκιβιάδου, ἱστορικός. γέγονε δὲ ἐπὶ τῶν διαδόχων. ἔγραψεν ἱστορίαν τῶν κατὰ τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον.

Μάναιθως, Μένδης, [6] ἱερεὺς Αἰγύπτου. ἔγραψε περὶ κατασκευῆς [7] Κυφίων.

Μάναιθως, [8] Διοσπόλεως τῆς Αἰγύπτου, ἢ Σεβεννύτης. Φυσιολογικά. Ἀποτελεσματικὰ δι' ἐπῶν· καὶ ἄλλα τινὰ ἀστρονομούμενα.

Μανέρως, [9] καὶ Περιμανώς. ὀνόματα ᾠδῆς. Εὔβουλος Καμπυλίωνι.

Μάνης. [10] ὄνομα κύριον οἰκέτου. [11] Ἀριστοφάνης Ὄρνισι· Νῦν δ' ἀνδράποδ', ἠλιθίους, Μάνας.

veniam daret. Haud enim magnam esse Dei laudem, si justos servaret. Boni vero esse dixit, si peccatoris pœnitentiam admitteret. Ac illud quidem simulachrum divina potentia diruptum est. Regem vero Deus mitigavit. Quare [Marodachus] ipsum Hierosolyma remisit. Ille vero reversus, divinamque clementiam expertus, omnia simulachrorum tabernacula evertit, Deique templum repurgavit, & legem custodiit, & urbe munita & aucta regnum juste & pie administravit. Ipsi autem, dum esset in carcere ferreis compedibus Babylone constrictus, panem exiguum furfuraceum cum exigua aquæ portione & aceto demenso dabant, tantum ad vitam sustentandam. Tunc autem has preces ad Dominum fudit: *Domine omnipotens*, &c. Deus autem exaudita ejus voce, vinculis eum solvit, & [captivitate liberatus] Hierosolyma rediit: cumque toto corde Deo serviisset, justus est reputatus. *Port.*

Μανδαλωτόν. Genus osculi lascivum & suave. Aristophanes: [*Quam suave est hoc carmen*, &] *effœminatum*, & *lascivum*, & *molle*.

Μανδάτωρ. Mandator. Genus dignitatis.

Μανδραγόρας. Mandragoras. Fructus soporem, vel oblivionem inducens. *Et apparebit, cum multum mandragoræ hausisse.*

Μανδραγορίζω. Mandragoram comedo.

Μάνδρων. Mandron. Nomen proprium. De hoc vide proverbium v. Ἐγένετο καὶ Μάνδρων.

Μανδύας. Genus vestimenti, quod *loricium* vocatur.

Μάναιχμος. Manæchmus, Alopeconnesius, Philosophus Platonicus. Scripsit Philosophica; & in Platonem *de Republ.* libros III.

Μάναιχμος. Manæchmus, Sicyonius, filius Alcibii, vel Alcibiadis, historicus: qui sub [Alexandri M.] successoribus vixit. Scripsit historiam Alexandri Macedonis.

Μάναιθως. Manæthos, Mendesius, sacerdos Ægyptius. Scripsit de compositione κυφίων.

Μάναιθως. Manæthos, Diospolitanus, Ægyptius, vel Sebennytes. [Scripsit] Physiologica. Apotelesmatica versibus: & alia quædam Astronomica.

Μανέρως. Maneros, & Perimanos. Nomina cantionis. Eubulus *Campylione*.

Μάνης. Manes. Nomen proprium servi. Aristophanes *Avibus*. *Nunc vero mancipia, fatuos, & Manas.*

1 Μανδαλωτόν. εἶδος φιλήματος ποικ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Acharnens.* pag. 427.

2 Θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον, καὶ μανδ.] Aristophanes *Thesmophor.* pag. 773. (515. Ed. Bas. *P.*)

Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες,
Καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον,
Καὶ μανδαλωτόν.

Hunc locum Suidas hic repetere voluit.

3 Μανδάτωρ] Vide de hac voce Dufrenium in Glossario Græco. Confer etiam Nostrum infra v. Πεδάτωρ.

4 Μανδύας] Et de hac voce consulendus est Dufrenius in Glossario Græco.

5 Ἀλωπεκοννήσιος] Antiquissimus codex MS. Paris. addit, κατὰ δέ τινας, Προικοννήσιος: quæ verba procul dubio a festinantibus librariis omissa fuerunt, propter similem terminationem vocis Ἀλωπεκοννήσιος & Προικοννήσιος.

6 Ἱερεὺς Αἰγύπτου] MSS. Paris. habent, τῆς Αἰγύπτου ἀρχιερεύς.

7 Κυφίων] Vide de hac voce Lexica vulgata: itemque Kircherum II. *Oedip. Ægypt.* 2. pag. 539.

8 Μάναιθως, Διοσπ.] De hoc Manethone videndus omnino est Vossius *de Hist. Gr.* lib. I. cap. XIV. & Marshamus in Προκατασκευῇ Canonis Chronici.

9 Μανέρως] Vide Pollucem lib. IV. cap. VII. & Nostrum supra v. Ἀνακκάς.

10 Μάνης] Nomen hoc apud veteres servis frequentissime imponi solebat, ut ex pluribus veterum scriptorum locis constat. Anthol. lib. III. cap. XIII. exstant duo Epigrammata in servos, quibus nomen erat Μάνης: ubi vide, quæ notavit Brodæus. Pherecrates apud Athenæum lib. VI. pag. 263.

Οὐ γὰρ ἦν τότ' οὔτε Μάνης οὔτε Σάκης οὐδεὶς
Δοῦλος, ἀλλ' αὐτὰς ἔδει μοχθεῖν ἅπαντα.

Vide etiam Eustathium ad Homerum.

11 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 566. (389. Ed. Bas. *P.*) sed ubi legitur Μανᾶς, cum circumflexo in ultima.

Μάνης.

Μάνης. οὗτος ὁ τρισκατάρατος ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ βασιλέως ἐφάνη, Χριστὸν ἑαυτὸν καὶ πνεῦμα ἅγιον φανταζόμενος· μαθητὰς ιβ', ὡς ὁ Χριστὸς, ἐπαγόμενος, καὶ ἐκ πάσης αἱρέσεως, εἴ τι κακὸν, ἐρανισάμενος, ἐκ Περσίδος εἰς τὴν Ῥωμαίων γῆν κατὰ Θεοῦ συγχώρησιν εἰσέφρησεν. [1] οὗτος, ὁ καὶ Μάνης καὶ [2] Σκυθιανὸς λεγόμενος, Βραχμὰν ἦν τὸ γένος· διδάσκαλον δὲ ἔσχε Βουδδᾶν, τὸν πρώην καλούμενον [3] Τερέβινθον· ὃς παιδευθεὶς τὰ Ἑλλήνων, τὴν Ἐμπεδοκλέους ἠγάπησεν αἵρεσιν, δύο ἀρχὰς λέγοντος ἀντικειμένας ἀλλήλαις, νεῖκος καὶ φιλίαν. εἰσελθὼν δὲ ἐν Περσίδι, ἐκ παρθένου ἑαυτὸν ἔφασκε γεγεννῆσθαι, καὶ ἐν τοῖς ὄρεσιν ἀνατραφῆναι. καὶ [4] συγγραψάμενος βιβλία δ', τὸ μὲν ἐπωνόμασε τῶν Μυστηρίων, τὸ δὲ, τὸ Εὐαγγέλιον, τὸ δὲ, τὸν [5] Θησαυρὸν, τὸ δὲ τῶν Κεφαλαίων. καὶ ὁ μὲν Βουδδᾶς οὗτος, ὁ καὶ Τερέβινθος, ὑπὸ πνεύματος ἀκαθάρτου συντριβεὶς, ἀπώλετο. γυνὴ δέ τις, παρ' ᾗ κατέλυσε, τὰ χρήματα αὐτοῦ καὶ τὰς βεβήλους βίβλους κληρονομήσασα, ὠνεῖται παιδάριον ἐτῶν ἑπτὰ, τοὔνομα Κούβρικον, ὃν καὶ διδάξασα γράμματα, καὶ ἐλευθερώσασα, κληρονόμον αὐτῆς πάντων καθίστησιν. ὁ δὲ λαβὼν τὰ βιβλία τοῦ Βουδδᾶ, καὶ τὰ χρήματα, διήρχετο τὴν Περσίδα, Μάνην ἑαυτὸν ὀνομάζων, καὶ τῆς πλάνης τοῦ Βουδδᾶ συνίστωρ γενόμενος, τὰ βιβλία ἴδια [6] πονήματα ἔλεγεν. ὃν ὁ βασιλεὺς Περσῶν ἐξέδειρε ζῶντα, ὡς αἴτιον θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ γενόμενον. νοσοῦντος γὰρ, καὶ θεραπείας πολλῆς παρὰ τῶν ἰατρῶν τυγχάνοντος, οὗτος ὑπέσχετο χωρὶς ἰατρῶν ὁ Κούβρικος ἀναστῆσαι αὐτὸν καὶ ἀποστήσας τοὺς ἰατροὺς, ἐθανάτωσεν αὐτόν. ὁ οὖν Μάνης οὗτος ἀποβαλλόμενος τὴν παλαιὰν διαθήκην, καὶ τὴν κτίσιν πᾶσαν καὶ τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν οὐκ ἀγαθοῦ τινος εἶναι Θεοῦ βλασφημῶν, ὑπὸ φθορὰν καὶ ἀλλοίωσιν οὖσαν· τὴν νέαν ὡς ἀγαθοῦ δῆθεν προσίεται Θεοῦ· καὶ κατὰ φαντασίαν καὶ δόκησιν τὸν Χριστὸν πεφηνέναι ἐτερατεύετο· καὶ καταδύσεις τινὰς ἐναγεῖς καὶ νυκτερινὰς, καὶ παρανόμους μίξεις, καὶ ἀρρητοποιίας, καὶ εἱμαρμένην, καὶ μετενσωματώσεις, καὶ ἄλλα τινὰ Ἑλληνικὰ διδάσκων. περὶ οὗ καὶ [7] Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρεσβύτερος φησί· Μάνης, ὃς φαντασίᾳ τινὶ ψιλῇ καὶ σχήματι διακένῳ σώματος ἀνθρωπείου πεφανερῶσθαι τὸν Κύριον ἐφαν-

Μάνης. Manes. Hic execrabilis homo sub Aureliano Imperatore exstitit, se Christum & Spiritum S. esse comminiscens, & XII discipulos, ut Christus, secum habens: qui cum ex omnibus hæresibus, quæ in iis mala erant, collegisset, ex Perside Dei permissu in ditionem Romanam venit. Hic, qui & Manes & Scythianus vocabatur, fuit genere Brachman; præceptoremque habuit Buddam, Terebinthum antea vocatum: qui Græcorum literis institutus, Empedoclis sectam adamavit, duo principia inter se contraria statuentis, litem & amicitiam. In Persidem autem ingressus, ex virgine se natum esse dicebat, & in montibus educatum. Quinetiam conscriptis quatuor libris, unum eorum vocavit *Mysteriorum*; secundum, *Euangelium*; tertium, *Thesaurum*; quartum, *Capitum*. Atque Buddas quidem iste, qui & Terebinthus, ab impuro spiritu contritus interiit. Mulier vero quædam, apud quam diversabatur, bona ejus & profanos libros per hæreditatem adepta, puerum septennem emit, nomine Cubricum, quem & literas docuit, & manumisit, omniumque suorum bonorum hæredem instituit. Ille vero acceptis Buddæ libris & bonis, Persidem pervagabatur, Manem se nominans, & imposturæ Buddæ conscius, illius libros sua vocabat opera: quem Rex Persarum vivum excoriavit, ut qui filio ipsius causa mortis exstitisset. Cum enim ille ægrotaret, & a Medicis diligenter curaretur, Cubricus iste promisit, se absque medicorum ope eum sanitati restituturum esse. Sed remotis medicis puerum necavit. Hic igitur Manes vetus Testamentum rejecit, mundique & hominis creationem, utpote corruptioni & mutationi obnoxiam, a bono Deo profectam esse impie negavit. Novum Testamentum vero, utpote boni Dei, admisit. Christum non revera, sed sub inani tantum specie hominibus apparuisse, nova & prorsus inaudita temeritate asseruit: idemque impura quædam sacra subterranea & nocturna, & illegitimos coitus, & nefarias obscœnitates, & Fatum, & animarum in alia corpora migrationes, & alia quædam a Græcis sumpta docuit. De hoc & Theodorus, Raithi Presbyter, ait: Manes, qui nuda tantum & inani

1 Οὗτος, ὁ καὶ Μάνης καὶ Σκυθιανὸς λεγ.] Hæc, & quæ sequuntur usque, ad finem articuli, ad verbum etiam leguntur apud Cedrenum pag. 259. 260.

2 Καὶ Σκυθιανὸς λεγόμενος] Idem etiam affirmat Theodoretus *Heret. Fab.* lib. 1. cap. XXXV. Sed Cyrillus Hierosolymit. *Catech.* VI. p. 57. Scythianum ab hoc Manente expresse distinguit, ejusque antecessorem statuit: cum quo facit Epiphanius *Adv. Heres.* Tom. II. lib. II. pag. 618. Vide etiam Gatakerum Miscell. Posthum. cap. XXXV. pag. 791.

3 Τερέβινθον] Τέρβινθον eundem vocat Cyrillus loco laudato.

4 Καὶ συγγραψάμενος βιβλία δ'] Hæc vel ad Manentem, vel, cujus proxime ante mentio fit, Terebinthum referri possunt. At neuter illorum, secundum Cyrillum, sed eorum antecessor Scythianus, quatuor illos libros, qui hic recensentur, scripsit. Verba ejus hæc sunt: Σκυθιανός τις ἦν ἐν Αἰγύπτῳ, Σαρακηνὸς τὸ γένος, οὐδὲν κοινὸν, οὔτε πρὸς Ἰουδαϊσμὸν, οὔτε πρὸς Χριστιανισμὸν κεκτημένος. Οὗτος τὴν Ἀλεξάνδρειαν οἰκήσας, καὶ τὸν Ἀριστοτελικὸν μιμησάμενος βίον, τέσσαρας βίβλους συνέταξε· μίαν καλουμένην Εὐαγγέλιον, οὐ Χριστοῦ πράξεις περιέχουσαν, ἀλλ' ἁπλῶς μόνον τὴν προσηγορίαν· καὶ μίαν ἄλλην, καλουμένην Κεφαλαίων· καὶ μίαν τρίτην, Μυστηρίων· καὶ τετάρτην, ἣν νῦν περιφέρουσι, Θησαυρῶν. Μαθητὴς δὲ ἦν τούτου Τερέβινθος. Id est, interprete Joanne Prevotio: "Scythianus quidam erat in Ægypto, "genere Saracenus, nihil commune cum Judaismo, nihil cum "Christianismo habens. Hic cum Alexandriam inhabitaret, & vi-"tam imitaretur Aristotelicam, libros quatuor composuit: unum, "quem *Euangelium* vocavit, non quidem facta Christi continen-"tem, sed simpliciter solum nuncupationem: & alterum, quem "*Capitum* appellavit: tertium, *Mysteriorum*; & quartum, quem "hoc tempore circumferunt, *Thesaurorum*. Hujus autem disci-"pulus erat Terbinthus nomine." Idem etiam affirmat Epiphanius *Advers. Heres.* Tom. II. lib. II. pag. 619. his verbis: Ἐν τούτοις γὰρ ὁ προειρημένος Σκυθιανὸς πεπληθυκὼς τὴν διάνοιαν, λαβὼν παρὰ Πυθαγόρου τὰς προφάσεις, ἕτερος ἐφρόνησε, καὶ βίβλους τέσσαρας ἰδίᾳ τῇ πλάνῃ ἐποίησε, τῇ μιᾷ ὀνομαζόμενος Μυστηρίων· τῇ δὲ δευτέρᾳ, Κεφαλαίων· τῇ τρίτῃ, Εὐαγγέλιον· τῇ τετάρτῃ, Θησαυρῶν. Horum virorum auctoritas facit, ut Suidæ fidem hic derogandam esse censeam.

5 Θησαυρὸν] Θησαυρῶν habent Cyrillus, Epiphanius, & Cedrenus, locis laudatis: quæ lectio & Suidæ restituenda est.

6 Πονήματα] Sic habent MSS. Parif. itemque Cedrenus loco laudato. At priores Editt. ποιήματα.

7 Θεόδωρος ὁ τῆς Ῥαϊθοῦ πρ.] In libello *de Incarnatione Domini*, qui hodie adhuc exstat.

πάθη καὶ ἀνείρωξεν, ὡς πάσχειν μὲν δοκεῖν αὐτὸν καὶ πράττειν, ἅπερ ἔδρα καὶ ἔπασχε καθ' ἡμᾶς· μηδὲν δὲ τούτων ἀληθείᾳ καὶ πράγματι ὑπάρξαι, ἀλλὰ δοκήσει μόνον καὶ ἀπάτῃ, [1] ἀποβουκολῶν τοὺς ἀνθρώπους, οἷς καὶ συναναστράφθαι νενόμισται. Διὰ τοῦτο καὶ φύσεις δύο παραιτεῖται ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ λέγειν, ἀλλὰ μίαν τῆς θεότητος. Παῦλος δέ τις, σύγχρονος αὐτοῦ, Ἐπίσκοπος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον ἔφη, ὡς ἕνα τῶν Προφητῶν. Ἐκ τούτου καὶ οἱ Παυλιανοί.

Μάνης. ἀνδριάς. ἔστιν ἐν τῷ Κόπλαβος.

Μάνης. ὄνομα Περσοῦ. ὃς ἀποδρὰς ἐκ τῆς τῶν Περσῶν βασιλείας ἐπὶ τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου, τὰ Χριστιανῶν ἐτάραττε δόγματα. κλίνεται Μάνεντος.

Μανιάκης. [2] ὁ περιαυχένιος κόσμος. [3] Μανιάκαις καὶ περιχείροις ἦσαν κατακεκοσμημένοι.

Μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὅμοιαι. Τῶν μανιῶν αἱ μὲν εἰσὶν ἄτοποι, ὡς αἱ τῶν παραπαιόντων· αἱ δὲ, αἱρεταὶ καὶ εὐχῆς ἄξιαι, οἷαι τῶν ποιητῶν καὶ τῶν χρησμολόγων.

•Μανίη. μανία.

Μανιῶν. πληθυντικῶς. ἀντὶ τοῦ, μανίας.

Σὺ [4] δ' εἰς τοσοῦτον τῶν μανιῶν ἐλήλυθας.

λέγουσι δὲ καὶ ἑνικῶς· τὸ δὲ πλεῖστον πληθυντικῶς.

Τὸ [5] γὰρ παράδειγμα τῶν μανιῶν ἀκούετε.

Ἀριστοφάνης. καὶ Ὅμηρος εἰς τὸ αὐτὸ πλάστιγγα τῇ μανίᾳ τὴν μέθην τίθησιν.

Μανιχαῖος. αἱρεσιάρχης. Ἢ [6] ἀπὸ τοῦ Μάνεντος καὶ Μανιχαίου.

Μανθάνειν, γένεσις ἐπιστήμης. καὶ μανθάνω, ἀντὶ τοῦ ἀκούω. Μανθάνω γὰρ καὶ τοῦτο, ὅτι Μένανδρος ὁ κωμικὸς παρ' ὀλίγον ἦλθε κριθῆναι δι' οὐδὲν ἄλλο, ἢ διότι φίλος ἦν αὐτῷ.

Μάννον. Ὁ δὲ [7] παρὰ Μάννον ἀπεχώρησε, δεξιάς τε παραβὰς, ἃς βασιλεὺς ἔδωκε, καὶ ὅρκους πατήσας, οὓς ὤμοσε.

Μανόν. ἀραιόν. χαῦνον. ἢ ἀνωφερὲς, ὡς φλόξ. καὶ μανός. ὁ μαινόμενος. ὁ μὴ ἰσχυρὸς ταῖς φρεσί. καὶ ἡ [8] μάννα ἀπὸ τοῦ τετρῖφθαι ὠνόμασται. Μανοὺς δὲ γενομένους τοὺς καλάμους, καὶ διύγρους ἐκ τῆς ἄγαν διαβροχῆς, καταρραίνειν οἴνῳ, καὶ διδόναι τροφὴν τοῖς ὑποζυγίοις.

Μανόν. διαφέρει τοῦτο τοῦ ναστοῦ. ἔστιν ἐν τῷ Ναστόν.

Μανότερος.

Μαντεύομαι. αἰτιατικῇ.

Μαντεία. ὁ χρησμός.

corporis humani specie Dominum apparuisse falso sibi persuasit & vere somniavit, ut pati quidem & agere videretur, quæ more humano agebat & patiebatur: at nihil horum vere & re ipsa exstitisse, sed falsa tantum specie ab eo delusos esse homines, cum quibus conversari visus esset. Quamobrem etiam duas in Christo naturas esse negat, sed unam tantum, divinam nempe, [ei tribuit.] Paulus vero quidam, ejus æqualis, Antiochiæ Magnæ Episcopus, Dominum nudum hominem esse dixit, ut unum de Prophetis. Ab hoc & Pauliani [nomen acceperunt.]

Μάνης. Statua [quædam, sic vocata.] Est in voce Κόπλαβος.

Μάνης. Manes. Nomen Persæ: qui ex Persarum regno profugus sub Constantino Magno, Christianorum dogmata turbavit. Declinatur, Μάνεντος. Manentis.

Μανιάκης. Ornamentum colli, vel cervicis. Torques. *Torquibus & armillis erant ornati.*

Μανίαι δ' οὐ π. *Insania non est omnibus eadem.* Insania, alia quidem est absurda, ut delirantium: alia vero expetenda & exoptanda, veluti poetarum & vatum.

Μανίη. [Jonice, pro] *μανία*. Insania. Furor.

Μανιῶν. Pluraliter dictum est pro *μανίας*, insaniæ. [Aristophanes:] *Tu vero eo insaniæ progressus es.* Dicunt vero etiam singulariter, [*μανία*:] at plerumque pluraliter, [*μανίαι*.] *Exemplum enim insaniæ auditis.* Aristophanes. Et Homerus ebrietatem & insaniam in eadem lance collocat.

Μανιχαῖος. Manichæus. Hæresiarcha. Vel a Manente & Manichæo.

Μανθάνειν, γένεσις ἐπιστ. Discere, est scientiæ generatio. Et *μανθάνω*, audio. *Audio etiam & hoc, parum abfuisse, quin Menander Comicus in Judicio damnaretur, nullum aliud ob crimen, quam quod ipsi amicus esset.*

Μάννον. Mannum. [Nomen proprium.] *Ille vero ad Mannum abiit, violata fide, quam Rex dederat, & spreto jurejurando, quo se obstrinxerat.*

Μανόν. Rarum. Laxum. Vel, quod sursum fertur, ut flamma. Et *μανός*. Insanus. Qui non est mente firma. Et Manna dicta est inde, quod sit trita. *Calamos autem raros & ob nimiam irrigationem humidos, vino conspergi, & jumentis pro pabulo dari jussit.*

Μανόν. Rarum. Laxum. Differt a *ναστόν*. Vide in v. Ναστόν.

Μανότερος. Rarior. Laxior. Fungosior.

Μαντεύομαι. Accusativo jungitur. Vaticinor.

Μαντεία. Vaticinium. Oraculum.

1 Ἀποβουκολῶν] Apud Theodorum Presbyt. rectius legitur, ἀποβουκολεῖν.

2 Μανιάκης] Vox hæc ea, quam Suidas hic tradit, significatione, occurrit in Græca Veteris Testam. versione, III. Esdr. cap. III.

3 Μανιάκαις καὶ περιχ.] Hæc sunt verba Polybii lib. II. cap. XXIX. sed ubi legitur *μανιάκαις*.

4 Σὺ δ' εἰς τοσοῦτον τῶν μ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Nubibus*, pag. 173. (103. Ed. Bas. *P.*)

5 Τὸ γὰρ παράδειγμα τῶν μ.] Et hic senarius est Aristophanis in *Pace* pag. 628. (436. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi veterem Enarratorem, cujus verba Suidas hic descripsit.

6 Ἢ ἀπὸ τοῦ Μάνεντος καὶ Μαν.] Quid verba ista hic sibi velint, non video.

7 Ὁ δὲ παρὰ Μάννον ἀπεχ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀπεχώρησε, & v. Δεξιάς. Sed posteriore loco scriptum est παρὰ Μάννου ἀπεχ. i.e. *A Manno discessit.*

8 Καὶ ἡ μάννα ἀπὸ τοῦ τετρῖφθαι ὠνόμασται] Sic etiam habet Photius in Lexico inedito: sed quæso, quo sensu? Quid enim hic sibi vult *μάννα*? Aut, quomodo ea vox a *τετρῖφθαι* deduci potest? Quare statuat Lector, utrum locus hic litura sanandus sit, an vero amplius de eo cogitandum.

Μαντίας.

Μαντίας. ὄνομα κύριον.

Μαντίας. Mantias. Nomen proprium.

Μαντεῖον. ἔστιν ἐν τῷ Δωδωναῖον χαλκεῖον, καὶ ἐν τῷ Δωδώνη.

Μαντεῖον. Oraculum. Vide in v. Δωδωναῖον χαλκεῖον, & in v. Δωδώνη.

Μαντινέων [1] διοικισμός. εἰς πέντε κώμας τὴν Μαντινέων πόλιν διῴκισαν οἱ Λακεδαιμόνιοι· καὶ ἐκλήθη τοῦτο Μαντινέων διοικισμός.

Μαντινέων διοικισμός. Mantinensium simul habitantium dispersio. Lacedæmonii urbem Mantinensium in quinque oppida diviserunt: quod vocatum est Μαντινέων διοικισμός.

Μαντίνεια. πόλις Ἀρκαδική. καὶ Μαντινεῖς, ἐθνικόν. καὶ Μαντινικός, τόπος. ἔστιν [2] ἐν τῷ Πλίνθος.

Μαντίνεια. Mantinea. Urbs Arcadica. Et Μαντινεῖς, nomen gentile. Mantinenses. Et Μαντινική, regio Mantinensium. Vide in v. Πλίνθος.

Μαντίνειον. ὄνομα τόπου.

Μαντίνειον. Mantineum. Loci nomen.

Μαντίνη. ὄνομα κύριον.

Μαντίνη. Mantine. Nomen proprium.

Μαντιπόλος.

Μαντιπόλος. Vates.

Μάντις. μάντις, μάντεως, μάντει, ἡ δοτική. Μάντις, γενικῶς· θυοσκόοι, ἱερεῖς, εἰδικῶς. † Ἔστιν [3] ἀκρὶς δυσκίνητος, χλωρά, καλουμένη μάντις, ἧς τινες προσέχοντες ταῖς κινήσεσι, μαντεύονται.

Μάντις. Vates. In genitivo, μάντεως: & in dativo μάντει. Μάντις est nomen generale: at θυοσκόοι, aruspices, & ἱερεῖς, sacerdotes, speciale. † Est locusta quædam tarda & viridis, μάντις vocata, cujus motibus observatis futura prædicere solent [illi, qui arte divinandi callent.]

Μαντοσυνῶν. μαντειῶν. καὶ μαντοσύνη.

Μαντοσυνῶν. Vaticiniorum. Et μαντοσύνη. Vaticinium.

Μαξέντιος, [4] βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον, ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ' αὐτῶν, μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τούτοις ἀκόλουθα. τοῦτο γνοὺς ὁ μέγας Κωνσταντῖνος, ῥύσασθαι τοὺς Ῥωμαίους τῆς ὑπ' αὐτοῦ [5] βασιλείας ἐσπούδαζεν, εὐθύς τε φροντίδα ἐποιεῖτο, τίνα τρόπον καθέλοι αὐτόν. ἐν τοιαύτῃ οὖν φροντίδι ὤν, περὶ μεσημβρινὰς ἡλίου ὥρας [6] εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον πυρὸς σταυροειδῶς γράφοντα, Ἐν τούτῳ νίκα· καὶ γέγονε Χριστιανός. Λικίνιος δὲ, ὁ συμβασιλεύων αὐτῷ, τὰς Ἑλλήνων ψύχων δόξας, ἐμίσει Χριστιανούς, καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ φόβῳ Κωνσταντίνου κινεῖν ὑπεστέλλετο· λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευωρεῖτο. [7] προϊὼν δὲ καὶ φανερῶς ἐπεχείρει· καὶ γίνεται διωγμὸς τοπικός. τὸν δὲ Κωνσταντῖνον οὐκ ἐλάνθανε. νόμῳ γὰρ ὁ Λικίνιος τοὺς Ἐπισκόπους ἐκέλευε μὴ φοιτᾶν παρ' [8] ἀλλήλους, ὡς ἂν μὴ ἔχοι πρόφασιν αὔξεσθαι τὰ Χριστιανῶν. διακοπείσης δὲ τῆς πλαστῆς φιλίας, εἰς ἀπέχθειαν ἦλθον· καὶ τέλος ἀναιρεῖται ὑπὸ Κωνσταντίνου ὁ Λικίνιος.

Μαξέντιος. Maxentius, Romanorum Imperator, Romanos gravissime oppressit, tyrannum se potius erga illos, quam Imperatorem gerens. Nam & ingenuorum hominum uxores impudentissime constuprabat, multosque interficiebat, aliaque id genus facinora perpetrabat. Quibus compertis Imperator Constantinus Romanos jugo tyrannicæ servitutis liberare studens, statim serio cogitare cœpit, qua ratione tyrannum opprimeret. Hujusmodi igitur solicitudine districtus, circa meridiem columnam igneam in cœlo vidit, cruci similem, cui inscripta erant hæc verba: *In hoc vince:* [eoque signo viso,] factus est Christianus. Licinius vero ejus collega, gentilium errores fovens, Christianos oderat. Et palam quidem persecutionem adversus eos concitare minime audebat, metu Constantini. Multis tamen occulte struebat insidias. Tandem vero eos aperto Marte persequi aggressus est: eaque persecutio localis fuit. Constantinum autem ea res non latuit. Licinius enim lege lata Episcopos ad gentiles accedere vetuit, ne scilicet Christianorum religio hujusmodi obtentu propagaretur. Rupto igitur eam ob causam simulatæ amicitiæ fœdere, hostes sibi mutuo facti sunt: & Licinius tandem a Constantino interfectus est.

Μαξιμῖνος, [9] βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν, πολλὴν τὴν μεταβολὴν ἐποιήσατο, τραχύτατα καὶ μετὰ πολλοῦ φόβου τῇ ἐξουσίᾳ χρώ-

Μαξιμῖνος. Maximinus, Romanorum Imperator. Hic rerum potitus, magnopere mutata rerum forma, cum omni acerbitate ac

1 Μαντινέων διοικισμός] Ex Harpocratione. Huc spectant verba illa Polybii lib. IV. cap. XXVII. Οἱ Λακεδαιμόνιοι Μαντινεῖς φίλους ὄντας καὶ συμμάχους ἀναστάτους ποιήσαντες, οὐκ ἔφασαν ἀδικεῖν, ἐκ μιᾶς πόλεως εἰς πλείους αὐτοὺς διοικίσαντες. Id est: *Cum Lacedæmonii Mantinensium sociorum atque amicorum suorum statum atque urbem funditus evertissent, nihil se injuriæ commisisse dictitabant, qui quidem ex uno oppido in plura eos distribuissent.* Eandem historiam tangit Diodorus Siculus lib. XIV. pag. 336. Ammonius autem v. Οἰκίζεται, non Mantineam, sed Megalopolin a Lacedæmoniis διοικισθῆναι refert. Verba ejus hæc sunt: Διοικίζεται πόλις, ἡ ἐκ μιᾶς πόλεως μεγάλης ἰσχυούσης εἰς πολλὰ καταδιαιρουμένη ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν, ἵνα ἀσθενὴς γένηται· ὡς οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ Μεγάλην πόλιν διῴκισαν. Vel ergo ἁμάρτημα μνημονικὸν hic commisit Ammonius: vel ea, quæ refert, ad aliam historiam pertinent.

2 Ἐν τῷ Πλίνθος] Sed ibi mentio fit vocis Μαντινικὴ, non Μαντινικός.

3 Ἔστιν ἀκρὶς δυσκ.] Vide supra v. Ἀκρίς, ubi eadem leguntur.

4 Μαξέντιος, βασιλεὺς Ῥωμ.] Totum hunc articulum consarcinavit Suidas ex Socratis *Histor. Eccles.* lib. 1. cap. 2. 3. 4. ut Pearsonius observaverat.

5 Βασιλείας] Scribe, δουλείας, ut habet Socrates.

6 Εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον πυρὸς σταυροειδῶς γρ.] Locus hic apud Socratem rectius & plenius sic legitur: Εἶδεν ἐν τῷ οὐρανῷ στῦλον φωτὸς σταυροειδῆ, ἐν ᾧ γεγράφθαι ἦν, λέγοντα, Ἐν τούτῳ νίκα.

7 Προϊὼν δὲ καὶ φανερῶς ἐπεχείρει] Emenda & supple ex Socrate, προϊὼν δὲ καὶ φανερῶς αὐτοὺς βλάπτειν ἐπεχείρει.

8 Παρ' ἀλλήλους] Scribendum est παρ' Ἕλλησι, ut habet Socrates. Vel, quod est usitatius, παρ' Ἕλληνας, in casu quarto.

9 Μαξιμῖνος, βασιλεὺς Ῥωμ. —— ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων] Hæc omnia leguntur apud Joannem Antiochenum in Excerptis a Valesio editis, pag. 381. unde ea Suidas descripsit. Maximinus autem, de quo hic agitur, est ille, qui vulgo *Thrax* dicitur, & Alexandrum Severum excepit.

μενος· ἔκ τε ἡμέρου βασιλείας εἰς τυραννίδος ὠμότητα μεταγαγεῖν πάντα ἐπειρᾶτο. Φύσει δὲ ἦν τὸ ἦθος, ὥσπερ καὶ τὸ γένος, βάρβαρος, καὶ τὸ φονικὸν πάτριον ἔχων. εὐθέως οὖν τούς τε φίλους πάντας, οἳ συνῆσαν τῷ Ἀλεξάνδρῳ, συνέδροι τε ὑπὸ τῆς συγκλήτου [1] ἐπιλεχθέντες, ἀπεσκευάσατο, βουλόμενος μόνος εἶναι ἐν τῷ στρατῷ, καὶ μηδένα αὐτῷ παρεῖναι ἐκ συνειδήσεως εὐγενῆ. πλείστους δὲ αὐτῶν καὶ ἀπέκτεινεν, ἐπιβουλὰς ὑποπτεύων. [2] Βασιλεύων δὲ τῆς ἑῴας, πολλὰ μιαρὰ καὶ ἄτοπα καθ' ὑπερβολὴν ἐπεδείξατο· καὶ πρὸς τούτοις διωγμὸν ἀπηνῆ καὶ ἀπάνθρωπον κατὰ πᾶσαν τὴν ἀνατολὴν εἰς τοὺς Χριστιανούς. καθ' ὃν πλεῖστοι τὴν εὐδοκίμαν ἐμαρτύρησαν. ἄξια δὲ τῆς δυσσεβείας αὐτοῦ τὰ προοίμια τῆς μελλούσης αὐτὸν διαδέχεσθαι κολάσεως, εἰκότως πέπονθε. νόσῳ γὰρ δεινοτάτῃ περιπεσὼν, ἀλγηδόνες ἰσχυραὶ τὴν πᾶσαν σάρκα αὐτοῦ διελυμαίνοντο. καὶ τὰ μὲν ἔγκατα διεφθείροντο ὑπὸ τῆς ἐνδομυχούσης σφοδροτάτης πυρώσεως· ἡ δὲ σὰρξ πᾶσα κηροῦ δίκην ἐξετήκετο. λαβροτέρως δὲ φλογιζομένῳ καὶ αὐτὰ συνεφρύγησαν τὰ ὀστᾶ, ὥστε ἐξαφανισθῆναι καὶ τὸν χαρακτῆρα τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς. ἐλεεινῶς δὲ κατασηπόμενος, τοσαύτην δυσωδίαν ἐξέπεμπεν, ὡς οὐδὲν τῶν ἐν τάφοις διαλυθέντων διαφέρειν. ὁ δὲ βραχὺ ἐμπνέων καὶ στενάξας ἀπέθανε.

terrore potestatem exercere cœpit, cum ex molli mansuetoque imperio ad tyrannidis crudelitatem vertere omnia contenderet. Quippe vir ingenio juxta ac genere barbarus, ac more gentis avidissimus cædis erat. Proinde omnes confestim amicos Alexandri atque assessores, e Senatu lectos, ex medio sustulit, quod ipse solus in exercitu esse, & neminem juxta se habere vellet, quem nobilitate potiorem esse conscius sibimet ipse esset: plurimos etiam eorum neci dedit, quod insidias suspectaret. † Hic in Oriente regnans, præter alia nefaria & maxime impia facinora, quæ patravit, persecutionem etiam crudelem & inhumanam per totum Orientem in Christianos excitavit: in qua plurimi viri celebres martyrium passi sunt. Sed impietate sua digna pœnarum, quæ ipsum [post hanc vitam] excepturæ erant, exordia merito passus est. Cum enim in gravissimum morbum incidisset, maximi dolores totum ejus corpus cruciabant, interno coque vehementissimo ardore intestina ejus depascente, & omni reliqua carne ceræ instar liquescente. Cum autem ardore, quo flagrabat, ipsa etiam ossa ejus torrerentur, omnem tandem formam humanam penitus amisit, miserabiliterque computrescens, tantum fœtorem exhalavit, ut a cadaveribus in sepulcro putrefactis nihil differret. Sic igitur animam ægre trahens, & [præ dolore] gemens tandem obiit.

Μάξιμος Τύριος, φιλόσοφος, διέτριψε δὲ ἐν Ῥώμῃ ἐπὶ [3] Κομόδου. [4] ἔγραψε περὶ Ὁμήρου, καὶ τίς ἡ παρ' αὐτῷ ἀρχαία φιλοσοφία. Εἰ [5] καλῶς Σωκράτης οὐκ ἀπελογήσατο· [6] καὶ ἄλλα τινὰ φιλόσοφα ζητήματα.

Μάξιμος. Maximus Tyrius, Philosophus: qui Romæ sub Commodo vixit. Scripsit de Homero, & quæ sit apud eum antiqua Philosophia. Recténe Socrates fecerit, quod accusatus non responderit. Item, alias quasdam quæstiones philosophicas.

Μάξιμος Ἠπειρώτης, ἢ [7] Βυζάντιος, φιλόσοφος, διδάσκαλος Ἰουλιανοῦ Καίσαρος τοῦ παραβάτου. ἔγραψε περὶ ἀλύτων ἀντιθέσεων. [8] περὶ καταρχῶν. περὶ ἀριθμῶν. ὑπόμνημα εἰς Ἀριστοτέλην. καὶ ἄλλα τινὰ πρὸς τὸν αὐτὸν Ἰουλιανόν.

Μάξιμος. Maximus Epirota, vel Byzantius, Philosophus, Juliani Cæsaris Parabatæ magister. Scripsit de Insolubilibus oppositionibus. De principiis. De numeris. Commentarium in Aristotelem: & alia quædam ad eundem Julianum.

Μαπέειν. καταλαβεῖν.

Μαπέειν. Corripere. Comprehendere.

Μαραθίωνος. καὶ Μαραθήσιον, ὄνομα τόπου.

Μαραθίωνος. Marathionis. [A recto Μαραθίων.] Et Marathesium, nomen loci.

Μαραθών. [9] τόπος Ἀθήνησιν· ἀπὸ Μαράθου, υἱοῦ Ἀπόλλωνος. τοῦτον Καλλίμαχος Ἐνώπιον λέγει. τουτέστι δίυγρον, ἢ ἔνυδρον. καὶ Μαραθώνιον ἔργον. καὶ,

Μαραθών. Marathon. Locus Athenis, [sic dictus] a Maratho, Apollinis filio, quem Callimachus vocat Ἐνώπιον, i. e. humidum, vel,

1 Ἐπιλεχθέντες] Sic habent MSS. Paris. itemque Joannes Antiochenus loco laudato. At priores Editt. minus recte, συνεπικληθέντες.

2 Βασιλεύων δὲ τῆς ἑῴας, πολλὰ μιαρὰ καὶ ἄτ.] Hæc, & quæ sequuntur, non de Maximino Thrace, sed Galerio Maximiano intelligenda sunt, ut patet ex Euseb. Hist. Eccles. lib. VIII. cap. XIV. & XVI. Male ergo Ecloga hæc priori absque ulla nota distinctionis subjuncta est, quæ ob argumenti diversitatem inde non solum distinguenda, sed etiam sub alio capite collocanda erat.

3 Ἐπὶ Κομόδου] Imo & ante eum, si vera est sententia doctissimorum virorum, Scaligeri, Jonsii, & Jacobi Capelli, existimantium, Maximum Tyrium unum fuisse ex præceptoribus Marci Antonini: quod tamen in dubium revocat Gatakerus ad Marc. Anton. lib. I. §. XV. quem Lector consulat. Ante Commodum tamen Maximum Tyrium floruisse fidem facit Eusebius in *Chronico*, & qui eum exscripsit, Georgius Syncellus: quippe qui eum ad imperium Antonini Pii referunt.

4 Ἔγραψε περὶ Ὁμήρου, καὶ τίς ἡ π.] Hæc Dissertatio hodie adhuc exstat, præfixo hoc lemmate: Εἰ ἔστι καθ' Ὅμηρον αἵρεσις.

5 Εἰ καλῶς Σωκράτης οὐκ ἀπελογ.] Et hæc dissertatio hodie adhuc in manibus eruditorum versatur.

6 Καὶ ἄλλα τινὰ φιλόσοφα ζητ.] Exstant hodie XLI. Διαλέξεις, sive Dissertationes Maximi Tyrii, varii argumenti, quas novissime in hac urbe cum notis suis edidit eruditus Juvenis Joannes Davisius, Collegii Reginalis hic apud Cantabrigienses Socius.

7 Ἢ Βυζάντιος] Suidæ repugnat Socrates, quippe qui *Hist. Eccles.* lib. III. cap. I. Maximum Philosophum, præceptorem Juliani Imperatoris, (quem tamen non Epirotam, sed Ephesium facit) expresse a Maximo Byzantio distinguit. Verba ejus hæc sunt: Προκόπτοντος δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν ῥητορικὴν, ἐφίσταται τῇ Νικομηδείᾳ Μάξιμος ὁ φιλόσοφος, οὐχ ὁ Βυζάντιος, ὁ Εὐκλείδου πατὴρ, ἀλλ' ὁ Ἐφέσιος, &c. Id est: *Cum autem ille* (Julianus) *in Rhetorica proficeret, advenit Nicomediam Maximus Philosophus, non ille Byzantius, Euclidis pater, sed Ephesius*, &c. Hoc Maximo Julianum Imperatorem doctore & magistro usum esse, Socrates ibidem refert. Ad eundem hodie exstant duæ epistolæ Juliani Imperatoris, XV. & XVI. Plura de eo vide apud Eunapium in *Maximo*.

8 Περὶ καταρχῶν] Hoc opus, initio mutilum, e Codice Mediceo descriptum habet eruditissimus vir Joannes Albertus Fabricius: qui se id cum spicilegio emendationum ad Manethonem editurum esse mihi scripsit.

9 Μαραθών] Vide Meursium in libello *de Pop. Att.* v. Μαραθών.

Μαρα-

[1] Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι. περὶ Μαραθῶνος ἐν τῷ Διεξιφίσω.

Μαραναθά.[2] Ἑβραϊστὶ, [3] ἀντὶ τοῦ, εἶδον τὸν Χριστόν.

Μαραναθά. κατὰ τὴν Ἑβραΐδα φωνὴν λέγεται [4] ἀντὶ τοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν ἦλθε. τὸν δὲ τῆς οἰκονομίας βεβαιῶν λόγον, τοῦτό φησιν· ὡσανεὶ ἔλεγεν, ὁ πάντων ἡμῶν δεσπότης καταβῆναι τοσοῦτον κατηξίωσε, καὶ ὑμεῖς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐστὲ ἁμαρτάνοντες, καὶ οὐ φρίττετε τῆς ἀγάπης τὴν ὑπερβολὴν, τῶν ἀγαθῶν τὸ κεφάλαιον. ἐννόησον γὰρ τοῦτο μόνον, φησὶ, καὶ ἀρκέσει σοι εἰς πάσης ἀρετῆς προκοπὴν· καὶ πᾶσαν δυνήσῃ καταβέσαι τὴν ἁμαρτίαν.

Μαραντώπη. ὄνομα κύριον.

Μάρας,[5] ἀπὸ Βεροίας, τῆς ἐν Συρίᾳ πόλεως, ἀνὴρ τῶν πλουσιωτάτων, ἀλλ' ὅμως ὁ κόρος οὐδεμίαν αὐτῷ ὕβριν ἐνέτικεν. οὐδὲ γὰρ κόρος οὐδεὶς ἐφαίνετο τῶν χρημάτων, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὄργανα ἐποιεῖτο δικαιοσύνης τε καὶ φιλανθρωπίας, ἐπιχορηγῶν τε τοῖς δεομένοις, καὶ φιλοτιμούμενος ἐν τοῖς πολιτεύμασιν. οὕτω παρεῖχεν ἑαυτὸν τοῖς πᾶσιν ἐπιεικῆ καὶ δίκαιον ὥστε οὔτε τῶν πολιτῶν οὐδεὶς αὐτῷ ἐγκέκληκέ ποτε, οὔτε τῶν ξένων, οὔτε ἀστυγειτόνων, οὔτε τῶν ἐν ἀγροῖς ὁμορούντων. οὐ μὴν ταῦτα δικαιοσύνης ἔργα ἀπελογίζετο, εἰ μηδένα ἀδικοίη τῶν πολιτευομένων· ἀλλ' ἐκεῖνα μᾶλλον, εἰ μὴ κάμνοι εὐεργετῶν. τοιγαροῦν οὐ τῶν ἑαυτοῦ μόνον ἐπεμελεῖτο πραγμάτων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, μάλιστα τῶν περικεκλημένων ἔν τε τῷ ἄστει, καὶ κατ' ἀγρούς. μάλιστα δὲ τούτου τεκμήριον, εἴ τις ἠβούλετό τι πωλεῖν, ἤ τις ὠνεῖσθαι τῶν πλησιαζόντων αὐτῷ, ὁ μὲν προσαπῄτει· ὁ δὲ προσετίθει τῷ τιμήματι τῆς ἄλλης ἀξίας, ὑπὲρ αὐτοῦ γέ τοι δήπουθεν, ὑπὲρ τοῦ κτήσασθαι ὅμορον καὶ γείτονα Μάραν, τὸν πάντων ἀνθρώπων δικαιότερον. ὥστε ἐξενίκησεν εἰς παροιμίαν ὁ Μάρας, ἐπὶ δικαίᾳ χρήσει τῶν πέλας.

Μαργαρῖται [6] δηλοῦσι δακρύων ῥόον.

Μαργαίνει. μαίνεται.

Μάργης, καὶ μάργος. μαινόμενος. καὶ ὑπερμαργότερος, ὁ ὑπερμαινόμενος. καὶ γαστρίμαργος, ὁ περὶ τὴν γαστέρα μεμηνώς.

Μαργίτης.[7] Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος ἐπωνυμίαν Ἀλεξάνδρῳ Μαργίτην ἔθετο. ἐκάλουν δὲ τοὺς ἀνοήτους οὕτω.

in aqua degentem. Et, Μαραθώνιον ἔργ. Opus Marathonium. Et, Μαραθωνομάχαι, σφενδ. Marathonomachæ, acerni. De Marathone [verba fiunt] in v. Διεξιφίσω.

Μαραναθά. Maranatha. Hebraice significat, *Vidi Christum*.

Μαραναθά. Maranatha, Hebraica lingua significat, *Dominus noster venit*. Hoc autem dicit, Incarnationis sermonem confirmans; quasi diceret: Omnium nostrum Dominus adeo descendere dignatus est; vos vero in iisdem peccatis perseveratis, nec summam illam charitatem, bonorum caput, reveremini. Hoc enim solum, inquit, considera, idque sufficiet tibi ad omnem virtutis profectum, & omne peccatum ea ratione exstinguere poteris. *Port.*

Μαραντώπη. Marantope. Nomen proprium.

Μάρας. Maras, ex urbe Syriæ Berœa, homo ditissimus, sed quem copia opum non reddebat insolentem. Haud enim ullus in eo fastus ob divitias apparebat, sed iis ad justitiam & humanitatem exercendam ut instrumentis utebatur, indigentibus largiendo, & in Reipubl. administratione se splendidum præbendo. Idem adeo se omnibus æquum & justum præbuit, ut neque civium quisquam ullum crimen ipsi objecerit, neque hospitum, neque vicinorum, neque eorum, qui ruri agros ipsi vicinos habebat. Neque tamen hæc justitiæ officia censebat, si nullum de civibus afficeret injuria: sed illa potius, si benefaciendo non defatigaretur. Quare non solum sua, sed & aliena negotia curabat, præcipue vero illorum, qui & in urbe & ruri prædia sibi vicina possidebant. Ejus vero rei maximum illud est argumentum, quod, si quis [agros vel loca] quædam prædiis ejus vicina vendere, & alter emere vellet; ille pluris ea æstimaret; hic vero majori pretio liceretur, ut scilicet vicinum haberet Maram, omnium hominum justissimum. Quare in proverbium tandem abiit *Maras*, dicique cœpit de iis, qui se æquos & justos erga vicinos præbent.

Μαργαρῖται δηλ. *Margaritæ significant lacrymarum fluxum.*

Μαργαίνει. Furit. Insanit.

Μάργης, & μάργος. Insanus. Et ὑπερμαργότερος, supra modum insanus. Et γαστρίμαργος, ventri admodum addictus.

Μαργίτης. Æschines in oratione contra Ctesiphontem Alexandro cognomen *Margites* tribuit. Sic autem fatuos & stultos vocabant.

1 *Μαραθωνομάχαι, σφενδάμν.*] Aristophanes *Acharnensibus* pag. 397.

> Ἀχαρνικοὶ, στιπτοὶ γέροντες, πρίνινοι,
> Ἀτεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι.

Ad hunc locum Comici Suidas respexit.

2 *Μαραναθά*] Usus est hac voce D. Paulus 1 Corinth. XVI. 22. ubi Theophylactus inquit: *Μαραναθά. Τουτέστιν, ὁ Κύριος ἦλθε. τοῦτο δὲ εἶπεν, ἅμα μὲν τὸν τῆς οἰκονομίας βεβαιῶν λόγον, ἅμα διὰ τοῦτο τὴν ἀνάστασιν· ἅμα δὲ καὶ ἐντρέπων αὐτοὺς, ὅτι ὁ δεσπότης ὑπὲρ ἡμῶν πάντα καταδέξατο*, &c.

3 *Ἀντὶ τοῦ, εἶδον τὸν Χριστόν*] Melior & verior vocabuli hujus interpretatio traditur in voce sequenti.

4 *Ἀντὶ τοῦ, ὁ Κύριος ἡμῶν ἦλθε*] Sic etiam vocem hanc interpretatur Theophylactus, cujus verba in nota præcedenti adduximus. Certe *Mar* apud Syros *dominum* significat; ut vel ex Philone in Flaccum constat, qui *Μάριν* scribit τὸν κύριον ὀνομάζεσθαι παρὰ Σύροις. *Μάριν* enim idem est, quod Syrorum *Mar*, addita tantum terminatione Græca.

5 *Μάρας, ἀπὸ Βεροίας, τῆς ἐν Συρ.*] Hunc articulum excerpsit Suidas ex scriptore aliquo, qui hodie intercidit.

6 *Μαργαρῖται δηλοῦσι δακρ.*] Sic etiam versus hic legitur apud Nicephorum in *Oneirocritico*. At Astrampsychus sic habet:

> Οἱ μάργαροι δηλοῦσι δακρύων ῥόον.

7 *Μαργίτης. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτ.*] Ex Harpocratione: qui plura habet.

Μαργί-

Μαργίτης. [1] ἀνὴρ ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδούμενος· ὃν [2] φασιν ἀριθμῆσαι μὲν μὴ πλείω τῶν ε δυνηθῆναι· νύμφην δὲ ἀγόμενον, μὴ ἅψασθαι αὐτῆς, ἀλλὰ φοβεῖσθαι, λέγοντα, μὴ τῇ μητρὶ αὐτὸν διαβάλλῃ. [3] ἀγνοεῖν δὲ νεανίαν ἤδη γεγενημένον, καὶ πυνθάνεσθαι τῆς μητρὸς, εἴγε ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πατρός ἐτέχθη.

Margites, homo, qui propter stultitiam a Comicis perstringebatur. Ajunt enim cum ultra quinque numerare non potuisse: &, cum uxorem duxisset, eam non tetigisse, præ metu, ne se apud matrem accusaret. Idem cum jam esset adolescens, ignorans, se a matre in lucem editum esse, eam interrogasse fertur, an pater ipsum peperisset.

Μαργῶσαν χεῖρα. μαινομένην.

Μαργῶσαν χεῖρα. Manum insanientem.

Μαρδόνιος. ὄνομα κύριον.

Μαρδόνιος. Mardonius. Nomen proprium.

Μαρδοχαῖος. ὄνομα κύριον. ἔστιν ἐν τῷ Ἀμὰν, καὶ ἐν τῷ Ἐσθήρ.

Μαρδοχαῖος. Mardochæus. Nomen proprium. Vide in v. Ἀμὰν, & v. Ἐσθήρ.

Μάρδοι. ἔθνος τὸ πᾶν λῃσταί· καὶ οὔτ' ἂν εὖ ποιῶν τις αὐτοὺς πιστοὺς κτήσαιτο, οὔτ' αὖ κακώσας ἐς τοσόνδε ταπεινώσειεν, ὡς, εἰ τοῦ φόβου ἀπαλλαχθεῖεν, μὴ ἂν παραυτίκα ἐπιθέσθαι, οἷς πάλαι ὑπέδυσαν.

Μάρδοι. Mardi. Gens tota latrociniis dedita: quos neque beneficiis in fide retinere, neque contra cladibus adeo domare possis, quin metu liberati, statim ad ingenium redeant, & aggrediantur eos, quibus metu territi ante cesserant.

Μάρδοι. ἔθνος πολυάνθρωπον, τραχεῖαν γῆν ἐποικοῦντες, καὶ μόλις ἀφ' ὧν γεωργοῦσι τρεφόμενοι, ἄνιπποι, καὶ πένητες· ὡς καὶ τὴν πρώτην ἀπιστεῖσθαι τύχην.

Μάρδοι. Mardi. Gens numerosa, sed terram asperam inhabitans; adeo ut fructibus agrorum, quos colunt, vix ac ne vix quidem victitare queant. Iidem equis carent, & pauperes sunt; ita ut pristina illorum fortuna nunc fide careat.

Μάρης, [4] ὁ ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος Ἐπίσκοπος, καταλαβὼν Ἰουλιανὸν τὸν Παραβάτην θύοντα τῇ Τύχῃ ἐν τῇ βασιλικῇ Κωνσταντινουπόλει, ἡνίκαυτα χειραγωγούμενος (ἦν γὰρ δὴ πρὸς τῷ γήρᾳ ὑπόχυσιν ὀφθαλμῶν ὑπομείνας) πολλὰ τὸν βασιλέα προσελθὼν περιύβρισε, τὸν ἀσεβῆ καλῶν, τὸν ἀποστάτην, τὸν ἄθεον. ὁ δὲ λόγοις τὰς ὕβρεις ἠμύνετο, τυφλὸν καλέσας, καὶ οὐκ ἄν φησιν οὐδὲ ὁ Γαλιλαῖός σου Θεὸς θεραπεύσῃ σε. Γαλιλαῖον γὰρ εἰώθει καλεῖν τὸν Χριστόν. ὁ δὲ δὴ Μάρης παῤῥησιαίτερον πρὸς τὸν βασιλέα εἶπεν· Εὐχαριστῶ, φησὶ, τῷ Θεῷ, τῷ τυφλώσαντί με, ἵνα μὴ ἴδω τὸ πρόσωπόν σου, οὕτως ἐκπεπτωκότος πρὸς τὴν ἀσέβειαν. οὐδὲν πρὸς ταῦτα ὁ Ἰουλιανὸς ἀπεκείνατο· δεινῶς δὲ καὶ τοῦτο μετήρχετο. ἑωρακὼς γὰρ τοὺς ἐπὶ Διοκλητιανοῦ μαρτυρήσαντας ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν τιμωμένους, προθύμως τε ἀκούων ἐπὶ τὸ μαρτυρῆσαι πολλοὺς ἐπειγομένους, ὥσπερ αὐτῷ τούτῳ τοὺς Χριστιανοὺς ἀμυνόμενος, ἐπὶ ἑτέραν ἐτράπετο. καὶ τὴν μὲν ὑπερβάλλουσαν ὠμότητα ἐπὶ Διοκλητιανοῦ ὑπερέθετο· οὐ μὴν πάντῃ τοῦ διώκειν ἀπέσχετο. διωγμὸν δὲ λέγω, τὸ ὁπωσοῦν ταράττειν τοὺς ἡσυχάζοντας. ἐτάραττε δὲ ὧδε. νόμῳ ἐκέλευε Χριστιανοὺς παιδεύσεως μὴ μετέχειν, ἵνα μὴ, φησὶν, ἀκονώμενοι τὴν γλῶτταν, ἑτοίμως πρὸς τοὺς διαλεκτικοὺς τῶν Ἑλλήνων ἀπαντῶσι. πολλὰ δὲ ἐπὶ πολλοῖς μηχανησάμενος, ἔ-

Μάρης. Mares, Chalcedonis in Bithynia Episcopus, cum Julianum Parabaten Fortunæ immolantem in urbe Regia Constantinopoli deprehendisset, tunc manu ductus (nam præter senium, etiam oculorum suffusione laborabat) ad Imperatorem accedens, eum multis conviciis est insectatus, impium vocans, & apostatam, & religionis expertem. Ille vero verbis convicia ulciscens, cumque cæcum vocans, *Neque tuus ille Deus Galilæus*, inquit, *te sanare possit*. Galilæum enim solebat appellare Christum. Mares vero majori cum fiducia Imperatori dixit: *Gratias ago Deo, qui me luminibus orbavit, ne tuum vultum videam, qui sic in impietatem prolapsus es.* Nihil tum quidem ad hæc Julianus respondit: sed postea cum graviter ultus est. Cum enim vidisset eos, qui sub Diocletiano martyrium obiissent, a Christianis honorari, multosque ultro & alacres ad martyrium subeundum properare; ut hoc ipso quodammodo Christianos ulcisceretur, aliam viam ingressus est, & nimiam quidem illam crudelitatem, qua Diocletianus usus fuerat, omisit: non tamen a persecutione prorsus abstinuit. Persecutionem enim voco, quum homines quieti quovis modo infestantur. Sic autem eos infestavit. Lege lata Christianis interdixit, ne humanioribus disciplinis instituerentur: ne si linguam, ut ajebat, acuissent, Gentili-

1 *Μαργίτης. ἀνὴρ ἐπὶ μωρίᾳ κωμῳδ.*] De hoc Margite, homine insigniter stolido, poema scripsisse fertur Homerus, cujus mentionem faciunt Aristoteles *de Poetica*, cap. IV. Hephæstion *de Metris*, pag. 64. & 67. Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, pag. 584. Harpocratio v. *Μαργίτης*; & alii. Ab aliis tamen poematis hujus auctor fuisse traditur Pigres, ut discimus ex Suida infra v. *Πίγρης*. De hujus autem Margitæ stultitia insignis est locus apud Eustathium ad Odyss. K. pag. 1669. quem hic describam. *Οὕτως ἐγινώσκετο καὶ τὸν ἄφρονα Μαργίτην, τὸν ἀπὸ τοῦ μαργαίνειν, ὅ ἐστι, μωραίνειν· ὃν ὁ ποιητὴς τῆς ἐπιγραφομένης Ὁμήρου Μαργίτης ὑποτίθεται εὐπόρων μὲν εἰς ὑπερβολὴν γονέων φῦναι. γήμαντα δὲ, μὴ συμπεσεῖν τῇ νύμφῃ, ἕως ἀναπεισθεῖσα ἐκείνη, τετραυματίσθαι τὰ κάτω ἐσκήψατο· φάρμακόν τε μηδὲν ὠφελήσειν ἔφη, πλὴν εἰ τὸ ἀνδρεῖον αἰδοῖον ἐκεῖ ἐφαρμοσθείη. καὶ οὕτω θεραπείας χάριν ἐκεῖνος ἐπλησίασεν.* Quis hæc legens non rideat? Polybius in Excerptis a Valesio editis, pag. 58. *Ταῦτα γὰρ οὐχ οἷον Τίμαιον εἰρηκέναι τις ἂν πιστεύσειεν, ἀλλ' οὐδὲ τὸν λεγόμενον Μαργίτην ἐκεῖνον.*

2 *Ὅν φασιν ἀριθμῆσαι μὲν μὴ πλ.*] Idem etiam de Melitide traditur. Vide Nostrum supra v. *Γελοῖος*.

3 *Ἀγνοεῖν δὲ νεανίαν ἤδη γεγενημένον, καὶ π.*] Locus hic procul dubio mutilus est, quem sic supplendum puto: *Ἀγνοεῖν δὲ νεανίαν ἤδη γεγενημένον, ἐξ ὁποίας τῶν γονέων ἐτέχθη· καὶ πυνθάνεσθαι τῆς μητρὸς*, &c. Hanc lectionem in versione expressi.

4 *Μάρης, ὁ ἐν Βιθυνίᾳ Χαλκηδόνος Ἐπ.*] Articulum hunc descripsit Suidas ex Socratis *Hist. Eccles.* lib. III. cap. XII. ut Pearsonius quoque monuit. Confer etiam Photium Cod. CCLVIII. pag. 1418. ubi eadem de Mare historia narratur.

ποιεῖ

πεισέ τινας πρὸς τὸ θύειν ἀπεκλίνετο· ἐν οἷς καὶ Ἐκηβόλιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως σοφιστήν.

um Dialecticis expeditius responderent. Variis autem artibus & machinis adhibitis, quibusdam persuasit, ut [Idolis] immolarent: inter quos & Hecebolio, Sophistæ Constantinopolitano.

Μαριανός,[1] Μάρσου δικηγόρου, τὴν ὕπαρχον Ῥώμης. Ῥωμαῖος γὰρ τὸ ἀρχαῖον. μετῳκήσατο δὲ τοῦ πατρὸς Ἐλευθερόπολιν, μίαν τῆς τῆς πρώτης Παλαιστίνης, ἀπὸ ὑπάτων, καὶ ὕπαρχον, καὶ πατρίκιος γενόμενος, τὸ ἐπιφανέστερον, κατὰ τὸν βασιλέα Ἀναστάσιον. ἔγραψε βιβλία τοσαῦτα· Μετάφρασιν Θεοκρίτου, ἐν ἰάμβοις ͵γρν΄. Μετάφρασιν Ἀπολλωνίου τῶν Ἀργοναυτικῶν, ἐν ἰάμβοις ͵εχη΄. Μετάφρασιν Καλλιμάχου Ἑκάλης, Ὕμνων, καὶ τῶν Αἰτίων, καὶ τῶν Ἐπιγραμμάτων, ἐν ἰάμβοις ͵ϛωι΄. Μετάφρασιν Ἀράτου, ἐν ἰάμβοις ͵αρμ΄. Μετάφρασιν Νικάνδρου τῶν Θηριακῶν, ἐν ἰάμβοις ͵ατο΄ καὶ ἄλλας πολλὰς μεταφράσεις.

Μαριανός. Marianus, Marsi causidici filius, Præfectus urbis Romæ. Nam & nativitate Romanus erat. Postea vero, cum pater Eleutheropolin Palæstinæ primæ urbem migrasset, Consularis, & Expræfectus, &, quod illustrius est, Patricius creatus est sub Imperatore Anastasio. Scripsit libros hos: Metaphrasin Theocriti, Jambis 3150. Metaphrasin Apollonii Argonauticorum, Jambis 5608. Metaphrasin Callimachi Hecales, Hymnorum, Causarum, & Epigrammatum, Jambis 6810. Metaphrasin Arati, Jambis 1140. Metaphrasin Nicandri Theriacorum, Jambis 1370. & alias multas Metaphrases.

Μαριλάδης.[2] ὄνομα. τουτέστι, γέρων Ἀχαρνικός.

Μαριλάδης. Nomen [proprium.] Id est, senex Acharnicus.

Μαρίλη. ἀμαυρὸν πῦρ. ὁ χνοῦς, καὶ τὸ λεπτότατον τῶν ἀνθράκων. Χαλκεὺς οἷά τις γέμων καπνοῦ καὶ μαρίλης. καὶ Κρατῖνος ἐν Ὥραις·[3] Ἔφθαρη μαρίλης τὸν [4] φάρυγγα πλέαν ἔχων. ἡ ἀπὸ τῶν ἀνθράκων σποδιά.[5] Ἀριστοφάνης·

Ὑπὸ τοῦ δέους δὲ τῆς μαρίλης μοι συχνὴν
Ὁ λάρκος ἐπετίλησεν, ὥσπερ σηπία.

Μαρίλη. Ignis languidus & obscurus. Favilla, & tenuissimus carbonum cinis. *Ut faber quidam, oppletus fumo & favilla.* Et Cratinus in *Horis*: *Periit, carbonum cinere plenum habens guttur.* [Significat enim μαρίλη,] pulverem, vel cinerem carbonum. Aristophanes: *Larcus vero præ metu multum carbonum cinerem in me effudit, ut sepia atramentum.*

Μαρῖνα.

Μαρῖνα. Marina. [Nomen proprium.]

Μαρῖνος, Νεαπολίτης, φιλόσοφος, καὶ ῥήτωρ, μαθητὴς Πρόκλου τοῦ φιλοσόφου, καὶ διάδοχος.[6] ἔγραψε βίον Πρόκλου τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου,[7] καὶ καταλογάδην, καὶ ἐπικῶς καὶ ἄλλα τινὰ φιλοσόφων ζητήματα.

Μαρῖνος. Marinus, Neapolitanus, Philosophus, & Orator, Procli Philosophi discipulus & successor. Scripsit Procli sui magistri vitam, & soluta oratione, & versu. Item, alias quasdam quæstiones Philosophicas.

Μαρῖνος.[8] οὗτος τὴν Πρόκλου διατριβὴν παραδεξάμενος, Ἰσιδώρου τοῦ φιλοσόφου τῶν Ἀριστοτέλους λόγων κατηγησάμενος, ἐλθόντι τὸ δεύτερον Ἀθήναζε, τοῦ κοινοῦ διδασκάλου τετελευτηκότος, ἐπέδειξεν αὐτῷ συγγεγραμμένον ὑπόμνημα πρὸς ἑαυτοῦ στίχων παμπόλλων εἰς τὸν Πλάτωνος Φίληβον, ἐντυχεῖν τε καὶ ἐπικρῖναι κελεύσας, εἰ ἐξοιστέον εἴη τὸ βιβλίον. ὁ δὲ ἀναγνοὺς ἐπιμελῶς, οὐδὲν ἀπεκρύψατο τῶν αὐτῷ δοκούντων· οὐ μήν τοι ἄμουσον ἀφῆκε φωνὴν οὐδεμίαν· τοσοῦτον δὲ ἔφη μόνον· ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου ὑπομνήματα εἰς τὸν διάλογον. συνεὶς δ᾽ ἐκεῖνος, παραυτίκα διέφθειρε τὸ βιβλίον πυρί· ἤδη δὲ καὶ πρό-

Μαρῖνος. Marinus. Hic suscepta Procli Schola, cum Isidorum Philosophum instituisset Aristotelica doctrina, & is Athenas iterum venisset, communi præceptore defuncto, ostendit ei prolixum commentarium, a se conscriptum, in Platonis Philebum, eumque legere, & suum de eo judicium interponere jussit, an is liber in lucem esset edendus. Ille vero, cum eum accurate legisset, suam sententiam nullo modo dissimulavit; nullam tamen inelegantem vocem edidit, sed illud tantum dixit, sufficere præceptoris commentarios in illum dialogum. Ille vero, cum [ejus de eo libro judicium] intellexisset, confestim

1 Μαριανός] Hic Μαρῖνος appellatur Σύρος ab Euagrio *Hist. Eccl.* lib. III. cap. XLII. ubi vide Valesium.

2 Μαριλάδης. ὄνομα. τουτέστι γέρων Ἀχ.] Aristophanes *Acharnens.* pag. 460.

Τουτὶ δὲ μηδὲν εἶπον, ὦ Μαριλάδη.

Scholiasta ad eum locum: Ὦ Μαριλάδη. ἀπὸ τῆς μαρίλης· ὅτι τὸ ἀμαυρὸν πῦρ δηλοῖ. τουτέστιν, ὦ γέρον Ἀχαρνικέ. Huc Suidas respexit.

3 Ἔφθαρη μαρίλης τὴν φ.] Metrum fragmenti hujus luxatum est, quod sic vel alio modo in integrum restitui potest:

——————————— Ἔφθαρη
Οὗτος μαρίλης τὴν φάρυγγα πλέαν ἔχων.

4 Τὴν φάρυγγα] Hæ duæ voces in prioribus Editt. desunt, quas ex MSS. Paris. revocavi.

5 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 388. (286. Ed. Bas. *P.*)

6 Ἔγραψε βίον Πρόκλου] Hæc Vita Procli, a Marino conscripta, hodie adhuc exstat, quam parte posteriore auctiorem Hamburgi nuper edidit vir exquisitæ eruditionis Joannes Albertus Fabritius, a quo & alia præclara Orbis eruditus expectat.

7 Καὶ καταλογάδην, καὶ ἐπικῶς· καὶ ἄλλα τινὰ φιλ.] Locus hic turbatus mihi videtur, quem modo laudatus Joannes Albertus Fabritius in Prolegomenis ad Marini Proclum sic restituendum esse putat: Ἔγραψε βίον Πρόκλου, τοῦ αὐτοῦ διδασκάλου· φιλοσόφων ζητήματα· καὶ ἄλλα τινὰ καὶ καταλογάδην, καὶ ἐπικῶς. Sic sane Suidam scripsisse, vel scribere debuisse censeo, quoniam lectio ista sensum hujus loci concinniorem reddit.

8 Μαρῖνος. οὗτος τὴν Πρόκλου διατρ.] Tota hæc de Marino Ecloga descripta est ex Damascio, ut patet ex Photio, apud quem in Excerptis ex Damascio pag. 1036. nonnulla eorum, quæ Suidas hic tradit, αὐτολεξεὶ quoque leguntur. En Photii verba: Μαρῖνος δὲ, ὁ Πρόκλου διάδοχος, ὁ καὶ Ἰσιδώρου μετὰ καὶ ἄλλων τῶν Ἀριστοτέλους λόγων διδάσκαλος, ὑπόμνημα πολύστιχον εἰς Φίληβον συντάξας τοῦ Πλάτωνος. οὗτος τὸν Ἰσίδωρον ἐντυχεῖν τι τῷ ὑπομνήματι κελεύει, καὶ ἐπικρῖναι, εἰ ἐξοιστέον. ὁ δὲ ἀναγνοὺς, οὐδὲν ἀπεκρύψατο τῶν αὐτῷ δοκούντων· οὐ μήν τοι οὐδὲ ἄμουσον ἀφῆκε φωνὴν, τοσοῦτον δὲ μόνον ἔφη, ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου. ὁ δὲ Μαρῖνος συνεὶς, πυρὶ διέφθειρε τὸ βιβλίον. Qui hæc cum verbis Suidæ contulerit, nullus utique dubitabit, quin Noster ex eodem auctore, ex quo Photius, (id est, ex Damascio, ut diximus,) sua deprompserit.

τερον δι᾽ ἐπιστολῆς ἐκοινώσατο πρὸς αὐτὸν τὴν ἑαυτοῦ δόξαν [περὶ] τῆς εἰς Παρμενίδην ὑποθέσεών τε καὶ ἐξηγήσεων· τά τε ἐπιχειρήματα συντάξας, ἔπεμψεν οἷς ἐπείθη, μὴ εἶναι τὸν διάλογον περὶ Θεῶν ὁ Μαρῖνος, ἀλλὰ περὶ εἰδῶν. ἐφ᾽ ᾧ καὶ ὑπομνήματα κατεβάλετο, τοῦτον ἐξηγούμενα τὸν τρόπον τὰς Παρμενίδου διαλεκτικὰς ὑποθέσεις. ὁ δὲ καὶ πρὸς ταύτην ἀντιγράφει τὴν ἐπιστολὴν, μυρίαις ὅσαις ἀποδείξεσι καταβαλλόμενος, ἀληθεστάτην εἶναι τὴν θειοτέραν ἐξήγησιν τοῦ διαλόγου, ὥστε, εἰ μὴ ἔφθη τὸ βιβλίον ἐκδεδομένον, τάχα ἂν καὶ τοῦτο διέφθειρεν. ἴσως δὲ αὐτὸν διεκώλυσε καὶ ἡ ὄψις τοῦ ἐνυπνίου· ὅτι θεάσασθαί ποτε ἔλεγεν ὁ Πρόκλος, ὡς ὑπομνημάτων εἰς Παρμενίδην αὐτοῦ τοῦ Μαρίνου ἐσομένων.

Μαρίων. ὄνομα κύριον.

Μαρκελλῖνος, [1] ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ γενναῖος, ἐδυνάστευε μὲν Δαλματείας, ἐν Ἠπείρῳ κατῳκημένων Ἰλλυριῶν. ἐπεπαίδευτο δὲ τὴν Ῥωμαΐδα παιδείαν, καὶ μαντικῆς ἐμπειρότατος ἐγεγόνει, καὶ τἄλλα φιλολογώτατος· ὃς ἐλευθέραν ἐκέκτητο τὴν ἀρχὴν, οὔτε Ῥωμαίων βασιλείᾳ δουλεύων, οὔτε ἄλλῳ δυναστεύοντι τῶν ἐθνῶν οὐδενί· ἀλλ᾽ ἦν αὐτόνομος, μετὰ δικαιοσύνης ἐξηγούμενος τῶν ὑπηκόων. παρῆν δὲ αὐτῷ καὶ φρόνησις ἱκανὴ [2] πολιτευμάτων, καὶ ἀνδρεία θαυμαστὴ, μεμελετηκυῖα τὰ πρὸς πόλεμον· ᾧ συνῆν Σαλούστιος ὁ Φιλόσοφος.

Μάρκελλος, μάγιστρος Ἀρκαδίου τοῦ βασιλέως, κόσμος ἀρετῆς ἁπάσης, ἢ, τόγε ἁρμονικώτερον εἰπεῖν, ἀρετή τις ἔμψυχος.

Μάρκελλος Περγαμηνὸς, ῥήτωρ. ἔγραψε βιβλίον Ἀδριανὸς, ἢ περὶ βασιλείας.

Μάρκελλος [3] Σιδίτης, ἰατρὸς, [4] ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου. οὗτος ἔγραψε δι᾽ ἐπῶν ἡρωϊκῶν βιβλία ἰατρικὰ μβ´. ἐν οἷς καὶ [5] περὶ λυκανθρώπου.

illum librum igne combussit. Sed jam etiam ante per literas suam sententiam cum illo communicaverat de argumentis & enarrationibus in Parmenidem, & argumenta ad eum misit, quibus adducebatur, ut crederet, illum dialogum non esse de Diis, sed de formis. Quamobrem & commentarios confecit, in quibus dialecticæ Parmenidis hypotheses ad eum modum explicabantur. Ille vero & ad has literas respondet, propemodum infinitis argumentis probans, verissimam esse Dialogi illius de Diis expositionem. Quare nisi jam liber iste fuisset editus, fortasse & hunc abolevisset. Forsan autem & somnium ei obstitit, quo minus id faceret. Proclus enim dixit, se aliquando somniasse, fore, ut Marinus commentarios in Parmenidem conscriberet. *Port.*

Μαρίων. Marionis. [Nomen proprium. A recto Μαρίων.]

Μαρκελλῖνος. Marcellinus, vir bonus & generosus, princeps Dalmatiæ & Illyriorum in Epiro habitantium: Romanis disciplinis institutus, divinationisque peritissimus, & præterea eruditionis amantissimus. Hic principatum tenuit liberum, nec Romanorum Imperatori, nec ulli alii gentium domino subjectus, sed sui juris, populoque suo juste præfuit. Fuit etiam in eo prudentia civilis non exigua, & fortitudo admiranda, & rei militaris peritia insignis. Huic familiaris fuit Salustius Philosophus.

Μάρκελλος. Marcellus, Magister Arcadii Imperatoris, omnibus virtutibus ornatus, vel, ut aptius loquar, virtus quædam animata.

Μάρκελλος. Marcellus Pergamenus, Orator. Scripsit librum *Adrianus*, sive de Regno.

Μάρκελλος. Marcellus Sidites, Medicus, sub M. Antonino. Hic scripsit versibus heroicis de re medica libros XLII. in quibus etiam agit de morbo, *lycanthropus* vocato.

1 Μαρκελλῖνος, ἀνὴρ ἐπιεικὴς καὶ γενν.] Et hæc ex Damascio Suidas deprompsit, ut itidem colligere licet ex Photio, qui in Excerptis ex Damascio Marcellini hujus his verbis meminit: Ὁ δὲ Μαρκελλῖνος τῶν Δαλματῶν ἦν χώρας αὐτοδέσποτος ἡγεμών, Ἕλλην τὴν δόξαν. Locum hunc Photii observaverat etiam Pearsonius.

2 Πολιτευμάτων] Sic rectius MSS. Paris. quam priores Editt. quæ habent πολίτευμα.

3 Σιδίτης] Scribendum potius est Σιδήτης, per η in syllaba penultima. Vide Stephanum Byzantium v. Σίδη.

4 Ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου] Imo & ante eum, ut me docuit vetus Epigramma in Marcellum hunc Sidetem, hactenus, ut puto, ineditum, quod, quia egregie huc facit, ex Cod. MS. cum Lectore φιλολόγῳ hic communicabo. Εἰς Μάρκελλον τὸν Σιδήτην ἰατρόν. ὅστις μβ´ βίβλους ἔγραψεν ἐν ἔπεσιν ἡρωϊκοῖς.

Μαρκέλλου τόδε σῆμα, περικλυτοῦ ἰητῆρος,
Φωτὸς κυδίστου, τιμήεντος ἀθανάτοισιν·
Οὗ βίβλους ἀνέθηκεν ἐϋκτιμένῃ ἐνὶ Ῥώμῃ
Ἀδριανὸς, προτέρων προφερέστατος ἡγεμονήων,
Καὶ παῖς Ἀδριανοῖο μέγ᾽ ἔξοχος Ἀντωνῖνος·
Ὄφρα καὶ ἐσσομένοισι μετ᾽ ἀνδράσι κῦδος ἄροιτο,
Εἵνεκεν εὐεπίης, τήν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων.
Ἡρῴῳ μέλψαντι μέτρῳ θεραπήια νούσων
Βίβλοις ἐν πινυτῇσι δυὼ καὶ τεσσαράκοντα.

Marcelli hoc est monumentum, Medici inclyti,
Viri illustrissimi, & Diis immortalibus chari:
Cujus libros in publica bibliotheca pulchræ Romæ reposuit
Adrianus, priorum præstantissimus Imperatorum,
Et filius Adriani valde excellens Antoninus;
Ut & apud posteros inclytum ejus nomen esset,
Propter eloquentiam, quam ei dedit Phœbus Apollo.
Carmine enim Heroico cecinit remedia morborum
Libris doctis quadraginta duobus.

E 1 Epigrammate hoc, phrasibus & vocibus Homericis contexto, patet, Marcellum Sidetem jam ante Adrianum, vel saltem ejus tempore floruisse, quoniam expresse in eo traditur, Adrianum, & post eum, Antoninum, Marcelli hujus libros in publica bibliotheca urbis Romæ reposuisse. Sic enim interpretor vocem ἀνέθηκε. Deinde, ex eodem Epigrammate discimus, Marcellum carmine Heroico quadraginta duos libros de Re Medica conscripsisse; quod ipsum & Suidas hoc loco diserte tradit.

5 Περὶ λυκανθρώπου] Priores Editt. habent, περὶ λυκάνου: quod Portus verterat, *de Lycano*; quasi Lycanus esset nomen proprium viri: qui est insignis error. Scribendum enim est, περὶ λυκανθρώπου: id est, de morbo, *lycanthropus* vel *lycanthropia* dicto: ut recte monuit vir diffusæ eruditionis Petrus Lambecius *de Biblioth. Cæs.* lib. VI. pag. 148. Errorem istum ex compendio scribendi natum esse manifestum est. Qui enim codices MSS. Græcos vel a limine salutarunt, ignorare non possunt, vocem ἄνθρωπος plerumque in illis contracte ἄνος exaratam esse: cui consequens est, ut λυκάνθρωπος scribatur λυκάνος; quam vocem sic contractam imperiti librarii postea pro nomine proprio viri in hoc loco Suidæ acceperunt. Scribendum autem esse περὶ λυκανθρώπου, ut diximus, dubitare nos non sinit Aëtius Amidenus, qui (ut modo laudatus Lambecius recte itidem observavit) ipsum illum Marcelli locum, in quo de *lycanthropo* morbo egerat, ex carmine heroico in prosam orationem conversum, posteritati conservavit. Is enim lib. VI. cap. XI. sic inquit: Περὶ λυκανθρώπου, ἤτοι κυνανθρώπου. ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ. Οἱ τῇ λεγομένῃ λυκανθρώπῳ ἤτοι κυνανθρώπῳ νόσῳ κατεχόμενοι, κατὰ τὸν Φεβρουάριον μῆνα νυκτὸς ἐξίασι, τὰ πάντα μιμούμενοι λύκους ἢ κύνας, καὶ μέχρις ἡμέρας τὰ μνήματα μάλιστα διανοίγουσι, &c. Id est, Jano Cornario interprete: *De insania lupina aut canina appellata. Ex MARCELLO. Qui morbo lupino sive canino appellato corripiuntur, Februario mense noctu exeunt, per omnia imitantes lupos aut canes, & usque ad diem monumenta maxime aperiunt.* Reliqua apud ipsum Aëtium lege. Totum enim locum hic describere supervacaneum judico. Clare autem hinc patet, Marcellum in libris suis de re Medica, qui hodie interciderunt, de *lycanthropo* morbo egisse: quod ipsum & Suidas hoc loco Lectorem docere voluit.

Μάρκελλος,[1] στρατηγὸς ἐπὶ Κομόδου· ὃς δωροδοκίας τοσοῦτον ἀπεῖχεν, ὅσον τῆς γε φιλανθρωπίας καὶ ἡμερότητος μετεῖχεν. ὅπως γὰρ δὴ διὰ πάσης τῆς νυκτὸς ἐγρηγορέναι δοκῇ, καὶ κατὰ τοῦτο μηδὲ τῶν ἄλλων τις τῶν συνόντων οἱ καθεύδῃ, δώδεκα γραμματεῖα, οἷά γε ἐκ φιλύρας ποιεῖται, καθ᾽ ἑκάστην ἑσπέραν, ὡς εἰπεῖν, συνέγραφε, καὶ προσέταττέ τινι ἄλλο ἄλλῃ ὥρᾳ κομίζειν τισὶν, ἵν᾽ ὡς καὶ ἀεὶ ἐγρηγορὼς θαυμάζηται. ἦν μὲν γὰρ καὶ ἄλλως ὑπνομαχεῖν πεφυκώς· ἐπὶ πλεῖον δὲ αὐτὸ καὶ ἐκ τῆς τροφῆς ἤσκητο. τά τε γὰρ ἄλλα ἥκιστα ἄδδην ἐπιπεῖτο, καὶ ὅπως μηδὲ τῶν ἄρτων διαπιμπλᾶται, ἐκ τῆς Ῥώμης αὐτοὺς μετεπέμπετο, οὐχ ὡς οὐ δυνάμενος τῶν ἐπιχωρίων ἐσθίειν, ἀλλ᾽ ἵν᾽ ὑπὸ τῆς παλαιότητος αὐτῶν μὴ δύνηται μηδὲ σμικρὸν πλέον τοῦ πάνυ ἀναγκαίου φαγεῖν.[2] τὰ γὰρ οὖλα αὐτοῦ κακῶς ἔχοντα ῥᾳδίως ὑπὸ τῆς τῶν ἄρτων ξηρότητος ᾑμάσσετο. ἐπετήδευε δ᾽ οὖν ἐπὶ μεῖζον αὐτὸ πλάττεσθαι, ἵν᾽ ὡς μάλιστα διαγρυπνεῖν δοκῇ.

Μαρκιανός.[3] οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος βασιλέως ἦν, καὶ Ἀγγελίου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, ἐλλόγιμος· ὃς πάλαι μὲν κατὰ τὰ βασίλεια ἐστρατεύετο, τότε δὲ πρεσβύτερος τῆς Ναυατιανῶν ἦν ἐκκλησίας, γραμματικοὺς λόγους Ἀναστασίαν τὴν τοῦ βασιλέως θυγατέρα διδάσκων.

Μαρκιανός. οὗτος συνῆν Μουσωνίῳ ἐκ Παμφυλίας, ἀνὴρ ἐς ἀρετὴν ἅπασαν ὥσπερ τις κανὼν ἀπηκριβωμένος. φιλόκαλος γὰρ ὢν καὶ φιλάγαθος ὁ Μουσώνιος, τοὺς πανταχόθεν εἷλκε πρὸς ἑαυτὸν, ὥσπερ ἡ μαγνῆτις τὸν σίδηρον. οὐκ ἦν δὲ βασανίζειν ὁποῖός τις ὁ δεῖνα, ἀλλὰ Μουσωνίῳ φίλον ἀκούσαντα, ὅτι καλὸς ἦν εἰδέναι.

Μαρκιανός. οὗτος ἐπὶ Ζήνωνος ἤκμαζεν. ἐν ᾧ δὲ ἦν εὐκτηρίῳ πρεσβύτης χειροτονηθεὶς, διετέλει. μεγίστης δὲ ἐξουσίας τυχὼν παρὰ Ἴλλου οὗτος ὁ πλάνος, καὶ τοῖς Ἐπικουρείοις δόγμασιν ὁσημέραι αὐτὸν κακύνων, αὐτοφυῆ ἔλεγε τὸν κόσμον, καὶ διοικεῖσθαι οὐκ ἐκ Θεοῦ, ἀλλ᾽ ἐξ ἐνεργείας τῶν ἀστέρων. καθὸ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν τῇ τύπων φθάσει συμπεριφερόμενον δινήσει τὴν κατ᾽ αὐτὴν πεπλησμένην τὴν ῥοπὴν, τὴν ἐπικράτειαν κληροῦνται.

Μάρκιον.[4] ὄνομα ὄρους.

Μάρκιος,[5] στρατηγὸς Ῥωμαίων. οὗτος ἐφυγαδεύθη ὑπὸ τοῦ δήμου· ἦν τε οἰμωγὴ καὶ δάκρυα τῶν προπεμπόντων αὐτὸν καὶ οἰκτειρόντων. ὁ δὲ Μάρκιος οὔτε ἀνακλαυσάμενος ὤφθη τὰς ἑαυτοῦ τύχας, οὔτε ἀποιμώξας, οὔτε ἄλλο εἰπὼν ἢ δράσας ἀνάξιον τῆς ἑαυτοῦ μεγαλοφροσύνης οὐδὲν. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐδη-

Μάρκελλος. Marcellus legatus, qui sub Commodo vixit, tantum a sordibus & corruptione alienus erat, quantum humanitati & benignitati studebat. Namque ut per totam noctem vigilare videretur, eoque cæteros comites ac ministros suos somno arceret, duodecim tabellas, quales ex philyra fieri solent, quotidie præscribebat vesperi, mandabatque alicui ex suis, ut alias aliis atque aliis horis perferret ad diversos, quo quasi nunquam non vigilans admiratione omnes moveret. Et quanquam alioqui natura ad domandum somnum erat factus, tamen eam abstinentia plurimum confirmaverat. Nam & modico utebatur cibo, & ut ne pane quidem ventrem impleret, cum Roma [in Britanniam] advehi curabat, non quod pane ejus regionis vesci non posset, sed ne vel paulo plus quam esset necesse, ob vetustatem panis advecti, comedere posset. Gingivæ enim propter panis siccitatem & duritiem male habentes, facile cruentabantur. Studebat autem eo magis id præ se ferre, ut quam maxime vigilare videretur.

Μαρκιανός. Marcianus. Hic sub Valente Imperatore & Angelio Episcopo Constantinopolitano vixit: vir clarus, qui olim quidem in Palatio militaverat, tunc vero Presbyter erat Ecclesiæ Novatianorum. Idem Anastasiam Imperatoris filiam præcepta Grammatica docuit.

Μαρκιανός. Marcianus. Hic familiaris fuit Musonio Pamphylio, vir ad omnem virtutem regulæ instar exactus. Musonius autem cum honestatis & probitatis amans esset, homines ad se undique attrahebat, ut magnes ferrum. Cum enim aliter explorari non poterat, qualis quis esset, si modo quis audiret, aliquem esse Musonii amicum, eum bonum virum esse scire licebat.

Μαρκιανός. Marcianus. Hic sub Zenone floruit, & quo in oratorio Presbyter delectus fuerat, in eo degebat. Maximam autem autoritatem adeptus apud Illum hic impostor, & Epicureis decretis quotidie se corrumpens, mundum sua sponte natum esse dicebat, nec a Deo regi, sed ab efficacitate siderum. Quatenus enim eorum unumquodque suo motu circumactum fuerit, eatenus dominationem obtinere [ajebat] in ea, quæ illo ipso momento nascantur. *Port.*

Μάρκιον. Marcium. Nomen montis.

Μάρκιος. Marcius, Dux Romanorum. Hic in exilium pulsus est a populo: flentibus & vicem ejus miserantibus omnibus, qui ipsum prosequebantur. Ipse vero Marcius nec suam fortunam deplorans, nec ullum gemitum edens, nec aliud quidquam sua magnanimitate indignum dicens vel faciens, a quoquam

1 *Μάρκελλος, στρατηγὸς ἐπὶ Κομ.*] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur etiam apud Dionem in Excerptis a Valesio editis pag. 725. unde ea Suidas descripsit.

2 *Τὰ γὰρ οὖλα αὐτοῦ κακῶς ἔχοντα ῥᾳδ.*] De hoc loco Suidæ vide Reinesium *Var. Lect.* lib. I. pag. 74.

3 *Μαρκιανός. οὗτος ἐπὶ Οὐάλεντος βασιλ.*] Articulum hunc descripsit Suidas ex Socratis *Hist. Eccles.* lib. IV. cap. IX.

4 *Μάρκιον. ὄνομα ὄρους*] Stephanus Byzantius: *Μάρκαιον. ὄρος τῆς Τρωάδος.*

5 *Μάρκιος, στρατηγὸς Ῥωμ.*] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Dionysii Halicarnass. *Antiq. Rom.* lib. VII. ut Portus etiam monuit. Et quidem pars prior, usque ad verba illa, *οὔτε τὴν ἀπαλλαγὴν ποιούμενος*, legitur apud modo dictum Dionysium, pag. 472. Reliqua vero usque ad finem articuli, pag. 528. 529. Multa autem Suidas brevitatis gratia præteriit: nonnulla item aliter habet, quam Dionysius; ut Lector ex collatione locorum facile deprehendet.

λωσε τῆς καρτερίας καὶ τὴν γενναιότητα τῆς γνώμης, ἐπειδὴ οἴκαδε ἀφικόμενος, γυναῖκά τε εἶδε καὶ μητέρα καταρρηγνυμένας τοὺς πέπλους, καὶ τὰ στέρνα τυπτούσας, καὶ οἷα εἰκός ἐστιν ἐπὶ τοιαύταις συμφοραῖς λέγειν τὰς ἀποζευγνυμένας ἀπὸ τῶν ἀναγκαιοτάτων σφίσι θανάτοις ἢ φυγαῖς, ἀναβοώσας· οὐδὲ πρὸς τὰ δάκρυα τῶν παίδων ἔπαθεν· ὧν ὁ εἷς δέκα γεγονὼς ἔτη, ὁ δὲ, ὑπαγκάλιος· ἀλλ' ἐξῄει κατὰ σπουδὴν ἐπὶ τὰς πύλας, οὐδενὶ δηλώσας, ὅποι τὴν ἀπαλλαγὴν ποιήσοιτο· ἦν δὲ ἀνὴρ ἄριστος τὰ πολέμια, καὶ πρὸς πάσας τὰς ἡδονὰς ἐγκρατὴς, τά τε δίκαια οὐκ ἀπὸ νόμου μᾶλλον ἀνάγκης ἅπασιν ἀποδιδοὺς, ἀλλ' ἑκών τε καὶ [1] προσπεφυκὼς πρὸς αὐτὰ εὖ. καὶ οὐ μόνον αὐτὸς ἁγνεύειν ἀπὸ πάσης κακίας προθυμούμενος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους προσαναγκάζειν δικαιῶν· μεγαλόφρων τε, καὶ δωρηματικὸς, καὶ ἐς [2] ἐπανόρθωσιν προχειρότατος. ἀλλὰ γὰρ ἐν ἀδυνάτῳ ἦν ἄρα πάσας τὰς ἀρετὰς ἐν ἀνθρώπου γενέσθαι φύσει· οὐδὲ φύεταί τις ἀπὸ θνητῶν καὶ ἐπικήρων σπερμάτων περὶ πάντα ἀγαθός. ἐκείνῳ [3] γε οὖν πάντα καὶ πάσας τὰς ἀρετὰς ὁ δαίμων χαρισάμενος, ἑτέρας οὐκ εὐτυχεῖς κῆράς τε καὶ ἄτας προσῆψε. τὸ γὰρ πρᾶον καὶ φαιδρὸν οὐκ ἐπῆν αὐτοῦ τοῖς τρόποις, οὐδὲ τὸ θεραπευτικὸν τῶν πέλας, ἔν τε ἀσπασμοῖς, καὶ προσαγορεύσει. οὐδὲ δὴ τὸ εὐδιάλλακτον καὶ μετριοπαθὲς, ὁπότε δι' ὀργῆς τῳ γένοιτο, οὐδὲ ἡ πάντα τὰ ἀνθρώπινα ἐπικοσμοῦσα χάρις· ἀλλ' ἀεὶ πικρὸς καὶ χαλεπὸς ἦν. ταῦτα δὲ δὴ αὐτὸν ἐν [4] πολλοῖς ἔβλαψε. καὶ πάντων μάλιστα ἡ περὶ τὰ δίκαια καὶ τὴν φυλακὴν τῶν νόμων [5] ἄκριτός τε καὶ ἀπαράπειστος καὶ οὐδὲν τῷ ἐπιεικεῖ διδοῦσα ἀποτομία. ἔοικεν ἀληθὲς εἶναι τὸ ὑπὸ τῶν ἀρχαίων λεγόμενον φιλοσόφων, ὅτι μεσότητές εἰσιν, οὐκ ἀκρότητες αἱ τῶν ἠθῶν ἀρεταί· μάλιστα δὲ ἡ δικαιοσύνη. οὐ γὰρ μόνον λείπουσα τοῦ δικαίου πέφυκεν, ἀλλὰ καὶ ὑπερβάλλουσα· αὐτοῖς τε οὐ λυσιτελής ἐστιν, ἀλλ' αἰτία μεγάλων συμφορῶν. Μάρκιον γὰρ τὸ ἄκρον δίκαιον ἔβλαψε, καὶ ἐξηλάθη τῆς πατρίδος. πρὸς πάντα γὰρ τὰ μὴ δίκαια ἀντιλέγων, μῖσος ἤγειρεν. εἰ μὲν οὖν ἅμα τοῖς σώμασι διαλυομένοις καὶ τὸ τῆς ψυχῆς, ὅτι δή ποτέ ἐστιν ἐκεῖνο, συνδιαλύεται, καὶ οὐδαμῇ οὐθὲν ἔτι ἐστὶν, οὐκ οἶδ' ὅπως μακαρίους ὑπολάβω τοὺς μηθὲν μὲν ἀπολαύσαντας τῆς ἀρετῆς ἀγαθὸν, δι' αὐτὴν δὲ ταύτην ἀπολομένους. εἰ δὲ καὶ ἄφθαρτοι μέχρι τοῦ παντὸς τυγχάνουσιν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν οὖσαι, ἢ χρόνον μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν σωμάτων διαμένουσι, μήκιστον μὲν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἐλάχιστον δὲ αἱ τῶν κακῶν, ἀποχρῶσα τιμὴ φαίνοιτο ἂν τοῖς τὴν ἀρετὴν ἀσκοῦσιν, [6] κἂν ἠναντιώθη παρὰ τῆς τύχης, [7] ἡ παρὰ τῶν ζώντων εὐλογία καὶ

conspectus est. Longe vero majorem animi constantiam & generositatem declaravit, quum domum reversus, conspexit uxorem & matrem peplos suos dilacerantes, & pectora plangentes, &, qualia mulieres in ejusmodi calamitatibus, quum vel morte vel exilio divelluntur a sibi charissimis, & arcto necessitudinis vinculo conjunctis, dicere par est, vociferantes. Nec ullo modo motus est lachrymis filiorum; quorum alter decimum ætatis annum agebat, alter vero in ulnis adhuc gestabatur: sed festinanter ad portas est egressus, nec ulli declaravit, quonam abiret. Erat autem vir rebus bellicis præstantissimus, & in omnibus voluptatibus continens; cunctisque jus suum tribuebat, non legis necessitate potius, quam ultro, & naturali bonitate ad hoc propensus. Nec ipse tantum omnis improbitatis purus esse studebat: sed etiam alios ad eandem integritatem adigere præterea volebat, quam ab iis servari æquum esse censebat: vir magnanimus, & liberalis, & ad injuriam resarciendam paratissimus. Sed enim fieri non poterat, ut unius hominis natura omnes virtutes caperet: neque quisquam ex mortali semine nascitur, qui sit in omnibus bonus. Deus enim profecto, qui illi omnia omnesque virtutes largitus fuerat, alia parum felicia fata & calamitates eidem adjunxerat. Nam neque clementia, neque hilaritas ejus moribus inerat, neque comitas in salutationibus, & colloquiis cum aliis, neque etiam facilis reconciliatio gratiæ, & affectuum moderatio, quum alicui erat iratus; neque gratia, quæ omnia humana exornat: sed semper erat acerbus & difficilis. Hæc autem ipsi sæpe nocuerunt: & omnium maxime juris & legum immodica & nimis rigida observantia, & nulla æquitate temperata severitas. Videtur autem omnino verum esse, quod ab antiquis Philosophis dicitur, morum virtutes mediocritates esse, non autem extremitates; præcipue vero Justitiam. Hæc enim non solum, quum est infra modum, sed etiam, quum eum superat, ab æquitate est remota, & cultoribus suis non solum non est utilis, sed etiam interdum magnarum calamitatum causa. Marcio enim nimius juris rigor nocuit, & exilii causa fuit. Cum enim ad injusta omnia contradiceret, aliorum in se odium concitavit. Si igitur una cum corporibus, animus etiam (quidquid tandem illud sit) dissolvitur, nec usquam quidquam amplius est; equidem haud scio, quomodo beatos existimem illos, qui nullum quidem suæ virtutis fructum perceperunt, sed ob hanc ipsam perierunt. Si vero immortales & æterni sunt animi nostri, vel post discessum a corporibus permanent, bonorum quidem virorum lon-

1 Προσπεφυκὼς] Dionysius habet, πεφυκὼς: quæ lectio melior est.

2 Καὶ ἐς ἐπανόρθωσιν προχ.] Vide hic Dionysium, qui plura habet.

3 Ἐκείνῳ γε οὖν πάντα καὶ πάσας τὰς ἀρ.] Dionysius melius: Ἐκείνῳ γε οὖν ταύτας ὁ δαίμων τὰς ἀρετὰς, &c. Cæterum, Portus locum hunc parum feliciter vertit, ut peritus Lector facile animadvertet. Nos enim, ad alia properantes, versionem ejus hic intactam reliquimus.

4 Ἐν πολλοῖς] Dionysius, ἐν πολλοῖς πολλάκις.

5 Ἄκριτός τε καὶ ἀπαρ.] Dionysius, ἄκρατός τε καὶ ἀπαραίτητος.

6 Κἂν ἠναντιώθη παρὰ τῆς τύχης] Dionysius rectius habet: Κἂν εἰ ἠναντιώθη τὰ ἐκ τῆς τύχης.

7 Ἡ παρὰ τῶν ζώντων εὐλογία, καὶ μνήμη, μέχρι πλείστου παραμένουσα χρόνου] Sic habent MSS. Paris. itemque Dionysius Halicarnassensis. At priores Editt. male, ὁ περὶ τῶν ζώντων εὐλόγου μνήμη μέχρι πλείστου παραμείνασα χρόνοις.

μνήμη

μνήμην μέχρι πλείστου παραμείνασα χρόνου. ὃ καὶ τῷ ἀνδρὶ ἐκείνῳ συνέβη. οὐ γὰρ μόνον Οὐολοῦσκοι τοῦτον ἐπένθησαν, ὧν ἦρχεν, ἀλλὰ καὶ Ῥωμαῖοι πένθος ἐποιήσαντο ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, καὶ αἱ γυναῖκες, ἀποθέμεναι χρυσὸν, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, καὶ μέλασιν [1] ἀμφίοις χρησάμεναι, καὶ πενθήσασαι ἐνιαύσιον χρόνον· καὶ ἐτῶν ἐς τόδε πεντακοσίων διαγεγονότων, οὐ γέγονεν ἐξίτηλος ἡ τοῦ ἀνδρὸς μνήμη.

gissimum tempus; malorum vero, brevissimum; sufficiens [& justus] honor illis, qui virtutem colunt, (quamvis fortuna fuerit ipsis adversata) obtingit, laus nimirum apud vivos, & memoria in longissimum tempus permanens. Quod & illi viro contigit. Non solum enim Volsci, quibus ille præfuerat, sed etiam Romani privatim & publice eum luxerunt, & matronæ auro & reliquo ornatu deposito, pullisque vestibus indutæ, per integrum annum eum luxerunt. Atque annis [ab ejus obitu] ad hoc usque tempus quingentis jam elapsis, illius tamen viri memoria adhuc viget. *Port.*

Μαρκίων, Μαρκίωνος. ὁ αἱρεσιάρχης.

Μαρκίων. Marcion. Hæresiarcha.

Μάρκος, ὁ καὶ Ἀντωνῖνος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ ἐπαινετὸς κατὰ πάντα φιλόσοφος· ἀκροατὴς μὲν καὶ ἄλλων γενόμενος. [2] ὕστερον δὲ διήκουσε καὶ Σέξτου, ἐκ Βοιωτίας φιλοσόφου, ἐπ' αὐτῆς τῆς Ῥώμης, θαμίζων αὐτῷ, καὶ φοιτῶν ἐπὶ θύραις· ὃν καὶ [3] Λούκιός τις ῥήτωρ, γνώριμος Ἡρώδου τοῦ Ἀθηναίου ῥήτορος, ἤρετο προϊόντα, ποῖ βαδίζει, καὶ ἐφ' ὅ, τι. καὶ ὁ Μάρκος, καλὸν, ἔφη, καὶ γηράσκοντι τὸ μανθάνειν. εἶμι δὴ πρὸς Σέξτον τὸν φιλόσοφον μαθησόμενος, ἃ οὔπω οἶδα. καὶ ὁ Λούκιος ἐξάρας τὴν χεῖρα ἐς τὸν οὐρανὸν, Ὦ ἥλιε, ἔφη· ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς γηράσκων ἤδη [4] δέλτου ἐφαψάμενος ἐς διδασκάλου φοιτᾷ. ὁ δὲ ἐμὸς βασιλεὺς Ἀλέξανδρος δύο καὶ λ' ἐτῶν ἀπέθανεν. οὗτος [5] ἔγραψε τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν ἐν βιβλίοις ιβ.

Μάρκος. Marcus, qui & Antoninus, Romanorum Imperator, omni laude dignus, Philosophus: qui tum alios, tum postremo Sextum philosophum, e Bœotia oriundum, in ipsa urbe Romana audivit, crebro ad eum ventitans, ædesque ejus frequentans. Eum igitur Lucius quidam, orator, Herodis Rhetoris Atheniensis familiaris, prodeuntem interrogavit, quonam iret, & cujus negotii causa. Cui Marcus, *Etiam seni*, inquit, *decorum est discere. Eo igitur ad Sextum philosophum, ut discam ea, quæ nondum scio.* Tum Lucius manu ad cœlum sublata, *O Sol*, inquit: *Romanorum Imperator jam senex, sumpta tabella, doctoris domum frequentat: Rex vero meus Alexander anno ætatis* XXXII *obiit.* Scripsit de vita sua libros XII.

Μάρκος, [6] βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπῇ μᾶλλον, ἢ ἐπαινεῖν ῥᾷον, οὐδενὸς λόγου ταῖς τοῦ ἀνδρὸς ἀρεταῖς ἐξισουμένου. ἐκ πρώτης γὰρ ἤδη τῆς ἡλικίας εὐσταθῆ τε καὶ ἡσύχιον βίον ὑποστησάμενος, οὔτε κατὰ δέος, οὔτε καθ' ἡδονὴν τραπεὶς τὸ πρόσωπον ὤφθη πώποτε. ἐπῄνει δὲ τῶν φιλοσόφων τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς· καὶ ἦν ἄρα ἐκείνων μιμητὴς, οὐ μόνον κατὰ τὴν τῶν διαιτημάτων ἐπιτήδευσιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν τῶν μαθημάτων σύλληψιν. οὕτω γοῦν ἐκ νέας κομιδῆ τῆς ἡλικίας διέλαμπεν, ὡς πολλάκις τὸν Ἀδριανὸν ἐπὶ τοῦτον ἐθελῆσαι τὸν τῆς βασιλείας ἀγαγεῖν κλῆρον. ἐπεὶ δὲ ἔφθασε τὸν Εὐσεβῆ πρότερον κατὰ νόμον παῖδα ποιησάμενος, ἐκείνῳ μὲν τὴν αὐτοῦ διαδοχὴν ἐφύλαξε· τοῦτον δὲ συνοικεῖν ἔγνω διὰ τῆς ἐπιγαμίας τῷ Εὐσεβεῖ, ὡς ἂν κατὰ τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν εἰς τὴν ἡγεμονίαν παρέλθοι. τόν τε γοῦν ἰδιώτην βίον ἐν ἰσηγορίᾳ τοῖς πολλοῖς Ῥωμαίοις ἐβίου, οὐδὲν τῇ εἰσποιήσει τοῦ γένους ἀλλοιωθείς. καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν εἰς τὴν ἡγεμονίαν, κατὰ μοναρχίαν ἐξηγούμενος, καὶ τὴν ἄκραν δυναστείαν καρπούμενος, πρὸς οὐδεμίαν ἀλαζονείαν ὑπήχθη πώποτε· ἀλλ' ἦν ἐλευθέριος καὶ δαψιλὴς ἐν τοῖς εὐεργετήμασιν, ἀγαθὸς δὲ καὶ μέτριος ἐν ταῖς τῶν ἐθνῶν διοικήσεσι.

Μάρκος. Marcus, Romanorum Imperator, quem facilius est tacite admirari, quam laudare, quod oratio nulla hujus viri virtutibus exæquari possit. Cum enim jam a prima ætate tranquillam & quietam vitam sibi sequendam proposuisset, neque propter metum, neque propter lætitiam vultu mutato unquam est conspectus. Philosophiam Stoicorum probavit, eosque imitatus est, non solum vitæ instituto, sed etiam disciplinarum studio. Sic igitur jam inde ab ætate puerili virtus ejus enituit, ut Adrianus sæpe de Imperii hæreditate in eum conferenda cogitarit. Sed quia Pium jam ante legitime adoptaverat, illi quidem Imperii successionem conservavit, hunc vero per conjugium cum Pio conjungere statuit, ut ob generis successionem ad principatum perveniret. Vitam privatam sic egit, ut se nihil efferret supra cæteros cives: sed æquo cum eis jure viveret, nec ullo fastu ob adoptionem istam efferretur. Rerum autem potitus, summumque Imperii fastigium adeptus, ad nullam insolentiam elatus est: sed fuit liberalis & largus in dandis beneficiis; itemque bonus & moderatus in gentibus regendis. *Port.*

1 Ἀμφίοις] Dionysius habet, ἀμφιασμοῖς.

2 Ὕστερον δὲ διήκουσε καὶ Σέξτου, ἐκ Βοιωτ.] Hæc, & quæ sequuntur, deprompsit Suidas ex Philostrato in Vita Herodis, pag. 556. ut Pearsonius etiam observaverat.

3 Λούκιος.] Sic habent MSS. Paris. itemque Philostratus. At priores Edit. male, Λούκιος.

4 Δέλτου ἐφαψάμενος] Philostratus rectius habet, δέλτον ἐξαψάμενος: i. e. *tabulam sibi appendens*; vel, *tabella ex lacerto suspensa.* Solebant enim olim adolescentes Romæ ludum literarium adire, suspensis e lævo lacerto tabellis, ut discimus ex hoc loco Horatii lib. 1. Sat. VI.

Noluit in Flavi ludum me mittere, magni
Quo pueri magnis e centurionibus orti,
Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto,
Ibant.

5 Ἔγραψε τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν ἐν βιβλίοις ιβ'] Hoc opus hodie adhuc exstat, illustratum erudito commentario Thomæ Gatakeri.

6 Μάρκος, βασιλεὺς Ῥωμαίων· ὃν ἐκπλήττεσθαι σιωπ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Collectaneis Constant. Imper. a Valesio editis, pag. 821. 822. unde ea Suidas descripsit.

Μάρκος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, ὁ Εὐσεβὴς ἐπικληθείς. [1] Οὗτος εἶχε μὲν καὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς ἁπάσας, καὶ ἄριστα δὲ ἁπάντων τῶν ἐν κράτει γενομένων τινὶ ἦρξε, πλὴν καθόσον οὐ πολλὰ τῷ σώματι ἀνδρίζεσθαι ἐδύνατο· καὶ τοῦτο ἐξ ἀσθενεστάτου καρτερικώτατον ἀπέδειξε. πλεῖστον δὲ ἐν εὐεργεσίᾳ διῆγεν, ὅθεν που καὶ νεὼν αὐτῆς ἱδρύσατο, ὀνόματι τινι ἰδιωτάτῳ καὶ μή ποτε ἀκουσθέντι προσκαλέσας αὐτήν. αὐτὸς μὲν γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ἀπείχετο, καὶ οὔτε ἑκὼν οὔτε ἄκων ἐπλημμέλει· τὰ δὲ δὴ τῶν ἀλλοτρίων ἁμαρτήματα, καὶ μάλιστα τὰ τῆς γυναικός, ἔφερε, καὶ οὔτε ἐπολυπραγμόνει, οὔτε ἐκόλαζεν· ἀλλ' εἰ μέν τις χρηστόν τι ἔπραττεν, ἐπῄνει, καὶ ἐχρῆτο ἐς ἐκεῖνο αὐτῷ, τῶν δὲ ἑτέρων οὐ προσεποιεῖτο, λέγων, ὅτι ποιῆσαι μέν τινι ἀνθρώπους ὁποίους βούλεται ἔχειν, ἀδύνατόν ἐστι· τοῖς δὲ δὴ οὖσι προσήκει, ἐς ὅ, τι ἄν τις αὐτῶν τῷ κοινῷ χρήσιμος ᾖ, χρῆσθαι. ἔτη γὰρ πεντήκοντα, καὶ μῆνας δέκα, ἡμέρας τε κʹ ζήσας, καὶ ιθʹ ἔτη, ἡμέρας ιά αὐταρχήσας, [2] ὅμοιος διὰ πάντων ἐγένετο, καὶ ἐν οὐδενὶ ἠλλοιώθη. ἀγαθὸς δὲ ἦν, καὶ οὐδὲν προσποιητὸν εἶχε. πάμπολλα γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἐν ῥητορικοῖς λόγοις καὶ φιλοσοφίας ἀσκηθείς. ἀφ' οὗ δὴ παμπληθεῖς φιλοσοφεῖν ἐπλάττοντο, ἵνα ὑπ' αὐτοῦ πλουτίζωνται. πλεῖστον δὲ ὅμως ὑπὸ τῆς φύσεως ἐξήρθη. λέγει καὶ ἄλλους ἐπαίνους μυρίους εἰς αὐτὸν ὁ Δίων.

Μάρκος. Marcus, Romanorum Imperator, cognomento Pius. Hic & aliis omnibus virtutibus præditus fuit, & optime omnium, qui imperium aliquod habuerunt, imperavit; eo excepto, quod corpore parum robusto fuit: hoc tamen ipsum ex infirmissimo tolerantissimum reddidit. Beneficentiæ vero studiosissimus fuit. Quamobrem etiam ei templum condidit, eam quodam convenientissimo, nec unquam ante audito nomine vocans. Nam ipse quidem ab omnibus peccatis abstinebat, nec volens, nec invitus peccabat. Aliorum vero peccata, præcipue vero suæ uxoris, ferebat, nec curiose inquirebat, neque puniebat. Sed, si quis aliquid boni faciebat, eum laudabat, & ad illud illo utebatur: cæteros vero non curabat. Dicebat enim fieri non posse, ut homines tales efficias, quales habere cupias. Illis vero, qui jam sunt, convenire uti ad eas res, ad quas eorum unusquisque Reipubl. utilis esse potest. Cum autem annos L. menses x. diesque xx. vixisset, & per XIX annos, & XI dies summum imperium obtinuisset, in omnibus semper sui similis fuit, nec ulla in re mutatus. Bonus autem fuit, nec quidquam simulatum habuit. Maximum etiam ab eruditione adjumentum accepit, in eloquentia & philosophia exercitatus. Quamobrem etiam plurimi se philosophari simulabant, ut ab eo ditarentur. Plurimum tamen ab ipsa natura est evectus. Dion autem & alias sexcentas laudes in ipsum confert. *Port.*

Μάρκος [3] Ἀπίκιος, Ῥωμαῖος, ὃς ἦν ἀσωτίας πέρας. οὐδεὶς δ' ἀντιφήσει. δοκεῖ δέ πως μεγαλονοίας ἔργον ἐκεῖνο ἀποδείξασθαι ἐν αὐτῷ. εἱστιᾶτο ὁσημέραι. καὶ γὰρ ἔζη, φασί, τῇ γαστρί, καὶ τοῖς ἐκείνης ἀκρατεστέροις. καί ποτε μεταξὺ τῶν θοιναζόντων, Φάβιος, τῶν ὑπατευκότων εἷς, λαβὼν ἔκπωμα κρυστάλλου μέγα τίμιον, εἶτα ἄκων κατέαξεν αὐτό. καὶ ἐπὶ τούτῳ συννεφὴς ἦν, ἄχει πληγεὶς τὴν ψυχήν. ὁ τοίνυν Ἀπίκιος πειρώμενος αὐτὸν τῆς λύπης ἀπάγειν, οὐ καταβαλεῖς, φησί, τὸ πραχθέν, καὶ σεαυτὸν ἡμῖν παρέξεις φαιδρότερον συμπότην; ἢ σοὶ φίλῳ ὄντι δρᾶσαι τοῦτο οὐκ ἔξεσται, ὅπερ δρῶσι καὶ τῶν οἰνοχόων καὶ τῶν ἀργυρωνήτων πολλοὶ πολλάκις;

Μάρκος. M. Apicius, Romanus, homo, ut apud omnes constat, extreme luxuriosus: qui tamen magno animo præditus fuisse videtur, ut ex hoc facto apparet. Cum convivia quotidie agitaret, (quippe ventri, & illis, qui ventri indulgebant, vivens) Fabius, vir Consularis, inter epulas aliquando ingens poculum crystallinum, quod magni erat pretii, imprudens confregit. Cumque ideo tristis esset, magnumque animo dolorem concepisset, Apicius, ut a tristitia eum abduceret, *Non*, inquit, *oblivisceris ejus, quod factum est, hilarioremque compotorem te nobis præbebis? An vero tibi amico istud facere non licet, quod multi pincernæ & mancipia sæpe faciunt?*

Μάρκος [4] Μάλλιος, εὐπατρίδης, Κελτῶν ἐπελθόντων τῇ Ῥώμῃ, ταύτην τε διέσωσε, καὶ μεγίστων τιμῶν ἠξιώθη. ὕστερον δὲ πρεσβύτην πολλάκις ἐστρατευμένον, ἀγόμενον εἰς δουλείαν ὑπὸ τοῦ δανειστοῦ γνωρίσας, ἀπέδωκε τὸ χρέος ὑπὲρ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τούτῳ εὐφημούμενος, πᾶσιν ἠφίει τοῖς ἑαυτοῦ χρήσταις τὰ ὀφλήματα. περιιὼν δὲ τῇ δόξῃ, καὶ ὑπὲρ ἄλλων ἀπεδίδου, καὶ ταῖς δημοκοπίαις ἐπαιρόμενος, ἐβούλευσεν ἤδη χρεῶν ἀποκοπὰς κοινάς, ἢ τὸν δῆμον ἠξίου τοῖς δανείσασιν ἀποδοῦναι τὴν γῆν, ἐς τοῦτο ἀποδόμενον ἔτι οὖσαν ἀνέμητον.

Μάρκος Μάλλ. Marcus Manlius, stirpis patriciæ, cum urbem a Gallis captam servasset, magnis honoribus affectus fuit. Idem postea cum senem, qui multa stipendia fecerat, debiti causa a creditore in servitutem abduci vidisset, æs alienum pro eo dissolvit. Cujus rei causa cum ab omnibus celebraretur, universis debitoribus suis pecuniam creditam donavit, & accepto tulit. Inde ampliori gloria auctus, etiam pro alienis debitoribus satisfaciebat. Jamque populari aura elatus, novas tabulas populo ostentabat, aut certe agrum publicum, qui nondum erat divisus, ut fœneratoribus in solutum darent, suadebat.

1 Οὗτος εἶχε μὲν καὶ τὰς ἄλλ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Dionis de Marco Antonino Philosopho, quæ Suidas huc male ad Antoninum Pium refert.

2 Ὅμοιος διὰ πάντων ἐγ.] Recte. Ipse enim Marcus lib. 1. §.8. de se ait, se ab Apollonio didicisse, τὸ ἀεὶ ὅμοιον ἐν ἀλγηδόσιν ὀξείαις, ἐν ἀποβολῇ τέκνου, ἐν μακραῖς νόσοις. Vide ibi Gatakerum.

3 Μάρκος Ἀπίκιος.] Confer Nostrum supra v. Ἀπίκιος.

4 Μάρκος Μάλλιος, εὐπατρίδης, Κελτῶν ἐπελθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Appiani apud Constantinum in Excerptis a Valesio editis, pag. 549. unde ex Suidas descripsit.

Μάρκος,

Μάρκος, [1] Ἀρεθουσίων Ἐπίσκοπος, λόγῳ καὶ βίῳ κεκοσμημένος· ὃν ἐπὶ Ἰουλιανοῦ πολλαῖς αἰκίαις ὑποβαλόντες, καὶ εἰς ὑπονόμους ἐμβαλόντες, εἶτα παιδίοις παρέδωσαν κεντεῖν αὐτὸν ταῖς [2] γραφίσι. μετὰ δὲ ταῦτα εἰς γύργαθον ἐμβαλόντες, καὶ γάρῳ καὶ μέλιτι χρίσαντες, ὑπαίθριον ἠώρησαν ἐν θέρους ἀκμῇ, σφῆκας ὁμοῦ καὶ μελίσσας εἰς θοίνην προσκαλούμενοι. ὁ δὲ ἀνενδότως διεκαρτέρησε.

Μάρκος, [3] ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἔχει τίτλους μη΄· κεφάλαια λϛ΄.

Μαρμαρέην. λαμπράν. καὶ μαρμαρέαισιν αὐγαῖς. λαμπραῖς. μαρμαίρειν γὰρ, τὸ λάμπειν, καὶ καταυγάζειν.

Μαρμαρυγή. ἀστραψις. λαμπηδών.

Μαρώνεια. [4] τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς, οὗ Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ μνημονεύει. ἔστι δὲ πόλις ἐν Θράκῃ, ἥν φασιν εἶναι τὴν ὑφ' Ὁμήρου Ἴσμαρον καλουμένην.

Μαρωνεῖτις φυλὴ, καὶ γυνή. καὶ Μαρώνειος οἶνος.

Μάρων, Μάρωνος. ὄνομα κύριον. ὁ πρῶτος οἰκιστὴς Μαρωνείας.

Μάρπησσος. ὄνομα κύριον.

Μάρσιπος. σάκκος. θυλάκιον. σακέλλιον. [5] Εἶδόν τινας ἐν πέτραις μαρσίπους ἱματίων καταθεμένους. Ξενοφῶν.

Μαρσύας, [6] Περιάνδρου, Πελλαῖος, ἱστορικός. οὗτος δὲ ἦν πρότερον γραμματοδιδάσκαλος, καὶ ἀδελφὸς Ἀντιγόνου τοῦ μετὰ ταῦτα βασιλεύσαντος· σύντροφος δὲ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε Μακεδονικὰ ἐν βιβλίοις δέκα. ἤρξατο δὲ ἀπὸ τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Μακεδόνων, καὶ μέχρι τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου ἐπὶ τὴν Συρίαν ἐφόδου, μετὰ τὴν Ἀλεξανδρείας κτίσιν. Ἀττικὰ, ἐν βιβλίοις ιβ΄· καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἀλεξάνδρου ἀγωγήν.

Μαρσύας, Κριτοφήμου, Φιλιππεὺς, ἱστορικὸς, ὁ νεώτερος.

Μαρσύας, Μάρσου, [7] Ταβηνὸς, ἱστορικός. ἔγραψεν Ἀρχαιολογίαν, ἐν βιβλίοις ιβ΄. Μυθικὰ, ἐν βιβλίοις ζ΄. καὶ ἕτερά τινα περὶ τῆς ἰδίας πατρίδος.

Μαρσύας. [8] ἐν τοῖς χρόνοις τῶν Ἰουδαίων Κριτῶν καὶ Μαρσύας ἐγένετο σοφός· ὅστις ἐφεῦρε διὰ μουσικῆς αὐλοὺς ἀπὸ καλάμων καὶ χαλκοῦ· ὃς παραφρονήσας, ἔρριψεν ἑαυτὸν εἰς τὸν ποταμὸν, καὶ ἀπώλετο· καὶ ὠνομάσθη ὁ ποταμὸς Μαρσύας. περὶ οὗ μῦθος φέρεται, ὅτι ἑαυτὸν ἀποθεώσας ἀπώλετο. κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἐγένετο καὶ τὰ κατὰ τὸν Ἰάσονα καὶ τοὺς Ἀργοναύτας, ὡς Ἀπολλώνιος ὁ Ῥόδιός φησι. λέγεται δὲ

Μάρκος. Marcus, Arethusiorum Episcopus, & doctrina & integritate vitæ conspicuus: quem [carnifices] sub Juliano multis verberibus cæsum, in cloacam conjecerunt, & deinde pueris tradiderunt, stylis configendum. Post hæc reticulo inclusum, garoque ac melle inunctum, æstu ardentissimo sublimem suspenderunt sub dio, vespas & apes ad eum depascendum invitantes. Ille vero invicto animo hæc pertulit.

Μάρκος. Marcus Evangelista habet titulos XLVIII. capita XXXVI.

Μαρμαρέην. Splendidam. Et μαρμαρέαισιν αὐγαῖς. Radiis splendentibus. Μαρμαίρειν enim significat, splendere, coruscare.

Μαρμαρυγή. Fulgor. Splendor. Coruscatio.

Μαρώνεια. Maronea, Locus est Atticæ, cujus meminit Demosthenes in Exceptione adversus Pantænetum. Est autem & urbs in Thracia, quam ajunt esse illam, quæ ab Homero Ismarus vocatur.

Μαρωνεῖτις. Maronitis. Dicitur & de tribu, & de muliere. Et Μαρώνειος οἶνος. Vinū Maronium.

Μάρων. Maro, Maronis. Nomen proprium. Primus Maroneæ conditor.

Μάρπησσος. Marpessus. Nomen proprium.

Μάρσιπος. Marsupium, Saccus. Sacculus. *Vidi quosdam vestium saccos in saxis deponentes.* Xenophon.

Μαρσύας. Marsyas, Periandri filius, Pellæus, Historicus: initio literator, & frater Antigoni, qui postea Rex fuit; & una cum Rege Alexandro educatus. Scripsit Macedonica libris X. in quo opere initium duxit a primo Rege Macedonum, & [historiam continuavit] usque ad Alexandri Philippi filii expeditionem in Syriam, post conditam Alexandriam. Attica, libris XII. itemque, Alexandri educationem.

Μαρσύας. Marsyas, Critophemi filius, Philippensis, Historicus, junior.

Μαρσύας. Marsyas, Marsi filius, Tabenus, Historicus. Scripsit Antiquitates, libris XII. Fabulosa, libris VII. & alia quædam de patria sua.

Μαρσύας. Marsyas. Temporibus Judicum Judaicorum Marsyas vixit, vir sapiens: qui artis musicæ peritus, tibias arundineas & æreas invenit. Idem mente captus, in fluvium se præcipitavit, & sic periit: unde fluvius dictus est Marsyas. De hoc fabula circumfertur, eum periisse, quod se Deum fecisset. Iisdem etiam temporibus res Jasonis & Argonautarum gestæ sunt, ut ait Apollonius Rhodius. Narratur autem fabula, [Mar-

1 *Μάρκος, Ἀρεθουσίων Ἐπίσκοπος, λόγῳ καὶ β.*] Eclogam hanc excerpsit Suidas ex Theodoreti *Histor. Eccles.* lib. III. cap. VII. ut Pearsonius etiam observaverat.

2 *Γραφίσι*] Sic recte MSS. Paris. itemque Theodoretus loco laudato. At priores Editt. *ῥαφίσι*: i.e. acubus.

3 *Μάρκος, ὁ Εὐαγγελιστὴς, ἔχει τίτλ.*] Confer Nostrum infra v. Τίτλος.

4 *Μαρώνεια. τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττ.*] Ex Harpocratione.

5 *Εἶδόν τινας ἐν πέτραις μαρσ.*] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem *de Expedit. Cyri* lib. IV. pag. 324.

6 *Μαρσύας*] De hoc Marsya, & sequentibus ejusdem nominis, vide Vossium *de Hist. Gr.* lib. I. cap. X.

7 *Ταβηνός*] Est ἐθνικὸν a Τάβαις: teste Stephano Byzantio v. Τάβαι.

8 *Μαρσύας. ἐν τοῖς χρ.*] Confer Cedrenum pag. 84. & Tzetzem Chil. I. cap. XV.

μῦθος,

μῦθος, ὅτι ἐξεδάρη ὑπὸ Ἀπόλλωνος. καὶ φέρεται λόγος περὶ Ὁρμίσδου τοῦ Πέρσου, ὃς ηὐτομόλησε πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν μέγαν. ἐξελθὼν γὰρ εἰς θήραν οὗτος, καὶ εἰς τὰ βασίλεια ἐπιστραφείς, τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον οὐκ ἐξαναστάντων κατὰ τὸ καθῆκον, ἠπείλησε τὸν Μαρσύου θάνατον αὐτοῖς ἐπιθήσειν. τοῦτο παρά τινος ἀκηκοότος ἀναμαθόντες οἱ τῶν Περσῶν κρείττους, μετὰ θάνατον τοῦ πατρὸς, τὸν νεώτερον ἀναγορεύουσι βασιλέα· τὸν δὲ ἀποκλείουσιν ἐν εἱρκτῇ, καὶ σιδηροῖς πεδοῦσιν· ὃν ἡ γαμετὴ διὰ τῆς τοῦ ἰχθύος μηχανῆς ῥίνην εἰσενεγκοῦσα, ἐξήγαγε· καὶ ἀποδρὰς, ἱκέτης πρὸς τὸν μέγαν ἔρχεται Κωνσταντῖνον. ἡ ἱστορία δήλη.

Μαρτῖνος. ὄνομα κύριον. καὶ Μαρτιανός.

Μάρτιος. [1] Ὅτι Μάρτιος Βῆρος τὸν Θουκυδίδην ἐκπέμπει, καταγαγεῖν [2] Σόαιμον εἰς Ἀρμενίαν· ὃς δέει τῶν ὅπλων, καὶ τῇ οἰκείᾳ περὶ πάντα τὰ προσπίπτοντα εὐβουλίᾳ, τοῦ πρόσω εἴχετο ἐρρωμένως. ἦν δὲ ἱκανὸς ὁ Μάρτιος οὐ μόνον ὅπλοις βιάσασθαι τοὺς ἀντιπολεμίους, ἢ ὀξύτητι προλαβεῖν, ἢ ἀπάτῃ καταστοφίσασθαι, ἥπερ ἐστὶ στρατηγῶν ἀλκή· ἀλλὰ καὶ λόγῳ πιθανῷ πεῖσαι, καὶ δωρεαῖς μεγαλόφροσιν οἰκειώσασθαι, καὶ ἐλπίδι ἀγαθῇ δελεάσαι. χάρις τε ἦν ἐπὶ πᾶσι τοῖς πραττομένοις ὑπ' αὐτοῦ καὶ λεγομένοις, τὸ μὲν ἀγανακτοῦν ἑκάστου καὶ τὸ θυμούμενον παραμυθουμένη, τὸ δὲ ἐλπίζον ἔτι μᾶλλον αὔξουσα. κολακείας τε δώρων, καὶ τῆς παρὰ τραπέζαις δεξιώσεως καιρὸν ᾔδει. οἷς προσὸν τὸ [3] πρὸς τὰς πράξεις σύντονον, καὶ τὸ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς σὺν ὀξύτητι δραστήριον, αἱρετώτερον ἐδείκνυε τοῖς βαρβάροις εἶναι τῆς φιλίας αὐτοῦ μᾶλλον ἢ τῆς ἔχθρας ἀντιποιεῖσθαι. ἀφικόμενος οὖν εἰς τὴν καινὴν πόλιν, ἣν φρουρὰ Ῥωμαίων κατεῖχεν, ἐκ [4] Πρίσκου καταστᾶσα, νεωτερίζειν πειρωμένους λόγῳ τε καὶ ἔργῳ σωφρονίσας, ἀπέφηνε πρώτην εἶναι τῆς Ἀρμενίας.

Μαρτύρια. ἔστιν ἐν τῷ Δικαιώματα.

Μαρτυρία. [5] ἐκμαρτυρία διαφέρει τῆς μαρτυρίας· ὅτι ἡ μὲν παρόντων [6] παρουσίαν δηλοῖ· ἡ δὲ ἐκμαρτυρία τῶν ἀπόντων.

Μαρτύριον. [7] σκηνή· ὡς ἔχουσα τὰς πλάκας τοῦ

ſyam] ab Apolline excoriatum fuiſſe. Fertur etiam dictum Hormiſdæ Perſæ, qui ad Conſtantinum Magnum profugit. Hic enim ad venationem egreſſus, & in Regiam reverſus, cum ad cœnam vocati [ei intranti] ut decebat, non aſſurrexiſſent, minatus eſt ſe Marſyæ morte ipſos mulctaturum. Quo ex quodam, qui [minas iſtas] audierat, cognito, proceres Perſarum poſt patris obitum juniorem filium deſignant Regem: ipſum vero in carcere concludunt, & ferreis compedibus vinciunt. Hunc uxor lima, quam in ventre piſcis occultaverat, in carcerem illata, vinculis liberavit. Itaque ad Conſtantinnm M. confugit. Hiſtoria eſt nota.

Μαρτῖνος. Martinus. Nomen proprium. Et Martianus.

Μάρτιος. Martius Verus Thucydidem miſit, qui Syæmum in Armeniam reduceret. Hic & terrore armorum, & prudenti conſilio, quod ipſi ad omnes caſus paratum erat, cæpta ſtrenue exequebatur. Idem etiam hoſtes non ſolum armis ſubigere, & celeritate antevertere, & dolo circumvenire, in quo vis imperatoris ſita eſt; ſed etiam facundia quadam orationis animos eorum flectere, & magnificis muneribus ſibi conciliare, & blanda ſpe ineſcare norat. Præterea, in omnibus ejus factis & dictis inerat gratia quædam, quæ cujuſvis indignationem & iram leniret, & ſpem multo etiam magis augeret. Ad hæc, donis alios capiendi & epulis prolixe accipiendi, tempus opportunum optime norat. Præter hæc omnia, cum in negotiis perficiendis ſingulari induſtria præditus eſſet, idemque in rebus adverſus hoſtes gerendis promptus eſſet & ſtrenuus, Barbari facile intelligebant, magis e re ſua fore, ſi cum amicum quam inimicum haberent. Cum igitur in novā urbem veniſſet, quam præſidium Romanorum, a Priſco illic locatum, tenebat, eoſque, qui res novas moliebantur, verbis factiſque ad officium reduxiſſet, urbem illam Armeniæ principem effecit.

Μαρτύρια. Teſtimonia. Vide in voce Δικαιώματα.

Μαρτυρία. Teſtimonium. Ἐκμαρτυρία differt a μαρτυρία. Nam μαρτυρία eſt teſtimonium præſentium: ἐκμαρτυρία vero, abſentium.

Μαρτύριον. Tabernaculum teſtimonii: [ſic

1 Ὅτι Μάρτιος Βῆρος τὸν Θουκυδ.] De hoc Fragmento audiendus eſt Valeſius in notis ad Excerpta Peireſciana, pag. 113. 114. ubi ſic inquit: " Hunc locum Suidas ex Collectaneis, περὶ Ἀνδραγαθημάτων, Conſtantini noſtri exſcripſit. Vel illud initium, Ὅτι, " ſatis declarat inde, ubi dixi, deſumptum eſſe. In vulgatis qui- " dem Suidæ libris ea vox omiſſa; ſed ex MSS. Bibliothecæ Re- " giæ eam reſtitui. Ac Dionis quidem id fragmentum eſſe, tam- " etſi Suidas nomen auctoris reticet, tum ſtilus, tum hiſtoria ac " res ipſa convincit. Pertinet autem ad bellum Armenicum & Par- " thicum, quod Martius Verus geſſit auſpiciis Lucii Veri Auguſti. " Id bellum fuſe enarraverat Dio lib. LXXI. quippe quod quadri- " ennii tempore duraverat: ſed Xiphilinus totum reſecuit. „ Et deinde ad vocem Σόαιμον hæc notat: " In vulgatis Suidæ codici- " bus σύναιμον excuſum eſt, ſine ſenſu. Scripti codices Bibliothecæ " Regiæ σύαιμον habent. Ego Σόαιμον malui. Fuit enim Soæ- " mus Armeniæ Rex, Achæmenidis Regis filius, Arſacidis nepos. " Hic a Vologæſo Parthorum rege expulſus, ad Romanos confu- " git, atque in Senatorium ordinem relatus, Conſulatum quoque " geſſit. Poſtea in regnum majoris Armeniæ ductu Martii Veri " iterum reſtitutus eſt, ut ſcribit Jamblichus Syrus in libro de a- " moribus Rhodanis & Sinonidis, cujus verba referuntur in Bibli- " otheca Photii. „ Hæc Valeſius docte. Notandum autem eſt, codices MSS. Suidæ, quorum Valeſius hic mentionem facit, illos ipſos eſſe, quos & nos Pariſiis contulimus, & ex quibus Suidam in notis noſtris paſſim emendamus.

2 Σύαιμον] Sic habent MSS. Pariſ. itemque Editio Mediol. At reliquæ Editiones male, σύναιμον. Vide notam præcedentem.

3 Πρὸς τὰς πράξεις] Sic recte habet vetuſtiſſimus MS. Pariſ. A. ut Valeſius etiam loco laudato obſervavit. At in prioribus Editt. male excuſum eſt, πρὸς τὰς τραπέζας.

4 Πρίσκου] Hic eſt Statius Priſcus, cujus meminit Capitolinus in *Marco* & *Vero*, ut monuit etiam Valeſius loco laudato.

5 Ἐκμαρτυρία διαφέρει τῆς μαρτ.] Vide Noſtrum ſupra v. Ἐκμαρτυρία.

6 Παρουσίαν] Scribendum eſſe μαρτυρίαν ex ſenſu patet.

7 Μαρτύριον. σκηνή] Sic habent libri tam MSS. quam vulgati: ſed male. Tollendum enim eſt punctum, & ſcribendum, Μαρτυρίου σκηνή. Verba enim hic fiunt de tabernaculo Moſaico, quod apud LXX. Interpretes pluribus in locis σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου dicitur.

νόμου.

νόμου. τὸν γὰρ νόμον ἐντολὰς ἐκάλουν, καὶ μαρτύρια, καὶ δικαιώματα.

Μαρτύρομαι. μάρτυρας καλῶ. [1] Σοφοκλῆς·

Μαρτύρομαι τούσδ', οὐ σέ. πρὸς δὲ τοὺς φίλους
Οἷ' ἀνταμείβῃ ῥήματ', ἤν σ' ἕλω ποτέ.

Κρέων φησὶ πρὸς Οἰδίπουν. καὶ Αἰλιανός· Ἀλλὰ τοσοῦτον μαρτυρόμεθ', ὡς οὐκ ἀδικοῦμεν Ξενίου Διὸς χάριν. † Μαρτύρομαί σοι χελιδόνα. ἴσον τῷ, ἀποδείκνυμι. † [2] Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι, Ἰσραήλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι. διὰ τοῦ ο μικροῦ. οἱ δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου.

Μαρτύρονται. [3] ὅταν ἀντὶ τοῦ, τὴν μαρτυρίαν [4] ἐπάγονται, ἢ παρέχονται. Πλάτων Πολιτείας β'· Τὸν Ὅμηρον μαρτύρονται.

Μαρτυρῶ. δοτικῇ. καὶ αἰτιατικῇ δέ· Καὶ [5] Διόφαντον ἐν ὑμῖν ἀπήγγειλα, ἃ νῦν μαρτυρεῖν αὐτὸν ἀναγκάσω.

Μάρτυροι. [6] παρ' Ὁμήρῳ. ἀπὸ τοῦ μάρτυρος εὐθείας.

Μάρψῃ. συλλάβῃ. διαχειρήσηται.

Ἀλλ' [7] ὁπόταν μάρψῃ βυρσαίετος ἀγκυλοχείλης.

Μαρψίας. [8] ὄνομα κύριον. ἦν δὲ ῥήτωρ φλύαρος, καὶ θορυβώδης. Ἀριστοφάνης· Πρὸς τάδε τίς ἀντερεῖ Μαρψίας;

Μασσαλία. [9] Ἰσοκράτης φησὶν ἐν Ἀρχιδάμῳ, ὡς Φωκαεῖς φυγόντες τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν, εἰς Μασσαλίαν ἀπῴκησαν. [10] μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης τῷ λόγῳ.

Μασανάσσης, [11] ὁ τῶν Νομάδων βασιλεύς, ἀνὴρ ἦν ἐς τὰ πάντα ἐπιτυχής· ᾧ τὴν μὲν ἀρχὴν τὴν πατρῴαν ὁ Θεὸς ἔδωκεν ἀφαιρεθέντι πρὸς Καρχηδονίων καὶ Σύφακος, ἀναλαβεῖν καὶ προαγαγεῖν ἐπὶ μέγιστον, ἀπὸ Μαυρουσίων, τῶν παρ' ὠκεανῷ, μέχρι τῆς Κυρηναίων ἀρχῆς ἐς τὰ μεσόγεια· ἡμερῶσαι δὲ γῆν πολλήν, τὰ πολλὰ τῶν Νομάδων [12] διὰ τὸ ἀγεώργητον ποηφαγούντων· θησαυρούς τε μεγάλους χρημάτων καταλιπεῖν, καὶ στρατιὰν πολλὴν γεγυμνασμένην· τὸν ἐχθρὸν δὲ Σύφακα μὲν αἰχμάλωτον ἑλεῖν αὐτοχειρί· Καρχηδόνι δ' αἴτιον τῆς [13] ἀναστάσεως γενέσθαι, πάμπαν αὐτὴν ἀσθενῆ Ῥωμαίοις [14] ὑπολιπόντα. ἔφυ δὲ καὶ τὸ σῶμα μέγας τε καὶ εὔρωστος ἐς [15] γῆρας πολύ, καὶ μέχρι τοῦ θανάτου, ἵππου τε χωρὶς ἀναβολέως ἐπέ-

dictum,] quod haberet tabulas Legis. Legem enim & ἐντολὰς vocabant, & μαρτύρια, & δικαιώματα.

Μαρτύρομαι. Testor. Testes voco. Sophocles: *Testor istos, non te. Amicis vero quid respondebis, si te unquam cepero?* Creon haec dicit Oedipo. Et Aelianus: *Id tantum testamur, nos non violare Jovis Hospitalis gratiam.* † Μαρτύρομαί σοι χελιδ. Id est, ostendo tibi hirundinem. † *Audi, popule mi, & loquar tibi, Israel, & serio te moneo.* Hic τὸ διαμαρτύρομαι per ο scribitur. Alii vero [scribunt διαμαρτύρωμαι] per ω.

Μαρτύρονται. Interdum significat, testimonii loco adducunt, vel, testem aliquem laudant. Plato lib. II. *de Republ. Homerum testem laudant.*

Μαρτυρῶ. Dativo jungitur. Testimonium alicui dico. Item accusativo. Ut, *Quae de Diophanto vobis nunciavi, ea nunc ipsum testari cogam.*

Μάρτυροι. [Pro μάρτυρες.] Testes. Apud Homerum. A recto μάρτυρος.

Μάρψῃ. Corripuerit. Interfecerit. [Aristophanes:] *At cum Byrsaetus aduncum rostrum habens, [draconem] corripuerit.*

Μαρψίας. Marpsias. Nomen proprium viri. Erat autem orator garrulus & turbulentus. Aristophanes: *His quis contradicet Marpsias?*

Μασσαλία. Massilia. Isocrates in *Archidamo* dicit, Phocaeenses Regis Persarum dominationem fugientes, Massiliam migrasse. Aristoteles vero testatur, [jam ante illud tempus Massiliam a Phocaeensibus conditam fuisse.]

Μασανάσσης. Masanissa, Numidarum Rex, vir fuit in omnibus rebus fortunatus; cui Deus id largitus est, ut paternum regnum a Carthaginensibus & Syphace sibi ereptum recuperaret, ac plurimum amplificaret, & a Maurusiis, Oceani accolis, usque ad Cyrenaeorum mediterraneam regionem propagaret, & magnum terrarum tractum ad mitiorem cultum traduceret, Numidis antea agriculturam negligentibus, & herbis ut plurimum vescentibus: magnos item thesauros relinqueret, copiasque exercitatissimas: Syphacem hostem manu sua caperet, viresque Carthaginis adeo debilitaret, ut a Romanis postea facile exscindi posset. Fuit etiam corpore procero & robusto ad provectam usque aetatem; &, quamdiu vixit, equum absque

1 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 298. ut Portus observavit.

2 Ἄκουσον, λαός μου, καὶ λαλ.] Hic locus pertinet ad v. Διαμαρτύρομαι.

3 Ὅταν] Haec vocula ut supervacanea delenda est: vel saltem ejus loco scribi debet. οἷον.

4 Ἐπάγονται, ἢ παρέχονται] Scribe ἐπάγονται, & παρέχονται, per ο.

5 Καὶ Διόφαντον ἐν ὑμῖν ἀπήγ.] Legerim, ἃ περὶ Διοφάντου ὑμῖν ἀπήγγειλα, ταῦτα νῦν μαρτυρεῖν, &c.

6 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. Α. v. 338. & alibi.

7 Ἀλλ' ὁπόταν μάρψῃ βυρσ.] Versus hic legitur apud Aristophanem *Equit.* pag. 298. (200 Ed. Bas. *P.*)

8 Μαρψίας. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ ῥ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 404. (298. Ed. Bas. *P.*)

9 Μασσαλία. Ἰσοκράτης φ.] Ex Harpocratione: ad quem vide Maussacum.

10 Μαρτυρεῖ δὲ καὶ Ἀρισ.] Sensus hujus loci est mutilus, qui ex Harpocratione supplendus est.

11 Μασανάσσης, ὁ τῶν Νομάδων βασ.] Totum hunc articulum descripsit Suidas ex Appiano *de Bellis Punicis*, pag. 106. ut Pearsonius etiam monuit.

12 Διὰ τὸ ἀγεώργητον ποηφαγ.] Sic locum hunc ex Appiano emendavi. In prioribus enim Editt. male legitur, διὰ τὸ ἀγεώργητον τῶν φαγόντων.

13 Ἀναστάσεως] Apud Appianum legitur, ἀναστατώσεως. Sed utraque lectio recte se habet. Nam & ἀνάστασις & ἀναστάτωσις apud Graecos de eversione urbis dicitur. Confer Nostrum supra v. Ἀνάστασις, ubi hic ipse locus Appiani legitur.

14 Ὑπολιπόντα] Appianus melius ἀπολιπόντα.

15 Ἐς γῆρας πολύ, καὶ μέχρι θαν.] Locus hic ex Appiano sic supplendus est: Ἐς γῆρας πολύ. καὶ μάχης ἐπεμέλετο μέχρι θανάτου ἵππου τε χωρὶς ἀναβολέως, &c.

βαινε. καὶ [1] μεγίστῳ δεῖ τῷδε τεκμηριῶσαι μάλιστα τὴν εὐῤῥωστίαν αὐτοῦ. πολλῶν γὰρ αὐτῷ παίδων γινομένων, καὶ ἀποθνησκόντων, οὔποτε μὲν ἦσαν αὐτῷ μείους τῶν δέκα· τετραετὲς δὲ παιδίον ἐνενηκοντούτης ἀπέλιπε. καὶ ὧδε μὲν χρόνου τε καὶ σώματος ἔχων ἐτεθνήκει.

Μασανάσσης, [2] ὁ ἐν Λιβύῃ τῶν Νομάδων βασιλεὺς, ἀνὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς βασιλέων ἄριστος καὶ μακαριώτατος· ὃς ἐβασίλευσεν ἔτη πλείω τῶν ξ', ὑγιεινότατος ὢν καὶ πολυχρονιώτατος. ἐνενήκοντα γὰρ ἐτῶν ἐγεγόνει. ἐγένετο καὶ δυναμικώτατος τῶν καθ' ἑαυτὸν κατὰ τὴν σωματικὴν ἕξιν. ὃς ὅτε μὲν στῆναι δέοι, στὰς ἐν τοῖς αὐτοῖς ἴχνεσι δι' ἡμέρας ἔμενε· καθεζόμενος πάλιν, οὐκ ἠγείρετο. καὶ τὴν ἐπὶ τῶν ἵππων κακοπάθειαν ἡμέραν καὶ νύκτα διακαρτερῶν, οὐδὲν ἔπασχε. σημεῖον δὲ τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ δυνάμεως· ἔχων ἐνενήκοντα ἔτη, καθ' ὃν καιρὸν μετήλλαξε τὸν βίον, υἱὸν ἀπέλιπε δ' ἐτῶν, ὄνομα Σθεμβάν· ὃν μετὰ ταῦτα Μικίψης εἰσεποιήσατο· πρὸς δὲ τούτῳ υἱοὺς τέσσαρας. διὰ δὲ τὴν πρὸς ἀλλήλους τούτων εὔνοιαν, διετήρησε τὸν ὅλον βίον πάσης ἐπιβουλῆς, καὶ παντὸς οἰκείου μιάσματος ἄμοιρον αὐτοῦ γενέσθαι τὴν βασιλείαν· τὸ δὲ μέγιστον, τῆς Νομαδίας ἁπάσης ἀχρήστου τὸ πρότερον ὑπαρχούσης, καὶ νομιζομένης ἀδυνάτου φύσει πρὸς ἡμέρους καρποὺς ὑπάρχειν, πρῶτος καὶ μόνος ὑπέδειξεν, ὅτι δύναται ἐκφέρειν πάντας τοὺς ἡμέρους [3] καρποὺς, οὐδ' ὁποίας ἧττον ἑκάστῳ τῶν καρπῶν, ἐν διαστάσει μυριοπληθεῖς ἀγροὺς κατασκευάσας παμφόρους.

Μασαισίλιον ἔθνος.

Μάσσει. φυρᾷ. ζυμοῖ.

Μάσθλης. [4] ἰδίως ὁ μεμαλαγμένος λῶρος, καὶ ἔκλυτος. μάσθλης οὖν ἐνταῦθα, ὁ πολυγνώμων, καὶ ἔκλυτος, καὶ μηδὲν βέβαιον μηδὲ στεῤῥὸν γινώσκων. ἢ ὁ ἱμαντώδης, καὶ μαστιγίας. ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ μεμαλαγμένου ἱμάντος. ἢ οὕτως [5] εὔτονος, ὡς ἱμάς.

Μάσθλης ἄνθρωπος. ὁ μεμαλαγμένος, καὶ ἐντελὴς ταῖς πονηρίαις. τὸ αὐτὸ δηλοῖ καὶ τὸ γλοιός.

Μασθὸς, καὶ μαστός. κυρίως ἐπὶ γυναικός. καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρός. τὸ μὲν μασθὸς, ἀπὸ τοῦ θῶ, τὸ θηλάζω· [6] τὸ δὲ μαστὸς, διὰ τὸ μεστὸς εἶναι γάλακτος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Μαζός.

Μᾶσσον. μεῖζον. μακρότερον.

——————Ἐπὶ πρὸ δὲ μᾶσσον ἐπ' ἄκρου
[7] Αἰγαλέω θυμόεντος, ἄγων μέγαν ὑετὸν, ἔστη.

Μαστώμενος. δευτέρας συζυγίας τῶν περισπωμένων

stratore conscendit. Praecipuum autem bonae valetudinis ejus argumentum fuerit, quod, cum ipsi multi liberi nascerentur & morerentur, nunquam pauciores decem habuerit; & puerum quadrimum nonagenarius reliquerit. Ea igitur aetate & tali corporis habitu obiit.

Μασανάσσης. Masinissa, Numidarum in Africa Rex, vir fuit nostra aetate Regum optimus & fortunatissimus, qui annis plus quam LX regnum tenuit optima valetudine & longissima vita. Etenim ad annum usque XC vixit. Idem omnium aetatis suae hominum robustissimo corporis habitu fuit: quippe ubi standum esset, in iisdem vestigiis totum diem perstabat; contra sedens in sella, non ante vesperam surgebat. Jam vero laborem in equitando dies noctesque fortiter tolerans, nullo incommodo vexabatur. Argumentum ejus vigoris sit, quod nonaginta annos natus (qua aetate ex vita excessit) quadriennem filium reliquit, nomine Sthembam, qui postea a Micipse est adoptatus: ac praeterea quatuor liberos. Quorum mutua concordia ac benevolentia regnum suum, quoad vixit, insidiarum omnisque domestici piaculi expers praestitit. Quod autem praecipuum est, cum omnis Numidia ante infructuosa esset, nec gignendis fructibus ullatenus idonea crederetur, ipse primus ac solus demonstravit, nullum esse fructum, quem illa producere non posset eadem fertilitate, qua caeterae regiones; cum ipse agros innumerabiles singulis fructuum generibus per intervalla consitos feracissimos reddidisset.

Μασαισίλιον ἔθνος. Masaesilia gens.

Μάσσει. Miscet. Pinsit. Subigit. Fermentat.

Μάσθλης. Proprie lorum molle & laxum. Μάσθλης igitur hic vocatur homo, nunc hoc nunc illud sentiens, & ignavus, nec firmam stabilemque mentem habens. Vel, loris dignus, & verbero. Vel, ita laxus & remissus, ut lorum.

Μάσθλης ἄνθρωπος. Homo dissolutus, & in malitia exercitatus. Idem etiam significat γλοιός.

Μασθὸς, & μαστός. Proprie, mamma mulieris. Abusive vero sic etiam vocatur mamma virilis. Et μασθὸς quidem deducitur a verbo θῶ, i. e. lacto. Μαστὸς vero dictus est, quasi μεστός: quod mamma muliebris sit plena lacte. Vide v. Μαζός.

Μᾶσσον. Majus. Longius. [In Epigrammate:] *Ulterius vero progressus, in summo vertice Aegalei odori, adducens ingentem pluviam, stetit.*

Μαστώμενος. Mandens. Est secundae con-

1 Καὶ μεγίστῳ δεῖ τῷδε τεκμηριῶσαι μ.] Sic ex Appiano rescripsi. Priores enim Editt. minus recte habent, μεγίστῳ δὴ τῷδε τεκμηριῶσαι μάλιστα.

2 Μασανάσσης. ὁ ἐν Λιβύῃ τῶν Νομάδων βασ.] Tota haec Ecloga legitur apud Polybium in Collectaneis Constantini Imper. a Valesio editis, pag. 174. unde eam Suidas descripsit.

3 Ἡμέρους καρποὺς, οὐδ' ὁποίας ἧττον ἑκάστῳ τῶν καρπ.] Locus hic corruptus est, quem sic legendum censeo, ἡμέρους καρποὺς ὁποιουσδήποτε, ἐκ ἧττον ἑκάστης τῶν καρποφερούντων χωρῶν, ἐν διαστάσει, &c.

4 Μάσθλης. ἰδίως ὁ μεμαλαγμένος λ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Nubes*, pag. 153. (86. Ed. Bas. *P.*) ubi tamen nonnulla aliter leguntur. Eum igitur confer.

5 Εὔτονος.] Inepte. Lora enim non sunt intenta, sed potius laxa & remissa. Quare legendum est ἄτονος.

6 Τὸ δὲ μαστὸς, διὰ τὸ μεστὸς εἶναι γ.] Ammonius: Μαστὸς μαζοῦ διαφέρει. Μαστὸς μὲν γάρ ἐστι ὁ γυναικεῖος· κυρίως δὲ τὸ εἶναι μεστὸς εἶναι γάλακτος. Μαζὸς δὲ, ὁ ἀνδρεῖος.

7 Αἰγαλέω θυμόεντος] Lege, Αἰγαλέω θυόεντος, i. e. *Aegalei odori*. Epithetum enim θυόεις montibus apte jungi potest, propter herbas & flores odoriferos, qui in montibus nascuntur. Portus legebat νιφόεντος. Sed hoc a vulgata lectione nimis recedit.

ἀπὸ

ἀπὸ τοῦ μασσῶ, μασσᾷς· ὡς γελῶ, γελᾷς. παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Πλούτῳ.

Μάσσων. μακρότερος. Ξενοφῶν· Ἂν μὴ πολὺ μάσσων ὁδὸς εἴη. μάσσονος.

Μάσταχα. μάσημα. τροφήν. λέγεται καὶ τὸ στόμα, καὶ τὸ μάσημα, ὁμωνύμως· ὡς καὶ χοίνικα λέγομεν καὶ τὸ μέτρον, καὶ τὸ μετρούμενον.

Μαστρύζει. [1] συνέλκει καὶ συνάγει τὰ χείλη. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑπομαστιδίων παιδίων, ἃ τὸν μαστὸν ἕλκοντα τῷ στόματι, συνάγει τὰ χείλη. Ἀριστοφάνης· Ὁ δ' ὑπὸ γήρως μαστρύζει.

Μαστεύων. ἐπιζητῶν. Ἀλλὰ πλέον τι εἰδέναι καὶ σπεύδων καὶ μαστεύων ὑφ' ἡγεμόνι Θεῷ.

Μάστειρα. [2] ἐν [3] ἡ Φιλιππικῶν Δημοσθένης· Τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν· τίς γὰρ ἂν ἄλλο τι εἴποι Δρογγίλον, καὶ [4] Καβύλην, καὶ Μάστειραν; μή ποτε δὲ γραπτέον ἀντὶ τοῦ Μάστειραν, Βάστειραν, ἢ Πίστειραν, ἢ Ἐπίμαστον. ταύτας γὰρ τὰς [5] πολιτείας εὑρίσκομεν παρ' Ἀναξιμένει ἐν ζ' τῶν περὶ τὸν Φίλιππον· τὴν δὲ Μάστειραν, οὐδαμοῦ.

Μάστορες. [6] ἀρχή τις ἀποδεδειγμένη ἐπὶ τῷ ζητεῖν τὰ κοινὰ τοῦ δήμου, ὡς οἱ [7] Ζητηταί, καὶ οἱ ἐν Πέλλῃ Μαστροί.

Μάστι. κατὰ ἀποκοπήν, μάστιγι.

Μαστιγίας. δοῦλος, ὁ δι' ἁμάρτημα μαστιζόμενος.

Μαστιγίας ἐκ Μελίτης. δοῦλος ὁ Ἡρακλῆς, ἀπὸ Μελίτης νύμφης. καὶ Μελίτη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

Μαστιγῶ. αἰτιατικῇ.

Μαστιγώσιμος. μαστίγων ἄξιος.

Μάστιε. [8] μάστιζε.

Μάστιξ. δι' ἧς τοὺς ἵππους πλήττομεν. ἐν Ἐπιγράμματι· [9] Καὶ νεκύων σφίγκτορ' εὐραφέα μάστιγα.

Μαστίχη. εἶδος [10] μυρεψικόν. καὶ μαστίχιον, ὁμοίως.

Μαστίχινος.

Μαστός. ἀκρώρεια. ἐξοχὴ ὄρους. Ἦν γὰρ ἐν δεξιᾷ τοῦ Φρουρίου μαστός. τοῦτον εἰ καταληφθείη, πρὸς πολλὰ οἰόμενος ἐν ὑστέρῳ χρήσιμον ἔσεσθαι. † [11] Μαστὸς ἦν ὑπὲρ αὐτῶν, παρ' ὃν ἦν ἡ στενὴ ὁδός.

jugationis circumflexorum: à verbo μασσῶ, μασσᾷς, ut γελῶ, γελᾷς. Apud Aristophanem in *Pluto*.

Μάσσων. Major. Longior. Xenophon: *Nisi multo longior sit via.* [Genitivus,] μάσσονος.

Μάσταχα. Cibum mansum. Escam. Alimentum. Sic autem homonymice & os vocatur, & cibus, qui manditur: ut chœnicem dicimus & mensuram, & id, quod ea metimur.

Μαστρύζει. Labra contrahit. Per translationem ductam ab infantibus lactentibus, qui ubera sugentes, labra contrahunt. Aristophanes: *Ille vero præ senectute labra contrahens, cibum ægre mandit.*

Μαστεύων. Quærens. *Sed aliquid amplius scire & studens & quærens, Deo duce.*

Μάστειρα. Mastira. Demosthenes Philippica VIII. *Mala illa Thraciæ: nam quo alio nomine appelles Drongilum, & Cabylen, & Mastiram?* Sed vide, ne forte pro Μάστειραν scribendum sit Βάστειραν, vel Πίστειραν, vel Ἐπίμαστον. Has enim urbes reperimus apud Anaximenem lib. VII. rerum a Philippo gestarum. At Μάστειραν nusquam.

Μάστορες. Quæsitores. Inquisitores. Magistratus quidam erat, ideo constitutus, ut publicas res populi inquireret: velut Zetetæ, & apud Pellenios, Mastri.

Μάστι. Per apocopen pro μάστιγι. Flagello.

Μαστιγίας. Servus, qui propter delictum aliquod verberibus cæditur.

Μαστιγίας ἐκ Μελίτης. Servus Hercules, a Melite Nympha sic dictus. Et Melite, populus Atticæ.

Μαστιγῶ. Accusativo jungitur. Verberibus cædo.

Μαστιγώσιμος. Verberibus dignus.

Μάστιε. Idem quod μάστιζε. Verberibus, seu flagris cæde.

Μάστιξ. Flagellum, quo equos percutimus. In Epigrammate: *Et bene consutum flagellum, quo mortui coercentur.*

Μαστίχη. Mastiche. Species myrepsica. Et μαστίχιον, itidem.

Μαστίχινος. Ex mastiche confectus.

Μαστός. Summus montis vertex. Montis cacumen. Collis. *Erat enim ad dextram illius castelli collis editus: quem si occupasset, eam sibi in posterum ad multa utilem fore putabat.* † *Mons editus iis imminebat: juxta quem erat via angusta.*

1 Μαστρύζει. συνέλκει καὶ συνάγει τὰ χ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 404. (289. Ed. Bas. P.)

2 Μάστειρα. ἐν ἡ Φιλιππ.] Ex Harpocratione.

3 Ἐν ἡ Φιλιππικῶν] Hæc est oratio illa, quæ hodie Περὶ τῶν ἐν Χερρονήσῳ inscribitur; in qua, pag. 40. locus Oratoris, quem Suidas hic mutilum exhibet, sic legitur: Οὐ γὰρ οὕτω γ' εὐήθης ἐστὶν ὑμῶν οὐδείς, ὅστις ὑπολαμβάνει τὸν Φίλιππον τῶν μὲν ἐν Θρᾴκῃ κακῶν. (τί γὰρ ἄλλο τις ἂν εἴποι, Δρογγίλον, καὶ Καβύλην, καὶ Μάστειραν;) καὶ ἃ νῦν ἐξαιρεῖ καὶ κατασκευάζεται, τούτων μὲν ἐπιθυμεῖν, &c. Id est, interprete Wolfio: *Neque enim quisquam vestrum ita simplex est, ut Philippum existimet mala illa in Thracia (nam quo alio nomine appelles Drongilum, & Cabylen, & Mastiram?) & ea, quæ nunc expugnat sibique subjicit, cupere, &c.*

4 Καβύλην] Priores Editt. habent Καμβύλην: cujus loco reposui Καβύλην, fretus auctoritate Manuscriptorum Paris. itemque Demosthenis, Harpocrationis, & Photii in Lexico inedito, apud quos sic legitur.

5 Πολιτείας] Πόλεις habent Harpocratio & Photius in Lexico inedito.

6 Μάστορες. ἀρχή τις ἀποδ.] Ex Harpocratione: sed apud quem legitur, μαστῆρες.

7 Ζητηταί] Vide Nostrum supra h. v.

8 Μάστιε] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. μάσα.

9 Καὶ νεκύων σφίγκτορ' εὐρ.] Versus gratia scribendum est,

——— Καὶ νεκύων σφίγκτορ' ἐϋρραφέα:

ut Portus etiam monuit. Vox sequens vero μάστιγα, si fuit initium Hexametri, ut idem Portus putabat; oportet ultimum α a sequente alia vocali elisum fuisse, quoniam syllaba media istius vocis longa est.

10 Μυρεψικόν] MSS. Paris. habent, μυρεψικῶ. Sed utraque lectio ferri potest.

11 Μαστὸς ἦν ὑπὲρ αὐτ.] Hæc sunt verba Xenophontis lib. IV. *de Expedit. Cyri*, pag. 329. ut a Porto observatum fuit.

Μαστροπεύω. [1] μαστροπεία. [2] Μαστροπεύοντες οἱ βασιλικοὶ τοῦ Ζήνωνος υἱοῦ τοὺς ἐφήβους, πρὸς τοὺς τῶν ἀρρένων ἔρωτας λυσσᾷν ἐξεπαίδευσαν ἐκτόπως.

Μαστροπεύω. Lenocinium facio. Et μαστροπεία. Lenocinium. *Ministri aulici filio Zenonis adolescentes puberes conciliarunt, animumque ejus adeo corruperunt, ut nefario postea marium amori supra modum indulgeret.*

Μαστροπός. μαυλιστής. πορνοβοσκός.

Μαστροπός. Leno. Qui meretrices alit.

Μαστρύλλιον. [3] τόπος ἔνθα οἱ μαστροποὶ διέτριβον.

Μαστρύλλιον, Locus, ubi lenones versabantur. Prostibulum.

Μασχάλην [4] αἴρεις. ἀντὶ τοῦ, καταμεθυσθήσῃ. οἱ γὰρ μεθύοντες ἦρον τὰς μασχάλας, [5] καταμωκώμενοι. [6] καὶ οἱ μνηστῆρες χεῖρας ἀνίσχοντες, γέλῳ ἔκθανον. καί,

Χεῖρας ἀνασχόμενοι μεγάλ' εὐχετόωντο ἕκαστος.

Μασχάλην αἴρεις. Axillam tollis. Id est, inebriaberis. Qui enim inebriabantur, axillas tollebant, alios deridentes. Et proci manibus sublatis risu emoriebantur. Et, *Manibus sublatis singuli vota faciebant.*

Μασχαλισθῆναι. [7] εἰώθασι τῶν ἀναιρεθέντων εἰς τὰς κεφαλὰς ἀπομάσσειν τὰ ξίφη, ὥσπερ [8] ἀποδιοπομπαζόμενοι τὸ μύσος τὸ ἐν τῷ φόνῳ. ἢ ὅτι ἐπὶ ταῖς καθάρσεσι τοῦ φονευθέντος τὰ ἄκρα ἔτεμνον, καὶ περὶ τὴν μασχάλην αὐτοῦ ἐκρέμαζον αὐτά, ἵνα, φασίν, ἀσθενὴς γένοιτο πρὸς τὸ ἀντιτίσασθαι τὸν φονέα. καὶ [9] Ἀπολλώνιος· Ἐξάργματα τέμνοντος θανόντος. περὶ τοῦ Ἰάσονος. ἢ ὅτι οἱ δρῶντες ἐμφύλιον φόνον, ἠκρωτηρίαζον τοὺς ἀναιρεθέντας, ἐκ παντὸς μέρους τοῦ σώματος ἀποτεμνόμενοι, καὶ περιῆπτον ἑαυτοῖς, τὰ ἄκρα συνείροντες, διὰ τούτων ὥσπερ τὴν δύναμιν ἐκείνων ἀφαιρούμενοι, διὰ τὸ μὴ παθεῖν ἐς ὕστερόν τι δεινὸν παρ' ἐκείνων. ἐφόρουν δὲ εἰς τὰς μασχάλας τὰ ἄκρα· ὃ μασχαλισθῆναι ἔλεγον. [10] Σοφοκλῆς·

Σκέψαι γάρ, εἴ σοι προσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ
Γέρα τάδ' οὑν τάφοισι δέξασθαι νέκυς,
Ὑφ' ἧς θανὼν ἄτιμος, ὥστε δυσμενής
Ἐμασχαλίσθη, κἀπὶ λουτροῖσιν κάρᾳ
Κηλῖδας ἐξέμαξε.

περὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος.

Μασχαλισθῆναι. [Ii, qui cædem commiserant,] in occisorum capita enses abstergere solebant, ut hac ratione piaculum cædis a se averterent. Vel quia expiationis gratia partes extremas hominis occisi amputare, & circa axillam ejus suspendere solebant; ut (sicut credebant) vires ei hac ratione adimerentur ad ulciscendum interfectorem. Et Apollonius: *Extremas partes mortui amputavit.* De Jasone ista dicuntur. Vel quia illi, qui cives aliquos occiderant, interfectos mutilabant, ex omni parte corporis aliquid resecantes; quas partes extremas postea in lineam digestas sibi appendebant, ut hac ratione vires illis adimerent, ne quod malum in posterum ab ipsis paterentur. Has autem particulas ex axillis suspensas gerebant: quod μασχαλισθῆναι vocabant. Sophocles: *Vide, num tibi videatur mortuus in sepulchro libenter accepturus esse inferias ab illa, a qua ut hostis cum ignominia cæsus, & fœde laceratus est; & in cujus caput, sceleris expiandi gratia, maculas* [*cædis*] *abstersit.* De Agamemnone [hæc dicuntur.]

Μασχαλίσματα. Ἀριστοφάνης παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ἠλέκτρᾳ κεῖσθαι τὴν λέξιν, ἔθος σημαίνουσαν. οἱ γὰρ φονεύσαντες ἐξ ἐπιβουλῆς τινας, ὑπὲρ τοῦ τὴν μῆνιν ἐκκλίνειν, ἀκρωτηριάσαντες μόρια τούτων, καὶ ὁρμαθίσαντες, ἐξεκρέμασαν τοῦ τραχήλου [11] διὰ τῶν μασχαλῶν διείραντες, καὶ μασχαλίσματα προσηγόρευσαν. σημαίνει δὲ ἡ λέξις καὶ τὰ τοῖς μηροῖς ἐπιτιθέμενα ἀπὸ τῶν ὤμων κρέα ἐν ταῖς τῶν θεῶν θυσίαις.

Μασχαλίσματα. Abscissa cadaveris membra, quæ sub axillis gestabantur. Aristophanes [Grammaticus dicit] vocem hanc apud Sophoclem in *Electra* reperiri, eamque morem [quendam antiquum] significare. Qui enim per insidias aliquos interfecerant, ut iram [manium] effugerent, extremas eorum partes amputatas & in lineam digestas ex collo & axillis suspendebant, easque μασχαλίσματα vocabant. Eadem vox etiam significat carnes humerorum, quæ femoribus in Deorum sacrificiis imponebantur.

Ματάζων. [12] ματαίως ζῶν. ματαίως φρονῶν. ματάσας. ὁμοίως εὕρηται παρὰ τῷ Λουκιανῷ ματαΐζω.

Ματάζων. Temere & stulte vivens. Vana cogitans. Et apud Lucianum reperitur ματαΐζω, quod idem significat.

1 Μαστροπεύω] Sic scriptum est in MSS. Paris. At priores Editt. habent μαστρωπεύω, per ω in syllaba secunda: quod minus usitatum est. Idem etiam dictum velim de vocibus sequentibus, μαστροπεία, μαστροπεύοντες, & μαστροπός.

2 Μαστροπεύοντες οἱ βασιλ.] Vide supra v. Ζήνων, βασιλ. ubi locus hic auctior legitur.

3 Μαστρύλλιον] Potius, μαστρυλλεῖον. Photius in Lexico inedito: Μαστρυλλεῖον. τόπος, ἐν ᾧ γραῦς μαστροπεὶ διατρίβουσιν, ἑταίρας ἔχουσαι, καὶ δέχονται τοὺς βουλομένους. ἐκάλουν δὲ αὐτὰς καὶ μάστρυας, εὐφήμως. Confer etiam Hesychium v. Μαστρύλλιον, & Nostrum infra v. Μαστρυλλεῖον.

4 Μασχάλην αἴρεις] Confer Hesychium h. v. & Zenobium Centur. v. Adag. VII.

5 Καταμωκώμενοι] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. καταμυκώμενοι.

6 Καὶ οἱ μνηστῆρες χεῖρας ἀνίσχ.] Locus exstat apud Homerum Il. Σ. v. 99.

7 Μασχαλισθῆναι. εἰώθασι τῶν ἀναιρ.] De hoc more tam veteres quam recentiores nihil indictum reliquerunt. Vide Schol. Apollon. Rhod. ad lib. IV. v. 478. Schol. Sophoclis ad *Electr.* pag. 102. (unde integrum hunc locum, observante etiam Porto, Suidas descripsit) Etymologum v. Ἀπάργματα: Nostrum supra v. Ἐμασχαλίσθη: Meursium ad Lycophronem, v. 1225. & Stanlejum ad Æschyli *Choeph.* v. 437.

8 Ἀποδιοπομπαζόμενοι] Priores Editt. corrupte habent ἀποπομπαζόμενοι: cujus loco scribendum esse ἀποδιοπομπαζόμενοι, patet ex ipso Suida supra v. Ἀποδιοπομπαζόμενοι, ubi hic ipse locus legitur.

9 Ἀπολλώνιος] *Argon.* lib. IV. v. 478. ubi sic legitur:

Ἥρως Αἰσονίδης ἐξάργματα τάμνε θανόντος.

Locum hunc Apollonii indicaverat etiam Portus.

10 Σοφοκλῆς] *Electra*, pag. 102. ut & paulo ante diximus.

11 Διὰ τῶν μασχαλῶν] Lego, καὶ τῶν μασχαλῶν.

12 Ματάζων. ματαίως ζ.] Locus hic in MS. A. sic legitur: Ματαΐζων. ματαίως ζῶν. ματαίως φρονῶν. καὶ ματαΐσας. ὁμοίως.

Μὰ τὰ[1] λάχανα. σημεῖον τοῦτο περὶ ὅρκου· ὃ καὶ νῦν ἐπιχωριάζει. πολλοὶ γὰρ πρὸς λάχανα ὀμνύουσιν, εὐορκίαν ἐπιδεικνύμενοι. ἐπιχωριάζει δ' εἰσέτι καὶ τοῖς ἐλλογίμοις Ἀρμενιακοῖς τὸ, Μὰ τὰ καλά.

Μάτην. ἄλλως. Ἴωνες.

Ματηρεύειν.[2] ματαίως ζῆν.

Ματήσετον.[3] ἀμελήσουσιν.

Ματθαῖος. ὄνομα κύριον. ὁ[4] Εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἔχει τίτλους ξή. κεφάλαια τνέ.

Ματθίας. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ ἱερεὺς Ἱερουσαλήμ. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀντίοχος.

Ματία. [ματαιότης.]

Ματιολοιχός.[5] ὁ περὶ τὰ μικρὰ πανοῦργος, καὶ λίχνος. μάτιον γὰρ, ὡς βέλτιον τῷ τόνῳ, τὸ μικρόν. ἢ ὁ μικροφάγος. ἐπεὶ μάτιον τὸ ἐλάχιστόν φασιν. ἢ ὁ μάταια βουλευόμενος, καὶ λοχῶν. ἢ κρουσιμέτρης.[6] μάτιν γὰρ εἶδος μέτρου. ὀξυτόνως δὲ ἀναγνωστέον, ὥς φησιν Ἡρωδιανός.

Μάτιον. εἶδος μέτρου. ἢ τὸ ἐλάχιστον.

Ματρέας.[7] οὗτος λαοπλάνος ἦν.[8] ἔτρεφε δὲ θηρίον, ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατήσθιε. καὶ ζητεῖται, τί τὸ τοῦ Ματρέου θηρίον. ἐποίησε δ' οὗτος καὶ[9] περὶ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας· Διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' οὔ.

Ματρίκιον.[10]

Μάτρις. ὄνομα κύριον.

Μάτρωνος. ὄνομα κύριον.

Ματρυλλεῖον.[11] τόπον τινά φασιν εἶναι, ἐν ᾧ γραῖες διατρίβουσαι ἐδέχοντο τοὺς βουλομένους καταμεθυσθῆναι. Μένανδρος Ἐπιτρέπουσιν· Οὐκ οἰμώξεται κατ'[12] τρεῖς ἐν ματρυλλείῳ τὸν βίον.

Μάττοντας.[13] ἐσθίοντας πολλά. ἀπὸ τῆς ματτομένης μάζης. Ἀριστοφάνης· Τοὺς θ' Ἡρακλέας μάττοντας. αἰνίττεται δὲ ταῦτα εἰς Εὐριπίδην, ὃς ἐποίησεν Ἡρακλέα πεινῶντα, καὶ Διόνυσον δειλὸν, καὶ Δία μοιχὸν, καὶ δοῦλον κλαίοντα.

Μὰ τὰ λάχανα. Per olera. Est signum jurisjurandi, quod & hodie frequenter usurpari solet. Multi enim per olera jurant; ostendentes, jurisjurandi religionem sibi sanctam esse. Quinetiam hodie multis in Armenia claris viris familiare est jurare Μὰ τὰ καλά: i. e. *per pulchra.*

Μάτην. Temere. Frustra. Iones.

Ματηρεύειν. Temere, vel stulte vivere.

Ματήσετον. Negligent.

Ματθαῖος. Matthæus. Nomen proprium. Euangelista Matthæus habet titulos 68. capita 355.

Ματθίας. Matthias. Nomen proprium. Erat autem sacerdos Hierosolymis. Vide in v. Ἀντίοχος.

Ματία. Vanitas. Stultitia. Stoliditas.

Ματιολοιχός. In minutis rebus callidus. Vel, catillo. Μάτιον enim, quod eundem accentum habet, quem βέλτιον, significat parvum. Vel qui exiguo & pauco cibo vescitur. Μάτιον enim appellant minimum. Vel, qui vana consilia agitat, & insidias aliis struit. Vel, qui mensura aliquem defraudat. Μάτι enim est genus mensuræ. Legendum vero est ματιολοιχός, cum acuto in ultima, ut ait Herodianus.

Μάτιον. Mensuræ genus. Vel, minimum.

Ματρέας. Matreas. Hic fuit impostor: qui bestiam alere se dicebat, quæ ipsa sese comederet. Quæritur autem adhuc, quænam fuerit illa Matreæ bellua. Composuit etiam quæstiones ad instar [Problematum] Aristotelis; ex quibus erat & hæc: Quare Sol occidens dicatur δύνειν, non vero κολυμβᾷν.

Ματρίκιον. Matricula.

Μάτρις. Matris. Nomen proprium.

Μάτρωνος. Matronis. Nomen proprium. [A recto Μάτρων.]

Ματρυλλεῖον. Sic locum vocari ajunt, in quo sedentes aniculæ excipiebant eos, qui vino se inebriare volebant. Lupanar. Menander Ἐπιτρέπουσι: *Non flebit, postquam in lupanari bona sua disperdidit?*

Μάττοντας. Multa comedentes. [Avide devorantes. Per translationem ductam] a maza, quæ pinsitur. Aristophanes: *Et Hercules devorantes.* His autem oblique Euripidem perstringit, qui finxit Herculem esurientem, Bacchum timidum, Jovemque adulterum, & servum flentem.

1 Μὰ τὰ λάχανα] Confer Nostrum supra v. Λαχάνοις.

2 Ματηρεύειν. ματαίως ζῆν] Photius in Lexico inedito: Ματηρεύειν. ματεύειν. ζητεῖν. Hesychius: Ματηρεύειν. ματεύειν, (potius ματεύειν, ut habet Photius) ζητεῖν. Hinc & apud Suidam pro ματαίως ζῆν, scribendum puto, ματεύειν, ζητεῖν. Vel, ματαίως ζητεῖν.

3 Ματήσετον] Confer Hesychium v. Μάτησεν.

4 Ὁ Εὐαγγελιστὴς Ματθαῖος ἔχει τίτλ.] Confer Suidam infra v. Τίτλος.

5 Ματιολοιχός] Voce hac usus est Aristophanes in *Nubibus* pag. 153. (86. Ed. Bas. P.) ad quem locum vide Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

6 Μάτι] Scholiasta Aristophanis loco laudato habet, μάτιον.

7 Ματρέας. οὗτος λαοπλ.] Locus hic apud Athenæum lib. 1. p. 19. unde eum Suidas descripsit, paulo auctior sic legitur: Ἐθαυμάζετο δὲ παρ' Ἕλλησι καὶ Ῥωμαίοις Ματρέας, ὁ πλάνος, ὁ Ἀλεξανδρεύς· ὃς ἔλεγε καὶ θηρίον τρέφειν, ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατεσθίει· ὡς καὶ ζητεῖσθαι μέχρι νῦν τὸ Ματρέου θηρίον, τί ἐστι. ἐποίησε δὲ οὗτος καὶ παρὰ τὰς Ἀριστοτέλους ἀπορίας, καὶ ἀνεγίνωσκε δημοσίᾳ, Διὰ τί ὁ ἥλιος δύνει μὲν, κολυμβᾷ δ' οὔ; καὶ Διὰ τί οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, συγκωθωνίζονται δ' οὔ. καὶ τί τετράδραχμον κατακερματίζεται μὲν, ὀρχίζεται δ' οὔ. Vide ad eum locum Casaubonum.

8 Ἔτρεφε δὲ θηρίον, ὃ αὐτὸ ἑαυτὸ κατήσθ.] Ænigma hoc solvere conatur Eustathius ad Odyss. A. pag. 1382. quem vide.

9 Περὶ τὰς Ἀριστ.] Athenæus loco laudato habet, παρὰ τὰς Ἀριστ. uti etiam hic apud Suidam scribendum est.

10 Ματρίκιον] Vide Dufrenium in Glossario Græco.

11 Ματρυλλεῖον. τόπον τινά φ.] Ex Harpocratione. Confer Nostrum paulo ante v. Ματρύλλιον.

12 Κατ' τρεῖς] Harpocratio habet, καταφθαρεῖσα: cujus loco Portus restituit, καταφθαρείς: quod non displicet. Sic ergo totus hic locus scribendus & distinguendus est:

——————— Οὐκ οἰμώξεται,

Καταφθαρεὶς ἐν ματρυλλείῳ τὸν βίον.

13 Μάττοντας. ἐσθίοντας πολλά. ἀπὸ τῆς ματτ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 678. (662. Ed. Bas. P.) Ibi autem pro ματτομένης μάζης, legitur, ματτομένης ζύμης.

Μὰ [1] τόν. ἐλλειπτικῶς ὀμνύειν. καὶ οὕτως ἔθος ἐστὶ τοῖς ἀρχαίοις ἐνίοτε μὴ προστιθέναι τὸν Θεόν. εἰώθασι γὰρ τοῖς τοιούτοις ὅρκοις χρῆσθαι ἐπευφημιζόμενοι. ὥστε εἰπεῖν μὲν, Μὰ τὸν, ὄνομα δὲ μὴ προσθεῖναι. καὶ Πλάτωνα δὲ τῷ τοιούτῳ κεχρῆσθαι.

Μαυλίας. [2] τὰς μαχαίρας ἐκάλουν· διὰ τὸ ὁμοῦ αὐλίζεσθαι. οἷον ὁμαυλίας.

Μαυρίκιος, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων. [3] λέγεται περὶ Μαυρικίου, φιλοτίμως ἔχειν περὶ τὴν τῶν λόγων μεγαλοπρέπειαν, τιμᾶν τε λίαν καὶ λαμπρῶς τοὺς ἐντεθληκότας περὶ τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων. ἀναφέρεται δὲ καὶ τὴν τρίτην μοῖραν τῶν φόρων συγχωρῆσαι τοῖς ὑπηκόοις τὸν Μαυρίκιον. οὗτος δὲ προχειρίζεται στρατηγὸς τῆς ἑῴας ὑπὸ Τιβερίου Καίσαρος. ὁ ς Μαυρίκιος ἐν πολέμοις μὲν καὶ ἀγῶσιν οὐκ ἐντεθραμμένος, ἔμφρων δὲ ἄλλως, καὶ ἐμβριθὴς, καὶ κατηκριβωμένος, [4] ξυγκεράσας τε ἐν αὐτῷ ἄμφω τὰ ἐναντίως ἔχοντα ἀλλήλοις, ὄγκον φρονήματος καὶ πρᾳότητος, πάσης ὑπεροψίας τε καὶ ὀφρύος ἐλεύθερον. [5] τοιοῦτον δή τινα τὸν Μαυρίκιον ὄντα ἡ τῶν πραγμάτων ἡγεμονία παραλαβοῦσα, ἐνέδειξέ τοις εὐκλεέστερον τῇ πείρᾳ.

Μαῦρον. τὸ ἀμαυρὸν, καὶ ἀσθενές.

Μαῦρος. μωρός.

Μαυροῦσι. ἀφανίζουσι.

Μαυρούσιοι. ἔθνος ἀπρόσμαχον τοῖς ἐκεῖθεν βαρβάροις, ὑπὸ τόλμης τε καὶ ὀξύτητος καὶ τοῦ μεμελετηκέναι ἐπελαύνειν τε ἀθρόους, ὅπου παρείξειε, κἀποφεύγειν εὐπετῶς, καὶ ξυναυλίζεσθαι αὖθις ἐκ τῆς φυγῆς· ὡς ἐπιστρέψαντας ἐμβαλεῖν εἰς τοὺς ἀπερισκέπτως τε καὶ οὐκ ἐν τάξει διώκοντας. [6] εἰ δὲ καὶ πταῖσμά τι γένοιτο, οὐκ ἐν στρατιᾷ Ῥωμαίων κινδυνεύσειν, ἀλλ' ἐν ξυμμαχίᾳ τε, καὶ ταύτῃ βαρβάρων.

Μαύσωλος, [7] ἄρχων Καρῶν. φησὶ δὲ αὐτὸν Θεόπομπος μηδενὸς ἀπέχεσθαι πράγματος, χρημάτων ἕνεκα.

Μαχάων, Μαχάονος. ὄνομα ἰατροῦ καὶ Χείρων ὁ Κένταυρος. [8] διεψιθύριζον δὲ ὡς ἑαυτοὺς οἱ Χείρωνος καὶ Μαχάονος τεχνώμενοι μελετήματα, ὡς συνεκδημήσοι αὐτῷ καὶ ἡ ψυχὴ τῇ τοῦ βέλους ἐξόδῳ.

Μαχάτας. ὄνομα κύριον.

Μάχαιρα. ἡ σπάθη. [9] οἱ Κελτίβηρες τῇ κατασκευῇ τῶν μαχαιρῶν πολὺ διαφέρουσι τῶν ἄλλων. καὶ γὰρ κέντημα πρακτικὸν καὶ καταφορὰν ἔχει δυναμένην ἐξ [10] ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν. ἢ καὶ Ῥωμαῖοι τὰς

M A

Μὰ τόν. Per illum. Est jusjurandum, in quo Dei nomen omissum est. Sic enim antiqui interdum jurare consueverant, non addito Dei nomine; [per quem jurabant:] idque religionis causa facere solebant. Dicebant igitur μὰ τὸν, non addentes nomen [Dei.] Et Platonem hujusmodi jurejurando usum fuisse tradunt.

Μαυλίας. Sic vocabant gladios; ab ὁμοῦ & αὐλίζεσθαι: quasi dicas ὁμαυλίας.

Μαυρίκιος. Mauricius, Romanorum Imperator. Fertur Mauricius verborum magnificentiam [& eloquentiam] plurimi fecisse, & viros in pulcherrimis quibusque disciplinis versatos maximis honoribus affecisse. Fertur etiam idem Mauricius tertiam vectigalium partem subditis remisisse. Hic a Tiberio Cæsare Dux Orientis designatus est, &, quamvis in bellis & prœliis versatus non esset, vir tamen prudens fuit, & gravis, & accuratus. Duas vero res contrarias, quas in se habebat, simul temperavit, summam animi magnitudinem, & clementiam omni superbia & supercilio vacuam. Rerum igitur principatus cum suscepisset Mauricium, qui talis erat, ipsa experientia longe gloriosiorem ipsum demonstravit. *Port.*

Μαῦρον. Idem quod ἀμαυρόν. Obscurum. Debile.

Μαῦρος. Pro μωρός. Stultus.

Μαυροῦσι. Delent. De medio tollunt.

Μαυρούσιοι. Maurusii, gens invicta ab illius regionis Barbaris, ob audaciam, & celeritatem, & quod per exercitationem didicerint, quoties occasio se obtulerit, conferti suos adversarios invadere, & ab illis facile refugere, & ex fuga denuo in unum coire, ut conversi in improvide nulloque ordine insequentes irruant. Quod si qua clades acciderit, non in Romanorum exercitu sed in sociorum, iisque Barbarorum copiis, periculum fore. *Port.*

Μαύσωλος. Mausolus, Carum princeps: quem Theopompus a nullo facinore, pecuniæ causa, sibi temperasse dicit.

Μαχάων. Machaon. Nomen medici: ut & Chiron Centaurus. *Qui autem Chironis & Machaonis artem exercebant, inter se susurrantes dicebant, ipsius animam una cum telo, si extraheretur, exituram.*

Μαχάτας. Machatas. Nomen proprium.

Μάχαιρα. Gladius. *Celtiberi gladiorum fabrica excellunt: quippe eorum gladii & mucrone sunt valido, & ad cæsim utraque manu feriendum apti. Quamobrem Romani jam inde ab Annibalicis temporibus, abjectis ensibus pa-*

1 Μὰ τόν. ἐλλειπτικῶς ὀμν.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas*, pag. 276. (183. Ed. Bas. *P.*)

2 Μαυλίας· τὰς μαχαίρας ἐκάλουν· διὰ τὸ ὁμοῦ αὐλ.] Ex Scholiasta Thucyd. ad lib. I. cap VI. ut a Porto quoque observatum fuit.

3 Λέγεται περὶ Μαυρικίου, φιλοτίμως —— περὶ τὰ κάλλιστα τῶν μαθημάτων] Hæc sunt verba Theophylacti Simocattæ lib. VIII. cap. XIII. in fine.

4 Ξυγκεράσας τε ἐν αὐτῷ ἄμφω —— πρᾳότητος] Locus hic repetitur infra, v. Ὄγκος.

5 Τοιοῦτον δή τινα τὸν Μαυρ.] Porti versio, uti plerumque alibi, ita & hic est frigida: quam ipse Lector haud gravatim emendabit. Nos enim ad alia properamus.

6 Εἰ δὲ καὶ πταῖσμά τι γένοιτο, οὐκ ἐν στ.] Loci hujus sensus est mutilus & imperfectus, qui non nisi ex ipso auctore, unde hæc Suidas deprompsit, suppleri potest.

7 Μαύσωλος, ἄρχων Καρ.] Ex Harpocratione.

8 Διεψιθύριζον δὲ ὡς ἑαυτοὺς οἱ Χείρωνος καὶ Μαχ.] Fragmentum hoc legitur apud Theophylactum Simocattam lib. II. cap. VI. ubi verba fiunt de milite Romano, qui in prœlio adversus Persas quatuor sagittis graviter fauciatus, mortem paulo post obiit. Id autem ideo moneo, ne quis forte cum Porto existimet, locum hunc de Epaminonda intelligendum esse.

9 Οἱ Κελτίβηρες τῇ κατασκευῇ τῶν μαχ.] Fragmentum hoc Casaubonus, Lipsius, & Valesius Polybio tribuunt: & recte quidem. Nam & res & stilus satis indicant, locum hunc ex scriptore illo depromptum esse.

10 Ἐξ ἀμφοῖν ταῖν χεροῖν] Cl. Jacobus Gronovius recte emendat, ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν. Eum vide in Notis ad Fragmenta Polybii a Valesio collecta, pag. 46.

πατρίοις ἀποθέμενοι μαχαίρας, ἐκ τῆς κατ' Ἀννίβαν, μετέλαβον τὰς τῶν Ἰβήρων καὶ τῆς μὲν κατασκευῆς μετέλαβον, αὐτὴν δὲ τὴν χρηστότητα τοῦ σιδήρου καὶ τὴν ἄλλην ἐπιμέλειαν οὐδαμῶς δύνανται μιμεῖσθαι.

Μαχέσθων[1] ὡς τεθνηξόμενοι, καὶ οὐ τεθνήξονται. ἐστιν ἐν τῷ Ἀποθνήσκοντας.

Μάχην.

[2] Μάχην μάχαιρα ζωγραφεῖ κρατουμένη.
Συνθλᾶν μαχαίρας, δυσμενῶν δηλοῖ θλάσιν.

Μάχιμος. ὁ γενναῖος. [3] Εἰδώς με μάχιμον ὄντα καὶ φιλοτιμούμενον.

Μεθωναῖος. Methonæus. Ex urbe Methone.

Μεθώνη. Methone. Urbs. Item, una ex Alcyonei filiabus. Demosthenes autem in *Philippicis* videtur mentionem facere ejus Methones, quæ in Thracia sita erat: quam obsidens Philippus ictu sagittæ dextrum oculum amisit. Demetrius Magnes autem quatuor Methonas esse dicit.

Μέθυ. Vinum. [In Epigrammate:] *Terra autem odoratum & dulce fundat vinum, ut & cinis tuus & ossa voluptate fruantur.* Et Homerus: *Dedit Jasonis filius mille congios vini ferendos.*

Μεθυμναῖος. Methymnæus: sive, qui est ex urbe Methymne.

Μεθύουσαν. Ebriam. Madidam: In Epigrammate: *Et remum, aqua salsa adhuc ebrium.* Et μεθύω, accusativo [interdum jungitur.]

Μεθύση κύων. Ebria canis. Est generis fœminini. [Aristophanes:] *Æsopum a cœna redeuntem audax & ebria allatrabat canis. Cui ille dixit: O canis, canis, si pro ista mala lingua alicunde frumentum emeres, sapere utique mihi videreris.*

Μεθυσοκότταβοι. Inter pocula cottabo ludentes. Λάταξ erat ærea phiala, quam cottabizantes inter cœnandum vino plenam ponebant. In eā deinde vinum in minora pocula infusum e loco superiore conjiciebant, strepitus edendi gratia, qui vocabatur cottabus. Ille igitur plausum merebatur, qui majorem strepitum edidisset. Hinc dicti sunt μεθυσοκότταβοι.

Μελαγρία. Melagria. Genus herbæ, in deserto nascentis.

Μελαγχαίτης. Nigram comam habens.

Μέλαθρον. Domus. Ædes. Et μέλαθρα,

1 Συμπόσιον δέκα παρθένων] Exstat, editum primo a Leone Allatio, & deinde ab aliis.

2 Περὶ ἀναστάσεως λόγον] Hic liber hodie quidem intercidit, sed Excerpta quædam ex eo supersunt apud Photium, Cod. ccxxxiv.

3 Ἕτερον κατὰ τοῦ αὐτοῦ, περὶ Πυθων.] Non exstat.

4 Περὶ αὐτεξουσίου] Magnam ejus operis partem edidit Combefisius cum reliquis Methodii operibus. Integrum autem se habuisse testatur Leo Allatius in Diatriba *de Methodiis*.

5 Εἰς τὴν Γένεσιν, καὶ εἰς τὸ Ἆισμα τῶν ᾀσμ.] Uterque commentarius injuria temporis intercidit.

6 Καὶ μία τῶν Ἀλκυονίδων] Confer Nostrum supra v. Ἀλκυονίδες.

7 Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς λέγοι ἂν τὴν ἐν Θρ.] Hæc, & quæ sequuntur, Suidas ex Harpocratione sumpsit.

8 Εὐῶδες δ' ἀπὸ γῆς ἡδ.] Fragmentum hoc est pars Epigrammatis in Anacreontem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXV. ut Portus monuit.

9 Ὅμηρος] Iliad. H. v. 471.

10 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. III. ut itidem Portus observavit.

11 Μεθύση κύων. θηλυκόν] Thomas Magister: *Μεθύση γυνὴ, Ἀττικόν· ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Γραῦν μεθύσην τοῦ κέρδους ἕνεκα. Μέθυσος δὲ, ἐπὶ μὲν ἀρσενικοῦ, οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν· ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς λάλου μελέτῃ· Οὐκ ἔστιν ἡ γυνή μοι μέθυσος. σὺ τοίνυν Ἀττικοῖς ἑπόμενος, ἐπὶ μὲν ἀρσενικοῦ μεθύων λέγε, καὶ μεθυστικός· ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ, μεθύουσα, καὶ μεθύση.*

12 Αἴσωπον ἀπὸ δείπνου βαδ.] Hic & sequentes versus leguntur apud Aristophanem *Vespis*, pag. 530 (361. Ed. Bas. P.)

13 Μεθυσοκότταβοι. λάταξ, χαλκῆ φ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 396. (283. Ed. Bas. P.) Vide etiam supra v. Κότταβος, ubi eadem leguntur.

14 Ἀριστοφάνης] *Avibus*, pag. 599. (415. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Μέλαθρα μὲν αὐτοῦ, καὶ δόμους Ἀμφίονος
Καταιθαλώσω πυρφόροισιν αἰετοῖς.

Μέλαθρα μὲν ἂν καταιθαλώσω· παρὰ τὸ μελαίνεσθαι ὑπὸ τοῦ καπνοῦ.

[plurali.] Aristophanes: *Domus quidem ejus in cinerem redigam.* [Μέλαθρον vero dictum est,] a μελαίνεσθαι, denigrari: quod fumo denigretur.

Μελαμβαφές. μέλαν ἐκ βαφῆς.

Μελαμβαφές. Nigro colore tinctum.

Μελάμβωλος. μελανόγειος.

[1] Αἰγύπτου μεδέουσα μελαμβώλου λινόπεπλε Δαῖμον.

Μελάμβωλος. Nigrum solum habens. *Regina Ægypti nigrum solum habentis, Dea linigera.*

Μελάμπους. [2] μαντικῆς εἰδήμων. Ὁ δὲ [3] σύμβολος Μελάμποδος, ἢ [4] Πόλητος ἐδέετο. οὗτοι δὲ ἦσαν ἄριστοι κρίνειν τὰ μέλλοντα.

Μελάμπους. Melampus. Hic divinationis peritus erat. *Omen autem illud Melampodem aliquem vel Polletem requirebat.* Hi enim res futuras optime conjicere norant.

Μελαμπύγου [5] τύχοις. Μελάμπυγοι δύο τινὲς ἀδελφοὶ ἐγένοντο πέρπεροι, [6] Λίμνης υἱοί. ἀκολασταινόντων δὲ αὐτῶν πολλά, ἡ μήτηρ ἔλεγε φυλάσσεσθαι, μήποτε ἐμπέσωσιν εἰς δασύπρωκτον. ἐμπεσόντες οὖν εἰς Ἡρακλέα, ἐν [7] ἀναφόρῳ ἐδέθησαν. εἶτα ὁρῶν αὐτοὺς γελῶντας, καὶ κατακύπτοντας, ἐπυνθάνετο τὴν αἰτίαν. οἱ δὲ ἔλεγον, ὅτι λόγιον ἦν τὸ τῆς μητρὸς, ἐμπεσεῖσθαι ἡμᾶς εἰς δασύπρωκτον· καὶ γελάσαντα τὸν Ἡρακλέα, ἀφεῖναι αὐτοὺς τῶν δεσμῶν. † Ὅτι τοὺς λευκοπύγους ὡς γυναικώδεις ἐκωμῴδουν.

Μελαμπύγου τύχοις. In Melampygum incidas. Melampygi duo fratres fuerunt, homines protervi, qui cum multa petulanter & insolentius facerent, mater iis dixit, caverent, ne aliquando in virum hirsuto podice inciderent. Cum igitur in Herculem incidissent, vinculis ab eo constricti, & ex ligno, quod ἀνάφορον Græci vocant, suspensi fuerunt, [capite deorsum verso.] Postea, cum eos ridentes videret, causam risus illius percontatus est. Illi vero responderunt, oraculum a matre sibi datum esse, fore, ut in virum hirsuto podice inciderent. Herculem igitur [hoc audito] risisse, eosque vinculis solutos dimisisse ferunt. † Illi, qui albas nates habebant, ut molles & effœminati a Comicis perstringebantur.

Μέλαν. τὸ ἀντιδιαιρούμενον τῷ λευκῷ χρώματι. καὶ ἰδίως, ᾧ γράφομεν. Μέλαν δέ ἐστι χρῶμα συγκριτικὸν ὄψεως. καὶ [8] Μελαναιγίδα Διόνυσον ἱδρύσαντο ἐκ τοιᾶσδε αἰτίας. αἱ τοῦ Ἐλευθῆρος θυγατέρες, θεασάμεναι φάσμα τοῦ Διονύσου, ἔχοντα μέλαιναν αἰγίδα, ἐμέμψαντο. ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ἐξέμηνεν αὐτάς. μετὰ ταῦτα ὁ Ἐλευθὴρ ἔλαβε χρησμὸν, ἐπὶ παύσει τῆς μανίας τιμῆσαι Μελαναιγίδα Διόνυσον.

Μέλαν. Atrum. Nigrum. Sive id, quod albo colori oppositum est. Et specialiter sic vocatur atramentum, quo scribimus. Niger vero color ita comparatus est, ut radios visus colligat. Et Baccho Melanægidi templum hac de causa dedicatum est. Eleutheris filiæ, cum vidissent spectra Bacchi, nigris pellibus caprinis amicta, ea vituperarunt. Bacchus igitur iratus, eas insanas reddidit. Postea Eleuther ad filias ab insania liberandas, Bacchum Melanægidem ab Oraculo colere jussus est.

Μελανείμων. ὁ μέλανα ἱμάτια φορῶν.

Μελανείμων. Nigris vestibus amicti.

Μελανίωνος σωφρονέστερος. [9] Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ·

Μελανίωνος σωφρ. Melanione castior. Aristophanes *Lysistrata: Hic* (Melanion) *fugiens nup-*

1 Αἰγύπτου μεδέουσα μελαμβ.] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate Philippi, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum publici juris fecimus supra v. Κεγχρίνοισι. Ægyptus autem hic vocatur μελάμβωλος, quod solo esset nigro. Unde Plutarchus in *Iside* eandem vocat μελάγχειον. Vide etiam Stephanum Byzantium v. Αἴγυπτος, qui Ægyptum μελάμβωλον dictam fuisse expresse testatur.

2 Μελάμπους] De hoc videndus est Scholiasta Apollonii Rhodii ad lib. I. v. 118. & Nicephorus ad Synes. *de Insomniis*, pag. 419. itemque alii. Obiter hic moneo, exstare hodie adhuc sub Melampodis nomine libellum περὶ παλμῶν, quem edidit Sylburgius Tomo IV. Phys. Oper. Aristot. Sed cum vetustissimi hujus Melampodis esse, qui Homerum ætate præcessit, quis credat? Præterea, in Bibliotheca Vindobonensi inter alia opera Manuscripta exstat etiam Μέθοδος σεληνιακὴ περὶ τῆς σελήνης προγνώσεων, Μελάμποδος τοῦ Ἀστρολόγου: i. e. *Melampodis Astrologi Methodus Prædictionum Lunarium.* Sed & illud opus recentioris alicujus Melampodis esse non dubito. Ex vetusto illo Melampode, de quo Suidas hic agit, Hesiodum quædam in poema suum *de Oper. & Diebus* transtulisse, testatur Tzetzes in Scholiis ad Hesiodum pag. 180. ubi sic inquit: Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Ἡσίοδος ἐκ τοῦ Μελάμποδος εἴληφε. Φησὶ γάρ πω ἐκεῖνος. Ἐν πέμπτῃ σελήνῃ τις ἐπιορκῶν ὀμόσας, τοσαῦτα ἡμέρας πλεῦσαι. καὶ σημειωσάμενος πολλοὺς τοῦτο ἀληθές. Sed incidit procul dubio Tzetzes in librum aliquem ψευδεπίγραφον, cujus auctor ut vetustatem mentiretur, & Lectori fucum faceret, Melampodis nomen sibi tribuerat. Nam tempore Tzetzis opera quædam γνήσια vetustissimi illius Melampodis adhuc exstitisse, vix mihi persuadeo. Possem hic multo plura ex Herodoto, Pausania, Diodoro Siculo, Apollodoro, Clemente Alexandrino, aliisque, de Melampode congerere, nisi ea & obvia, & ab instituto nostro aliena esse existimarem.

3 Ὁ δὲ σύμβολος Μελάμποδος ἢ Πόλητος ἐδ.] Marinus in Vita Procli, cap. x. Καὶ τίς ἂν ἐγένετο σύμβολος τούτου σαφέστερος, ἢ ἐδεῖτο Πόλλητος, ἢ Μελάμποδος, ἢ τῶν ὁμοίων εἰς κρίσιν διαιτητῶν; *Et quod potuit omen esse manifestius, quodque minus indigeret Pollete, vel Melampode, vel similibus interpretibus?* Locus est nostro plane similis.

4 Πόλητος] Rectius Πόλλητος, per duplex λλ. Vide Nostrum infra v. Πόλλης.

5 Μελαμπύγου τύχοις] Confer omnino Zenobium in Adag. Μὴ σύγε Μελαμπύγου τύχοις; qui inter alia & hæc habet: Ἐφίσταται οὖν αὐτοῖς Ἡρακλῆς, καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν συνδήσας πρὸς ἀλλήλους, καὶ τῆς λεοντῆς ἐξαρτήσας κάτω ἄρας, ἐπέθηκε τοῖς ὤμοις αὐτοῦ. Mendum in his verbis latet, a Schotto non observatum, quod obiter eluam. Pro κάτω ἄρας enim scribendum est, κατωκάρα, id est, *capite deorsum verso:* quam lectionem sensui hujus loci optime convenire, sequentia ostendunt. Addit enim Zenobius, Melampygos ex humeris Herculis suspensos, risisse, cum hirsutas ejus nates vidissent: quod manifeste utique probat, pedes eorum sursum, & capita deorsum versa fuisse.

6 Λίμνης] Sic non solum habent MSS. Paris. sed etiam Editio princeps Mediolanensis, & Michael Apostolius, qui locum hunc Suidæ, uti & multa alia, in Collectanea sua retulit. At Editt. Aldina, Basileensis & Genevensis habent Μέμνονος: quæ lectio miror unde sumpta sit.

7 Ἀναφόρῳ] De significatione hujus vocis vide Suidam supra v. Ἀμφικύπελλον.

8 Μελαναιγίδα] Sic rectius MSS. Paris. quam priores Editt. quæ habent Μελανιγίδαν. Casus rectus enim est Μελαναιγίς, ίδος. Confer Nostrum supra v. Ἀπατούρια. ubi itidem Bacchi Μελαναιγίδος mentio fit. Cæterum, pro Μελαναιγὶς scribere præstat Μελαιναιγὶς per diphthongum αι in syllaba penultima; si verum est, Bacchum ita vocatum esse a μέλας, niger, & αἰγὶς, pellis caprina.

9 Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ] Pag. 886. (559. Ed. Bas. P.) ubi quædam aliter leguntur. Eum igitur confer.

Οὕτως φεύγων γάμον
Ἀφίκετ' ἐς ἐρημίαν, κἀν
Τοῖς ὄρεσιν ᾤκει,
Καὶ κύνα τιν' εἶχε,
Κἆτ' ἐλαγοθήρει,
Κοὐκ ἔτ' ἦλθεν οἴκαδ' ὑπὸ μίσους.
Τὰς γυναῖκας ἐβδελύχθη
Τοῦ Μελανίωνος σωφρονέστεροι.

tias in desertum abiit, & in montibus habitavit, canemque habens, lepores venatus est, nec domum rediit, præ odio [*mulierum.*] *Adeo nimirum ille mulieres detestabatur. Nos vero nihilo minus Melanione castiores sumus.*

Οὕτω
Ἐκεῖνος. ἡμεῖς δὲ οὐδὲν

Μελανίππειον. [1] Μελανίππου τοῦ Θησέως ἡρῷόν ἐστι.

Μελανίππειον. Fanum Melanippi, Thesei filii.

Μελανιππίδης, [2] Κρίτωνος, γεγονὼς κατὰ τὴν ξε' Ὀλυμπιάδα, Μήλιος. ἔγραψε δὲ Διθυράμβων βιβλία πλεῖστα, καὶ ποιήματα ἐπικὰ, καὶ ἐπιγράμματα, καὶ ἐλεγεῖα, καὶ ἄλλα πλεῖστα.

Μελανιππίδης. Melanippides, Critonis filius, Melius, natus Olympiade LXV. Scripsit Dithyramborum libros quam plurimos, & poemata versu heroico, & Epigrammata, & Elegias, & alia plurima.

Μελανιππίδης, θυγατριδοῦς τοῦ πρεσβύτου, παῖς δὲ Κρίτωνος, λυρικὸς καὶ αὐτὸς· ὃς ἐν τῇ τῶν Διθυράμβων μελοποιΐᾳ ἐκαινοτόμησε πλεῖστα, καὶ διατρίψας παρὰ Περδίκκᾳ τῷ βασιλεῖ, ἐκεῖ τὸν βίον κατέστρεψεν. ἔγραψε καὶ αὐτὸς ᾄσματα λυρικὰ, καὶ Διθυράμβους.

Μελανιππίδης. Melanippides, senioris ex filia nepos, Critonis filius, & ipse Lyricus: qui in compositione Dithyramborum plurima innovavit, & apud Perdiccam Regem degens, illic vitam finiit. Scripsit & ipse Cantica Lyrica, & Dithyrambos.

Μελάνθιος, καὶ Μόρσιμος. λέγει [3] Ἀριστοφάνης περὶ αὐτῶν οὕτως·

Ἄμφω
Γοργόνες ὀψοφάγοι,
Βατιδοσκόποι, ἅρπυιαι,
Γραοσόβαι, μιαροὶ,
Τραγομάσχαλοι,
Ἰχθυολῦμαι·
Ὧν καταχρεμψαμένη
Μέγα καὶ πλατὺ,
Μοῦσα θεὰ, μετ' ἐμοῦ
Ξύμπαιζε τὴν ἑορτήν.

Μελάνθιος. Melanthius, & Morsimus. Aristophanes de iis ita loquitur: *Ambo sunt helluones Gorgonii, batidispices, Harpyiæ, vetularum abactores, impudici, hircum olentes, piscium pernicies: quos ubi sputo plurimo conspueris, Musa Dea, hunc mecum festum diem celebra.* Gorgones, id est, helluones avidissimi & inexplebiles. Batis vero, est genus piscis. Harpyiæ, id est, piscium raptores. Harpyiæ enim sunt Deæ rapaces. Γραοσόβαι, vetulas a piscibus abigentes, ne pisces emant. Vel, cum vetulis concumbentes. Σοβάδες enim dicuntur meretrices. Καταχρεμψαμένη vero, conspuens.

Γοργόνες. φοβεροὶ ἐς γαστριμαργίαν. Βατὶς δὲ, εἶδος ἰχθύος· Ἅρπυιαι δὲ, ἅρπαγες τῶν ἰχθύων. Ἅρπυιαι γὰρ ἁρπακτικαὶ δαίμονες. Γραοσόβαι, ἀπὸ τῶν ἰχθύων ἀποσοβοῦντες τὰς γραΐδας, ὡς μὴ ἀγοράζειν. ἢ γραΐσι συγκοιμώμενοι. Σοβάδες γὰρ, αἱ πόρναι. Καταχρεμψαμένη δὲ, καταπτύσασα.

Μέλανθος, Ἀθηναῖος· ὃς ἐμονομάχησε μετὰ Ξανθίου Βοιωτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀπατούρια.

Μέλανθος. Melanthus, Atheniensis, qui singulari certamine cum Xanthia Bœoto dimicavit, cumque interfecit. Est in v. Ἀπατούρια.

Μελανοσυρμαῖον [4] λεών. μέλανα, καὶ συρμαΐζόμενον. Συρμαία δὲ, καθαρτικὸν ἐστὶ πόμα. [5] λέγει δὲ τοὺς Αἰγυπτίους.

Μελανοσυρμαῖον λεών. Populum nigrum, & Syrmæa potione utentem. Συρμαία enim est potio hordeacea. Intelligit autem Ægyptios.

Μελανοχροιής. ὁ μέλαιναν χροιὰν ἔχων.

Μελαναχροιής. Nigrum colorem habens.

Μελάνωψ. ὄνομα κύριον.

Μελάνωψ. Melanops. Nomen proprium.

Μελανωπός. [6] οὗτος κηδεστὴς ἦν Διοφάντου τοῦ ῥήτορος.

Μελανωπός. Menalopus. Hic erat affinis Diophanti oratoris.

Μελαντιάς, [7] (ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς λεγομένη Με-

Μελαντιάς. Melantias, oppidulum Thraciæ,

1 Μελανίππου, τοῦ Θησέως] De eo vide Plutarchum in *Theseo*, pag. 4.

2 Μελανιππίδης] Melanippidis scriptores quidam veteres mentionem faciunt, sed incertum est, hujusne, an vero alterius, sive junioris, de quo Suidas in sequentibus agit. Athenæus lib. XIV. pag. 616. *Περὶ μὲν γὰρ αὐλῶν ὁ μέν τις ἔφη, τὸν Μελανιππίδην καλῶς ἐν τῷ Μαρσύᾳ διασύροντα τὴν αὐλητικὴν εἰρηκέναι περὶ τῆς Ἀθηνᾶς*, &c. Idem pag. 651. *Μελανιππίδης ὁ Μιλήσιος ἐν ταῖς Δαναΐσι φοίνικας τὸν καρπὸν οὕτως ὀνομάζει, τὸν λόγον ποιούμενος περὶ αὐτῶν.* Observa, Melanippidem ab Athenæo dici Milesium, quem Suidas Melium facit. Plutarchus in *Amatorio*, pag. 758. *Γλυκὺ γὰρ θέρος ἀνδρὸς ὑποσπείρων πραπίδων πόθον, κατὰ τὸν Μελανιππίδην, τὰ ἥδιστα μιγνύει τοῖς καλλίστοις.* Clemens Alexandrinus *Stromat.* lib. V. pag. 439. *Ὁ μελοποιὸς δὲ Μελανιππίδης ᾄδων φησί· Κλῦθί μοι, ὦ πάτερ, θαῦμα βροτῶν, τᾶς ἀειζώου ψυχᾶς μεδέων.* Ejusdem etiam mentio fit apud Aristotelem *Rhetoric.* lib. III. pag. 131. Edit. Sylburg.

3 Λέγει Ἀριστοφάνης] *Pace* pag. 684. (466. Ed. Bas. *P.*)

4 Μελανοσυρμαῖον λεών] Sic recte MSS. Paris. itemque Aristophanes *Thesmophor.* pag. 813. unde locus hic depromptus est. At in prioribus Edit. pro λεὼν male legitur λέοντα; quod Portus, nullam mendi istius suspicionem habens, bona fide *leonem* verterat.

5 Λέγει δὲ τοὺς Αἰγυπτίους] Aristophanes nimirum, quem vide loco laudato.

6 Μελανωπός. οὗτος κηδεστὴς ἦν Διοφ.] Ex Harpocratione.

7 Μελαντιάς, ἡ νῦν παρὰ πολλοῖς λεγομένη Μελαντ.] Agathias lib. V. pag. 158. *Εἰς τοῦτο γὰρ οὗτοι ἔρχονται ἀλαζονείας, ὡς καὶ ἀμφὶ Μελαντιάδα*)

λιπάς,) κώμη τῆς Θρᾴκης, δύο καὶ ἑκατὸν σταδίους διεστῶσα τοῦ Βυζαντίου. παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποταμός· ὃς ὀλίγον τι προελθὼν, καὶ ἐπὶ ἄνεμον Καικίαν ὀλίγον τι ἠρέμα ἐκκλίνας, ἐς Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται. ἔνθεν καὶ τὸ περὶ ἀκτῇ ἐπίνειον τὴν ἀπ' αὐτοῦ φέρεται προσηγορίαν.

Μελάνυδρος. [1] βαθεῖα. κυρίως δὲ, καθαροῦ ὕδατος.

Μελαίνη. βαθεῖα. Μέλαιναι δὲ φρένες, αἱ ἐν βάθει κείμεναι. τὸ γὰρ βαθὺ, μέλαν.

Μελεάγεια. Ῥίζαις αὐτοὺς μελεαγρείων καὶ καρδίαις καλάμων ἐδεξιοῦτο. λέγονται δὲ καὶ μελέαγρα.

Μελεαγρίδες. [2] ὄρνεα, ἅπερ ἐνέμοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει. λέγουσι δὲ οἱ μὲν, ἀδελφὰς τοῦ Μελεάγρου μεταβαλεῖν εἰς τὰς μελεαγρίδας ὄρνιθας· οἱ δὲ, τὰς συνήθεις Ἰοκάλλιδος, [3] τῆς ἐν Λέρῳ παρθένου, ἣν τιμῶσι δαιμονίως.

Μελέαγρος. ὄνομα κύριον.

Μελδόμενος. καιόμενος.

Μέλδοντες. τήκοντες. ἕψοντες. Γένος βοῶν μέλδοντες. τουτέστιν, ἕψοντες. καὶ, [4] Κνίσην μελδόμενος. ἀντὶ τοῦ, μέλδων τὰ κνίσην.

Μελεδαίνειν. ἐπιμελεῖσθαι. [5] Ἡρόδοτος· Τοὺς νοσέοντας κατέλιπε ἐν τῇσι πόλεσι μελεδαίνειν τε καὶ τρέφειν.

Μελεδήματα. μεριμνήματα. καὶ μελεδήμων, μελεδήμονος. [6] ἐν Ἐπιγράμμασι·

Ἁ δὲ πολυσπαθέων μελεδήμονα κερκίδα πέπλων.

Μελεδωνός. Φροντιστής. ἐπιμελητής. Αἰλιανός· Ὁ δὲ τὸν ἴδιον ἀδελφὸν κατέλιπε τοῦ υἱοῦ ἐπίτροπον, καὶ τῶν χρημάτων μελεδωνόν. ὁ δὲ ἀνόσιος ὢν, καὶ τὰ τοῦ παιδὸς σφετερίσασθαι ἐλίχνευε. καὶ Εὐνάπιος· Τῶν αὐτὴν ἐτῶν γυναῖκά τινα στείλας ἐσθῆτι λευκῇ, καὶ στέμμασιν, ὡς δὴ μελεδωνὸν οὖσαν τῆς Συρίας οὕτω δὴ καλουμένης Θεοῦ. τουτέστιν, ἱέρειαν. καὶ Αἰλιανός· Ὃς ἦν Νέρωνος ἀπελεύθερος, ἀπολειφθεὶς μελεδωνὸς τῆς ἐν Ῥώμῃ, καὶ ἔφορος, ὅτε Νέρων ἐς Ἀχαΐαν ἐξωρμήθη.

Μελεδωνοί. ἐπίτροποι. Φροντισταὶ παρ' Ἡροδότῳ. προεστηκότες. ὥσπερ οἱ τοῦ ἀμπελῶνος, τοῦ παρὰ τῷ Εὐαγγελίῳ.

Μελεϊστί. κατὰ μέλος.

Μέλεος. μάταιος. ἄθλιος. ταλαίπωρος. δυστυ-

nunc vulgo Melitias dictum, cxx stadiis Byzantio distans. Id Athyras fluvius præterfluit, qui paulum progressus, & ad Cæciam ventum declinans, in Propontidem influit. Ab eo & navale, quod est in illo littore, nomen accepit.

Μελάνυδρος. Nigram aquam habens. Id est, profunda. Proprie vero [dicitur de fonte,] qui puram & limpidam habet aquam.

Μελαίνη. [Proprie, nigra. Item,] profunda. Et μέλαιναι φρένες, mens abstrusa & recondita. Quod enim profundum, & nigrum est.

Μελεάγεια. Meleagria. *Ipsos meleagriorum radicibus, & calamorum medullis excipiebat.* Dicitur autem & meleagra.

Μελεαγρίδες. Meleagrides. Aves, quæ in Arce nutriebantur. Tradunt autem alii quidem, Meleagri sorores in aves meleagridas fuisse mutatas: alii vero sodales Jocallidis, virginis in Lero, quæ divinis honoribus colebatur.

Μελέαγρος. Meleager. Nomen proprium.

Μελδόμενος. Qui igne uritur, vel consumitur.

Μέλδοντες. Liquefacientes. Coquentes. Elixantes. *Carnes boum elixantes.* Et, Κνίσην μελδ. *Arvinam liquefaciens.* Μελδόμενος enim hic positum est pro μέλδων.

Μελεδαίνειν. Curare. Herodotus: *Imperans civitatibus, ut ægrotantes curarent & alerent.*

Μελεδήματα, Curæ. Solicitudines. Et μελεδήμων, qui rei alicujus curam gerit. In Epigrammate: *Illa vero [Minervæ dedicavit] pectinem, quo tela crebro pulsata densatur.*

Μελεδωνός. Curator. Ælianus: *Ille vero fratrem suum filii tutorem, & bonorum curatorem reliquit. Sed impius ille pupilli bonis inhiabat, eaque sibi vindicare cupiebat.* Et Eunapius: *Mulierem ejusdem ætatis alba veste & coronis ornatam [misit,] quasi esset sacerdos Deæ Syriæ, ita appellatæ.* Et Ælianus: *Qui erat Neronis libertus, negotiorum in urbe Roma relictus curator & inspector, Nerone in Achaiam profecto.*

Μελεδωνοί. Tutores. Curatores, apud Herodotum. Præfecti. Tales in Euangelio sunt præfecti vineæ.

Μελεϊστί. Membratim.

Μέλεος. Vanus. Miser. Ærumnosus. In-

παλαιὰ τὴν κώμην σταδίων ἀποδέδωκε, ἢ πολλῷ τῆς πόλεως διεσχισμένην. ὅτι μὴ ποταμὸς ... καὶ εἴκοσι τοῖς σταδίοις. παραρρεῖ δὲ αὐτὴν Ἀθύρας ποταμός, ὃς δὴ ὀλίγον τι προελθὼν, καὶ ἐπὶ ἄνεμον Καικίαν ἠρέμα ἐκκλίνας, ἐς τὴν Προποντίδα τὸν ῥοῦν ἀπερεύγεται. ὅθεν δὴ τὸ ἐπὶ τῆς ἀκτῆς καὶ τῆς ἐκβολῆς παραβεβλημένον ἐπίνειον τὴν ἐκείνου φέρεται προσηγορίαν. Hinc Suidas sua descripsit: ut & ante nos monuit Valesius ad Amm. Marcellinum, pag. 428. Melantiadis hujus meminit etiam auctor Chronici Alexandrini, sed qui eam Μελανθιάδα vocat, per θ: perinde ac Ammianus Marcellinus lib. xxxi, pag. 456. Quare scripturæ diversitas notanda est.

1 Μελάνυδρος] Est epithetum fontis apud Homerum Il. ι. v. 14. ubi brevis Scholiasta vocem hanc itidem exponit βαθεῖα.

2 Μελεαγρίδες] De iis multa Salmasius ad Solinum, quem vide.

3 Τῆς ἐν Λέρῳ] Sic habent libri tam chirographi, quam excusi: sed male. Scribendum enim est, τῆς ἐν Λέρῳ: ut recte monuit Bochartus *Hieroz.* Part ii. Lib. i. cap. xix. pag. 132. Emendationem hanc plane confirmat Athenæus lib. xiv. pag. 655. Περὶ δὲ τὸ ἱερὸν τῆς παρθένου ἐν Λέρῳ εἰσὶν οἱ καλούμενοι ὄρνιθες μελεαγρίδες. Antoninus Liberalis *Metamorphos.* cap. ii. de Meleagri sororibus: Αὐτὰς Ἄρτεμις ἁψαμένη ῥάβδῳ, μετεμόρφωσεν εἰς ὄρνιθας, καὶ ἀπῴκισεν εἰς Λέρον τὴν νῆσον, ὀνομάσασα μελεαγρίδας. Vide etiam Ælianum *Histor. Anim.* lib. iv. cap. xlii. & lib. v. cap. xxvii.

4 Κνίσην μελδόμενος] Homerus Il. Φ. v. 363.

5 Ἡρόδοτος] Lib. viii. pag. 317. ut Portus observaverat. Ibi autem pro πύλῃσι legitur πόλισι, i.e. urbibus: uti etiam hic apud Suidam scribendum est.

6 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Antholog. lib. vi. cap viii. ut Portus quoque monuit.

χής. ὁ μὲν Ποιητὴς ἐπὶ τοῦ ματαίου ἐκδέχεται τὸ μέλεος· οἱ δὲ Τραγικοὶ, ἐπὶ τοῦ οἰκτροῦ.

felix. Poeta vocem μέλεος ponit pro vano: Tragici vero, pro misero.

Μελέτη. ἄσκησις. ἐπιμέλεια. [1] Καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις, εἰπὼν τὰς μὲν μελέτας τῶν Ῥωμαίων χωρὶς αἵματος παρατάξεις· τὰς δὲ παρατάξεις, μεθ' αἵματος μελέτας.

Μελέτη. Meditatio. Exercitatio. *Nec erraverit, qui exercitia Romanorum dixerit pugnas esse incruentas; pugnas vero, exercitia cruenta.*

Μελετώμενοι. διδασκόμενοι. ἐκμανθάνοντες. [2] Ὥσπερ οἱ νέοι τῶν ἀετῶν ἁπαλοῦ μὲν τοῦ πτεροῦ παραπέτονται τοῖς γειναμένοις αὐτοὺς, μελετώμενοι ὑπ' αὐτῶν τὴν πτῆσιν· ἐπειδὰν δὲ αἴρεσθαι δύνωνται, ὑπερπέτονται τοὺς γονέας, ἄλλως τε κἂν λίχνους αἴσθωνται, καὶ κνίσσης ἕνεκα πρὸς τῇ γῇ πετομένους.

Μελετώμενοι. Qui docentur. Qui discunt. *Ut aquilarum pulli, cum teneræ adhuc ipsis sunt alæ, juxta parentes volant, ab iis volatum discentes: postquam vero adultiores se in sublime efferre possunt, ipsos parentes volatu superant; præcipue vero, cum eos prædæ cupidos esse, & nidoris causa prope terram volare sentiunt.*

Μελέτωρ. [3] ὁ ἐπιμελούμενος. ὁ τιμωρὸς τοῦ πατρός.

Ἐφάνη γὰρ

Ηλ. Μελέτωρ ἀμφὶ τῶν ἐν

Πένθει.

Μελέτωρ. Qui rem aliquam curat. Vindex patris. [Sophocles:] *Apparuit enim vindex circa lugentem.*

Μέλλει. [4] ἔοικεν. οὕτω τίθεται παρ' Ὁμήρῳ. καὶ παροιμία· [5] Μέλει μοι τῶν τοιούτων [6] οὐδὲν ἧττον τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων.

Μέλλει. Videtur. Sic vox hæc apud Homerum accipitur. [At μέλει, curæ est.] Proverbium: *Hæc non magis curo, quam ranas palustres.*

Μέλει. Φροντίζει. Μέλλει δὲ, ἀντὶ τοῦ, βραδύνει. καὶ μέλλω, τὸ ὀφείλω.

Μέλει. Curæ est. At μέλλει, cunctatur. Et μέλλω, debeo, vel, futurus sum.

Μελείρενες. [7] τῶν παίδων οἱ πρεσβύτεροι.

Μελείρενες. Pueri natu majores.

Μέλη. τὰ τοῦ σώματος.

Μέλη. Corporis membra.

Μεληδόν. κατὰ μέλος.

Μεληδόν. Membratim.

Μέλημα. Φρόντισμα.

Μέλημα. Cura.

Μέλης, Μέλητος. ὁ τοῦ Ὁμήρου πατήρ.

Μέλης. Meles. Homeri pater.

Μελλήσας [8] ὑπερθέμενος. βραδύνας. καὶ [9] ἐπὶ τοῦ σπουδάσας.

Μελλήσας. Qui rem in aliud tempus differt. Qui cunctatur. [At μελήσας,] qui curam & studium adhibet.

Μελήσερμος, Ἀθηναῖος, σοφιστής. ἔγραψεν ἐπιστολῶν ἑταιρικῶν βιβλία ιδ'. καὶ ἀγροικικῶν ἕν. [10] Μαγειρικῶν ἐπιστολῶν ἕν. Συμποσιακῶν βιβλίον ἕν.

Μελήσερμος. Melesermus, Atheniensis, Sophista. Scripsit meretriciarum epistolarum libros XIV. Rusticarum, unum. Culinariarum epistolarum unum. Convivaliũ librum unum.

Μελησία. ὄνομα κύριον. Ὁ δὲ ὁρᾷ τὴν Μελησίαν, καὶ ἐρᾷ αὐτῆς.

Μελησία. Melesia. Nomen proprium. *Ille vero Melesiam videt, visamque amat.*

Μέλλησις. ὑπέρθεσις.

Μέλλησις. Cunctatio. Dilatio.

Μελλησμός. ἡ βραδυτής.

Μελλησμός. Tarditas. Cunctatio.

Μελήσω. σπουδάσω. Φροντίσω.

Μελήσω. Curabo. Studium adhibebo.

Μελληταί. ὑπερθετικοί.

Μελληταί. Cunctatores. Dilatores.

Μέλι. τοῦτο γλυκὺ μέν ἐστι τὴν αἴσθησιν· πικρὸν δὲ τὴν ἀνάδοσιν. χολῆς δὲ ποιητικὸν αὐτό φασιν εἶναι,

Μέλι. Mel. Hoc dulce quidem est gustatu, sed ructus gignit amaros; diciturque pro-

1 Καὶ οὐκ ἂν ἁμάρτοι τις εἰπὼν τὰς μὲν μελ.] Hæc Casaubonus ad Polybium refert: sed sunt verba Josephi lib. III. *de Bello Jud.* cap. VI. pag. 835. ut Pearsonius etiam observaverat.

2 Ὥσπερ οἱ νέοι τῶν ἀετῶν ἁπαλ.] Fragmentum hoc deprompsit Suidas ex Philostr. *de Vit. Apoll.* lib. I. cap. V. Confer etiam Nostrum supra v. Εὔξινος, ubi hic ipse locus legitur.

3 Μελέτωρ. ὁ ἐπιμελούμενος. ὁ τιμ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Electram*, pag. 118. ut Portus monuit.

4 Μέλλει, ἔοικεν] Homerus Il. A. v. 564.

——— Ἐμοὶ μέλλει φίλον εἶναι.

Scholiasta ad eum locum: Μέλλει. ἔοικεν. Huc Suidas respexit. Hesychius: Μέλλει. φαίνεται, ἔοικε, δοκεῖ. Male ibi vir doctus μέλει reponit. Photius quoque in Lexico inedito τὸ μέλλει exponit ἔοικε. Hinc autem apparet in prioribus Editt. Suidæ pro μέλλει male excusum esse μέλει.

5 Μέλει μοι τῶν τ.] Male hæc subjiciuntur voci μέλλει, quæ ad v. μέλει pertinent.

6 Οὐδὲν ἧττον τῶν ἐν τ.] Male. Vel enim scribendum est, οὐ μᾶλλον, ἢ τῶν, &c. Vel, ἧττον, ἢ τῶν ἐν τ. omissa voce οὐδέν. Posterius malo, quoniam proverbium hoc sic efferri video apud Julianum in *Misopog.* pag. 90. ubi Apostata ille inquit: Οὐχ ὅτι τοὺς ἄλλους λοιπεῖ τοῦτο, ἀλλ' ὅτι μέλει μοι τῶν τοιούτων ἧττον ἢ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων. Hinc proverbium istud Suidam deprompsisse puto.

7 Μελείρενες] Scribendum est, μελλείρενες, per duplex λλ in prima, & ι in penultima syllaba. Composita enim est hæc vox ex μέλλω, & εἴρην, ενος: eodem modo, quo μελλέφηβος, ex μέλλω & ἔφηβος. Εἴρενες autem apud Lacedæmonios dicebantur illi, qui annis duobus ætatem puerilem excesserant: quibus qui ætate proximi erant, vocabantur μελλείρενες; velut μελλέφηβοι, qui ephebis proximi erant. Plutarchus in *Lycurgo*, pag. 50. Εἴρενας δὲ καλοῦσι τοὺς ἔτος ἤδη δεύτερον ἐκ παίδων γεγονότας· μελλείρενας δὲ, τῶν παίδων τοὺς πρεσβυτάτους. Ad hunc locum Plutarchi Suidam respexisse puto. Hesychius: Ἴρενες, μελλέφηβοι. Rectius dixisset, Εἴρενες: ut ex iis, quæ diximus, liquet.

8 Μελλήσας] Sic recte MS. A. At in prioribus Editt. male, μελήσας, per unicum λ.

9 Ἐπὶ τοῦ σπουδάσας] Et hanc lectionem ex optimo MS. A. revocavi. Priores enim Editt. minus recte habent, ἐπεσπουδάσας. Cæterum, interpretatio hæc pertinet ad vocem μελήσας, non μελλήσας.

10 Μαγειρικῶν ἐπιστολῶν ἕν] MS. A. post hæc verba addit, Στρατηγικῶν ἕν.

καὶ

καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως· ὃ δὴ καὶ μᾶλλον τῆς ἐκ φύσεως αὐτοῦ πικρότητος κατηγορεῖ τὴν γένεσιν.

Μελία. εἶδος δένδρου. [1] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν· Ἑζόμενος μελίας ἐπὶ φυλλοκόμου.

Μελίβοιον. τὴν Ὀλυζῶνα πόλιν.

Μελίβοιος. γεωργὸς, ὁ τὸν Οἰδίπουν ἀναθρεψάμενος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ [2] Οἰδίπους.

Μελίδειον. κηρίον.

Μελίαι. βέλη. δόρατα. Μελίαι δ' ἦσαν αὐταῖς αἱ κερκίδες· φησὶν ὁ Θεολόγος Γρηγόριος. καὶ ἐν [3] Ἐπιγράμμασι.

Οὕτω τοι μελία ταναὰ ποτὶ κίονα μακρὸν
Ἧσο, πανομφαίῳ Ζηνὶ μένουσ' ἱερά.

Μελιηδής. ὁ γλυκύτατος. καὶ Ὅμηρος· Μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα.

Μελίνη. εἶδος ὀσπρίου. [4] Ἦν δὲ καὶ σῖτος ἀπὸ μελίνης. τοῦτο γὰρ ἦν ἐν τῇ χώρᾳ πλεῖστον. καὶ αὖθις· Ἐφέροντο ἀδεῶς, οἶον ὄσπρια, μελίνας, σῦκα. πάντα γὰρ ἀγαθὰ εἶχεν ἡ χώρα πλὴν ἐλαίου.

Μελίνη. [5] Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. ὄσπριόν ἐστιν ὅπερ καὶ ἀρσενικῶς λέγεται. Σοφοκλῆς γὰρ, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ Ξενοφῶν, θηλυκῶς εἶπε μελίνην. Ξενοφῶν δὲ αὐτὸς ἐν Ἀναβάσει καὶ μελίνην καὶ μελίνους εἶπε. ἔνιοι δὲ εἶδός τι κεγχρίου νομίζουσι τὴν μελίνην· ὅπερ τινὲς καλεῖν ἔλυμον θέλουσι. Θεόφραστος δὲ ἐν ἑβδόμῳ περὶ φυτῶν ὡς διαφέροντα ταῦτα ἀναγράφει, κέγχρον, ἢ μελίνην, ἢ ἔλυμον.

Μελίπηκτα. εἶδος πλακοῦντος.

Μελιπνόους. ἡδυπνόους.

Μελίρρυτον.

Μέλισσα. ὄνομα πόλεως. καὶ ζωΰφιον, ὅπερ ἐργάζεται τὸ μέλι.

Μελισσεῖα. κηρία.

Μελισμός. τῶν μελῶν ἡ διαίρεσις. ἐκ τοῦ μελίζω.

Μελισσοκόμοι. οἱ τῶν μελισσῶν ἐπιμελούμενοι.

Μέλισσος. ὄνομα κύριον. ἔστιν ἐν τῷ Γεντιλικῇ.

Μελισσᾶσα.

Μελιστί. κατὰ μέλος.

Μέλιττα. ἡ μέλισσα.

Μελιτενές.

Μελιταῖον κυνίδιον. [6] Τῶν γὰρ κυνῶν οἱ μὲν ἰχνευτικοί· οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν· οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων οἰκουροί· οἱ δὲ ἐπὶ τέρψει, ὡς τὰ Μελιταῖα κυνίδια. καὶ Μελιτηροὶ κύνες· οἱ ἐπὶ τέρψει τρεφόμενοι.

Μελίτη. [7] Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. Δῆμος δέ ἐστι τῆς Κεκροπίδος, ὀνομασθεὶς ἀπὸ Μελίτης

creare bilem, & humores convertere in saporem dulcedini contrarium: quod magis etiam arguit, id natura amaritudinis causam esse.

Μελία. Genus arboris. Fraxinus. Aristophanes *Avibus: Sedens in fraxino frondosa.*

Μελίβοιον. Meliboeum. Olyzona urbem [ita vocabant.]

Μελίβοιος. Meliboeus. Agricola, qui Oedipum educavit. Est in voce Οἰδίπους.

Μελίδειον. Favus.

Μελίαι. Tela. Hastæ. *Ipsis autem pectines textorii pro hastis erant.* Gregorius Theologus inquit. Et in Epigrammate: *Sic hasta longa ad columnam longam suspensa esto, Panomphæo Jovi sacra manens.*

Μελιηδής. Dulcissimus. Suavissimus. Et Homerus: *Dulcissimam animam abstulit.*

Μελίνη. Genus leguminis. Panicum. *Panico etiam cibi loco utebantur. Eo enim regio illa abundabat.* Et iterum: *Secure auferebat vinum, legumina, panicum, ficus. Regio enim illa omnia habebat bona præter oleum.*

Μελίνη. Panicum. Demosthenes in Philippicis. Est legumen, quod & masculino genere effertur. Sophocles enim, & Herodotus, & Xenophon fœminino genere dixerunt, μελίνην. Idem tamen Xenophon in *Anabasi* & μελίνην & μελίνους dixit. Quidam μελίνην genus milii esse putant: quod nonnulli etiam ἔλυμον vocant. Sed Theophrastus lib. VII. *de Plantis* ea ut diversa recenset: *Milium, vel panicū, vel elymū.*

Μελίπηκτα. Placentæ ex melle confectæ.

Μελιπνόους. Suaviter spirantes.

Μελίρρυτον. Mellifluum.

Μέλισσα. Melissa. Nomen urbis. Et animalculum, quod facit mel. Apis.

Μελισσεῖα. Favi. Alvearia.

Μελισμός. Membrorum divisio. A μελίζω. Membratim divido.

Μελισσοκόμοι. Apiarii. Qui apes curant.

Μέλισσος. Melissus. Nomen proprium. Est in voce Γεντιλικῇ.

Μελισσᾶσα. Mellificare cupiens,

Μελιστί. Membratim.

Μέλιττα. [Attice pro] μέλισσα. Apis.

Μελιτενές. [Vel potius, μελίταινα. Herba quædam.]

Μελιταῖον κυνίδιον. Catellus Melitæus. *Canum enim alii sunt sagaces: alii cum feris congrediuntur: alii ad rerum domesticarum custodiam adhibentur: alii denique voluptatis causa domi nutriuntur, velut catelli Melitæi.*

Μελίτη. Melite. Demosthenes in oratione contra Cononem. Est autem populus Tri-

1 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 576. (397. Ed. Bas. P.)

2 Ἐν τῷ Οἰδίπους] Sed ibi legitur Μίλοιβος.

3 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. l. VI. c. XXV. ut Portus observavit.

4 Ἦν δὲ καὶ σῖτος ἀπὸ μελ.] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem lib. I. de *Expedit. Cyri*, pag. 256. ut Pearsonius observaverat.

5 Μελίνη. Δημοσθένης ἐν Φιλιππ.] Ex Harpocratione.

6 Τῶν γὰρ κυνῶν οἱ μὲν ἰχν.] Artemidorus lib. II. cap. XI. *Τῶν κυνῶν οἱ μὲν ἐπὶ θήραν τρέφονται· καὶ τούτων οἱ μέν εἰσιν ἰχνευταί· οἱ δὲ ὁμόσε τοῖς θηρίοις χωροῦσιν· οἱ δὲ ἐπὶ φυλακῇ τῶν κτημάτων, ὡς οἰκουροὶ καὶ δεσμίους λέγομεν· οἱ τε ἐπὶ περιπάτῳ, ὡς οἱ Μελιταῖοι λεγόμενοι.* Hinc Suidas sua descripsit.

7 Μελίτη. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Scholiastam Aristoph. ad *Ranas* pag. 235.

ἥ, κατὰ μὲν Ἡσίοδον, θυγάτηρ ἦν Μύρμηκος· κατὰ δὲ Μουσαῖον, Δίου τοῦ Ἀπόλλωνος.

Μελιτηνή. ὄνομα πόλεως. καὶ Μελιτηνός, ὁ πολίτης.

Μελιτιανός,[1] Βουταλίων, καὶ Κόροιβος, καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβέβληντο. Ἀριστοφάνης. ἔστιν ἐν τῷ Γελοῖος.

Μελιττοπηχεῖν.[2] τὸ κρούοντας ψόφον ποιεῖν, ἵνα μὴ αἱ μέλισσαι προσπέτωνται.

Μέλιτος μυελός. ἐπὶ τῶν ἄγαν ἡδέων.

Μέλιτος.[3] τραγῳδίας ποιητὴς ὑπόψυχρος. καὶ Ἀριστοφάνης·

[4] Σκόλια Μελίτου, Καρικῶν αὐλημάτων.

οὗτός ἐστιν ὁ Σωκράτην γραψάμενος. κωμῳδεῖται δὲ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει, καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον. τὰ δὲ Καρικὰ αὐλήματα μέλη θρηνώδη ἦσαν.

Μέλιτος, Λάρου, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ. οὗτος ἐγράψατο Σωκράτην μετὰ Ἀνύτου. πεποίηται δὲ αὐτῷ καὶ τραγῳδίαι. κατελιθώθη δὲ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, καὶ ἦν ἐπὶ τῶν Ζήνωνος τοῦ Ἐλεάτου καὶ Ἐμπεδοκλέους λεγόντων. οὗτος ἔγραψε περὶ τοῦ Ὄντος. ἀντεπολιτεύσατο δὲ Περικλεῖ· καὶ ὑπὲρ Σαμίων στρατηγήσας, ἐναυμάχησε πρὸς Σοφοκλέα τὸν τραγικόν, ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ τετάρτῃ.

Μέλιτος.[5] οὗτος ἐρᾷ νεανίου Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλουσίων. μειράκιον δὲ ἦν τὸ γένος διαπρεπής, καὶ τὴν ὥραν ἄμαχον. καὶ τῷ μὲν ἐραστῇ Μέλιτος ὄνομα ἦν· τῷ καλῷ δέ, Τιμαγόρας, ὥς φασιν. ἦν δὲ [6] ἀπευκτός τε καὶ ἀμείλικτος ὅδε ὁ παῖς, καί οἱ πολλὰ προσέταττε καὶ ἐπίπονα, καὶ κινδύνων ἐχόμενα τῶν ἐσχάτων, καὶ ὁμοῦ τῷ ὀλέθρῳ ἐλαύνοντα. καὶ ἦν τὰ πράγματα, κύνας τε ἀγαθὰς καὶ θηρευτικὰς ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς ἄγειν, καὶ ἵππον αὖ τῶν πολεμίων ἀπαγαγεῖν ὅτου δὴ γενναῖόν τε, καὶ θυμικόν· καὶ ἄλλου χλαμύδα ὡραίαν· καὶ τοιαῦτα ἕτερα. καὶ τελευτῶν ὄρνιθάς οἱ προσέταξε κομίσαι ὅτου δὴ τροφίμους, καὶ οἰκέτας γένος θαυμαστούς. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο κατεπράξατο ὁ ἔνθεος φίλος ἐκεῖνος, ἐδωρεῖτό γε τῷ καλῷ τὸ μέγα καὶ τίμιον κτῆμα, τοὺς προειρημένους. ὁ δὲ ἀπειράμαν ὤν, καὶ ἐς τοσοῦτον ἀπεώσατο ἄρα τὸ δῶρον. ὁ τοίνυν Μέλιτος φλεγόμενος τῷ ἔρωτι, καὶ οἰστρούμενος, καὶ ἐπὶ τούτοις [7] ἀχάλλων τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς

bus Cecropiæ, denominatus a Melite, quæ, secundum Hesiodum, filia fuit Myrmecis: secundum Musæum vero, Dii, filii Apollinis.

Μελιτηνή. Melitene. Nomen urbis. Et Melitenus, ejus civis.

Μελιτιανός, Βουτ. Melitianus, Butalion, Corœbus, & Melitides ob stultitiam male audiebant. Aristophanes. Vide in v. Γελοῖος.

Μελιττοπηχεῖν. Pulsu strepitum edere, ne apes advolent.

Μέλιτος μυελός. Mellis medulla. De rebus valde suavibus dicitur.

Μέλιτος. Melitus. Tragicus subfrigidus. Et Aristophanes: *Scoliorum Meliti, & carminum, quæ Cares tibia cantant.* Hic est ille, qui Socratem accusavit. A Comicis autem perstringitur ut poeta frigidus, & malitioso ingenio præditus. Carmina vero Carica erant lugubria.

Μέλιτος. Melitus, Lari F. Atheniensis, orator. Hic Socratem accusavit cum Anyto, & Tragœdias scripsit. Idem lapidibus ab Atheniensibus obrutus fuit. Vixit temporibus Zenonis Eleatæ & Empedoclis. Scripsit de ENTE. In Reipub. administratione adversatus est Pericli: &, cum Samiorum dux esset, navali prælio pugnavit cum Sophocle Tragico, Olympiade LXXXIV.

Μέλιτος. Melitus. Hic amavit Athenis adolescentem nobilem & divitem: eratque ipse genere illustri natus, & insigni forma præditus. Et amatori quidem nomen erat Melitus: adolescenti vero formoso, Timagoras, ut ajunt. Erat autem puer ille durus, & inexorabilis, & amatori suo multa imperabat laboriosa, & cum extremis periculis conjuncta, & quæ ad perniciem propemodum cum adducerent. In his erant & ista, ut canes bonos & venaticos ex peregrinis terris adduceret, equumque generosum & ferocem ex hostico abduceret, & alterius chlamydem pulchram [ad se afferet,] & alia hujusmodi. Tandem etiam imperavit ei, ut aves, cujuscunque illæ essent, altiles, & servos miro genere natos adduceret. Cum autem hæc etiam amicus ille numine Amoris afflatus confecisset, rem magnam & preciosam, ea scilicet, quæ jam dicta sunt, illi formoso donavit. Ille vero, cum inhumano ingenio præditus esset, hæc etiam dona superbe repudiavit. Melitus igitur a-

1 Μελιτιανός. Βουταλίων, καὶ Κόρ.] Scholiasta Aristophanis ad *Ranas* pag. 258. Ὅτι Μαμμάκυθος καὶ Μελιτίδης ἐπὶ μωρίᾳ διεβάλλοντο, καθάπερ καὶ ὁ Βουταλίων, καὶ ὁ Κόροιβος. Hinc sua mutuatus est Suidas: qui tamen nescio unde expiscatus sit, & Melitianum stultum fuisse, cujus Enarrator Comici loco laudato nullam mentionem facit.

2 Μελιττοπηχεῖν] Et vox ista & interpretatio ejus mihi suspecta est: de qua proinde amplius cogitandum censeo. Confer interim Hesychium v. Μελιτοπωλεῖν.

3 Μέλιτος. τραγῳδίας ποιητὴς ὑπόψ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Ranas*. pag. 273. (180. Ed. Bas. *P.*)

4 Σκόλια Μελίτου. Καρ.] Apud Aristophanem loco laudato hodie legitur.

Σκολιῶν Μελίτου, καὶ Καρικῶν αὐλημάτων:

ubi cætera quidem recte se habent; sed vocula καὶ delenda est. Syllaba enim media in Μελίτου longa est; eamque ob causam modulus versus dictam voculam respuit.

5 Μέλιτος. οὗτος ἐρᾷ νεαν.] Totus hic locus descriptus est ex Æliano, ut discimus ex ipso Suida supra v. Ἀπήγγειλε, ubi particula hujus Eclogæ, addito scriptoris illius nomine, legitur. Sumpta autem hæc sunt ex libro Æliani *de Providentia*, hodie deperdito; ex quo & reliqua fere omnia Æliani fragmenta, quæ apud Suidam occurrunt, deprompta esse, alibi quoque Lectorem monuimus. Conferendus est autem cum hoc loco Pausanias in *Atticis* pag. 58. qui ejusdem historiæ mentionem faciens, Μέλητος adolescentem illum vocatum scribit, quem Ælianus in hoc fragmento Μέλιτον appellat.

6 Ἦν δὲ ἀπευκτός τε καὶ ἀμ.] Locus hic legitur etiam supra v. Ἀπευκτός.

7 Ἀχάλλων τῇ ἀτιμ.] Vide Nostrum supra v. Ἀχάλλων.

ἀσθενοῦντος

ἀνηνύτοις τε μόχθοις ἅμα καὶ ἀπείροις, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἀνέθορεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ ἑαυτὸν ἔωσε κατὰ τῆς πετρῶν. οὐ μὴν ἡ τιμωρὸς δίκη τὴν ὑβριστὴν παῖδα καὶ ὑπερόπτην εἴασεν ἐπεγχαίρειν τῷ τοῦ Μελίτου θανάτῳ. τοὺς ὄρνιθας οὖν ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἐνθεὶς, εἶτα κατ' ἴχνια τὰ ἐκείνου θέων, ὥσπερ ὑπ' ἑλκόμενος βίᾳ, ἑαυτὸν σὺν τῷ δυστυχεῖ χορῶν ἐπὶ τῷ Μελίτῳ ἔρριψε φέρων, βραδὺν καὶ δυστυχῆ τὸν ἔρωτα ἀντεραθεὶς τούτου. καὶ ἔστηκεν εἴδωλον τοῦ πάθους κατὰ τὸν τόπον, παῖς ὡραῖος καὶ γυμνὸς, ἀλεκτρυόνας δύο μάλα εὐγενεῖς φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθῶν ἑαυτόν.

Μελιτοῦττα. μάζα μέλιτι δεδευμένη· ἣν ἔφερον, ὡς ἐδόκουν, τοῖς ὄφεσι τοῖς ἐν Τροφωνίου μαντευομένοις. ἐν Λεβαδίᾳ ἐστίν. † Ἡ [1] μελιτοῦττα, ἐπίθετον τῶν ναστῶν. † Ἰστέον, ὅτι μελιτοῦττα ἐδίδοτο τοῖς νεκροῖς, ὡς εἰς τὸν Κέρβερον· καὶ ὀβολὸς, μισθὸς τῷ πορθμεῖ· καὶ στέφανος, ὡς τὸν βίον διηγωνισμένοις.

Μέλιτοι, καὶ Ἄνυτοι.

Μελιτωδῶν ἐδεσμάτων.

Μελίφρων. ἡδύς. γλυκαίνων τὰς φρένας.

Μελίχλωρος. ὁ χλωρός.

Μελόμενοι. Καὶ ἐπίστευον εἶναι θεοφιλεῖς, τῷ δαίμονι τούτῳ μελόμενοι.

Μέλον. διὰ φροντίδος ὄν. Ἀριστοφάνης· Οὐδὲν ἄρ' ἐμοῦ μέλον, ὅσον δὲ μόνον εἰδέναι σκωμμάτιον, εἴποτέ τι θλιβόμενος ἐκβάλω. † Ὅτι δὴ βασιλεὺς ὢν, καὶ Πέρσης, ἐθνῶν τε τοσούτων καὶ πράξεων μέλον αὐτῷ· ὁ δὲ ἐφίετο γοῦν ὅμως ἀμηγέπη ἀπογεύεσθαι λόγων, καὶ τῆς περὶ ταῦτα γάνυσθαι δόξης.

Μελλονικιᾶν. τὸ βραδύνειν, καὶ ἀναβάλλεσθαι. [2] Ἀριστοφάνης· Οὐδὲ νυστάζειν ἄρ' ἐστὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾶν. Νικίας γὰρ υἱὸς Νικηράτου, ὃς ἀνεβάλλετο ἀπελθεῖν εἰς Σικελίαν. βραδὺς γὰρ ἦν περὶ τὰς ἐξόδους, καὶ, ὡς οἱ διαβάλλοντες, οὐ προνοητικὸς, ἀλλὰ μελλητής. ἀλλ' ὡς τάχιστα δεῖ τι δρᾶν.

Μελόντων. ἐπιμελείσθωσαν.

Μέλος τι μελοδειπνικόν. [3] Ἀριστοφάνης· [4] Ὑπανακίνει Κρητικῷ τὸ πίδε. τάχα γὰρ ἔπεισι λοπαδοτεμαχοσελαχογαλεοκρα-.

Μέλου. ἐπιμελοῦ.

——— [5] Καὶ τὰ λοιπά μου

Μέλου δικαίως, ὥσπερ ἐς τόδ' ἡμέρας.

Μέλλω. ἐπὶ τοῦ βραδύνω. καὶ ἐπὶ τοῦ ἐσομένου

more flagrans, & furore percitus, præterea vero tantam ignominiam iniquo ferens animo, & defessus irritis simul & infinitis laboribus; celeritate pedum quanta maxima potuit in arcem ascendit, & se de rupibus dejecit. Neque vero ultrix Justitia insolentem illum & superbum puerū Meliti morti passa est insultare. Nam avibus acceptis, & in ulnas impositis, illius vestigia sequens, quasi per vim traheretur, cum illo infelici progrediens, se super Melitum projecit, sero & infelici hoc amore suum amatorem redamans. Hujus vero calamitatis simulachrum in illo loco positum est, puer formosus & nudus, duos gallos generosos in ulnis ferens, & in caput se præcipitans. *Port.*

Μελιτοῦττα. Placenta mellita: quæ afferebatur serpentibus, qui in antro Trophonii consulentibus responsa reddere credebantur. [Antrum autem illud] in Lebadia erat. † Μελιτοῦττα [apud Aristophanem in *Avibus*] est epithetum τῶν ναστῶν. † Sciendum est, placentam mellitam mortuis dari solitam, ad placandum Cerberum; & obolum, naulum portitori; & coronam, ut vitæ certamine defunctis.

Μέλιτοι καὶ Ἄν. Meliti, & Anyti.

Μελιτωδῶν ἐδεσμ. Ciborum melle conditorum. Dulciariorum.

Μελίφρων. Suavis. Animos demulcens.

Μελίχλωρος. Mellis instar flavus.

Μελόμενοι. Qui curæ sunt alicui. *Et credebant se Deo charos esse, quod huic dæmoni curæ essent.*

Μέλον. Quod curæ est alicui. Aristophanes: *Nihil igitur hoc curo, nisi tantum, ut cavillatiunculam sciam, si forte coactus aliquid ejecero.* † *Cum Rex esset, & tot gentium rerumque curam gereret, tamen & literas degustare, earumque gloria illustrari cupiebat.*

Μελλονικιᾶν. Cunctari, & negotium aliquod procrastinare; more Niciæ. Aristophanes: *Haud sane nobis dormitandum est amplius, nec cunctandum, Niciæ more.* Nicias enim, filius Nicerati, expeditionem in Siciliam de die in diem differebat. Tardus enim erat in expeditionibus suscipiendis, nec, ut obtrectatores ajebant, providus, sed cunctator.

Μελόντων. Curent.

Μέλος τι μελοδειπνικόν. Carmen, quod inter cœnandum canitur. Aristophanes.

Μέλου. Cura. [Sophocles:] *Et reliqua mea negotia cura recte, ut ad hunc usque idem fecisti.*

Μέλλω. Cunctor. Moror. Moras necto.

1 Ἡ μελιτοῦττα ἐπίθετον τῶν ναστῶν] Respexit Suidas ad locum illum Aristophanis *Avibus*, pag. 568.

Ἢν δ' Ἡρακλεῖ τις θύῃ, λάρῳ ναστοὺς θύειν μελιτοῦττας.

Vide ibi Scholiastam.

2 Ἀριστοφάνης] *Avibus*, pag. 571. (393. Ed. Bas. P.)

Καὶ μὴν μὰ τὸν Δί' οὐχὶ νυστάζειν ἔτι
Ὥρα 'στὶν ἡμῖν, οὐδὲ μελλονικιᾶν.
Ἀλλ' ὡς τάχιστα δρᾶν.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

3 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiazusis*, circa finem; ubi sic legitur:

Ἐπᾴσομαι μέλος τι μελοδειπνικόν.

Sed metrum versus hujus claudicare recte vidit Portus, qui proinde μελλοδειπνικὸν legendum esse existimabat: quam conjecturam non puto esse spernendam. Jocatur enim Comicus, & canticum ob futuram cœnam cantandum esse dicit; cum moris sit, ut cœnantibus, non vero cœnaturis, cantica accinantur.

4 Ὑπανακίνει Κρητικῷ τὸ π.] Hæc, & quæ sequuntur, nihil ad rem faciunt, eademque emendanda & supplenda sunt ex Aristophane.

5 Καὶ τὰ λοιπά μου μ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 308. ut Portus observavit.

Ἀεόντ

χρόνου, παρὰ Θουκυδίδῃ. καὶ Σοφοκλῆς·

Μέλλων γὰρ αἰεὶ δρᾶν τι, τὰς οὔσας τέ μου
Καὶ τὰς ἀπούσας ἐλπίδας διέφθορα.

Καὶ [1] Ἀριστοφάνης·

Μὴ δῆθ᾽ ἱκετεύω, πλὴν ὅταν μέλλω ᾽ξεμεῖν.

ἵν᾽ ἅπαξ ἐμέσω, καὶ μὴ τότε, καὶ ὅτε λέγεις. ἢ οὕτω· Τότε φησὶ, λέγε, ἐὰν θέλῃς, ἐπιτηρήσας, ὅτε μέλλω ἐξεμεῖν. ῥᾷστα γὰρ μᾶλλον ἐξεμέσαιμι, ἐὰν εἴπῃς. Μέλω δὲ, τὸ φροντίζω, δι᾽ ἑνὸς λ, δοτικῇ.

Μέλω. ἐν ἐπιμελείᾳ εἰμί.

Μέλπηθρα. παίγνια. σπαράγματα.

Μέλποντες. ᾄδοντες. ἀνυμνοῦντες.

Μελύδριον Ἰωνικόν. ἀντὶ τοῦ, τρυφηλόν. τοιοῦτοι γὰρ Ἴωνες. [2] Ἀριστοφάνης·

——Δεῦρ᾽ ἴτ᾽ ἐπὶ τοὐμὸν στόμα
Μελύδριον εὑροῦσαί τι τῶν Ἰωνικῶν.

Μελχισεδὲκ, ἱερεὺς τοῦ Θεοῦ, βασιλεὺς τῶν Χαναναίων. οὗτος κτίσας πόλιν ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Σιὼν, ἐπωνόμασεν αὐτὴν Σαλήμ· ὅ ἐστιν, εἰρηνόπολις· ἐν ᾗ βασιλεύσας ἔτη ριγ΄, ἐτελεύτησε δίκαιος, καὶ παρθένος. ἀγενεαλόγητος δὲ εἴρηται, παρὰ τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐκ τοῦ σπέρματος Ἀβραὰμ ὅλως, εἶναι δὲ Χαναναῖον τὸ γένος, καὶ ἐκ τῆς ἐπαράτου σπορᾶς ὁρμώμενον. ὅθεν, οὐδὲ γενεαλογίας ἠξίωτο. οὐ γὰρ πρέπον ἔδει ἦν, τὸν τῆς ἄκρας δικαιοσύνης ἐπειλημμένον, συμπλέκειν τῷ τῆς ἄκρας ἀδικίας γένει. διὸ καὶ ἀπάτορα καὶ ἀμήτορα τοῦτον εἶναί φασιν. ὅτι δὲ Χαναναῖος ἦν τὸ γένος, εὔδηλον καὶ ἀφ᾽ ὧν ἐκράτει καὶ ἐβασίλευσε κλιμάτων τῶν Χαναναίων, καὶ οἷς ἐπλησίαζε πονηροτάτοις Σοδόμοις. καὶ μήν τοι καὶ ἡ Σαλὴμ, ἧς ὑπῆρχε βασιλεὺς, ἡ πολυθρύλλητος Ἱερουσαλήμ ἐστιν, οὐδέπω τὸ ὅλον ὄνομα φέρουσα τῆς Ἱερουσαλὴμ· ἐκ προσθήκης δὲ τοῦ ἱεροῦ μετὰ τῆς Σαλὴμ προσλαμβάνουσα συλλαβὴν, καὶ κατὰ συνάφειαν Ἱερουσαλὴμ ὀνομασθεῖσα· διὰ δὲ τὸ ἀγενεαλόγητον λέγεται ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ. ὅταν [3] δὲ ἀκούσῃς παρὰ τῶν Μελχισεδεκιτῶν, ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται, μνήσθητι τοῦ Ἀποστολικοῦ, ὅτι ἑτέρας γενεᾶς ἐστι· τουτέστι, τῶν Χαναναίων.

Μελχισεδὲκ, ἱερεὺς, οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐθνῶν. οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὐχ ὑπὲρ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντων ἀνθρώπων ἑαυτὸν προσενήνοχε τῷ Θεῷ. ἄρχεται δὲ τῆς ἱερωσύνης ἐν τῇ νυκτὶ, μεθ᾽ ἣν τὸ πάθος ὑπέμεινεν, ἡνίκα λαβὼν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας, ἔκλασε, καὶ εἶπε· Λάβετε, φάγετε, καὶ τὰ ἑξῆς. οὗτος ὁ Μελχισεδὲκ ἐπὶ Ἀβραὰμ ἤκμαζεν, ἀνὴρ θεοσεβὴς, ἐθνικὸς, καταγόμενος ἐκ τοῦ γένους Σίδου, [4] υἱοῦ Αἰγύπτου, βασιλέως τῆς Λιβύης. ὅστις γενόμενος ἱερεὺς, καὶ βασιλεὺς τῶν Χαναναίων, ἔκτισε πόλιν ἐν τῷ ὄρει τῷ λεγομένῳ Σιὼν, καὶ ἐκάλεσεν

Dicitur & de tempore futuro apud Thucydidem. Et Sophocles: *Cunctans enim semper aliquid facere, & præsentes meas & absentes spes perdidi.* Et Aristophanes: *Ne, quæso, id dicas, nisi cum vomendum mihi est.* Ut semel, inquit, vomam: non vero & tunc, cum id dicees. Vel sic: Tunc, inquit, dic, si velis, observato tempore, quo vomiturus sum. Facillime enim vomuero, si id dixeris. Μέλω vero, curo, per unum λ scribitur, & dativo jungitur.

Μέλω. Curæ sum alicui.

Μέλπηθρα. Ludibria. Præda, quæ [a canibus] laceratur.

Μέλποντες. Canentes. Celebrantes.

Μελύδριον Ἰωνικόν. Cantiuncula Ionica. Id est, mollis & delicata. Tales enim erant Iones. Aristophanes: [*Musæ,*] *huc ad os meum venite, postquam cantiunculam aliquam Ionicam inveneritis.*

Μελχισεδέκ. Melchisedec, Sacerdos Dei, Rex Chananæorum. Is urbem in monte, qui vocatur Sion, condidit, eamque Salem nominavit: quod idem est, ac Εἰρηνόπολις, i. e. urbs pacis. In hac cum regnasset annos CXIII, obiit, justus & cœlebs. Ideo vero dictus est expers genealogiæ, quod prorsus non sit ex Abrahami semine, sed ex genere Chananæo, & ex detestando semine ortus. Quamobrem etiam genealogiæ honore caret. Neque enim decebat eum, qui summæ justitiæ compos esset, conjungere cum summæ injustitiæ genere. Quamobrem etiam hunc & patre & matre carere dicunt. Quod autem genere Chananæus fuerit, valde perspicuum est vel ex regione, cujus erat dominus, & ex climate Chananæo, cujus fuit Rex, & ex improbissimis Sodomis, quibus erat vicinus. Salem autem, cujus erat Rex, est illa celeberrima Hierosolyma, quæ nondum integrum nomen urbis *Hierusalem* ferebat: sed addita voce ἱεροῦ ad Σαλὴμ, & facta compositione, Hierusalem vocata est. Quod autem ejus genealogia nulla describatur, ideo patre & matre carere dicitur. Quum autem a Melchisedecitis eum Deum appellari audiveris, memento dicti Apostolici, eum esse generis alterius; Chananæorum scilicet. *Port.*

Μελχισεδέκ. Melchisedec, sacerdos non solum Judæorum, sed etiam gentium. Sic & Christus non solum pro Judæis, sed etiam pro omnibus hominibus se obtulit Deo. Auspicatur autem sacerdotium ea nocte, post quam crucis supplicium sustinuit; quum accepto pane, & gratiis actis, eum fregit, & dixit: *Accipite, edite,* &c. Hic Melchisedec Abrahami tempore floruit; vir Deum colens, [quamvis esset] ethnicus, genus ducens a Side, filio Ægypti, Regis Libyæ. Qui, cum esset sacerdos, & Rex Chananæorum, urbem condidit in eo monte, qui Sion vo-

1 Ἀριστοφάνης] Initio *Ranarum*: ad quem locum vide Scholiastam; cujus scrinia Suidas hic compilavit.

2 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 750. (505. Ed. Bas. P.)

3 Ὅταν δὲ ἀκούσῃς παρὰ τῶν Μελχισεδ. ὅτι Θεὸς ὀνομάζεται] Sic locum hunc ex MSS. Paris. emendavi, qui in prioribus Editt. minus recte sic legitur: Ὅταν δὲ ἀκούσῃς περὶ τῶν Μελχισεδεκιτῶν, ὅτι ἴδιος ὀνομάζεται, &c. Versionem Porti pariter hic emendavimus, ne Latina a Græcis discreparent.

4 Υἱοῦ Αἰγύπτου] Sic habent MSS. Paris. itemque Cedrenus, qui cum Suida conferendus est. At priores Editt. male, Αἰγυπτίου.

αὐτὴν

αὐτὴν Ἱερουσαλήμ· ὅπερ ἐστὶν εἰρήνης πόλις, καὶ ἐβασίλευσεν ἐν αὐτῇ ἔτη ριγ'.

Μελχισεδέκ. οὗτος βασιλεὺς ὢν τῶν Χαναναίων, καὶ ἱερεὺς τοῦ ὑψίστου Θεοῦ, ὑποστρέφοντι τῷ Ἀβραὰμ ἀπὸ πολέμου ἀπαντήσας, ἐξήνεγκεν αὐτῷ ἄρτους καὶ οἶνον, καὶ εἶπε πρὸς Ἀβραάμ· Εὐλογημένος Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, ὃς ἔκτισε τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ εὐλογημένος ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος, ὃς παρέδωκε τοὺς ἐχθρούς σου ὑποχειρίους σοι. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἀβραὰμ δεκάτην ἀπὸ πάντων. ἑρμηνεύεται δὲ Μελχισεδέκ, [1] βασιλεὺς εἰρήνης.

Μελχόμ. προσόχθισμά τι. εἴδωλον καὶ τοῦτο. προσοχθίσματα γὰρ καὶ βδελύγματα τὰ εἴδωλα προσαγορεύειν εἴωθεν ἡ Γραφή· ὅπερ δηλοῖ τὸ [2] μῖσος, καὶ ἀποβλητον.

Μεμαγμένη μᾶζα. ἐπὶ τῶν ἑτοίμων ἀγαθῶν.

Μεμαγμένην. [3] παρεσκευασμένην, καὶ ἐν ἑτοίμῳ γενομένην. ἔνθεν καὶ παροιμία·

Μᾶζάν γε μεμαχὼς τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.

Μεμακκοακότα. [4] τὰ τοῦ Μακκοῦς φρονοῦντα. ἀνοηταίνοντα. Μακκὼ γὰρ καὶ Λαιμὼ ἐγένοντο ἠλίθιαι· τουτέστι, βαρέως νοοῦσαι. [5] Ἀριστοφάνης·

Ὁ δὲ, ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα τὸν δεσπότην,
Τέχνην ποιεῖται.

Μεμακυῖα. προθυμουμένη. γλιχομένη.

Μεμαώς. προθυμούμενος.

Μεμασιλημένος. [6] κατειργασμένος. [7] τουτέστι, μεμασημένος.

Μέμαυια προθυμουμένη. γλιχομένη.

[8] Οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσιν ἐδύνατο καὶ μεμαυῖα
Εὑρέμεναι Κλωθὼ τοῦδ' ἕτερον φονέα.

Μεμβλώκασιν. ἀντὶ τοῦ, [9] παραμένουσι. καὶ Μέμβλετό μοι. ἀντὶ τοῦ, μετ' ἐπιμελείας ἐγένετό μοι.

Μέμβλωκε. παραμένει. καὶ μεμβλωκὸς, παραγενόμενον, καὶ μετ' ἐπιμελείας κατασκευασθέν.

Μεμβράς. εἶδος ἀφύας. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Ἀφύα.

Μεμελημένος. πεπονημένος.

Μεμένηται. [10] μένει.

Μεμετρέαται. μεμέτρηνται.

Μέμηλα. ἐφρόντισα. καὶ μέλει.

Μεμηλώς. ἐπιμελούμενος.

Μέμηνε. μαίνεται.

Μεμιλτωμένον. [11] Ἀριστοφάνης·

Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον.

catur, eamq; nominavit Hierusalem, (quod est Pacis urbs) & in ea regnavit annos CXIII. *Port.*

Μελχισεδέκ. Melchisedec. Hic, cum esset Chananæorum Rex, & sacerdos summi Dei, Abrahamo a bello revertenti occurrit, & panes vinumque ipsi obtulit, & Abrahamo dixit: *Benedictus Abraham Deo summo, qui condidit cœlum & terram: & benedictus Deus altissimus, qui hostes tuos in manum tibi tradidit.* Abrahamus vero decimas omnium ipsi dedit. Melchisedec vero, si vocem interpreteris, significat Regem pacis. *Port.*

Μελχόμ. Melchom. Idolum quoddam, vel simulacrum detestandum. Nam S. Scriptura Idola vocare solet προσοχθίσματα & βδελύγματα: i. e. res impuras, & abominandas.

Μεμαγμένη μᾶζα. Maza pista. Dicitur de bonis paratis.

Μεμαγμένην. Pistam. Paratam. Hinc proverbium: *Mazam qui pinsuit, a me jam ante pistam.*

Μεμακκοακότα. Macconis mente præditum. Id est, stultum. Macco enim & Læmo fuerunt mulieres stupidæ & fatuæ. Aristophanes: *Ille vero, cum videt dominum desipientem, technas molitur.*

Μεμακυῖα. Prompta. Cupiens. Cupida.

Μεμαώς. Promptus. Cupiens. Cupidus.

Μεμασιλημένος. [Dentibus] confectus. Mansus.

Μεμαυῖα. Prompta. Cupida. Cupiens. [In Epigrammate:] *Haud enim Clotho inter mortales, quamvis vellet, alium reperire potuit, qui eum occideret.*

Μεμβλώκασιν. Adsunt. Adstant. Juxta aliquem manent. Et μέμβλετό μοι. Curæ mihi fuit.

Μέμβλωκε. Permanet. Adest. Et μεμβλωκός. Quod advenit, & cum cura diligenterque paratum est.

Μεμβράς. Membras. Genus apuæ. Est in Ἀφύα.

Μεμελημένος. Cum cura & accurate elaboratus.

Μεμένηται. Manet.

Μεμετρέαται. Pro μεμέτρηνται. Mensurati sunt.

Μέμηλα. Curavi. Et μέλει. Curæ est.

Μεμηλώς. Curans. Qui curavit.

Μέμηνε. Insanit. Furit.

Μεμιλτωμένον. Miniatum. Minio tinctum. Aristophanes: *Funem fugiunt minio tinctum.*

1 Βασιλεὺς εἰρήνης] Imo, βασιλεὺς δικαιοσύνης: ut ignorare non possunt, qui vel primis, ut ajunt, labris linguam Hebraicā degustarunt.

2 Τὸ μῖσος] Rectius μύσος: quod & Porto visum est.

3 Μεμαγμένην] Confer Nostrum supra v. Μᾶζα.

4 Μεμακκοακότα. τὰ τοῦ Μακκ.] Ex Enarratore Comici ad *Equit.* pag. 292. (195. Ed. Bas. *P.*)

5 Ἀριστοφάνης] Apud Aristophanem loco laudato sic legitur:
Ὁ δ' αὐτὸν ὡς ὁρᾷ μεμακκοακότα,
Τέχνην πεποίηται, &c.

6 Μεμασιλημένος] Portus suspicabatur, legendum esse μεμυσιλημένος: quam conjecturam veram esse, patet ex ipso Suida infra v. Μυσιλάξ, quo Lectorem remittimus.

7 Τουτέστι, μεμασημένος] Has duas voces priores Editt. non agnoscunt, quas ex MSS. Paris. revocavimus.

8 Οὐδὲ γὰρ ἐν θνητοῖσιν ἐδ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Ajacem, quod integrum legitur Antholog. lib. III. cap. XIV.

9 Παραμένουσι] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, παραβαίνουσι. Homerus Il. Δ. v. 11.
——Τῷ δ' αὖτε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη
Αἰεὶ παρμέμβλωκε.
Scholiasta: Παρμέμβλωκε. παραμένει. πάρεστιν. Confer etiam Etymologum.

10 Μεμένηται. μένει. † Μεμετρέαται. μεμ.] Sic locum hunc ex 2 MSS. Paris. emendavi & distinxi, qui in prioribus Editt. male sic legitur: Μεμένηται. μεμέτρηνται. μεμένηται. μένει.

11 Ἀριστοφάνης] *Acharnensibus* pag. 271. (262. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

ἐπεὶ ὀκνηρῶς εἶχον οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς τὰς συνόδους, εἰώθασιν ὑπηρέται δύο μεμιλτωμένον σχοινίον ἐκτείνοντες, διὰ τῆς ἀγορᾶς διώκειν τὸν ὄχλον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὥς φησι Πλάτων ὁ κωμικός. ὅσοι δὲ ἐχρίοντο, ἐξέτινον ζημίαν.

Μέμμιος. ὕπατος τῶν Ῥωμαίων. ἔστιν ἐν τῷ Ἀχαΐα.

Μεμισθαρνηκώς. ὁ μισθοῦ [1] καμών.

Μέμνῃ. β' προσώπου. καὶ μέμνημαί σου. γενικῇ.

Μεμνῇτο. μιμνῃσκοίτο. οὕτω προπερισπωμένως· ὡς Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ Ὁμηρικῇ προσῳδίᾳ. καὶ [2] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Ἵνα τοὐμὸν ἱμάτιον φορῶν, μεμνῇτό μου.

Μέμνων, ὁ εἰς [3] Ἴλιον στρατεύσας, ἡγεῖτο μὲν Αἰθιόπων, οὐκ ἦν δὲ Αἰθίοψ, ἀλλὰ ἀπὸ Σούσων τῶν Περσικῶν καὶ τοῦ Χοάσπου ποταμοῦ, τὰ ἐκεῖσε ἔθνη ὑποχείρια ἔχων.

Μέμονα. προθυμοῦμαι.

Μέμορται. μεμοίραται.

Μεμωκημένος. καταπεφρονημένος.

Μέμωνος. ὄνομα κύριον.

Μεμπτέος. μέμψεως ἄξιος.

Μεμοιραμένων. λαχόντων. κληρωσαμένων.

Μεμοίραται. μετέχει. εἴληφε.

Μεμυαλωμένα. [4] εὐτραφῆ, καὶ πίονα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Νόμος ἐκέλευσε. καὶ Μαλαχίας δὲ ὁ Προφήτης ἐκέλευσεν ἄμωμά τε καὶ ἄρτια. ἐπαρᾶται δὲ τοῖς τοιαῦτα μὲν ἔχουσιν, ἀνάπηρα δὲ προσφέρουσι.

Μεμύημαι. δεδίδαγμαι. [5] πεπείραμαι μὴ μύειν.

Μεμυκότα. κρύψαντα. καμμύσαντα. ἢ κεκολλημένα. καὶ [6] Ὅμηρος· Σὺν δ' ἕλκεα πάντα μέμυκεν. ἐκ παρατηρήσεως Ὅμηρός φησι τῶν ἐν πολέμῳ τρωθέντων τὰ τραύματα μὴ μύειν, μόνου δὲ τοῦ Ἕκτορος κατὰ θείαν πρόνοιαν. [7] καὶ ἐν Ἐπιγράμμασι·

Τὸν πάρος Ὀρβηλοῖο μεμυκότα δειράσι ταῦρον.

ἀντὶ τοῦ, μυκηθμῷ χρώμενον. μυκώμενον.

Μεμύρωμαι. [8] Ἀριστοφάνης· Μακαριωτάτη ἐγώ, ἥτις μεμύρωμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν ἀγαθοῖς· πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὐτῶν τὰ Θάσια ἀμφορείδια. Ἀμφορείδια δὲ, τὰ κεράμια. Ἀπανθήσαντα δὲ, ξηρανθέντα.

Cum Athenienses ad concionem segniter convenirent, duo ministri solebant funem minio tinctum extendere, eoque per forum compellere turbam in concionem, ut ait Plato Comicus. Ii igitur, quibus minium allinebatur, mulctam persolvebant.

Μέμμιος. Memmius, Consul Romanorum. Est in voce Ἀχαΐα.

Μεμισθαρνηκώς. Mercede conductus. Mercenarius.

Μέμνῃ. Est secundæ personæ. Meministi. Et μέμνημαί σου. Recordor tui.

Μεμνῇτο. Memor sit. Recordetur. Sic scribendum est cum circumflexo in penultima, ut ait Herodianus in *Prosodia Homerica.* Et Aristophanes *Pluto: Ut pallium meum gestans, mei recordetur.*

Μέμνων. Memnon, qui expeditionem ad Ilium suscepit, Æthiopum dux fuit, quamvis ipse Æthiops non esset, Susis Persicis ad Choaspem fluvium sitis oriundus, & illius loci gentibus imperans.

Μέμονα. Sustineo. Audeo.

Μέμορται. Fatale est. Decretum est a fatis.

Μεμωκημένος. Derisus. Contemptus.

Μέμωνος. Memonis. Nomen proprium. [A recto, Μέμων.]

Μεμπτέος. Reprehendendus. Vituperandus.

Μεμοιραμένων. Eorum, quibus sors vel fatum aliquod contigit.

Μεμοίραται. Particeps est. Accepit.

Μεμυαλωμένα. Pinguia & opima. Sic enim & Lex Deo immolari jubet victimas vitii expertes & integras. Et Malachias Propheta execratur eos, qui tales quidem habent, sed mancas & mutilatas offerunt.

Μεμύημαι. Initiatus sum. Doctus sum os claudere.

Μεμυκότα. Occultantem. Oculos claudentem. Vel, conglutinata. [Clausa.] Et Homerus: *Omnia vero vulnera coierunt.* Homerus tanquam peculiare quid observat, vulneratorum in bello vulnera non coire; at solius tantum Hectoris, ex divina quadam providentia. Et μεμυκότα. Mugientem. In Epigrammate: *Illum, qui in Orbeli montis jugis ante mugiit, taurum.*

Μεμύρωμαι. Unguentis delibutus sum. Aristophanes: *O me beatissimam, quæ delibutum habeo caput unguentis bonis. His tamen omnibus longe præstant amphoræ Thasiæ.* Ἀμφορείδια sunt amphoræ fictiles, vel, testæ. Ἀπανθήσαντα vero, quæ florem & vigorem suum amiserunt. Arefacta.

1 Καμών] Sic recte MSS. Paris. itemque Editio Mediol. & Photius in Lexico inedito. At Editt. Aldina, Basil. & Genev. male, χακῶν: quam lectionem Portus in versione secutus fuerat.

2 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 96. (47. Ed. Baf. P.)

3 Ὁ εἰς Ἴλιον στρατεύσας] Negat id Philostratus *de Vit. Apoll.* lib. VI. cap. III. quem vide.

4 Μεμυαλωμένα. εὐτραφῆ καὶ π.] Pearsonius recte observaverat, notam hanc referendam esse ad Psalm. LXV. v. 15. ubi David secundum versionem τῶν LXX. sic inquit: Ὁλοκαυτώματα μεμυαλωμένα ἀνοίσω σοι μετὰ θυμιάματος. Theodoretus ad illum locum: Μεμυαλωμένα κέκληκε τὰ εὐτραφῆ καὶ πίονα. οὕτω γὰρ καὶ ὁ Νόμος προσφέρειν ἐκέλευσεν ἄμωμά τε καὶ ἄρτια. ἐπαρᾶται δὲ καὶ ὁ Προφήτης Μαλαχίας τοῖς τοιαῦτα μὲν ἔχουσιν, ἀνάπηρα δὲ προσφέρουσι. Hinc Suidas supplendus & emendandus est.

5 Πεπείραμαι μὴ μύειν] Portus particulam negativam μὴ abjiciendam esse censet: cui assentior.

6 Ὅμηρος] Il. Ω. v. 420.

7 Καὶ ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. XV. Epigr. XXIII.

8 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 757. (510. Ed. Baf. P.) ubi locus hic ita legitur:

——————Εὐδαίμων δ' ἐγώ,
Αὕτη τε μοι δέσποινα μακαριωτάτη,
Ἥτις μεμύρωμαι τὴν κεφαλὴν μυρώμασιν
Ἀγαθοῖσιν, ὦ Ζεῦ. πολὺ δ' ὑπερπέπαικεν αὖ
Τούτων ἁπάντων τὰ Θάσι' ἀμφορείδια.

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

Μεμυστιλημένοι. [1] εὐωχημένοι. ζωμὸν ἀρυσάμενοι ἄρτοις κοίλοις, [2] καὶ μυστίλεια μεμυημένοις. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῖς μυστηρίοις· οἷον μυστίλιόν τι ὄν. ἐν ταύτῃ ἑορτῇ πάντες προῖκα ἤσθιον καὶ τὴν ἀθάραν, καὶ ἄλλα τινά. μυστίλη δὲ καλεῖται κοῖλος ἄρτος· ἤγουν ἀθάρα. ἐν γὰρ τοῖς Θησείοις ἀθάραν ἤσθιον. ὁ δὲ νοῦς· Ὦ πολλὰ ταλαιπωρήσαντες, καὶ εἰς οὐδὲν ἐστιαθέντες, νῦν δὲ εὐτυχήσαντες. ὀλιγίστοις δὲ ἀλφίτοις λέγει, ἤγουν ἄρτοις. τοῖς κοίλοις γὰρ ἄρτοις τοὺς ζωμοὺς ἀρυόμενοι, ταχέως ἐκορέννυντο δι' ἔνδειαν ἄρτου. πεποίηται δὲ ἡ λέξις, λέγω δὲ ἡ μυστίλη, παρὰ τὴν μάσησιν. ἢ διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄψων ὀλίγον ἄρτον ἤσθιον. ἢ τῷ ζωμῷ σχολάζοντες, ἀπὸ τούτου ἐκορέννυντο.

Μέμφις. ὄνομα κύριον. καὶ κλίνεται Μέμφεως. ἡ δοτική, τῷ Μέμφει, καὶ [3] θηλυκόν, ἡ Μέμφις.

Μεμφίτης. ὁ ἀπὸ τῆς Μέμφεως.

Μεμφωλή. μέμψις.

Μεμψιβολεῖν. μέμφεσθαι.

Μεμψίμοιρος. φιλεγκλήμων.

Μένανδρος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς ἀρχαῖος. καὶ [4] Μένανδρος ἕτερος, Ἀθηναῖος, Διοπείθους καὶ Ἡγησιστράτης· περὶ οὗ πολὺς παρὰ πᾶσιν ὁ λόγος· κωμικὸς τῆς νέας κωμῳδίας, στραβὸς τὰς ὄψεις, ὀξὺς δὲ τὸν νοῦν, καὶ περὶ γυναῖκας ἐκμανέστατος. γέγραφε κωμῳδίας ρή, καὶ ἐπιστολὰς πρὸς Πτολεμαῖον τὸν βασιλέα, καὶ λόγους ἑτέρους πλείστους καταλογάδην.

Μένανδρος, Λαοδικεύς, τῆς παρὰ Λύκῳ τῷ ποταμῷ, σοφιστής. ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην, καὶ Μινουκιανοῦ Προγυμνάσματα· καὶ ἄλλα.

Μένανδρος Προτίκτωρ, ἱστορικός· ὃς λέγει περὶ ἑαυτοῦ· Ἐμοὶ πατὴρ Εὐφράτας ἐκ Βυζαντίου ὁρμώμενος ἦν. οὗτος δὴ ἦν ἥκιστα τῆς τῶν λόγων μετειληχὼς παιδείας. Ἡρόδοτος μὲν ἦν μοι ὁμόγνιος, ὃς τῆς περὶ τὸν νόμον ἀπογευσάμενος παιδείας, εἶτα ἀφηνίασε τῆς περὶ ταῦτα σπουδῆς. ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἀξιῶσαι ᾤόμην μὴ καὶ νόμοις ὁμιλῆσαι, καὶ ἐς τέλος ἱκέσθαι τῶν πόνων. καὶ δὴ ἀφικόμην, ὥς μοι ὑπῆρχε δυνατόν. ἥκιστα δὲ ἐχρησάμην τῇ ἐπαγγελίᾳ τοῦ ἐπιτηδεύματος. οὐ γάρ

Μεμυστιλημένοι. Epulati. Convivati. Qui panibus cavis, sive mystris jus hauserunt. Inde enim & μύστρα appellata sunt: quasi dicas μυστίλια. In hoc festo [Theseorum] omnes & pultem & alia quædam gratis edebant. Μυστίλη autem vocatur panis cavus: vel, puls. Nam Theseis [Athenienses] pultem edebant. Sensus autem est: O qui multos labores pertulistis, & tenuiter admodum vixistis; nunc autem fortunati estis. Ὀλιγίστοις ἀλφίτοις dixit pro, paucis panibus. Cavis enim panibus jus haurientes, propter inopiam panis cito satiabantur. Vox autem μυστίλη deducta est a μάσησις, i. e. manducatio. Vel, propter copiam obsoniorum pauco pane vescebantur. Vel, jus avide edentes, eo satiabantur.

Μέμφις. Memphis. Nomen proprium. Declinatur, Μέμφεως. Et dativus, τῷ Μέμφει. Et fœmininum, ἡ Μέμφις.

Μεμφίτης. Memphites. Sive, qui est ex urbe Memphi.

Μεμφωλή. Incusatio. Querela.

Μεμψιβολεῖν. Conqueri. Incusare.

Μεμψίμοιρος. Querulus.

Μένανδρος. Menander, Atheniensis, Comicus antiquus. Et Menander alius, Atheniensis, Diopithis & Hegesistrates filius, qui omnium sermone celebratur. Fuit autem novæ Comœdiæ poeta; strabo quidem, sed acuto ingenio præditus, & in mulierum amorem effusus. Scripsit comœdias CVIII. itemque epistolas ad Ptolemæum Regem, & plurima alia, oratione prosa.

Μένανδρος. Menander, Laodicea, ad Lycum fluvium sita, oriundus, Sophista. Scripsit commentarios in Hermogenis Artem, & Minuciani Progymnasmata: & alia.

Μένανδρος. Menander Protector, Historicus; qui sic de se ipse scribit: Pater mihi erat Euphratas, Byzantio oriundus; minime ille quidem eruditus. Herodotus vero mihi frater germanus erat, qui legum doctrina degustata, statim ab harum studio recessit. Ego vero & leges minime negligendas esse, & ad finem laborum perveniendum mihi esse existimavi: idque feci, ut licuit. Minime tamen hujus studii professione sum usus. Haud

1 *Μεμυστιλημένοι. εὐωχ.*] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis in *Pluto* pag. 67. (33. Ed. Bas. P.)

> Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμυστιλημένοι,
> Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.

Vide ibi Scholiastam, cujus scrinia Suidas hic compilavit.

2 *Καὶ μυστίλεια μεμυημένοις. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῖς μυστ.*] Emenda ex Scholiasta Aristophanis: *Καὶ μυστίλοις ἱμώμενοι. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα τοῖς μυστρίοις*, &c. De voce *μύστρον* autem & *μυστίον*, vide Lexica vulgata.

3 *Θηλυκόν, ἡ Μέμφις*] In prioribus Editt. post verba hæc additur, *Ἆπις, Θεὸς Αἰγύπτιος. τοῦτον Αἰγύπτιοι τιμῶσι σελήνῃ. καὶ ἱερὸς ἦν ὥσπερ ὁ βοῦς τῆς σελήνης, ὥσπερ ὁ Μέμφις τοῦ ἡλίου.* Sed ea hic omittenda putavi, tum quia in vetustissimo MS. A. desunt, tum etiam quia non pertinent ad vocem *Μέμφις*, sed *Μνεῦις*. Bos enim, qui apud Ægyptios Soli sacer habebatur, non appellabatur Memphis, sed Mneuis, ut vel ex ipso Suida supra v. *Ἆπις*, & infra v. *Μνεῦις*, discere licet.

4 *Μένανδρος*] Hujus Menandri fabulas accurate recenset Meursius in *Bibliotheca Attica*, quem vide. Omisit tamen fabulam ejus *Ἄπιστος*, cujus meminit Suidas v. *Ἄβρα*. Existimavit nimirum Meursius, vocem *ἄπιστος* esse partem fragmenti, quod Suidas dicto loco ex Menandro adducit; cum certissimum sit esse nomen fabulæ, ut & Lectorem supra monuimus. Sic autem, ut diximus, Meursium censuisse, satis patet ex eo, quod in *Bibliotheca Attica*, ubi de fabula Menandri *Ψευδηρακλῆς* agit, locum illum Suidæ sic legendum & distinguendum esse monet:

> Μήτηρ τέθνηκε ταῖν ἀδελφαῖν ταῖν δυοῖν
> Ταύταιν, τρέφει δὲ παλλακή τις τοῦ πατρὸς
> Αὐτάς, ἄβρα τῆς μητρὸς αὐτῶν γενομένη,
> Σικυωνία· καὶ γὰρ ἄβραν αἰτουμένου
> Ἑρμιόνης, ταύτης μὲν οὐ παρέδωκ' ἔχειν·
> Τρέφειν δὲ χερσὶν ὡς ἐλευθέραν σπεύδει,
> Ἄπιστος· ἄμφω εἰ τὸ χρυσίον λάβοι
> Ὁ γέρων, θεράπαιναν εὐθὺς ἠγορασμένην
> Ἄβραν ἴσως.

Subjungit postea: *Ita versus istos ibi latentes, e latibulo suo protractos, restituo.* Sed, quod salva modestia dixerim, insigniter fallitur. Fragmenta enim diversa, & ex diversis fabulis petita, in unam massam compegit, duasque istas voces, *ἄπιστος*, & *Σικυωνία*, quæ fabularum nomina sunt, invito plane sensu cum ipsis Menandri verbis miscuit: qui error ipsi cum Porto communis est. Vide nos supra ad v. *Ἄβρα*, ubi rite omnia distinximus, & suum cuique fabulæ fragmentum restituimus.

μοι θυμῆρες ἦν ἀγωνίζεσθαι δίκας, οὔτε μὴν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ θαμίζειν, καὶ δεινότητι λόγων τὰς τῶν ἐντυγχανόντων οἰκειοῦσθαι φροντίδας. καὶ τὰ σπουδαῖα πεπραγέναι παρεὶς, καὶ τὰ χείριστα ἑλόμενος, κεχηνὼς περιενόστουν. καί μοι καταθύμιοι ἦσαν οἵ τε θόρυβοι τῶν [1] χρωμάτων, καὶ οἱ ἁμιλλητήριοι τῶν ἵππων ἀγῶνες· ἔτι γε μὴν καὶ ἡ παντόμιμος ὄρχησις. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παλαίστραις ἐναπεδυόμην, καὶ ἐς τοσοῦτον ἐξώκειλα ἀφροσύνης, ὡς καὶ τὴν φαινόλην ἀποδύσασθαι, συναποδύσασθαι δὲ αὐτῷ καὶ τὸ [2] νουνεχὲς, καὶ ἄλλο ὅ, τι ἐς βίον ἀγλάϊσμα. ἐπεὶ δὲ Μαυρίκιος τὸ βασίλειον διεδήσατο κράτος, τοῦτο μὲν προμηθέστατα ἔχων ἐς τοὺς ὑπηκόους, τοῦτο δὲ καὶ μουσῶν ἐραστὴς, ποιημάτων τε καὶ ἱστορίας ἥδιστα ἐπαΐων, ὡς καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς μέρος καταναλίσκειν περὶ τὰς τοιαύτας φροντίδας, καὶ παρορμᾷν ἐντεῦθεν καὶ ὀξύνειν τοῖς χρήμασι τοὺς ἀμβλυτέρους τὸν λογισμόν· ἀγαπητῶς ἐν τῷ τότε ἔγωγε ἀλύων καὶ δυσαναχετῶν, τῷ μὴ τὰ δέοντα ἔχειν, ἀναλογιζόμενος ἦν, ὡς οὐκ ἦν χρεὼν ἀνόνητά με περινοστεῖν. ὡς οὖν ἂν μὴ διαπαντὸς κενεμβατοίην, ὁρμήθην ἐπὶ τήνδε τὴν συγγραφὴν ἄρξασθαι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ Ἀγαθίου, καὶ [3] τῆς ἱστορίας ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν.

enim mihi cordi fuit caussas in foro agere, vel regiam porticum frequentare, & eloquentiæ facultate aliorum studia mihi conciliare. Quare neglectis rebus seriis, deteriora sectari, & otiosus circumire cœpi. Ac placuere mihi strepitus curruum, & decursiones equestres: prætereaque saltationes pantomimorum. Adhæc & in palæstris frequenter me exercui, & eo amentiæ processi, ut pænulam quoque, & cum ea sanam mentem, omnemque modestiam, quæ vitam ornat, exuerem. Posteaquam vero Mauricius imperium capessivit, princeps qui & populi salutem provide curabat, & Musas amabat, poematibusque & historiis audiendis quamplurimum delectabatur, utpote qui magnam noctis partem ipse in iis studiis consumeret, & ingenia hebetiora munificentia excitaret & acueret: tunc ego merito dolens & animo æger, quod ea, quibus opus esset, non haberem; mecum reputare cœpi, non oportere me vitam adeo inertem & otiosam semper agere. Quare ne prorsus nihil agerem, ad hanc historiam animum appuli, ejusque conscriptionem ab obitu Agathiæ auspicatus sum.

Μένδα. ὑπὸ Ἐρετριέων ᾠκισμένη.

Μένδα. Menda, urbs ab Eretriensibus condita.

Μενδαῖος. ὁ ἀπὸ τῆς Μένδης.

Μενδαῖος. Mendæus. Sive, qui est ex urbe Menda.

Μένδη. πόλις μία τῶν ἐν Πελλήνῃ.

Μένδη. Mende, urbs una ex Pellenæis.

Μένδην. [4] οὕτω καλοῦσι τὸν Πᾶνα Αἰγύπτιοι, ὡς τραγοπρόσωπον· τῷ καὶ τὸν τράγον τῇ αὐτῶν διαλέκτῳ οὕτω καλεῖν· καὶ τιμῶσιν αὐτὸν ὡς ἀνακείμενον τῇ γονίμῳ δυνάμει· καὶ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε μὴ ἐσθίειν τράγους. ὀχευτικὸν γὰρ τὸ ζῶον. ἦν δὲ καὶ ἱερὸν τοῦ Μενδησίου παρ' Αἰγυπτίοις, ἐν ᾧ καὶ ἄγαλμα τραγοσκελὲς ἦν, ὀρθὸν ἔχον τὸ αἰδοῖον.

Μένδην. Menden. Ægyptii sic vocant Pana, a vultu caprino, quem ei affingunt. Nam & lingua sua hircum sic appellant: eumque colunt, ut generationi sacrum: unde & esu ejus abstinent. Est enim animal salax. Fuit autem & templum Mendesii apud Ægyptios, in quo simulacrum erat, pedibus caprinis, & inguine intento.

Μενδήσιον κέρας. τὸ τοῦ Νείλου στόμα.

Μενδήσιον κέρας. Mendesium cornu. Est unum ex Nili ostiis.

Μένεα πνείων. μεγάλα δυνάμενος.

Μένεα πνείων. Ferociā spirans. Valde robustus.

Μενεδάϊος ἵππος. ὁ πολεμιστήριος.

[5] Σῶμα τόδε φθιμένου μενεδαΐου εἵσατο Δᾶμις
Ἵππου, ἐπεὶ στέρνον τοῦδε δαφοινὸς Ἄρης
Τύψε.

Μενεδάϊος ἵππος. Equus bellicus. [In Epigrammate:] *Monumentum hoc mortuo equo bellicoso posuit Damis, postquam ejus pectus sanguinarius Mars percussit.* Pro μενεδάϊος dicitur etiam μενεδήϊος, α in η verso.

Μενεδάϊος, καὶ κατὰ τροπὴν, μενεδήϊος.

Μενέδημος.

Μενέδημος. Menedemus. [Nomen proprium.]

Μενεαινέμεν. προθυμεῖσθαι.

Μενεαινέμεν. Cupide aliquid velle.

Μενεθεύς. ὄνομα κύριον. καὶ Μενεσθεύς.

Μενεθεύς. Menetheus. Vel, Μενεσθεύς, Menestheus. Nomen proprium.

Μενεκλείδης.

Μενεκλείδης. Meneclides. Meneclis filius.

Μενεκράτης. κωμικός. δρᾶμα αὐτοῦ, Μανέκτωρ, ἢ Ἑρμιονεύς.

Μενεκράτης. Menecrates. Comicus. Ex fabulis ejus est, *Manector*, vel *Hermionensis*.

1 Τῶν χρωμάτων] Wolfius legit ἁρμάτων: quam conjecturam probo.

2 Νουνεχές] Sic recte 2 MSS. Paris. At in prioribus Editt. male legitur συνεχές.

3 Τῆς ἱστορίας] Ex hac historia Excerpta quædam hodie adhuc supersunt, edita ab Hœschelio inter reliquas Legationum Eclogas.

4 Μένδην. οὕτω καλοῦσι τὸν Π.] Vide Bochartum *Hieroz.* Part. I. lib. II. cap. LIII.

5 Σῶμα] Male. Sensus enim suadet, scribendum esse σῆμα, quam lectionem in versione secutus sum. Cæterum in Anthologia Epigrammatum, lib. III. cap. V. circa finem, ubi integrum Epigramma, ex quo verba hæc decerpta sunt, exstat, hodie legitur μνᾶμα, (Dorice nimirum pro μνῆμα) quæ vox quamvis itidem monumentum vel sepulcrum significet; hic tamen apud Suidam potius scripserim σῆμα, quoniam id ad corruptam lectionem σῶμα propius accedit. Confer etiam Nostrum supra v. Δαφοινὸν, ubi in hoc ipso fragmento itidem male legitur σῶμα pro σῆμα: quamvis tunc, cum locum istum tractaremus, emendatio ista in mentem nobis non veniret, sed ex Anthologia μνᾶμα rescribendum censeremus.

Μενεκρά-

Μενεκράτης,[1] Συρακούσιος, ἰατρός. οὗτος δὲ μισθὸν μὲν οὐδένα ἐκομίζετο τῆς θεραπείας (ἐθεράπευσε γὰρ τὴν ἱερὰν νόσον) δούλους δὲ αὐτοῦ ὁμολογεῖν τοὺς θεραπευομένους ἀπῄτει, καὶ Δία ἑαυτὸν ἐκάλει, Θεοὺς δὲ τοὺς ἰαθέντας ὑπ' αὐτοῦ, τιθεὶς ἑκάστῳ προσηγορίαν, τῷ μὲν Ἑρμοῦ, τῷ δὲ, Ἀπόλλωνος.

Μενεκράτης. Menecrates, Syracusanus, Medicus, qui sacrum morbum curans, nullam quidem mercedem pro ejus curatione accipiebat; sed a sanatis illud postulabat, ut se ipsius servos esse faterentur. Idem Jovem se appellabat, eosque, quos sanaverat, Deos; unicuique nomen imponens, alteri Mercurii, alteri Apollinis.

Μενέλαος.[2] Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. ἀδελφὸς Φιλίππου ὁμοπάτριος.

Μενέλαος. Menelaus, frater Philippi consanguineus: cujus meminit Demosthenes in Philippicis.

Μενέλαος,[3] Αἰγαῖος, ἐποποιός. ἔγραψε Θηβαΐδα ἐν βιβλίοις ιβ'. καὶ ἄλλα.

Μενέλαος. Menelaus, Ægæus, poeta Epicus. Scripsit *Thebaidem* libris XII & alia.

Μενετοὶ[4] Θεοὶ, καὶ μὴ ἀποδιδῶσι μισητίαις. ἀντὶ τοῦ, ἀνεξίκακοι, καὶ οὐκ εὐθέως τιμωρούμενοι. ἐπίμονοι, καὶ βέβαιοι, καὶ οὐκ εὐεξαπάτητοι. Μισητία δὲ, ἡ εἰς τὰ ἀφροδίσια ἀκρασία. μή ποτε μέντοι γενικώτερόν ἐστιν ἡ ἀπληστία, ἡ αἰσχροκέρδεια.

Μενετοὶ Θεοὶ, καὶ μ. [*Si dicat,*] *tardi sunt Dii ad vindictam*; *nec* [*votum*] *persolvat ob avaritiam*: [*ab eo ipsi quod debet, exigemus.*] Μενετοὶ hic significat, mala patienter ferentes, nec cito hominum peccata ulciscentes: Vel, perseverantes, constantes, nec deceptu faciles. Μισητία vero est nimia in venerem proclivitas. Libido. Forte tamen generaliori sensu hæc vox accipienda est pro inexplebili cupidine, & turpi amore lucri.

Μενεχάρμης.[5] ὁ ὑπομονητικὸς ἐν μάχαις.

Μενεχάρμης. Qui prælium intrepide sustinet. Bellicosus.

Μένεχμος. ὄνομα κύριον.

Μένεχμος. Menechmus. Nomen proprium.

Μενξίτιον. ὄνομα τόπου.

Μενξίτιον. Menxitium. Nomen loci.

Μενθῆρες.[6] αἱ φροντίδες.

Μενθῆρες. Curæ. Solicitudines.

Μένιππος. ὁ Κυνικός. ἔστι ἐν τῷ Φαιός.

Μένιππος. Menippus, Cynicus. Est in voce Φαιός.

Μένιππος. κωμικός. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστι, Κέρκωπες, καὶ ἄλλα.

Μένιππος. Menippus, Comicus. Scripsit fabulam *Cercopes*, & alias.

Μενοεικής. ὁ αὐτάρκης. καὶ μενοεικέα.

Μενοεικής. Sufficiens. Animo gratus. Et *μενοεικέα*, animo grata.

Μένος. δύναμις. ὁρμή. διαφέρει δὲ τὸ μένος τοῦ θάρσους. τὸ μὲν γὰρ μένος ἐστὶ τοῦ σώματος· τὸ δὲ θάρσος, τῆς ψυχῆς.

Μένος. Robur. Vis. Impetus. Differt autem μένος a θάρσος. Nam μένος dicitur de corpore: θάρσος vero, i. e. audacia, vel fiducia, de animo.

Μενοῦνγε. ἐκ συνδέσμων τριῶν. τὸ ἀληθές. μᾶλλον μὲν οὖν.

Μενοῦνγε. Vox est ex tribus conjunctionibus composita. Revera. Vel, Imo vero potius.

Μένω. Ἡ δὲ Ὀλυμπιὰς ἐπὶ τῶν ἑαυτῆς ἔμενε λογισμῶν.

Μένω. Maneo, Permaneo. *Olympias vero in consilio suo perstitit.*

Μένων,[7] Ἀθηναῖος. οὗτος δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν πλούτου ἰσχυρῶς, ἐπιθυμῶν δὲ ἄρχειν, ὅπως πλείω λαμβάνῃ· ἐπιθυμῶν δὲ τιμᾶσθαι, ἵνα πλείω κερδαίνῃ. φίλος τε ἐβούλετο εἶναι τοῖς μέγιστον δυναμένοις, ἵν' ἀδικῶν μὴ διδοίη δίκην. ἐπὶ τὸ δὲ κατεργάζεσθαι, ὧν ἐπιθυμοίη, συντομωτάτην ὁδὸν ᾤετο εἶναι διὰ τοῦ ἐπιορκεῖν τε καὶ ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾷν. τὸ δὲ ἁπλοῦν τε καὶ ἀληθὲς ἐνομίζετο αὐτῷ ἠλίθιον εἶναι. στέργων δὲ φανερῶς μὲν οὐδένα· ὅτῳ δὲ φαίη φίλος εἶναι, τούτῳ, ἔνδηλος ἐγίνετο ἐπιβουλεύων. καὶ πολεμίου μὲν οὐδενὸς κατεγέλα, τῶν δὲ συνόντων πάντων ὡς καταγελῶν ἀεὶ διελέγετο. καὶ τοῖς

Μένων. Menon, Atheniensis. Hic ingentem opum cupiditatem manifeste præ se ferebat, & non minus imperii cupidus erat, ut plura consequeretur; & honore affici volebat, ut plus lucri faceret. Potentissimis quibusque amicus esse cupiebat, ne malorum suorum facinorum pœnas daret. Viam maxime compendiariam arbitrabatur esse ad efficienda ea, quæ concupisceret, si pejeraret, & mentiretur, & falleret. Simplicitatem enim & candorem eodem loco habebat, quo stultitiam. Neminem ex animo diligebat: ac si cui amicum se profiteretur, ei palam insidiabatur. Hostem nullum irridebat, verum de iis, quibus-

1 Μενεκράτης, Συρακούσιος. ἰατρός. οὗτος δὲ μισθ.] Locum hunc de Menecrate Suidas deprompsit ex Athenæo, quem vide lib. VII. pag. 298. Ibi enim eadem res fusius narratur.

2 Μενέλαος. Δημοσθ.] Ex Harpocratione.

3 Αἰγαῖος] An potius Αἰαῖος? Vide Holstenium ad Stephanum v. Αἰαία.

4 Μενετοὶ Θεοὶ, καὶ μὴ ἀποδ.] Aristophanes *Avibus* pag. 615. (428. Ed. Bas. P.)

Ἐάν τις αὐτῶν ἱερεῖον τῷ Θεῷ,
Εὐξάμενος, εἶτα διαστρίβῃ λέγων,
Μενετοὶ Θεοὶ καὶ μὴ ἀποδιδῷ, μισητίᾳ
Ἀναπράξομεν καὶ ταῦτα.

Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

5 Μενεχάρμης. ὁ ὑπομονητ.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. ι. v 525.

6 Μενθῆρες] Potius, μενθῆραι. Vide Etymologum & Hesychium.

7 Μένων, Ἀθηναῖος. οὗτος δῆλος ἦν ἐπιθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, leguntur apud Xenophontem lib. III. de Expedit. Cyri, in fine: ut Pearsonius monuit. Notandum autem est, Menonem hunc a Xenophonte non vocari Ἀθηναῖον, sed Θετταλόν: unde Suidas proinde corrigendus est.

μὲν τοῖς πολεμίων κτήμασιν οὐκ ἐπεβούλευε, (χαλεπὸν γὰρ ᾤετο εἶναι τὰ τῶν φυλαττομένων λαμβάνειν) ἀλλὰ τὰ τῶν φίλων μόνος ᾤετο εἰδέναι ὅτι ῥᾷστον ἀφύλακτα λαμβάνειν. καὶ ὅσους μὲν αἰσθάνοιτο ἐπιόρκους, καὶ ἀδίκους, ὡς εὖ ὡπλισμένους ἐφοβεῖτο· τοῖς δὲ ὁσίοις, καὶ ἀλήθειαν ἀσκοῦσιν, ὡς ἀνάνδροις ἐπειρᾶτο χρῆσθαι. ὥσπερ δέ τις ἀγάλλεται ἐπὶ θεοσεβείᾳ καὶ δικαιότητι· οὕτω Μένων ἠγάλλετο τῷ ἐξαπατᾷν δύνασθαι, τῷ πλάσαι ψευδῆ, τῷ φίλους διαγελᾷν. τὸν δὲ μὴ πανοῦργον ἀπαίδευτον ἐνόμιζεν εἶναι. καὶ[1] παρ' οἷς μὲν ἐπεχείρει πρωτεύειν, διαβάλλων φιλίαν, τοὺς πρώτους τούτῳ ᾤετο δεῖν κτήσασθαι. τὸ δὲ πειθομένους στρατιώτας παρέχεσθαι, ἐκ τοῦ συναδικεῖν αὐτοῖς ἐμηχανᾶτο. τιμᾶσθαι δὲ καὶ θεραπεύεσθαι ἠξίου, ἐπιδεικνύων, ὅτι πλεῖστα δύναιτο καὶ ἐθέλοι ἂν ἀδικεῖν. εὐεργεσίας δὲ κατέλεγεν, ὅτε τις αὐτοῦ ἀφίσταιτο, ὅτι χρώμενος αὐτῷ, οὐκ ἀπώλεσεν αὐτόν.

cum esset, ita semper loquebatur, ac si eos ludibrio haberet. Bonis hostium non insidiabatur, quod difficile putaret, facultatibus eorum, qui sibi caverent, potiri: sed res amicorum, quia non admodum custodirentur, facillime surripi posse, solum se scire putabat. Quoscunque perjuros & injustos esse animadverteret, ut bene armatos metuebat: viros vero pios & veritatis studiosos ut imbelles aggrediebatur. Et quemadmodum alius quispiam pietate & justitia gloriatur: sic Menon eo se jactabat, quod alios fallere posset, quod mendacia fingere, quod amicos irridere. Si quis non esset callidus & vafer, eum rudem & imperitum esse censebat. Apud quos primum in amicitia locum obtinere volebat, hos sibi conciliandos putabat, criminando eos, qui gratia apud eos plurimum valerent. Injuriarum societate milites sibi obsequentes reddebat. Affici se honore & coli propterea volebat, ut ostenderet, & posse & velle se quam plurimum injuriæ aliis inferre. Illis, qui a se descivissent, imputabat, quod eo tempore, cum familiariter ipsis uteretur, eos non perdidisset.

Μεντίδιος. ὄνομα κύριον.

Μέντορος. ὄνομα κύριον.

Μέντοι. ὅμως. τὸ δὲ σὺν[2] τῷ γε παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων.

Μενοινή. ἡ προθυμία.

Μενοίτιος. ὄνομα κύριον.

Μεραρχίαι.[3] αἱ δύο χιλιαρχίαι, ἀνδρῶν βμη. οἱ δὲ καὶ Τέλος ὀνομάζουσι. καὶ τὸν ἡγούμενον, Μεράρχην, καὶ Τελετάρχην.

Μεριδαρχίας. μεριτίας. κατὰ δεκαρχίας.

Μερίς. ἡ κληρονομία.

Μερίς[4] οὐ πνίγει. τῶν δυνατωτέρων ἁρπαζόντων τὰς τροφὰς τῶν ἀσθενεστέρων, καὶ ἐπὶ τούτῳ ἐκείνων πνιγομένων, ἐπεὶ ἄρα βοηθεῖν αὐτοῖς οὐκ ἠδύναντο, ἐπενοήθη ὁ διαμερισμός· καὶ ἕκαστος ἑκάστῳ, τὸ ἴσον λαμβάνων, ἐπεφώνει, Μερὶς οὐ πνίγει. ὅτε οὖν οἱ δυνατοὶ ἥρπαζον, ἦν πνίξ. ὅτε δὲ ἐπενοήθη ὁ μερισμὸς, ἔλεγον οἱ πάντες, Μερὶς οὐ πνίξ.

Μερίτης. συμμεριστής.[5] Πολύβιος· Καὶ πολλὰ περιελασάμενοι σώματα, καὶ θρέμματα, τούτων οὐδενὸς μερίτην ἐποιήσαντο τῶν ἀλόντων.

Μερίτης. ὁ τινὸς πράγματος μεταλαγχάνων.[6] Πολύβιος· Ὁ δὲ φύλαξ εὐθὺς ἀνοίγει, ἐλπίζων καὶ πρὸς αὐτόν τι διατείνειν τὴν εὐαγρίαν, διὰ τὸ μερίτην αὐτὸν ἀεὶ γίνεσθαι τῶν εἰσφερομένων.

Μερκηδῖνον. τόπος τις.

Μερμαίρω. φροντίζω. ἢ χολῶ.

Μέρμερα.[7] μερίμνης ἄξια. χαλεπά.

Μεντίδιος. Mentidius. Nomen proprium.

Μέντορος. [A recto Μέντωρ. Mentor.] Nomen proprium.

Μέντοι. Tamen. At μέντοιγε apud nullum puriorum Græcorum reperitur.

Μενοινή. Alacritas. Cupiditas.

Μενοίτιος. Menœtius. Nomen proprium.

Μεραρχίαι. [Scribe, Μεραρχία.] Merarchia. Dux Chiliarchiæ, virorum MMXLVIII. Quidam eam & Τέλος vocant: & ducem ejus Merarcham & Teletarcham.

Μεριδαρχίας. Per decarchias, sive decurias.

Μερίς. Hæreditas. Portio. Pars.

Μερὶς οὐ πνίξ. Partitio non suffocat. Cum potentiores victum tenuioribus eriperent, & tenuiores propterea suffocarentur, quod se adversus potentiores defendere non possent, excogitata est partitio. Quare quivis æqualem portionem accipiens, alteri acclamabat: *Partitio non suffocat.*

Μερίτης. Particeps. Polybius: *Magna mancipiorum & pecorum præda abacta, nullius eorum, quæ capta fuerant, participem quenquam fecerunt.*

Μερίτης. Alicujus rei particeps. Polybius: *Custos autem statim aperit, sperans ad se quoque aliquid ex præda perventurum esse, quod partem eorum, quæ inferrentur, semper caperet.*

Μερκηδῖνον. Mercedinum. Quidam locus.

Μερμαίρω. Curas animo agito. Vel, irascor.

Μέρμερα. Res cura dignæ. Res difficiles & arduæ.

1 Καὶ παρ' οἷς μὲν ἐπεχείρει πρωτεύειν, διαβάλλων φιλ.] Locus hic ex Xenophonte sic rescribendus est: Καὶ παρ' οἷς μὲν ἐπιχ. πρωτ. φιλίᾳ, διαβάλλων τοὺς πρώτους, τούτους ᾤετο, &c.

2 Σὺν τῷ γε] Sic recte MS. Paris. A. & Photius in Lexico inedito. At priores Editt. σὺν τῷ σέ: qua lectione Portus deceptus, ineptum loco huic sensum affinxerat.

3 Μεραρχίαι. αἱ δύο Χιλ.] Scribe, Μεραρχία, numero singulari. Dux enim Chiliarchiæ unam tantum Merarchiam constituebant. Confer Ælianum in *Tactic.* cap. IX. ubi Τελάρχης rectius vocatur, quem hic Suidas Τελετάρχην appellat.

4 Μερὶς οὐ πνίξ. τῶν δυνατωτέρων ἁρπ.] Eadem ad verbum habet Photius in Lexico inedito. Confer etiam Zenobium.

5 Πολύβιος] Lib. IV. cap. XXIX.

6 Πολύβιος] Lib. VIII. cap. XXIV.

7 Μέρμερα. μερίμνης ἄξια. χαλεπά.] Ex Scholiasta Homeri ad Il. Θ. v. 453.

Μερμηρίζω. μεριμνῶ.

Μερμερόης. ὄνομα κύριον. Τὸν [1] Μερμερόην ἡμῖν σημῆναι, ὡς οὐκ ἔστιν ἀξιόλογος ἡ χώρα, οὐδὲ μὴν περιμάχητος, οὐδὲ βασιλικῆς ἔργον ἐκστρατείας, ἀλλ' ἐνυπάρχει τῶν ἐθνῶν τῶν περὶ τὸν Καύκασον.

Μέρμις. τὸ σχοινίον.

Μερόη. νῆσος κατὰ τὸν ὠκεανόν.

Εἰ καὶ τηλοτέρω Μερόης ποτὶ ἴχνος ἐρείσεις.

Μερόλαος. ὄνομα κύριον.

Μέροψ. καὶ μέροπες, οἱ ἄνθρωποι. ἀπὸ τοῦ μεμερισμένην ἔχειν τὴν ὄπα, ἤτοι τὴν φωνήν.

Μερόπη. ὄνομα κύριον. καὶ Μεροπὶς, ἡ Κῶς νῆσος.

Μέσαβον. τὸ μέσον τῶν βοῶν ξύλον.

Μεσάγκυλος.

Μεσαπίων. [2] ἄρτος. ὁ ψωμός. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα τυράννου. Μεσαπίωνα Πρόξενον Ἀθηναίοις φησὶ ποιήσασθαι πόλεμον.

Μεσάτμῳ. [3] τῷ κανόνι. τῷ μέσῳ καλάμῳ τοῦ ἱστοῦ.

Μεσαύλιον. [4] κυρίως μὲν, ἡ μέση θύρα. κεῖται δὲ ἀντὶ τοῦ μεσαύλιον. ἢ μεσαύλιος, ὁ μέσος τόπος τῆς αὐλῆς.

Μεσαιπόλιος. ὠμογέρων. μιξοπόλιος.

Μεσαίταλος. ὁ μέσος. καὶ μεσαίταλον, τὸ ὑψηλόν.

Μεσεγγύημα. μεσεγγύημά ἐστιν, ὅταν οἱ συντιθέμενοι πρὸς ἀλλήλους περὶ πραγμάτων, τῶν οὐ κατὰ τρόπον οὐδὲ δικαίως ἔσεσθαι μελλόντων, ἢ περὶ τῶν, ἐξ ὧν τις βλάβη γενήσεται τῷ κοινῷ τῆς πόλεως, ὑπὲρ τοῦ πραχθῆναι κατὰ τὰς συνθήκας, μισθόν τινα ὁρίσαντες, παρακαταθῶνται κοινῷ φίλῳ τὸ ἀργύριον, ὅπως ἂν ἀμφοτέροις τοῖς μέρεσι δοκῇ, ἂν ἄρα ἐκπραξάμενοι τὰ στοιχειωθέντα βεβαιώσωσι.

Μεσεγγύημα. [5] τὸ ὁμολογηθὲν ἀργύριον παρ' ἀνδρὶ μέσῳ γινομένῳ ἐγγυητῇ τῆς ἀποδόσεως. καὶ μεσεγγυήσασθαι, τὸ ποιῆσαι τοῦτο λέγεται.

Μέσερ. ἡ Αἴγυπτος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Μεσερέμ.

Μεσέγγυος. μεσίτης. ἐγγυητής. μέσος δύο μερῶν.

Μεσεγγυοῦνται. [6] ἐγγυηταὶ γίνονται, ἢ ἐγγυητὰς ποιοῦνται. ὡς καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ κατὰ τῶν Σοφιστῶν.

Μεσηγύς. μεταξύ.

Μεσηῒς πηγή. καὶ Μεσηΐδος γῆς.

Μεσῆλιξ. ὁ μέσος τῇ ἡλικίᾳ.

Μερμηρίζω. Meditor. Cogito. Sum solicitus.

Μερμερόης. Mermeroes. Nomen proprium. *Mermeroen nobis significasse, regionem illam non esse magni faciendam, nec dignam, ob quam Rex bello contendat, vel expeditionem suscipiat, sed eam inhabitare unam ex gentibus Caucaso vicinis.*

Μέρμις. Funis. Funiculus.

Μερόη. Meroe. Insula in Oceano. *Etiamsi ultra Meroen vestigium tuum fixeris.*

Μερόλαος. Merolaus. Nomen proprium.

Μέροψ. Homo. Et μέροπες. Homines. Sic dicti, quod habeant μεμερισμένην ὄπα, i. e. vocem distinctam.

Μερόπη. Merope. Nomen proprium. Et Meropis, Cos insula.

Μέζαβον. Lignum inter boves medium.

Μεσάγκυλος. [Epithetum teli. Amentatus.]

Μεσαπίων. Messapiorum. Ἄρτος. Panis. Item nomen tyranni Messapiorum, cum quo hospitium & amicitiam Athenienses iniisse Polemo refert.

Μεσάτμῳ. Regula. Telæ jugo.

Μεσαύλιον. Proprie janua [inter vestibulum & atrium] media. Et μεσαύλιος τόπος, medius aulæ locus.

Μεσαιπόλιος. Semicanus. Cui cruda & viridis est senectus.

Μεσαίταλος. Medius. Et μεσαίταλον. Altum. Excelsum.

Μεσεγγύημα. Μεσεγγύημα est, cum illi, qui inter se pacta fecerunt de rebus turpibus & injustis, aut unde damnum aliquod in Rempubl. redundaturum est, certam pecuniæ summam pœnæ nomine constituunt, eamque apud communem amicum deponunt, prout utrique parti visum fuerit; [eam recepturi,] si pactis steterint.

Μεσεγγύημα. Pacta pecunia, quæ apud sequestrem deponitur. Et μεσεγγυήσασθαι, pecuniam apud sequestrem deponere.

Μέσερ. Meser. Id est, Ægyptus. Vide in v. Μεσερέμ.

Μεσέγγυος. Mediator. Sponsor. Fidejussor. Qui est inter duas partes medius.

Μεσεγγυοῦνται. Sponsores fiunt. Vel, sponsores & sequestres aliquos constituunt. Sic Isocrates in oratione contra Sophistas.

Μεσηγύς. In medio. Inter.

Μεσηῒς πηγή. Meseis fons. Et Μεσηΐδος γῆς. Meseidis terræ.

Μεσῆλιξ. Qui est mediæ ætatis.

1 Τὸν Μερμερόην ἡμῖν σημ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Ἀξιόλογα.

2 Μεσαπίων. ἄρτος. ὁ ψωμ.] Locus hic est corruptissimus, qui sic legi & in integrum restitui debet: Μεσαπίων. ἄρτος. ὁ ψωμός. ἔστι δὲ καὶ ὄνομα τυράννου Μεσαπίων. καὶ πρόξενον αὐτὸν Ἀθηναίους ποιήσασθαι φησὶ Πολέμων. Sic enim recte legitur supra v. Ἄρτος: ad quem locum hæc proprie pertinent. Portus hic οὐδὲν ὁρᾷς: cujus versio proinde litura nobis sananda fuit. Arti autem, Messapiorum tyranni, meminit Athenæus lib. III. pag. 108. ut monuimus etiam supra.

3 Μεσάτμῳ] Confer Hesychium v. Μέσακμοι.

4 Μεσαύλιον] Vide Valesium ad Euagr. lib. IV. cap. I. & eundem ad Harpocrationem v. Μέσαυλος.

5 Μεσεγγύημα. τὸ ὁμολογ.] Ex Harpocratione.

6 Μεσεγγυοῦνται] Imo potius μεσεγγυῶνται: a μεσεγγυάομαι.

Μεσημ-

Μεσημβρίζω. καὶ μεσημβρινός.

Μεσσήνη. ὄνομα πόλεως, καὶ Μεσσήνιος, ὁ ἀπὸ τῆς Μεσσήνης.

Μεσιτεύειν. ἀνάμεσον κεῖσθαι. Τὰ δὲ χρήματα μεσιτεύειν ἐν Κύπρῳ συνετάξαντο, παρ' οἷς ἂν αὐτὸς εὐδοκηθῇ.

Μεσίτης. ὁ εἰρηνοποιός.

Μέσμα. ὄνομα πόλεως.

Μεσσόα. τόπος.

Μεσοβασιλεύς. μετὰ θάνατον Ῥωμύλου, ἀναρχίας οὔσης ἐν τῇ Ῥώμῃ, ἐνιαυτὸν ὅλον ἡ σύγκλητος τὸ κῦρος τῶν κοινῶν εἶχε πραγμάτων, πενθήμερον ἀρχὴν τοῖς ἐπιφανεστέροις τῶν βουλευτῶν ἐκ διαδοχῆς κατανέμουσα· οὓς μεσοβασιλεῖς ὠνόμαζον.

Μεσόγαιον. αἰτιατικῆ. Μεσόγειος δὲ, ἀντὶ τοῦ, μέσος κατὰ τὴν γῆν.

Μεσόδμη.[1] κατὰ τὸ μέσον.

Μεσολαβηθείς. Τὸν δὲ υἱὸν ἔπεισεν, εἰ τύχοι, μεσολαβηθεὶς αὐτὸς ὑπὸ τῆς πεπρωμένης, ἐξενεγκεῖν τὸν κατὰ Ῥωμαίων πόλεμον. τουτέστιν, ἐν τῷ μεταξὺ συσχεθείς.

Μεσομήδης,[2] Κρὴς, λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. γράφει οὖν εἰς Ἀντίνοον ἔπαινον, ὃς ἦν Ἀδριανοῦ παιδικά· καὶ ἄλλα διάφορα μέλη. † Ἀντωνῖνος τὸ τοῦ Σύλλου μνημεῖον ἐπιζητήσας, ἐπεσκεύασε, τῷ τε Μεσομήδῃ, τῷ τοὺς [3] κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγράψαντι, κενοτάφιον ἔχωσε· τῷ μὲν, ὅτι καὶ κιθαρῳδεῖν ἐμάνθανεν· ἐκείνῳ δὲ, ὅτι τὴν ὠμότητα αὐτοῦ ἐζήλου.

Μέσον. τὸ μετέχον τοῦ ἴσου. ἐπὶ γὰρ τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν αἱ μὲν ὑπερβολαὶ καὶ ἔνδειαι, ἐναντίαι οὖσαι ἀλλήλαις, ὑπὸ τὴν κακίαν εἰσίν. αἱ δὲ ἀρεταὶ, μέσαι αὐτῶν οὖσαι, ὑπ' ἄλλο γένος εἰσί. ὑπὸ γὰρ τὴν ἀρετήν. ἢ ὅτι συμβέβηκε ταύταις οὐ μόνον μέσαις εἶναι, ἀλλὰ καὶ ἐναντίαις ἑκατέρων τῶν ἄκρων. ἐκ γὰρ τοῦ μεγάλου καὶ μικροῦ, ὄντος τοῦ μὲν ἐν ὑπερβολῇ, τοῦ δὲ ἐν ἐνδείᾳ, καὶ τὸ μεταξὺ αὐτῶν τὸ ἴσον [4] ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος. ἔστιν οὖν κυρίως μέσον, τὸ κατὰ μίξιν τῶν ἄκρων τοιοῦτον ὂν, καὶ ἀναγκαίως ὑπὸ ταυτόν ἐστι γένος τοῖς ἄκροις. ἡ δὲ ἀρετὴ οὐχ οὕτω τῶν κακῶν μέση. ὁμωνύμως γὰρ τὸ μέσον λέγεται. λέγεται γὰρ καὶ ἐν κύκλῳ μέσον τὸ κέντρον. ἀλλὰ καὶ ἐν ὅροις μέσος, ὁ τῷ μὲν ὑποκείμενος, τοῦ δὲ κατηγορούμενος. ἢ ὅλως ὁ δὶς λαμβανόμενος ἐν ταῖς τῶν προτάσεων συμπλοκαῖς, καὶ τοῖς τοιούτοις. λέγεται γὰρ μέσος, ὅταν ἀμφοῖν μετέχῃ τῶν ἄκρων. τῇ θέσει

Μεσημβρίζω. Meridior. Et μεσημβρινός. Meridianus.

Μεσσήνη. Meſſene. Nomen urbis. Et Μεσσήνιος. Meſſenius.

Μεσιτεύειν. Apud ſequeſtrem depoſitum eſſe. *Convenit inter eos, ut pecunia in Cypro apud ſequeſtres deponeretur, apud quos ei placuiſſet.*

Μεσίτης. Mediator. Pacis arbiter.

Μέσμα. Meſma. Nomen urbis.

Μεσσόα. Meſſoa. Locus ita vocatus.

Μεσοβασιλεύς. Interrex. Poſt Romuli mortem, cum Romæ interregnum eſſet, annum totum Senatus ſummam rerum poteſtatem habuit, quinque dierum imperio illuſtrioribus Senatoribus, alteri poſt alterum, commiſſo; quos Interreges nominarunt.

Μεσόγαιον. Accuſativus. [Per αι ſcribitur.] At μεσόγειος, [per ει.] Mediterraneus.

Μεσόδμη. Columna in medio poſita.

Μεσολαβηθείς. Medius prehenſus. Interceptus. *Filio autem perſuaſit, ut, ſi forte ipſe fatis interciperetur, bellum Romanis inferret.*

Μεσομήδης. Meſomedes, Cretenſis, Lyricus, qui Adriani temporibus vixit: ejus libertus, vel ex præcipuis amicis. Scripſit encomium Antinoi, qui Adriano erat in deliciis: & alia diverſa carmina. † Antoninus Syllæ ſepulchrum repertum inſtauravit, & Meſomedi, qui cantica Lyrica conſcripſit, cenotaphium exſtruxit: huic quidem, quod cithara canere didiciſſet; illi vero, quod ejus crudelitatem imitaretur.

Μέσον. Medium. Sive, æquale. In moralibus virtutibus exceſſus & defectus, qui ſunt inter ſe contrarii, in vitio ponuntur. Virtutes vero, quæ ſunt in eorum medio ſitæ, ad aliud genus referuntur. Accidit enim illis, ut non ſolum ſint eorum mediæ; ſed etiam extremis utriſque contrariæ. Nam ex magno & parvo, quorum illud in exceſſu, hoc vero in defectu poſitum eſt, conſtat id, quod inter eos interjectum eſt, æquale nimirum: non tamen ſub eodem genere continetur. Eſt igitur proprie medium, quod utrique extremo miſcetur, & neceſſario ſub eodem genere eſt, ſub quo ſunt extrema. Virtus vero non ita dicitur eſſe vitiorum medium. Medium enim æquivoce dicitur. Nam & in circulo centrum dicitur medium: & in terminis [ſyllogiſmi] medius dicitur is, qui alteri ſubjicitur, & de altero prædicatur. Vel, qui bis in propoſitionum connexionibus, & ſimilibus ſumitur. Dicitur enim

1 Μεσόδμη] Plenius & clarius vocem hanc Heſychius explicat.

2 Μεσομήδης] De eo vide Scaligerum ad Chron. Euſeb. Num. MMCLX. & præcipue Salmaſium ad Julium Capitolinum in *Antonino Pio.*

3 Κιθαρῳδικοὺς νόμους συγγ.] Ab Euſebio in Chronico Meſomedes dicitur κιθαρῳδικῶν νόμων μουσικὸς ποιητής: quod ab Hieronymo vertitur, *Citharicorum carminum muſicus poeta.* At Scaliger negat Meſomedem recte dici poſſe poetam, quippe qui modos tantum muſicos fecerit, non vero carmina aliqua lyrica conſcripſerit. Νόμους enim apud Græcos non dici carmina vel cantica, ſed modulos muſicos, quibus carmina temperentur. Contra Salmaſius loco laudato erudite oſtendit, νόμους appellari carmina muſicis modulis inſtructa: atque adeo Meſomedem non ſolum modulorum muſicorum auctorem, ſed etiam carminum lyricorum poetam fuiſſe contendit. Ipſum adi: nam lectu digna habet.

4 Ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος.] Addita negatione legendum eſt, οὐχ ὑπὸ τὸ αὐτὸ γένος εἶν.

γὰρ,

γ', καὶ μίξει, καὶ κράσει τῆς σχέσεως ἐν ἅπασιν αἰτίαν ὁ μέσος ἔχει. † [1] Ὅμηρος· Εἰς μέσον ἀμφοτέροισι δικάσσατε. Οὐκ ἔστιν, εἰς τὸ μέσον παρελθόντες, ἀλλὰ μέσως δικάσαντες, μήτε τούτῳ προσχαριζόμενοι, μήτε ἐμοί. διὸ καὶ ἐπιφέρει· Μηδ' ἐπ' ἀρωγῇ. † [2] Ἐγὼ δ' ἔχομαι μέσος. ἀντὶ τοῦ, ἥττημαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, τῶν τὰ μέσα ληφθέντων. † Ὅτι μεσότης καὶ μέτρον οὐ δύναται μᾶλλον καὶ ἧττον γενέσθαι. ἡ δὲ ὑπερβολὴ καὶ ἡ ἔλλειψις, ἐπειδὴ ἐπ' ἄπειρον προχωρεῖ, διὰ τοῦτο ἀόριστον αὐτὴν ἔλεγον δυάδα.

medius, quia utriusque extremi particeps est: idemque tam ob positionem, quam quia utrumque extremum attingit, & propositiones vinculi instar continet, rationem causæ obtinet. † Homerus: *Utrique æque jus dicite.* Hic enim εἰς μέσον non significat, in medium prodeuntes, sed medium servantes in judicando: id est, nec illi, nec mihi gratificantes. Ideo etiam subjungit: *Neque ut alterutri gratificemini.* † *Ego vero medius teneor.* Id est, victus sum. Metaphora ducta est ab athletis, quos adversarii medios arripiunt, [& sic vincunt.] † Medium & modus non potest fieri magis & minus. Excessus vero & defectus in infinitum progrediuntur: unde eum vocarunt indefinitam dyadem.

Μεσορῶν. μέσην ὁδεύων.

Μεσορῶν. Mediam viam incedens.

Μεσότης. ἀληθές. Ὅτι μεσότητές εἰσιν, οὐκ ἀκρότητες, αἱ τῶν ἠθῶν ἀρεταί, μάλιστα ἡ δικαιοσύνη.

Μεσότης. Medium. Mediocritas. Morales virtutes sunt mediocritates, non autem extremitates: præcipue vero Justitia.

Μεσουρανήσαντος ἡλίου.

Μεσουρανήσαντος ἡλίου. Medium cœlum Sole tenente.

Μεσοῦται. [3] πληροῦται.

Μεσοῦται. Repletur.

Μεσῶ. γ' συζυγίας τῶν περισπωμένων. [4] Εὐριπίδης Μηδείᾳ·

Ζηλῶ σ'. ἐν ἀρχῇ πῆμα, κοὐδέπω μεσοῖ.

Μεσῶ. Medius sum. Est tertiæ conjugationis circumflexorum. Euripides *Medea*: *Laudo te. Nam malum adhuc in principio consistit, nec dum adultum est.*

Μεσερέμ. [5] ὄνομα κύριον. ὁ υἱὸς τοῦ Χάμ· ἐξ οὗ καὶ Μεσερὲμ, ἡ Αἴγυπτος, ἡ νῦν Μέσιρ ὀνομαζομένη. καὶ, Χὰμ σκηνώματα. Αἴγυπτος. καὶ ἔστιν ἐν τῷ Αἴγυπτος.

Μεσερέμ. Meserem. Nomen proprium. Chami filius; a quo & ipsa Ægyptus dicta est Mesrem; quæ nunc Meser vocatur. Et, Chami tabernacula. Id est, Ægyptus. Vide in v. Αἴγυπτος.

Μέσφ' ὅτε. ἕως οὗ.

Μέσφ' ὅτε. Donec. Quousque.

Μέτα. μέτεστιν. Ὦ κακὴ κεφαλή· οὐ σοι τούτων μέτα. ὅ ἐστι, μέτεστι.

Μέτα. Pro μέτεστιν. Particeps est. *O improbum caput! neutiquam horum particeps es.*

Μετά. ὁ τοῦ Ἀρχιβίου Ἀπολλώνιος πέντε δηλοῦν φησιν· [6] Ἐνθάδε, καὶ μετὰ πᾶσιν. [7] Ἐπί. Ἐς [8] Τεμέσην μετὰ χαλκόν. [9] μετόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο. Ὑπό.

Χαῖται [10] δ' ἐρρώοντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο.

Εἰς. Μετὰ ἔθνος ἑταίρων. Σύν. Σὺν δ' αὖ ἐγὼ μετὰ τοῖσι. Πρός. Σφαῖραν τ' ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμύμονα βασιλέα. † Ὁ δὲ ἔκλεισε τὴν ῥάβδον πυθμένι καὶ πώματι, καὶ μετὰ χεῖρας εἶχεν ἀεὶ, οὔτε μεθ' ἡμέραν κατατιθέμενος, καὶ νύκτωρ ὑπὸ τὴν κεφαλὴν ὑποτιθέμενος. καὶ αὖθις·

Ἐμοὶ δ' ἴσον μὲν τῆσδε τῆς χώρας μέτα,

Ὅσον περ ὑμῖν. ἄχθομαι δὲ, καὶ φέρω

Τὰ τῆς πόλεως ἅπαντα βαρέως πράγματα.

τουτέστι, μέτεστι.

Μετά. Apollonius Archibii filius dicit, [particulam μετὰ] quinque significare. Ἐπί. Ad. *Profectus Temesen, ad æs* [*inde petendum.*] Ὑπό. A, vel Ab. *Comæ vero agitabantur a flatu venti.* Εἰς. Ad. *Ad agmen sociorum.* Σύν. Cum. *Simul autem & ego cum his.* Πρός. Ad. *Globum postea jecit ad inculpatum Regem.* † *Ille autem virgam fundo & operculo clausit, manibusque semper tenuit, nec interdiu eam deponens, & noctu capiti subjiciens.* Et iterum: *Ad me enim hæc regio æque pertinet; atque ad vos: sed doleo, atque omnia civitatis negotia graviter fero.* Μέτα hic positum est pro μέτεστι, i. e. particeps est.

Μεταβαλών. στραφείς.

Μεταβαλών. Conversus. Mutatus.

Μεταβολή. [11] κατὰ τέσσαρας τρόπους γίνεται· φθο-

Μεταβολή. Mutatio. Ea fit quatuor modis:

1 Ὅμηρος] Il. Ψ. v. 574.

2 Ἐγὼ δ' ἔχομαι μέσος. ἀντὶ τοῦ, ἥττ.] Aristophanes *Ranis* p. 234. (149. Ed. Bas. *P.*)

——— Ἀλλὰ νῦν ἔχει μέσος.

Scholiasta ad eum locum: Ἔχει μέσος. ἀντὶ τοῦ, μέσος ἐλήφθης. τοῦτο δὲ ἐκ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν. Idem Comicus *Acharnens.* pag. 398. (284. Ed. Bas. *P.*)

——— Ἐγὼ γὰρ ἔχομαι μέσος.

Scholiasta: Ἀντὶ τοῦ, ἥττημαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ἀθλητῶν, τῶν τὰ μέσα ληφθέντων, καὶ μὴ ἐχόντων εὐκόλως ἐκφυγεῖν τοὺς ἀντιπαλαίοντας. Hinc Suidas sua deprompsit.

3 Μεσοῦται] Imo μεστοῦται: ut recte habet Photius in Lexico inedito. Μεστοῦν enim idem significat quod πληροῦν.

4 Εὐριπίδης Μηδείᾳ] Versu 60.

5 Μεσερέμ] Vel series literarum ostendit, scribendum esse Μεσρέμ.

6 Ἐνθάδε, καὶ μετὰ πᾶσιν] Hæc verba delenda sunt, quoniam non solum nihil ad rem faciunt, sed etiam seriem orationis interrumpunt.

7 Ἐπί. Ἐς Τεμέσην μ.] Sic recte 2 MSS. Paris. At in prioribus Editt. omissa interpunctione male legitur, Ἐπὶ Τεμέσην μετὰ χαλκ.

8 Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκ.] Hæc sunt verba Homeri *Odyss.* A. v. 184.

9 Μετόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο] Hæc verba lituram merentur. Sunt enim ab hoc loco omnino aliena.

10 Χαῖται δ' ἐρρώοντο μετὰ π.] Homer. Il. Ψ. v. 367.

11 Μεταβολή. κατὰ τέσσαρας τρόπους γ. ——— καὶ τὸ φθειρόμενον ἐμπαλιν] Hæc leguntur apud Philoponum in lib. 1. Aristotelis *de Anima*, C. VII. a. unde ea Suidas descripsit.

ρᾶς, ἀλλοιώσεως, αὐξήσεως, φθίσεως. καὶ ἐν τέσσαρσι θεωρεῖται κατηγορίαις· ἐν Οὐσίᾳ μὲν, ὡς γένεσις καὶ φθορά. ἐν Ποσῷ δὲ, ὡς αὔξησις καὶ μείωσις. ἐν Ποιῷ δὲ, ὡς ἀλλοίωσις, οἷον λεύκανσις, μέλανσις. ἐν δὲ τῷ Ποῦ, οἷον, ἄνω, κάτω, ἐν Λυκείῳ, ἐν ἀγορᾷ. ἐπὶ πλέον δὲ τῆς κινήσεως ἡ μεταβολή. τὸ γὰρ κινούμενον δεῖ εἶναι, ἵνα καὶ κινῆται. τὸ δὲ γινόμενον, ἢ φθειρόμενον, οὐ μένει ὅπερ ἦν· καὶ ὅτι τὸ κινούμενον περὶ τὸ αὐτὸ ὑποκείμενον ἔχει μεταβολὴν, μηδὲν τῆς κινήσεως εἰς τὴν οὐσίαν τοῦ ὑποκειμένου συντελούσης. τὸ μέν τοι γινόμενον καὶ φθειρόμενον οὐκ ἐν ὑποκειμένῳ γίνεται, ἀλλ' οἷον ἐξ ὕλης εἰς εἶδος μεταβάλλει τὸ γινόμενον, καὶ τὸ φθειρόμενον ἔμπαλιν. † Μεταβολὴ δέ ἐστιν, ἡ δὶς ἐπὶ τὸ αὐτὸ γινομένη κλίσις, κατὰ νώτου τὰς τῶν ὁπλιτῶν ὄψεις μεταπιθεῖσα. ἧς δύο διαφοραί. ἡ μὲν, ἀπὸ τῶν πολεμίων ἣν καὶ ἐπ' οὐρὰν ὀνομάζουσιν· ἡ δὲ ἐπὶ τοὺς πολεμίους. ἔνιοι δὲ καὶ αὐτὴν οὕτως ὑπογράφουσι. [1] Μεταβολή ἐστι μετάληψις τῆς προϋπαρχούσης ἐπιφανείας εἰς τὴν κατ' οὐρὰν ἐπιφάνειαν, ἢ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τὴν ἐναντίαν. καὶ ἡ μὲν ἀπὸ τῶν πολεμίων μεταβολὴ δὶς ἐπὶ δόρυ κλινάντων γίνεται· ἡ δ' ἐπὶ τοὺς πολεμίους, δὶς ἐπ' ἀσπίδα.

Μετάβολοι. πραγματευταί. μεταπραται.

Μέταβος. ὄνομα κύριον.

Μετὰ βραχύ.

Μετὰ γὰρ νοσούντων μαίνεσθαι καλόν. χρὴ συνεξομοιοῦσθαι τοῖς παροῦσι. ὅμοιον τῷ, Ὁ μαινομένοις μὴ συμμαινόμενος, οὗτος μαίνεται.

Μεταγένης. ὄνομα κύριον.

Μεταγενής. μεταγενέστερος.

Μεταγένης, Ἀθηναῖος, δούλου παῖς, κωμικός. τῶν δὲ δραμάτων αὐτοῦ ἐστι ταῦτα· [2] Αὖραι, Μαμμάκυθος, [3] Θουριοπέρσαι, [4] Φιλοθύτης, [5] Ὅμηρος, ἢ Ἀσκηταί.

Μεταγειτνιών.[6] δεύτερος μὴν παρ' Ἀθηναίοις. ἐν δὲ τούτῳ Ἀπόλλωνι [7] Μεταγειτνίῳ θύουσι.

Μεταδιδάξαι. τὸ [8] τὴν προτέραν ἀφεῖναι βουλὴν, καὶ ἐλθεῖν ἐπ' ἄλλην. Καὶ οὔτε μεταδιδάσκοντος ἐπείθοντο τοῦ ἡγεμόνος, οὔτε ὀλοφυρομένου καὶ ἱκετεύοντος ἔπασχόν τι πρὸς τὰς δεήσεις.

Μεταδίδωμι. δοτικῇ. γενικῇ δέ. Ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, πάσης τῆς πόλεως μεταδεδώκατε αὐτῷ.

Μεταδιῶξαι. ἐπιζητῆσαι. ἐφελκεῖν. Μετὰ τῶν

corruptione, alteratione, incremento, decremento: eademque in quatuor categoriis cernitur. In Substantia, ut ortus & interitus. In Quantitate, ut incrementum & decrementum. In Qualitate, ut alteratio; veluti, dealbatio & denigratio. In Ubi, ut sursum, deorsum, in Lyceo, in foro. Mutatio vero plus est quam motio. Quod enim movetur, oportet existere, ut etiam moveatur. Quod vero nascitur, aut interit, non manet quod fuit. Deinde, quod movetur, in ipso subjecto mutationem patitur; motu nihil ad essentiam subjecti conferente. Quod vero nascitur & interit, non in ipso subjecto mutatur, sed illud quidem e materia in formam transit; contra vero, quod interit. † Μεταβολή [in Tacticis] dicitur declinatio, quæ bis in eandem partem fit, militum frontes in tergum convertens. Ejus autem duplex est differentia: altera ab hostibus; altera ad hostes. Quidam vero eam sic definiunt. Μεταβολή est versio frontis in tergum: vel contra, tergi in frontem. Et quidem ea μεταβολή, quæ ab hostibus dicitur, duplicem requirit declinationem hastam versus. Quæ autem in hostes, duplicem declinationem clypeum versus.

Μετάβολοι. Negotiatores Propolæ. Permutatores mercium.

Μέταβος. Metabus. Nomen proprium.

Μετὰ βραχύ. Paulo post.

Μετὰ νοσούντων μ. *Cum insanientibus insanire pulchrum est.* Id est, accommodare nos debemus ingenio eorum, quibuscum sumus. Proverbium hoc simile est illi, *Qui cum insanientibus non insanit, is demum insanit.*

Μεταγένης. Metagenes. Nomen proprium.

Μεταγενής. Post aliquem natus. Posterior. Junior.

Μεταγένης. Metagenes, Atheniensis, servi filius, Comicus. Ex ejus fabulis sunt & istæ; *Auræ*, *Mammacuthus*, *Thuriopersæ*, *Philothytes*, *Homerus*, sive *Ascetæ*.

Μεταγειτνιών. Metagitnion. Secundus mensis apud Athenienses: quo Apollini Metagitnio sacrificium faciebant.

Μεταδιδάξαι. Alicui persuadere, ut omisso priori consilio, aliud amplectatur. [*Milites vero*] *neque duci meliora suadenti parebant, neque lacrymis & precibus ejus quicquam movebantur.*

Μεταδίδωμι. Jungitur dativo personæ, & genitivo rei. Impertior. Participem facio. *Vos, o Athenienses, ipsi omne jus civitatis impertivistis.*

Μεταδιῶξαι. Persequi. Inquirere. Investi-

1 Μεταβολή ἐστι μετάληψις τῆς προϋπαρχούσης ἐπιφ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Ælianum in *Tactic.* cap. xxv. unde ea Suidas procul dubio descripsit.

2 Αὖραι] Fabulæ hujus meminerunt Harpocratio v. Οἰκίσκος, Scholiasta Aristophanis ad *Aves* pag. 582. & Athenæus lib. viii. ix. & xiii.

3 Θουριοπέρσαι] Drama hoc ab Athenæo aliquoties laudatur.

4 Φιλοθύτης] Præter Athenæum fabulæ hujus meminit & Pollux.

5 Ὅμηρος] Mentio ejus fabulæ exstat apud Enarratorem Comici ad *Aves*, pag. 602.

6 Μεταγειτνιών. δεύτερος μὴν παρ' Ἀθ.] Ex Harpocratione.

7 Μεταγειτνίῳ] Sic recte MSS. Paris. itemque Photius in Lexico inedito. At Editt. Mediol. & Ald. male, Μεταγειτνιῶνι. Basileensis vero & Genev. corruptius, Μεταγειτνιῶν.

8 Τὸ τὴν προτέραν ἀφ.] Lego & suppleo, τὸ πεῖσαί τινα τὴν προτέραν ἀφεῖναι, &c. Insolens enim prorsus est, ne dicam falsum, τὸ μεταδιδάξαι passiva significatione apud Græcos accipi.

ἐπιτηδείων ὑπεξελθόντα, ἑτέραν μεταδιῶξαι χώραν.

Μετάδορπα. [1] ἐπιδόρπια.

Μετάδος ἐνδεεῖ ἄρτου.

Μετακαλοῦντες. ἀνακλῶντες. Τοὺς μὲν [2] ἀπειλῇ ἀνακάμπτοντες, τοὺς δὲ καὶ βίᾳ μετακαλοῦντες.

Μετακλείδης. ἔστιν ἐν τῷ Ἀθηναίας.

Μετακόσμιον. τοῦ κόσμου κρείττονα.

Μεταλαμβάνω. γενικῇ. καὶ μεταλαγχάνω, ὁμοίως. καὶ μεταλαγχάνει. [3] μετέχει, ἀφυστερεῖ, ἢ ἀποτυγχάνει κλήρου.

Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. παροιμία λεγομένη ἐπὶ τῶν τὰ δεύτερα φερομένων. οἱ γὰρ Λακεδαιμόνιοι τοὺς Λεσβίους κιθαρῳδοὺς πρώτους προσεκαλοῦντο. ἀκαταστατούσης γὰρ τῆς πόλεως αὐτῶν, χρησμὸς ἐγένετο, Λέσβιον ᾠδὸν μεταπέμπεσθαι. οἱ δ' ἐξ Ἀντίσσης Τέρπανδρον ἐφ' αἵματι φεύγοντα μεταπεμψάμενοι, ἤκουον αὐτοῦ ἐν τοῖς συσσιτίοις, καὶ κατεστάλησαν. † Οἱ Λακεδαιμόνιοι στασιάζοντες μετεπέμψαντο ἐκ Λέσβου μουσικὸν Τέρπανδρον, ὅστις ἥρμοσεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς, καὶ τὴν στάσιν ἔπαυσεν. εἴποτε οὖν μετὰ ταῦτα μουσικοῦ τινος ἤκουον οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἔλεγον, Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν.

garc. *Cum necessariis clam egressum, aliam regionem eum quæsivisse* [*ajunt*,]

Μετάδορπα. Bellaria. Secundæ mensæ.

Μετάδος ἐνδεεῖ ἄρτου. Imperti indigenti panem.

Μετακαλοῦντες. Revocantes. Flectentes. *Alios minis reprimentes*; *alios vero per vim inde revocantes.*

Μετακλείδης. Metaclides. Est in voce Ἀθηναίας.

Μετακόσμιον. Mundo præstantiorem.

Μεταλαμβάνω, & μεταλαγχάνω. Genitivo junguntur. Particeps fio. Et μεταλαγχάνει. Particeps est. Vel, serius aliquam rem adipiscitur. Hæreditate excidit.

Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Post Lesbium cantorem. Proverbium, quod dicitur de iis, quibus secundus locus tribuitur. Nam Lacedæmonii Lesbios citharœdos primos advocarunt. Cum enim ipsorum civitas seditionibus turbaretur, oraculo jussi sunt Lesbium cantorem accersere. Itaque Terpandrum, qui ob cædem exulabat, Antissa accersiverunt, cumque in conviviis audientes, iras & inimicitias deposuerunt. Aliter. Lacedæmonii seditione laborantes, ex Lesbo Musicum Terpandrum accersiverunt, qui ipsorum animos composuit, & seditionem sedavit. Si forte igitur postea Musicum aliquem Lacedæmonii audirent, dicebant, *Post Lesbium cantorem.*

Μεταλλεύει. μεταφέρει. καὶ μεταλλεύεις, ἀντὶ τοῦ ἐρευνᾷς. πολυπραγμονεῖς. ἐν Ἐπιγράμμασι·

Τῷ [4] τί μεταλλεύεις τοῦτον μυχὸν, ὦ φιλόλιχνε;

Μεταλλεία. ἡ ἔρευνα τοῦ χρυσοῦ.

Μεταλλεῖς. [5] οἱ τὰ μέταλλα ἐργαζόμενοι. [6] Φαῦνος υἱὸς Πίκου, ὃς καὶ Διὸς, ὃν Ἑρμῆν ἐκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος, μέταλλον ἐφεῦρε χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, ὡς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι.

Μεταλλήξαντι. [7] παυσαμένῳ.

Μεταλλῆσαι. πολυπραγμονῆσαι.

Μεταμαθεῖν. μεταγνῶναι. παύσασθαι. [8] Ἀγαθίας· Ὑμεῖς δὲ ὁμωμοκότες, ἀναίδην παρεσπονδήκατε. ἀλλ' εἴγε καὶ νῦν ἐθελήσετε μεταμαθεῖν τὸ συνοῖσον, οὐδέν τι ἔλαττον ἕξετε. κυρίως δὲ μεταμαθεῖν ἔλεγον τὸ μετὰ ταῦτα ἕτερόν τι μαθεῖν, ἀφέμενοι τοῦ πρώτου. [9] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; Οὐδ' ἂν εἰ δοίης γέ μοι
Τὸν Πλοῦτον αὐτὸν, καὶ τὸ Βάττου σίλφιον.

Καὶ μετέμαθεν Ἑβραῖος ὢν τὴν τῶν Ἀσσυρίων δυσσέβειαν. ἀντὶ τοῦ, ἠλλάξατο.

Μεταμέλει. μετανοεῖ. μεταμελὴς γίνεται. Εἰ δὲ ἤδη

Μεταλλεύει. Scrutatur. Et μεταλλεύεις. Scrutaris. Investigas. Curiose quæris. In Epigrammate: *Quidnam abditum hunc locum scrutaris, o liguritor?*

Μεταλλεία. Auri scrutatio.

Μεταλλεῖς, Metallorum scrutatores. Metallici. Faunus, filius Pici, qui & Jupiter, quem nomine Planetæ Mercurium appellarunt, fodinas auri & argenti & ferri invenit, eorumque excoquendorum rationem Occidentales docuit, ita ut ab illarum regionum incolis auctor divitiarum appellaretur.

Μεταλλήξαντι. Ei, qui cessavit.

Μεταλλῆσαι. Scrutari. Curiose inquirere.

Μηδικὴ πόα. ἡ τρίφυλλος λεγομένη. † Ἐκ [5] τῶν Μηδικῶν τὸ λεγόμενον παππῷον ἔρανον. ἐπὶ τῶν Μηδικῶν ἐγένετο ψήφισμα, ὥστε ἕκαστον κατὰ δύναμιν συμβάλλεσθαι εἰς τὰ κοινὰ χρήματα. ταῦτα δὲ ἔταξεν Ἀριστείδης δοῦναι τοῖς συμμάχοις, εἰ τοῖς βαρβάροις πολεμοῖεν.

Μηδικὴ πόα. Herba Medica, sive ea, quæ trifolium vocatur. † *Tributum*, παππῷον *vocatum, quod in bella contra Persas impendendum erat*, [*consumpsistis.*] Temporibus enim Medicis scitum fuit, ut unusquisque pro facultatibus suis certam pecuniæ summam in ærarium conferret: quam Aristides sociis distribui jussit, qui Barbaros bello infestarent.

Μηδικὸς ὄρνις. ὁ ταώς.

Μηδικὸς ὄρνις. Medica avis. Id est, pavo.

Μήδιος. ὄνομα κύριον.

Μήδιος. Medius. Nomen proprium.

Μηδισμὸς ὁ Παυσανίου. ἁλόντος γὰρ αὐτοῦ ἐπὶ μηδισμῷ, συνῃτιάθη καὶ Θεμιστοκλέα.

Μηδισμός. ὁ Παυσ. Medismus Pausaniæ, sive studium erga Medos. Cum enim Pausanias studii erga Persas convictus fuisset, & Themistocles ejusdem criminis accusatus fuit.

1 Μηδ' ἀμελῶ] Interpretatio, quam Suidas subjungit, lectioni huic minime convenit. Quare sequor potius auctoritatem Appendicis Vaticanæ, in qua proverbium hoc sic effertur, Μήδους ἀμελῶν, i.e. *Medos contemnens.*

2 Μήδεα. τὰ βουλεύματα. καὶ τὰ αἰδ.] Artemidorus l.1. c.XLVII. Μήδεα καλεῖται τὰ βουλεύματα καὶ τὰ αἰδοῖα. Huc Suidas respexisse videtur.

3 Μηδέποτε] Scribe μήποτε, ut versui modulus suus constet.

4 Μηδέποτ' εὖ ἔρδειν γυναῖκα, μηδὲ γ.] Eadem leguntur supra v. Ἄχρηστα.

5 Ἐκ τῶν Μηδικῶν τὸ λεγ.] Aristophanes *Lysistrata*, pag. 878.

Τοὔρανον γάρ μοι μέτεστι. καὶ γὰρ ἄνδρας εἰσφέρω.
Τοῖς δὲ δυστήνοις γέρουσιν οὐ μέτεσθ' ὑμῖν. ἐπεὶ
Τὸν ἔρανον τὸν λεγόμενον παππῷον ἐκ τῶν Μηδικῶν
Εἶτ' ἀναλώσαντες, οὐκ ἀντεισφέρετε τὰς εἰσφοράς.

Scholiasta ineditus ad illum locum: Τοὐράνου γάρ μοι μέτεστιν. τοῦ ἐράνου φησὶ, μετέχω. ἄνδρας γὰρ εἰσφέρω εἰς τοῦτο· καθὸ τίκτουσιν ἄνδρας αἱ γυναῖκες. ἐγένετο δὲ ἐπὶ τῶν Μηδικῶν ψήφισμα, ὡς ἕκαστοι κατὰ δύναμιν συμβάλλεσθαι εἰς τὰ κοινὰ χρήματα. Et paulo post: Ἐκ τῶν Μηδικῶν. ὡς αὐτῶν τὰ Μηδικὰ χρήματα δαπανησάντων. Vide etiam Nostrum infra v. Παππῷον.

Μηδέλως. ἐπίῤῥημα.

Μήδομαι. βουλεύομαι.

Μῆδος.[1] ὁ Περσῶν βασιλεύς. καὶ τὸ βούλευμα.

Μηδοσύνη. βουλή.

Μῆδοι. ὄνομα ἔθνους.

Μὴ δῶτε τὰ ἅγια τοῖς κυσί.

Μηθώνη. ὄνομα πόλεως.

Μήθ'[2] οἷς ἐχθαίρεις
Ὑπεράχθεο, μήτ' ἐπιλάθου.
Χρόνος γὰρ εὐμαρὴς Θεός.

Τουτέστι, μήτε ὑπὲρ τὸ δέον ἔχθαιρε, μήτ' ἐπιλάθου τῆς ἔχθρας. ὁ γὰρ χρόνος εὐμαρῶς παρέρχεται. ὁ Χορός φησι πρὸς Ἠλέκτραν.

Μηθυμναῖος. ὁ ἀπὸ Μηθύμνης πόλεως.

Μήθ'[3] ὑπὸ νεότητος θρασύνεσθαι, μήθ' ὑπὸ γήρως ἀμβλύνεσθαι.

Μηκάδες. ἐπιθετικῶς, αἱ αἶγες. ἀπὸ τοῦ ἰδιώματος τῆς φωνῆς.

Μὴ καταπραΰνῃς. μὴ μακροθυμήσῃς. μὴ ἠρεμήσῃς. [4] Δαβίδ· Μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπραΰνῃς ὁ Θεός.

Μὴ κίνει Καμάριναν. λίμνην φασὶ Καμάριναν τῇ Καμαρίνῃ πόλει παρακειμένην, ὁμώνυμον αὐτῇ, ἣν βουλομένοις τοῖς Καμαριναίοις μετοχετεῦσαι, ἔχρησεν ὁ Θεός, Μὴ κίνει Καμάριναν. οἱ δὲ τῷ Θεῷ παρακούσαντες, ἐβλάβησαν. ὅθεν ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν βλαβερῶς τι ποιούντων. τινὲς δέ φασι φυτὸν δυσῶδες εἶναι τὴν Καμάριναν, οὗ τοὺς κλάδους ἀνασειομένους ἀηδέστερον ὄζειν.

Μὴ κινεῖν ἀκίνητα, μηδ' ἄκρῳ δακτύλῳ.

Μὴ κινεῖν κακὸν εὖ κείμενον. ἐπὶ τῶν ἑαυτοῖς ἐξ ἀγνοίας πράγματα ἐγειρόντων.

Μηκιστεύς. ὄνομα κύριον.

Μηκιστιάδης.

Μῆκος[5] φάλαγγος. τὸ πρῶτον ἐκ τῶν λοχαγῶν σύνταγμα, ὃ ὑπὸ μίαν εὐθεῖαν τάσσεται, ἀπὸ κέρατος εἰς κέρας διατεῖνον. καλεῖται δὲ τοῦτο καὶ πρόσωπον, καὶ στόμα, καὶ μέτωπον, καὶ παράταξις, καὶ πρωτολοχία, καὶ[6] πρωτοστάτης. ὁ δὲ κατόπιν τούτου στίχος παράλληλος κείμενος, δεύτερον ζυγὸν καλεῖται· καὶ ὁ τρίτος, τρίτον ζυγὸν καὶ ἑξῆς ὁμοίως.

Μήκων.[7] μέρος τι τῶν ἐντοσθίων τοῦ πολύποδος τοῦ ἰχθύος, ὃ κεῖται ἐπάνω τῆς κοιλίας, οἱονεὶ κύστις, ἐν αὐτῇ ἔχουσα τὸν θολόν, ὥς φησιν Αἰλιανὸς ἐν τοῖς πε-

M H

Μηδέλως. Adverbium. Nullo modo.

Μήδομαι. Consulto. Cogito. Meditor. Molior.

Μῆδος. Medus, Persarum Rex. Item, consilium.

Μηδοσύνη. Consilium.

Μῆδοι. Medi. Nomen gentis.

Μὴ δῶτε τὰ ἅγ. Ne date sancta canibus.

Μηθώνη. Methone. Nomen urbis.

Μήθ' οἷς ἐχθ. *Neque illis, quibus infensus es, nimium irascaris: neque [injuriarum ab illis acceptarum prorsus] obliviscere. Tempus enim est Deus omnia leniens & leviora reddens.* Sive, ne supra modum inimicos tuos odio prosequaris: neque inimicitiæ [prorsus] obliviscaris. Tempus enim sensim & facile præterit. Hæc Chorus ad Electram dicit.

Μηθυμναῖος. Methymnæus. Sive, qui est ex urbe Methymne.

Μήθ' ὑπὸ νεότ. *Neque juventute ferocem reddi, neque senectute vigorem amittere.*

Μηκάδες. Balantes. Est epithetum caprarum, naturalem illarum vocem sono exprimens.

Μὴ καταπραΰνῃς. Ne malitiam hominum solita patientia tua toleres. Ne quiescas. David. *Ne taceas, ne quiescas, Deus.*

Μὴ κίνει Καμάριναν. Ne move Camarinam. Ajunt Camarinam paludem esse, Camarinæ ejusdem nominis urbi vicinam: quam cum Camarinæi alio derivaturi essent, oraculo moniti sunt, ne id facerent. Illi vero Deo non obtemperarunt: quæ res illis nocuit. Hinc proverbium illud dici cœpit in eos, qui ipsi sibi mala accersunt. Quidam vero dicunt, Camarinam esse plantam fœtidam, cujus rami agitati fœdum odorem spirare soleant.

Μὴ κινεῖν ἀκ. Ne summo quidem digito move ea, quæ non sunt movenda.

Μὴ κινεῖν κακ. Ne moveto malum quiescens. Dicitur de iis, qui imprudentes ipsi sibi molestias creant.

Μηκιστεύς. Mecisteus. Nomen proprium.

Μηκιστιάδης. Mecestiades. [Patronymicum.]

Μῆκος φάλαγγος. Longitudo phalangis. Sic vocatur prima series Lochagorum secundum lineam rectam disposita, & ab uno cornu ad alterum extensa: quæ etiam dicitur facies, & os, & frons, & ordo, & protolochia, & Protostatæ. Series vero militum, quæ primam illam excipit, vocatur jugum secundum; & tertia, jugum tertium, & sic deinceps.

Μήκων. Pars quædam intestinorum polypodis piscis, quæ supra ventrem est sita, instar vesicæ, atramentum in se continens, ut ait

1 Μῆδος. ὁ Περσῶν βασ.] Si Suidas vocem Μῆδος hic accepit pro nomine proprio Regis Persarum, *Medus* appellati, videtur respexisse ad locum illum Æschyli in *Persis*, v. 767.

Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ.

Vide omnino quæ ad illum locum notavit Stanlejus.

2 Μήθ' οἷς ἐχθ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra*. p. 89. ut Portus monuit.

3 Μήθ' ὑπὸ νεότητος θρασ.] Hæc sunt verba Dionis de Trajano Imperatore, ut monuimus etiam supra v. Ἠκμαζεν, ubi locus hic auctior legitur.

4 Δαβίδ.] Psalm. LXXXIII. v. 1.

5 Μῆκος φάλαγγος. τὸ πρῶτον ἐκ τῶν λοχ.] Confer Ælianum in *Tactic.* cap. VII. qui eadem docet.

6 Πρωτοστάτης.] Lege πρωτοστάται, ut habet Ælianus loco laudato.

7 Μήκων, μέρος τι τῶν ἐντοσθίων τοῦ πολ.] Hæc, & quæ sequuntur, leguntur etiam apud Scholiastam Aristophanis ad *Aves*, p. 549.

ἐν

ἐν ζῴων. σημαίνει δὲ καὶ εἶδος σπέρματος, καὶ εἶδος βοτάνης, καὶ ὄνομα κύριον.

Μηκώνη. ὄνομα πόλεως.

Μηκωνοειδές.

Μηκύβερνα.[1] πόλις ἐστὶν ἐν Θρᾴκῃ, σταδίους εἴκοσιν ἀπέχουσα τῆς Ὀλύνθου.

Μῆλα. πάντα τὰ τετράποδα. ὅθεν καὶ πᾶσα βύρσα μηλωτὴ καλεῖται.

Μῆλα. παρὰ τὸ μέλω, τὸ φροντίζω, μέλα, καὶ μῆλα, τὰ ἐπιμελείας ἄξια. [2]Ὅμηρος· Καλλίτριχα μῆλα νομεύων. ἀντὶ τοῦ νομεύσας. Μῆλα καὶ οἱ μαστοί.

Ὁ [3] γοῦν Μενέλαος τῆς Ἑλένης τὰ μᾶλά πᾳ
Γυμνῆς παρενιδὼν, ἐξέβαλ', οἰῶ, τὸ ξίφος.

Μηλάνθη. εἶδος ζώου μικροῦ.

Μηλέα. τὸ δένδρον.

Μήλιος Ἡρακλῆς. ἐπὶ τῶν εὐτελῶν. τοῦ γὰρ βοὸς ἐκφυγόντος ποτὲ, ὃν ἔμελλον τῷ Ἡρακλεῖ προσάξειν, μῆλον λαβόντες, καὶ κλάδους ὑποθέντες τέσσαρας, ἔθυσαν.

Μήλειος βληχή. ἡ τῶν προβάτων. καὶ μήλειος καρπὸς, ἡ τῆς μηλέας.

Μήλη. ἡ ἰατρική.

Μήλης[4] ἐντεθείσης τῷ ὀφθαλμῷ, οὐκ ἀντιλαμβανόμεθα τῶν αἰσθητῶν, καὶ οὐδὲ τοῦ μεταξὺ, καὶ ὡς ἔτυχεν, [5]ἀέρος ἔχοντος, ἀλλὰ πεφωτισμένου. καὶ αὕτη ἡ αἰτία τοῦ μὴ τὰς αἰσθήσεις τῶν ἰδίων αἰσθητηρίων ἀντιλαμβάνεσθαι.

Μηλιακὸν πλοῖον. ἐπὶ τῶν παλαιῶν καὶ ἄγαν ἐκρεόντων πλοίων. Ἱπποτίων γὰρ εἰς ἀποικίαν στελλόμενος τοῖς μὴ βουληθεῖσιν αὐτῷ συμπλεῖν καταρᾶσθαι, μήτε πλοῖα στεγανὰ αὐτοῖς γενέσθαι ποτὲ, καὶ γυναικοκρατεῖσθαι.

Μηλιέας. ὄνομα κύριον.

Μηλιέων πολιτεία.

Μηλιῶν. ἐπὶ γενικῆς ὄνομα τόπου.

Μηλόβιος.[6] εἷς τῶν λ', τῶν παρὰ Ἀθηναίοις τυραννησάντων· οὗ Ὑπερίδης ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους μέμνηται.

Μηλοβοτεία.[7] γῆ εὔτροφη, [8]ἀνακειμένη εἰς νομὴν προβάτων.

Μηλοβοτήρ. ὁ τῶν προβάτων ποιμήν. καὶ μηλονόμος. ὁ αὐτός.

Μηλόβοτος χώρα. ὑπὸ πολεμίων ἐξερημωθεῖσα, ἣν κατανέμεται τὰ [9]στρατόπεδα. κεῖται δὲ τοὔνομα καὶ τῷ Λυκούργῳ ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους. Ἀλλὰ καὶ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ἀνῆκε. βουλευόμενος δὲ ὅπως

Ælianus in libro de animalibus. Significat vero etiam genus feminis, & herbæ. Eſt item nomen proprium.

Μηκώνη. Mecone. Nomen urbis.

Μηκωνοειδές. Papaveris ſpeciem habens.

Μηκύβερνα. Mecyberna. Urbs in Thracia, xx ſtadiis Olyntho diſtans.

Μῆλα. Vox hæc omnes pecudes quadrupedes notat. Unde etiam quævis pellis vocatur μηλωτή.

Μῆλα. Oves. Pecudes. A μέλω, curo, fit μέλα, & [verſo ε in η,] μῆλα: quaſi dicas, quæ cura digna ſunt. Homerus: *Pulchram lanam habentes oves paſcens.* Μῆλα etiam vocantur mammæ mulierum. [Ariſtophanes:] *Menelaus Helenæ nudæ mammas forte conſpicatus, ſtrinxit, ut opinor, gladium.*

Μηλάνθη. Melanthe. Animalis parvi genus.

Μηλέα. Malus arbor. Pomus.

Μήλιος Ἡρακλῆς. Hercules Melius. Dicitur de rebus vilibus & nullius pretii. Nam cum bos effugiſſet, quem Herculi immolaturi erant, malum quatuor ramis impoſitum ei ſacrificarunt.

Μήλειος βληχή. Ovium balatus. Et μήλειος καρπός. Fructus arboris mali. Malum.

Μήλη. Inſtrumentum medicum. Specillum.

Μήλης ἐντεθ. Cum ſpecillum oculo inſeritur, viſus non percipit ſenſilia, nec interjectum & quemvis aerem, ſed tantum illuminatum. Et hæc cauſa eſt, quare ſenſus ſua ipſorum organa non percipiant.

Μηλιακὸν πλοῖον. Meliacum navigium. Dicitur de navigiis veteribus & rimarum plenis. Hippoten enim tradunt,cum coloniam deducturus eſſet, imprecatum fuiſſe illis, qui ſecum navigare recuſaſſent, ut nunquam firmis uterentur navigiis, fœminarūque imperio ſubjecti eſſent.

Μηλιέας. Melienſes. Nomen proprium.

Μηλιέων πολιτεία. Melienſium Reſpub.

Μηλιῶν. In genitivo. Eſt nomen loci.

Μηλόβιος. Melobius. Unus ex xxx Tyrannis, qui Athenis imperarunt: cujus meminit Hyperides in oratione contra Autoclem.

Μηλοβοτεία. Agrum pinguem, & pecoribus paſcendis relictum.

Μηλοβοτήρ. Ovium paſtor. Opilio. Et μηλονόμος, idem.

Μηλόβοτος χώρα. Ager incultus, & ab hoſtibus vaſtatus, pecoribuſque paſcendis relictus. Voce hac uſus eſt Lycurgus in oratione contra Autoclem. *Sed & Atticam incultam pecoribuſque depaſcendam reliquit.* De-

1 Μηκύβερνα. πόλις ἐστὶν ἐν Θρ.] Ex Harpocratione.
2 Ὅμηρος] Odyſſ. I. v. 336.
3 Ὁ γοῦν Μενέλαος τῆς Ἑλ.] Hæc ſunt verba Ariſtophanis *Lyſiſtrata*, pag. 844 (544. Ed. Baſ. *P.*) ſed ubi eadem dialecto Dorica concepta leguntur.
4 Μήλης ἐντεθείσης τῷ ὀφθ.] Hæc, & quæ ſequuntur, ſunt verba Philoponi in lib. II. Ariſtot. *de Anima* I. IV. 2.
5 Ἀέρος] Hæc vox apud Philoponum deeſt, quæ ex hoc loco Suidæ ei reſtituenda eſt.

6 Μηλόβιος. εἷς τῶν λ'] Ex Harpocratione.
7 Μηλοβοτεία] Scribendum eſt, μηλόβοτος, vel μηλόβοτοι.
8 Ἀνακειμένην] Scribendum eſt ἀνειμένην, ut recte habet Photius in Lexico inedito.
9 Στρατόπεδα] Ne dubites reſcribere πρόβατα. Ratio enim hic redditur, quare regio inculta & ab hoſtibus vaſtata, dicatur μηλόβοτος. Nimirum, quia eam depaſcuntur μῆλα, i.e. pecora: quæ Græci etiam πρόβατα vocant. Vide ſupra v. Μῆλα.

τῇ

τῇ πόλει χρήσαιτο, [1]Ἀθηναῖοι μὲν μηλόβοτον ἀνεῖναι συνεβούλευον· Φωκεῖς δὲ ἀντεῖπον σῶσαι.
pecoribusque depascendam relinqueret: contra

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφίτων. ἐπὶ τῶν ἔργα, ἀλλὰ μὴ λόγους ἀξιούντων λαβεῖν.

Μηλολόνθη. ζωΰφιον, ᾧ χρῶνται οἱ παῖδες εἰς παιδιάν· ὃ τοῖς ἄνθεσιν ἐπικαθέζεται. οἱ δὲ παῖδες λίνῳ τοῦ ποδὸς ἐξαρτῶντες, καὶ ξυλίφιον, ὃ οὐκ ἰσχύουσιν ἀνακουφίσαι, εἰς τὸν ἀέρα ἀφιᾶσιν. [2]Ἀριστοφάνης·

Ἀλλ' ἀποχάλα τὴν φροντίδ' ἐς τὸν ἀέρα,
Λινόδετον, ὥσπερ μηλολόνθην, τοῦ ποδός.

Σημαίνει δὲ καὶ εἶδος ἄνθους.

Μῆλον. τὸ πρόβατον. καὶ ἡ ὀπώρα. [3]Ἐν Ἐπιγράμματι·

Μῆλον ἐγὼ στρουθεῖον ἀπὸ προτέρης ἔτι ποίης
Ὥριον ἐν νεαρῷ χρωτὶ φυλασσόμενον,
Ἄσπιλον, ἀρρυτίδωτον, ἰσόχνοον ἀρτιγόνοισιν,
Ἀκμὴν ἐν πετάλοις εὐφυὲς ἀκρεμόσιν.

Μηλοσφαγίαις. θυσίαις προβάτων.

Μηλῶ.[4] τὸ ψηλαφῶ.

Μῆλος. καὶ ἡ πόλις, καὶ ἡ νῆσος.

Μήλῳ βληθῆναι. ἐπὶ τῶν εἰς ἔρωτά τινα ἐπαγομένων. καὶ [5]Ἀριστοφάνης·

Μὴ δ' εἰς ὀρχηστρίδος εἰσιέναι,
Ἵνα μὴ πρὸς ταῦτα κεχηνώς,
Μήλῳ βληθεὶς ὑπὸ πορνιδίου, τῆς εὐκλείας ἀποθραυσθῇς.

Τουτέστιν, ἐκπέσῃς.

Μήλωθρον.[6] τὸ βάμμα.

Μηλῶσαι.[7] τὸ καθεῖναί τι εἰς βάθος. καὶ τὸν φάρυγγα μηλῶσαι. τὸ διαχρίσαι τῷ δακτύλῳ. καὶ Ἀριστοφάνης· Τὸν φάρυγγα[8] μηλῶσαι, δύο δραχμὰς ἕξει μόνας. καὶ μήλη, ἐργαλεῖον, δι' οὗ χρίεταί τι καὶ ὑπαλείφεται.

Μηλωτή. ζώνη ἐκ δέρματος.

Μήλοις[9] βάλλειν. ἐπὶ τῶν εἰς ἔρωτας ἐπαγομένων.

Μή με παρόψει.

Μή μοι ἄναξ. τὸ πλῆρες, Μὴ μή μοι. [10]Σοφοκλῆς·

Μή μοί μ', ἄναξ,
Κακὴν φάτιν ἄρῃς.

Μή[11] μοι ποτ' ἔλθῃς, ὅτ' ἐγὼ πράττω[12] κακῶς. παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ συνερχομένων τοῖς φίλοις ἐν κιν-

liberante vero illo, quid de urbe statuendum esset, Thebani suaserunt, ut eam vastaret, vero Phocenses ei parcendum esse censebant.

Μὴ λόγους ἀντ' ἀλφ. Ne verba pro farina. De iis dicitur, qui facta, non verba requirunt.

Μηλολόνθη. Melolonthe. Animalculum, floribus insidere solitum: quo pueri ad ludum utuntur. Pueri enim filo pedi ejus alligato, & parvo ligni frusto, quod ab eo attolli non potest, id in aerem dimittunt. Aristophanes: *Sed cogitationem tuam in aerem dimitte, filo alligatam, instar melolonthes.* Significat autem & floris genus.

Μῆλον. Ovis. Item, malum, sive fructus arboris mali. In Epigrammate: *Malum ego sum struthium, recenti adhuc folio, maturum, tenera cute vestitum, immaculatum, rugis carens, recenti lanugine obsitum, & frondosis ramis adhuc adhærens.*

Μηλοσφαγίαις. Sacrificiis ovium.

Μηλῶ. Immisso specillo explorare.

Μῆλος. Melus. Et urbs, & insula.

Μήλῳ βληθῆναι. Malo peti. De iis dicitur, qui aliquem ad amorem pelliciunt. Et Aristophanes: *Nec in saltatricis domum ingrediaris, ne eam hianti spectans ore, malo a meretricula petaris, bonamque existimationem perdas.*

Μήλωθρον. Lana tincta.

Μηλῶσαι. Specillum aliquo immittere. Vel partes profundiores specillo immisso explorare. Et Φάρυγγα μηλ. Guttur digito, vel specillo perungere. Aristophanes: *Cum guttur specillo perunxerit, duas tantum drachmas habebit.* Μήλη enim est instrumentum, quo aliquid perungitur & sublinitur.

Μηλωτή. Zona ex ovina pelle confecta.

Μήλοις βάλλειν. Malis petere. Malis ferire. De iis dicitur, qui aliquos ad amorem pelliciunt.

Μή με παρόψει. Ne me negligas.

Μή μοι ἄναξ. Ne mihi, Rex. Sophocles: *Ne quæso, Rex, malam tibi famam accersas.*

Μή μοι ποτ' ἔλθ. *Ne tunc ad me venias, cum infelix ero.* Dicitur de iis, qui ad amicos, cum adversa fortuna conflictantes non acce-

1 Ἀθηναῖοι] Imo, Θηβαῖοι.

2 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, pag. 170. (101. Ed. Bas. *P.*) Vide ibi Scholiastam.

3 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. 1. cap. xx. in fine, ut Portus etiam observaverat. Ibi autem sic legitur,

Μῆλον ἐγὼ στρούθειον ἀφ' ὁπλοτέρης ἔτι ποίης.

Et deinde.

Ἀκμαῖον εὐπετάλοις συμφυὲς ἀκρεμόσιν.

Sic etiam apud Suidam scribendum est. Confer Nostrum supra v. Ἀκμήν.

4 Μηλῶ. ψηλαφῶ] Etymologus: Μήλη ἰατρική. δι' ἧς ψηλαφεῖται τὰ τραύματα. Μηλῶ γὰρ τὸ ψηλαφῶ λέγεται. Photius in Lexico inedito: Μηλαφῆσαι. ψηλαφῆσαι. Et sic Hesychius. Sed suspicor scribendum esse, Μηλῶσαι. ψηλαφῆσαι.

5 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, pag. 180. (109. Ed. Bas. *P.*)

6 Μήλωθρον. τὸ βάμμα] Optime Photius in Lexico inedito: Μήλωθρα. τὰ βεβαμμένα ἔρια. καὶ τὸ βάψαι, μηλῶσαι· ἀπὸ τῆς εἰς τὴν βαφὴν τῶν ἐρίων καθέσεως. Confer etiam Etymologum & Hesychium.

7 Μηλῶσαι. τὸ καθεῖναί τι εἰς βάθος. καὶ τὴν φάρυγγα μηλ.] Locus hic male interpunctus est, qui ex Lexico Photii MS. sic scribendus & distinguendus est: Μηλῶσαι. τὸ καθεῖναί τι εἰς βάθος, καὶ τὴν φάρυγγα. † Μηλῶσαι. τὸ διαχρίσαι, &c.

8 Μηλῶσαι] Quantum ex sensu fragmenti hujus, (quod ubi apud Aristophanem exstet nunc non recordor) colligere licet, scribendum puto, μηλώσας.

9 Μήλοις βάλλειν] Vide paulo ante, v. Μήλῳ βληθῆναι.

10 Σοφοκλῆς] *Aiace* pag. 13. ut Portus monuit.

11 Μή μοί ποτ' ἔλθῃς, κτλ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Avibus*, pag. 547. ubi vide Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

12 Κακῶς] Sic recte MSS. Paris. & Aristophanes loco laudato. At priores Editt. male, καλῶς. Contra in sequentibus ex iisdem MSS. καλῶς reposui, ubi priores Editt. repugnante sensu habent κακῶς. δύνοις.

ὄντος. παίζει δὲ Ἀριστοφάνης. εἰς τὸ ἐναντίον γὰρ ἡ παροιμία·

Μή μοί ποτ' ἔλθῃς, ὅτ' ἐγὼ πράττω καλῶς.

Μηναγύρτης.[1] ἀπὸ μηνὸς συνάγων. καὶ μηναγύρτης, ὁ τῆς Ῥέας ἱερεὺς, ὁ κατὰ μῆνα ἀγείρων καὶ συναθροίζων.

Μηνᾶς. Ἐν[2] τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ὄρυγμα εὑρέθη μέγα, ὅτε ἐκαθαίρετο, καὶ ὀστᾶ ἀνθρώπων γιγάντων εἰς πλῆθος· ἅπερ θεασάμενος Ἀναστάσιος ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐκπλαγεὶς, εἰς τὸ παλάτιον κατέθετο εἰς θαῦμα ἐξαίσιον.

Μήνη. ἡ σελήνη.

Μηνία. ὀργίζου. καὶ μηνιάω, μηνιῶ, δοτικῇ.

Μηνιθμόν. τὴν ὀργήν.

Μήνιμα. ἡ μανία.

Μῆνιγξ. ὑμὴν ὁ τὸν ἐγκέφαλον σκέπων. [3] Τοῦ δὲ καλουμένου μηνιγγοφύλακος ἐπιτεθέντος τῇ μήνιγγι, ἀναίσθητον τὸ ζῶον γίνεται, καὶ ἀκίνητον. αἱ αἰσθήσεις γὰρ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου ἀρχόμεναι, διὰ τῶν νεύρων ἄχρι τῶν αἰσθητηρίων προΐασι. πρόεισιν οὖν καὶ ἡ ἀκουστικὴ δύναμις μέχρι τῆς ῥίζης τῶν ὤτων, ἃς καλοῦσι μήνιγγας. ἔστι δὲ νεῦρον ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου προϊὸν πεπορωποιημένον· ἐν ᾧ πόρῳ ἐστὶ τὸ[4] ὀπτικὸν πνεῦμα. ἔστιν οὖν ἀπειλημμένος τις ἀὴρ ἐν τῷ κοιλώματι τῆς ἀκοῆς, συμφυὴς ὢν τῇ μήνιγγι καὶ τῷ ὑμένι. οὗτος οὖν ὁ ἀὴρ δεχόμενος ἐκ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος τοὺς ψόφους, ἔχων καὶ αὐτὸς τὴν διηχῆ δύναμιν, δι' ἑαυτοῦ εἰς τὴν μήνιγγα διαπορθμεύει τοὺς ψόφους. πρόεισιν οὖν ἀπὸ πλατυτέρου πόρου τῆς μήνιγγος. οὐ δεῖ δὲ νομίζειν τοῦτον τὸν ἀέρα, εἰ καὶ συμφυής ἐστιν, ἤδη καὶ ἄφθαρτον εἶναι, ὡς ἀεὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τῷ ἀριθμῷ ὄντα. ἀλλ' ἔστι κατὰ μέρη φθαρτὸς, καὶ γεννητὸς, ὥσπερ καὶ τὸ ἄλλο τοῦ ἀνθρώπου σῶμα. ἀμέσως δὲ δέχεται τὰς τοῦ ἔξωθεν ἀέρος προσβολάς. διὸ καὶ ὑπὸ τῶν μεγάλων ψόφων πάσχει ἡ ἀκοὴ, τοῦ ἔξωθεν ἀέρος σφοδρῶς ὠθουμένου, καὶ τῇ βίᾳ ὠθοῦντος τὸν ἐν τοῖς ὠσὶ συμφυῆ τοῦτον ἀέρα, καὶ πολλάκις διασκεδαννύντος αὐτόν. καὶ διὰ τὰς περιστατικὰς ἐνεργείας, ἤτοι τὰς ἐν τοῖς ὕδασι καταδύσεις, ἐγκαταμενόμενος οὗτος ὁ ἀὴρ εἰς φυλακὴν τοῦ αἰσθητηρίου. διὰ τοῦτο καὶ ἑλικοειδεῖς ἐποίησεν ἡ φύσις τοὺς πόρους τῶν ὤτων, ἵνα μὴ ῥᾳδίως εἰσέρχηταί τι, καὶ πλήττῃ τὴν μήνιγγα.

Μηνιόντων. ὀργιζομένων.

Μηνίω, μηνίσω. βαρύτονον. ὀργίζομαι. ὥσπερ κυλίω, κυλίσω· κονίω, κονίσω. Μήνυμα δὲ, μηνῦσαι.

Μῆνις. ὀργὴ ἔμμονος.

Μηνίσκος. παράταξις πολεμική.

Μηνίσκους. ὑμένας. πέταλα. περιβραχήλια κόσμια. ἢ ἃ ἐπιτιθέασι τοῖς ἀγάλμασι, διὰ τὸ μὴ ἐφι-

dunt. Jocatur autem Aristophanes. Proverbium enim istud contrario sensu effertur: *Ne tunc ad me accedas, cum res mihi secundæ erunt.*

Μηναγύρτης. Menagyrtes. Sic dicitur sacerdos Rheæ, qui singulis mensibus stipem colligit. A μὴν, mensis, & ἀγείρω, congrego.

Μηνᾶς. Menas. In templo S. Menæ, cum repurgaretur, magna fossa reperta est, & in ea multa ossa Gigantum: quæ conspicatus Anastasius, & admiratione perculsus, ea ut rem insolitam & stupore dignam in Palatio reposuit.

Μήνη. Luna.

Μηνία. Irascere. Et μηνιάω. Irascor. Dativo jungitur.

Μηνιθμόν. Iram.

Μήνιμα. Furor. Insania.

Μῆνιγξ. Membrana cerebrum tegens. Quum Meningophylax, ita dictus, incumbit meningi, animal & sensu & motu privatur. Sensus enim a cerebro ducentes initium, per nervos usque ad sensoria procedunt: unde audiendi vis usque ad radices aurium, quas meningas vocant, procedit. Est autem nervus pervius, a cerebro procedens: in quo meatu est spiritus, vi audiendi præditus. Est enim quidam aer in auris cavitate conclusus, meningi & membranæ congenitus. Hic igitur aer, ab externo aere sonos recipiens, (habens & ipse facultatem sonos transmittendi) eos per sese ad meningem transmittit. Procedit autem a latiore meatu meningis. Non est autem existimandum, hunc aerem, quamvis sit congenitus, ideo etiam incorruptibilem esse, ut semper unum & eundem numero: sed est per partes corruptibilis, & generabilis, ut & reliquum hominis corpus. Immediate vero recipit aeris externi accessum. Quamobrem etiam a magno strepitu graviter afficitur auditus, externo aere vehementer impulso, & vi impellente aerem hunc insitum, qui est in auribus, eumque sæpe dissipante. Propter casus etiam fortuitos, veluti si quis aquam subeat, aer hic intra aurem conclusus est, ad conservandum sensorium. Propterea etiam natura meatus aurium fecit tortuosos, ne quid facile ingrediatur, & meningem lædat. *Port.*

Μηνιόντων. Irascentium.

Μηνίω. Irascor. Fut. μηνίσω. Est verbum barytonum: ut κυλίω, κυλίσω; κονίω, κονίσω. At μήνυμα, [per υ, significat] indicium; & μηνῦσαι, indicare.

Μῆνις. Ira permanens. Ira diuturna.

Μηνίσκος. Meniscus. Est species aciei, [quæ lunæ crescentis cornua refert.]

Μηνίσκους. Membranas. Bracteas. Monilia. Vel, [tegumenta lunata,] quæ statuis impo-

1 Μηναγύρτης] Vide Sylburgium ad Dionys. Halicarnass. pag. 15. Henr. Stephanum in Animadvers. ad Adag. Erasmi, pag. 37. & nos supra ad v. Ἀγείρει. Confer etiam Suidam infra v. Μητραγύρτης.

2 Ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Μηνᾶ ὄρυγμα εὑρ.] Eadem αὐτολεξεὶ quoque leguntur apud Codinum *de Origin. CPol.* num. xxxv. ut Pearsonius etiam observaverat. Confer Meursium in notis ad Hesychium Milesi. pag. 237.

3 Τοῦ δὲ καλουμένου μηνιγγοφύλακος ἐπιτ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Philoponi in lib. 11. Aristot. *de Anima*, L. 5. 2.

4 Ὀπτικὸν] Scribendum est ἀκουστικὸν, ut habet Philoponus loco laudato.

ζάοντα τὰ ὄρνεα ἀποπατεῖν. [1] Μηνίσκους χαλκεύεσθε φορεῖν, ὥσπερ ἀνδριάντες, ἐὰν μὴ ἡμᾶς κρίνητε νικᾷν. Φησὶν οὖν, ὅτι μέλλομεν ὑμῶν καταπατεῖν. Μηνίσκοι δὲ, τὰ τοῦ κύκλου τμήματα παρὰ τοῖς φιλοσόφοις.

Μηνοειδής. σεληνοειδής. στρογγύλος.

Μὴ νόμισον. ἀντὶ τοῦ μὴ νομίσῃς. οὕτως [2] Θαγενίδης.

Μήνυμα.

Μήνυυ. παροξυτόνως, ἀντὶ τοῦ, μὴ δή.

Μηνύω σοι χαράν. δηλῶ.

Μὴ οὐχί. [3] Σοφοκλῆς·

Κόμπος πάρεστι, κοὐκ ἀπαρνοῦμαι τὸ μή.

τὸ μὴ οὐχὶ βάψαι τὸ ξίφος δηλονότι ἐν τῷ στρατῷ.

Μὴ πάντα [4] κατὰ βοὸς ἕξεις. παραινεῖ διὰ τούτου μὴ πάντα ἐπ' εὐχαῖς ποιεῖσθαι, καὶ ταῖς παρὰ θεῶν ἐλπίσιν, ἀλλὰ πράττειν καὶ δι' ἑαυτῶν.

Μὴ [5] παραζήλου. μὴ ὁμοιωθῇς.

Μὴ παρίδῃς. μὴ παρείδῃς.

Μὴ παιδὶ μάχαιραν. ἐπὶ τῶν εἰκῇ ἐγχειριζόντων. καὶ Εὔπολις Δήμοις· Μὴ παιδὶ τὰ κοινά.

Μὴ [6] πολλάκις πρὸς τὸν αὐτὸν λίθον παίειν, ἔχοντα καιρὸν ὁμολογούμενον.

Μήποτ' [7] εὖ ἔρδειν γέροντα, μηδὲ γυναῖκα, μηδὲ παῖδα, μηδὲ γείτονος κύνα, μήτε κυβερνήτην φίλυπνον, μὴ λάλον κωπηλάτην. παραινεῖ μὴ εἰς ἄχρηστα ἀναλίσκειν.

Μήπω γε, μήπω. ἐπαναδίπλωσις καλεῖται τὸ τοιοῦτον σχῆμα τοῦ λόγου, τὸ δὶς τοῖς αὐτοῖς ὀνόμασι χρῆσθαι. ἐμφατικὸν δὲ καὶ λίαν ἐνεργητικὸν ἀπεργάζεται τὸν λόγον. δεδιττόμενος γὰρ δεῖται ὑπερθέσεως.

Μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. [8] Σοφοκλῆς·

Οἴ μ', ὡς ἀθυμῶ. καί σε πρὸς τοῦ σοῦ τέκνου,

Καὶ θεῶν ἱκνοῦμαι, μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ.

Μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ ποικίλα. ἀντὶ τοῦ, τὰς τέχνας.

Μὴ πρὸς λέοντα δορκὰς ἅψωμαι μάχης. ἐπὶ τῶν τὴν ἰσχὺν ἀνίσων.

nuntur, ne aves insidentes merdis eas inquinent. [Aristophanes:] *Si vero victoriam nobis non adjudicaveritis, fabricandos vobis meniscos suademus, quos gestetis, tanquam statuæ.* Sensus est, [nisi secundum nos judicaveritis,] vos concacabimus. Μηνίσκοι vero apud Philosophos etiam vocantur sectiones circuli.

Μηνοειδής. Lunæ similis. Lunatus. Rotundus [instar lunæ plenæ.]

Μὴ νόμισον. Ne puta. Pro, μὴ νομίσῃς. Ita Thagenides.

Μήνυμα. Signum. Indicium.

Μηνύω. Scribitur cum acuto in penultima. Pro μὴ δή.

Μηνύω σοι χαράν. Significo, vel nuntio tibi gaudium.

Μὴ οὐχί. Non. Sophocles: *Est sane, quod jactem, nec nego me hoc fecisse.* Nimirum, gladium imbuisse sanguine Græcorum.

Μὴ πάντα κατ. *Non omnia per bovem* [i. e. sacrificia] *consequeris.* Proverbium hoc monet, ne omnem spem in votis & Deorum auxiliis ponamus, sed ipsi quoque aliquid agamus.

Μὴ παραζήλου. Ne æmuleris. Ne similis fias.

Μὴ παρίδῃς. Ne negligas.

Μὴ παιδὶ μάχαιραν. *Ne puero gladium.* [Proverbium hoc dicitur] de iis, qui temere rem aliquam alicui committunt. Et Eupolis *Demis: Ne puero Remp. [committe.]*

Μὴ πολλάκις πρ. *Ne sæpius ad eundem lapidem offendas.*

Μήποτ' εὖ ἔρδ. Nunquam beneficium conferas in senem, nec in mulierem, nec in puerum, nec in vicini canem, nec in somniculosum gubernatorem, nec in garrulum remigem. [Hoc proverbium] monet, sumptus non esse faciendos in res inutiles.

Μήπω γε, μήπω. Nondum, nondum. Hæc orationis figura vocatur conduplicatio, quum iisdem nominibus bis utimur. Ea autem orationem emphaticam & efficacem reddit. Qui enim aliquos terrere vult, is mora indiget.

Μὴ προδοὺς ἡμᾶς γένῃ. Ne nos prodas. Sophocles: *Hei mihi, quantus dolor animum meum incessit. Quare te per filium tuum, & per Deos oro, ne nos prodas.*

Μὴ πρὸς ἐμὲ τὰ π. Ne contra me varias tuas technas adhibeas.

Μὴ πρὸς λέοντα δορκ. *Ne cum leone caprea pugnam ineam.* Dicitur de iis, quorum vires sunt impares.

1 Μηνίσκους χαλκεύεσθε φορ.] Arist. *Avibus* p. 594. (411. Ed. Bas. P.)

Ἢν δὲ μὴ κρίνητε, χαλκεύεσθε μηνίσκους φορεῖν,
Ὥσπερ ἀνδριάντες, ὡς ὑμῶν ὃς ἂν μὴ μήνην ἔχῃ,
Ὅταν ἔχητε χλανίδα λευκήν, τότε μάλισθ' οὕτω δίκην
Δώσεθ' ἡμῖν πᾶσι τοῖς ὄρνισι κατατιλώμενοι.

Versus secundus claudicat, qui ut numeris suis reddatur, pro μὴ scribendum erit οὐ hoc modo:

——————ὡς ὑμῶν ὃς ἂν οὐ μήνην ἔχῃ.

Reliqua recte se habent. Vide ad eum locum Scholiastam.

2 Θαγενίδης] Auctor est obscurus & mihi ignotus. Forte legendum est, Θουκυδίδης.

3 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 6. ut Portus monuit.

4 Κατὰ βοὸς ἕξεις] Alii pro ἕξεις legunt εὔξῃ, auctoritate Diogeniani, qui proverbium hoc sic effert, Μηδὲν κατὰ βοὸς εὔξῃ. Sed lectionem Suidæ defendit Adr. Junius Centur. v. Adag. L. quem vide. Erasmus proverbium hoc sic concipit: Μὴ κατὰ βοὸς εὔχου. Id est, ut ipse interpretatur, *Ne contra bovem opta.* Addit deinde: *Admonet adagium, non esse vitam instituendam juxta votum animi, neque quidvis sperandum a superis: sed ut ea duntaxat sibi quisque promittat, quæ possit industria consequi.* Sed, quod pace tanti viri dixerim, hæc nihil ad rem mihi facere videntur. Si enim pro eo, quod Suidas habet, ἕξεις, legere voles εὔχου, vel εὔξῃ, proverbium hoc aliter interpretandum est, & sensus ejus hic erit: Cum voto te obstringere voles, ne temere bovem voveto, sed potius oviculam, vel aliam quandam rem minoris pretii, ne forte postea te voti pœniteat. Hic sane sensus non minus pulcher mihi videtur, quam is, qui ex lectione Suidæ elicitur.

5 Μὴ παραζήλου] Psalm. xxxvi. v. 1. Μὴ παραζήλου ἐν πονηρευομένοις. Huc Suidas respexit.

6 Μὴ πολλάκις πρὸς τ.] Jambus erit, si sic scripseris:

Μὴ πρὸς τὸν αὐτὸν πολλάκις παίειν λίθον.

Quæ vero sequuntur, ἔχοντα καιρὸν ὁμολογούμενον, nescio an ad rem quicquam faciant. Certe salvo sensu abesse possunt. Si tamen ea retinere volueris, sic interpretanda erunt: *Cum statutum temporis spatium [ad deliberandum] tibi concessum fuerit.*

7 Μήποτ' εὖ ἔρδειν γέροντα, μηδὲ γ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἄχρηστα, & v. Μήποτ' εὖ ἔρδειν.

8 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 35. ut Portus monuit.

Μήτι-

Μήρινθος. σπάρτος. ἤτοι σχοινίον. δεσμός. βρόχος.

Αὕτη [1] μὲν ἡ μήρινθος οὐδὲν ἔσπασεν.

ἐπὶ τῶν ἐπιχειρούντων καὶ ἀποτυγχανόντων. Οὐ μὴν οὐδὲ ἡ μήρινθος ἔσπασέ τι ἀγαθὸν αὐτοῖς. οὐ γάρ τοι μετὰ μακρὸν νέφη ἀκρίδων ἐπιῤῥεύσαντα κατέφαγεν τοὺς καρποὺς αὐτοῖς.

Μηριόνης. ὄνομα κύριον.

Μηρός. τὸ μέλος.

Μήρυμα. σπείραμα. κάταγμα. νῆμα.

Μηρυομένη. ἕλκουσα. [2] ἐκτεινομένη. [3] μηρύω γὰρ, τὸ τὰ ἱστία συνάγω.

Μήσατο. ἐμηχανήσατο.

Μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπάσας ἐκτὸς οἴσῃ τῶν ἐλαιῶν. ἐμφαίνει ὁ λόγος ὡρισμένον τι λέγειν, καὶ μάλιστα, ὡς ἐπ' ἄκρου ἱπποδρόμου ἐλαῖαι ἦσαν, καθ' ἃς ἐξεφέροντο οἱ ἀποπεπτωκότες κατὰ τὸν δρόμον. θέλει δὲ εἰπεῖν, ἐκτὸς τοῦ προκειμένου μὴ λέγε.

Μηστάρνη. πόλις Κιλίκων.

Μήστωρ, Μήστορος. ὄνομα κύριον. καὶ ὁ βουλευτικὸς, καὶ ἔμπειρος, καὶ ἐπιστήμων.

Μὴ [4] σύ γε μελαμπύγου [5] τύχης. μή τινος ἀνδρείου καὶ ἰσχυροῦ τύχης. ἐπὶ τῶν πονηρὰ ἔργα δρώντων. ὡς μή τινος ἰσχυροῦ τυχὼν δίκην δώσῃς.

Μὴ τέγγεσθε. μὴ μαλάσσεσθε.

Μήτε [6] νεῖν, μήτε γράμματα ἐπίστασθαι. ἐπὶ τῶν παντάπασιν ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις εὐθὺς ἐκ παιδὸς κολυμβᾶν καὶ γράμματα ἐδιδάσκοντο.

Μήτε πλαστὴν, μήτε μιμηλήν. ἀντὶ τοῦ μήτε πλαστὴν εἰκόνα, μήτε γραπτήν.

Μὴ τεῖνε. μὴ βράδυνε. μὴ διάτριβε. μὴ χρόνιζε.

Μὴ τὴν τέφραν φεύγων εἰς τὴν ἀνθρακιὰν πέσῃς.

Μήτηρ, μητέρος, καὶ ἐν συγκοπῇ, μητρός. καὶ τὸ πληθυντικὸν, μητράσι.

Μήτοι. μηδαμῶς. Οὔπω [7] δὲ ἐπείθετο τῷ προστάγματι ὁ Ἰσίδωρος, ἀλλὰ τὸ τοῦ Ἰβύκου ἔπος αὐτὸν ἐπῄει, μή τοι παρὰ Θεοῖς ἀμπλακὼν, τιμὰν πρὸς ἀνθρώπων ἀμείψῃ.

Μήτι. τῇ βουλῇ. ἡ εὐθεῖα, ἡ μῆτις, βουλὴ, γνώμη, σύνεσις.

Μητιέτα. μητιέτης, ὁ βουλευτικός. τοῦ ἡ κλητικὴ μη-

Μήρινθος. Funis. Vinculum. Laqueus. *Hic funiculus nihil attraxit*. Dicitur de iis, qui irrito conatu aliquid tentant. *Neque vero funis iste aliquid boni ipsis attraxit. Non multo enim post locustarum nubes ingruens, fruges eorum depasta est.*

Μηριόνης. Meriones. Nomen proprium.

Μηρός. Femur.

Μήρυμα. Glomus. Filum e colu deductum.

Μηρυομένη. Fila trahens, vel deducens. Extendens. Item μηρύω, vela contraho.

Μήσατο. Machinatus est.

Μή σ' ὁ θυμὸς ἁρπ. *Ne te ira correptum extra oleas auferat*. Sensus est, de una & certa quadam re verba facienda esse. In extremo enim Circo equestri oleæ erant, ad quas efferebantur, qui in cursu ceciderant. Monere igitur cum vult, ne quid extra propositum dicat.

Μηστάρνη. Mestarne. Urbs Cilicum.

Μήστωρ. Mestor. Nomen proprium. Item, prudens in consiliis capiendis, peritus, & sciens.

Μὴ σύ γε μελαμπ. *Ne in virum hirsuto podice incidas*. Id est, ne in virum fortem & robustum incidas. Dicitur de iis, qui maleficia committunt. [Sensus autem est, Vide,] ne pœnas des, si in virum aliquem fortem incidas.

Μὴ τέγγεσθε. Ne rigemini.

Μήτε νεῖν, μήτε γρ. *Neque natare, neque literas scire*. Dicitur de hominibus prorsus indoctis & imperitis. Apud Athenienses enim pueri inde a teneris annis natare & literas docebantur.

Μήτε πλαστὴν, μήτε μιμ. Neque fictam, neque pictam [imaginem.]

Μὴ τεῖνε. Ne cuncteris. Ne tempus teras. Ne moreris.

Μὴ τὴν τέφρ. Ne cinerem fugiens, in prunas incidas.

Μήτηρ. Mater. Genitivus, μητέρος, & per syncopen, μητρός. Et [Dativus] pluralis, μητράσι.

Μήτοι. Ne forte. Ne. *Nondum autem edicto illi parebat, sed dictum illud Ibyci animum ejus subibat, quod monet, ne spe honoris apud homines consequendi Deos offendamus.*

Μήτι. Consilio. Casus rectus est, μῆτις: Consilium, sententia, prudentia.

Μητιέτης. Consilio pollens. Prudens. Vo-

1 Αὕτη μὲν ἡ μήρινθ.] Senarius hic proverbialis legitur apud Aristophanem *Thesmophor*. pag. 817. (533. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἐκτεινομένη] Id est, extendens. Qui enim fila e colu deducunt, ea extendunt, antequam fusi circumactione glomerent. Eandem interpretationem afferunt etiam Hesychius, & Photius in Lexico inedito: quod ideo moneo, ne quis eam ut suspectam sollicitet, & cum Bocharto *Hieroz*. Part. 1. pag. 485. ejus loco reponendum putet, ἐκπηνιζομένη.

3 Μηρύω γὰρ] Scribe μηρύω δὲ καί. Nihil enim præcedit, ad quod τὸ γὰρ referri possit. Cæterum, nota hæc referenda est ad locum illum Homericum Odyss. M. v. 170.

Ἀνστάντες δ' ἕταροι νηὸς ἱστία μηρύσαντο.

Id est: *Surgentes vero socii, vela navis contraxerunt*. Scholiasta: Μηρύσαντο. συνέστειλαν διὰ τῶν κάλων.

4 Μὴ σύ γε μελαμπύγου τ.] Confer Nostrum supra v. Μελαμπύγου τύχοις.

5 Τύχῃς] Rectius τύχοις, ut apud Zenobium. Et sic paulo post.

6 Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα ἐπ.] Præter parœmiographos vide Meursium *de Fort. Att.* cap. VIII. & Petitum *de Leg. Att.* pag. 162.

7 Οὔπω δὲ ἐπείθετο τῷ προστ.] Fragmentum hoc ex Damascio sumptum est: cujus pars posterior, in qua dictum Ibyci refertur, legitur etiam supra v. Ἀμπλακήματα, & v. Ἰβυκείοις ubi vide quæ notavimus.

πέτα καὶ κατὰ μεταπλασμόν, ἡ εὐθεῖα ὁ μητιέτα. Μητιέτα Ζεύς. καὶ ἐν συνθέσει, πολύμητις. Μῆτιν δὲ ἐλαφροί· οἱ ἄφρονες, οἱ μὴ στερρὰς μηδὲ βεβαίως φρονοῦντες.

cativus est, μητιέτα: qui per metaplasmum pro nominativo ponitur. Ut, Μητιέτα Ζεύς. *Jupiter sapientissime.* Et in compositione, πολύμητις. Valde prudens. Valde sapiens. At μῆτιν ἐλαφροί, dicuntur stulti, utpote levi mente præditi, & in consiliis inconstantes.

Μητίσομαι. βουλεύσομαι. ἐρήσομαι.

Μητίσομαι. Consultabo. Deliberabo. Interrogabo.

Μὴ [1] τὴν ἐμὴν οἴκει νοῦν. ἔχεις γὰρ οἰκίαν. παρὰ τὸ ἐν Ἀνδρομάχῃ Εὐριπίδου. ἡ οὕτω·

Μὴ τὴν ἐμὴν οἴκει νοῦν. ἐγὼ γὰρ ἀρκέσω.

Μὴ τὴν ἐμὴν οἴκ. *Ne animum meum habites. Domum enim habes.* Dictum hoc est ad imitationem illius, quod legitur in *Andromacha* Euripidis: *Ne meam habita mentem. Ego enim sufficiam.*

Μὴ πείθου τοῖς διαβάλλουσι.

Μὴ πείθου τοῖς διαβ. Ne credas calumniatoribus.

Μήτρα. ἡ τῆς γυναικός, καὶ τῶν ἄλλων ζώων, ἔνθα καταβάλλεται ἡ γονή.

Μήτρα. Matrix, vulva, cum mulieris, tum aliorum animalium, in quam semen immittitur.

Μητραγύρτης. [2] ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικήν, ἐμύει τὰς γυναῖκας τῇ Μητρὶ τῶν Θεῶν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτειναν αὐτόν, ἐμβαλόντες εἰς βάραθρον κατὰ κεφαλῆς. λοιμοῦ δὲ γενομένου, ἔλαβον χρησμόν, ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον. καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον, ἐν ᾧ ἀνεῖλον τὸν μητραγύρτην, καὶ περιφράττοντες αὐτό, καθιέρωσαν τῇ Μητρὶ τῶν Θεῶν, ἀναστήσαντες καὶ ἀνδριάντα τοῦ [3] μητραγύρτου, καταχώσαντες καὶ τὸ βάραθρον.

Μητραγύρτης. Metragyrtes. Quidam in Atticam profectus, mulieres initiabat Matri Deorum, ut illi dicunt: quem Athenienses in barathrum præcipitem dederunt, & sic necarunt. Exorta autem pestilentia, cum oraculo moniti essent, ut defuncti manes placarent, curiam in eo loco, in quo Metragyrtam necaverant, ædificarunt, eamque circumseptam Matri Deorum consecrarunt, statua etiam Metragyrtæ ibi erecta, & barathro terra repleto.

Μητραλοίας. ὁ τὴν μητέρα τύπτων. καὶ μητραλῴας. ὁ αὐτός.

Μητραλοίας. Qui matrem verberat. Et μητραλῴας. Idem.

Μητρὶ [4] πλακῆναι, καλὸν εἰς ὄναρ τόδε.

Μητρὶ πλακ. *Cum matre coire, bonum est somnium.*

Μητροδάτης. ὄνομα κύριον.

Μητροδάτης. Metrodates. Nomen proprium.

Μητροπάτωρ. ὁ κατὰ μητέρα πάππος.

Μητροπάτωρ. Maternus avus.

Μητρορραίστης. ὁ φθείρων τὴν μητέρα.

Μητρορραίστης. Matris interfector.

Μητροπόλεις. ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν.

Μητροπόλεις. Metropoles. Sive illæ urbes, quæ colonias emiserunt.

Μητροφάνης, Εὐκαρπίας τῆς Φρυγίας, σοφιστής. ἔγραψε περὶ τῆς Φρυγίας αὐτῆς βιβλία β΄. Περὶ ἰδεῶν λόγων. Περὶ στάσεων. Εἰς τὴν Ἑρμογένους τέχνην ὑπόμνημα. Εἰς τὸν Ἀριστείδην ὑπόμνημα.

Μητροφάνης. Metrophanes, ex Eucarpia urbe Phrygiæ oriundus, Sophista. Scripsit de ipsa Phrygia libros II. De Formis orationum. De Statibus. Commentarium in Hermogenis artem Rhetoricam. Commentarium in Aristidem.

Μητροφάνης, Κορνηλιανοῦ ῥήτορος, Λεβαδεύς, (πόλις δὲ Βοιωτίας ἡ Λεβαδεία) σοφιστής. Περὶ τῶν χαρακτήρων Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Νικοστράτου, Φιλοστράτου. Μελέτας. Λόγους πανηγυρικούς.

Μητροφάνης. Metrophanes, Corneliani Rhetoris filius, Lebadiensis, (Lebadia vero est urbs Bœotiæ) Sophista. Scripsit de generibus dicendi, quibus usus est Plato, Xenophon, Nicostratus, & Philostratus. Declamationes. Orationes Panegyricas.

Μητροφάνης, [5] ἔκγονος Λαχάρους. ὧν δὲ ἐν παισὶν ἔ-

Μητροφάνης. Metrophanes, a Lachare genus

1 Μὴ τὴν ἐμὴν οἴκει νοῦν. ἔχεις γ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Ranis*, pag. 216. ubi vide Scholiastam.

2 Μητραγύρτης. ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττ.] Locum hunc, uti & multa alia, in Collectanea sua transtulit Michael Apostolius.

3 Μητραγύρτου, καταχώσαντες] In prioribus Editt. inter duas istas voces hæc inserta sunt: Ἐχρῶντο δὲ τῷ μητρῴῳ καὶ νομοφυλακείῳ. Sed ea a loco hoc omnino aliena esse, & a librariis ex margine in textum inconsulto recepta esse, nemo non videt. Quæ ratio est, quare ea hic inducenda putaverim.

4 Μητρὶ πλακῆναι, κτλ.] Est versus ad somniorum interpretationem pertinens, qui legitur apud Astrampsychum. Nicephorus vero, (vel quisquis est alius Oneirocritici auctor, quod sub ejus nomine circumfertur) eundem versum sic effert:

Μητρὶ πλακεὶς, κάλλιστον εἰς ὄναρ νόει.

Huc spectant illa Artemidori lib. I. cap. LXXXII. Ἀγαθὸν δὲ (τῇ μητρὶ συνεῖναι) καὶ παντὶ δημαγωγῷ, καὶ πολιτευτῇ. σημαίνει γὰρ τὴν πατρίδα ἡ μήτηρ. ὥσπερ οὖν ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης, πειθομένης καὶ ἑκούσης· οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προστήσεται τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων. Id est: *Bonum (cum matre concumbere) etiam cuilibet demagogo, & remp. administranti; siquidem patriam mater significat. Sicut igitur, qui secundum legem Veneris coit, corpus ejus, cum qua coit obediente & volente, in potestate sua habet: sic qui somnium istboc vidit, omnibus negotiis urbis præficietur.* Hinc Pisistratus, cum se cum matre sua concumbere somniasset, magnam spem recuperandæ tyrannidis concepit, teste Herodoto lib. VI. Et Julius Cæsar, cum visus esset per quietem matri stuprum inferre, ad amplissimam spem incitatus est a conjectoribus, arbitrium orbis terrarum eo somnio portendi dicentibus: ut testatur Suetonius in ejus vita. Sed gradum revoco. Extra oleas enim, ut ajunt, me evagatum esse sentio.

5 Μητροφάνης, ἔκγονος Λαχάρους. ὢν δὲ ἐν παισ.] Locum hunc Suidas ex Damascio descripsit, ut colligere licet ex Photio, qui in Excerptis ex illo scriptore Metrophanis hujus his verbis meminit: Ὅτι Μητροφάνης ὁ σοφιστὴς ἔκγονος ἦν Λαχάρους. Locum hunc Photii observaverat Pearsonius.

τι νήπιος, ἀνεφθέγξατο βοῶν· Ἐγώ εἰμι, ἔφη, Ἀριστοφάνης ὁ Φαλακρός· οὔπω τι τῶν τοιούτων ἀκηκοώς. ἐπεὶ δὲ οἱ ἀκούσαντες ἀνέκρινον ὅ, τι εἴποι, μηδὲν εἰδέναι τῶν εἰρημένων διϊσχυρίζετο. κατὰ τούτου τοῦ Μητροφάνους ἔγραψε λόγον Σουπηριανὸς ὁ σοφιστής.

Μητρωακαί. ἡμέραι τινὲς ἱεραί. [1] Τὰς δὲ Μητρωακὰς παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ καὶ πρότερον παρὰ Φρυξὶ σπουδασθείσας καστείας, ἑκάστου μηνὸς ἥγνευε.

Μητρῷον. [2] Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος. [3] τοὺς νόμους ἔθεντο [4] ἀναγράψαι ἐν τῷ Μητρῴῳ.

Μήτρως. ὁ θεῖος. καὶ κλίνεται μήτρω, Ἀττικῶς.

Μητρυιά.

Μὴ ὑπερόψῃ.

Μηχανή. βουλή.

Μηχάνημα. στρατήγημα. Ἀλλ' ἔστι τοῦτο, ὦ δῆμε, μηχάνημα.

Μηχανορράφος. ἐπινοητὴς κακῶν. κατασκευαστής. τὰ φαῦλα μηχανώμενος.

[5] Ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχανορράφον.

Σοφοκλῆς φησι. καὶ αὖθις·

[6] Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα καὶ τὰ πάντ' ἀεί
Φάσκοιμ' ἂν ἀνθρώποισι μηχανᾶν θεούς.

Μηχανῶμαι. αἰτιατικῇ.

Μήχει. τῷ μηχανήματι.

Μῆχος. μηχάνημα. ἐπινόημα.

—— [7] Αὐτῆμαρ τοῖον μῆχος ἐπεφράσατο.
Τρητὸν γὰρ θεμένη χερὶ κόσκινον, εὖ διὰ πυκνῶν
Σχοίνων ἠελίους πλείονας ηὐγάσατο.

Μία λόχμη. παροιμία· Οὐ τρέφει μία λόχμη δύο ἐριθακούς. ἐπὶ τῶν ἐκ μικροῦ τινος κερδαίνειν σπουδαζόντων. ἐριθακὸς δέ ἐστιν ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον.

Μία μάστιξ πάντας ἐλαύνει. ἐπὶ τοῦ ῥᾳδίου.

Μιαρὰ κεφαλή. ὥσπερ φίλη κεφαλή. ἐκ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέρους τοῦ σώματος δηλοῖ τὸν ἄνδρα, παραπλησίως Ὁμήρῳ Τεῦκρε, φίλη κεφαλή. καὶ, Τοίην γὰρ κεφαλήν. καὶ παρὰ Δημοσθένει. Καὶ, Ταῦτ', ὦ μιαρὰ κεφαλή. καὶ αὖθις·

ducens. Hic cum adhuc puer esset, exclamans, *Ego sum*, inquit, *Aristophanes ille calvus*. Illis igitur, qui hoc audiverant, cum interrogantibus, quidnam dixisset; affirmavit, se nihil eorum scire, quæ dicta fuerant. Adversus hunc Metrophanem Superianus Sophista librum scripsit.

Μητρωακαὶ ἡμ. Dies quidam Magnæ Deorum Matri sacri. *Castimoniis autem, quæ in honorem Matris Deorum a Romanis, vel etiam ante a Phrygibus observari solebant, se purificabat singulis mensibus.*

Μητρῷον. Metroum. Templum Magnæ Deum Matris. Exstat hæc vox apud Lycurgum in oratione contra Aristogitonem. In Metroo autem leges, tabulis publicis inscriptæ, Athenis reponebantur.

Μήτρως. Maternus avunculus. Ejus genitivus Atticus est μήτρω.

Μητρυιά. Noverca.

Μὴ ὑπερόψῃ. Ne negligas.

Μηχανή. Machina. Machinatio. Consilium.

Μηχάνημα. Commentum. Dolus. Stratagema. *Sed est hoc, popule, callidum commentum.*

Μηχανορράφος. Dolorum & fraudum artifex. Malorum inventor. Qui mala machinatur. *Subornato tali præstigiatore, & callido fraudum artifice.* Sophocles inquit. Et iterum: *Ego quidem & hæc, & omnia semper dixerim hominibus machinari Deos.*

Μήχει. Machinatione. Arte. Commento.

Μῆχος. Machinatio. [In Epigrammate:] *Eodem die tale quid commenta est. Cum perforatum cribrum manu sustulisset, per juncos ejus densos plures soles adspexit.*

Μία λόχμη. Una sylva. Proverbium: *Una sylva non alit duos erithacos.* De iis dicitur, qui ex re aliqua exigua & tenui quæstum facere student. Erithacus vero est avis solitaria.

Μία μάστιξ πάντ. *Unum flagellum omnes agit.* Dicitur de re facili.

Μιαρὰ κεφαλή. Impurum & scelestum caput. Eodem modo dictum est, quo Φίλη κεφ. *Charum caput.* A principe enim corporis parte totum virum significat. Sicut & Homerus inquit: *Teucer, charum caput.* Et, *Tale enim caput.* Et apud Demosthenem: *Et hæc,*

1 Τὰς δὲ Μητρωακὰς παρὰ Ῥωμ.] Hæc sunt verba Marini in Vita Procli, cap. XIX. sed ubi pro καστείας rectius legitur ἁγνείας: ut itidem Pearsonius observaverat. Confer etiam Theodor. Canter. *Var. Lect.* lib. II. cap. XXI.

2 Μητρῷον. Λυκοῦργ.] Ex Harpocratione.

3 Τοὺς νόμους ἔθεντο —— ἐν τῷ Μητρ.] Hinc Athenæus lib. V. pag. 214. de Apellicone Grammatico ait: Τά τ' ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν ψηφισμάτων ὑφαιρούμενος ἐκτᾶτο. Id est: *Et autographa Senatusconsultorum veterum, furto ex Metroo surrepta, possidebat.* Non solum autem leges & SCta in templo Matris Deorum, sive Metroo olim Athenis asservabantur, sed etiam quævis aliæ chartæ & tabulæ publicæ. Hinc Laertius in *Socrate*, segm. XL. ex Phavorino refert, formulam accusationis, qua Socrates petitus fuit, in Metroo servatam fuisse. Ait enim: Ἡ δὲ ἀντωμοσία τῆς δίκης ταύτης εἶχε τὸν τρόπον. ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ Μητρῴῳ. *Formula autem accusationis hujusmodi fuit. Reposita enim est adhuc in Metroo, ut inquit Phavorinus.* Sic enim locus hic interpretandus est, quem Vossius lib. II. *de Hist. Gr.* cap. X. ita accepit, quasi ἐν Μητρῴῳ esset inscriptio libri: in quo virum doctissimum falli recte monuit Jonsius *de Script. Hist. Phil.* lib. III. cap. VII.

4 Ἀναγράψαι] Vel scribe, μετὰ τὸ ἀναγράψαι: vel, ἀναγράψαντες, ut habet Harpocratio.

5 Ὑφεὶς μάγον τοιόνδε μηχ.] Senarius hic legitur apud Sophoclem *Oedip. Tyrann.* pag. 168. ut Portus monuit.

6 Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ ταῦτα κ.] Et hi duo senarii leguntur apud eundem Sophoclem in *Ajace*, pag. 59.

7 Αὐτῆμαρ τοῖον μῆχος ἐπεφ.] Versus hic & duo sequentes decerpti sunt ex Epigrammate in anum bibacem & ebriosam, quæ cum vehementi febri conflictaretur, hoc voto se Jovi obstrinxit; se, si ab hoc morbo liberaretur, per centum Soles, i. e. dies, meram tantum aquam bibituram, & abstemiam victuram esse. Cum itaque voti compos fieret, illo ipso die manu cribrum sustulit, perque ejus foramina centum, & amplius, Soles se adspexisse cavillata, hoc commento Jovi se satisfecisse putavit. Epigramma hoc integrum legitur Anthol. lib. II. cap. XXXIV.

Ὦ [1] μιαρὲ, καὶ πατραλοῖα, καὶ τοιχωρύχε.
ὁ δέ φησιν.

Αὖθίς με ταὐτὰ ταῦτα, καὶ πλείω λέγε.
Ἆρ' οἶσθ' ὅτι χαίρω πόλλ' ἀκούων δὴ κακά;

Ἀριστοφάνης. [2] Αἰλιανὸς δέ· Παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτε ἄνδρα ἀγαθὸν, οὔτε Θεόν ἐστί ποτε τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι. μάτην οὖν περὶ Θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις· τοῖς δὲ ὁσίοις, εὐκαιρότατος. Πλάτων φησί.

Μιαρία. ἡ ἀκαθαρσία. Τὴν μιαρίαν τοῦ καπνοῦ, καὶ τὴν ὄχλησιν τῆς κόπρου.

Μιαροί. ἀηδεῖς. βδελυκτοί. Ὁ δὲ δράκων προελθὼν ἄρα τοῦ ἀδύτου, τό, τε αἷμα αὐτῶν ἐξελιχμήσατο, καὶ ἐκάθηρε τὰς πληγὰς, ἵνα μήποτε ἄρα ἐκ τοῦ λύθρου μιαροὶ βλέπωνται. καὶ [3] Ἀριστοφάνης·

Ὦ βδελυρὲ, καὶ τολμηρὲ, κἀναίσχυντε σύ.
Καὶ μιαρὲ, καὶ παμμίαρε, καὶ μιαρώτατε.
Πῶς δεῦρ' ἀνῆλθες, ὦ μιαρῶν μιαρώτατε;
Τί [4] σοι ποτ' ἔστ' ὄνομ', οὐκ ἐρεῖς, μιαρώτατε;
Ποδαπὸς τὸ γένος εἶ; φράζε μοι, μιαρώτατε.
Οὔτοι, μὰ τὴν γῆν, ἔσθ' ὅπως οὐκ [5] ἀποθανῇ,
Εἰ μὴ κατερεῖς μοι τοὔνομ', ὅ, τι ποτ' ἐστί σοι.
Τρυγαῖος, [6] Αἰθμονεὺς, ἀμπελουργὸς, δεξιός·
Οὐ συκοφάντης, οὐδ' ἐραστὴς πραγμάτων.
Ἥκεις δὲ κατὰ τί; τὰ κρέα ταυτί σοι φέρων.
Ὦ [7] δειλακρωνίων· ὦ [8] γλίσχρων. ——
Ὡς οὐκ ἔτ' εἶναί σοι δοκῶ μιαρώτατος.

Μίασμα. βαφή.

Μιάστορα. [9] λυμεῶνα. φονέα.

Μία χελιδών. παροιμιῶδες τοῦτο, ὅτι μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. βούλεται δέ τι εἰπεῖν, μία ἡμέρα οὐ ποιεῖ τὸν σοφὸν εἰς τελείωσιν ἐμβαλεῖν, καὶ δυσημερία μία τὸν σοφὸν εἰς ἀμαθίαν.

Μιγάδες. τὸ ἐκ πολλῶν ἄθροισμα.

Μίγδα, καὶ μίγδην. μεμιγμένως.

Μίγμα τῶν ζωγράφων. ὃ καλεῖται χρωμάτων κρίσις.

[10] Μιδάειον. χωρίον.

Μίδας. ὄνομα κύριον. ὁ φιλόχρυσος, ὁ κτίσας πόλιν τὴν νῦν Ἄγκυραν. καὶ Μίδας, κύβου ὄνομα [11] εὐβολωτάτου. καὶ παροιμία· Μίδας ὁ ἐν κύβοις εὐβολώτατος. ὁ γὰρ Μίδας βόλου ἐστὶν ὄνομα. καὶ ἑτέρα παροιμία· Μίδας ὦτα ὄνου ἔχων. [12] Μίδας, ὁ Φρυγῶν βασιλεύς·

scelestum caput? Et iterum: *O sceleste, & parricida, & ædium effractor.* Ille autem ad hæc dicit: *Rursus mihi eadem hæc, & plura dic. Nam, quod scias, gratum mihi est audire maledicta.* Aristophanes. Et iterum: *Ab impuro accipere munera neque bonum virum, neque Deum decet. Frustra itaque circa Deos profani laborant, quod opportune faciunt pii.* Plato inquit.

Μιαρία. Impuritas. *Impuritatem fumi, & stercoris turbationem.*

Μιαροί. Impuri. Scelerati. Abominandi. *Draco vero ex adyto progressus, & sanguinem ipsorum lambendo abstersit, & vulnera purgavit, ne polluti & impuri haberentur, si cruore & pulvere respersi conspicerentur.* Et Aristophanes: *O impure, & audax, & impudens, & sceleste, & omnino sceleste, & scelestissime. Quid huc venisti, scelestorum scelestissime? Quodnam tibi nomen sit, non dices, scelestissime? Cujas es, dic mihi, scelestissime? Effugere non potes quin pereas, nisi mihi dixeris nomen tuum. Trygæus, Athmonensis, vinitor peritus: non sycophanta, nec litium amans. Quare venis? Has carnes tibi allaturus. O miser, hucne venisti? O liguritor, vides me jam non tibi videri scelestissimum.*

Μίασμα. Tinctura.

Μιάστορα. Hominem pestilentem. Maleficum. Homicidam.

Μία χελιδών. Una hirundo. Proverbium est, *Una hirundo non facit ver:* quo significatur, nec uno die hominem ad perfectam sapientiam pervenire: nec unius diei calamitatem sapientis imperitiam arguere.

Μιγάδες. Colluvies hominum.

Μίγδα, & μίγδην. Mixtim. Promiscue.

Μίγμα τῶν ζωγράφων. Ratio miscendi colores. Sive, judicium colorum.

Μιδάειον. Midaium. Locus quidam, ita dictus.

Μίδας. Midas. Nomen proprium Regis, qui auri avidissimus fuit; urbemque condidit, quæ nunc Ancyra dicitur. Et Midas, nomen jactus aleatorii admodum felicis. Et proverbium: *Midas in ludo aleæ jactus optimus.* Midas enim jactus nomen est. Et aliud

1 *Ὦ μιαρὲ, καὶ πατρ.*] Versus hic, & duo sequentes, leguntur apud Aristophanem *Nubibus*, pag. 197. (122. Ed. Bas. *P.*)

2 *Αἰλιανὸς δὲ*] Imo Plato. Quæ enim sequuntur sunt verba Platonis lib. IV. *de Leg.* pag. 601. Huc spectant verba illa Ciceronis lib. I. *de Leg.* *Donis impii ne placare audeant Deos, Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus Deus, cum vir nemo bonus ab improbo se donari velit.* Respexit ad eundem locum Platonis.

3 *Ἀριστοφάνης*] In *Pace*, pag. 635. (440. Ed. Bas. *P.*) ubi quædam aliter leguntur.

4 *Τί σοι ποτ' ἔσ' ὄνομ', οὐκ ἐρ.*] Apud Aristophanem loco laudato versus hic hodie sic legitur:

Τί σοι πότ' ἐστὶ τοὔνομ' οὐκ ἐρεῖς; μιαρώτατος.

Sed male. Integer enim pes redundat. Quare sic apud Aristophanem reponendum est, ut hic Suidas habet.

5 *Ἀποθανῇ*] Apud Aristophanem legitur *ἀπολεῖ*: quod Atticum est, & proinde præferendum.

6 *Αἰθμονεύς*] Metri gratia scribendum est, *Ἀθμονεύς*, per ε: ut habet Aristophanes.

7 *Δειλακρωνίων*] Scribe *δειλακρίων*; ut habet Aristophanes.

8 *Ὦ γλίσχρων. ὡς οὐκ ἔτ' εἶναί σ.*] Hic locus legitur etiam supra v. Γλίσχρον: ubi vide quæ notavimus.

9 *Μιάστορα. λυμεῶνα. φον.*] Scholiasta Sophoclis ad *Electr.* pag. 95. *Μιάστορα. λυμεῶνα. φονέα. Μιάστωρ, ὁ διὰ τὸ παρ' ἑαυτοῦ μιασμὸν καὶ ἄλλως μιαίνων.* Huc Suidas respexit.

10 *Μιδάειον*] Erat urbs Phrygiæ, sic appellata. Vide Stephanum Byzantium.

11 *Εὐβολωτάτου*] Sic recte habent MSS. Paris. At in prioribus Editt. male legitur, *εὐβολωτάτου*. Idem etiam dictum velim de voce sequenti *εὐβολώτατος*: cujus loco priores Editt. itidem male exhibent, *εὐβολώτατος*.

12 *Μίδας, ὁ Φρυγῶν βασιλ.*] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sumpta sunt ex Enarratore Comici ad *Plutum*, pag. 32.

ἤτοι

ἤτοι ὅτι πολλοὺς ὠτακουστὰς εἶχεν· ἢ ὅτι κώμην Φρυγίας κατεῖχεν, ἥτις Ὦτα ὄνου ἐλέγετο. λέγεται δὲ τούτῳ τὸν Πακτωλὸν ποταμὸν χρυσὸν ῥεῦσαι· καὶ αὐτὸν εὔξασθαι, ὥστε πάντα, ἃν ἅψαιτο, χρυσὸν γενέσθαι. ἢ ὅτι ὁ ὄνος τῶν ἄλλων ζώων μᾶλλον ἀκούει, πλὴν μυός. καὶ ὁ Μίδας οὕτως πολλοὺς ὠτακουστὰς εἶχεν. οἱ δέ φασιν, ὅτι ψέξας ποτὲ τὸν Διόνυσον ὁ Μίδας, μετεβλήθη εἰς ὄνον. [1] ἢ ὅτι τοὺς τοῦ Διονύσου παριόντας ἠδίκησεν. ὁ δὲ ὀργισθεὶς, ὦτα ὄνου ἔχειν αὐτῷ περιέθηκεν. ἢ ὅτι ὦτα μεγάλα εἶχε. λέγεται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μηδὲν λανθανόντων. κλίνεται οὖν Μίδας, Μίδου. ἐν [2] Ἐπιγράμματι·

Αὐτοῦ τῇδε μένουσα πολυκλαύτῳ ἐπὶ τύμβῳ,
Ἀγγελέω παριοῦσι, Μίδας ὅτι τῇδε τέθαπται.

proverbium: *Midas aures asini habens.* Midas enim, Rex Phrygum, [aures asininas habuisse dicitur,] vel quod multos haberet delatores, quos ὠτακουστὰς Græci vocant: vel quod oppidum Phrygiæ teneret, *Aures asini* dictum. Huic Pactolus auro fluxisse fertur: idemque optasse dicitur, ut omnia, quæ tetigisset, aurum fierent. Vel, quia asinus, excepto mure, acutius audit, quam cætera animalia. Hic autem Midas multos habebat delatores, qui auditos ab aliis sermones sibi renunciarent. Alii vero dicunt, Midam in asinum fuisse mutatum, quod Bacchum aliquando contempsisset. Vel quod, cum Bacchi asinos prætereuntes læsisset, Bacchus iratus aures asininas ei apposuisset. Vel quod magnas aures haberet. Proverbium igitur hoc dicitur de iis, quos nihil latet. Declinatur autem Μίδας, Μίδου. In Epigrammate: *In hoc ipso sepulcro multum defleto manens, annuncio prætereuntibus, Midam hic sepultum esse.*

Μιαιγαμίαι. οἱ τοῦ Σὴθ καὶ Ἐνὼχ παῖδες υἱοὶ Θεοῦ νοείσθωσαν· οἵτινες ἀλόντες ἀκολασίᾳ, πρὸς τὰς θυγατέρας Κάϊν εἰσῆλθον· [3] ἐξ ὧν οἱ ἐκ τῆς καταλλήλου μιαιγαμίας [4] γίνονται Γίγαντες· διὰ μὲν τὸ δίκαιον, ἰσχυροὶ καὶ μέγιστοι· διὰ δὲ τὸ ἄδικον καὶ βέβηλον, πονηροὶ καὶ κάκιστοι.

Μιαιγαμίαι. Impuræ nuptiæ. Sethi & Enochi filii, Dei filii intelligantur; qui libidine victi, cum filiabus Caini concubuerunt: ex quo impuro & dispari coitu nati sunt Gigantes; ob justum quidem, robusti & maximi: at ob injustum & impium, improbi & pessimi.

Μιαίνεται. μολύνεται. καὶ μιαίνω, αἰτιατικῇ.

Μιαίνεται. Polluitur, Contaminatur. Et μιαίνω. Polluo. Contamino.

Μιαιφονία. ὁ φόνος. Μιαιφόνος δὲ, ὁ φονεύς, καὶ ὁ λῃστής.

Μιαιφονία. Cædes nefaria & scelerata. Et μιαιφόνος, homicida nefarius, & latro.

Μίθαικος, [5] γραμματικός. ἔγραψεν Ὀψαρτυτικὰ, Κυνηγετικὰ, καὶ ἄλλα.

Μύωψ. μυῖά τις, ἐρεθίζουσα τὰς βοῦς. λέγεται παρὰ [3] Καλλιμάχῳ ἐν Ἑκάλῃ, βυωσόος μύωψ, ὁ τὰς βοῦς σοβῶν καὶ διώκων μύωψ. λέγεται μύωψ καὶ ἡ μάστιξ τοῦ ἵππου. τὸ σιδήριον, ὃ ἐπὶ τοῦ ποδὸς φοροῦσι κεντοῦντες τοὺς ἵππους. Πολύβιος· Ὁ δὲ προσθεὶς τοὺς μύωπας ἐξ ἀμφοτέρων τῶν μερῶν, ἤλαυνε καταπεράτης. καὶ ἐν Ἐπιγράμματι·

Λυσιδίκη σοι, Κύπρι, τὸν ἱππαστῆρα μύωπα,
Χρύσεον εὐκνήμου κέντρον ἔθηκε ποδός.

Καὶ αὖθις·

[4] Βυστρόφον ἀκροσίδηρον ἀπειλητῆρα μύωπα.

Καὶ αὖθις·

[5] Κέντρα τ' [6] ἐναιμήεντα διωξίπποιο μύωπος.

Μύρα. τόπος τῆς Λυκίων ἐπαρχίας. καὶ Μυρέων ἀνθρώπων, τῶν [7] ἀπὸ Μύρων τῆς Λυκίας.

Μύραινα. καταφερής. ἀπὸ τοῦ ζώου. Ὦ προδότι, καὶ πανοῦργε, καὶ μύραινα σύ.

Μυρεύς. ἐκ τῶν Μύρων ὡς Πατρεύς, ἐκ Πατρῶν· καὶ ἡ δοτικὴ, Πατρεῖ, καὶ Μυρεῖ.

Μύραινα. ὄνομα ἰχθύος.

Μυρία. πολλὰ, καὶ ἀναρίθμητα. Μύρια δὲ, ὁ ἀριθμός.

Μυριάμφορον. μυρίων ἀμφορέων ἄξιον. [8] Ἀριστοφάνης·

Πόθεν ἂν λάβοιμι ῥῆμα μυριάμφορον,
Ὅτῳ προσείπω σ'; οὐ γὰρ εἶχον οἴκοθεν.

Μυριέλικτος. ὁ πολλαῖς ἑλίξεσι στρεφόμενος. Εὐνάπιος· Ὁ βαρὺς καὶ μυριέλικτος ἐκεῖνος ὄφις, ὁ πολυέλικτος, καθάπερ ὑπὸ τῆς Μηδείας, ὑποψιθυριζόμενος καὶ βαρυνόμενος τὴν ψυχὴν, κεκαρωμένος παρέδωκεν αὑτόν.

Μυρίκη. εἶδος φυτοῦ. Πεδίον ἦν ἀχανὲς, ἐν ᾧ μυρίκαι τε ἐπεπήγεσαν.

Μυῤῥίνη. εἶδος φυτοῦ. καὶ [9] μυῤῥινᾶν, ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν. μυῤῥίναις γὰρ ἐστεφανοῦντο οἱ ἄρχοντες. τὸ δὲ δένδρον, μυρίκη.

——— [10] Μυῤῥίνην λαβόντα,
Τῶν Αἰσχύλου λέξαι τί μοι.

Μυωπάζω. Sum lusciosus. Cœcutio.

Μυωπιζόμενος. Idem quod μυωπάζων. Connivens, vel oculis limis & pene clausis aliquid intuens.

Μυωπίζω. Stimulo. Pungo.

Μύωψ. Musca quædam boves irritans. Oestrum. Asilus. Apud Callimachum in *Hecale* dicitur βυωσόος μύωψ, i. e. asilus, boves agitans & infestans. Μύωψ etiam dicitur flagellum, quo equus verberatur. Item, calcar, sive stimulus ferreus, quem in pedibus ferunt illi, qui equos pungunt, [& ad cursum incitant.] Polybius: *Ille vero subditis equo ab utraque parte calcaribus, effuso cursu ruebat.* Et in Epigrammate: *Lysidice tibi, Venus, equestre calcar, aureum pulchri pedis stimulum, dicavit.* Et iterum: *Boves vertentem, ferroque præfixum, & minacem stimulum.* Et iterum: *Et stimulos cruentos equos agitantis calcaris.*

Μύρα. Myra. Locus provinciæ Lyciæ. Et Μυρέων ἀνθρώπων, hominum Myrensium, sive qui sunt ex urbe Lyciæ Myris.

Μύραινα. Muræna. Id est, salax & in venerem pronus. [Per translationem ductam] a muræna pisce. *O proditor, & impostor, & & in venerem prone.*

Μυρεύς. Myrensis: ut Πατρεύς, Patrensis. Et dativus, Πατρεῖ, & Μυρεῖ.

Μύραινα. Muræna. Nomen piscis.

Μυρία. [Cum accentu in penultima.] Multa & innumerabilia. At μύρια,] cum accentu in antepenultima,] decem millia.

Μυριάμφορον. Decies mille amphoris dignum. Aristophanes: *Unde accipiam verbum mille amphoris dignum, ut eo te alloquar? Domi enim mihi deest.*

Μυριέλικτος. Multis voluminibus intortus. Sinuosus. Eunapius: *Infestus ille & multis voluminibus intortus serpens, tanquam a Medea susurris sopitus esset, animo gravatus, somnoque oppressus jacuit.*

Μυρίκη. Myrica. Tamarix. Plantæ genus. *Planities erat vasta, in qua myricæ stabant.*

Μυῤῥίνη. Myrtus. Plantæ genus. Et μυῤῥινᾶν, magistratum affectans. Magistratus enim myrtis coronabantur. Myrica vero est arbor quædam, sic dicta. [Aristophanes: *Jussi eum*] *sumpta myrto aliquid ex Æschyli tragœdiis mihi recitare.* Pueri enim [olim] in

1 Τὸ φυλάττω] Bochartus *Hieroz.* Part. I. lib. I. cap. IV. recte monuit, reponendum hic esse τυφλώττω, i. e, excutio. Oecumenius enim in II. Petr. I. 9. τὸ μυωπάζειν diserte interpretatur τυφλώττειν, sic inquiens: Μυωπάζειν δὲ τὸ τυφλώττειν εἴρηται, λέγει τὰ ὑπὸ τὴν γῆν μυῶν. Plura de voce μυωπάζω vide apud Bochartum loco laudato.

2 Ἄκροις τοῖς ὀφθαλμοῖς πρ.] Confer Nostrum supra v. Ἐμυωπίασε.

3 Παρὰ Καλλιμάχῳ ἐν Ἑκάλῃ] Locum Callimachi adducit Scholiasta Homeri ad Odyss. X. v. 300. Οἶστρος. ὁ λεγόμενος μύωψ. ἔστι δὲ ζῶον ὑπόχαλκον τὴν μορφὴν, ὅπερ ἂν εἰσέλθῃ εἰς τὰ ὦτα τῶν βοῶν, ἐξοιστρεῖν ἀναγκάζει τὰς βόας. καὶ Καλλίμαχος·

Βυωσόον, ὅν τε μύωπα βοῶν καλέουσιν ἀμορβοί.

Hinc apparet, me hic apud Suidam pro βοὸς τῶν, ut priores Editt. habent. recte reposuisse βυωσόος. Confer Cl. Richardum Bentlejum ad Fragm. Callim. XLVI.

4 Βυστρόφον ἀκροσιδ.] Hexameter hic decerptus est ex Epigrammate Antiphili, quod ex cod. MS. Anthologiæ ineditæ integrum cum Lectore communicavimus supra v. Θρίναξ.

5 Κέντρα τ' ἐναιμ.] Vide nos supra ad v. Γομφιόδοντα. ubi Epigramma, cujus fragmentum hoc pars est, itidem ex Anthologia inedita exhibemus.

6 Ἐναιμήεντα] Hanc lectionem ex modo laudata Anthologia Epigrammatum revocavi, cujus loco priores Editt. male exhibent αἱμοβόεντα: at MSS. Paris. ἐναιμόεντα, quod proxime ad veram lectionem accedit.

7 Ἀπὸ Μύρων] MSS. Paris. ἀπὸ Μύρας. Utrumque recte. Dicitur enim & Μύρα, ας, ἡ, & Μύρα, ων, numero plurali. Vide Stephanum Byzantium.

8 Ἀριστοφάνης] In *Pace*, pag. 660. (452. Ed. Bas. P.)

9 Μυῤῥινᾶν, ἀρχῆς ἐπιθυμεῖν. μυῤῥίναις γὰρ στεφ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas*, pag. 492. (341. Ed. Bas. P.)

10 Μυῤῥίνην λαβόντα τῶν Αἰσχ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Nubibus*, pag. 198. (123. Ed. Bas. P.)

Οἱ γὰρ παῖδες ἐν τοῖς συμποσίοις κλῶνα δάφνης ἢ μυῤῥίνης λαμβάνοντες, ᾖδον.

conviviis ramum lauri vel myrti tenentes, carmina canere solebant.

Μυριοπλασιώτερον, καὶ μυριοπλασιώτερον.

Μυριοπλασιώτερον, & μυριοπλασιώτερον. Quod decies millies, vel sæpius factum est.

Μύριοι ἐν Μεγάλῃ πόλει. [1] Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου. συνέδριόν ἐστι κοινὸν Ἀρκάδων ἁπάντων, οὗ πολλάκις [2] μέμνηνται οἱ ἱστορικοί.

Μύριοι ἐν Μεγ. Decies mille viri in urbe Megalopoli. Demosthenes in oratione contra Æschinem. Est commune totius Arcadiæ concilium, cujus sæpe mentionem faciunt historici.

Μύρις. ὄνομα κύριον. καὶ μυρίτης οἶνος.

Μύρις. Myris. Nomen proprium. Et μυρίτης οἶνος. Vinum unguento temperatum, vel mixtum.

Μυρλεανός. [3] ὄνομα πόλεως Βιθυνίας· ἡ νῦν Ἀπάμεια καλουμένη.

Μυρλεανός. Myrleanus. [Μύρλεια est] nomen urbis in Bithynia, quæ nunc Apamia dicitur.

Μυρμηκανθρώποις [4] Φερεκράτης γράφει.

Μυρμηκανθρώποις Φερεκρ. Pherecrates scribit in fabula Μυρμηκανθρώποις.

Μυρμηκίδην [5] ἀντιπαραθέμενον τῇ Φειδίου τέχνῃ.

Μυρμηκίδην ἀντιπαρ. Myrmeciden Phidiæ arti adversantem.

Μύρμηξ.

[6] Μυρμήκων ἀτραποὺς ἤ τι διαμινυρίζεται.

περὶ Ἀγάθωνός φησι τοῦ ποιητοῦ, ὡς λεπτὰ καὶ ἀγκύλα ἀνακρουόμενος μέλη. τοιαῦται γὰρ αἱ τῶν μυρμήκων ὁδοί. ὁ δὲ Ἀγάθων ὑποκριτικὰ μέλη ἐποίει, καὶ αὐτὸς [7] ὑποκρίνεται. διὸ καὶ χορικὰ λέγεται.

Μύρμηξ. Formica. [Aristophanes:] *Formicarum vias, aut [simile] quid minurit.* De Agathone poeta hæc dicit [Comicus,] quod tenuia & intorta carmina cantaret. Tales enim sunt formicarum viæ. Agathon autem histrionica carmina componebat, eaque ipse histrionis more in scena recitabat. Unde etiam Chorica dicuntur.

Μυρμιδόνες. ὄνομα ἔθνους.

Μυρμιδόνες. Myrmidones. Nomen gentis.

Μυροκλῆς, [8] Σαλαμίνιος τὸ γένος, τῶν παρ' Ἀθηναίοις οὐκ [9] ἀφανῶς πολιτευσαμένων.

Μυροκλῆς. Myrocles, genere Salaminius, cujus illustre est nomen inter eos, qui Reip. Atheniensium præfuerunt.

Μυρομένη. ὀδυρομένη. θρηνοῦσα.

Μυρομένη. Lugens. Lamentans.

Μύρον [10] διατριπτικόν. παρὰ τὸ διατρίβειν καὶ ἀναβάλλεσθαι. οἷον, τὸ διατριβῆς γέμον, καὶ βραδυτῆτος. ἢ ὅτι ἐπιτριβόμενα ἔνια τῶν μύρων ἡδίω γίνεται. ἅμα δὲ καὶ παρὰ τὴν διατριβήν.

Μύρον διατριπτικόν. [Sic unguentum Comicus vocat,] a morando & cunctando, quod διατρίβειν Græci vocant. Quasi dicas, unguentum moræ & cunctationis plenum. Vel quia nonnulla unguenta, si terantur, suaviorem odorem spirant. Simul etiam [alludit] ad moram & cunctationem.

Μύρον ἐπὶ κεφαλῆς. τὸ [11] ἀρχιερατικὸν ἔλαιον ἐξ ἡδυσμάτων συνέκειτο. ἀλλ' οὐδὲν ἐκεῖνο αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τοσαύτην εὐοσμίαν ἠφίει· ἡ δὲ πάντων μίξις καὶ κρᾶσις πλείστην ὅσην τὴν εὐωδίαν εἰργάζετο. τούτῳ τὴν ἀδελφικὴν εἰκότως συμφωνίαν ἀπείκασεν. ἡ γὰρ τῶν πλειόνων κατορθωμάτων συνεισφορὰ τῆς τελείας ἀρετῆς τὴν εὐοσμίαν ἐργάζεται.

Μύρον ἐπὶ κεφαλῆς. Unguentum super caput. Oleum summi Pontificis ex suavibus odoribus compositum erat. Non enim, si simplex fuisset, per se ipsum tam suaviter olere potuisset; sed variorum unguentorum mixtio eximiam illam odoris suavitatem efficiebat. Huic [unguento David] fraternam concordiam merito comparavit. Plurium enim virtutum collatio perfectæ virtutis suavitatem efficit.

Μυρόπη. ὄνομα κύριον.

Μυρόπη. Myrope. Nomen proprium.

Μυροπώλιον.

Μυροπώλιον. Officina unguentaria.

Μυρώ, [12] Βυζαντία, ποιήτρια ἐπῶν, καὶ ἐλεγείων,

Μυρώ. Myro Byzantia, poetria: quæ ver-

1 Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου] Locus Demosthenis exstat in initio orationis contra Æschinem, sive περὶ παραπρεσβείας, & sic habet: Καὶ ἀπαγγέλλων μετὰ ταῦθ' ἥκων ἐξ Ἀρκαδίας τοὺς καλοὺς ἐκείνους καὶ μακροὺς λόγους, οὓς ἐν τοῖς Μυρίοις ἐν Μεγάλῃ πόλει πρὸς Ἱερώνυμον τὸν ὑπὲρ Φιλίππου λέγοντα ὑπὲρ ὑμῶν ἔφη δεδημηγορηκέναι. Cæterum Μύριοι illi, sive concilium decies mille virorum, apud Arcades institutum fuit Olymp. CII. anno post pugnam Leuctricam, auctore & suasore Lycomede Tegeate, ut refert Diodorus lib. XV. pag. 372. Eorum aliquoties meminit Xenophon.

2 Μέμνηνται] Harpocratio melius, μνημονεύουσι.

3 Μυρλεανός. ὄνομα π.] Scribe & supple, Μυρλεανός. ἐθνικόν. Μύρλεια. ὄνομα πόλεως, &c. Vide Stephanum Byzantium.

4 Μυρμηκανθρώποις] Fabulæ hujus plures scriptores meminerunt. Vide infra v. Φερεκράτης.

5 Μυρμηκίδην ἀντιπαραθέμενον τῇ Φειδ.] Hæc sunt verba Juliani orat. III. pag. 108. unde sensus hujus loci supplendus est. Vide etiam supra v. Φειδίας.

6 Μυρμήκων ἀτρ.] Est versus Aristophanis *Thesmophor.* p. 771. sed ubi legitur μύρμηκος, uti etiam hic apud Suidam legendum est.

7 Ὑποκρίνεται] Infra v. Χορικὸς, ubi locus hic repetitur, rectius legitur, ὑπεκρίνετο.

8 Μυροκλῆς. Σαλαμ.] Ex Harpocratione: sed apud quem rectius legitur Μοιροκλῆς, per dipthongum οι in syllaba prima. Loca auctorum, in quibus Mœroclis hujus mentio fit, annotavit Meursius *Lect. Attic.* lib. I. cap. XIII. cujus scrinia hic non compilabo.

9 Ἀφανῶς] Sic recte Harpocratio. At priores Editt. male, ἀπό.

10 Μύρον διατριπτικόν. παρὰ τὸ διατρ.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis *Lysistrata*, pag. 894.

Οὐχ ἡδὺ τὸ μύρον, μὰ τὸν Ἀπόλλω, τουτογί,
Εἰ μὴ διατριπτικόν τι, κοὐκ ὄζον γάμου.

11 Τὸ ἀρχιερατικὸν ἔλαιον ἐξ ἡδυσμ.] Hæc excerpta sunt ex Theodoreto ad Psalm. CXXXII. ut Pearsonius monuit.

12 Μυρώ, Βυζαντ.] Ejus meminit Athen. lib. XI. cap. XII. pag. 490. sed qui eam Μοιρὼ vocat, per diphthongum οι. Verba ejus hæc sunt: Πρώτη δὲ ἡ Μοιρὼ ἡ Βυζαντία καλῶς ἐδέξατο τὸν νοῦν τῶν Ὁ-

καὶ μελῶν, Ὁμήρου τοῦ τραγικοῦ [1] θυγάτηρ, γυνὴ Ἀνδρομάχου τοῦ ἐπικληθέντος Φιλολόγου.

Μυρὼ, Ῥοδία, Φιλόσοφος. Χρείας γυναικῶν βασιλίδων, καὶ μύθους.

Μύρων, Μύρωνος. ὄνομα κύριον. καὶ Μυρωνίδης, ὁ τοῦ Μύρωνος.

Μυρσινών. ὄνομα τόπου. μυρσινῶνος.

Μύρτα. ὁ καρπὸς τῆς μυῤῥίνης.

Μύρτης. [2] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος καταλέγων τοὺς προδεδωκότας ἑκάστην πόλιν, φησὶν, Ἀργείων Μύρτης, Τηλέδαμος, Μνασέας. Θεόπομπος δὲ Πασέαν καὶ [3] Ἀμυρτῶν ὀνομάζει τῶν Ἀργείων τοὺς Μακεδονίζοντας. ἰδεῖν οὖν, εἰ γραφικὰ ἐστὶν ἁμαρτήματα.

Μυρτίλος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, υἱὸς μὲν Λυσίδος, ἀδελφὸς δὲ τοῦ κωμικοῦ Ἑρμίππου. δράματα αὐτοῦ, [4] Τιτανοπᾶνες, Ἔρωτες.

Μύρτον. τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. [5] Ἀριστοφάνης· Οὐδὲ τοῦ μύρτου θίγειν ἐῶντι πρὶν ἐξ ἑνὸς λόγου σπονδὰς ποιησόμεθα ποτὲ τὰν Ἑλλάδα.

Μύρτον. τὸ σχῆμα τοῦ γυναικείου αἰδοίου, οὗ τὸ μεταξὺ κλειτορίς. ἀφ' οὗ τὸ ἀκολάστως [6] ἐπιάπτεσθαι, κλειτορίζεσθαι. τὸ δὲ χεῖλος, ὑποδερίς· τὸ δὲ σύμπτωμα, [7] μυρτοχείλη.

Μυρτώνιον. [8] Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Φρούριον ἦν ἐν Θρᾴκῃ.

Μῦς. ὄνομα κύριον. ἦν δὲ πύκτης. σημαίνει δὲ καὶ εἶδος ζωΰφίου.

Μύσαντος. καμμύσαντος. καὶ ἔμυσας, ἤγουν ἐκάμμυσας.

[9] Ἀκμαίην πρὸς ἔρωτα καὶ ἡδέα Κύπριδος ἔργα,
Πατροφίλα, γλυκεροὺς τοὺς γλυκεροὺς ἔμυσας.

Μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος. ἐπὶ τῶν πρότερον μὲν τολμηρῶν καὶ ἀναιδῶν, ἀθρόως δὲ δειλῶν ἀναφανέντων.

Μῦς [10] δ' αὖ φανεὶς, [11] ἔνδηλος ἐν τρόποις πέλει.

Μυσάττομαι. ἀποστρέφομαι. βδελύττομαι.

suis heroicos & elegiacos & melicos scripsit; Homeri Tragici filia, uxor Andromachi, cognomento Philologi.

Μυρώ. Myro, Rhodia, Philosopha. [Scripsit] Chrias Reginarum, & fabulas.

Μύρων. Myron, Myronis. Nomen proprium. Et Μυρωνίδης, Myronis filius.

Μυρσινών, ῶνος. Locus, in quo myrti nascuntur. Myrtetum.

Μύρτα. Myrta. Myrti baccæ.

Μύρτης. Myrtes. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, recensens singularum urbium proditores, dicit: *Argivorum Myrtis, Teledamas, Mnaseas.* Theopompus vero illos, qui inter Argivos Macedonum partibus favebant, Paseam & Amyrtoum vocat. Videndum igitur est, annon sit erratum librarii.

Μυρτίλος. Myrtilus, Atheniensis, Comicus, filius Lysidis, frater vero Comici Hermippi. Fabulæ ejus sunt *Titanopanes*, *Amores.*

Μύρτον. Muliebre pudendum. Aristophanes: *Nam mulieres hortum suum a nobis ne attingi quidem sinunt, priusquam consentientibus omnium voluntatibus cum universa Græcia fœdus faciamus.*

Μύρτον. Figura pudendi muliebris: cujus pars media vocatur κλειτορίς. Hinc pudendum muliebre lascive attrectare, κλειτοριάζειν dicitur. Pellicula vero pudendi illius dicitur ὑποδερίς: & labrum, μυρτοχειλίς.

Μυρτώνιον. Myrtonium. Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte. Castellum erat in Thracia.

Μῦς. Mus. Nomen proprium pugilis. Significat autem & genus animalculi, i. e. murem.

Μύσαντος. Illius, qui clausit oculos. Qui connivit. Et ἔμυσας, connivisti, vel oculos clausisti. [In Epigrammate:] *Nuptiis matura, & ad jucunda Veneris opera per ætatem apta, Patrophila, dulces oculos clausisti.*

Μῦς ἄρτι πίσσ. *Mus modo picem gustans.* De iis dicitur, qui, cum ante audaces & impudentes essent, subito timidi apparent.

Μῦς δ' αὖ φαν. *Mus apparens apertos mores significat.*

Μυσάττομαι. Aversor. Abominor. Detestor.

μέρει ποιημάτων, ἐν τῇ Μνημοσύνῃ ἐπιγραφομένῃ. Μυρὼ etiam vocatur ab Eustathio ad Il. Ω. pag. 1351. & ad Odyss. Μ. pag. 1713. Eadem fuerit Myro, quæ hymnum in Neptunum scripsit. Eustathius ad Il. Β. pag. 327. Περιάδει) δὲ ὁμοίως καί τις Μυρὼ, ἡ καὶ εἰς Ποσειδῶνα γράψασα ὕμνον.

1 Θυγάτηρ] Leo Allatius *de Patria Homeri,* cap. XVI. recte monuit, pro θυγάτηρ hic scribendum esse μήτηρ. Myro enim Homeri Tragici mater fuit, ut non solum patet ex ipso Suida infra v. Ὅμηρος, Ἀνδρ. sed etiam ex Christodoro, qui in descriptione statuæ Homeri Tragici, quæ in Gymnasio Zeuxippi erat, diserte ait:

Ἀλλ' ὃν Θρηϊκίοισι παρ' ᾐόσι γείνατο μήτηρ
Μυρὼ κυδαλίμων Βυζαντίς.

Idem etiam confirmat Scholiastes Hephæstionis, cujus verba adducit Leo Allatius loco laudato.

2 Μύρτης. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπ.] Ex Harpocratione: sed apud quem legitur Μύρτις, per ι in syllaba ultima. Eam lectionem confirmat etiam Demosthenes pag. 354. ubi locus ille exstat, ad quem Suidas, vel potius Harpocratio, hic respexit.

3 Ἀμυρτῶν] Harpocratio habet, Ἀμυρταῖον.

4 Τιτανοπᾶνες] Meursius in *Bibliotheca Attica* emendat Τιτανόπανας, auctoritate Aspasii, qui lib. IV. cap. II. in Aristot. *Ethic.* Myrtilum ἐν Τιτανόπασι laudat. Fabulæ hujus nomen corruptum etiam est apud Enarratorem Comici ad *Aves,* pag. 610. ubi hodie legitur, Μυρτίλος ἐν τῇ Τανοπαίσῃ. Rescribe, ἐν Τιτανόπασι. Cæterum, alius est Myrtilus historicus, de quo vide Vossium.

5 Ἀριστοφάνης] Pag. 897. (564. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Ταὶ γὰρ γυναῖκες οὐδὲ τῶ μύρτω θιγῆν
Ἐῶντι, πρὶν ἅπαντες ἐξ ἑνὸς λόγω
Σπονδὰς ποιησόμεσθα ποττὰν Ἑλλάδα.

Hinc Suidam emendabis.

6 Ἐπιάπτ.] Scribe ἅπτεσθαι, ut recte legitur supra v. Κλειτοριάζειν.

7 Μυρτοχείλη] Potius, μυρτοχειλίς. Vide Lexica.

8 Μυρτώνιον. Δημ.] Ex Harpocratione: sed apud quem, ut & apud Demosthenem, legitur Μύρτιον.

9 Ἀκμαίην πρὸς ἔρ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XII. Epigr. X. ut & Portus observaverat.

10 Μῦς δ' αὖ φαν.] Est versus onirocriticus, qui legitur apud Astrampsychum. Nicephorus vero sic habet:

Μῦς ἀναφανεὶς δῆλον ἐμφαίνει τρόπον.

Metrum claudicat, quod fulcietur, si pro δῆλον scripseris ἔνδηλον.

11 Ἔνδηλος] Sic recte legitur in uno MS. Paris. itemque apud Astrampsychum. At priores Editt. male habent, ἔνδηλος.

Μυσά-

Μυσάχνη. ἡ πόρνη, παρὰ Ἀρχιλόχῳ· καὶ ἐργάτις, καὶ [1] δῆμος, καὶ παχεῖα. Ἱππώναξ δὲ βορβορόπην καὶ ἀκάθαρτον ταύτην φησίν· ἀπὸ τοῦ βορβόρου. καὶ ἀνασυρτόπολιν· ἀπὸ τοῦ ἀνασύρεσθαι. Ἀνακρέων δὲ, πανδοσίαν, καὶ λεωφόρον, καὶ μανιόκηπον. κῆπος γὰρ τὸ μόριον. Εὔπολις, εἰλίποδα· ἐκ τῆς εἰλήσεως τῶν ποδῶν τῆς κατὰ τὴν μῖξιν.

Μυσάχνη. Sic apud Archilochum vocatur meretrix. Item, ἐργάτις, & δῆμος, & παχεῖα. Hipponax vero eam appellat βορβορόπην, i. e. impuram; a βόρβορος, cœnum, lutum: itemque ἀνασυρτόπολιν; ab ἀνασύρεσθαι, i. e. veste retracta pudenda retegere. Anacreon, πανδοσίαν, i. e. omnibus sui copiam facientem, λεωφόρον, viam publicam, & μανιόκηπον, hortum insaniæ. Κῆπος enim pudendum muliebre significat. Eupolis εἰλίποδα, i. e. pedes implicantem & conturbantem in coitu.

Μυσὶ κανθαρίς. ἐπὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων.

Μυσὶ κανθαρίς. Muribus cantharis. De nullius pretii rebus dicitur.

Μυσίων. Θρακικῶν. μέρη γὰρ τῆς Θρᾴκης πολλὰ περὶ τὴν Μυσίαν. [2] Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι κρημνῶν ἄπο Μυσίων. τουτέστι, χωρίων.

Μυσίων. Mysiorum. Id est, Thracicorum. Magna enim Thraciæ pars Mysiæ vicina est. *Teucer modo ex regione Mysiæ huc venit.*

Μύσκελος. [3] οὗτος χρησμοῦ δοθέντος, τὴν ὑγίειαν τοῦ πλούτου προέκρινε. ὁ δὲ χρησμὸς οὗτος·

Χάρης καὶ πόλεως οἰκήτορα λαὸν ἔχοντες,
Ἤλθετ' ἐρησόμενοι Φοῖβον, τίνα γαῖαν ἵκησθε.
Ἀλλ' ἄγε δὴ φράζεσθ', ἀγαθῶν πότερόν κεν ἕλοισθε,
Πλοῦτον ἔχειν κτεάνων, ἢ τερπνοτάτην ὑγίειαν.

Καὶ ἀκούσαντες, ὁ μὲν Ἀρχίας πλοῦτον αἱρεῖται· πλουσιοι γὰρ οἱ Συρακούσιοι· ὁ δὲ Μύσκελος, ὑγίειαν· καὶ εἰσὶν ἐῤῥωμένοι οἱ Κροτωνιᾶται.

Μύσκελος. Myscelus. Hic accepto oraculo, sanitatem divitiis anteposuit. Oraculum autem tale fuit: *Vos, novæ coloniæ duces, venistis interrogaturi Apollinem, in quam regionem vobis proficiscendum sit. Quare agite, considerate nunc, utrum bonorum eligere præstet: an copiam divitiarum, an vero suavissimam sanitatem.* His auditis, Archias divitias elegit; (unde Syracusani divites evaserunt) Myscelus vero sanitatem: quæ ratio est, quare Crotoniatæ robusti sint.

Μύσκελος. ὄνομα κύριον. [4] καὶ χρησμὸς ἐχρήσθη αἰθρίας οὔσης ὕειν αὐτὸν κτίζοντα πόλιν, ὅπου ἂν αὐτὸν ἐξ αἰθρίας ὑετὸς λάβοι. ὁ δὲ ᾤετο οὐκ ἄν ποτε ὑφ' αὐτοῦ κτισθήσεσθαι πόλιν, διὰ τὸ ἀδύνατον τοῦ χρησμοῦ. γενομένῳ δὲ αὐτῷ κατὰ τὴν Ἰταλίαν, καὶ ἀμηχανοῦντι περὶ τὴν κτίσιν, παρακαθίσασαν τὴν παλλακίδα δακρύειν, ὀδυρομένην τὰς πλάνας, καί πως ἐνεχθῆναι τὰ δάκρυα τῆς αἰθρίας. τοῦτο γὰρ ὠνομάζετο κατὰ τοὺς Μυσκέλου χρησμούς. τὸν δὲ συμβαλλόμενον τέλος εἰληφέναι τὸν χρησμὸν, ἐκεῖ κτίσαι πόλιν.

Μύσκελος. Myscelus. Hic oraculo jussus est urbem condere, ubi cœlo sereno pluvia eum deprehendisset. Ille autem putabat, nunquam a se urbem conditum iri, quod oraculum nullum exitum habere posset. Cum vero in Italiam venisset, & de condenda urbe sollicitus esset, ajunt concubinam ipsi adsidentem lacrymari cœpisse, deplorantem errores suos; casuque quodam contigisse, ut cœlo sereno lacrymæ istæ, quas oraculum Myscelo redditum pluviam vocabat, funderentur. Ille igitur, cum oraculum ad finem perductum esse conjecisset, urbem illic condidit.

Μῦς λευκός. οἱ κατοικίδιοι μύες ἄγαν πρὸς τὴν ὀχείαν κεκίνηνται, καὶ μάλιστα οἱ λευκοί. οὗτοι δέ εἰσι θήλεις. ἐπὶ τῶν ἀκρατῶν περὶ τὰ ἀφροδίσια εἴρηται ἡ παροιμία.

Μῦς λευκός. Mus albus. Domestici mures ad coitum valde proclives sunt; præcipue vero albi, qui sunt fœminæ. Dicitur igitur proverbium hoc in homines valde libidinosos & in venerem proclives.

Μύσος. μίασμα.

Μύσος. Piaculum. Scelus.

Μύσωνα. [5] τὸν Χηνέαν.

Μύσωνα. Mysonem, Cheneum.

Μυσῶν [6] λεία. παροιμία τίς ἐστι, λαβοῦσα τὴν ἀρχὴν ἀπὸ [7] τῶν καταδρομῶν τῶν ἀστυγειτόνων καὶ λῃστῶν τῆς Μυσίας, κατὰ τὴν Τηλέφου τοῦ βασιλέως ἀποδημίαν.

Μυσῶν λεία. Mysorum prædatio. Proverbio huic locum dederunt latrocinia, quibus vicini prædones Mysiam infestabant, Telepho Rege peregre profecto.

Μυσῶν λεία. παροιμία ἐπὶ τῶν κακῶς διαρπαζομένων. οἱ γὰρ περίοικοι κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς Μυσοὺς ἐλῄζοντο.

Μυσῶν λεία. Mysorum prædatio. Proverbium in eos, quorum res hostiliter diripiuntur. Finitimi enim illo tempore, quo Telephus aberat, ex Mysia prædas egerunt.

1 Δῆμος] Lego, δήμιος, i. e. *publica*.

2 Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι κρ.] Sophocles *Ajace*, pag. 44. 45. ut Portus monuit. Ibi autem sic legitur:

Τεῦκρος πάρεστιν ἄρτι Μυσίων ἄπο
Κρημνῶν. ——

Sic etiam apud Suidam scribendum est.

3 Μύσκελος. οὗτος χρησμοῦ δοθ.] Confer Nostrum supra v. Ἀρχίας, ubi eadem leguntur.

4 Καὶ χρησμὸς ἐχρήσθη αἰθρίας οὔσης ὕειν αὐτὸν κτίζοντα π.] Scribe: Καὶ χρησμὸν Μυσκέλῳ φασὶ δοθῆναι, κτίζειν πόλιν, ὅπου ἂν αὐτὸν ἐξ αἰθρίας, &c. Sic enim recte legitur apud Scholiastam Aristophanis ad *Nubes*, pag. 148. (82. Ed. Bas. *P.*) unde totum hunc locum Suidas excerpsit. Verba enim illa, ἐχρήσθη αἰθρίας ὕειν αὐτὸν, sunt ipsius Aristophanis, quæ compilator male cum verbis Scholiastæ miscuit.

5 Τὸν Χηνέαν] Scribe, τὸν Χηνέα. Myso enim erat Χηνεύς, ut præter alios testatur Laertius, qui ejus vitam descripsit.

6 Μυσῶν λεία. παροιμία τ.] Ex Harpocratione. Locus autem Demosthenis, ad quem nota hæc referenda est, exstat in oratione pro Ctesiphonte, pag. 322.

7 Ἀπὸ τῶν καταδρομῶν τῶν ἀσ.] Scribe, ὑπὸ τῶν καταδραμόντων ἀστυγειτόνων καὶ λῃστῶν τὴν Μυσίαν, ut habet Harpocratio.

Μῦς[1] πίττης γεύεται. ἐπὶ τῶν νεωστὶ ἀπαλλαγέντων μετὰ κόπου. καὶ, Ὅσα μῦς ἐν πίττῃ. ἀπὸ Μυὸς τοῦ Ταραντίνου, κακῶς Ὀλυμπιάσιν ἀπαλλάξαντος.

Μῦς πίττης γεύεται. *Mus picem gustat.* De iis dicitur, qui modo molestia aliqua defuncti sunt. Et, *Tanquam mus in pice.* Ductum hoc est a Mure Tarentino, qui victus ex certamine Olympico discessit.

Μυσταγωγεῖ. αἰτιατικῇ. μυστήρια ἐπιτελεῖ. ὡς μυστήρια ἄγει, ἢ ἐκδιδάσκει.

Μυσταγωγεῖ. Accusativo jungitur. Mysteria tradit, vel docet. Proprie, mysteria agit.

Μυσταγωγός. ἱερεύς. μυστηρίων διδάσκαλος.

Μυσταγωγός. Sacerdos. Mysteriorum doctor, vel magister.

Μύσταξ. τὸ χεῖλος. [2] Ἰωάννης τὸν Μυστάκωνα παρεστήσατο, καὶ χειροτονεῖ τὸν Λογγίβαρδον.

Μύσταξ. Mystacem. [Et Μυστάκων, Mystacon. Nomen proprium.] *Joannem Mystaconem magistratu movit, & Longobardum in ejus locum elegit.*

Μυστιπόλος. ὁ περὶ τὰ μυστήρια ἀναστρεφόμενος.

Μυστιπόλος. Qui circa mysteria versatur. Mysta.

Μυστήρια. τελεταί. μυστήρια ἐκλήθησαν, παρὰ τὸ τοὺς ἀκούοντας μύειν τὸ στόμα, καὶ μηδενὶ ταῦτα ἐξηγεῖσθαι. μύειν δέ ἐστι, τὸ κλείειν.

Μυστήρια. Mysteria. Arcana sacra. Initia. Μυστήρια autem dicta sunt a μύειν, i. e. claudere; quod qui ea audirent, os clauderent, sive tacerent, nec ea ulli enuntiarent.

Μύστης. ὁ τὰ μυστήρια ἐπιστάμενος, ἢ διδάσκων.

Μύστης. Mystes, vel mysta. Id est, mysteriorum peritus, vel mysteriorum doctor.

Μυστιλᾶται.[3] καταβρόχει. ἰδίως δὲ μυστίλη λέγεται ὁ ἄρτος, ὁ τοῖς κυσὶ βαλλόμενος. καὶ μεμυστιλημένας, ἀντὶ τοῦ, κατειργασμένας, μεμασημένας.

Μυστιλᾶται. Comedit. Sorbet. Proprie vero μυστίλη vocatur panis, qui canibus objicitur. Et μεμυστιλημένας, dentibus comminutas, mansas.

Μυστίλην. ψωμόν. κοῖλον ἄρτον, ὃν ἐποίουν, ἵνα ζωμὸν δι' αὐτοῦ ῥοφῶσι.

Μυστίλην. Frustum panis excavati, quo jus sorbebatur.

Μύτιλις, μύτιλεως. καὶ τὰς μύτιλις.

Μύτιλις. Atramentum sepiæ. Et [in plurali accusat.] τὰς μύτιλις.

Μυττωτόν.[4] ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδου. κατασκευάζεται δὲ ἀπὸ τυροῦ, καὶ σκορόδου, καὶ ᾠοῦ. ἀπὸ τοῦ παντὸς οὖν τοῦ σκευάσματος τὸ μέρος ἐδήλωσε. τουτέστι, τὰ σκόροδα.

Οἴμοι τάλας, μυττωτὸν ὅσον ἀπώλεσα.

Μυττωτόν. Alliatum. Moretum. Sive, intritum quoddam ex alliis confectum. Paratur vero ex caseo, alliis, & ovo. A toto igitur edulio partem significat: allia scilicet. [Aristophanes:] *Hei mihi misero, quantum moreti amisi!*

Μυχαίτατον. ἐσώτατον. καὶ μυχοίτατον. καὶ Μυχεία, ἡ Ἀφροδίτη.

Μυχαίτατον, & μυχοίτατον. Penitissimum. Intimum. Quod est in intimo recessu situm. Et Μυχεία, epithetum Veneris.

Μυχθίζεις. χλευάζεις. μυκτηρίζεις. ἐν[5] Ἐπιγράμματι·

——— Καὶ σιμὰ σεσηρὼς

Μυχθίζεις τάχα που Σαρδόνιον γελάσεις.

Μυχθίζεις. Irrides. Naso suspenso derides. In Epigrammate: *Et simis naribus oreque hianti nos irridens, fortasse Sardonium risum ridebis.*

Μύχιος σπέαγξ.

Μύχιος σπέαγξ. Intima caverna. Reconditum antrum.

Μύχος. ἢ μυχός. ὁ ἐνδότατος τόπος.

[6] Ὥς σφιν γένηται γηροβοσκὸς εἰσαεί,

Μέχρις ἂν μυχοὺς κίχωσι τοῦ κάτω Θεοῦ.

Μύχος, vel μυχός. Locus intimus. Recessus. Penetrale. [Sophocles:] *Ut eos in senectute semper alat & foveat, donec ad imam Plutonis domum descendant.*

Μυχαί. παρὰ Ἡροδότῳ, καταδύσεις. τὰ ἔνδον.

Μυχαί. Sic apud Herodotum vocantur loca subterranea, sive latibula, & specus. Item, penetralia.

N A.

Ναασών. ὄνομα κύριον.

Ναασών. Naason. Nomen proprium.

Νάβα. παρὰ Ῥωμαίοις τὸ [7] πορθμεῖον. Φαίνεται δὲ ἐν πολλοῖς μὴ διεστῶσα τῆς Ἑλλάδος Φω-

Νάβα. Sic apud Romanos vocatur navis, quo fretum aliquod trajicitur. In mul-

1 Μῦς πίττης γεύεται] Vide supra, Μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος.

2 Ἰωάννης τὸν Μυσ.] Scribendum puto, Ἰωάννην τὸν Μυστάκωνα: & deinde, μετεστήσατο. Fuit enim olim Joannes quidam, a mystace Μυστάκων cognominatus, cujus meminit Theophyl. Simoc. lib. 1. cap. IX.

3 Μυστιλᾶται] Scribendum est, μυστιλλᾶται, per duplex λ. Aristophanes *Equit.* pag. 338. (236. Ed. Bas. P.)

Καταβροχθίζει, κἀμφαγὼν χεροῖν

Μυστιλλᾶται τῶν δημοσίων.

Scholiasta ad eum locum: Μυστιλλᾶται. καταβροχθίζει. ἰδίως δὲ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς μύστιλλαι ἐκάλουν τὸν ἄρτον τὸν τοῖς κυσὶ παραβαλλόμενον. Hinc Suidas sua deprompsit.

4 Μυττωτόν. ὑπότριμμά τι διὰ σκ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 379. (268. Ed. Bas. P.)

5 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VII. pag. 612.

6 Ὥς σφιν γένηται γηρ.] Duo hi senarii leguntur apud Sophoclem *Ajace*, pag. 34. ut Portus monuit.

7 Πορθμεῖον] Potius πορθμίον, per ι. Nam πορθμεῖον, per ει, fretum significat.

νῆς ἡ Ῥωμαϊκή. ναῦς γὰρ, καὶ νάβα, ἐγγύς.

Ναβάται. γένος Ἀράβων. Ὁ δὲ πέμπει πρὸς Ἄραβας, τοὺς λεγομένους Ναβάτας. καὶ Ναβαταῖοι, ἐθνικόν.

Νάβλα. εἶδος ὀργάνου.

Νάβις, Νάβιδος. Λακεδαιμονίων τύραννος.

Ναβουθᾶς.[1] οὗτος ἦν ἐπὶ Ἀχαάβ, ἐξ Ἰζάρου πόλεως, ἀγρογείτων ὤν. τοῦ δὲ βασιλέως Ἀχαάβ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἀποδόσθαι τιμῆς ὅσης βούλεται τὸν πλησίον αὐτοῦ ἴδιον ἀγρὸν, ἵνα συνάψας αὐτὸν, ἓν ποιήσῃ κτῆμα· εἰ δὲ μὴ βούλοιτο χρήματα λαβεῖν, ἐπιτρέποντος ἐκλέξασθαι τῶν ἀγρῶν τινα τῶν ἐκείνου· τοῦτο μὲν οὔ φησι ποιήσειν, αὐτὸς δὲ τὴν ἰδίαν καρπώσασθαι γῆν, ἣν ἐκληρονόμησε τοῦ πατρός. λυπηθεὶς δὲ ὡς ἐφ' ὕβρει τὸ μὴ ἀλλότρια λαβεῖν ὁ βασιλεὺς, οὔτε λουτρὸν προσηνέγκατο, οὔτε τροφήν. τῆς δὲ Ἰεζάβελ πυνθανομένης ὅ, τι λυπεῖται, διηγήσατο αὐτῇ τὴν Ναβουθᾶ σκαιότητα. καὶ ὡς χρησάμενος πρὸς αὐτὸν λόγοις ἐπιεικέσι, καὶ βασιλικῆς ἐξουσίας ὑποδεεστέροις, ὑβρισθείη, μὴ τυχὼν ὧν ἠξίου. ἡ δὲ μὴ μικροψυχεῖν ἐπὶ τούτοις παρεκάλει, παυσάμενον δὲ τῆς λύπης, ἐπὶ τὴν συνήθη τραπέσθαι πρόνοιαν. μελήσειν γὰρ αὐτῇ περὶ τῆς Ναβουθᾶ τιμωρίας. καὶ παραχρῆμα πέμπει γράμματα πρὸς τοὺς ὑπερέχοντας τῶν Ἰουδαίων, ἐκ τοῦ Ἀχαὰβ ὀνόματος, νηστεῦσαι κελεύουσα, καὶ ποιησαμένους ἐκκλησίαν, προκαθίσαι μετ' αὐτὸν Ναβουθᾶν. εἶναι γὰρ αὐτὸν ἐκ γένους ἐπιφανοῦς. παρασκευασαμένη δὲ τρεῖς τολμηροὺς καταμαρτυρήσοντας αὐτοῦ, ὡς τὸν Θεὸν εἴη βλασφημήσας, καὶ τὸν βασιλέα, καταλεῦσαι· καὶ τούτῳ διαχρήσασθαι τῷ τρόπῳ. καὶ οὕτως ἀπέθανε. καὶ οὕτω προῖκα ἐκληρονόμησεν Ἀχαὰβ τὸν ἀμπελῶνα. ἀγανακτήσας δὲ ὁ Θεὸς, πέμπει Ἡλίαν τὸν προφήτην πρὸς Ἀχαὰβ περὶ τῶν πεπραγμένων ἐλέγξοντα, καὶ εἶπε τῷ Ἀχαάβ· Ἀνθ' ὧν ἀπέκτεινας ἀδίκως τὸν ἀληθῆ δεσπότην τοῦ χωρίου, κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸν Ναβουθᾶ νεκρὸν συνέβη ὑπὸ κυνῶν δαπανηθῆναι, τό τε σαυτοῦ αἷμα, καὶ τὸ τῆς γυναικὸς ἐκχυθήσεται, καὶ πᾶν σου τὸ γένος ἀπολεῖται, τοιαῦτα ἠσεβηκότος. ὁ δὲ Ἀχαὰβ μεταμελος γενόμενος, καὶ σακκίον ἐνδυσάμενος, γυμνοῖς τοῖς ποσὶ διῆγε, μὴ τρεφόμενος, ἀνθομολογούμενος τὰ ἡμαρτημένα, καὶ τὸν Θεὸν ἐξευμενίζων. ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τὸν προφήτην εἶπεν ὑπερβαλέσθαι τὴν τοῦ γένους τιμωρίαν, ἐπεὶ τοῖς τετολμημένοις μετανοεῖ· τελέσει δὲ τὴν ἀπειλὴν ἐπὶ τῷ υἱῷ τοῦ Ἀχαάβ.

tis enim lingua Romana a Græca non differt. Ναῦς enim & νάβα sunt voces affines.

Ναβάται. Nabatæ. Gens Arabum. *Ille vero mittit ad Arabas, qui Nabatæ vocantur.* Et Nabatæi, nomen gentile.

Νάβλα. Nabla. Instrumenti musici genus.

Νάβις. Nabis, Nabidis. Lacedæmoniorum tyrannus.

Ναβουθᾶς. Nabuthas. Hic fuit sub Achaabo, ex Isaro urbe, agrum possidens prædio ejus conterminum. Cum autem Rex Achaabus ipsum rogaret, ut pretio, quantumcunque vellet, suum agrum vicinum sibi venderet, ut illo cum cæteris suis agris conjuncto, possessionem unicam faceret; nisi vero pecuniam accipere vellet, se ipsi permittere, ut ex suis agris eligeret, quemcunque vellet: ille se hoc facturum negavit, & se suo agro frui velle dixit, quem a patre jure hæreditario accepisset. Rex autem, ut contumelia affectus, quod aliena non accepisset, nec balneis, nec cibo uti voluit. Cum autem quæreret Jesabel, cur tantopere doleret; Rex ipsi Nabuthæ rusticitatem narravit, & quomodo ipsum lenibus verbis, & regia Majestate indignis compellasset, & tamen ab eo contumeliose fuisset exceptus, quod iis potiri non potuisset, quæ petiisset. Illa vero Regem hortabatur, ne propterea desponderet animum, sed posito mœrore ad consuetam vivendi rationem rediret. Nam Nabuthæ pœnas sibi curæ fore dicebat. Et confestim literas ad Judæorum Principes mittit, Achaabi nomine scriptas, jejunium indicens. Et convocata concione jussit eos in primo loco Nabutham collocare. Nam ex illustri genere eum esse dicebat. Ipsa vero subornatis tribus audacibus hominibus, qui contra ipsum testarentur, ipsum Deo & Regi maledixisse, effecit, ut eum lapidibus obruerent, & hoc modo interficerent. Sic igitur illo mortuo, Achaabus vinea gratis potitus est. Deus vero indignatus, mittit Heliam Prophetam ad Achaabum, qui perpetratum facinus ipsi exprobraret. Et dixit Achaabo: Quia injuste occidisti verum vineæ dominum, in illo ipso loco, in quo accidit, ut Nabuthæ cadaver a canibus absumeretur, & tuus & uxoris tuæ sanguis effundetur, & totum tuum genus peribit ob hujusmodi facinoris impietatem. Achaabus vero pœnitentia ductus, sacco induto, nudis pedibus ambulabat, abstinens a cibo, suaque peccata confitens, & Deum placare studens. Deus vero Prophetæ dixit, se dilaturum generis supplicium, quod Rex facinoris perpetrati pœnitentia duceretur: sed se illas minas ad finem in Achaabi filio perducturum esse. *Port.*

Ναβουχοδονόσορ, βασιλεὺς Βαβυλῶνος. οὗτος κτίσας Βαβυλῶνα πόλιν μεγάλην, καὶ κιστέρναν, καὶ ἐπάνω αὐτῆς κῆπον τεχνησάμενος, τὸν κληθέντα κρεμαστὸν, καὶ καταφυτεύσας ἐν αὐτῷ παντοδαπὰ γένη

Ναβουχοδονόσορ. Nabuchodonosor, Rex Babylonis. Hic, cum condidisset Babylonem urbem magnam, & cisternam, & supra eam exstruxisset hortum, qui pensilis vocatur, & in eo omnigena plantarum genera plantasset,

1 Ναβουθᾶς. οὗτος ἦν ἐπὶ Ἀχαάβ, ἐξ Ἰζ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, ad verbum descripta sunt ex Josephi *Antiq. Jud.* lib. VIII. cap. XIV.

φυτῶν, ἐν αὐτῷ διῆγεν. εἰς τοῦτον δὲ ἡ γυνὴ αὐτοῦ περιπολοῦσα, καὶ πᾶσαν γῆν ἐκείνην ἐποπτεύουσα, κατετέρπετο, ὑπ' οὐδενὸς ὁρωμένη. ὁ δὲ Ναβουχοδονόσορ διαπορευόμενος ἔφη μετὰ ἐπάρσεως πολλῆς καὶ ἀλαζονείας· Οὐχ αὕτη ἐστὶ Βαβυλὼν ἡ μεγάλη, ἣν ἐγὼ εἰς οἶκον βασιλέως ἐν τῷ κράτει τῆς ἰσχύος μου εἰς τιμὴν τῆς δόξης μου ᾠκοδόμησα; καὶ ἔτι τοῦ λόγου ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ ὄντος, φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο· Σοὶ λέγω Ναβουχοδονόσορ· Ἡ βασιλεία σου παρῆλθεν ἀπὸ σοῦ, καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐκδιώξω σε, καὶ μετὰ θηρίων ἡ κατοίκησίς σου, καὶ χόρτον ὡς βοῦν ψωμιοῦσί σε· καὶ ἑπτὰ καιροὶ ἀλλαγήσονται ἐπὶ σὲ, ἕως οὗ γνῷς, ὅτι κυριεύει ὁ Ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων, καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐτήν. καὶ αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ λόγος συνετελέσθη ἐπὶ Ναβουχοδονόσορ. καὶ ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐξεδιώχθη, καὶ χόρτον ὡς βοῦς ἤσθιε, καὶ ἀπὸ τῆς δρόσου τοῦ οὐρανοῦ ἔπινε, καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐβάφη, καὶ αἱ τρίχες αὐτοῦ ὡς λέοντος ἐμεγαλύνθησαν, καὶ οἱ ὄνυχες ὡς ὀρνέου. μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν φησὶν ὁ αὐτὸς περὶ τῆς αὐτοῦ ἀποκαταστάσεως· Ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ αἱ φρένες μου ἐπεστράφησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ εἰς τὴν τιμὴν τῆς βασιλείας μου ἐπανῆλθον, καὶ ἡ μορφή μου ἐπέστρεψεν ἐπ' ἐμὲ, καὶ οἱ τύραννοί μου καὶ οἱ μεγιστᾶνές μου ἐζήτουν με, καὶ ἐπὶ τὴν βασιλείαν μου ἐκραταιώθην, καὶ μεγαλωσύνη περισσοτέρα προσετέθη μοι. νῦν οὖν ἐγὼ Ναβουχοδονόσορ αἰνῶ καὶ ὑπερυψῶ καὶ δοξάζω τὸν βασιλέα τοῦ οὐρανοῦ, ὅτι πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἀληθινὰ, καὶ αἱ τρίβοι αὐτοῦ κρίσεις, καὶ πάντας τοὺς πορευομένους ἐν ὑπερηφανίᾳ δύναται ταπεινῶσαι. καὶ Ἡσαΐας δὲ λέγει περὶ αὐτοῦ.

in eo degebat. Ejus autem uxor in eo versans, & omnem illam regionem circumspiciens, vehementer gaudebat, quod a nemine conspiceretur. Nabuchodonosor vero illum perambulans, cum magno fastu & arrogantia dixit: *An non hæc est illa magna Babylon, quam ego in Regis domum, mearum virium potentia, in meæ gloriæ honorem ædificavi?* Cum autem adhuc hæc oratio esset in ipsius ore, vox e cœlo edita est: *Dico tibi Nabuchodonosor, Regnum tuum tibi eripietur, & ex hominum consortio expellam te, & cum feris erit habitatio tua, teque tanquam bovem gramine pascent, septemque tempora transibunt super te, donec agnoscas, Altissimum esse dominum regnorum Mundi, & cui voluerit, ea dare posse.* Et eadem hora completus est ille sermo super Nabuchodonosorem. Nam ex hominum consortio expulsus est, herbamque bovis instar comedit, & de cœli rore bibit, & ipsius corpus tinctum est, & ipsius pili tanquam leonis creverunt, & ungues, sicut avis. Postea vero idem de sua in pristinum statum restitutione dicit: *In illo tempore mens mea reversa est ad me, & pristino regno restitutus sum, & forma mea ad me rediit, & Principes atque Magnates mei requisiverunt me, & in regno meo confirmatus sum, & magnificentia major addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & extollo, & celebro Regem cœli, quia omnia ejus opera sunt vera, & viæ justæ: idemque omnes superbos deprimere potest.* Esaias etiam de eo loquitur. *Port.*

Ναέται. οἰκήτορες.

Ναέται. Habitatores. Incolæ.

Ναζαρηνός· ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας.

Ναζαρηνός. Nazarenus. Sive, qui est ex Nazaret urbe Galilææ.

Ναζηραῖος. ὁ Θεῷ κεχαρισμένος, καὶ ἀφιερωμένος. ὁ μοναχός. [1] ἰστέον δὲ, ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλέως Ῥώμης, Πέτρου τοῦ Ἀποστόλου χειροτονήσαντος Εὐόδιον ἐν Ἀντιοχείᾳ, μετωνομάσθησαν οἱ πάλαι λεγόμενοι Ναζηραῖοι καὶ Γαλιλαῖοι, Χριστιανοί.

Ναζηραῖος. Nazeræus. Id est, Deo gratus & consecratus. Vel, monachus. Sciendum autem, tempore Claudii Romanorum Imperatoris, cum Petrus Apostolus Euodium Antiochiæ [Episcopum] creasset, illos, qui prius Nazaræi & Galilæi vocabantur, mutato nomine appellatos fuisse Christianos.

Νάζις. ἐθνικόν.

Νάζις. Nazis. Nomen gentis.

Ναζωραῖος. ὁ ἀπὸ τῆς Ναζαρέτ. ὡς καὶ Ναζαρηνός.

Ναζωραῖος. Nazoræus, sive, qui est ex Nazaret. Et Ναζαρηνός, idem.

Νάει. στάζει. ῥέει.

Νάει. Stillat. Fluit.

Ναΐδες. πηγαί. ἢ Νύμφαι περὶ τοῖς νάμασι διατρίβουσαι.

Ναΐδες. Naides, [vel Najades] Fontes. Vel Nymphæ, quæ circa fontes degunt.

Ναΐς, [2] ἡ καὶ Λαΐς. ἑταίρα τις, ἧς μέμνηται Λυσίας, καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Ἐρᾷ δὲ Λαῒς οὐ διὰ σὲ Φιλωνίδου;

ἄμεινον οὖν Ναῒς γράφειν, ἢ Λαΐς· ὡς καὶ [3] Ἀθήναιος ἐπισημαίνεται.

Ναΐς. Nais, quæ & Lais. Meretrix quædam: cujus meminit Lysias, & Aristophanes in *Pluto*, [sic inquiens:] *Nonne vero propter te Lais amat Philonidem?* Præstat igitur Ναῒς scribere, quam Λαΐς: ut & Athenæus notat.

Νάκην. προβάτων δοράν.

Νάκην. Pellem ovillam.

Νάκλις. πόλις περὶ Ἡλιούπολιν· ἐν ᾗ τὰ χαλυ-

Νάκλις. Naclis. Urbs prope Heliopolin,

1 Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐπὶ Κλαυδίου βασιλ.] Eadem Suidas habet infra v. Χριστιανοί.

2 Ναΐς, ἡ καὶ Λαΐς. ἑταίρα τ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Meursium *Exercit. Crit.* Part. II. lib. IV. cap. XXIX. & Holstenium ad Stephanum v. Βουκαρπία.

3 Ὡς καὶ Ἀθήναιος ἐπισημ.] Lib. XIII. pag. 592.

μένα

μένα [1]Ἄφακα. ζήτει περὶ τούτου καὶ ἐν τῷ Χειρόδωρος.

Νάκος. ἐντελὲς δέρμα. ἤτοι δορὰ προβάτου. ἡ ἀναλογία δὲ, ὡς βλάβη, βλάβος, καὶ νάπη, νάπος, καὶ δίψα, δίψος· οὕτω καὶ νάκη, νάκος. ὥσπερ δέ φασιν, ἡ ἀήτη, καὶ ἀρσενικῶς, ἀήτης, ἀήτου· καὶ ἀράχνη, καὶ ἀράχνης, ἀράχνου· οὕτω καὶ ἡ νάκη, ὁ νάκος. τριχῶς οὖν, ὁ νάκος, ἡ νάκη, καὶ τὸ νάκος. κυρίως δὲ, τὸ τοῦ αἰγὸς δέρμα, [2]καὶ κώδιον, καὶ κῶος. κῶας δὲ τὸ τοῦ προβάτου. [3]Ἰώσηπος· Ἔρπειν τὰ πολλὰ κελεύσας τοῖς εἰσιοῦσι, καὶ τὰ νῶτα καλύπτειν νάκεσιν, ὡς εἰ κατίδοι τις αὐτοὺς νύκτωρ, φαντασίαν παρέχοιεν κυνῶν. ἡ δοτικὴ, τῷ νάκει.

Νακοτίλται. οἱ τῶν προβάτων κουρεῖς.

Νακώλεια.[4] ὄνομα τόπου. ἰστέον δὲ, ὅτι κοινῶς μὲν τεθηλυνται ἡ Φρυγικὴ αὕτη πόλις, ἀπὸ Νακώλης νύμφης· ἐξ ἧς καὶ Νακώλαιον, ἡ αὐτὴ· ὡς [5]ἀπὸ νύμφης, νύμφαιον. ἐθνικὸν αὐτῆς Νακωλεὺς, ὡς Σελευκεύς. εὕρηται δὲ καὶ οὐδετέρως τὰ Νακώλεια.

Νακώνη.[6] πόλις Σικελίας, κατὰ τὸν Ἐθνικογράφον.

Νᾶμα. ὕδωρ ποτόν. τόπος κατάρρυτος ναματιαίοις ὕδασι.

Νάννακος.[7] παλαιὸς ἀνὴρ πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος. τοῦτον φασὶ βασιλέα γενέσθαι πρὸ τοῦ Δευκαλίωνος· ὃς προειδὼς τὸν μέλλοντα κατακλυσμὸν, συναγαγὼν πάντας εἰς τὸ ἱερὸν, μετὰ δακρύων ἱκέτευσε. καὶ παροιμία· [8]Ἀπὸ Νανάκου. ἐπὶ τῶν σφόδρα παλαιῶν καὶ ἀρχαίων.

Νάννιον.[9] Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν, Αἶγα λέγεσθαι φησὶ ταύτην ἑταίραν, διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον καταφαγεῖν. χαίρουσι γὰρ αἱ αἶγες τῷ θαλλῷ. ἔστι δὲ αὐτῆς μνήμη καὶ ἐν τῇ κωμωδίᾳ. Ἀντιφάνης δὲ ὁ νεώτερος ἐν τῷ περὶ τῶν ἑταιρῶν τὴν Νάννιον φησὶ Προσκήνιον ἐπονομάζεσθαι· διὰ τὸ ἔξωθεν δοκεῖν εὐμορφοτέραν εἶναι.

Νάννος.[10] ἐπὶ [11]τῶν μικρῶν, παρὰ Νεοκλείδῃ καὶ

in qua sunt illa, quæ vocantur Ἄφακα. Vide etiam de hoc in v. Χειρόδωρος.

Νάκος. Vellus ovinum, vel pellis ovilla, cui lana nondum detracta est. Analogia hæc est. Ut βλάβη & βλάβος dicitur, & νάπη & νάπος, & δίψα & δίψος: ita & νάκη & νάκος. Quemadmodum autem dicitur ἡ ἀήτη, & genere masculino ὁ ἀήτης, flatus; & ἀράχνη, & ἀράχνης, ἀράχνου, aranea: sic etiam ἡ νάκη, & ὁ νάκος. Tripliciter igitur vox ista effertur, ὁ νάκος, ἡ νάκη, & τὸ νάκος. Proprie vero sic vocatur pellis capræ; ut pellis ovilla, κώδιον, & κῶας. Josephus: *Jussit autem ingredientes ut plurimum repere, & caprinis pellibus terga tegere, ut iis, qui ipsos noctu conspexissent, speciem canum præberent.* Dativus est, τῷ νάκει.

Νακοτίλται. Ovium tonsores. [Vel, qui vellus ovillum vellunt.]

Νακώλεια. Nacolea. Nomen loci. Sciendum autem, hanc Phrygiæ urbem communiter genere fœminino efferri, [sicque dictam] a Nacola Nympha: unde etiam Νακώλαιον eadem vocatur; ut a νύμφη, νύμφαιον. Nomen gentile inde deductum est Νακωλεὺς, ut Σελευκεύς. Reperitur etiam neutrum τὰ Νακώλεια.

Νακώνη. Nacone. Urbs Siciliæ, secundum Ethnicographum.

Νᾶμα. Latex. Aqua quæ potari potest. Locus laticibus irriguus.

Νάννακος. Nannacus. Vir priscus ante Deucalionem. Hunc enim ante Deucalionem Regem fuisse dicunt: qui futurum diluvium præsciens, omnibus in templum congregatis, cum lachrymis [Deum] suppliciter oravit. Et proverbium: *A Nannaco.* Dicitur hoc de rebus admodum vetustis & antiquis.

Νάννιον. Nannium. Apollodorus in libro de Meretricibus, meretricem hanc ait dictam esse Capram, quod Thalli cauponis bona absumpsisset. Θαλλὸς enim apud Græcos termitem olivæ significat, qua capræ libenter vescuntur. Ejus etiam mentio fit apud Comicos. Antiphanes vero junior in libro de Meretricibus, Nannium ait Proscenium cognominatam esse, quod extrinsecus formosior esse videretur.

Νάνος. Nanus. Pumilio. Vocabulum hoc de

1 Ἄφακα] Erat locus in Phœnicia, cultu Veneris infamis, de quo præter alios vide Euseb. *de Vita Constant.* lib. III. cap. LV.

2 Καὶ κώδιον, καὶ κῶος. κῶας δὲ τὸ τοῦ πρ.] Scribendum potius est, ὡς κώδιον, καὶ κῶος, ἢ κῶας, τὸ τοῦ προβάτου. Confer Etymologum v. Νάκη.

3 Ἰώσηπος] Lib. III. *de Bello Jud.* cap. XIV. pag. 842.

4 Νακώλεια] Ex sequentibus patet, scribendum hic esse Νακωλία, cum accentu in penultima, ut sit singularis, & generis fœminini. Apud Stephanum Byzantium scriptum est, Νακολία, per ο.

5 Ὡς ἀπὸ νύμφης, νύμφαιον] Hinc Stephanum Byzantium emendabis, apud quem male legitur, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ νύμφης, νύμφαι.

6 Νακώνη] Stephanus Byzantius, Νακόνη, per ο.

7 Νάννακος] Alii Ἄννακον vocant. Stephanus Byzantius v. Ἰκόνιον: Φασὶ δ' ὅτι ἦν τις Ἄννακος, ὃς ἔζησεν ὑπὲρ τὰ τριακόσια ἔτη. τοὺς δὲ πέριξ μαντεύσασθαι, ἕως τίνος βιώσεται. ἐδόθη δὲ χρησμὸς, ὅτι τούτου τελευτήσαντος πάντες διαφθαρήσονται. οἱ δὲ Φρύγες ἀκούσαντες, ἐθρήνουν σφοδρῶς. ἀφ' οὗ παροιμία, τὸ ἐπὶ Ἀννάκου κλαύσειν· ἐπὶ τῶν λίαν οἰκτιζομένων. γενομένου δὲ τοῦ κατακλυσμοῦ ἐπὶ Δευκαλίωνος, πάντες διεφθάρησαν.

8 Ἀπὸ Νανάκου] Vide infra v. Τὰ ἀπὸ Νανάκου.

9 Νάννιον. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ π.] Hæc Suidas ab Harpocratione mutuatus est: Harpocratio vero ab Athenæo; sed qui de Nicone, non vero de Nannio meretrice ista narrat. En ejus verba, *Dipnosoph.* lib. XIII. pag. 587. Νικοῦς δὲ τῆς Σαμίας μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους. αὕτη δὲ ὅτι Αἲξ ἐπεκαλεῖτο, προειρήκαμεν, διὰ τὸ Θαλλὸν τὸν κάπηλον ἐξαναλῶσαι. ὅτι δὲ θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς Ἀκρόπολιν ἄνεισι τὸ ζῶον, οὐδ' ὅλως τῇ Ἀθηνᾷ θύεται διὰ τοῦτο, ἄλλος ἔσται λόγος, &c. Hinc Harpocrationis ἀβλεψία patescit; quam pluribus redarguit Maussacus ad Harpocrationem. Eum vide.

10 Νάννος] MS. Paris. A. habet, νάνος, per unum ν.

11 Ἐπὶ τῶν μικρῶν παρὰ Νεοκλείδῃ καὶ Ἀριστ.] In prioribus Editt. locus hic haud paulo auctior sic legitur: Ἐπὶ τῶν μικρῶν δοκεῖ παρὰ τὸ ἐπιρρεῖν τὴν ἄνω εἰρῆσθαι ἡ λέξις. κατακέχρηται γὰρ τῷ κυρίως νάνω, καθὰ καὶ τὰ βρέφη· ὡς καὶ μείζω τὰ ἄνω παρὰ Νεοκλείδῃ, &c. Sed omnia ista verba, δοκεῖ——μείζω τὰ ἄνω, merito expunxi, tum quia sensum & seriem orationis manifesto interrumpunt; tum etiam quia in MS. Paris. A. & Lexico Photii inedito desunt; in duobus aliis MSS. vero ad marginem leguntur: certissimo indicio, ea ab imperito quodam librario imprudenter in textum intrusa fuisse.

Ἀριστοτέλει. καὶ Θεόφραστος ὡς νάνον αἰδοῖον ἔχοντα μέγα. οἱ γὰρ νάνοι μέγα αἰδοῖον ἔχουσι. νάνοι δὲ λέγονται οἱ κολοβοὶ τῶν ἀνθρώπων. καὶ νανοφυεῖς. οἱ δὲ κολοβοὶ τῶν ἵππων, [1] ἰνοί.

hominibus pusillis dicitur apud Neoclidem & Aristotelem. Et Theophrastus de nano loquitur, ut magnum inguen habente. Nani enim magna inguina habent. Νάνοι autem vocantur pumiliones, sive homines pusilli. Et νανοφυεῖς, pumilionis staturam habentes. Equi vero pusilli vocantur ἰνοί.

Νάξης. [2] πόλις. καὶ Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. ὁ γράψας ὅτι Ναξία πόλις Καρίας, ὁ πολίτης, Νάξιος, καὶ Ναξιώτης· λέγει καὶ ὅτι πόλις Σικελίας Νάξος. καὶ Κρητικὴ δὲ, ἀφ' ἧς ἡ Ναξία λίθος· ἣν εἰ διὰ τοῦ ι γράφεις, κριτικὴ εἰλῆφθαι λέγει, ἀντὶ τοῦ διακρίνουσα, καὶ Φανεροῦσα. καὶ Κυκλὰς δὲ νῆσος ἐπίσημος ἡ Νάξος· ἢ ἀπό τινος Νάξου, ἢ παρὰ τὸ νάξαι, ὅ ἐστι [3] θῦσαι. Φασὶ δὲ τὰς ἐκεῖ Ναξίας γυναῖκας μόνας ὀκταμηνιαῖα τίκτειν, κατὰ δωρεὰν Ἥρας. καὶ Διόνυσος δὲ, Φασὶν, οὕτως ἐτέχθη. καὶ κρήνη δὲ καθ' Ἡρακλείδην ἐκεῖ, ἐξ ἧς οἶνος ῥεῖ μάλα ἡδύς.

Νάξης. Naxus, urbs. Et Naxius lapis, i. e. cos Cretensis. Naxus enim est urbs Cretæ. Is, qui scripsit, Naxiam esse Cariæ urbem, cujus civis dicatur Naxiensis, & Naxiota; dicit etiam, Naxum esse urbem Siciliæ: itemque Cretæ, a qua Naxius lapis dictus sit. Quod si pro Κρητικὴ scribas κριτικὴ, per ι [in syllaba prima,] tunc sic appellari dicit lapidem illum, quod quasi discernat & arguat [metalla.] Naxus etiam est una ex insulis Cycladibus, valde celebris, sic dicta vel a quodam Naxo; vel a νάξαι, i. e. immolare. Dicunt autem mulieres Naxias solas munere Junonis fœtus octimestres parere. Et Bacchum sic natum esse dicunt. Ibidem, ut auctor est Heraclides, fons est, ex quo vinum admodum suave manat.

Ναξιουργὴς [4] κάνθαρος. πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα κάνθαροι, ἐν Νάξῳ γινόμενα· ὡς νῦν Σίλφας λέγουσί τινα ἀκατίων εἴδη. Κρατῖνος δὲ λέγει, ὅτι θαλασσοκρατοῦντές ποτε Νάξιοι, ἐχρῶντο αὐτοῖς τοῖς κανθάροις. ἢ οὕτω τῶν πλοίων τὰς φεροῦσας πόλεις τὰς ἀρχιτεκτονίας ἐποίουν οἱ πρότεροι ἐπωνύμους· οἷον τοὺς νῦν λέμβους, Ναξιουργεῖς ὠνόμαζον. ἐκ τοῦ αὐτοῦ δὲ εἶναι καὶ Κνιδιουργεῖς, ἀπὸ Κνίδου· καὶ Κέρκουρα, ἀπὸ Κερκύρας· καὶ Πάρωνα, ἀπὸ Πάρου. [5] ἄντικρυς δὲ Μένανδρος ἐν Ναυκλήρῳ κάνθαρον εἶπε πλοῖον εἶναι. ἔστι δὲ καὶ εἶδος ποτηρίου. καὶ [6] ἐν Πειραιεῖ Κανθάρου λιμήν. τρεῖς γὰρ λιμένες εἰσίν· οὗτος ὁ Κανθάρου, καὶ τὸ Ἀφροδίσιον, καὶ κύκλῳ πέντε στοαί. ἀπὸ Κανθάρου ἥρωος.

Ναξιουργὴς κάνθαρος. Cantharus in insula Naxo factus. Erant enim Canthari naves quædam, sic dictæ; quæ in insula Naxo fabricabantur: ut nunc Silphas vocant quædam acatiorum genera. Cratinus vero dicit, Naxios quondam, cum maris imperium obtinerent, Cantharis usos fuisse. Vel, veteres navibus imponebant nomina, sumpta ab urbibus, ubi primum fabricatæ erant: veluti lembos, nunc ita dictos, Ναξιουργεῖς appellabant. Ob eandem rationem & [naves] Κνιδιουργεῖς dictæ sunt a Cnido; & Κέρκουρος, a Corcyra; & Πάρων, a Paro. Menander vero in *Nauclero* diserte ait, Cantharum esse navem. Est item genus poculi, In Piræeo quoque est portus Canthari. Tres enim ibi sunt portus, hic, [quem diximus,] Canthari, a Cantharo Heroe sic appellatus, & Aphrodisius: circa quos sunt quinque porticus.

Ναπᾶται. πόλις Λιβύης πρὸς τῇ Αἰθιοπίᾳ. ὁ πολίτης, Ναπαταῖος.

Ναπᾶται. Napatæ. Urbs Libyæ prope Æthiopiam. Civis [ejus dicitur] Napatæus.

Νάπη. πόλις Λέσβου. ὅθεν Ἀπόλλων Ναπαῖος. εἰσὶ δὲ καὶ Ναπαῖοι Ἠπειρῶται.

Νάπη. Nape. Urbs Lesbi. Unde Apollo [dicitur] Napæus. Sunt autem & Napæi Epirotæ.

Νάπις. πόλις Σκυθίας.

Νάπις. Napis. Urbs Scythiæ.

Νάπος, οὐδετέρως, καὶ νάπη, θηλυκῶς. ὀρεινὸς ὑλώδης τόπος· οἱονεὶ νάφη, ὡς μὴ ἔχουσα Φῶς διὰ δάσος. Ξενοφῶν δὲ οὐδετέρως λέγει τὸ νάπος, ὡς τὸ ἔδαφος. [7] Ἐπεὶ οἱ ἡγούμενοι ἐγένοντο ἐπὶ νάπει δυσβάτῳ καὶ μεγάλῳ, ἔστησαν, ἀγνοοῦντες εἰ διαβατέον εἴη τὸ νάπος.

Νάπος, genere neutro, & νάπη, genere fœminino. Locus montanus & sylvosus. Saltus. Quasi dicas νάφη, [a νὴ, & φῶς] quod propter arborum densitatem non habeat lucem. Xenophon genere neutro dixit νάπος, ut ἔδαφος. *Cum duces ad ingentem & transitu difficilem saltum pervenissent, constiterunt, ambigentes, an transiri posset.*

Νάπυ. σίνηπι. τὸ ὡς εἰπεῖν ἀφυὲς, ἤτοι κακοφυές.

Νάπυ. Idem quod σίνηπι. Sinapi. [Dictum

1 Ἰνοί] Priores Editt. addunt, *οἱ πλείους τῶν ὑστέρων γονεῖς τούτους γράφουσι.* Sed verba hæc in optimo MS. Parif. A. non reperiuntur; eademque in duobus aliis MSS. ad marginem leguntur: unde conjiciebam, ea non ab ipso Suida, sed ab aliis profecta esse.

2 Νάξης] Scribe, Νάξος. Vide Stephanum Byzantium h. v. unde Suidas hæc mutuatus est.

3 Θῦσαι] Sic etiam habet Stephanus: sed male. Scribendum enim est θύσαι, ut Pearsonius recte monuit. Hesychius: Νάξαι. σάξαι. θῦσαι.

4 Ναξιουργὴς κάνθαρος. κτλ.] Notam hanc descripsit Suidas ex Scholiis deperditis in locum illum Aristophanis *Pace*, pag. 632.

Τὸ πλοῖον ἔσται Ναξιουργὴς κάνθαρος.

Scholia ad illum locum, quæ hodie exstant, hæc tantum habent: Ναξιουργὴς κάνθαρος. πλοῖα ἦν οὕτω λεγόμενα κάνθαροι. ἐν Νάξῳ γινόμενα τῇ νήσῳ. καὶ Κνιδιουργεῖς δὲ ἄλλας ναῦς, ἀπὸ Κνίδου· καὶ τὴν Κέρκουρον, ἀπὸ Κερκύρας, καὶ τὴν Πάρωνα, ἀπὸ Πάρου.

5 Ἄντικρυς δὲ Μένανδρος ——— εἶδος ποτηρίου] Verba hæc in prioribus Editt. desunt, quæ ex optimo MS. Parif. A. revocavi.

6 Καὶ ἐν Πειραιεῖ Κανθ.] Aristophanes loco laudato:

Ἐν Πειραιεῖ δήπου 'στὶ Κανθάρου λιμήν.

Vide ibi Scholiastam. Cæterum, hæc nihil faciunt ad vocem Ναξιουργὴς, sed pertinent ad vocem Κάνθαρος, vel Πειραιεύς.

7 Ἐπεὶ οἱ ἡγούμενοι ἐγ.] Hæc sunt verba Xenophontis, lib. VI. *de Exped. Cyri*, pag. 385.

Κάθολικὴ

[1] Κᾆτ' ἔβλεψε νάπυ, καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασεν.
ἤγουν ἐπέβλεψε δριμὺ, καὶ ὀργίλον (δριμὺ γὰρ τὸ νάπυ) καὶ τὰς ὀφρῦς συνέστειλε.

Νάρβων, ἡ Ναρβωνησία. ἐμπόριον, καὶ πόλις Κελτική. ἔστι δὲ καὶ λίμνη Ναρβωνῖτις. καὶ Νάρβις, πόλις Ἰλλυριῶν.

Νάρδος. μυρεψικὸν ἔλαιον. θηλυκῶς.

——— [2] Καὶ ἐς κυανότριχα χαίτην
Νάρδον, ὑπὸ γλαυκῆς κλειομένην ὑάλου.

Νάρθηξ. ζητεῖ ἐνταῦθα, ὅτι ὁ νάρθηξ ἀφιέρωται τῷ μεθύσῳ καὶ οὕτως ἐλαφρῷ Διονύσῳ. καὶ τὸ,

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε Βάκχοι.

καὶ ὅτι Νάρθηξ νησίδιον ἐγγύς φασι Σάμου, ἐν δεξιᾷ τοῖς παραπλέουσιν· οὗ ἐθνικὸν, Ναρθηκουσαῖος, ἡ Ναρθηκούσιος.

——————— Καὶ [3] πανακείταν
Νάρθηκα κροτάφων [4] πλάκτορα νηπιάχων.

Νάρκη. [5] μυρμηκίασις. [6] Ἀριστοφάνης·

Οἴ [7] μοι, τί πέπονθα; ὥσπερ νάρκη μου κατὰ τῆς χειρὸς καταχεῖται,
Καὶ τὸ ξίφος οὐ δύναμαι κατέχειν.

Συντελεῖ ἐνταῦθα καὶ ἡ ἐνθύμησις τοῦ ἰχθυδίου τῆς νάρκης, καὶ τὸ κατ' αὐτὴν πάθος.

Νάρμαλις. πόλις Πισιδίας· ὡς Κάβαλις.

Νάρυξ. πόλις. ἱστορεῖται θηλυκῶς λεγομένη· ἡ καὶ Ναρυκίων, καὶ Ναρύκη· ἐξ ἧς ἦν ὁ Λοκρὸς Αἴας.

Νάρων. ὄνομα κύριον.

Ναρσῆς, [8] στρατηγὸς Ῥωμαίων, εὔφρων ἐς τὰ μάλιστα, καὶ δραστήριος, καὶ δεινὸς ἁρμόσασθαι τῷ παρεμπίπτοντι. καὶ παιδείας μὲν αὐτῷ οὔτοι μάλα μετῆν, οὐδὲ τὰ τῆς εὐγλωττίας ἐπεφρόντιστο. Φύσεως δὲ ὅμως δεξιότητι διέπρεπε, καὶ παραστῆσαι οἷός τ' ἦν λόγῳ τὰ βεβουλευμένα· καὶ ταῦτα τομίας γε ὢν, καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις τρυφερώτατα ἀνατεθραμμένος. ἦν δὲ ἄρα καὶ τὸ σῶμα βραχὺς, καὶ ἐν ἰσχνότητι ἐκδεδιῃτημένος· τὸ δὲ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλουργὸν εἰς τοσοῦτον ἐκέκτητο, ὅσον ἀμέλει καὶ ἀπιστεῖσθαι. ἦν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ.

Νασάμων. ὄνομα κύριον.

Νασαμών. ἐξ οὗ Νασαμῶνες, ἔθνος Λιβύης.

Ναστόν. πυκνόν. πλῆρες. μεστόν. μὴ ἔχον ὑπόκουφόν τι. διαφέρει δὲ τοῦ μανοῦ. τὸ γὰρ μανὸν, ἀραιὸν, χαῦνον, ἢ ἀναφερὲς, ὡς Φλόξ. Ναστὸς δὲ, ἀρσενικῶς, πλακοῦς, ἢ θερμὸς ἄρτος μετ' ἐλαίου. [9] Ἀριστοφάνης Πλούτῳ·

est quasi νάφυ, a νῆ, & φύω. Aristophanes:] *Vultu acri, instar sinapi, quosvis intuebatur, frontemque contrahebat.* Vel, acrem & iracundum habebat vultum, (sinapi enim acre est) & supercilia contrahebat.

Νάρβων. Narbo. Emporium & urbs Galliæ. Est & palus Narbonitis. Et Narbis, urbs Illyriorum.

Νάρδος. Nardus. Oleum quoddam odoriferum. Est generis fœminini. [In Epigrammate:] *Et in cæruleas comas nardum, glauco inclusam vitro.*

Νάρθηξ. Narthex. Ferula. Thyrsus. Quære cur thyrsus ebrioso & levi Baccho attribuatur. Et [proverbium:] *Multi thyrsigeri, pauci vero Bacchi.* Et Narthex est parva insula prope Samum, eo navigantibus ad dextram sita: cujus nomen gentile est, Narthecusæus, vel Narthecusius. [In Epigrammate:] *Et ferulam, in qua ignis conditur, & quo tempora puerorum percutiuntur.*

Νάρκη. Torpedo. Torpor. Aristophanes: *Hei mihi, quid hoc rei est? Velut torpor quidam manui meæ offunditur, ut gladium retinere nequeam.* Huc facit, quod de pisciculo torpedine, ejusque natura vulgo dicitur.

Νάρμαλις. Narmalis. Urbs Pisidiæ: ut Cabalis.

Νάρυξ. Naryx, urbs; quæ Narycion, & Naryce dicitur. Ex ea Ajax Locrus oriundus erat.

Νάρων. Naro. Nomen proprium.

3 Τρεῖς ὑποκριτὰς] Id est, πρωταγωνιστὴν, δευτεραγωνιστὴν, & τριταγωνιστήν. Latine, *Actorem primarum, secundarum, & tertiarum partium.* Confer Valesium in notas Maussaci ad Harpocrat. v. Ἴσχανδρος.

4 Ἄκριτος] Hesychius habet ἀκρίτως: quod malim.

5 Σοφοκλῆς] *Ajace.* pag. 25. ut Portus monuit.

6 Τὴν δ' ἄρ' οὐκέτι ν.] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 300. ut itidem Portus observaverat.

7 Καὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ ἐν Ὀδ.] Lego & suppleo: Καὶ παρ' Ὁμήρῳ ἐν Ὀδυσσείᾳ, ἔναξε. Usus est enim Homerus v. ἔναξε. Odyss. Φ. v. 122.

8 Ἰώσηπος] Lib. 1. *de Bello Jud.* cap. XIII. pag. 739. sed ubi pro νένακτο, cujus vocabuli gratia locum hunc adduxit Suidas, hodie male legitur ἔκτιστο. Vetus tamen interpres, qui vulgo Ruffinus putatur, νένακτο etiam legit, ut ex versione ejus apparet. Vicissim apud Josephum pro μαχομένων, ut hic Suidas habet, rectius legitur ἀμυνομένων.

9 Ξενοφῶν] Lib. v. de *Expedit. Cyri.* pag. 353. ut Portus monuit. Ibi autem sic legitur: Εὕρισκον θησαυροὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἄρτων νενημένων πατρίους περυσινῶν.

10 Ἀριστοφάνης] *Nubibus*, pag. 191. (117. Ed. Bas. P.)

——Τί κάθησθ' ἀβέλτεροι
Ἡμέτερα κέρδη τῶν σοφῶν, ὄντες λίθοι,
Ἀριθμὸς, πρόβατ', ἄλλως ἀμφορῆς νενασμένοι.

Nota, apud Aristophanem pro νενησμένοι, ut hic Suidas habet, hodie legi νενασμένοι, i. e. repleti, a νάσσω, νάσω: quod magis probem. Vide etiam supra v. Ἀμφορεαφόρος, ubi idem locus Aristophanis adducitur.

[νενησ-

[νενησμένοι,] ἀντὶ τοῦ, ματαίως κέραμοι σεσωρευμένοι. νῆσαι γὰρ, τὸ σωρεῦσαι.

exploratur. Et ἀμφορεῖς νενησμένοι, amphoræ, vel testæ, temere accumulatæ. Νῆσαι enim significat, coacervare, vel accumulare.

Νεώμεθα.[1] διανοούμεθα.

Νεώμεθα. Intelligimus, vel intelleximus. Agitamus animo.

Νεοαρδέ'[2] ἀλωήν. νεωστὶ πεποτισμένην.

Νεοαρδέ' ἀλωήν. Recens rigatam vineam. Hortum recens rigatum.

Νεογιλόν. νεογέννητον. παρὰ τὸ νέον γίνεσθαι, νεογινόν. καὶ ὡς πυθμὴν, πλεύμων, Ἀττικῶς, καὶ νίτρον, λίτρον· οὕτω νεογινὸν, νεογιλόν.

Νεογιλόν. Recens natum. Quasi dicas νεογινόν: a νέον, & γίνεσθαι. Uti enim pro πνεύμων Attice dicitur πλεύμων, & pro νίτρον, λίτρον: sic pro νεογινόν, νεογιλόν.

Νεογνόν. νεωστὶ γεννηθέντα.

Νεογνόν. Recens genitum. Recens natum.

Νεοδαμώδης.[3] ὁ ἐλεύθερος παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις ἤτοι, ἐκ τῶν Εἱλώτων.

Νεοδαμώδης. Ita vocatur apud Lacedæmonios ille, qui ex Helote factus est liber.

Νεόδμητον. νεοδάμαστον.

Νεόδμητον. Recens domitum.

Νεοεργές. προσφάτως εἰργασμένον.

Νεοεργές. Recenter confectum. Novum.

Νεοθαλής. νεωστὶ βλαστήσασα.

Νεοθαλής. Qui, quæve recens floruit.

Νεοθανής. νεωστὶ τεθνεώς.

Νεοθανής. Recens mortuus.

Νεοθηγεῖ. νεωστὶ ἀκονηθέντι.

Ἡ[4] δὲ σέθεν Φθιμένης πολιὰς[5] νεοθηγεῖ σιδήρῳ
Κείρατο γηραλέης ἐκ κεφαλῆς πλοκάμους.

Νεοθηγεῖ. Recens acuto. [In Epigrammate:] *Illa vero, te mortua, canos capillos recens acuta novacula senili ex capite detondit.*

Νεοκαισάρεια.[6] Ποντικὴ, φασὶ, πόλις. καὶ οἱ πολῖται, Νεοκαισαρεῖς. οἱ αὐτοὶ καὶ Ἀδριανοπολῖται. ἔστι δὲ καὶ Βιθυνίας πόλις.

Νεοκαισάρεια. Neocæsarea. Pontica, ut ajunt, urbs. Cives ejus vocantur Neocæsarienses. Iidem & Adrianopolitæ. Est & Bithyniæ urbs.

Νεοκαταστάτοις ἀνθρώποις. Φησὶ[7] Θουκυδίδης. ἀντὶ τοῦ, νεωστὶ κατῳκισμένοις.

Νεοκαταστάτοις ἀνθρώποις. Recens in aliquo loco collocatis. Novis colonis. Thucydides.

Νεοκλῆς,[8] Ἀθηναῖος, Φιλόσοφος, ἀδελφὸς Ἐπικούρου· ἔγραψεν περὶ τῆς ἰδίας αἱρέσεως. καὶ Νεοκλέους ἐστὶ τὸ, Λάθε βιώσας.

Νεοκλῆς. Neocles, Atheniensis, Philosophus, frater Epicuri: qui scripsit de secta sua. Et Neoclis est dictum illud, *Late vivens.*

Νεοκλείδου κλεπτίστερος. οὗτος κεκωμῴδηται, ὡς ῥήτωρ ὢν, καὶ τυφλὸς, καὶ συκοφάντης, καὶ κλέπτης. [9] Ἀριστοφάνης·

——Νεοκλείδης, ὃς ἐστι μὲν τυφλὸς,
Κλέπτων δὲ τοὺς βλέποντας ὑπερηκόντισε.

Νεοκλείδου κλεπτίστερος. Neoclide furacior. Hic a Comicis perstringebatur ut orator cœcus, & calumniator, & fur. Aristophanes: *Neoclides, qui cæcus quidem est, sed furando videntes longe superat.*

Νεόκμητον. νεωστὶ κατεσκευασμένον.

Νεόκμητον. Recens elaboratum. Recens confectum.

Νεολαία. νέων συναγωγή. ὁ νέος λαός. Ὑπὲρ οὗ τὴν νεολαίαν τῶν Ῥωμαίων ἀξιοζήλως τε καὶ ἅμα τῷ θάρσει διαγωνίζεσθαι. καὶ Αἰλιανός· [10] Λοιμὸς γὰρ τῇ Ἐφέσῳ πόλει ἐνήκμαζεν οἷος βαρύτατος, προμοίροις δὲ θανάτοις διεφθείροντο ἡ νεολαία, καὶ ἡ ἀγονία, καὶ μὲν τοι καὶ γυναικῶν καὶ τῆς ἀγέλης τῆς τετράποδος.

Νεολαία. Multitudo juvenum. Juventus. *Ut Romana juventus cum laude fortiterque pugnaret.* Et Ælianus: *Pestis enim gravissima Ephesi grassabatur, omnisque juventus immatura morte exstinguebatur, nec tantum fœminæ, sed etiam pecudes sterilitate laborabant.*

Νεόλεκτος. ὁ νεωστὶ ἠθροισμένος λαός.

Νεόλεκτος. Recens collectus populus.

Νέον. [11] Ὅμηρος· [Νέον] ἡβώοντα. οὐ λέγει νέον καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κατὰ μεσότητα· οἷον, νεωστὶ ἡβῶντα.

Νέον. Juvenem. Adolescentem. Homerus vero, νέον ἡβώοντα inquiens, per νέον non intelligit juvenem, sed vocem illam adverbialiter capit: ac si dixisset, νεωστὶ ἡβῶντα, i. e. recens pubescentẽ.

1 Νεώμεθα] Vide infra v. Νεωτέρισμα, & v. Νῶσαι.

2 Νεοαρδέ' ἀλωήν] Homerus Il. Φ. v. 346.

3 Νεοδαμώδης. ὁ ἐλ.] Ex Scholiasta Thucydidis ad lib. VII. cap. LVIII. Confer etiam Hesychium, Athenæum, Eustathium, & alios.

4 Ἡ δὲ σέθεν φθιμ.] Distichum hoc decerptum est ex Epigrammate Andronici in Damocratiam, nondum, quod sciam, edito, quod proinde ex codice MS. integrum hic cum Lectore communicabo. Ἀνδρονίκου εἰς Δαμοκράτειαν.

Οἰκτρὰ δὴ διφθερὸν δόμον ἤλυθες εἰς Ἀχέροντος,
Δαμοκράτεια, φίλᾳ ματρὶ λιποῦσα γόους.
Ἁ δὲ σέθεν φθιμένας πολιὰς νεοθῆγι σιδάρῳ
Κείρατο γηραλέας ἐκ κεφαλᾶς πλοκάμους.

5 Νεοθηγεῖ] Metri gratia scribendum est νεοθῆγι: ut legitur in codice MS. Epigrammatum.

6 Νεοκαισάρεια. Ποντ.] Ex Stephano Byzantio.

7 Φησὶ Θουκυδίδης] Lib. III. cap. XCIII.

8 Νεοκλῆς. Ἀθην.] Vide Menagium ad Laert. lib. X. segm. III.

9 Ἀριστοφάνης] *Pluto*, pag. 71. (35. Ed. Bas. P.) Vide ibi Scholiastum.

10 Λοιμὸς γὰρ τῇ Ἐφ.] Confer Nostrum supra v. Ἀγονία, & infra v. Προμοίροις, ubi idem fragmentum adducitur.

11 Ὅμηρος] Il. I. v. 446. ubi legitur, Νέον ἡβώοντα: uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Cæterum, Portus locum hunc male omnino interpretatus erat: ut Lectori patebit, qui versionem ejus cum nostra conferre voluerit.

Νέοντας. νηχομένους. [1] Ἐφέλκων καὶ ἵππους νέοντας τρεῖς ἅμα καὶ τέτταρας τοῖς ἀγωγεῦσι.

Νέον [2] τεῖχος. τῆς Αἰολίδος ἐστὶ τόπος. ὁ ἐκεῖθεν, Νεοτειχίτης. ὡς καὶ τὸ Χαλὸν τεῖχος, τὸ περὶ Καρίαν· καὶ Χαλοτειχίτης, ὁ ἀπὸ τούτου.

Νεόπλουτος. ὁ νεωστὶ πλουτῶν.

Νεοῤῥάντῳ. νεαρῷ ἀπὸ τοῦ αἵματος. [3] Σοφοκλῆς·

Πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει.

Νέορτον. νέον.

Τί δ' ἐστίν, ὦ παῖ Λαΐου, νέορτον αὖ;

Νεοῤῥύτοις. νεωστὶ ῥέουσι.

Νεός. ἡ νεωστὶ ἠροτριασμένη γῆ.

Καὶ [4] τις γεωργὸς πυρὸν εἰς νεὸν σπείρας,
Φύλασσεν ἑστώς.

Νέος ἐστί, καὶ ὀξύς. ἀμαθὴς δηλονότι, καὶ προπετής. Πλάτων ἐν Γοργίᾳ.

Νεοσσιά. ἡ καλιὰ τῶν στρουθίων.

Νεόσμηκτον. νεόθηκτον, καὶ νεοκάθαρτον.

Νεοσσός. ὁ στρουθός.

Νεοσπάδα. τὴν νεωστὶ ἀποσπασθεῖσαν. Πισίδης·

Ταύτην δὲ τὴν φάλαγγα τὴν νεοσπάδα.

Νεοτελής. νεωστὶ τετελειωμένος.

Νεοτευχές. νεωστὶ κατεσκευασμένον.

Νεοττεία. ἡ ἐκλέπισις.

Νεόττιον. γέννημα. [5] Ἀριστοφάνης·

Πέρδιξ γενέσθω τοῦ πατρὸς νεόττιον.

Τοῦ Πισίου ὁ υἱὸς ὅμοιος βούλεται γίνεσθαι τῷ πατρί. ἦν δὲ ὁ Πισίας προδότης. καὶ αὖθις· [6] Τρία κνώδαλα ἀναιδῆ, Πισίας, [7] Ὀσφύων, [8] Διϊτρεφής.

Νεοττός. [9] ἡ τοῦ ὠοῦ λέκυθος, καὶ τὸ πυῤῥόν. Μένανδρος [10] Ἀνδρείᾳ·

Καὶ τέτταρας ὠῶν μετὰ τοῦτο, φιλτάτη,
Τὸν νεοττόν.

Κλέαρχος ἐν [11] τῷ περὶ οἴνων συγγράμματί φησιν· Ὁ διαδίδοται ἀρχὴ ὑπὸ τὸν ὑμένα λευκόν. ἐν τούτῳ γὰρ τὸ σπέρμα, καὶ οὐκ ἐν τῷ καλουμένῳ νεοττῷ. διεψεύσθησαν γὰρ οἱ πρῶτοι τοῦτο φήσαντες. καὶ ἔστι τὸ ὠχρὸν περίττωμα τοῦ σπέρματος. ὅτι δὲ τὸ ὠχρὸν νεοττὸν ἔλεγον, μαρτυρεῖ καὶ Χρύσιππος ἐν τῷ περὶ χρησμῶν. [12] Ὄναρ γάρ τινα φησὶ θεασάμενον ἐκ τῆς κλί-

Νέοντας. Natantes. *Equos natantes ternos & quaternos loris traxerunt.*

Νέον τεῖχος. Novus murus. Locus est Æolidis. Ejus civis dicitur Neotichites. Sic Χαλὸν τεῖχος locus est in Caria: cujus incola dicitur Cholotichites.

Νεόπλουτος. Nuper ditatus.

Νεοῤῥάντῳ. Recens imbuto, vel madente, vel conspersο. Sophocles: *Saltantem per campos cum gladio recens cruentato.*

Νέορτον. *Novum.* [Sophocles:] *Quid vero est, fili Laji, novi rursus.*

Νεοῤῥύτοις. Recens fluentibus.

Νεός. Novalis. Terra recens arata. *Et agricola quidam, cum semen in novalem sparsisset, custodiebat adstans.*

Νέος ἐστὶ καὶ ὀξ. *Juvenis est, & in rebus agendis præceps.* Vel, per ætatem imperitus est, & temerarius. Plato in *Gorgia.*

Νεοσσιά. Nidus passerum, [& aliarum avium.]

Νεόσμηκτον. Recens abstersum. Recens acutum. Recens purgatum.

Νεοσσός. Passer. Pullus avium.

Νεοσπάδα. Recens avulsam. Nuper abstractam. Pisides: *Hanc autem phalangem nuper avulsam.*

Νεοτελής. Recens perfectus. Nuper confectus.

Νεοτευχές. Modo confectum.

Νεοττεία. Pullorum exclusio.

Νεόττιον. Fœtus avium. Pullus. Aristophanes: *Perdix haud degener sit patris soboles.* Id est, Pisiæ filius patri similis fieri vult. Pisias autem erat proditor. Et iterum: *Tres sunt bestiæ impudentes, Pisias, Osphryon, Diitrephes.*

Νεοττός. [Apud Atticos] peculiariter significat ovi vitellum, vel luteum ovi. Menander *Andria: Et quatuor ovorum, charissima, postea [da] vitellum.* Clearchus in libro de vinis inquit: *Album sub membrana est ovi principium. In hoc enim semen continetur, non autem in vitello: & decepti fuerunt illi, qui primi hoc dixerunt. Luteum autem ovi est excrementum seminis.* Vitellum autem νεοττὸν [veteres] dixisse, testatur etiam Chrysippus in libro *de Oraculis.* Ait enim quendam, qui in somnis viderat, ova ex lecto suo pendere, somniorum interpretem consuluisse.

1 Ἐφέλκων καὶ ἵππ.] Hæc sunt verba Polybii, l. III. c. XLIII.

2 Νέον τεῖχ. τῆς Αἰολ.] Ex Stephano Byzantio.

3 Σοφοκλῆς] *Ajace,* pag. 3. ut Portus monuit.

4 Καί τις γεωργ.] Fragmentum hoc ex Babrio desumptum est.

5 Ἀριστοφάνης] *Avibus,* pag. 577. (398. Ed. Bas. *P.*)

6 Τρία κνώδαλα ἀναιδ.] Est fragmentum Cratini, quod auctius adducit Scholiasta ad modo indicatum locum Aristophanis. Vide etiam infra v. Πισίαν.

7 Ὀσφύων] Apud Scholiastam Aristophanis loco laudato, & ipsum Suidam infra v. Πισίαν, legitur, Ὀσφρύων.

8 Διϊτρεφής] Scribe, Διιτρέφης, cum accentu in penultima.

9 Νεοττός. ἡ τοῦ ὠοῦ λ.] Sic locus hic in MSS. Paris. itemque Lexico Photii legitur. At in prioribus Editt. post vocem νεοττὸς inepte addita sunt hæc verba, ἰδίως τοῦτο παρὰ τῷ δηλοῦσι τὸ νεόττιον. Quid hæc ad rem?

10 Ἀνδρείᾳ] Scribe, Ἀνδρίᾳ, per ι. Fabulæ enim huic nomen dedisse mulierem *Andriam,* ab insula Andro, a qua deducitur gentile Ἄνδριος, sic dictam, vel ex Terentii *Andria* patet, quæ ex fabula ista Menandri expressa est.

11 Ἐν τῷ περὶ οἴνων] Menagius ad Laërt. lib. I. segm. IX. scribendum censet, ἐν τῷ περὶ δινῶν: auctoritate Athenæi, qui Clearchum ἐν τῷ περὶ δινῶν laudat. Sed conjectura hæc dubia est & anceps, cum nihil obstet, quo minus quis credere possit, Athenæum ex Suida corrigendum esse: vel saltem, aliud esse opus περὶ δινῶν, & aliud περὶ οἴνων; & proinde neutram lectionem sollicitandam esse.

12 Ὄναρ γάρ τινα φησὶ θεασ.] Eandem ex Chrysippo historiam narrat Cicero lib. II. *de Divinat.* his verbis: *Defert ad conjectorem quidam somniasse se, ovum pendere ex fascia lecti sui cubicularis: (est hoc in Chrysippi libro somnium.) Respondit conjector, thesaurum defossum esse sub lecto. Fodit: invenit auri aliquantum, idque circumdatum argento. Misit conjectori quantulum visum est de argento. Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? Id enim ei ex ovo videbatur aurum declarasse; reliquum, argentum.*

της αὐτοῦ κρέμασθαι ᾠά, παρασανατέθεσθαι ἀνειροκρίτη. τὸν δὲ εἰπεῖν· Ὀρύξαντα θησαυρὸν εὑρήσεις κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον. εὑρόντα δὲ ςαμνίον, ἐν ᾧ ἀργύρεον ἦν, καὶ χρυσίον, ἐνεγκεῖν τι τοῦ ἀργυρίου τῷ μάντει. τὸν δὲ μάντιν εἰπεῖν· Τοῦ δὲ νεοττοῦ οὐδέν μοι δίδως; καὶ Δίφιλος κέχρηται τῇ λέξει·

'Ωῶν δ' ἐν αὐτῇ διέτρεχεν νεόττια.

Νεοττός. καὶ ὁ νεογνὸς ὄρνις. Οἶδά τοι ἔγωγε καὶ ἐς ὀκτὼ ὅλας ἡμέρας ἀναλωθέντα αὐτῷ κατοικιδίας ὄρνιθος οὐ μέγαν νεοττόν.

Νεουργόν. νεωστὶ εἰργασμένον.

Νεόφθιτον. νεωστὶ πλευτήσαντα. νεωστὶ φθαρέν.

Νεοφρῶν, ἢ Νεοφῶν, Σικυώνιος, τραγικός· οὗ φασιν εἶναι τὴν Εὐριπίδου Μήδειαν· ὃς πρῶτος εἰσήγαγε παιδαγωγοὺς, καὶ οἰκετῶν βάσανον. ἐδίδαξε τραγῳδίας ρκ'. συνῆν δὲ μετὰ ταῦτα Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι, καὶ διότι φίλος ἦν Καλλισθένει τῷ φιλοσόφῳ, σὺν ἐκείνῳ καὶ αὐτὸν ἀνεῖλεν αἰκισμοῖς.

Νεόφυτον. τὸ νεωστὶ φυτευθέν.

Νεόφυτος. ὄνομα κύριον.

Νεοχάρακτα. νεωστὶ κεχαραγμένα. [1] Σοφοκλῆς· Ἴχνη τἀκείνου νεοχάρακτα. ὁπόταν γὰρ νεωστὶ αἱ ἀποχαράξεις τῶν ζώων γένωνται, μᾶλλον ἐπακολουθοῦσιν οἱ κυνηγέται, πρὶν ὑπὸ ἀνέμου ἀφανισθῇ ἡ ὀδμή.

Νεοχμός. νέος. νέαν καὶ ἀκαταπόνητον δύναμιν ἔχων. Μὴ [2] παρόντων ἐς τὰς ἀρχὰς ἀνδρῶν τῶν διέπειν ταύτας δυναμένων, πολλὰ νεοχμοῦσθαι ἐν τοῖς πολιτικοῖς. [3] Ἀριστοφάνης· Τέρας νεοχμόν. ἀντὶ τοῦ, παράδοξον, ἀτοπίας πλέον. ἀντὶ τοῦ, θαυμαστόν.

Νεοχμοῦν. καινοτομεῖν. νεώτερα ἐργάζεσθαι. [4] Ὁ δὲ φυλάσσειν τῶν καθεστώτων οὐδὲν ἠξίου· πάντα δὲ νεοχμοῦν ἐσαεὶ ἤθελε.

Νεοχμώσαντες. νεωστὶ κινήσαντες. Ἡρόδοτος.

Νεοχμώσειν. νεωτερισθήσεσθαι. καινόν τι ἐργάσασθαι. Ἀσχόλους τε γὰρ αὐτοὺς ὄντας διὰ τὸν πόλεμον, μηδὲν νεοχμώσειν.

Νέω. τὸ κολυμβῶ, καὶ τὸ πορεύομαι.

Νεωκορήσει. [5] ἐνίοτε ἀντὶ τοῦ, ἱεροσυλήσει. κορεῖν γὰρ λέγουσι τὸ καλλύνειν, τὸ σαρῶν, καὶ ἐκκαλλύνειν. τό, τε [6] ἐκκορηθείης. ἀντὶ τοῦ, ἐκκαλλυνθείης.

Νεωκόρος. ὁ τὸν ναὸν κοσμῶν καὶ εὐτρεπίζων· [7] ἀλλ' οὐχ ὁ σαρῶν.

Νεωλέα. ὁ τοῦ ναοῦ λαός. Νεολαία δὲ, ἡ νεότης.

Νεωλκήσας. ἔξω τὴν ναῦν ἑλκύσας.

Νέων, [8] Νέων. ὄνομα κύριον. Δημοσθένης ἐν τῷ

Illum vero respondisse, thesaurum eo loco inventurum esse, si terram fodisset. Cum igitur vasculum invenisset, in quo argentum & aurum conditum erat, aliquid argenti vati attulisse. Vatem vero dixisse: *De vitello vero nihil mihi das?* Et Diphilus voce hac usus est, [inquiens:] *Ovorum autem in ea discurrebant vitelli.*

Νεοττός. Pullus avis. *Equidem scio totis octo diebus gallinæ pullum [tantum, eumque] exiguum, ab eo consumptum fuisse.*

Νεουργόν. Modo confectum.

Νεόφθιτον. Modo mortuum.

Νεοφρῶν. Neophron, sive Neophon, Sicyonius, Tragicus; cujus esse dicunt Euripidis *Medeam.* Hic primus induxit pædagogos, & servorum tormenta. Docuit tragœdias cxx. Postea autem vixit in aula Alexandri Macedonis, qui eum, quod esset amicus Callisthenis philosophi, tormentis cruciatum necavit.

Νεόφυτον. Nuper plantatum. Nuper insitum.

Νεόφυτος. Neophytus. Nomen proprium.

Νεοχάρακτα. Recens notata. Modo impressa. Sophocles: *Vestigia modo ab eo impressa.* Cum enim vestigia ferarum recentia sunt, venatores facilius ea sequi possunt, priusquam odor a vento dispergatur.

Νεοχμός. Novus. Novam & indomitam vim habens. [Et νεοχμόω. Innovo.] *Cum magistratus non capessunt viri, qui eos recte administrare possunt, multa in Republ. innovantur.* Aristophanes: *Monstrum novum.* Sive, inusitatum & admirandum.

Νεοχμοῦν. Innovare. Res novas moliri. *Leges & instituta servare nequaquam illi animus erat, sed omnia innovare identidem studebat.*

Νεοχμώσαντες. Qui res novas moliti fuerunt. Herodotus.

Νεοχμώσειν. Novaturum esse. Res novas moliturum esse. *Bello enim districtos eos nihil novi molituros esse [dicebat.]*

Νέω. Nato. Item, eo, proficiscor.

Νεωκορήσει. [Proprie, templum mundabit.] Interdum vero, templa expilabit, & sacra diripiet. Κορεῖν enim significat, mundare, vel scopis verrere. Et ἐκκορηθείης, munderis, vel scopis verraris.

Νεωκόρος. Qui templum ornat & mundat, vel, scopis verrit. Æedituus.

Νεωλέα. Templi populus. Νεολαία vero, Multitudo juvenum. Juventus.

Νεωλκήσας. Qui navem ex mari in terram subduxit.

Νέων. Neon, Neonis. Nomen proprium.

1 Σοφοκλῆς] *Ajace*, pag. 1. ut Portus monuit. Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

2 Μὴ παρόντων ἐς τὰς ἀρχ.] Locum integrum Joannis Antiocheni, unde fragmentum hoc decerptum est, habes supra v. Θεοδόσιος, βασιλεὺς Ῥωμ. ubi pro παρόντων recte legitur παριόντων. Cæterum, exemplum hoc ad vocem sequentem Νεοχμοῦν referri debebat.

3 Ἀριστοφάνης] *Thesmophoriaz.* pag. 804.

4 Ὁ δὲ φυλάσσειν τῶν καθεσ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. VI.

5 Νεωκορήσει. ἐνίοτε ἀντὶ τοῦ ἱεροσυλήσει] Vide nos supra ad v. Ἱερόν τι νεωκορήσας.

6 Ἐκκορηθείης] Vide supra v. Ἐκκορηθείης.

7 Ἀλλ' οὐχ ὁ σαρῶν] Quid ni? Κορεῖν enim significat idem quod σαρῶν. Quare legerim potius, ἢ ὁ σαρῶν.

8 Νέων, Νέων, ὄνομα κ.] Ex Harpocratione.

ὑπὲρ Κτησιφῶντος περὶ τῆς πρὸς Φίλιππον τούτου φιλίας φησίν.

Νεώνητον.[1] τὸν νεωστὶ ἠγορασμένον. ἐπεὶ μὴ ἐκ γένους ἦν Ἀθηναῖος ὁ Κλέων, ἀλλὰ νεωστὶ προσεληλυθὼς τῇ πολιτείᾳ. ἐμφαίνει δὲ διὰ τούτου, ὅτι καὶ τῶν Ἀθηναίων καθάπτεται, ὅτι δέον πιστεύειν αὐτοὺς τοῖς γνησίοις, καὶ πολλὰ τὴν πόλιν εὐηργετηκόσιν, οἱ δὲ μᾶλλον ἐτίμων τὸν Κλέωνα. πεφύκαμεν γὰρ καὶ τῶν οἰκετῶν μᾶλλον πιστεύειν τοῖς οἴκοι γεννηθεῖσι καὶ συντραφεῖσιν, ἢ οἷς ἂν ἐπικτησαίμεθα πριάμενοι.

Νεωρῆ.[2] νεωστὶ ἠρτημένον. ἢ ἐκ νέου τινὸς, καὶ ὥραν ἔχοντος νέαν.

> Ὁρῶ νεωρῆ βόστρυχον τετμημένον.

καὶ[3] Σοφοκλῆς·

> Φόβον νεωρῆ τῆς ἐμῆς ἐπειστόδου.

Νεώρια. ὁ ναύσταθμος τῶν νεῶν.

> ——[4] Ἐμπρήσαιεν ἂν τὸ νεώριον.
> Ἐνθεὶς ἂν ἐς τίφην ἀνὴρ Βοιώτιος,
> Ἅψας ἂν ἐσπέμψειεν ἐς τὸ νεώριον.

Τίφη μὲν, θηλυκῶς, ἡ καὶ σίλφη, ζωύφιον κανθαρῶδες· ᾧ δοκοῦσι Βοιωτοὶ ἐμπηγνύντες δᾷδα ἡμμένην, ἤ τι τοιοῦτον, [5]ἐμπυρίζειν ὃ δύνανται. τοῦτο δὲ καὶ δι' ἀλωπέκων καὶ χελωνῶν ἐγένετο. τίφος δέ γε, τὸ δάσος. παρὰ τὸ ὑποτύφειν, φασὶ, καὶ ὑποκρύπτειν τὰ ἔσω αὐτοῦ, τροπῇ συνήθει τοῦ υ εἰς ι. ἡ δὲ τίφη καὶ σπερματίου λεπτοῦ ἐστιν ὄνομα.

Νεώρια,[6] καὶ νεώσοικοι. μή ποτε νεώρια λέγεται ὁ τόπος ἅπας, εἰς ὃν ἀνέλκονται αἱ τριήρεις, καὶ πάλιν ἐξ αὐτοῦ καθέλκονται, ὡς ὑποσημαίνουσι Λυκοῦργός τε, καὶ Ἀνδοκίδης.

Νεώς. ὁ ναὸς, Ἀττικῶς. θηλυκῶς δὲ ἐπὶ γενικῆς νεὼς, τοῦ πλοίου.

Νεώσατε. ἀροτριάσατε.

Νεῶσι.[7] δοτικὴ πληθυντικῶν. Δημοσθένης κατ' Αἰσχίνου. πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Φωκίδι. καὶ Ἡρόδοτος μὲν ἐν ὀγδόῃ Νέωνα ὀνομάζει. Ἀνδροτίων δὲ ἐν ἕκτῳ Ἀτθίδος, Νέωνας.

Νεωστί. προσφάτως. ὥσπερ ἐκ τοῦ μεγάλων, μεγάλως, καὶ Ἀττικῶς, μεγαλωστί· οὕτω καὶ νέων, νέως, νεωστί. καὶ ἔστιν ὅμοιον τὸ οὕτω τοι· εἰ καὶ βαρύνεται ἐκεῖνο.

Νεώσοικοι. οἰκήματα παρὰ τῇ θαλάσσῃ οἰκοδομούμενα εἰς ὑποδοχὴν νεῶν, ὅτε μὴ θαλαττεύοιεν. [8]Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος τῶν ὑφ' ἑωϋτῷ ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ἐς νεωσοίκους συνειλήσας εἶχεν ἑτοίμως, ἢν ἄρα προδιδῶσιν οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι νεωσοίκοισι.

Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte de hujus amicitia cum Philippo verba facit.

Νεώνητον. Nuper emptum [mancipium. Novitium.] Cleon enim non erat genere Atheniensis, sed ad Rempubl. nuper accesserat. Verbis igitur his Athenienses oblique perstringit, quod, cum germanis civibus, & bene de Republ. meritis credere deberent, Cleoni majorem honorem haberent. Solemus enim & servis domi nostræ natis & nobiscum educatis magis credere, quam illis, quos pretio emimus.

Νεωρῆ. Modo suspensum. Vel, a juvene aliquo & juvenilem formam habente profectum. [Recentem.] *Video cincinnum recens suspensum, & [a capite] resectum.* Et [iterum] Sophocles: *Metum recentem ob meum adventum.*

Νεώρια. Navalia. Stationes navium. [Aristophanes:] *Hæc incendat navale. Bœotius enim eam in tiphen impositam accensamque in navale immittet.* Τίφη autem, quæ & σίλφη dicitur, est generis fœminini, notatque animalculum scarabæo simile, quo Bœoti, si facem accensam, vel aliquid hujusmodi ei infixissent, quidvis incendere posse putabantur. Idem autem & per vulpes & testudines fiebat. Τίφος vero est densitas. A verbo ὑποτύφειν, i. e. succendere: per consuetam mutationem τοῦ υ in ι. Τίφη vero etiam est nomen minuti seminis.

Νεώρια, & νεώσοικοι. Navalia. Νεώρια dici videtur totus ille locus, in quem triremes subducuntur, & ex quo eædem rursus in mare deducuntur, ut Lycurgus & Andocides innuunt.

Νεώς. Attice, pro communi ναός. Templum. At νεὼς, cum est generis fœminini, & genetivus, significat, navis: [a recto ναῦς.]

Νεώσατε. Arate.

Νεῶσι. Dativus pluralis. Neonibus. Demosthenes contra Æschinem. Est urbs Phocidis, sic dicta. Et Herodotus quidem libro VIII. eam Νέωνα vocat, numero singulari. Androtion vero libro VI. *rerum Atticarum*, Νέωνας, [numero plurali.]

Νεωστί. Recenter. Nuper. Modo. Ut a [genitivo plurali] μεγάλων, [deducitur adverbium] μεγάλως, & Attice μεγαλωστί: sic etiam a νέων fit νέως, & νεωστί. Huic simile est τὸ οὕτω τοι, nisi quod accentum gravem habeat.

Νεώσοικοι. Navalia, sive ædificia juxta mare exstructa, in quæ naves ex mari subducuntur. *Polycrates Samiorum tyrannus civium suorum liberos & uxores in navalibus conclusos asservabat, ut si forte exulibus redeuntibus patriam prodere vellent, una cum ipsis navalibus [omnes] cremaret.*

1 Νεώνητον. τὸν νεωστὶ ἠγορ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad principium *Equitum.*

2 Νεωρῆ. νεωστὶ ἠρτημ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Electram*, pag. 121. ut Portus observaverat.

3 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 296. ut itidem Portus monuit.

4 Ἐμπρήσαιεν ἂν τὸ νεώρ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Acharnens.* pag. 415. (297. Editt. Bas. *P.*) unde Suidam supplebis.

5 Ἐμπυρίζειν ὃ δύνανται] Portus legit, ἐμπυρίζειν δύνασθαι [?] πᾶν ὅ τι βούλονται: quod non repudio.

6 Νεώρια, καὶ νεώσοικοι. μήπ.] Ex Harpocratione.

7 Νεῶσι. δοτικὴ πληθυντικῶν. Δημοσθ. [?]] Et hæc ex Harpocratione sumpta sunt.

8 Πολυκράτης ὁ Σαμίων τύραννος τῶν ὑφ' ἑωυτῷ ἐόντ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Herodoti lib. III. pag. 114.

Νεώ-

Νέωτα.[1] τὸ ἐπιὸν ἔτος. ἤτοι, εἰς τὸ μέλλον. παρὰ τὸ ἔν, ὥς φασιν, ἔνοστα, καὶ ἀποβολῇ τοῦ σ, ἔνοτα, καὶ μεταθέσει τοῦ ε, καὶ ἐκτάσει τοῦ ο εἰς ω, νέωτα.

Αἰεὶ γεωργὸς ἐς νέωτα πλούσιος.

ἢ ἐκ τοῦ νέος, ἐξ οὗ τὸ νεωστί, νέωστα, (ὡς δή, δῆτα, ἐπεί, ἔπειτα) καὶ ἐκβολῇ τοῦ σ, νέωτα. τὸ ἐκ νέου, καὶ ἔναγχος.

Νεώτερα. Τοῦτον δὴ ἀνεῖλον, ὡς νεώτερα κατὰ Ῥωμαίων πράττοντα.

Νεωτερίζει. καινὰ πράττει.

Νεωτερίζειν.[2] Θουκυδίδης· Τῆς ἡμέρας τὸ πνῖγος ἐλύπει· νύκτες δὲ μετοπωριναὶ καὶ ψυχραὶ τῇ μεταβολῇ ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον. † Ὁ δὲ βάρβαρος οὐδὲ ἐπὶ τὴν νεωτερίζουσαν τὰ πράγματα τύχην εἶχεν ἀνενεγκεῖν τὴν αἰτίαν, ὡς ἂν ἐννόμως τινα καὶ ὑπαίθριον ἀγωνισάμενος μάχην.

Νεωτερισμός. ἀνταρσία.

Νεώτερον. καινόν. Ὁ δὲ ἔλεγε, δεδιέναι ἂν ἀδόκητόν τι καὶ νεώτερον κακὸν ἀπαντήσῃ.

Νεωτεροποιός. αὐτάρτης. τύραννος. ἐπιθέτης.

Νεώτερος. τὸ συγκριτικὸν ἀντὶ ἁπλοῦ. ἀντὶ τοῦ νέος.

Νέπετος.[3] πόλις Ἰταλίας. παρὰ Διονυσίῳ ἐν Ῥωμαϊκοῖς. τὸ ἐθνικὸν σεσημείωται. Νεπεσῖνος γάρ, τροπῇ τοῦ τ εἰς σ.

Νέποδες. οἱ ἰχθύες. παρὰ τὸ νε στερητικόν, καὶ τοῦ πούς. ἄποδες γάρ εἰσιν. ἐν [4] Ἐπιγράμματι·

Πτηνά, καὶ ἀγροτέρων κέρδεα, καὶ νεπόδων.

Νέποδες. νηξίποδες. τὸ γὰρ ἄποδες, ψεῦδος. ἔχουσι γὰρ πόδας αἱ φῶκαι.

Ἀμφὶ δέ μιν φῶκαι νέποδες.

[5] Ὅμηρος. Νέπος δέ, Νέπωτος, ἐθνικόν. καὶ ὄρους δὲ ἀνύδρου ὄνομα. παρὰ τὸ νε στερητικόν, καὶ τοῦ πῶμι, πώσω, κατὰ τοὺς παλαιούς. ἐξ οὗ δηλαδὴ οὐκ ἔστι πιεῖν.

Νέρβας, βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων. οὗτος καὶ τὸν Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην ἀπὸ τῆς ἐξορίας Πάτμου ἀνακαλέσας, ἤγαγεν ἐν Ἐφέσῳ· καθ' ὃν καιρὸν καὶ τὸ τῶν Μανιχαίων ἀνεφάνη δόγμα, αὐτοῦ Μάνεντος φανερῶς ἐξηγουμένου.

Νεργόβριγες. ἐθνικόν. [6] Ἀππιανός· Νεργόβριγες δ' αὐτοῦ περὶ τῆς μετριοπαθείας πυθόμενοι, ἐθαύμαζον.

Νέρων, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος χειρωθεὶς

Νέωτα. In annum sequentem. Vel, in futurum. Ab ἔν, ut ajunt, deducitur ἔνοστα, & abjecto σ, ἔνοτα, & transposito ε, mutatoque ο in ω, νέωτα. *Semper agricola in annum proximum dives est.* Vel a νέος deducitur νέως: unde νεωστί, & νέωστα, (ut a δή, δῆτα, & ἐπεί, ἔπειτα) & sublato σ, νέωτα.

Νεώτερα. Res novæ. *Illum autem interfecerunt, ut res novas contra Romanos molientē.*

Νεωτερίζει. Res novas molitur.

Νεωτερίζειν. Novare. Thucydides: *Interdiu æstus ipsis molestus erat. Contra vero noctes autumnales & frigidæ* [*supervenientes, subita*] *mutatione valetudini illorum incommodabant.* † *Barbarus vero nec in ipsam fortunam, res innovantem, culpam conferre sustinebat, quasi legitimo modo & aperto Marte prælium, commisisset.*

· Νεωτερισμός. Rerum novandarum studium. Seditio. Rebellio.

Νεώτερον. Novum. *Ille vero dicebat, se metuere, ne quid inopinatum & novum malum ingrueret.*

Νεωτεροποιός. Novarum rerum studiosus. Turbulentus. Seditiosus. Qui tyrannidem affectat.

Νεώτερος. Comparativus, pro simplici νέος. Juvenis.

Νέπετος. Nepetus, urbs Italiæ: apud Dionysium in Antiquitatibus Romanis. Nomen gentile notatu dignum est. Nepesinus enim [dicitur,] mutato τ in σ.

Νέποδες. Pisces. Compositum est nomen ex particula privativa νε, & nomine πούς, pes. Carent enim pedibus. In Epigrammate: *Volucres, capturamque ferarum & piscium.*

Νέποδες. [Epithetum phocarum.] Quasi dicas νηξίποδες, i. e. pedibus natantes. Eas enim sic dictas esse, quasi ἄποδες, falsum est. Phocæ enim pedes habent. *Circum autem ipsum erant phocæ pedibus natantes.* Homerus. At Νέπος, Νέπωτος, est nomen gentile. Item, nomen montis aqua carentis. A νε particula privativa, & verbo πῶμι, πώσω, bibo, secundum antiquos. Ex quo scilicet nemo bibere potest.

Νέρβας. Nerva, Romanorum Imperator. Hic & Joannem Euangelistam ex Patmo, quo relegatus erat, revocatum, Ephesum reduxit: eo tempore, quo & Manichæorum dogma in lucem prodiit, Manente hæresin suam aperte docente.

Νεργόβριγες. Nergobriges. Nomen gentis. Appianus: *Nergobriges autem audita ejus clementia, virum admirati sunt.*

Νέρων. Nero, Romanorum Imperator. Hic

1 Νέωτα. τὸ ἐπιὸν ἔτ.] Eadem legas apud Etymologum.
2 Θουκυδίδης] Lib. VII. cap. ultimo, ubi sic legitur: Ἔν τε γὰρ κοίλῳ χωρίῳ ὄντας πολλούς, οἵ τε ἥλιοι τοπρῶτον καὶ τὸ πνῖγος ἔτι ἐλύπει, διὰ τὸ ἀστέγαστον, καὶ αἱ νύκτες ἐπιγιγνόμεναι τοὐναντίον μετοπωριναὶ καὶ ψυχραὶ τῇ μεταβολῇ ἐς ἀσθένειαν ἐνεωτέριζον. Hinc Suidas supplendus est.
3 Νέπετος. πόλις Ἰταλ.] Ex Stephano Byzantio.
4 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XV. pag. 565.
5 Ὅμηρος] Odyss. Δ. v. 404.
6 Ἀππιανός] *De Bellis Hispan.* pag. 475. Vide etiam supra v. Μεγαλοπρεπής, ubi fragmentum hoc auctius legitur.

αὐτῷ

αὐτῷ τῆς βασιλείας, εἰς ἀνοσίους πράξεις ἐξώκειλε, καὶ ἀλλότρια τῆς βασιλείας ἐπετήδευσε πράγματα, κιθαρίζων, καὶ τραγῳδῶν, καὶ ὀρχούμενος ἐπὶ τῶν θεάτρων· καὶ πρὸς πάσαις αὐτοῦ ταῖς ἀθεμιτουργίαις καὶ τὸ τῆς θεομαχίας μύσος προσέθηκε, διώκτης πρῶτος γενόμενος τοῦ θείου λόγου. μετὰ δὲ ταῦτα ἀνεῖλε καὶ τὴν μητέρα, καὶ ἑαυτόν.

Νέρων. [1] ἔτι νέος ὢν ἐσχόλαζε φιλοσόφοις, καὶ τὰ περὶ Χριστοῦ κατεμάνθανεν. ἔτι γὰρ ἐνόμιζεν αὐτὸν τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφεσθαι. καὶ μαθὼν ὅτι ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ἐσταυρώθη, ἠγανάκτησε, καὶ προσέταξεν ἐλθεῖν τοὺς ἱερεῖς Ἄνναν καὶ Καϊάφαν, καὶ αὐτὸν Πιλάτον, τὸν ἄρχοντα τότε γενόμενον, σιδηροδεσμίους. καὶ καθίσας ἐπὶ τῆς συγκλήτου, τὰ περὶ αὐτοῦ πεπραγμένα κατεμάνθανεν. οἱ οὖν περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν ἔλεγον, ὅτι ἡμεῖς τοῖς νόμοις αὐτὸν παραδεδώκαμεν, καὶ εἰς καθοσίωσιν οὐχ ἡμάρτομεν. ὁ γὰρ ἄρχων ἐξουσίαν ἔχων, ὅσα ἠβουλήθη, ἔπραξεν. ἀγανακτήσας οὖν ὁ Νέρων, Πιλάτον ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐνέβαλε· τοὺς δὲ περὶ τὸν Ἄνναν καὶ Καϊάφαν ἀπέλυσεν. [2] ἤκμαζε δὲ τότε καὶ Σίμων ὁ Μάγος. καὶ διαλεγομένων Πέτρου καὶ Σίμωνος παρουσίᾳ Νέρωνος, ἤχθη Πιλάτος ἀπὸ τοῦ δεσμωτηρίου· καὶ παρισταμένων τῶν τριῶν τῷ Νέρωνι, ἐρωτᾷ τὸν Σίμωνα, Σὺ εἶ ὁ Χριστός; ὁ δὲ λέγει, ναί. εἶτα ἐρωτᾷ τὸν Πέτρον, Σὺ εἶ ὁ Χριστός; λέγει, οὔ. ἐμοῦ γὰρ παρισταμένου εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνελήφθη. ἠρώτησε δὲ τὸν Πιλάτον, ποῖός ἐστιν ἐκ τούτων ὁ λεγόμενος Χριστός; καὶ εἶπεν, οὐδὲ εἷς. ὁ μὲν γὰρ Πέτρος μαθητὴς αὐτοῦ γέγονε, καὶ εἰσηνέχθη παρ' ἐμοὶ ὡς μαθητὴς αὐτοῦ, καὶ ἠρνήσατο αὐτόν, λέγων, Οὐκ οἶδα τὸν ἄνθρωπον· καὶ ἀπέλυσα αὐτόν. οὗτος δὲ ὁ Σίμων οὐδαμῶς ἔγνωσταί μοι· οὐδεμίαν δὲ ἔχει ὁμοιότητα πρὸς ἐκεῖνον. ἔστι γὰρ οὗτος καὶ Αἰγύπτιος, καὶ ἐμπληθής, καὶ κατάκομος, καὶ μέλας, παντελῶς τῆς ἐκείνου μορφῆς ἀλλότριος. ἀγανακτήσας οὖν ὁ βασιλεύς, κατὰ μὲν τοῦ Σίμωνος, ὡς ψευσαμένου, καὶ εἰπόντος ἑαυτὸν Χριστόν· κατὰ δὲ τοῦ Πέτρου, ὡς ἀρνησαμένου τὸν διδάσκαλον, ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ συνεδρίου. τοῦ δὲ Πιλάτου τὴν κεφαλὴν ἀπέτεμεν, ὡς τηλικοῦτον ἄνθρωπον ἀνελεῖν τολμήσαντος δίχα βασιλικῆς προστάξεως. † Ὡς δὲ ἐκλήθη ὁ Νέρων πηλὸς αἵματι πεφυρμένος, κεῖται ἐν τῷ Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος.

Νέρτερος. κατώτερος. τὸ ἐντελές, ἐνέρτερος, καὶ ἀφαιρέσει, νέρτερος. ὁμοίως τὸ ἔνερθεν, νέρθεν. οὕτω καὶ ἐκ τοῦ, ἐς κόρακας, τὸ σκορακίζειν.

Νέσσος. ὁ Κένταυρος. περὶ οὗ φησι Σοφοκλῆς. Δηϊάνειρά φησιν·

Οὕτως [3] ἔχει γ' ἡ πίστις, ὡς τὸ μὲν δοκεῖν
Ἔνεστι· πεῖρα δ' οὐ προσωμίλησά πω.

imperio jam confirmato, ad impia quæque & nefaria facinora animum adjecit, studiisque Imperatore prorsus indignis operam dedit, cithara ludens, tragœdiasque agens, & in theatris saltans. Ad cætera vero ejus flagitia & scelera accessit & impietas, qua divinum Numen oppugnabat. Primus enim Euangelii persecutor fuit. Postea vero & matrem & se ipsum occidit.

Νέρων. Nero. Hic adhuc adolescens studiis philosophiæ vacabat, atque inter cætera de Christo inquirebat: quem quidem adhuc superesse in vivis arbitrabatur. Sed cum comperisset, illum a Judæis in crucem actum esse, iratus Annam & Caipham Pontifices cum Pilato, tunc Judææ præside, vinctos ad se adduci jussit, ab iisque sciscitatus est, quæcunque in ejus judicio acta essent. Et Annas quidem & Caiphas illum a se ex præscripto legum suarum judicatum esse dixere, nec se adversus majestatem Principis quicquam deliquisse. A Pilato enim præside cuncta pro arbitrio esse gesta. Quibus auditis Nero Pilatum quidem conjecit in carcerem: Annam vero cum Caipha indemnem dimisit. Eo vero tempore & Simon Magus florebat: cumque Petrus & Simon præsente Nerone inter se disputarent, eductus est ex carcere Pilatus. His igitur tribus Neroni adstantibus, Nero Simonem interrogat, an esset Christus. Ille se esse ait. Deinde & Petrum, num ipse esset Christus. Ille vero negat. Me enim adstante, inquit, in cœlum sublatus est. Tum Pilatum rogat, uter horum esset is, qui Christus diceretur. Is vero, Neuter, inquit. Nam Petrus quidem discipulus ejus fuit: qui apud me ideo delatus, cum se hominem non nosse dixisset, a me dimissus est. Simon vero iste nequaquam mihi notus est; neque ullam habet cum illo similitudinem. Nam hic & Ægyptius est, & obeso corpore, & prolixis capillis, & niger, omninoque ab ejus forma alienus. Iratus igitur Imperator, Simoni quidem, quod mentitus esset, seque Christum esse dixisset; Petro autem, quod magistrum abnegasset; eos ex synedrio expulit. Pilato vero caput amputavit, quod tantum hominem injussu Imperatoris interficere ausus esset. † Neronem vocatum fuisse lutum sanguine maceratum, docetur in v. Ἀλέξανδρος Αἰγαῖος.

Νέρτερος. Inferior. Infernus. Integrum vocabulum est, ἐνέρτερος, & dempta [vocali ε,] νέρτερος. Pari modo ex ἔνερθεν fit νέρθεν. Sic etiam ex vocibus ἐς κόρακας [sublato ε formatur] σκορακίζειν.

Νέσσος. Nessus, Centaurus: de quo loquitur Sophocles [in *Trachiniis*. Ibidem] Deianira sic inquit: *Sic credo, & res verisimilis videtur: at nondum eam experientia compertam habeo. Sed faciendo & tentando rem explo-*

1 Νέρων. ἔτι νέος ὢν ἐσχόλαζε ———— καὶ Καϊάφαν ἀπέλυσεν] Hæc sunt verba Joannis Antiocheni, quæ leguntur in Excerptis a Valesio editis, pag. 809. unde ea Suidas sumpsit.

2 Ἤκμαζε δὲ τότε καὶ Σίμων ὁ Μ.] Confer cum hoc loco Joannem Malalam in Chronogr. pag. 328.

3 Οὕτως ἔχει γ' ἡ π.] Quatuor hi senarii leguntur apud Sophoclem in *Trachin.* pag. 351. ut Portus observaverat.

Ἀλλ' εἰδέναι χρὴ δρῶσαν, ὡς οὐδ' εἰ δοκεῖς
Ἔχειν, ἔχοις ἂν γνῶναι μὴ πειρωμένη.

Νέσσων. πόλις Θεσσαλίας. καὶ λίμνη Νεσσωνίς.

Νεστορέη. τῇ τοῦ Νέστορος. καὶ Νεστόρειος οἶκος, ὁ τοῦ Νέστορος.

Νεστορίδης. πατρωνυμικόν.

Νεστόριος. [1] Μετὰ Μάνεντα καὶ Παῦλον καὶ Ἀπολλινάριον καὶ Θεόδωρον ἐφάνη Νεστόριος, ἀπὸ Γερμανικείας τῆς Συρίας, τοῦ θρόνου Κωνσταντινουπόλεως δραξάμενος, ὁμοίως τῇ φωνῇ τῶν ἐν Χριστῷ δύο φύσεων [2] κακοφρόνως ἀποχρησάμενος Παύλῳ καὶ Θεοδώρῳ τοῖς ἑαυτοῦ προγόνοις. υἱὸς μὲν γὰρ ἦν τοῦ Κίλικος, ἀπόγονος δὲ τοῦ Σαμοσατέως. καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τὴν ἁγίαν θεοτόκον ἄσπονδον ἤρατο πόλεμον· καὶ τρίτος προστάτης γεγονὼς τῆς Ἰουδαϊκῆς ταύτης αἱρέσεως, ἄλλον εἶναι παρ' ἑαυτῷ τὸν Χριστόν, καὶ ἄλλον τὸν Θεὸν λόγον, κατὰ τὴν πατρικὴν αὐτοῦ πλάνην ἐδογμάτισε. μετὰ δὲ τοῦτον Εὐτύχης. οὗτος δὲ ὁ Νεστόριος φυσικῶς εὔλαλος ὤν, πεπαιδεῦσθαι μὲν ἐνομίζετο· τῇ δὲ ἀληθείᾳ, ἀνάγωγος ἦν, καὶ τὰς τῶν παλαιῶν ἑρμηνέων βίβλους, ἀπηξίου μανθάνειν. τυφούμενος γὰρ ὑπὸ τῆς εὐγλωττίας, οὐκ ἀκριβῶς προσεῖχε τοῖς παλαιοῖς, ἀλλὰ πάντων κρείττονα ἐνόμιζεν ἑαυτόν.

Νέστωρ [3] Λαρανδεύς, ἐκ Λυκίας, ἐποποιός, πατὴρ Πεισάνδρου τοῦ ποιητοῦ, ἐπὶ Σεβήρου τοῦ βασιλέως· Ἰλιάδα γράψας λειπογράμματον, ἤτοι ἀστοιχείωτον. [4] ὁμοίως δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τρυφιόδωρος ἔγραψεν Ὀδύσσειαν. ἔστι γὰρ ἐν τῷ α μὴ εὑρίσκεσθαι α. καὶ κατὰ ῥαψῳδίαν οὕτω τὸ ἑκάστης ἐλλιμπάνει στοιχεῖον. ἔγραψε δὲ Μεταμορφώσεις, ὥσπερ καὶ Παρθένιος ὁ Νικαεύς, [5] καὶ ἄλλα.

Νεοίη. [6] θράσος νεότητος. προπέτεια. Νέοις μὲν ἔργα, βουλὰς δὲ γεραιτέροις.

Νευθάν. εἶδος μέτρου.

Νεῦμαι. ἀντὶ τοῦ, ἐλεύσομαι. Ὅμηρος· Ἠῶθεν γὰρ νεῦμαι. ἐνεστῶτος δὲ νέομαι, νεῦμαι. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ἐλεύσομαι.

Νεῦρα [7] μάχης. ὁ πλοῦτος. Πισίδης·

Βλέπων μάλιστα καὶ τὰ νεῦρα τῆς μάχης,
Τὸν πλοῦτον ἐκρυέντα πρὸς τοὺς βαρβάρους.

Νευράν. χορδήν. τὸ παχὺ ἔντερον τοῦ προβάτου.

Νευρῆφιν. ἐκ τῆς νευρᾶς τοῦ τόξου.

ratam habere debes. Nam licet rem ſic ſe habere putes, haud tamen id certo ſcire poſſis, priuſquam experta ſis.

Νέσσων. Neſſon. Urbs Theſſaliæ. Et λίμνη Νεσσωνίς, palus Neſſonia.

Νεστορέη. Neſtoreæ. Ad Neſtorem pertinenti. Et Νεστόρειος οἶκος, domus Neſtoris.

Νεστορίδης. Patronymicum. Neſtoris filius.

Νεστόριος. Neſtorius. Poſt Manentem, & Paulum, & Apollinarem, & Theodorum, prodiit Neſtorius, Germanicea Syriæ urbe [oriundus:] qui ſede Conſtantinopolitana potitus, voce duarum in Chriſto naturarum malo errore abuſus eſt, æque ac Paulus & Theodorus, a quibus genus duxit. Nam filius fuit Cilicis, & Samoſatenſis nepos. Idcirco etiam bellum irreconciliabile ſanctæ Deiparæ indixit, & Judaicæ illius hæreſeos tertius patronus exſtitit, & alium eſſe apud ſeſe Chriſtum, itemque alium Deum Verbum, ſecundum patrium errorem docuit. Poſt hunc Eutyches exſtitit. Hic vero Neſtorius, cum natura facundus eſſet, eruditus quidem habebatur, ſed re vera indoctus erat: & veterum libros interpretans, a nemine quicquam diſcere volebat. Opinione enim eloquentiæ inflatus, mentem ad veteres ſcriptores obiter tantum advertebat, ſeſeque omnibus præſtantiorem judicabat.

Νέστωρ. Neſtor Larandenſis, (Larandum vero eſt urbs Lyciæ,) poeta Epicus, pater poëtæ Piſandri. Fuit ſub Imperatore Severo, ſcripſitque Iliadem literis quibuſdam carentem. Pari modo & Tryphiodorus Odyſſeam ſcripſit. Nam in libro primo, qui inſcribitur A, non reperitur A: & ſic in cæteris rhapſodiis deſideratur litera illa, quæ cujuſque libri numerum notat. Scripſit etiam *Metamorphoſes*, ut & Parthenius Nicaenſis; & alia.

Νεοίη. Juvenilis audacia. Temeritas. *Juvenibus facta; conſilia vero ſenioribus* [*conveniunt.*]

Νευθάν. Neuthan. Menſuræ genus.

Νεῦμαι. Pro ἐλεύσομαι. Veniam. Homerus: *Mane enim veniam.* Præſens eſt νέομαι: unde fit νεῦμαι, quod, [ut dictum eſt,] ſignificat, veniam.

Νεῦρα μάχης. Nervus belli. Id eſt, pecunia. Piſides: *Videns præcipue pecuniam, quæ eſt nervus belli, ad barbaros confluere.*

Νευράν. Nervum. Chordam. Craſſum ovis inteſtinum.

Νευρῆφιν. Ex arcus nervo.

1 *Μετὰ Μάνεντα, καὶ Παῦλον, καὶ Ἀπολλ.——— πλάνην ἐδογμάτισε*] Hæc ſumpta ſunt ex Theodori Presbyteri libello *de Incarnatione Domini*, ut Pearſonius recte monuit.

2 *Κακοφρόνως*] Apud Theodorum Presbyterum legitur, *κακοφρόνως*.

3 *Νέστωρ Λαρανδεύς, ἐκ Λυκίας, ἐποπ.*] Heſychius Mileſius: *Νέστωρ, ἐποποιός, ὁ ἐκ Λυκίας, ἔγραψεν Ἰλιάδα λειπογράμματον· ἔστι γὰρ ἐν τῷ α μὴ εὑρίσκεσθαι α, καὶ καθ' ῥαψῳδίαν οὕτω τὸ ἑκάστης ἐκλιμπάνει στοιχεῖον. ἐποίησε δὲ καὶ Τρυφιόδωρος Ὀδύσσειαν ὁμοίως αὐτῷ.* Hæc ipſa verba Suidam deſcripſiſſe apparet: quamvis & plura habeat, & ordinem nonnihil immutaverit.

4 *Ὁμοίως δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Τρυφιόδωρος ἔγραψεν Ὀδύσσειαν*] Hæc verba parentheſi includenda ſunt. Quæ enim ſequuntur, non pertinent ad Tryphiodorum, (ut male putavit Voſſius in libello de poetis Græcis) ſed ad Neſtorem ipſum, ut clare patet ex verbis Heſychii Mileſii in nota præcedente adductis. Tryphiodorus enim ſcripſerat quidem *Ὀδύσσειαν λειπογράμματον*, ſed quæ elemento Σ tantum careret: ut expreſſe teſtatur Euſtathius in procemio ad *Odyſſeam*. Confer nos infra ad v. *Τρυφιόδωρος*.

5 *Καὶ ἄλλα*] In *Geoponicis* laudantur etiam ejus *Ἀλεξίκηπος*, & *Πανάκεια*.

6 *Νεοίη*] Sic recte MSS. Pariſ. At priores Editt. male, *νεΐη*.

7 *Νεῦρα μάχης. ὁ πλοῦτος*] Vide Menagium ad Laert. lib. IV. ſegm. XLVIII.

Νευροί [1] θ', Ἱπποπόδες τε. οἱ αὐτοὶ καὶ Νευρῖται. Σαρματίας ἔθνος. ἡ χώρα Νευρίς.

Νευροί θ', Ἱπ. *Neurique & Hippopodes.* Neuri, gens Sarmatiæ: quæ etiam Neuritæ dicitur. Regio [illorum vocatur] Neuris.

Νεῦρον. διὰ τὸ νεύειν τὰ κατὰ τὸ σῶμα. ἢ παρὰ τὸ νέω. νεῖται γὰρ τὰ νεῦρα δι' ὅλου τοῦ σώματος.

Νεῦρον. Nervus. Sic dictus a νεύω, nuo: quod partes corporis ejus ope quasi nuant, [i. e. flectantur.] Vel a νέω, eo, vado. Nervi enim totum corpus pervadunt.

Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. [2] παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φιλοκτήτῃ. ὃν ἀφίησί τις, τῇ νευρᾷ ἐπισπώμενος αὐτόν.

Νευροσπαδὴς ἄτρακτος. Sic apud Sophoclem appellatur sagitta, quæ nervo attracto emittitur.

Νευσούμενοι. κολυμβήσοντες. [3] Ξενοφῶν· Ἐκδύντες, ἔχοντες τὰ ἐγχειρίδια γυμνοὶ ὡς νευσούμενοι, ἐπειρῶντο διαβαίνειν.

Νευσούμενοι. Nataturi. Xenophon: *Vestibus exuti, cum pugionibus, quos tenebant, nudi, ut nataturi, flumen trajicere conabantur.*

Νεφέλη. ἡ καπνώδης ἐκ γῆς ἀναθυμίασις. καὶ εἶδος δικτύου θηρευτικοῦ.

Νεφέλη. Nubes. Sive, exhalatio terræ, fumo similis. Item, retis venatorii genus.

Νεφέλας ξαίνεις. ἐπὶ τῶν μάτην πονούντων καὶ ἀδύνατα. εἴληπται ἴσως τὸ ξαίνειν ἐκ τοῦ εἰπόντος, [4] ἐοικέναι τὰς νεφέλας ἐρίοισιν ἀναπεπταμένοισι.

Νεφέλας ξαίνεις. Nubes diverberas, vel carminas. Dicitur hoc de iis, qui frustra laborant, & ea tentant, quæ fieri nequeunt. Proverbium autem hoc forsan originem duxit ab eo, qui dixit, nubes lanis expansis similes esse.

Νεφελοκοκκυγία. πόλις παρὰ [5] Ἀριστοφάνει εἰς τὸν ἀέρα οὖσα πεπλασμένη, ἣν παίζει ἐκεῖνος ὑπὸ ὀρνίθων πεπολίσθαι.

Νεφελοκοκκυγία. Nephelococcygia. Urbs ficta apud Aristophanem. Eam enim ab avibus in aëre ædificatam esse per jocum dicit.

Νεφθαλείμ. ὄνομα πόλεως.

Νεφθαλείμ. Nephthalim. Nomen urbis.

Νεφθαλῖται. ἔθνος ἐπικρατῆσαν τῆς ἕω παρὰ Ἰωσήπῳ.

Νεφθαλῖται. Nephthalitæ. Apud Josephum est nomen gentis, quæ Orientis imperiū tenuit.

Νέφος. οἱονεὶ νέφαος. τὸ ἐστερημένον φωτός. ὅθεν καὶ κνέφας, τὸ κενὸν φάους.

Νέφος. Nubes. Dicta quasi νέφαος, i. e. lumine carens. Unde & crepusculum dictum est κνέφας, quasi κενὸν φάους, i. e. lucis expers.

Νεφροί. [6] οἱ λογισμοί. ἐπειδὴ τὰς ὑπογαστρίους ὀρέξεις οἱ νεφροὶ διεγείρουσιν, καὶ ἐντεῦθεν κινοῦνται τῆς ἐπιθυμίας οἱ λογισμοί.

Νεφροί. [Renes. At apud Davidem sic appellantur] cogitationes. Renes enim appetitum veneris excitant: unde & cogitationes lascivæ oriuntur.

Νεφροί. οἱ τοῦ σώματος· εἰς οὓς νείφεται τὸ οὖρον.

Νεφροί. Renes. Sic dicti, quod in eos urina nivis more destillet.

Νείατος. ἔσχατος. καὶ οὐ λέγεται μόνον ἀρσενικῶς, ἀλλὰ καὶ οὐδετέρως, νείατον.

Νείατος. Extremus. Nec tantum masculino genere dicitur, sed etiam neutro, νείατον, extremum.

Νείαιρα. [7] τόπος ἔσχατος τῆς γαστρός.

Νείαιρα. Pars extrema ventris. Imus venter.

Νεικέσαι. παρ' Ὁμήρῳ τὸ λοιδορῆσαι, ἀλλ' οὐ τὸ κρῖναι.

Νεικέσαι. Apud Homerum significat *conviitiis insectari*, non autem, *judicare*.

Νεικεῖ. [8] ψέγει. φιλονεικεῖ.

Νεικεῖ. Objurgat. Contendit. Rixatur.

Νεικείησι. κακολογήσῃ.

Νεικείησι. Maledicat. Convitiis insectetur.

Νείκη. ἡ φιλονεικία.

Νείκη. Rixa. Contentio. Altercatio.

Νεῖκος. διαφορὰ μετ' [9] ἐπιπλήξεως. οἱ δέ, μάχη, φιλονεικία, λοιδορία.

Ὅς με [10] μετ' ἀπρήκτους ἔριδας καὶ νείκεα βάλλει.

λέγων κατὰ μέμψιν. καί, Νεῖκος Ὀδυσσῆος. καὶ ἡ μάχη.

——Ἐπεὶ ὡς ἄγε νεῖκος Ἀθήνη.

Ἠλείοισι καὶ ἡμῖν νεῖκος ἐτύχθη.

Νῖκος δέ, ἡ νίκη, διὰ τοῦ ι. οὐ μόνον δὲ φιλονεικία διὰ διφθόγγου, ἀλλὰ καὶ ἡ διὰ χειρῶν μάχη.

Νεῖκος. Diffidium cum increpatione vel objurgatione. Secundum alios vero, pugna, rixa, convitiatio. [Homerus:] *Qui me in irritas rixas & contentiones conjicit.* Reprehendendi gratia hoc dicit. Et, Νεῖκος Ὀδυσσ. *Jurgium Ulyssis.* Item, pugna. *Quoniam sic pugnam inter nos excitavit Minerva.* † *Inter Eleos & nos prælium obortum est.* At νῖκος, per ι, victoria dicitur. Non solum νεῖκος per diphthongum scribitur, cum pro φιλονεικία ponitur, sed etiam cum pugnam significat, quæ manibus committitur.

1 *Νευροί θ', Ἱπποπ.*] Dionysius Periegetes:

Νευροί θ', Ἱπποπόδες τε, Γελωνοί τ', ἠδ' Ἀγάθυρσοι, &c.

Confer Stephanum Byzantium v. *Νευροί.*

2 *Παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Φιλοκτήτῃ*] Pag. 387.

3 *Ξενοφῶν*] Lib. IV. *de Expedit. Cyri*, pag. 324. ut Pearsonius observaverat.

4 *Ἐοικέναι τὰς νεφέλας ἐρίοισιν ἀναπ.*] Apud Aristophanem *Nubibus*, pag. 222. (80. Ed. Bas. *P.*) Strepsiades de nubibus inquit:

——*Εἴξασιν οὖν ἐρίοισι πεπταμένοισιν.*

Ad hunc locum Suidas respexit.

5 *Παρὰ Ἀριστοφάνει*] *Avibus*, pag. 578. (400. Ed. Bas. *P.*)

6 *Νεφροί. οἱ λογισμοί. ἐπειδὴ τὰς ὑπογ.*] Hæc sumpta sunt ex Theodoreto ad Psalm. VII. vers. 11.

7 *Νείαιρα*] Alii, *νειαίρα*, per diphthongum in syllaba penultima. Notandum autem est, *τὸ νειαίρα* non tam esse substantivum, quam adjectivum, ut vel ex Homero patet; apud quem vox illa adjunctum semper habet substantivum *γαστήρ*. Sic Iliad. E. v. 539.

Νειαίρῃ δ' ἐν γαστρὶ διὰ ζωστῆρος ἔλασσε.

Scholiasta ad eum locum: *Νειαίρῃ. τῇ κάτω. λέγει δὲ τὸ ἔσχατον μέρος τῆς γαστρός.* Confer etiam Etymologum.

8 *ψέγει*] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, *λέγει*.

9 *Ἐπιπλήξεως*] Sic recte MS. A. Ante enim male legebatur *ἐκπλήξεως*.

10 *Ὅς με μετ' ἀπρήκτους ἔρ.*] Est versus Homeri Il. B. 376.

Νείλεως. ὄνομα κύριον· ὁ καὶ Νειλεὺς κοινῶς, ἢ Νείλευς, Αἰολικῶς· οὗ ἀποικία παρειλῆφθαι εἰς Ἀσίαν. γίνεται, φασί, παρὰ τὸ νέος, καὶ τὸ λεὼς, Νεόλεως, καὶ κράσει τοῦ ε καὶ ο εἰς τὴν ει δίφθογγον, Νείλεως· ὁμοίως τῷ Κλειαθένης, [1] Λεωσθένης, Προσθένης, δέον, δεῖν, πλέον πλεῖν. ἢ, φασὶν, ἀπὸ τοῦ Νηλεὺς Νηλέως γενικῆς γέγονεν, ἀναδρομῇ τῆς γενικῆς εἰς εὐθεῖαν, καὶ τροπῇ Βοιωτικῇ τοῦ η εἰς τὴν ει δίφθογγον, Νείλεως, [2] Αἰολικῶς μετὰ προπαροξυτονήσεως.

Νείλεως. Nileos. Nomen proprium viri; qui & communiter Νειλεὺς dicitur, & Æolice Νείλευς, [cum acuto in penultima.] Hujus colonia celebratur, quam in Asiam deduxit. A νεος & λεὼς, ut ajunt, fit Νεόλεως, & per crasin τοῦ ε & ο in diphthongum ει, Νείλεως; ut Κλειαθένης [formatur ex Κλεοσθένης,] δεῖν ex δέον, & πλεῖν ex πλέον. Vel, ut ajunt, a genitivo, Νηλέως, casu illo ad nominativum revocato, & vocali η in diphthongum ει Bœotice mutata, fit Νείλεως, & Æolice Νείλευς, cum accentu in penultima.

Νεῖλος. ὁ ποταμός. καὶ οὐδετέρως, Νειλομέτριον, τὸ τοῦ Νείλου μέτρον. καὶ, Νειλῶις. καὶ Νεῖλος, ὄνομα κύριον.

Νεῖλος. Nilus fluvius. Et neutro genere, Νειλομέτριον, Nili mensura. Et Νειλῶις, Niliacis. Et Nilus, nomen proprium [viri.]

Νεῖν. κολυμβᾶν. καὶ τὸ νήθειν κρόκην. [3] Ἀῤῥιανός· Ὅσοι κοῦφότατοι καὶ κουφότατα ὡπλισμένοι, καὶ τοῦ νεῖν δαημονέστατοι, τούτους ἐκνήξασθαι κελεύει ἀπὸ συνθήματος. καὶ αὖθις· Ὥσπερ γὰρ οἱ ὄρνιθες ἵπτασθαι, καὶ νεῖν ἰχθύες, αἵ τε ἔλαφοι θεῖν ἐπιπεφύκασιν, οὐδὲ τοῦ διδαχθῆναι ἐπιπροσδέονται. τοῦ δὲ νεῖν, ἤτοι νήθειν, ἡ χρῆσις παρ' Ἡσιόδῳ, ἐν τῷ,

Τῇ γάρ τοι νεῖ νήματ' ἀεροπότητος ἀράχνης.

τινὲς δὲ τὸ νεῖ νήματα διὰ τοῦ η ἔγραψαν, ὡς ἀποκοπὲν ἐκ τοῦ νήθει. πλὴν καὶ οὕτως ἡ ἀναλογία τὸ νῶ εἰς νεῖ οἶδε πρωτότυπον· ἐξ οὗ παράγωγον τὸ νήθω· ὡς κνῶ, κνήθω, σῶ, σήθω.

Νεῖν. Natare. Item, fila nere. Arrianus: *Quotquot erant expediti, & leviter armati, & natandi periti, eos dato signo enatare jussit.* Et iterum: *Ut enim aves volare, & pisces natare, & cervi currere natura sciunt, neque ad hoc discendum doctore indigent.* Verbo autem νεῖν, vel νήθειν, usus est Hesiodus, cum ait: *Aranea enim, in aëre suspensa, fila net.* Quidam vero τὸ νεῖ per η scribunt, quasi ex νήθει per apocopen factum. Sed & sic secundum analogiam τὸ νῶ est primitivum: ex quo deducitur νήθω; ut a κνῶ, κνήθω, & σῶ, σήθω.

Νειός. ἡ νεωσμένη γῆ. καὶ νειοῖο.

Νειός. Novalis, vel novale. Et νειοῖο, [genitivus.]

Νεῖσθαι. κολυμβᾶν.

Νεῖσθαι. Natare.

Νεῖται. ἀφίξεται. ἐλεύσεται.

—— Οὐδ' ἔτι νεῖται,

Ἰξὸν ἐπ' ἀγρευταῖς χευάμενος καλάμοις.

Νεῖται. Veniet. Ibit. [In Epigrammate:] *Nec amplius ibit, ut calamos aucupatorios visco illinat.*

Νείφω. τὸ βρέχω. διὰ διφθόγγου. Νιφόμενος δὲ, ὁ χιονιζόμενος, διὰ τοῦ ι. Νήφων δὲ, ὁ γρηγορῶν, διὰ τοῦ η.

Νείφω. Quum significat, rigo, per ει diphthongum scribitur. Νιφόμενος vero, qui nive conspergitur, per ι. Νήφων vero, sobrius, vel vigilans, per η.

Νή. στερητικὸν ἐπίῤῥημα. ἔστι δὲ καὶ ἐπιτατικόν. ὅθεν, νήχυτον ὕδωρ, καὶ νήχυτος ὅρπηξ.

Νή. Est adverbium privativum: itemque intensivum. Unde νήχυτον ὕδωρ, aqua late diffusa; & νήχυτος ὅρπηξ, ramus late diffusus.

Νῆα. ναῦν. πλοῖον. ὅτι δὲ διαφέρει πλοῖα νηῶν, ὡς οἱ παλαιοὶ παρασημειοῦνται, δεδήλωται καὶ ἐν τοῖς εἰς τὴν Ἰλιάδα.

Νῆα. Pro ναῦν. Navem. Νῆες autem & πλοῖα differre, ut antiqui [Grammatici] observant, etiam in commentariis in Iliadem declaratur.

Νηγάτεον. λεπτόν. καινόν. ἁπαλόν. λευκόν. εὐφυές. τινὲς μὲν οὖν νηγάτεον, τὸ καινὸν, ὡς νεηγάτεον, τὸ ἐκ νέου γεγεννημένον· πρὸς ὁμοιότητα τοῦ νηγενές. ἕτεροι δὲ κατὰ στέρησιν, τὸ μὴ γατὸν, ἤγουν γεγονὸς, ἀλλ' οἷον ἀχειρόκμητον.

Νηγάτεον. Tenue. Novum. Tenerum. Album. Natura ad aliquid aptum. Quidam νηγάτεον, i. e. novum, dictum putant, quasi νεηγάτεον, i. e. nuper natum, vel factum: ad similitudinem τοῦ νηγενές. Alii vero per privationem hoc dictum putant, quasi τὸ μὴ γατὸν, i. e. quod non est factum, vel elaboratum.

Νήγρετος. ἀνέγερτος.

Νήγρετος. Qui excitari non potest.

Νὴ Δία. μὰ τὸν Δία.

Νὴ Δία. Per Jovem.

Νήδυμος. ὁ ἡδὺς, καὶ γλυκὺς ὕπνος. ἢ ὁ βαθὺς, καὶ ἀνέκδυτος. παρὰ τὸ νη στερητικὸν, καὶ τὸ δύω ῥῆμα.

Νήδυμος [ὕπνος.] Somnus gratus, & dulcis. Vel, altus, & ex quo haud facile emergere vel excitari possis. Ex particula privativa νη, & verbo δύω.

Νηδύς. γαστήρ. μήτρα.

Νηδύς. Venter. Matrix.

1 Λεωσθένης, Προσθένης] Hæc duo nomina, ut nihil ad rem facientia, delenda sunt.

2 Αἰολικῶς μετὰ προπαροξ.] Lego & suppleo, καὶ Αἰολικῶς Νείλευς, μετὰ παροξυτονήσεως.

3 Ἀῤῥιανός] *De Rebus Ind.* pag. 556.

Νήεον[1] ὕλην. ἐσώρευον ὕλην. καὶ νήσας, σωρεύσας. καὶ νῆες, τὰ πλοῖα.

Νήϊα. τὰ ναυπηγήσιμα ξύλα. καὶ [2] Νήϊον, ὄρος Ἰθάκης, τὸ καὶ Ὑπονήϊον.

Νήϊδα. ἄπειρον. ἀμαθῆ. ἀσθενῆ. Νηΐδες δὲ, νύμφαι.

Νῆϊς. οὐκ εἰδώς. ἄπειρος. τὴν δὲ Νηΐδα, νύμφην. παρὰ τὰ νάματα ἔνιοι, καὶ τὸν Νεῖλον. καὶ ἐν Σάμῳ δὲ θηρία γενέσθαι φασὶν, ἃ φθεγγόμενα ῥήγνυσθαι τὴν γῆν. ἐκαλεῖτο δὲ [3] Νήϊα, ὡς [4] Ἐνταίων.

Νηΐτης. ὁ διὰ τῶν νεῶν. Οὐ μόνον νηΐτῃ στόλῳ, ἀλλὰ καὶ διὰ γῆς κατὰ Βανδίλων ἐστράτευσε. καὶ Αἰλιανὸς περὶ τῶν Λακεδαιμονίων· Νηΐταις κινδύνοις μὴ πάνυ συντραφέντες.

Νηκερδής. ἀνωφελής. ἀσύνετος.

Νηκούστησε. παρήκουσε.

Νηκτά. ἔνυδρα. κολυμβητά.

Νηλεῶς. ἀπανθρώπως. σκληρῶς. λέγεται καὶ νηλειῶς.

Νηλεύς. ὄνομα κύριον.

Νηλής. ὁ ἀνηλεής.

Νηλίπους. ὁ ἀνυπόδητος.

[5] Γεροντ αγωγεῖ, πολλὰ μὲν κατ' ἀγρίαν
Ὕλην ἄσιτος νηλίπους τ' ἀλωμένη.

Νηλιτής. ὁ ἁμαρτωλός. τούτου ἐστὶ καὶ θηλυκὸν αἱ νηλίτιδες, [6] ἐν Ὀδυσσείᾳ. ἐκ τοῦ νηλίτης βαρυτόνου ἀρσενικοῦ. καὶ ἔστι μὲν ἡ ἀπ' ἀρχῆς δευτέρα, ἤγουν ἡ λι συλλαβὴ, ἀναλόγως ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ διὰ τοῦ ι. [7] οἱ δὲ Τεχνικοὶ διὰ τοῦ η εἰδότες αὐτὸ, καὶ ζητοῦντες αἰτίαν Αἰολικὴν, αἰτιῶνται τρέπειν τὸ ι εἰς η. ὃ παρὰ ἄλλοις καὶ ἐν τῷ ψιμμύθιον, καὶ Αἰολικῶς [8] ψημμύθιον.

Νηνησμένα[9] χερσῖν δὲ, προσδόκα λύπας.

Νῆμα. καὶ νήματα. ἐκ τοῦ νήθω, τὸ κλώθω.

Νημερτές. ἀληθές. καὶ νημερτής.

Νηνεμία. ἀνέμων,[10] ἀπουσία.

Νήνεμος. ἄνεμον οὐκ ἔχων.

Νηοφυλακεῖον.

Νηπενθές,[11] ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθες ἁπάντων. ἀντὶ τοῦ, ἀπενθές.

Νήπεον φρόνημα. Νηπία δὲ, ἡλικία.

Νήεον ὕλην. Coacervabant materiam. Et νήσας, qui coacervavit. Et νῆες, naves.

Νήϊα. Ligna ad naves fabricandas apta. Et Neium, Ithacæ mons, qui & Hyponeium vocatur.

Νήϊδα. Nescium. Imperitum. Indoctum. Infirmum. Νηΐδες vero, Nymphæ Najades.

Νῆϊς. Nescius. Imperitus. Indoctus. Νηΐδα vero, Nympham Najadem. Quidam nomen hoc deductum putant a voce νάματα, i. e. aquæ. Vel, a Νεῖλος. Et in Samo bestias fuisse dicunt, Νήϊα appellatas, quæ sono vocis terram finderent: ut tradit Euphorion.

Νηΐτης. Nauticus. Navalis. *Non solum classe navali, sed etiam terra expeditionem contra Vandalos fecit.* Et Ælianus de Lacedæmoniis inquit: *Præliis navalibus parum assueti.*

Νηκερδής. Inutilis. Insipiens.

Νηκούστησε. Non audivit. Non obtemperavit. Neglexit. Contempsit.

Νηκτά. Natatilia. Aquatilia.

Νηλεῶς. Inhumaniter. Crudeliter. Dicitur & νηλειῶς, [poëtice.]

Νηλεύς. Nomen proprium. Neleus.

Νηλής. Inhumanus. Crudelis.

Νηλίπους. Nudis pedibus incedens. Discalceatus. [Sophocles:] *Senem ducit, sæpe per agrestem sylvam jejuna & discalceata oberrans.*

Νηλιτής. Peccator. Fœmininum, νηλίτιδες, legitur in *Odyssea:* quod a masculino barytono deductum est. Et syllaba ab initio secunda, scilicet λι, in hoc libro per ι secundum analogiam scribitur. At Technici per η etiam scribi docent; cujus rei hanc afferunt causam, quod τὸ ι in η Æolice mutetur. Hoc enim tum in aliis vocabulis usu venire, tum etiam in voce ψιμμύθιον, pro quo Æolice dicatur ψημμύθιον.

Νηνησμένα χερσ. *Fila tenens, molestias expecta.*

Νῆμα. Filum. Et νήματα, fila. A verbo νήθω, neo.

Νημερτές. Verum. Et νημερτής, verus.

Νηνεμία. Tranquillitas. Sive, tranquillus aëris status, nullis ventis spirantibus.

Νήνεμος. Expers venti.

Νηοφυλακεῖον. Navale. Navium statio.

Νηπενθές, ἄχ. *Dolorem & iram sedans, & malorum omnium oblivionem inducens.* Νηπενθές hic idem significat, quod ἀπενθές.

Νήπεον φρόνημα. Mens infantilis. At νηπία ἡλικ. [per ι.] Ætas infantilis.

1 Νήεον ὕλην] Homerus Il. Ψ. v. 139.

2 Νήϊον, ὄρος Ἰθ.] Ejus mentio fit apud Homerum Odyss. A. v. 486.

3 Νήϊα] Heraclides de Politiis, in Republ. Samiorum, bestias has Νηΐδας appellatas fuisse scribit. At Ælianus *Hist. Anim.* lib. XVII. cap. XXVIII. Νηάδες illis nomen fuisse tradit.

4 Ἐνταίων] Scribe, Εὐφορίων. Ælianus loco laudato: Εὐφορίων δὲ ἐν τοῖς ὑπομνήμασι λέγει. ——— γενέσθαι ἐν αὐτῇ (Σάμῳ) θηρία μεγέθει μὲν μέγιστα, ἄγρια δὲ, καὶ προσπελάσαι τῳ δεινά. καλεῖσθαι δὲ μὲν Νηάδας· [illegible] καὶ μόνῃ τῇ βοῇ ῥηγνύναι τὴν γῆν. Confer etiam Bochartum *Geogr. Sacr.* Part. II. lib. I. cap. VIII.

5 Γεροντ αγωγεῖ, πολλ.] Duo hi senarii leguntur apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 283. ut Portus monuit.

6 Ἐν Ὀδυσσείᾳ] Odyss. T. v. 498. sed ubi hodie legitur νηλείτιδες non νηλίτιδες. Variantis hujus lectionis meminit etiam Eustathius, pag. 1874.

7 Οἱ δὲ Τεχνικοὶ διὰ τοῦ η εἰδ.] Confer Etymologum v. Νηλίτις.

8 ψημμύθιον] Male antea legebatur, ψιμμύθιον, per ι in syllaba prima.

9 Νηνησμένα χερ.] Versus hic onirocriticus legitur apud Astrampsychum.

10 Ἀνέμων ἀπουσία] Sic habent MSS. Paris. itemque Photius in Lexico inedito. At priores Editt. ἀνέμων ἡσυχία.

11 Νηπενθές, ἄχ.] Est versus Homericus Odyss. Δ. v. 221. sed ubi hodie pro ἐπίληθες legitur ἐπίληθον.

Νήπια. τὰ βρέφη. παρὰ τὸ νη στερητικὸν, καὶ τὸ ἔπος. ἤγουν, τὰ μήπω λέγειν δυνάμενα. ἢ παρὰ τὸ νη ἐπιτατικὸν, καὶ τὸ ἤπιον. ἤγουν, τὰ παρὰ τὸ δέον ἤπια.

Νηπιέη.[1] ἀφροσύνη.

Νήπιος. ἄφρων. ἀνόητος.[2] Φίλιππος ὁ Μακεδὼν, πολλοὺς ἀνελὼν, ὕστερον ἐφθέγξατο τοῦτον τὸν στίχον·

Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, υἱοὺς καταλείπει.

θηριῶδες ἴσως τοῦτο. δοκεῖ γὰρ παραινεῖν ἠρέμα τοὺς ἐχθροὺς κτείνειν. † [3] Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. ἔσθ' ὅτε γὰρ πλειόνων ἐπιθυμῶν τις, καὶ ἃ ἔχει, ἀποβάλλει.

Νηποινί. ἄνευ τιμωρίας, καὶ ποινῆς. Αἰτιώτατος δὲ γενόμενος τῆς στάσεως, οὐ φεύξεται νηποινὶ τὸ ἔγκλημα. καὶ αὖθις· Οὐ γὰρ νηποινί γε πείσεσθαι, ἃ πρὸς αὐτῶν ἐπεπόνθει.

Νηπύτιος. νήπιος. μωρός. ποιητικῶς. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις.

———— Νηπύτιος γάρ ἐστ' ἔτι,

Καὶ τῶν κρεμαθρῶν οὐ τρίβων τῶν ἐνθάδε.

Νηρεύς. ὁ θαλάσσιος Θεός.

Νηρῆδας. τὰς νύμφας, κατὰ συγκοπὴν τοῦ ι.

Νηρηΐδες. νύμφαι. πεντήκοντα τὸν ἀριθμόν εἰσι. [5] Σοφοκλῆς· Τᾶν ἑκατομπόδων Νηρῄδων ἀκόλουθος.

Νηρῆς. κατὰ συναίρεσιν ἐκ τοῦ Νηρηΐς· ὥσπερ καὶ τὸ Χρυσηΐς, Χρυσῆς, καὶ Βρισηΐς, Βρισῆς.

Νηρίθμους. ἀναριθμήτους. ἀπείρους.

Νηρίνη.

Νηρίον. ἴσως ὁ Νηρίτης, ὑποκοριστικῶς· ἵνα ᾖ ἐκ τοῦ Νηρός. ὅθεν ὁ Νηρίτης εἴη, καὶ τὸ Νηρίον.

Νηρίς. πόλις Μεσσήνης.

Νηρίτης. θαλάσσιος κόχλος. ἐκ τοῦ νέω, νεῖν, τὸ κολυμβᾶν, νηρὸς, ἰχθύς. καὶ νηρὸς μυχὸς [6] παρὰ Λυκόφρονι, ὁ κοῖλος, ἢ κάθυγρος. καὶ ἐκ τοιαύτης παραγωγῆς, ὁ νηρίτης. εἰ γὰρ ἦν κατά τινας ἐκ τοῦ Νηρεὺς, διὰ διφθόγγου ἂν εἶχε τὴν παραλήγουσαν ὁ νηρίτης.

Νήριτον. ὄρος. ἔστι καὶ νήριτος ὕλη, ἡ δασυτάτη· πρὸς ἣν οὐκ ἄν τις ἐρίσειεν. Νήρικον δὲ, ἐν τῷ κ, ὃ [7] καὶ Ἀκτὴ Ἠπείρου, τόπος Ἠπείρου ἐν Ὀδυσσείᾳ· ἣ ὕστερον Λευκάς.

Νῆσσα. τὸ ὄρνεον. ἥτις καὶ νῆττα λέγεται Ἀττικῶς.

Νῆσσα. ὄνομα κύριον. [8] Δυσαύλης ὄνομα συνῴκησε τῇ Βαβοῖ, καὶ ἔσχε παῖδας Πρωτονόην τε καὶ Νῆσσαν.

Νήπια. Infantes. Ex νη, particula privativa, & nomine ἔπος, verbum. Quasi dicas, qui nondum fari possunt. Vel vox composita est ex particula intensiva νη, & nomine ἤπιον, lene, mansuetum: quod infantes sint mansuetiores, quam oporteat.

Νηπιέη. Stultitia. Imprudentia.

Νήπιος. Infans. Stultus. *Philippus Macedo multis occisis tandem hunc versum pronuntiavit: Stultus est, qui patre cæso filios relinquit. Immane forsan illud. Videtur enim suadere, ut inimicos ad unum omnes interficiamus.* [Hesiodus:] *Stulti, neque sciunt, quanto plus sit dimidium toto. Interdum enim quis plura appetens, & ea, quæ habet, amittit.*

Νηποινί. Impune. *Cum autem fuerit præcipuus seditionis auctor, hoc crimen non effugiet impune.* Et iterum: *Haud enim eos impune laturos esse dicebat injurias, quas ab ipsis perpessus fuisset.*

Νηπύτιος. Infans. Stultus. Fatuus. Poetice. Aristophanes *Nubibus: Infans enim est adhuc, nec machinarum pensilium, quæ illic sunt, peritus.*

Νηρεύς. Nereus. Marinus Deus.

Νηρῆδας. Nereidas. Nymphas. Per syncopen τοῦ ι, [pro Νηρηΐδας.]

Νηρηΐδες. Nereides. Nymphæ. Sunt autem numero quinquaginta. Sophocles: *Centum pedes habentium Nympharum assecla.*

Νηρῆς. Nereis. Per contractionem formatum est ex Νηρηΐς: ut ex Χρυσηΐς, Χρυσῆς, & ex Βρισηΐς, Βρισῆς.

Νηρίθμους. Innumerabiles. Innumeros. Infinitos.

Νηρίνη. Nereine.

Νηρίον. Fortasse per diminutionem [sic vocatur] νηρίτης, i. e. nerites concha; a νηρός: unde etiam νηρίτης & νηρίον deducta fuerint.

Νηρίς. Neris. Agri Messenii urbs.

Νηρίτης. Nerites. Concha marina. A νέω, nato, deducitur νηρὸς, quod est nomen piscis. Et νηρὸς μυχὸς, antrum cavum & humidum, apud Lycophronem. Et hinc deducitur νηρίτης. Si enim secundum quosdam a Νηρεὺς derivatum esset, penultima ejus vocis syllaba per diphthongum ει scribi deberet.

Νήριτον. Nomen montis. Et νήριτος ὕλη, sylva densa & opaca. [A νη, particula privativa, & ἐρίζω, contendo:] cum qua scilicet nulla alia contendere possit. At Νήρικον, per κ, est locus Epiri in *Odyssea*, qui postea *Leucas* dictus est.

Νῆσσα. Anas. Eadem & νῆττα dicitur, Attice.

Νῆσσα. Nessa. Nomen proprium. *Quidam, nomine Dysaules, Babonem habuit uxorem, & ex ea liberos suscepit Protonoen & Nessam.*

1 Νηπιέη] Sic MSS. Paris. At priores Editt. minus recte νηπιή. Voce autem hac usus est Homerus Il. Υ. v. 411.

Δὴ τότε νηπιέῃσι ποδῶν ἀρετὴν ἀναφαίνων.

Scholiasta: Νηπιέῃσι. ἀφροσύναις. ἀνοίαις.

2 Φίλιππος ὁ Μακεδὼν, πολλοὺς ἀνελ.] Idem de Philippo refert Polybius in Excerptis a Valesio editis, pag. 118. Non tamen hæc inde sumpsisse videtur Suidas.

3 Νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν ὅσῳ κτλ.] Est versus Hesiodi in Ἔργοις. Confer Platonem *de Republ.* v. pag. 463. & Nostrum supra v. Ἡμίσεια.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 174. (105. Ed. Bas. *P.*)

5 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 295.

6 Παρὰ Λυκόφρονι] *Cassandr.* v. 896. ubi hodie legitur, —— νηροῖς μυχοῖς: non νηροῖς, per ε.

7 Ὃ καὶ Ἀκτηρικόν] Scribe, ὃ καὶ Ἀκτὴ καθ' Ὅμηρον. Referenda enim hæc sunt ad locum illum Homeri Odyss. Ω.

Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀκτὴν Ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.

Confer etiam Stephanum Byzantium v. Νήρικος.

8 Δυσαύλης ὄνομα συνῴκ.] Hæc leguntur etiam supra v. Δυσαύλης.

Νῆσαι. σωρεῦσαι. καὶ νήσουσι, σωρεύσουσι.

Νῆσαι. Coacervare. Accumulare. Et νήσουσι, coacervabunt.

Νησίον. καὶ νησιώτης, ὁ ἀπὸ νήσου. καὶ νησύδριον, νησίον μικρόν.

Νησίον. Parva insula. Et νησιώτης. Insulanus. Insulæ incola. Et νησύδριον, parva insula.

Νῆσις, Νήσιδος. ὄνομα πόλεως, καὶ ὄνομα Θεᾶς. Νησὶς δὲ, τὸ ὑποκοριστικόν. ἐν [1] Ἐπιγράμμασι· Ἀκταίης νησῖδος ἁλιξάντοισι χοιράσι.

Νῆσις, Νήσιδος. Nesis, Nesidis. Nomen urbis. Item, nomen Deæ. At νησὶς, [cum accentu in ultima,] est nomen diminutivum; [significans parvam insulam.] In Epigrammate: *Parvæ insulæ littori vicinæ, & a marinis fluctibus verberatæ, scopulis.*

Νῆσος. ἐκ τοῦ νῶ, νήχω. ἡ οἷον ἐγκολυμβῶσα ὕδατι. ἢ, φασὶ, καὶ ὡς ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τῆς νήσσης, καθ᾽ ὁμοιότητα. ἐντεῦθεν νησίτης, καὶ κατὰ πλεονασμὸν, νησιώτης, ὡς ἀγροιώτης.

Νῆσος. Insula. Sic dicta a νῶ, nato: quod in aqua quasi natet. Vel, ut ajunt, ab anate, quam νῆσσαν Græci dicunt; per similitudinem quandam. Hinc deducitur, νησίτης, insulanus, & per pleonasmum, νησιώτης; ut ἀγροιώτης.

Νησιώπη. [2] νῆσος Λέσβου, τὸν Σίγριον, φασὶ, λιμένα ποιοῦσα.

Νησιώπη Nesiope. Insula Lesbi, quæ, ut ajunt, portum Sigrem efficit.

Νηστεία. ἐκ τοῦ νηστεύω. καὶ νήστιμος, ἡ τῆς νηστείας ἡμέρα.

Νηστεία. Jejunium. Abstinentia a cibo. A verbo νηστεύω, jejuno. Et νήστιμος ἡμέρα, dies jejunii.

Νῆστις. ὁ ἄσιτος. καὶ τὸ μεταξὺ τῆς κοιλίας καὶ τοῦ στομάχου ἔντερον· παρὰ τὸ νη στερητικὸν μόριον, καὶ τὸ ἐσθίειν. ἢ παρὰ τὸ νη στερητικὸν, καὶ τὸ σιτίον. [3] Νῆστίς θ᾽, ἢ δακρύοις γε πικροῖς νωμᾷ βρότειον γένος. τὸ ὕδωρ λέγων.

Νῆστις. Jejunus. Qui nihil edit. Item, intestinum, quod medium est inter ventrem & stomachum. Dictum a particula privativa νη, & verbo ἐσθίειν, edere. Vel a νη particula privativa, & nomine σιτίον, cibus. [Empedocles:] *Et Aqua, quæ lacrymis oculos mortalium rigat.* Per νῆστιν enim intelligit aquam.

Νήτη. χορδὴ μουσικὴ, ὀξεῖαν φθόγγον ἀποτελοῦσα.

Νήτη. Chorda musica, sonum acutum edens.

Νὴ τὴν. μὰ τήν. ἐλλειπτικόν. κατὰ τὸ, μὰ τὸν, καὶ μὰ τάς.

Νὴ τὴν. Per hanc. Dictum hoc est per ellipsin. [Subintelligitur enim nomen Deæ.] Simile huic est illud loquendi genus, μὰ τὸν, & μὰ τάς.

Νὴ τὴν ἱερὰν κεφαλήν. τὸ νη κατομωτικόν ἐστιν ἐπίῤῥημα, τουτέστι, μεθ᾽ ὅρκου βεβαιωτικὸν ὥσπερ τὸ μὰ ἀπομωτικὸν, μεθ᾽ ὅρκου ἀρνητικόν. Νὴ τὸν, καὶ ναὶ μὰ τόν. κατομωτικὰ ταῦτα. ἀπομωτικὰ δὲ ταῦτα, Μὰ τὸν Δί᾽, οὔ. ὥστε ἐσχάτη ἀκυρολογία τὸ λέγειν, Μὰ τὸν Δία ποιήσω.

Νὴ τὴν ἱερὰν κεφ. Per sacrum caput. Νὴ est adverbium, quo utuntur illi, qui jurejurando aliquid affirmant: ut μὰ est particula, jurijurando negativo inserviens. Et Νὴ τὸν, & Ναὶ μὰ τὸν, sunt formulæ jurandi, quibus aliquid affirmatur. At Μὰ τὸν Δία, est jurandi formula, qua aliquid negatur. Hinc in proprietatem loquendi maxime peccat, qui dicit, Μὰ τὸν Δία ποιήσω, pro, *Per Jovem faciam.*

Νῆτον. δυϊκὸν ῥῆμα.

Νῆτον. Duale verbum.

Νῆτρον. τὸ κλωστήριον.

Νῆτρον. Fusus.

Νηῦς. ἡ ναῦς.

Νηῦς. [Ionice] pro ναῦς. Navis.

Νηφάλεος. ὁ σώφρων. καὶ νηφαλέα, θηλυκόν.

Νηφάλεος. Sobrius. Et fœmininum, νηφαλέα, sobria.

Νηφάλια ξύλα. τὰ μήτ᾽ ἀμπέλινα, μήτε σύκινα, μήτε μύρσινα. ἐκεῖνα γὰρ οἰνόσπονδα λέγεται, ὡς καιόμενα, ὅτε μὴ ὕδωρ, ἀλλὰ οἶνος σπένδεται.

Νηφάλια ξύλα. Ligna sobria. Sic appellantur ea ligna, quæ neque vitea sunt, neque ficulna, neque myrtea. Illa enim dicuntur οἰνόσπονδα, quod urantur, cum non aqua, sed vinum libatur.

Νηφάλιος [4] θυσία. παρὰ Ἀθηναίοις ἐτελεῖτο Μνημοσύνῃ, Ἠοῖ, Ἡλίῳ, Σελήνῃ, Νύμφαις, Ἀφροδί-

Νηφάλιος θυσία. Sobrium sacrificium. [Sic dicebatur illud sacrificium, quod] apud A-

1 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. vi. cap. 111. ut Portus monuit. Ibi autem sic legitur:

Ἀκταίης νησῖδος ἁλιξάντοισι, Πέλοπι,
Χοιράσι, καὶ πηγαῖ παρπόμενος σκοπέλῳ.

Sed lectio Suidæ ἁλιξάντοις recte se habet, ut monuimus etiam supra v. Ἀλιξάντοις: ad quem locum Lectorem remittimus.

2 Νησιώπη. νῆσος Λέσβ.] Ex Stephano Byzantio: sed apud quem legitur Νησιώπη, & Σίγελον.

3 Νῆστίς θ᾽, ἢ δακρύοις γε πικρ.] Est fragmentum Empedoclis, sed mendosum; quod apud Sextum Empiricum, & Pseudo-Heraclidem in *Allegoriis Homericis*, rectius sic legitur:

Νῆστίς θ᾽, ἢ δακρύοις τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Hinc Suidam emendabis. Apud Laertium in *Empedocle* idem fragmentum sic legitur:

Νῆστις θ᾽, ἢ δακρύοις ἐπιπικροῖ ὄμματα βρότεια.

Sed & ibi rescribendum est, uti apud Suidam rescribendum esse monuimus,

——— τέγγει κρούνωμα βρότειον.

Cæterum, per νῆστις Empedoclem intellexisse *aquam*, Laertius loco laudato expresse monet: a quo interpretationem illam Suidas mutuatus esse videtur.

4 Νηφάλιος θυσία. παρὰ Ἀθην.] Totum hunc locum descripsit Suidas ex Scholiasta Sophoclis ad *Oedip. Colon.* pag. 274. ut Portus etiam monuit.

τῇ Οὐρανίᾳ· ὥς φησι Πολέμων. καὶ ξύλα δὲ νηφάλια, τὰ μὴ ἀμπέλινα, μήτε σύκινα, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν θύμων. καὶ πρώτη ἐστὶν αὕτη ἡ ὕλη πρὸς τὰς ἐμπύρους θυσίας· παρ' ὃ καὶ τοὔνομά φασι λαβεῖν τὸν θύμον, ὡς παρὰ [1] τὴν θυσίαν καὶ τὴν θυὴν πεποιημένης τῆς φωνῆς. εἰσὶ δέ τινες τοπαράπαν ἄσπονδοι θυσίαι, κατὰ τύχην εἰς ἔθος παρελθοῦσαι. [2] Σοφοκλῆς·

——— Οὐ γὰρ ἄν ποτε
Πρώταισιν ὑμῖν ἀντέκυρσ' ὁδοιπορῶν,
Νήφων ἀοίνοις.

πρὸς τὰς Εὐμενίδας λέγων, αἳ ἄοινοι λέγονται, ὡς ἀεὶ νήφουσαι, καὶ [3] μὴ μέθην παρέχουσαι. τοῦτο δὲ διὰ τὸ θείας δίκης ἄϋπνον.

Νηφάλιοι θυσίαι. ἐν αἷς οἶνος οὐ σπένδεται, ἀλλὰ ὕδωρ μελίκρατον.

Νηφαλισμός. ἡ προσοχή.

Νῆφε. γρηγόρει. [4] Ἀλλ' ἔστιν αἴτιον, τὸ μὴ πρόχειρον ὑπάρχειν τὸ παρ' Ἐπιχάρμῳ καλῶς εἰρημένον·

Νῆφε, καὶ μέμνησ' ἀπιστεῖν. ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Νήχεται. κολυμβᾷ.

Νήχυτος [5] ἔρως. ἐπιτατικὸν κἀνταῦθα τὸ νη.

Νία. [6] τὰ σχοινία.

Νίβα. [7] χιόνα. καλεῖται δὲ οὕτω καὶ κρήνη ἐν Θρᾴκῃ.

Νίβις. πόλις Αἰγύπτου.

Νίγερ. ὄνομα κύριον.

Νίγλαροι. τὰ περισπάσματα καὶ περίεργα κρούματα. [8] κροῦμα δέ ἐστι καὶ μέλος μουσικὸν παρακελευστικὸν ὁ νίγλαρος.

Νιγρῆτες. ἔθνος Λιβυκόν.

Νιγρῖνος. ὄνομα κύριον. καὶ Νίγρος.

Νιδάριον. [9] παρὰ Πέρσαις τὸ πρὸς τῇ κεφαλῇ περιείλημα· ὃ δὴ παρ' Ἀθηναίοις καλεῖται κράβυλος· παρὰ δὲ Κυπρίοις, κορδύλη· ὡς Κρέων ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ῥητορικῶν.

Νίδες. [10] αἰδοῖα, ἢ ὀρχίδια παιδίων. Σικελοί.

Νίζε. νίπτε.

Νίζει. ῥύπτει. πλύνει. κλύζει. ἀποσμήχει.

Νικαγόρας, [11] Μνησαίου ῥήτορος, Ἀθηναῖος, σοφιστής. γέγονε δὲ κατὰ Φίλιππον τὸν Καίσαρα. ἔγραψε Βίους ἐλλογίμων. Περὶ Κλεοπάτρας τῆς ἐν Τρωάδι. Πρεσβευτικὸν πρὸς Φίλιππον τὸν Ῥωμαίων βασιλέα.

thenienses fiebat Mnemosynæ, Auroræ, Soli, Lunæ, Nymphis, & Veneri Cœlesti, ut ait Polemo. Et ligna sobria dicuntur ea, quæ neque sunt vitea, neque ficulna; sed ex thymo: quod quidem lignum ad sacrificia ardentia primum adhiberi cœpit. Hinc etiam *thymum* nomen accepisse ajunt; voce scilicet deducta a θυσία, vel θυὴ, i. e. sacrificium. Sunt autem & sacrificia quædam, omni prorsus libatione carentia, quæ fortuito in usum recepta fuerunt. Sophocles: *Haud enim unquam in primas vos incidissem iter faciens, sobrius in sobrias.* Ad Eumenidas hæc dicit, quæ dicuntur ἄοινοι, i. e. vini expertes, quod semper sint sobriæ, & ab omni ebrietate alienæ. Et hoc quidem, quod Vindicta divina semper vigilet.

Νηφάλιοι θυσίαι. Sobria sacrificia: in quibus scilicet non vinum, sed aqua melle mixta libatur.

Νηφαλισμός. Sobrietas. Attentio.

Νῆφε. Sobrius esto. Vigila. *Sed ratio est, quia præclarum illud Epicharmi dictum homines in promptu non habent: Sobrius esto, & nemini credere memento. Hi enim sunt articuli prudentiæ.*

Νήχεται. Nat. Natat.

Νήχυτος ἔρως. Amor valde diffusus. Nam particula νη hic est intensiva.

Νία. Funes.

Νίβα. Idem, quod χιόνα, i. e. nivem. Item, fons in Thracia sic vocatur.

Νίβις. Nibis. Urbs Ægypti.

Νίγερ. Niger. Nomen proprium.

Νίγλαροι. Sic vocantur cantus acuti, & soni subtiles, qui pulsu citharæ eduntur. [Aliter.] Νίγλαρος est sonus citharæ, & modulatio incentiva.

Νιγρῆτες. Nigretes. Gens Libyca.

Νιγρῖνος. Nigrinus. Nomen proprium. Ut & Νίγρος, Niger.

Νιδάριον. Nidarium. Apud Persas ita vocatur fascia capitis. Vel idem significat, quod apud Athenienses κράβυλος, & apud Cyprios, κορδύλη: ut Creon primo *Rhetoricorum* auctor est.

Νίδες. Membra genitalia, vel testiculi puerorum. Sic Siculi.

Νίζε. Pro νίπτε. Lava.

Νίζει. Purgat. Lavat. Abluit. Abstergit.

Νικαγόρας. Nicagoras, Mnesæi oratoris filius, Atheniensis, Sophista: qui vixit tempore Philippi Imperatoris. Scripsit vitas clarorum virorum. De Cleopatra, quæ fuit in Troade. Orationem habitam in legatione ad Philippum Imperatorem Romanorum.

1 *Παρὰ τὴν θυσίαν*] Scholiasta Sophoclis rectius habet, *παρὰ τὴν θυμίασιν*.

2 *Σοφοκλῆς*] *Oedip. Colon.* pag. 274.

3 *Μὴ μέθην παρέχουσαι*] Cum Porto legere malim, *μὴ μέθης μετέχουσαι*, i. e. quæ nunquã inebriantur, sed omnis temulentiæ expertes sunt.

4 *Ἀλλ' ἔστιν αἴτιον, τὸ μὴ πρόχ.*] Hæc sunt verba Polybii lib. XVII. cap. XXX. quæ etiam repetuntur infra v. *Πρόχειρος*.

5 *Νήχυτος*] Vide Scholiastam Apollonii Rhodii ad l. III. v. 530.

6 *Νία*] Est vox procul dubio spuria, & ex *σχοινία*, per abjectionem syllabæ primæ, detorta. Solet enim interdum Grammaticus noster miro stupore voces dimidiatas pro integris in serie sua ponere: ut Ἄλα, pro Οὔαλα, Ἀκῆτι, pro Δεκακῆτι, Νῆτι, pro Γυναικωνῆτι, & alia hujus generis plura.

7 *Νίβα*] Confer Nostrum infra v. *Νίφα*.

8 *Κροῦμα δέ ἐστι καὶ μ.*] Ex Enarratore Comici ad *Acharnens.* pag. 397. (284. Ed. Bas. *P.*)

9 *Νιδάριον. παρὰ Πέρσ.*] Confer Nostrum supra v. *Ἐγκεκορδυλημένος*, ubi eadem leguntur. Cæterum, videndum, annon vox *νιδάριον* corrupta sit ex *κιδάριον*, quod est diminutivum a *κίδαρις*. Vide Hesychium, v. *Κίδαρις*.

10 *Νίδες*] Sic etiam Photius in Lexico MS. At Hesychius *νιδές*.

11 *Νικαγόρας*] Hujus Nicagoræ mentionem facit Philostratus lib. II. *de Sophist.* in vita *Aspasii* extrema: & ipse Suidas supra v. *Μαίωρ*, & v. *Μνησαῖος*. Confer etiam Jonsium *de Script. Hist. Phil.* lib. III. cap. XIV.

Νίκανδρος, [1] Ξενοφάνους, Κολοφώνιος· κατὰ δέ τινας, Αἰτωλός· ἅμα γραμματικός τε, καὶ ποιητής, καὶ ἰατρός, γεγονὼς κατὰ τὸν νέον Ἄτταλον, ἤγουν τὸν τελευταῖον, τὸν [2] Γαλατονίκην, ὃν Ῥωμαῖοι κατέλυσαν. ἔγραψε Θηριακά· Ἀλεξιφάρμακα· Γεωργικά. [3] Ἑτεροιουμένων βιβλία πέντε· Ἰάσεων συναγωγήν· Προγνωστικὰ δι' ἐπῶν· μεταπέφρασται δὲ ἐκ τῶν Ἱπποκράτους Προγνωστικῶν. Περὶ χρηστηρίων πάντων βιβλία τρία· καὶ ἄλλα πλεῖστα ἐπικῶς.

Νίκανδρος. Nicander, Xenophanis F. Colophonius, vel, ut alii tradunt, Ætolus; qui & Grammaticus fuit, & Poëta, & Medicus; vixitque tempore Attali junioris, sive ultimi, Galatonices dicti, cui Romani regnum ademerunt. Scripsit Theriaca: Alexipharmaca: Georgica: De corporibus in alias formas mutatis libros v. Remediorum collectionem: Prognostica versibus, ex Hippocratis Prognosticis translata: De omnibus oraculis libros tres; & alia plurima carmine.

Νικάνωρ, [4] ὁ Ἑρμείου, Ἀλεξανδρεύς, γραμματικός, γεγονὼς ἐπὶ Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος. ὅτε καὶ Ἕρμιππος ὁ Βηρύτιος. ἔγραψε περὶ στιγμῆς τῆς παρ' Ὁμήρῳ, καὶ τῆς ἐξ αὐτῶν διαφορᾶς ἐν τῇ διανοίᾳ. Περὶ στιγμῆς τῆς καθόλου, βιβλία ἕξ. Ἐπιτομὴν τούτων, βιβλίον ἕν. Περὶ στιγμῆς τῆς παρὰ Καλλιμάχῳ. Κωμῳδούμενα. Περὶ ναυστάθμου. Περὶ τοῦ ὦναξ. Περὶ στιγμῆς· καὶ ἄλλα. ἐφ' ᾗ πραγματείᾳ σκωπτόμενος πρός τινων Στιγματίας ἐκαλεῖτο. οὐ γὰρ δήπου ὡς δοῦλος οὕτως ἐσκώπτετο.

Νικάνωρ. Nicanor, Hermiæ F. Alexandrinus, Grammaticus; qui fuit temporibus Adriani Cæsaris, quo tempore & Hermippus Berytius vixit. Scripsit de punctis apud Homerum, & de differentia, quæ inde in sensu oritur. De interpunctione in genere, lib. VI. Horum compendium, lib. I. De punctis apud Callimachum. De iis, qui a Comicis exagitati fuerunt. De statione navium. De voce ὦναξ: & alia. Ob libros autem, quos de punctis scripsit, a quibusdam per irrisionem vocatus fuit Στιγματίας, i. e. notis compunctus. Non enim tanquam servus cavillo hoc perstringebatur.

Νικάνωρ. [5] τρεῖς γεγόνασι Νικάνορες· ὁ μὲν υἱὸς Βαλάκρου· ἕτερος δὲ, Παρμενίωνος· ἄλλος δὲ Σταγειρίτης τὸ γένος· οὗ καὶ Ὑπερείδης μνημονεύει ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους.

Νικάνωρ. Tres fuerunt Nicanores: unus, filius Balacri: alter, Parmenionis; & tertius, genere Stagirita: cujus etiam Hyperides meminit in oratione contra Demosthenem.

Νικασία. νησίδιον πλησίον Νάξου.

Νικασία. Nicasia. Parva insula prope Naxum.

Νικᾷ τὸν ὀνηλάτην. πρὸς τὸν μὴ ἀκούοντα νουθετοῦντος, ἀλλ' ἑαυτὸν προϊέμενον εἰς ἀπώλειαν.

Νικᾷ τὸν ὀνηλάτην. Vincit agasonem. In eum, qui monentem non audit, sed ultro in exitium ruit.

Νικάτορις. πόλις Συρίας, κτίσμα Σελεύκου τοῦ Νικάτορος.

Νικάτορις. Nicatoris, Syriæ urbs, condita a Seleuco Nicatore.

Νίκαια. ὄνομα πόλεως Βιθυνίας· ἐν ᾗ καὶ παραῤῥεῖ ποταμὸς Φάρνυτις λεγόμενος.

Νίκαια. Nicæa. Nomen urbis, in Bithynia sitæ, quam præterfluit fluvius nomine Pharnutis.

Νίκαια. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. ἔστι δὲ πόλις Λοκρίδος [6] ἐπιθαλαττίδιος, Βοττιαίων ἄποικος. [7] αὕτη κληθεῖσα καὶ Ἀντιγόνεια. παρωνόμασται δὲ Νίκῃ τῇ τοῦ Λυσιμάχου γυναικί. ἄλλως δὲ ὁμωνυμεῖ, εἴπερ ἐκείνη ἐκαλεῖτο Νίκαια. ἔστι δὲ καὶ Ἰλλυρὶς Νίκαια, καὶ Ἰνδική, καὶ Κύρνου τῆς νήσου, καὶ Λευκτρική, καὶ Κελτῶν, καὶ Λοκρῶν Ἐπικνημιδίων, καὶ περὶ Θερμοπύλας, καὶ Θρᾴκην. ἄνδρες ἐξ αὐτῆς πολλοὶ λόγου ἄξιοι. ἐθνικὸν αὐτῆς Νικαιεύς, καὶ Νικαεύς. εἰ δ' ἐστὶ, φασὶ, Νικαῖος, παροξύνεται ἡ ῥηθεῖσα. Νικαία γάρ.

Νίκαια. Nicæa. Æschines in oratione de legatione male gesta. Est autem urbs Locridis maritima, Bottiæorum colonia; quæ & Antigonia dicta fuit. Nomen ipsi impositum est a Nice, Lysimachi uxore: quæ tamen si Nicæa appellata fuit, casu factum est, quod idem nomen tulerit. Est & Nicæa Illyrica, & Indica, & Cyrni insulæ, & Leuctrica, & Gallica, & Locrorum Epicnemidiorum, & juxta Thermopylas, & in Thracia. Urbs ista multos claros viros tulit. Gentile ejus est, Nicæensis, & Nicaënsis. Quod si, ut ajunt, dicitur Νικαῖος, ante dictæ urbis nomen erit Νικαία, cum acuto in penultima.

Νικαίην. νίκην.

Νικαίην. Pro νίκην. Victoriam.

Νίκη. ἡ τοῦ πολέμου.

Νίκη. Victoria.

1 Νίκανδρος] De eo & ejus scriptis vide Vossium in opere *de Hist. Gr.*

2 Τὸν Γαλατονίκην] Vide Valesium ad Excerpta Constant. pag. 19.

3 Ἑτεροιουμένων] Sic recte habet unus MS. Paris. At in duobus aliis legitur, ἑταιρειουμένων, voce leviter corrupta. Editt. Mediol. & Ald. habent, ἑταιρευομένων, quod longius a vera lectione recedit. At Editt. Basil. & Genev. pejus, ἑταιρουμένων; quod Portus verterat, *De meretricio more viventibus*: haud sane Apolline dextro. Tam falsum enim est, poëma istud Nicandri de eo argumento scriptum fuisse, quam verum est, poetam in eo egisse de corporibus in alias formas mutatis; ut Ovidius in *Metamorphosibus*. Hujus rei facile fidem faciat Antoninus Liberalis, qui in *Metamorphosibus* suis plures fabellas de hominibus transformatis ex Nicandri Ἑτεροιουμένοις narrat. Vide Vossium *de Hist. Gr.* & Janum Rutgers. *Var. Lect.* lib. II. cap. XVIII. qui de mendo, quo in prioribus, Editt. Suidæ locus hic fœdatus est. Lectores recte etiam monuerunt.

4 Νικάνωρ] De eo vide Vossium in opere *de Hist. Gr.*

5 Νικάνωρ. τρεῖς γεγ.] Ex Harpocratione.

6 Ἐπιθαλαττίδιος, Βοττιαίων ἄπ.] Locus hic est mutilus, qui sic supplendus & distinguendus est: ἐπιθαλαττίδιος. † Νίκαια, πόλις Βιθυνίας, Βοττιαίων, &c. Priora enim illa, Νίκαια. Αἰσχίνης —— ἐπιθαλαττίδιος, sumpta sunt ex Harpocratione: at quæ sequuntur, ex Stephano Byzantio. ubi de Nicæa Bithyniæ, non vero Locridis verba fiunt.

7 Αὕτη] Ethnicographus habet, Ἀγκόρη.

Νίκη [1] Ἀθηνᾶ. Λυκοῦργος ἐν τῷ περὶ τῆς ἱερείας. ὅτι δὲ Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιὰν, ἐν δὲ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς ἐν πρώτῳ περὶ Ἀκροπόλεως.

Νικήτας. ὄνομα Δωρικόν. οὕτω καὶ Φιλήτας, καὶ Φιλήτης κατὰ Δωριεῖς. βαρύνεται δὲ ἄμφω τὰ κοινὰ πρὸς διαστολὴν ἐπιθέτων τοῦ, ὁ νικητὴς, καὶ ὁ φιλητής.

Νικήτας. ὄνομα κύριον.

Νικήτης. ὄνομα κύριον. [2] Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς ἔφη· Νικήτης ὁ κεκαθαρμένος ἀγνοήσας ἀκροθίνια πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζει.

Νικηφόριον. [3] οὕτω φασὶν ἐκαλεῖτο ἡ περὶ Ἔδεσσαν Κωνστάντια.

Νικίας, Ἀθηναῖος στρατηγός. οὗτος [4] Κύθηρα τὴν νῆσον εἷλε, καὶ περὶ τῆς Σπάρτης εἰς φόβον κατέστησε Λακεδαιμονίους, ὡς καὶ φρουρὰν αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι. εἰρήνην δὲ ὀκτὼ ἔτη ταῖς πόλεσιν ἐπρυτάνευσεν. ἦν γὰρ εἰρηνικὸς, ὡς καὶ δειλὸς εἶναι διὰ τοῦτο νομίζεσθαι. ἡ δὲ εἰρήνη ἑβδόμῳ ἔτει διαλύεται, λύσαντος αὐτὴν Ἀλκιβιάδου. στρατεύει δὲ ἐπὶ Σικελίαν σὺν Ἀλκιβιάδῃ, καὶ ἡττηθεὶς, καὶ νόσῳ νεφρίτιδι συσχεθεὶς, ἔγραψε πρὸς Ἀθηναίους, ἢ τὴν οὖσαν μεταπέμψασθαι δύναμιν, ἢ ἑτέραν ἀποστέλλειν. καὶ ἔπεμψαν ὑπὸ στρατηγῷ Δημοσθένει, ὃς καὶ αὐτὸς ἡττήθη. καὶ οἱ μὲν ἔφυγον· οἱ δὲ στρατηγοὶ ἐζωγρήθησαν. καὶ γὰρ διωχθέντες ἑάλωσαν. Νικίας δὲ καὶ Δημοσθένης αἰχμάλωτοι ἤχθησαν. [5] ἀπέκτειναν δὲ αὐτοὺς οἱ Σικελοί.

Νικίου. [6] κώμη περὶ Αἴγυπτον. ταύτης ὁ οἰκήτωρ Νικιώτης.

Νικόλαος, Μύρων τῆς Λυκίας, ὁ διάπυρος τῶν Χριστιανῶν καὶ ζηλωτὴς καὶ ἱερεὺς, ὁ πολλὴν ἔχων πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. οὗτος οὐκ ἔγραψε μέν· ἐν ὀνείροις δὲ ἐπιστὰς τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, καὶ τρεῖς [7] στρατιώτας ἔκ τινος διαβόλου κατακριθέντας τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἐῤῥύσατο, παράκλησιν δι' εὐχῆς παρ' αὐτῶν δεξάμενος. καὶ ἄλλους δέ τινας στρατιώτας ὁμοίως ἐκ θανάτου ἐξήρπασε· καὶ οὐ παύεται μέχρι τῆς σήμερον τοὺς τὴν πρεσβείαν αὐτοῦ ἐπικαλουμένους, ἀπὸ πάσης ἀνάγκης λυτρούμενος.

Νικόλαος [8] Δαμασκηνὸς, γνώριμος Ἡρώδου, τοῦ

Νίκη Ἀθηνᾶ. Victoria Minerva. Vel, Minerva Victrix. Lycurgus in oratione de sacrificula, vel sacerdote. Victricis autem Minervæ simulacrum, alis carens, & in dextra malum Punicum, in sinistra galeam tenens, ab Atheniensibus cultum fuisse, Heliodorus Periegetes libro primo *de Arce* tradit.

Νικήτας. Nicetas. Nomen Doricum. Sic & Philetas: [pro quo communiter dicitur,] Φιλήτης. Utrumque autem nomen, secundum dialectum communem prolatum, gravi notatur, ad differentiam horum epithetorum, νικητὴς, & φιλητής.

Νικήτας. Nicetas. Nomen proprium.

Νικήτης. Nicetes. Nomen proprium. Heraclides Lycius Sophista Nicetem emendavit, scripto libro, cui titulus erat, *Nicetes purgatus*. Sed ignoravit, se pygmæorum spolia aptare Colosso.

Νικηφόριον. Nicephorium. Sic, ut ajunt, vocabatur Constantia prope Edessam.

Νικίας. Nicias, dux Atheniensium. Hic insulam Cythera cepit, & de ipsa Sparta tantum terrorem Lacedæmoniis incussit, ut præsidium in urbe collocarent. Idem pacem octo annorum inter duas civitates procuravit. Erat enim pacis adeo studiosus, ut & timidus propterea putaretur. Anno vero septimo pax illa ab Alcibiade rupta est. In Siciliam quoque cum Alcibiade profectus est, bellum Siculis illaturus. Victus autem, & morbo nephritide correptus, ad Athenienses scripsit, ut vel illas copias, quæ tum in Sicilia erant, revocarent, vel alias mitterent. Illi vero novas copias eo miserunt, duce Demosthene; qui & ipse victus est. Et alii quidem fugerunt: duces autem vivi capti sunt, hostibus eos persequentibus. Nicias vero & Demosthenes captivi abducti sunt, eosque Siculi interfecerunt. *Port.*

Νικίου. Niciæ, oppidulum Ægypti: cujus incola dicitur Niciotes.

Νικόλαος. Nicolaus, ex Myris urbe Lyciæ oriundus, fervidus Christianorum propugnator & sacerdos: qui magna cum fiducia Deo preces adhibebat. Hic nihil quidam scripsit: sed in somnis Imperatori Constantino adstans, tres milites, a calumniatoribus falso delatos, & ideo capitis damnatos, a morte liberavit, ab ipsis per preces invocatus. Alios etiam milites quosdam pariter ex morte eripuit: neque ad hunc usque diem cessat eos, qui intercessionem ipsius implorant, ab omni necessitate liberare.

Νικόλαος. Nicolaus Damascenus, amicus

1 Νίκη Ἀθηνᾶ] Ex Harpocratione. Minerva autem hæc Victrix eadem erat, quæ & Πολιὰς & Πολιοῦχος dicebatur. Sophocles *Philoct.* pag. 382.

Νίκη τ' Ἀθηνᾶ Πολιὰς, ἣ σώζει μ' ἀεί.

Scholiasta: Ἡ Πολιοῦχος Ἀθηνᾶ Νίκη καλεῖται ἐν τῇ Ἀττικῇ. Vide etiam Ulpianum ad orat. Demosth. contra Timocratem, pag. 266. Nostrum infra v. Ὑγεία: Harpocrationem v. Ταμίαι, & ibi Valesium.

2 Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφ.] Hæc negligenter admodum excerpta sunt ex Philostrato, apud quem in vita *Niceta* extrema, p. 513. locus hic recte sic legitur: Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον (i. e. Νικήτην) Ἡρακλείδης ὁ Λύκιος σοφιστὴς διορθούμενος, ἐπέγραψε Νικήτην τὸν κεκαθαρμένον. ἠγνόησε δὲ ἀκροθίνια πυγμαίων Κολοσσῷ ἐφαρμόζων. Hanc lectionem in versione secutus sum. Vide etiam supra v. Ἀκροθίνια, & v. Ἡρακλείδης, ubi eadem leguntur: ut & Pearsonius recte observaverat.

3 Νικηφόριον. οὕτω φ.] Ex Stephano Byzantio: sed apud quem pro Κωνστάντια legitur Κωνσταντίνα.

4 Κύθηρα] Sic recte habent MSS. Paris. At priores Editt. male, Κίθηρα.

5 Ἀπέκτειναν δὲ αὐτοὺς οἱ Σικ.] Vide Thucydidem lib. VII. cap. penult.

6 Νικίου. κώμη περὶ Αἰγ.] Ex Stephano Byzantio.

7 Στρατιώτας] Sic habet MS. A. At reliqui MSS. & priores Editt. στρατηλάτας: quod non placet.

8 Νικόλαος Δαμασκηνὸς] De eo vide Voss. *de Hist. Gr.* p. 177.

τῶν

τῶν Ἰουδαίων βασιλέως, καὶ Αὐγούστου Καίσαρος, φιλόσοφος Περιπατητικός, ἢ Πλατωνικός. ἔγραψεν Ἱστορίαν καθολικὴν ἐν [1] βιβλίοις ὀγδοήκοντα· καὶ τοῦ βίου Καίσαρος ἀγωγήν. οὕτω δὲ ἠσπάζετο αὐτὸν ὁ Καῖσαρ, ὡς τοὺς ὑπ' ἐκείνου πεμπομένους [2] πλακοῦντας τῷ [3] Καίσαρι, ἤγουν μελιπήκτας, Νικολάους αὐτὸν καλεῖν. καὶ διαμένει τοῦτο ἄχρι τοῦ σήμερον. ἔγραψε καὶ περὶ τοῦ ἰδίου βίου, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς. [4] οὗτος ὁ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ἐν τῇ ἄλλῃ παιδείᾳ διατεθραμμένος, διὰ τὸ καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ περὶ ταῦτα μάλιστα σπουδάσαι, ἐπειδὴ ἀπ' αὐτῆς αὐτῷ ὅ, τε πλοῦτος καὶ ἡ δόξα ἐπεγένετο, ἔτι μᾶλλον ηὔξησε ταύτην, ἔρωτά τινα ἀδιήγητον αὐτῆς σχὼν ἄλλως τε καὶ φύσεως οὐ φαύλης λαχόμενος· ὥστε, πρὸ γενειᾶν, εὐδόκιμος εἶναι ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τῶν ἡλίκων διαφέρειν. γραμματικῆς τε γὰρ οὐδενὸς χεῖρον ἐπεμεμέλητο, καὶ δι' αὐτῆς, ποιητικῆς πάσης· αὐτός τε τραγῳδίας ἐποίει, καὶ κωμῳδίας εὐδοκίμους. ἔτι δὲ μᾶλλον ὕστερον αὐξηθείς, ὥστε καὶ τὴν δύναμιν συναυξῆσαι, ῥητορικῆς τε καὶ μουσικῆς καὶ τῆς περὶ τὰ μαθήματα θεωρίας καὶ φιλοσοφίας ἁπάσης ἐπεμελεῖτο. ζηλωτὴς γὰρ Ἀριστοτέλους γενόμενος, καὶ τὸ ποικίλον τῆς περὶ τὸν ἄνδρα παιδείας ἀγαπήσας, χάριν εἰδέναι πᾶσιν ἔλεγεν ἀεὶ τοῖς μαθήμασι, πολὺ μὲν ἔχουσι τὸ ἐλευθέριον, πολὺ δὲ τὸ χρήσιμον εἰς τὸν βίον· πάντων δὲ μάλιστα τὸ εὐδιάγωγον πρός τε νεότητα καὶ γῆρας. ἔλεγε δὲ καὶ τὰς Μούσας ἄρα διὰ τοῦτο πολλὰς ὑπὸ τῶν θεολόγων παραδεδόσθαι, ὅτι πολὺ τὸ ποικίλον ἔχει τὰ παιδεύματα, καὶ πρὸς πᾶσαν βίου χρῆσιν οἰκεῖον. καὶ οὔτε τὴν ἐμπειρίαν αὐτῶν, οὔτε τὴν ἀπειρίαν ὁμοίως ὑπελάμβανεν εἶναι τῇ τῶν βαναύσων τεχνῶν· ἀλλὰ τοὐναντίον ὑπονείδιστον τοῖς μετρίοις ζῶσι τήν τε τούτων ἄγνοιαν, καὶ τὴν τῶν βαναύσων ἐπιστήμην. οὗτος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο, οὐδὲ ἐκαρπώσατο. [5] ἔφη δὲ ὁ Νικόλαος, ὁμοίαν εἶναι τὴν ὅλην παιδείαν ἀποδημίᾳ. ὡς γὰρ ἐν ταύτῃ συμβαίνει τοῖς ἀποδημοῦσι, καὶ μακρὰν ὁδὸν διεξιοῦσιν, ὅπου μὲν ἐγκαταγίνεσθαί τε καὶ σταυλίζεσθαι μόνον, ὅπου δὲ ἐναριστᾶν, ὅπου δὲ πλείους ἐνδημεῖν ἡμέρας, ἐνίους δὲ τόπους ἐκ παρόδου θεωρεῖν· ἐπανελθόντας μέντοι ταῖς ἑαυτῶν ἐνοικεῖν ἑστίαις· οὕτω καὶ διὰ τῆς ὅλης παιδείας διερχομένους δεῖν ἐν οἷς μὲν ἐπιτηδεύμασιν ἐπὶ πλέον ἐνδιατρίβειν, ἐν οἷς δ' ἐπ' ἔλαττον· καὶ τὰ μὲν, ὅλα, τὰ δὲ, ἐκ μέρους, τὰ δὲ, ἄχρι στοιχειώσεως παραλαμβάνειν, καὶ τὸ ἐκείνων χρήσιμον κατασχόντας, ἐπὶ τὴν ὡς ἀληθῶς πατρῴαν ἑστίαν ἀνελθόντας φιλοσοφεῖν.

& familiaris Herodis, Regis Judæorum, & Augusti Cæsaris, Philosophus Peripateticus, aut Platonicus. Scripsit Historiam Universalem, libris LXXX. itemque, de vita & educatione Cæsaris. Adeo autem charus erat Cæsari, ut is placentas mellitas, a Nicolao ad se missas, *Nicolaos* vocaret: quod nomen ad hunc usque diem permanet. Scripsit etiam de vita & educatione sua. Hic Nicolaus Damascenus omnibus literis a puero eruditus, (eo quod patrem habebat magnopere iis artibus deditum, qui opes & famam doctrinæ causa adeptus fuerat) ipse a paterna laude haudquaquam degenerans, incredibili quodam studio literis incubuit. Quare, cum & ingenio non malo præditus esset; priusquam ex ephebis excessisset, singularem laudem in civitate sua retulit, atque inter æquales longe enituit. Grammaticæ enim, atque inde poëticæ haud vulgarem notitiam sibi comparaverat, adeo ut tragœdias comœdiasque haudquaquam spernendas scriberet. Postea vero, cum majorem progressum doctrinæ simul & laudis fecisset, ad Rhetoricam ac Musicam & Mathematicas disciplinas atque universam philosophiam animum applicuit. Quippe Aristotelem inprimis imitari studebat, & multiplicem ejus viri doctrinam summopere mirabatur: ac sæpenumero dicere solebat, maximam se gratiam habere omnibus disciplinis, tum propter honestatem prorsus libero homine dignam, tum ob utilitates, quas in hanc vitam inferant, tum denique oblectationis causa, qua & juventutem & senectam unice recreent. Ajebat quoque, ideo fortassis plures numero Musas a veteribus Theologis introductas esse, quod in disciplinis mira varietas & ad omnes usus apta diversitas reperiatur. Earum vero imperitiam peritiamve longe ab illiberalibus artibus differre: quippe homini liberali atque idoneis opibus instructo imperitiam artium humaniorum, atque illiberalium peritiam, juxta turpem esse. Cæterum, ex nullis omnino disciplinis quæstum unquam Nicolaus captavit. Idem dicere solebat, disciplinarum orbem similem esse peregrinationi. Nam quemadmodum iis, qui longam peregrinationem susceperunt, usu venit, ut in quibusdam diversoriis prandendi causa commorentur, in aliis pernoctent, & in nonnullis quidem locis plusculos dies consistant; alia vero obiter tantum ac prætergredientes adspiciant; tandem autem reversi in suis penatibus degant: ita etiam eos, qui humaniorum artium studia percurrunt, in quibusdam disciplinis brevius, in aliis immorari diutius oportere; & has quidem integras perdiscere, illas vero duntaxat delibare, ac collecta singularum utilitate, ad philosophiam tanquam ad patriam ac lares reversos ibi considere.

1 Ἐν βιβλ. ὀγδοήκοντα] Imo, libris CXXIV. auctore Josepho: vel, CXL. secundum Athenæum. Vide Vossium loco laudato.

2 Πλακοῦντας] Alii non de placentis, sed dactylis, sive fructu palmæ idem narrant. Vide Meurs. *Exercit. Crit.* Part. II. lib. I. cap. XII. & eundem in notis ad Hesych. Illustr. pag. 168.

3 Τῷ Καίσαρι, ἤγουν μελιπήκτας] Hæc verba desunt in optimo MS. A. quæ proinde ut glossema expungenda puto.

4 Οὗτος ὁ Νικόλαος ὁ Δαμασκηνὸς ——— οὐδὲ ἐκαρπώσατο] Hæc omnia sumpta esse ex Nicolai Damasceni libro, quem ipse scripsit περὶ τοῦ ἰδίου βίου, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ἀγωγῆς, verisimiliter conjicit Valesius: quem vide ad Excerpta Historica a se edita, pag. 62. 63.

5 Ἔφη δὲ Νικόλαος, ὁμοίαν εἶναι τ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, αὐτολεξεὶ etiam leguntur in Excerptis a Valesio editis, pag. 417. 418. unde ea Suidas descripsit.

Νικό-

Νικόλαος, ῥήτωρ, γνώριμος Πλουτάρχου καὶ Πρόκλου. Πλουτάρχου δὲ λέγω, τοῦ ἐπίκλην Νεστορίου. ἔγραψε προγυμνάσματα, καὶ μελέτας ῥητορικὰς, καὶ ἄλλα τινά. ἤκμαζε δὲ ἐπὶ Λέοντος βασιλέως τοῦ πρεσβύτου, καὶ ἕως Ζήνωνος καὶ Ἀναστασίου.

Νικόλαος,[1] Μύρων τῆς Λυκίας, ἀδελφὸς Διοσκουρίδου γραμματικοῦ, καὶ Ἱππάρχου, καὶ Ὑπάτου Πατρικίου· σοφιστεύσας καὶ αὐτὸς ἐν Κωνσταντινουπόλει, μαθητὴς γεγονὼς Λαχάρους. ἔγραψε τέχνην ῥητορικὴν, καὶ μελέτας.

Νικόμαχος[2] Ἀλεξανδρεὺς, τῆς Τρωϊκῆς, τραγικὸς, γράψας τραγῳδίας ἕνδεκα, ὧν καὶ αἵδε· Ἀλέξανδρος,[3] ἢ Ἐριφύλη,[4] Γυριόνης, Ἀλετίδης, Εἰλήθυια, Νεοπτόλεμος, Μυσοὶ, Οἰδίπους, Περσὶς, ἢ Πολυξένη, Τριλογία, Μετεκβαίνουσαι, Τυνδάρεως, ἢ Ἀλκμαίων, Τεῦκρος.

Νικόμαχος, Ἀθηναῖος, τραγικός· ὃς παραδόξως Εὐριπίδην καὶ Θέογνιν ἐνίκησε. τῶν δραμάτων αὐτοῦ ἐστιν, Οἰδίπους.

Νικόμαχος Σταγειρίτης, φιλόσοφος, υἱὸς μὲν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, μαθητὴς δὲ Θεοφράστου· ὡς δέ τινες, καὶ παιδικά. ἔγραψεν Ἠθικῶν βιβλία ἕξ· καὶ περὶ τῆς Φυσικῆς Ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.

Νικόμαχος ἰατρὸς, καὶ αὐτὸς Σταγειρίτης, Μαχάονος τοῦ Ἀσκληπιοῦ υἱός· ἐξ οὗ κατήγετο Νικόμαχος, ὁ πατὴρ Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, καὶ αὐτὸς ἰατρός. ἔγραψεν Ἰατρικῶν βιβλία ἕξ· καὶ Φυσικῶν ἕν.

Νικομήδεια. πόλις. Νικομηδὶς ναῦς.

Νικομήδης. ὄνομα κύριον. ζήτει[5] ἐν τῷ περὶ ἀφύης.

Νικόπολις. ὄνομα πόλεως. ὁ πολίτης, Νικοπολίτης.

Νικοσθένης. ὄνομα κύριον.

Νικόστρατος,[6] Μακεδὼν, ῥήτωρ.[7] ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτορσι· σύγχρονος Ἀριστείδου καὶ Δίωνος τοῦ Χρυσοστόμου. ἦν γὰρ ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου τοῦ βασιλέως. ἔγραψε Δεκαμυθίαν, Εἰκόνας, Πολυμυθίαν, Θαλαττουργοὺς, καὶ ἄλλα πλεῖστα· καὶ ἐγκώμια εἴς τε τὸν Μάρκον, καὶ ἄλλους.

Νικόστρατος, κωμικός. τούτου μέμνηται Ἀθηναῖος[8] ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν. λέγει δὲ ὅτι δράματα αὐτοῦ ἐστι,[9] Πάνδαρος, ὁ καὶ Ἄντυλλος· ὃς καὶ Φιλεταίρου δοκεῖ εἶναι· καὶ Ἱεροφάντης, καὶ[10] Κλεινή. ἔτι δὲ Ἄβρα, καὶ

Νικόλαος. Nicolaus, Orator, discipulus Plutarchi, & Procli: illius inquam Plutarchi, qui cognominatus fuit Nestorii filius. Scripsit Progymnasmata, & declamationes Rhetoricas, & alia quædam. Floruit autem sub Leone seniore Imperatore, usque ad Zenonem & Anastasium.

Νικόλαος. Nicolaus, e Myris urbe Lyciæ oriundus, frater Dioscoridis Grammatici, & Hipparchi, & Hypati Patricii. Docuit autem & ipse Constantinopoli, fuitque discipulus Lacharis. Scripsit Artem Rhetoricam, & declamationes.

Νικόμαχος. Nicomachus Alexandrinus, (ex Alexandria scilicet Troadis oriundus) Tragicus. Scripsit tragœdias XI. ex quibus sunt & hæ: Alexander, sive Eriphyle, Gyriones, Aletides, Ilethyia, Neoptolemus, Mysi, Oedipus, Persis, seu Polyxena, Trilogia, Metecbænusæ, Tyndareus, sive Alcmæon, Teucer.

Νικόμαχος. Nicomachus Atheniensis, Tragicus; qui præter omnium opinionem Euripidem & Theognin vicit. Ex ejus fabulis est Oedipus.

Νικόμαχος. Nicomachus Stagirita, Philosophus, filius Aristotelis Philosophi, Theophrasti discipulus, &, ut quidam tradunt, amasius. Scripsit de moribus libros sex; itemque de Physica Acroasi patris sui.

Νικόμαχος. Nicomachus medicus, & ipse Stagirita, Machaonis filius, Æsculapii nepos, a quo genus duxit Nicomachus, pater Aristotelis Philosophi, & ipse medicus: qui de Re Medica libros VI. scripsit; & de Rebus Naturalibus unum.

Νικομήδεια· Nicomedea. Urbs. Et Νικομηδὶς ναῦς, Nicomedea navis.

Νικομήδης. Nicomedes. Nomen proprium. Quære in v. Ἀφύα.

Νικόπολις. Nicopolis. Nomen urbis. Civis [ejus dicitur] Nicopolites.

Νικοσθένης. Nicosthenes. Nomen propriū.

Νικόστρατος. Nicostratus, Macedo, orator. Hic relatus est in numerum decem illorum oratorum, qui secundum a primis locum tenere judicabantur: æqualis Aristidis & Dionis Chrysostomi. Vixit enim sub Marco Antonino Imperatore. Scripsit Decamythiam: Imagines: Polymythiam: Thalatturgos, & alia plurima. Item, encomia in Marcum, & alios.

Νικόστρατος. Nicostratus, Comicus. Hujus meminit Athenæus libro III. *Dipnosophistarum*, & has ab eo fabulas scriptas fuisse dicit: Pandarus, sive Antyllus; quæ fabula & Philetæro a quibusdam tribuitur: Hierophantes,

1 Νικόλαος] Hujus Nicolai mentio fit apud Marinum in *Vita Procli*, cap. X.

2 Νικόμαχος] De Nicomachis vide Meursium in notis ad Nicomachi Geraseni Harmonices Enchiridion, quod una cum Aristoxeni Elementis Harmonicis, & Alypii Isagoge Musica ab eo editum est Lugd. Batav. 1616.

3 Ἢ] Hæc particula deest in MS. A.

4 Γυριόνης] Lego, Γηρυόνης.

5 Ἐν τῷ περὶ ἀφύης] Lege, ἐν τῷ Ἀφύα. Supra enim v. Ἀφύα, Nicomedis mentio fit.

6 Μακεδὼν] Sic habent MSS. Paris. At priores Editt. minus recte, Μακεδόνων.

7 Ἐτάχθη δὲ ἐν τοῖς κριθεῖσιν ἐπὶ δευτέροις δέκα ῥήτ.] Ex hoc loco constat, duplicem olim fuisse apud Græcos oratorum celebrium decadem, priorem & posteriorem; quod etiam discimus ex Epigrammate Leontii Scholastici, Anthol. lib. III. pag. 412. ubi Chiridius vocatur,

Εἰκὼν ῥητήρων τῆς προτέρης δεκάδος.

Vide ad eum locum Brodæum.

8 Ἐν τρίτῳ Δειπνοσοφιστῶν] Et alibi.

9 Πάνδαρος] Athenæus, Πάνδροσος.

10 Κλεινή] Athenæus, Κλίνη, i. e. Lectus.

Ἡσί-

Ἡσίοδος, καὶ Διάβολος, καὶ Ἀντερῶσα, καὶ Ἑκάτη, Μάγειρος, Ὦτος, Πλοῦτος, Σύρος, Ἀπελαυνόμενος, Ψευδοστιγματίας, καὶ Τοκισταί. ταῦτα ἐν παραθήκῃ εὗρον κείμενα. καὶ παροιμία·

Ἐγὼ [1] ποιήσω πάντα κατὰ Νικόστρατον.

οὗτος κωμῳδίας ὑποκριτὴς ἦν, δοκῶν κάλλιστα ὑποκρίνεσθαι.

Cline, Habra, Hesiodus, Calumniator, Anterosa: item, Hecate, Coquus, Otus, Plutus, Syrus, Repulsus, Pseudostigmatias, & Tocistes. Et proverbium: *Omnia faciam more Nicostrati.* Hic erat histrio Comicus, qui optime fabulas agere credebatur.

Νικόφρων, [2] Θήρωνος, Ἀθηναῖος, κωμικός, σύγχρονος Ἀριστοφάνους τοῦ κωμικοῦ. τῶν δραμάτων αὐτοῦ καὶ ταῦτα· Ἐξ ᾅδου ἀνιών, [3] Ἀφροδίτης γοναί, Πανδώρα, [4] Ἐγχειρογάστορες, Σειρῆνες.

Νικόφρων. Nicophron, Theronis F. Atheniensis, Comicus, æqualis Aristophanis Comici. Ex fabulis ejus sunt & hæ: Ab Inferis rediens, Veneris natales, Pandora, Enchirogastores, Sirenes.

Νικοχάρης, [5] Φιλωνίδου τοῦ κωμικοῦ, Ἀθηναῖος, κωμικός, σύγχρονος Ἀριστοφάνους. τῶν δραμάτων αὐτοῦ, Ἀμυμώνη, Πέλοψ, Γαλάτεια, Ἡρακλῆς γαμῶν, Ἡρακλῆς χορηγός, Κρῆτες, Λάκωνες, Λήμνιαι, Κένταυροι, Χειρογάστορες.

Νικοχάρης. Nicochares, Philonidæ Comici F. Atheniensis, Comicus, æqualis Aristophanis. Ex ejus fabulis sunt, Amymone, Pelops, Galatea, Hercules uxorem ducens, Hercules Choragus, Cretenses, Lacones, Lemniæ, Centauri, Chirogastores.

Νικῷεν, καὶ νικῴη. εὐκτικά.

Νικῷεν. Vincant. Et νικῴη. Vincat. Sunt verba optativi modi.

Νίκων. [6] οὗτος πύκτης ἦν. πὺξ οὖν καὶ πάλην καὶ παγκράτιον καὶ δρόμον καὶ τἄλλα ἐν Ὀλυμπίᾳ, καὶ Νεμέᾳ, καὶ Ἰσθμῷ, καὶ ἄλλοις ἀγῶσι νικήσας, ἔλαβε στεφάνους, ὥς φασι, χιλίους καὶ τετρακοσίους. ἀπελθόντος δὲ αὐτοῦ ἐξ ἀνθρώπων, τῶν ἀπεχθανομένων τις [7] ὡς ζῶντι αὐτῷ παραγενόμενος ἐπὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ, καὶ ἐμαστίγου αὐτήν· ἐς ὃν πεσοῦσα ἐκείνη, ἠμύνατο τὸν ὑβριστήν. τοῦ δὲ οἱ παῖδες ἐπεξῄεσαν φόνου ἐπὶ τῇ εἰκόνι· καὶ οἱ Θάσιοι καταποντοῦσιν αὐτήν, κατὰ νόμον Δράκοντος Ἀθηναίου, ὑπερορίζοντος φονεύοντα καὶ τὰ ἄψυχα. ταύτην δὲ ἡ Πυθία ἔχρησε κακῶς Θασίοις πράττουσιν ἀνενεγκεῖν. ἀπορούντων δὲ περὶ τῆς ἀναγωγῆς, οἱ ἁλιεῖς τὰ δίκτυα χαλάσαντες ἐπὶ ἰχθύων ἄγραν, ἀνήνεγκαν τὴν εἰκόνα. καὶ ἔστησαν αὐτὴν οἱ Θάσιοι ὅθι καὶ πρῶτον ἦν.

Νίκων. Nicon. Hic pugil fuit, qui pugilatu, & lucta, & pancratio, & cursu, cæterisque certaminibus, partim Olympiæ, partim Nemeæ, & in Isthmo toties victor exstitit, ut mille & quadringentis coronis eum donatum fuisse ferant. Cum vero e vivis jam excessisset, quidam ex ipsius inimicis ad statuã ejus accedens, eam flagris cædebat: quæ cum hominem subito casu oppressisset, injuriam ab eo sibi illatam ulta est. Filiis vero ejus, qui occisus fuerat, statuam cædis postulantibus, Thasii eam in mare demerserunt, secundum legem Draconis Atheniensis, qui etiam inanima, quæ forte hominem peremissent, urbe agroque exterminari jussit. Postea Thasiis cum calamitate conflictantibus Pythia præcepit, ut statuam ex mari extractam in pristinam sedem reponerent. Cum vero illi anxii essent de modo & ratione eam extrahendi, piscatores retibus ad pisces capiendos in mare demissis, statuam extraxerunt: quam Thasii in pristinum locum reposuerunt.

Νικωνία. πόλις ἐν τῷ Πόντῳ, πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Ἴστρου.

Νικωνία. Niconia. Urbs in Ponto, ad ostia Istri.

Νικυρίς. ὄνομα τόπου.

Νικυρίς. Nicyris. Nomen loci.

Νίν. αὐτόν. αὐτάς.

[8] Εὐμενίδας ὅγ' ἐνθάδ' ἂν

Εἴποι λεώς νιν.

Καὶ Σοφοκλῆς·

Σύ τοι λέγεις νιν, οὐκ ἐγώ. σὺ γὰρ ποιεῖς

Τοὔργον. τὰ δ' ἔργα τοὺς λόγους εὑρίσκεται.

——Καὶ [9] σύ μ' ἐξ ὁδοῦ πόδα

Κρύψον κατ' ἄλσος, τῶνδ' ἕως ἂν ἐκμάθω

Τίνας λόγους ἐροῦσι.

Νίν. Ipsum, vel ipsas. Sophocles: *Eumenides indigenæ eas vocant.* Idem alibi: *Tu hoc dicis: at non ego. Tu enim ipsam rem facis. Facta vero ex verbis deprehenduntur.* Et iterum: *Et tu pedem meum extra viam occulta in luco, donec audiero verba eorum, quæ dicent.*

Νίναια. πόλις Οἰνωτρῶν ἐν τῇ μεσογαίᾳ. ὁ πολίτης Ninαῖος, ἢ Ninαιεύς.

Νίναια. Ninæa. Urbs Oenotrorum mediterranea. Civis, Ninæus, aut Ninæensis.

1 Ἐγὼ ποιήσω πάντα κ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἐγὼ ποιήσω.

2 Νικόφρων.] Scribe Νικοφῶν. Sic enim Comicus hic vocatur a Scholiasta Aristophanis, Polluce, Athenæo, & Etymologici auctore. Vide Meursium in *Bibliotheca Attica*.

3 Ἀφροδίτης γοναί] Fabula hæc laudatur a Scholiasta Aristophanis ad *Aves*, pag. 545. & 601. itemque a Polluce.

4 Ἐγχειρογάστορες] Imo, Χειρογάστορες. Sic enim fabula hæc appellatur a Polluce, Athenæo, & Etymologici auctore.

5 Νικοχάρης] Vide Meursium in *Bibliotheca Attica*.

6 Νίκων. οὗτος π.] Suidas supina negligentia ad Niconem hic refert, quæ apud Pausaniam lib. VI. pag. 364. unde articulus hic depromptus est, de Theagene Thasio narrantur.

7 Ὡς] Particulam hanc nec Pausanias agnoscit, nec sensus admittit.

8 Εὐμενίδας ὅγ' ἐνθ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 272. ut Portus monuit.

9 Καὶ σύ μ' ἐξ ὁδ.] Et hæc leguntur apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 275. ut itidem Portus observaverat.

Νινευί. πόλις. καὶ Νινευίτης, ὁ ἀπὸ τῆς αὐτῆς πόλεως.

Νινόη.[1] ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδισιὰς, οἰκισθεῖσα ὑπὸ Πελασγῶν Λελέγων· διὸ καὶ ἐκλήθη Λελέγων πόλις. μετὰ δὲ, Μεγάλη πόλις. εἶτα ἀπὸ Νίνου, Νινόη. ἐθνικὸν αὐτῆς, Νινοήτης.

Νῖνος. πόλις Ἀσσυρίων αὕτη, ἣν ἔκτισε Νῖνος, ἀνὴρ Σεμιράμιδος, ἐν τῇ [2] Ἀτυρίᾳ. ἐθνικὸν, Νίνιος. χρῆσις τούτου [3] παρὰ Ἡροδότῳ ἐν τρίτῃ, Κατὰ τὰς Νινίας καλεομένας πύλας.

Νιόβη. ὄνομα κύριον.

Νιρεύς. ὁ καλὸς, καὶ εὔμορφος.

Νισσαία.[4] τῆς Μεγαρίδος νεώριον. Νισσαία δὲ ἐκαλεῖτο καὶ αὐτὴ ἡ Μεγαρὶς ὅλη, ἀπὸ Νίσου τοῦ Πανδίονος. Ἑλλάνικος· Νισσαίαν θ' εἷλε, καὶ Νῖσον τὸν Πανδίονος, καὶ Μεγαρέα τὸν Ὀγχήστιον. ἤγουν τὸν ἀπὸ Ὀγχηστοῦ. ἣν δὲ πόλις Βοιωτίας.

Νίσαιον. τόπος Περσίδος, ἔνθα ἵπποι ὤκιστοι γίνονται,[5] Νισαῖοι λεγόμενοι. οἱ δὲ, ὅτι πεδίον μέγα τῆς Μηδικῆς, ᾧ ὄνομά ἐστι Νίσαιον. τοὺς οὖν δὴ ἵππους τοὺς μεγάλους φέρει τὸ πεδίον τοῦτο. καὶ Νισαῖος, ὄνομα κύριον. καὶ ὁ πολίτης, καὶ ὁ ἵππος.

Νίσιβις, Νισίβεως. ὄνομα πόλεως. ὁ πολίτης, Νισιβηνός.

Νισσόμενος. ἀναστρεφόμενος. καὶ νίσσοντο, ἀνεστρέφοντο.

Νῖσος. ὄνομα κύριον. Νίσῳ δ' ἔλαχεν ἡ Μεγαρίς.

Νίσυρος.[6] νῆσος μία τῶν Κυκλάδων· ἡ καὶ Πορφυρὶς, ἀπὸ τῶν ἐν αὐτῇ πορφυρῶν. σύγκειται παρὰ τὸ νῶ, τὸ νήχομαι, καὶ τὸ σύρω. ἀπεσύρη γὰρ, φασὶ, Πολυβώτῃ τῷ Γίγαντι μέγιστον τμῆμα τῆς Κῶ νήσου, χόλῳ Διὸς, πλήξαντος Ποσειδῶνος τριαίνῃ· ἣν Ποσειδῶν ἐπ' αὐτὸν ἀφεὶς, τοῦ μὲν ἥμαρτε, τῆς δὲ Κῶ πολύ τι ἀποτεμὼν τῇ βολῇ τῆς τριαίνης, ἐπικατέστρεψε τῷ Γίγαντι τὸ τμηθὲν, καὶ εἰς νῆσον ἀπετέλεσε. δοκεῖ δὲ πεπλάσθαι ὁ μῦθος παρὰ τὴν ἐγγύτητα τῆς Νισύρου πρὸς τὴν Κῶ, καὶ τὴν ὡς πρὸς ἐκείνην σμικρότητα. φέρει δὲ ἀγαθὸν οἶνον ἡ Νίσυρος.

Νιτλάριον,[7] καὶ Βάττιον. ὑποκοριστικὰ πρὸς γυναῖκας. Νιττάριον, οἷον, νεόττιον, τουτέστι, κοράσιον. Σύμμαχος δέ φησιν, ὅτι Νίτταρος πολὺ ἐπὶ μαλακίᾳ ὀνειδιζόμενος, καὶ Βάττιος. καὶ τὰς μικρὰς θηλείας Βατύλας ἐκάλουν. καὶ Θεοπόμπου δρᾶμα ἐστὶ Βατύλη. οἱ δέ φασιν, εἴδη φυτῶν. θέλει οὖν εἰπεῖν, ὅτι ὡς ἄνθη με εἶχεν. Ἀριστοφάνης·

Νινευί. Ninevi. Urbs. Et Ninevites, sive Ninevita, civis ejus.

Νινόη. Ninoe. Urbs Cariæ, [alias etiam] Aphrodisias [dicta,] quæ a Pelasgis Lelegibus condita est. Quamobrem etiam vocata est Lelegum urbs. Postea vero dicta est Megalopolis, & denique a Nino, Ninoë. Nomen ejus gentile est, Ninoëtes.

Νῖνος. Ninus, urbs Assyriorum, quam Ninus Semiramidis maritus condidit in Aturia. Gentile est, Ninius: quo usus est Herodotus, inquiens: *Ad portas Ninias.*

Νιόβη. Niobe. Nomen proprium.

Νιρεύς. Nireus. Vir pulcher & formosus.

Νισσαία. Nisæa. Navale Megaridis. Item, tota Megaris sic vocabatur, a Niso, Pandionis filio. Hellanicus: *Nisæam cepit, & Nisum Pandionis, & Megareum Onchestium.* Onchestus autem erat urbs Bœotiæ.

Νίσαιον. Nisæum. Locus Persidis, ubi nascuntur equi celerrimi, qui vocantur Nisæi. Alii vero dicunt esse magnum Mediæ campum, cui nomen sit Nisæum. Hic igitur campus equos magnos producit. Et Nisæus, nomen proprium. Et civis, & equus.

Νίσιβις. Nisibis, Nisibeos. Nomen urbis. Civis, Nisibenus.

Νισσόμενος. Veniens. Revertens. Et νίσσοντο, veniebant, revertebantur.

Νῖσος. Nisus. Nomen proprium. *Megaris autem Niso sorte obtigit.*

Νίσυρος. Nisyrus. Insula una ex Cycladibus, quæ Porphyris etiam a purpuris in ea nascentibus dicitur. Compositum est nomen ex verbo νῶ, nato, & σύρω, traho. Nam, ut ajunt, maximum Insulæ Co fragmentum attractum, vel devolutum est in Polybotem Gigantem, cui Jupiter iratus erat. Cum enim Neptunus tridentem in eum misisset, ab ipso quidem aberravit; sed ingens fragmentum ictu tridentis ab insula Co revulsum in Gigantem devolvit: unde insula enata est. Videtur autem fabulæ huic locum dedisse vicinitas insularum Nisyri & Co, & illius cum hac collatæ parvitas. Fert autem Nisyrus bonum vinum.

Νιτλάριον. Nittarium, & Battium. Sunt nomina diminutiva mulierum. Et Νιττάριον dictum est, quasi νεόττιον, i. e. puellula. Symmachus vero dicit, Nittarum & Battium ob mollitiem infames fuisse. Parvas etiam fæminas Βατύλας vocabant. Et Theopompi exstat fabula, Βατύλη vocata. Alii vero dicunt, esse genera plantarum. Significare igitur vult, cum florum loco me habuisse. Aristopha-

1 Νινόη. ἡ ἐν Καρίᾳ Ἀφροδ.] Ex Stephano Byzantio.

2 Ἀτυρίᾳ] Sic etiam Stephanus Byzantius, ex quo Suidas. At Portus mallet Ἀσσυρίᾳ, cui assentior.

3 Παρὰ Ἡροδότῳ] In *Thalia*, cap. CLV.

4 Νισσαία. τῆς Μεγαρ.] Ex Stephano Byzantio, sed apud quem rectius scriptum est Νισαία, per simplex σ.

5 Νισαῖοι λεγόμενοι] Vide Nostrum supra v. Ἵπποις Νισαίοις, & quæ ibi notavimus.

6 Νίσυρος. νῆσος μ.] Confer Stephanum Byzantium, & Strabonem, qui eadem de Nisyro tradunt.

7 Νιτλάριον, καὶ Βάττ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum*, pag. 98. (48. Ed. Bas. *P.*) sed ubi legitur Νιττάριον καὶ Βάττιον, per simplex τ.

Καὶ

Καὶ νὴ Δί', εἰ λυπουμένου γ' αἴσθοιτό με;
Νιττάρειον ἂν καὶ Βάττιον ὑπεκορίζετο.

Νιτάρειος. ὄνομα κύριον.

Νιτήριον. ἀκρωτήριον.

Νῖτιν. [1] Πᾶσαν διοχλεῖσθαι γυναῖκα νῖτιν.

Νίτωκρις. ὄνομα γυναικός.

Νιτρία. τόπος.

Νίτρον.

Νίφα λευκήν. ἀπὸ συγκοπῆς ἡ λέξις. νιφάδα γὰρ φαμὲν ἐντελῶς.

Νιφάδες. σταγόνες.

Νιφάτης. ὄρος Ἀρμενίας.

Ταύρου πρυμνώρειαν, ἐϋσκόπελόν τε Νιφάτην.

Νιφετός. ἡ κατάλεπτος καταφερομένη χιών. τέσσαρές εἰσι πήξεις τῆς ἐν τῷ ἀέρι ὑδατώδους ὑγρότητος· ὑπὲρ γῆν μὲν ἄνω, ἐπ' ἔλαττον μὲν, χιών· ἐπὶ πλέον δὲ, χάλαζα. ἐπὶ γῆς δὲ κάτω, ἐπ' ἔλαττον μὲν, πάχνη· ἐπὶ πλέον δὲ, κρύσταλλος. ὁ δὲ νιφετὸς πῆξις οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὴν ἀλλοίαν χροιὰν ἡ ποιότης αὕτη. † Ἅτε τῆς χώρας τῶν Σκυθῶν θαμὰ παλυνομένης νιφετῷ, καὶ ἀδύνατον ὂν αὐτοῖς ἄνευ κρυμώδους καταστήματος βιοτεύειν. καὶ αὖθις·

——Ἐς [2] δέ σ', ἄνασσα,
Τοίην χ' ὡ νιφόεις κρυμὸς ὀπωροφορεῖ.

Νίφει. χιονίζει.

Καὶ [3] ἔπεα νιφάδεσσιν ἐοικότα.——
καὶ νιφόμενος, χιονιζόμενος.

Νιφοστιβεῖς. δίυγροι.

[4] Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτερώτατα
Τιμαῖς ὑπείκει. τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
Χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει.

Νίψα. πόλις Θρᾴκης, παρὰ Ἡροδότῳ.

Νόαι. πόλις Σικελίας· ἧς ὁ πολίτης, Νοαῖος.

Νόημα. ἐφεύρημα.

Τὸ [5] μὲν νόημα τῆς Θεοῦ, τὸ κλέμμ' ἐμόν.
οὕτω γὰρ οἱ δημαγωγοὶ ἀστειζόμενοι ἔλεγον τὰς ἑαυτῶν ἐπινοίας τῆς Θεοῦ. ὅτι ἡ μὲν Θεὸς ὑπέβαλεν, ἥρπασα δ' ἐγώ.

Νοήμων, νοήμονος.

Νοητά. τὰ μὴ ὁρατά. καὶ ἁπλῶς, τὰ μὴ αἰσθητά.

Νοθεύει. ἀπατᾷ, ἀπαλλοτριοῖ. [6] ζήτει μαρτυρίαν ἀκριβεστάτην τῆς νοθεύσεως τῶν θείων γραφῶν ἐν τῇ τοῦ

nes: *Et sane, si me forte tristem cerneret, Nittarium & Battium blandiendi gratia me appellabat.*

Νιτάρειος. Nitarius. Nomen proprium.

Νιτήριον. Niterium. Promontorium.

Νῖτιν. Gynæconitidem. Cœtum mulierum. *Omnem perturbari mulierum gregem.*

Νίτωκρις. Nitocris. Nomen mulieris.

Νιτρία. Nitria. Locus [quidam ita vocatus.]

Νίτρον. Nitrum.

Νίφα λευκήν. Nivem albam. Vocabulum hoc formatum est per apocopen. Nam integra vox est, νιφάδα.

Νιφάδες. Guttæ.

Νιφάτης. Niphates. Mons Armeniæ. *Tauri extremam partem, multisque rupibus asperum Niphatem.*

Νιφετός. Nix minutior ex aëre decidens. Quatuor modis aquosi humores in aëre frigore densantur & constringuntur. Supra terram quidem, nix; quæ est minus concreta: magis vero, grando. At infra in terra, minus concreta est pruina: magis vero, glacies. Nix vero non est concretio, sed potius qualitas ejus in diverso colore consistit. † *Quippe cum Scytharum regio crebro nivibus conspergatur, & ipsi nullo modo sine gelu vivere possint.* Et in Epigrammate: *Tibi vero, Regina, cum talis sis, vel gelidum frigus poma producit.*

Νίφει. Ningit. Et, Ἔπεα νιφ. *Verba nivis floccis similia.* Et νιφόμενος, qui nive conspergitur.

Νιφοστιβεῖς. Nivosi. Nive tecti. [Sophocles:] *Etenim & rigida quæque & durissima honoribus cedunt. Nam & nivosæ hyemes locum dant frugiferæ æstati.*

Νίψα. Nipsa. Urbs Thraciæ, apud Herodotũ.

Νόαι. Noæ. Urbs Siciliæ, cujus civis dicitur Noæus.

Νόημα. Consilium. Inventum. Commentum. [Aristophanes:] *Commentum quidem est Deæ, at furtum meum.* Sic enim Demagogi jocantes dicebant, consilia sua esse Deæ. [Sensus igitur hic est:] Dea quidem suggessit, at ego rapui.

Νοήμων. Intelligens. Doctus. Prudens.

Νοητά. Quæ mente percipiuntur, non vero cernuntur. Et simpliciter, quæ sub sensum non cadunt.

Νοθεύει. Adulterat. Corrumpit. Quære accuratissimum testimonium adulterationis sa-

1 Νῖτιν.] Inepte & ridicule Suidas partem vocis pro integra voce Lectori hic obtrudit. Νῖτιν enim est tantum cauda vocis γυναικωνῖτιν, quæ apud scriptorem, unde sequens ῥῆσις deprompta est, culpa librariorum divisim sic scripta erat, γυναῖκα νῖτιν. Hæc res decepit Suidam: qui & alibi non semel in eundem lapidem impegit, dum vel voces corruptas pro sanis, vel dimidiatas pro integris Lectori exhibet; ut alibi pluribus probavimus.

2 Ἐς δέ σ', ἄνασσ.] Fragmentum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. 1. cap. xx. in fine, ut Portus etiam monuit.

3 Ἔπεα νιφ.] Homerus Il. Γ. v. 222.

4 Καὶ γὰρ τὰ δεινὰ καὶ τὰ καρτ.] Hæc sunt verba Sophoclis Ajace, pag. 40. ut Portus observaverat.

5 Τὸ μὲν νόημα τῆς Θ.] Hæc leguntur etiam infra v. Τὸ μὲν νόημα.

6 Ζήτει μαρτυρίαν ἀκριβεστάτην τῆς νοθεύσεως τῶν Θ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, desunt in antiquissimo MS. A. forte eam ob causam, quia eadem leguntur supra v. Λευκιανός.

μακαρείτου Λογοθέτου μεταφράσει, τῇ εἰς τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λουκιανοῦ. Φησὶ γὰρ οὕτως· Ὁ θεῖος τοίνυν οὗτος Λουκιανὸς καὶ τὰς ἱερὰς βίβλους ἰδὼν πολὺ τὸ νόθον εἰσδεξαμένας, τοῦ τε χρόνου λυμηναμένου πολλὰ τῶν ἐν αὐταῖς, καὶ τῆς συνεχοῦς ἀφ' ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταθέσεως, καὶ μέν τοι καί τινων ἀνθρώπων πονηροτάτων, οἳ τοῦ Ἑλληνισμοῦ προεστήκεσαν, παρατρέψαι τὸν ἐν αὐταῖς νοῦν πειρασαμένων, καὶ πολὺ τὸ κίβδηλον ἐν ταύταις σπειράντων· αὐτὸς ἁπάσας ἀναλαβὼν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος ἀνενεώσατο γλώττης, ἣν καὶ αὐτὴν ἠκριβωκὼς ἐς τὰ μάλιστα ἦν, πόνον τῇ ἐπανορθώσει πλεῖστον εἰσενεγκάμενος.

Νοθεία. ἡ λαθραία γέννα. ἡ πορνεία. καὶ [1] τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρῴων διδόμενα οὕτω καλεῖται. ἦν δὲ μέχρι χιλίων δραχμῶν. οὕτω Λυσίας, καὶ Ἰσαῖος, καὶ [2] Ἀριστοφάνης, καὶ Ὑπερίδης, καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους.

Νόθος. ξένος. θεῖόν τι τὸ γνήσιον ἐν τοῖς [3] κατ' ἀνθρώπων τόκοις. διόπερ ὁ μὴ τοῦτ' ἔχων, νόθος, οἷα ἐστερημένος τοῦ θείου. παρὰ τὸ νο στερητικόν. ἐντεῦθεν δὲ νόθα καὶ τὰ ἁπλῶς ξένα μεταφορικῶς.

Νομάδες. βοσκόμεναι ἀγέλαι. καὶ ἔθνη Σκυθικά.

Νομάδεσι [4] γὰρ ἐν Σκύθαις.
Στράτων ἀλᾶται.

Ἀριστοφάνης. ἐπὶ τῶν παρενοχλούντων καὶ [5] ἐπιμενόντων. ἐπειδὴ οἱ Σκύθαι τῷ χειμῶνι διὰ τὸ ἀφόρητον αὐτοῦ ἐφ' ἁμαξῶν τὰ πράγματα βάλλοντες, ἀπαίρουσιν εἰς ἄλλην χώραν. ὁ δὲ μὴ ἔχων ἐκεῖσε ἅμαξαν, ἄτιμος παρ' αὐτοῖς κρίνεται. [6] Φησὶν οὖν καὶ οὗτος, ἐνοχλούμενος δὲ τοῦτο φησί,

Νόσον [7] νοσοῦμεν τὴν ἐναντίαν Σάκα.

ὁ δὲ Σάκας οὗτος τραγῳδίας ἦν ποιητής. οὕτω δὲ ἐκαλεῖτο διὰ τὸ ξένος εἶναι. ὁ αὐτὸς Ἀριστοφάνης·

Ὁ μὲν γὰρ ὢν οὐκ ἀστὸς εἰσβιάζεται·
Ἡμεῖς δὲ φυλῇ καὶ γένει τιμώμενοι,
Ἀστοὶ μετ' ἀστῶν, οὐ σοβοῦντος οὐδενός,
Ἀνεπτόμεσθ' ἐκ τῆς πατρίδος ἀμφοῖν ποδοῖν.

τουτέστι, παντὶ σθένει.

Νομαδίτης. ὁ ἰδιώτης βίος.

Νομάδων. ἀγρίων βαρβάρων. οἱ λεγόμενοι Ἁμαξοφόροι, ἢ Ἁμαξόβιοι.

Νομαντία, ἡ καὶ Νουμαντία, πόλις Ἰβηρίας παρὰ Ἰόβᾳ.

Νόμβα. πόλις Ἰουδαίας, παρὰ Ἰωσήπῳ ἐν Ἀρχαιολογίᾳ.

Νομάρχαι. οἱ κατὰ τέλη τῆς χώρας ἄρχοντες παρ' Αἰ-

crarum Scripturarum in Metaphrasi beati Logothetæ, qua S. Luciani martyrium describit. Sic enim ait: *Divinus igitur iste Lucianus, cum vidisset libros sacros admodum corruptos esse, partim vitio temporis; partim ob crebram eorum ex aliis in alia translationem; partim etiam culpa pessimorum quorundam hominum, qui, cum Gentilium religioni patrocinarentur, verum eorum sensum pervertere conabantur, multa adulterina iis inserentes: ipse omnes ex Hebraica lingua, quam accurate etiam callebat, ad pristinam puritatem revocavit, magno labore in emendationem illam collato.*

Νοθεία. Genus spurium. Soboles spuria. Adulterium. Et νοθεῖα, pars bonorum paternorum, quæ nothis dabatur. Ea autem erat usque ad mille drachmas. Sic Lysias, & Isæus, & Aristophanes, & Hyperides, & Demosthenes in oratione contra Aristocratem.

Νόθος. Nothus. Peregrinus. Ortus legitimus in procreationibus hominum divinum quiddam est. Quare qui eo caret, νόθος dicitur, quasi divino [beneficio] privatus. Compositum enim est vocabulum hoc ex particula privativa νο, & θεῖος, divinus. Hinc etiam νόθα simpliciter dicuntur peregrina, per metaphoram.

Νομάδες. Greges pecudum pascentium. Item, gentes Scythicæ. Aristophanes: *Nomades inter Scythas vagatur Strato.* Dicitur hoc de illis, qui aliquos turbant, nec constanter in aliquo loco permanent. Scythæ enim propter intolerabile frigus hyemis, rebus suis in currus impositis, in aliam regionem discedunt. Qui vero illic currum non habet, infamis apud ipsos censetur. Dicit igitur & iste molestia affectus: *Morbo laboramus contrario ac Sacas.* Hic Sacas erat poëta Tragicus, sic dictus, quod peregrinus esset. Idem Aristophanes: *Ille enim cum non sit civis, vi in civitatem irrumpit. Nos vero qui & tribu & genere honorato orti sumus, cives cum civibus, nemine cogente ex patria avolavimus utroque pede.* Id est, totis viribus.

Νομαδίτης βίος. Vita vaga, qualis est Nomadum.

Νομάδων. Nomadum, sive Barbarorum, vitam vagam & agrestem viventium: qui etiam vocantur Ἁμαξοφόροι, vel Ἁμαξόβιοι, i. e. In plaustris vitam degentes.

Νομαντία. Nomantia, quæ & Numantia: urbs Iberiæ apud Jubam.

Νόμβα. Nomba. Urbs Judææ, apud Josephum in *Antiquitatibus Judaicis.*

Νομάρχαι. Nomarchæ, sive Nomorum

1 Καὶ τὰ τοῖς νόθοις ἐκ τῶν πατρ.] Sed tunc scribitur νοθεῖα, & est plurale neutrum. Vide Harpocrationem, ex quo Suidas.

2 Ἀριστοφάνης] Locus Aristophanis exstat in *Avibus*, pag. 616. (429. Ed. Bas. P.)

3 Κατ' ἀνθρώπων] Lege, τῶν ἀνθρώπων.

4 Νομάδεσι γὰρ ἐν Σκ.] Aristoph. *Avibus*, pag. 586. (405. Ed. Bas. P.) Vide ibi Scholiastam, cujus verba Suidas hic descripsit.

5 Καὶ ἐπιμενόντων] Imo, καὶ μὴ ἐπιμενόντων.

6 Φησὶν οὖν καὶ οὗτος, ἐνοχλούμενος δὲ τ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, nihil omnino faciunt ad vocem Νομάδες, nec scio quid somniaverit compilator, cum ea huc afferret.

7 Νόσον νοσοῦμεν τὴν ἐναντ.] Hic, & tres sequentes senarii, leguntur apud Aristophanem *Avibus*, sub initium.

γυπτίοις· οἳ ἦσαν ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ μετὰ Ἀλέξανδρον τοῦ Φιλίππου.

præfecti apud Ægyptios: qui fuerunt sub Ptolemæo, qui post Alexandrum Philippi filium [regnavit.]

Νομᾶς. ὄνομα κύριον. ὁ Ῥωμαίων νομοθέτης.

Νομᾶς. Numa. Nomen proprium. Romanorum Legislator.

Νομαί. μερισμοί.

Νομαί. Partitiones. Distributiones.

Νομαία. ἡ ἐκ τῆς νομῆς. ἐν [1] Ἐπιγράμματι· Καί σοι ἐπιρρέξει χιμάροιο νομαίης αἷμα.

Νομαία. Pascens. In Epigrammate: *Et tibi sacrificabit capellæ pascentis sanguinem.*

Νομεύς. ποιμήν. βοσκός.

Νομεύς. Pastor. Opilio.

Νομή. ὁρμὴ πυρός. Τὴν [2] νομὴν τοῦ πυρὸς ἐνεργὸν συνέβη γενέσθαι, καὶ πρακτικήν.

Νομὴ πυρός. Vis ignis obvia quæque depascentis. *Omnia depascens ignis magna vi atque efficacia grassabatur.*

Νομιζόμενα. νόμιμα. ἢ ὑπολαμβανόμενα. [3] Ἀριστοφάνης·

Οὐκοῦν τὰ νομιζόμενα σὺ τούτων λαμβάνεις.

ἐπειδὴ νόμος ἦν, τὰ [4] ὑπολειπόμενα τῆς θυσίας τὸν ἱερέα λαμβάνειν, δέρματα, καὶ κοιλίας.

Νομιζόμενα. Quæ more sunt recepta. Justa. Legitima. Vel, ea, quæ opinione recepta sunt. Aristophanes: *Ergone legitimam horum partem capis?* Mos enim erat, ut sacerdos reliquias sacrificii, pelles nimirum & ventres acciperet.

Νομίζουσι. ἀντὶ τοῦ, νομίσματι χρῶνται. καὶ νομίζουσιν, ἀντὶ τοῦ, ἡγοῦνται. Ἥντινα μεγίστην τιμὴν παρὰ βασιλέως εἰς ἰδιώτας νομίζουσι.

Νομίζουσι. More apud eos receptum est. Item, putant, existimant. *Quem maximum honorem existimant, qui a Rege in privatos conferri possit.*

Νόμιον. δίκαιον. καὶ νόμιον μέλος, τὸ ἐν τῇ νομῇ ᾀδόμενον.

Νόμιον. Legitimum. Justum. Et νόμιον μέλος, carmen pastorale.

Νόμισμα. δύο σημαίνει· τὸ [5] νόμιμον ἔθος· ὡς [6] Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις· Πρῶτον μὲν γὰρ θεοὶ ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. καὶ τὸ κόμμα τοῦ τετυπωμένου χαλκοῦ. Λεπτῷ δὲ νομίσματι ἐχρῶντο οἱ Βυζάντιοι.

Νόμισμα. Duo significat: morem receptum, sive consuetudinem: ut apud Aristophanem *Nubibus*: *Primum enim more apud nos receptum non est, ut ullos Deos colamus.* Item, æs signatum, sive nummum. *Byzantini autem nummo utebantur.*

Νομιστευομένων. [7] νομίμως διοικουμένων. Ἐνέβαλε δὲ χρυσοῦς ἐπισήμους, εἴς τινας δὲ τετράδραχμα, τῶν ἐπιφανῶς νομιστευομένων. καὶ αὖθις· Χαλκοῦ τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ νομιστευομένου τάλαντα τετρακισχίλια.

Νομιστευομένων. Legitima nota signatorum. [De nummis dicitur.] *Injecit autem aureos nummos signatos, & in quosdam tetradrachma pulchre signata.* Et iterum: *Æris Alexandriæ signati talenta quater mille.*

Νομίτωρ. ὄνομα κύριον.

Νομίτωρ. Numitor. Nomen proprium.

Νομογράφοι. παρὰ Ῥωμαίοις τριακοσιοστῷ πρώτῳ ἐνιαυτῷ μετὰ τὸν συνοικισμὸν τῆς πόλεως, παραλυθείσης τῆς τῶν Ὑπάτων ἀρχῆς, δέκα Νομογράφοι τὴν τῶν κοινῶν ἐπιτρέπονται προστασίαν. οἱ χρόνον δή τινα πρὸς τὸ λυσιτελὲς καὶ ἡδὺ τῶν πολιτῶν ἐξηγούμενοι, μέτριοί τε ἐδόκουν, καὶ ἄρχειν ἐπιτήδειοι. οὗτοι γάρ που καὶ τὰς δέκα δέλτους ἐπιχωρίοις τε καὶ Ἑλληνικοῖς νόμοις ἀναγράψαντες, ἐς τὰς καλουμένας Κύρβεις ἀνέθηκαν. δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἡγεμονίας βαρύτητος τυραννικῆς αἰτίαν ἀπενεγκάμενοι, διελύθησαν, Ἀππίου μάλιστα τὸ πλῆθος εἰς ἀπέχθειαν τῆς δεκαρχίας κινήσαντος· ὃς Οὐεργινίου τινὸς ἀνδρὸς οὐκ ἀσήμου τὰ πολεμικὰ θυγατέρα φθεῖραι παρθένον ἐπενόει, ἔρωτι γεγονὼς θερμῷ τῆς κόρης κατάσχετος· ἣν ὁ πατὴρ αὐτοχειρὶ διεχρήσατο, δείσας τὴν τοῦ Ἀππίου δυναστείαν, αἰσχῦναι τὴν κόρην πρὸς βίαν ὡρμημένου. ἐφ' ᾧ κινηθὲν τὸ στρατιωτικὸν ἅπαν ἀφείλετο τοὺς δέκα τὰς τῆς ἐξουσίας, δίκας τε ὑποσχεῖν τῶν μετὰ τὴν ἀρχὴν πεπλημμελημένων ἠνάγκασε.

Νομογράφοι. Apud Romanos anno ab Urbe condita trecentesimo primo, abrogato Consulum magistratu, Decemviris administratio Reip. commissa fuit: qui ad tempus Remp. ex usu & commodo civium gubernantes, moderati visi sunt, & digni imperio. Hi enim leges & populares & Græcas in decem tabulas retulerunt. Altero vero anno magistratus, cum tyrannice grassari viderentur, abrogatus est eis magistratus; cum Appius maxime multitudinem in odium Decemviratus impulisset: qui Virginii cujusdam, viri re bellica non obscuri, filiam virginem vitiare cogitasset, vehementi amore puellæ captus. Quam pater sua manu interfecit, impotentiam Appii veritus, qui per vim puellam stuprare conabatur. Quo facinore universus exercitus commotus, Decemviros abrogato magistratu delictorum pœnas dare coëgit. *Wolf.*

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. IV. cap. XII. pag. 481.

2 Τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς ἐνεργ.] Fragmentum hoc legitur apud Polybium lib. I. cap. XLVIII.

3 Ἀριστοφάνης] *Pluto*, pag. 113. (54. Ed. Bas. P.)

4 Τὰ ὑπολειπόμενα τῆς θυσ.] Idem Noster docet supra v. Καλλιερῆται.

5 Τὸ νόμιμον ἔθος] Hoc sensu vox νόμισμα capitur in oraculo illo, quod Diogeni Cynico redditum fuit, Παραχάραξον τὸ νόμισμα. Mens enim oraculi illius non erat, ut Diogenes putabat, monetam esse adulterandam, sed consuetudinem sive opinionem vulgi. Vide Nostrum supra v. Γνῶθι σαυτόν: & Menag. ad Laert. lib. VI. segm. XX.

6 Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις] Pag. 137. (72. 73. Ed. Bas. P.) ubi Socrates inquit:

Ποίους θεοὺς ὀμεῖ σύ; πρῶτον γὰρ θεοὶ
Ἡμῖν νόμισμ' οὐκ ἔστι. ———

7 Νομίμως διοικουμένων] Vel interpretatio hæc falsa est; vel saltem nihil facit ad exempla, quæ sequuntur, quippe in quibus τὸ νομιστεύειν significat, nummos cudere, vel signare. Confer Nostrum supra v. Καλλινομιστεύοντες.

Νομοθεσία. θέσις νόμου.

Νομοθεσία. Legislatio.

Νομοθέται. τοπάλαι Μωϋσῆς· μετέπειτα δὲ ὁ Χριστός.

Νομοθέται. Legumlatores. Tales fuerunt, olim quidem Moses; postea vero, Christus.

Νομοθέται. [1] παρ' Ἀθηναίοις πρῶτος ἐγένετο Δράκων· μετ' αὐτὸν Σόλων, καὶ μετὰ τοῦτον Θαλῆς, καὶ μετὰ τοῦτον Αἰσχύλος.

Νομοθέται. Legumlatores. Apud Athenienses primus legislator fuit Draco: post hunc Solon: post eum Thales; & post hunc Æschylus.

Νόμοι κιθαρῳδικοί. Ἀπόλλων, φασί, μετὰ λύρας κατέδειξε τοῖς ἀνθρώποις νόμους, καθ' οὓς ζήσονται, πραΰνων τε ἅμα τοῦ μέλους τὸ κατ' ἀρχὰς ἐν αὐτοῖς θηριῶδες, καὶ εὐπρόσιτον τῇ τοῦ ῥυθμοῦ ἡδύτητι ποιῶν τὸ παραγγελλόμενον· καὶ ἐκλήθησαν νόμοι κιθαρῳδικοί. ἐντεῦθεν δὲ σεμνολογικῶς, ὡς καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, νόμοι καλοῦνται οἱ μουσικοὶ τρόποι, καθ' οὓς τινας ᾄδομεν.

Νόμοι κιθαρῳδικοί. Leges citharœdicæ. Apollo, ut ajunt, adhibita lyra leges hominibus dedit, secundum quas viverent; mitigans simul cantu feritatem ipsis insitam, & numerorum musicorum suavitate efficiens, ut præcepta facilius admitterent: unde *leges citharœdicæ* dictæ sunt. Hinc vero, ut & Aristoteli videtur, moduli musici, secundum quos canimus, magnifico nomine νόμοι appellati fuerunt.

Νομοΐστορες. νομομαθεῖς.

Νομοΐστορες. Legum periti. Jurisconsulti.

Νομοθετῶ. δοτικῇ. καὶ αἰτιατικῇ [2] Νομοθέτησόν με, Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου.

Νομοθετῶ. Leges fero. Dativo jungitur. Item, accusativo. *Doce me, Domine, viam judiciorum tuorum.*

Νομεύειν. νομήν. βοσκήν.

Νομήν. Pascuum. Pabulum.

Νόμος [3] καὶ Ἰαννουάριος ἐπιεικείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ τῶν πολιτῶν ὑπερφέροντες, οἶμαι, σχεδὸν ἁπάντων, καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τῶν γε νῦν ζώντων, καὶ ἐν πράγμασι πολιτικοῖς ἀναστρεφομένων, ἐπῃνοῦντο καὶ ἠγαπῶντο πρός τε ἀστῶν καὶ ξένων. τῇ τε γὰρ πατρίδι χρησιμώτατοι γεγόνασι καὶ δεξιώτατοι πρὸς τοὺς ξένους. ἑλόμενοι δὲ τὸν ἡσύχιον καὶ ἀπράγμονα βίον, ἐλαττοῦσθαι μᾶλλον ᾑροῦντο τὰ οἰκεῖα, ἢ πλέον τι ἔχειν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων. κοινὰ μὲν οὖν ταῦτα αὐτοῖς. ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Νόμος εὐφυέστερος ἦν καὶ φιλομαθέστερος ἐν λόγοις, τοῖς τε φιλοσοφίας ἀπογεύεσθαι βουλομένοις, καὶ ὅσοι προπαιδεύουσι τοὺς νέους. ἦν δὲ κριτικώτατος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐλλογίμων ἀνδρῶν, ποιημάτων τε πάντων, καὶ συγγραμμάτων τῆς λογογραφικῆς ἀρετῆς καὶ κακίας. ὡς γοῦν φάναι τὸ ὅλον, οὔτε Σεβηριανὸν, οὔτε Ἀγάπιον τὸν φιλόσοφον εἴποιμι ἂν γενέσθαι τοιούσδε περὶ λόγων κρίσιν. ὁ δὲ Ἰαννουάριος ἐμπειροπράγμων ἦν, καὶ φρόνιμος ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἐπὶ πλέον, ἢ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Νόμος. ἔτι δὲ σωφρονέστερος, καὶ τἄλλα μᾶλλον τεταγμένος.

Νόμος καὶ Ἰαν. Nomus & Januarius, cum humanitate & justitia civibus, ac potius omnibus etiam aliis hominibus, qui nunc vivunt, & in Republ. versantur, excellerent, tam a civibus, quam peregrinis laudabantur & amabantur. Nam & patriæ utilissimi fuerunt, & erga hospites humanissimi. Sed tranquillam & otiosam vitam amplexi, rei familiaris facere jacturam malebant, quam alienis opibus rem augere. Et hæc quidem illis communia fuerunt. Seorsim vero Nomus ingeniosior fuit, & doctrinæ amantior, tam philosophicæ, quam ejus, qua præparantur adolescentes. Et inter omnes claros viros omnium optime judicare potuit virtutes & vitia, cum poëmatum omnium, tum aliorum scriptorum. Et, ut omnino dicam, neque Severianum, neque Agapium philosophum crediderim judicio eloquentiæ tantum valuisse. Januarius vero rerum peritior & prudentior in rebus civilibus erat fratre suo Nomo, atque etiam modestior, & aliis in rebus ordinis observantior. *Wolf.*

Νόμος. ὁ κιθαρῳδικὸς τρόπος τῆς μελῳδίας, ἁρμονίαν ἔχων τακτὴν, καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. ἦσαν δὲ ἑπτὰ οἱ ὑπὸ Τερπάνδρου· ὧν εἷς, [4] ὄρθιος, τετράδιος, ὀξύς. Δωριεῖς δὲ ἐπὶ νομίσματος χρῶνται τῇ λέξει. καὶ Ῥωμαῖοι παραστρέψαντες, νοῦμμον λέγουσιν. Ἀττικοὶ τὰ διανενεμημένα μέρη τῆς γῆς, ὡς ἐν Αἰγύπτῳ. καὶ τὸ ἔγγραφον δίκαιον. Δαρεῖος εἶχε νόμον, τόν τε Φρύγιον καὶ Λύδιον καὶ Ἰωνικόν. Νομὸς δὲ, καὶ ἡ βοσκὴ, καὶ ὁ τόπος.

Νόμος. Modus citharœdicus, sive modus carminis lyrici, certa harmonia temperatus, numerisque definitis constans. Erant autem septem modi a Terpandro instituti, quorum unus dicebatur, ὄρθιος, τετράδιος, & ὀξύς. Dorienses vocem νόμος adhibent pro νόμισμα, i. e. numisma, vel moneta: unde detortum est vocabulum Romanorum *nummus.* Attici vero *nomos* vocant partes, in quas terra vel regio distributa est: quales erant *Nomi* in Ægypto. Νόμος etiam vocatur lex, sive jus scriptum. *Darius habebat modum & Phrygium, & Lydium, & Jonicum.* Νομὸς vero est pascuum, & pars aliqua regionis.

Νόμος. θεσμός. συνήθεια. Νόμος [5] παρὰ Σοφοκλεῖ, ἡ φύσις τοῦ γεγεννηκότος, καὶ τὸ ἔθος. νόμος καὶ ἡ

Νόμος. Lex. Mos. Apud Sophoclem νόμος dicitur natura & mores patris. Νόμος etiam

1 Νομοθέται. παρ' Ἀθην.] Vide de hoc loco Suidæ Richardum Bentlejum in eruditissima Dissertatione de Phalaridis Epist. pag. 371. 372.

2 Νομοθέτησόν με, Κύρ.] *Psalm.* CXVIII. 33.

3 Νόμος καὶ Ἰαννουάριος ἐπ.] Totum hunc articulum ex Damascio descriptum esse suspicor, vel potius persuasum habeo.

4 Ὄρθιος.] Vide supra v. Ἀμφιανακτίζειν, & infra v. Ὄρθιος.

5 Παρὰ Σοφοκλεῖ.] *Ajace,* pag. 33.

Ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
Δεῖ πωλοδαμνεῖν.———

Scholiasta: Νόμοις τὴν φύσιν αἰνίττεται καὶ τὸ ἦθος τοῦ γεγεννηκότος.

ςυ-

ἱστορία. ὁ Ἀπόστολος· Ὑπὸ νόμον θέλοντες εἶναι, τὸν νόμον οὐκ ἀκούετε. † Τὸν [1] νόμον σπουδαῖον δεικνύοιμεν ἄν, εἰ ὁρισαίμεθα αὐτὸν, ὀρθὸν λόγον ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν χρωμένων.

Νόμος. [2] τρία σημαίνει. ὁ μὲν γὰρ δίχα γραμμάτων διὰ κτίσεως ἐδόθη τοῖς ἀνθρώποις. τὸ γὰρ ἀόρατον τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως Κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενον καθορᾶται. καὶ πάλιν· Ὅταν γὰρ ἔθνη, τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος. Καὶ ὁ ἐν γράμματι διὰ Μωσέως τῶν παραβάντων χάριν κεχαρισμένος. Καὶ τρίτος, ὁ διὰ τῆς χάριτος. Ὁ γὰρ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς ἠλευθέρωσέ με ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς ἁμαρτίας καὶ τοῦ θανάτου.

Νόμος Ἰουστινιανοῦ. ζήτει ἐν τῷ Πείσκος.

Νόμος. πολυώνυμός ἐστιν ἡ λέξις. [3] καὶ Νόμος μὲν, ὡς τὴν ἀρίστην πολιτείαν ῥυθμίζων καὶ διατάττων. Μαρτύρια δὲ, ὡς τοὺς ἁμαρτάνοντας διαμαρτυρόμενος, καὶ τῆς παραβάσεως τὴν τιμωρίαν ὑποδεικνύς. Δικαιώματα δὲ, ὡς διδάσκων τὸ δίκαιον, καὶ ἀπαγορεύων τὸ ἄδικον, καὶ τοὺς κατορθοῦντας ἀποφαίνων δικαίους. Ἐντολὴ δὲ, ὡς τὸ πρακτέον ἐντελλόμενος καὶ κελεύων δεσποτικῶς. Κρίματα δὲ, ὡς [4] τὰς ψήφους ὑποδεικνὺς, καὶ διδάσκων, τίνων μὲν ὁ φυλάττων τεύξεται ἀγαθῶν, τίσι δὲ ὁ παραβαίνων τιμωρίαις παραδοθήσεται.

Νόμος κατὰ τὸν Ἀπόστολον σημαίνει τέσσαρα. ὁ τοῦ Θεοῦ· περὶ οὗ φησί· Συνήδομαι τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ. καὶ ὁ ἀντιστρατευόμενος. τρίτος, περὶ οὗ φησι· [5] Τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου. τέταρτος, περὶ οὗ λέγει· [6] Τῷ νόμῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς μέλεσί μου. † Ὅτι [7] τοὺς τοῦ Σόλωνος νόμους Ἄξονας Ἀθηναῖοι ἐκάλεσαν, διὰ τὸ ἐγγραφῆναι αὐτοὺς ἐν ξυλίνοις ἄξοσιν. ἦσαν δὲ τετράγωνοι τὸ σχῆμα· κατὰ δέ τινας, μᾶλλον τρίγωνοι.

Νόμος. καὶ χώρα. διὰ τὸ ἕκαστον ἔθνος ἰδίοις νόμοις χρῆσθαι.

Νομοφύλακες. [8] ἀρχή τις παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ἐκαλεῖτο, διαφέρουσα τῶν Θεσμοθετῶν, οἵτινες τὰς ἀρχὰς ἐπηνάγκαζον τοῖς νόμοις χρῆσθαι.

Νομοφυλακείου θύρα. δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θάνατον ἐξάγονται.

Νόνναι. τοῦ μηνός. αἱ εὐθὺς μετὰ τὰς Καλάνδας, ἤγουν περὶ τὴν πρώτην τῆς νουμηνίας· δευτέρα δηλαδὴ τοῦ μηνός. μεθ' ἃς Νόνας αἱ Εἰδοί. δέχουσι δὲ παρ' αὐ-

dicitur historia. Apostolus [inquit:] *Sub lege volentes esse, legem non auditis.* † Legem bonam esse demonstrabimus, si eam definiamus, Rectam rationem, quæ salutem affert illis, qui ea utuntur.

Νόμος. Lex. Tria significat. Alia enim [lex est naturalis, quæ] absque literis per creationem hominibus data fuit. *Nam*, [ut ait Apostolus,] *id, quod in Deo cerni non potest, ex creatione Mundi, si mentem ad opera ejus advertas, perspicitur.* Et iterum: *Cum enim gentes, quæ legem non habent, natura faciunt ea, quæ sunt legis, illæ, cum nullam legem habeant, sibi ipsæ sunt lex.* Alia est lex scripta, quæ per Mosem data fuit illorum gratia, qui legem Dei violaverant. Tertia est lex *Gratiæ*; [de qua intelligendus est hic locus Apostoli:] *Nam lex spiritus vitæ me liberavit a lege peccati & mortis.*

Νόμος Ἰουστινιανοῦ. Lex Justiniani. Quære in voce Πείσκος.

Νόμος. Lex. Hæc variis nominibus appellatur. Nam νόμος quidem dicitur, ut Rempubl. apte temperans & ordinans. Μαρτύρια, ut peccatoribus interminans, & pœnam juris violati ob oculos ponens. Δικαιώματα, ut justa docens, vetansque injusta, & eos, qui recte agunt, justos pronuntians. Ἐντολὴ, ut præcipiens id, quod est agendum, & domini more jubens. Κρίματα vero, ut sententiam [judicis more] pronuntians, & docens, quæ præmia consecuturi sint illi, qui legem servaverint; & quibus contra pœnis afficiendus sit, qui eam violarit.

Νόμος κατὰ τὸν Ἀπ. Lex secundum Apostolum significat quatuor. Dei legem, de qua dicit: *Delector lege Dei.* Item eam, quæ [legi Dei] repugnat. Tertiam, de qua dicit: *Lege mentis meæ.* Quartam, de qua dicit: *Lege, quæ est in meis membris.* Ἄξονας leges Solonis Athenienses vocarunt, quod ligneis tabulis essent inscriptæ. Erant autem hæ tabulæ quadratæ: vel potius, secundum alios, triangulares.

Νόμος. Sic etiam ipsa regio vocatur, quod singulæ gentes suis legibus utantur.

Νομοφύλακες. Nomophylaces. Quasi dicas, Legum custodes. Magistratus quidam apud Athenienses ita vocabatur, differens a Thesmothetis: qui Magistratus cogebant leges servare.

Νομοφυλακείου θύρα. Nomophylacii janua: per quam scilicet capitis damnati ad supplicium educebantur.

Νόνναι. Nonæ. Sic vocatur dies, qui Calendas, id est, primum mensis diem, proxime sequitur. Secundus scilicet mensis dies. Has Nonas excipiunt Idus. A Nonis qui-

1 Τὸν νόμον σπουδ.] Ex Alexandro Aphrod. in *Topica* Aristot.

2 Νόμος. τρία σημαίνει. ὁ μὲν γ.] Locum hunc Suidas excerpsit ex Theodoreto ad proœmium Psalmi XVIII. ut Pearsonius recte observaverat.

3 Καὶ νόμος μὲν, ὡς τὴν ἀρ.] Et hæc sumpta sunt ex Theodoreto ad eundem Psalm. v. 8. pag. 468. ut itidem Pearsonius observaverat. Confer etiam Nostrum supra v. Δικαιώματα.

4 Τὰς ψήφους] Theodoretus loco laudato habet, τὰς θείας ψήφους.

5 Τῷ νόμῳ τοῦ νοός μου] *Rom.* VII. 23.

6 Τῷ νόμῳ τῷ ὄντι ἐν τοῖς μ.] *Rom.* eod. cap.

7 Ὅτι τοὺς τοῦ Σόλωνος νόμ.] Vide supra v. Ἄξονες, & v. Κύρβεις.

8 Νομοφύλακες. ἀρχή τις π.] De hoc magistratu Suidas plura habet infra v. Οἱ Νομοφύλακες.

τοὺς γενέσθαι αἱ ἀννῶναι, ὡς οἷον αἱ ἀνὰ τὰς Νόννας διδόμεναι. ἰστέον δὲ ὡς ἔστι καὶ Νόννος κύριον, Πανοπολίτης, ἐξ Αἰγύπτου, λογιώτατος· ὁ [1] καὶ τὸν παρθένον Θεολόγον παραφράσας δι' ἐπῶν.

dam dictas esse putant *annonas:* quasi quæ ἀνὰ τὰς Νόννας, id est, singulis Nonis distribuantur. Sciendum autem est, *Nonnus* etiam esse nomen proprium viri, qui fuit Panopolita, Ægyptius, idemque doctissimus: qui etiam Theologi Virginei, (i. e. Euangelistæ Joannis) paraphrasin versibus heroicis scripsit.

Νοσηλεύεσθαι. νοσεῖν οὐκ ἐπαχθῶς. καὶ νοσηλεύω, νοσοῦντα θεραπεύω.

Νοσηλεύεσθαι. Leviter tantum ægrotare. Et νοσηλεύω, ægrotantem curo.

Νοσηλεία. ἀσθένεια. Νοσήλεια δὲ φάρμακα, τὰ θεραπευτικά.

Νοσηλεία. Morbus. Infirmitas. At νοσήλεια φάρμακα, remedia, quibus ægrotus sanatur.

Νοσοκομεῖον. ὁ ξενών. [2] ἵνα ᾖ τὸ νόσον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ πάθος, ἢ ἔθος τι ἔχειν· νοουμένης τῆς νόσου ἀντὶ οὐδετέρου τοῦδέ τινος.

Νοσοκομεῖον. Nosocomion, sive locus, in quo curantur ægroti. Ut νόσον ἔχειν tam significet, morbum habere, quam morem, sive consuetudinem.

Νόσον ἔχειν. ἀντὶ τοῦ, φαῦλον ἔθος ἔχειν. Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. [3] Νόσος λεγόμενον ἐγκατασκῆψαι. πρὸς τὸ σημαινόμενον ἡ σύνταξις· πρᾶγμα [4] δηλονότι. παρὰ Θουκυδίδῃ.

Νόσον ἔχειν. [Proprie, morbo laborare. At metaphorice,] malis moribus, vel maligno ingenio præditum esse. Euripides *Antiope.* [Et Thucydides:] *Morbus, qui ingruisse dicebatur.* Hic τὸ λεγόμενον non refertur ad νόσος, sed ad sensū. Subintelligitur enim vox πρᾶγμα.

Νόσος. Ὅτι [5] πυρεττόντων ἢ ψυχομένων ἐν ταῖς νόσοις ἑαυτῶν αἰσθανόμεθα, οὐκ αὐτῶν τῶν αἰσθητικῶν νεύρων, ἢ τῶν σαρκῶν τεθερμασμένων, ἀλλὰ τῶν ὑγρῶν, αἵματός τε καὶ πνεύματος. ἐπεὶ οὖν ἡ αἰσθητικὴ δύναμις πρώτως ἐν σαρξίν ἐστι, καὶ νεύροις, εἰκότως τῶν ὑγρῶν δυσκράτως ἐχόντων, πνεύματος λέγω, καὶ αἵματος, παρακειμένων τε τοῖς αἰσθητικοῖς μορίοις, τῇ θίξει ἀντιλαμβανόμεθα αὐτῶν, ὥσπερ καὶ τοῦ ἀέρος τοῦ τεθερμασμένου, ἢ κατεψυγμένου· κἂν αὐτῶν δὲ τῶν στερεῶν ἅψηται ὁ πυρετὸς, ἐπειδὴ μὴ ὁμαλῶς θερμαίνεται, ἀλλὰ ἀνωμάλως. εἰσὶ γάρ τινα μόρια κατὰ φύσιν ἔχοντα, τινὰ δὲ παρὰ φύσιν. οὐ συμβαίνει τὰ κατὰ φύσιν ἔχοντα ἀντιλαμβάνεσθαι τῶν παρὰ φύσιν διακειμένων. ἀδύνατον γὰρ ὁμαλὴν γενέσθαι τὴν δυσκρασίαν. οἱ δὲ ἑκτικοὶ κατεχόμενοι πυρετοὶ, τοῦτο δέ ἐστιν, οἱ τὰ στερεὰ πυρέττοντες, ὁμαλῆς γενομένης ἐν αὐτοῖς τῆς δυσκρασίας δι' ὅλων τῶν στερεῶν, συναίσθησιν οὐδεμίαν τῆς ἐν αὐτοῖς θερμασίας λαμβάνουσι, διὰ τὸ ὁμαλὴν εἶναι δι' ὅλων τῶν μορίων τὴν θερμασίαν, καὶ μὴ εἶναι τὸ μὲν ποιοῦν, τὸ δὲ πάσχον.

Νόσος. Morbus. Sentimus in morbis nos æstuare vel frigere: non quod ipsi nervi, quibus vis sentiendi inest, aut carnes sint calefactæ, sed humores, sanguis, & spiritus. Quoniam igitur sentiendi vis præcipue est in carnibus & nervis, merito, quum humores intemperie laborant, spiritus, inquam, & sanguis, & quæ partibus sentientibus vicina sunt, tactu ea percipimus; ut & aerem calefactum, aut frigefactum: etiamsi solidas partes febris corripiat; quia non æqualiter sed inæqualiter calefiunt. Sunt enim quædam particulæ secundum naturam affectæ; quædam vero contra naturam. Non accidit autem, ut ea, quæ secundum naturam sunt affecta, percipiant ea, quæ contra naturam sunt affecta. Nam fieri non potest, ut intemperies sit æqualis. Qui vero hectica febri laborant, (hoc autem est, quorum solidæ partes febricitant) cum æqualis in ipsis sit intemperies per totas solidas partes, nullum caloris sensum percipiunt, quod calor per omnes partes sit æqualis, nec earum aliæ agant, aliæ vero patiantur. *Port.*

Νοστήσας. ἐπανελθών.

Νοστήσας. Reversus.

Νοστία. [6] κώμη Ἀρκαδίας. Ἔφορος δὲ τὸ ἐθνικὸν [7] Νεστανίους εἰπὼν, δοκεῖ Νεστανίαν αὐτὴν εἰδέναι.

Νοστία. Nostea. Pagus Arcadiæ. Cum autem Ephorus gentile ejus *Nestanius* dicit, existimasse videtur, ipsum pagum *Nestaniā* appellari.

Νόστος. ἡ οἴκαδε ἐπάνοδος. παρὰ τὸ τῆς πατρίδος ἡδύ. ἢ ἡ ἀνάδοσις τῆς γεύσεως. δῆλον δὲ, ὅτι οὐχ εἷς εὑρίσκεται, ἀλλὰ [8] πολλοὶ οἱ γράψαντες τὸν Νόστον. καὶ οἱ ποιηταὶ δὲ, οἱ τοὺς Νόστους ὑμνήσαντες, ἕπονται τῷ Ὁμήρῳ ἐς ὅσον εἰσὶ δυνατοί.

Νόστος. Reditus in patriam. Sic dictus a patriæ dulcedine. Vel, halitus, qui redditur ex stomacho, postquam res aliquas gustavimus. Constat autem non unum, sed plures reperiri, qui Νόστον, sive *de Reditu*, scripserunt. Et poëtæ, qui Νόστους cecinerunt, Homerum, quantum possunt, sequuntur.

1 Ὁ καὶ τὸν παρθένον Θεολόγον παραφράσας] Hæc paraphrasis Joannis Euangelistæ, carmine Heroico conscripta, hodie adhuc exstat.

2 Ἵνα ᾖ τὸ νόσον ἔχειν, ἀντὶ τοῦ π.] Hæc nihil faciunt ad vocem νοσοκομεῖον, sed potius pertinent ad articulum sequentem.

3 Νόσος λεγόμενον ἐγκατ.] Thucydides libro II. cap. XLVII. Καὶ ἡ νόσος πρῶτον ἤρξατο γενέσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, λεγόμενον μὲν καὶ πρότερον πολλαχόσε ἐγκατασκῆψαι, καὶ περὶ Λῆμνον, &c. Scholiasta ad eum locum: Θηλυκῶς ἡ νόσος. τὸ δὲ λεγόμενον ὡς πρὸς τὸ νόσημα ὑπήντησεν. Ὅμηρος· Νεφέλη δέ μιν ἀμφιβέβηκε Κυανέη, τὸ μὲν οὔποτε. —— Τὸ μὲν οὔποτε ὡς πρὸς τὸ νέφος ὑπήντησεν. Aliam igitur Grammaticus hic constructionis ἀκολουθίαν in citato loco Thucydidis λύσιν affert, ac hoc loco Suidas.

4 Δηλονότι] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, δηλοῖ.

5 Ὅτι πυρεττόντων ἢ ψυχομένων ἐν ταῖς ν.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Philoponi in lib. II. Aristot. *de Anima*, I. IV. a.

6 Νοστία. κώμη Ἀρκ.] Ex Stephano Byzantio.

7 Νεστανίους] Stephanus rectius, Νεστάνιος.

8 Πολλοὶ οἱ γράψαντες τὸν Νόστον] Veluti Lysimachus, teste Scholiasta Apoll. Rh. ad lib. I. v. 558. & Nostro intra v. Σκηψίων: Anticlides, teste Athenæo lib. IV. cap. XIV. pag. 157. & plures alii. Vide Casaubonum ad Athen. lib. IV. cap. XIV. qui de *Nostorum* scriptoribus Lectorem plura docet.

Νόστος. παρὰ τῇ συνηθείᾳ ὁ γλυκασμὸς, ἐπὶ τῶν ἐδεσμάτων. ὡς ἀπὸ τῆς οἴκαδε ἀναστροφῆς καὶ ἀνακομιδῆς· παρὰ τὸ τῆς πατρίδος γλυκύ. οὐδὲν γὰρ γλύκιον ἧς πατρίδος, κατὰ Ὅμηρον. ἐκ δὲ τοῦ κατὰ τὴν συνήθειαν νόστου, καὶ νόστιμον, τὸ ἡδύ. καὶ [1] Εὔνοστος, Θεός τις, φασὶν, ἐπιμύλιος. ὁ δὲ ποιητικὸς νόστος παρὰ τὸ νέομαι γίνεται. οἷον, Νῦν δ' ἐπεὶ οὐ νέομαί γε. ἤγουν, οὐκ ἐπανέρχομαι. ἔστι καὶ ῥῆμα νοστῶ· οὗ σύνθετα, παλινοστῶ, καὶ ἀπονοστῶ.

Νόσφι. χωρίς.

Νοσφιζόμεθα. χωριζόμεθα.

Νοσφιζόμενον. ὑφαιρούμενον. ἰδιοποιούμενον.

Νοτάριος. ὁ γραμματεύς. Νότα γὰρ, τὰ γράμματα. Ῥωμαϊστὶ ὁ ὑπογραφεύς.

Νοτία. ἡ θάλασσα, καὶ ἡ ὑγρασία.

Νότιον. χωρίον, προκείμενον τῆς Κολοφωνίων πόλεως. Νότιον δὲ κλίμα, τὸ πρὸς νότον κείμενον.

Νότιος. ὑγρός. καὶ νότιος ἱδρὼς, ὁ ὑγρός.

Νότος. ὁ ἄνεμος. καὶ Νοτόθεν, ἀπὸ Νότου. καὶ [2] Νότον ναύστωνα.

Νοῦβαι. [3] ἔθνος Λιβύης παρὰ Νείλῳ.

Νουβυστικόν. νοῦ πεπληρωμένον.

[4] Γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμ' ἔφη νουβυστικόν.

καὶ [5] νουβυστικῶς, συνετῶς.

Νουκερῖνοι. ἔθνος Ἰταλίας· οὗ μέμνηται καὶ Πολύβιος.

Νουκρία. [6] πόλις Τυῤῥηνίας, ἡ καὶ Νακρία, διὰ τοῦ ἄλφα.

Νουμᾶς Πομπίλιος. τοῦτον οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ μὴ ἐπιδήμιον ὄντα, προεβάλλοντο μετὰ τοὺς μεσοβασιλεῖς, καὶ αὐτῷ πᾶσαν τὴν ἡγεμονίαν ἐκ προβουλεύματος ἔδωκαν. καὶ τὰ πολιτικὰ ἔθη οὗτος διῳκήσατο· ἐνιαυτόν τε πρῶτος εὕρατο, εἰς δώδεκα μῆνας τὴν ἡλιακὴν καταννείμας περίοδον, χύδην τε καὶ ἀκατανοήτως παντάπασι πρὸ αὐτοῦ παρὰ Ῥωμαίοις φερομένην. ἱερά τε καὶ τεμένη ἱδρύσατο, καὶ τοὺς λεγομένους Ποντίφικας καὶ Φλαμινίους τοῖς ἱερεῦσιν ἐπέστησε· Σαλίους τε τὴν ὄρχησιν ἀσκήσαντας· τάς τε Ἑστιάδας παρθένους τοῦ πυρὸς καὶ ὕδατος ἐπιμέλειαν ἔχειν προσέτρεψεν· αἳ τὴν μὲν ἄκραν τιμὴν παρὰ Ῥωμαίοις εἶχον, διὰ βίου δὲ τὴν παρθενίαν ἐφύλαττον. κἄν τις αὐτῶν ἐφθάρη, κατεχώννυτο· καὶ διὰ τοῦτο οὐ μύρῳ, οὐκ ἄνθεσιν, οὐχ ἱματίῳ χρῆσθαι συνεχωροῦντο, πλὴν λευκοῦ.

Νουμηνία. ἡ τοῦ μηνὸς ἀρχή. ἐν ταῖς νουμηνίαις δὲ οἱ δοῦλοι ἐπωλοῦντο, καὶ οἱ στρατηγοὶ ἐχειροτονοῦντο πα-

Νόστος. Sic vulgari consuetudine *dulcedo* appellatur, [diciturque] de cibis. Metaphora ducta est a reditu in patriam, qui νόστος Græce dicitur. Is enim gratissimus est, propter patriæ dulcedinem. *Nihil enim dulcius est cuique patria sua:* ut ait Homerus. A voce νόστος vero, quæ vulgo, ut diximus, dulcedinem significat, deductum est νόστιμον, dulce. Et Εὔνοστος, Deus quidam, ut ajunt, molarum præses. At vox νόστος, quæ apud poëtas reditum significat, deducitur a νέομαι, i. e. redeo. Ut, *Nunc autem, quia non redeo.* Est etiam verbum νοστῶ: cujus composita sunt παλινοστῶ, redeo, & ἀπονοστῶ, discedo, abeo.

Νόσφι. Sine. Absque. Seorsum.

Νοσφιζόμεθα. Separamur. Sejungimur.

Νοσφιζόμενον. Surripientem. Intervertentem. Suffurantem. Fraudantem.

Νοτάριος. Notarius. Scriba. Νότα enim, i. e. *nota*, Latine compendium scriptionis significat. Vel, *notarius* apud Romanos dicitur is, qui apud Græcos ὑπογραφεύς.

Νοτία. Mare. Vel, humiditas.

Νότιον. Notium. Castellum, vel oppidum, ante Colophoniorum urbem situm. At νότιον κλίμα, clima Australe.

Νότιος. Humidus. Et νότιος ἱδρώς. Humidus sudor.

Νότος. Notus. Auster. Et Νοτόθεν. A Noto. Ab Austro. Et Νότον Ναύστωνα. Notum Nausonem.

Νοῦβαι. Nubæ. Gens Africæ, juxta Nilum.

Νουβυστικόν. Prudens. Cordatum. Sapiens. [Aristophanes:] *Mulierem autem esse rem dixit admodum prudentem.* Et νουβυστικῶς, prudenter, sapienter.

Νουκερῖνοι. Nucerini, populus Italiæ: cujus & Polybius meminit.

Νουκρία. Nucria, urbs Tyrrheniæ; quæ & Nacria, per α vocatur.

Νουμᾶς Πομπίλιος. Numa Pompilius. Hunc Romani, quamvis peregrinum, post interregnum Regem crearunt, eique omnem imperii potestatem ex Senatusconsulto dederunt. Hic Rempublicam legibus & institutis fundavit, annumque primus invenit, & Solis circuitum, qui antea vagus erat & omnino incertus, in XII. menses distribuit. Templa etiam & lucos instituit, Pontificesque & Flamines sacerdotibus præfecit, & Salios per urbem saltare jussit. Adhæc ignis & aquæ curam virginibus Vestalibus commisit; quarum summa apud Romanos erat dignitas, & illibata, quoad viverent, virginitas. Quod si vero aliqua ex illis cum viro rem habuisset, viva defodiebatur: eamque ob causam nec unguento, nec floribus, nec veste, nisi alba, eis uti licuit.

Νουμηνία. Novilunium, sive, initium mensis. Noviluniis autem servi vendebantur, &

1 Εὔνοστις, Θεός τις] Vide Casaub. ad Athen. lib. XIV. cap. III.
2 Νότον ναύστωνα] Hæc procul dubio corrupta sunt. Portus conjiciebat, Νότον καύστωνα, i. e. æstum Australem: in qua emendatione acquiescam, donec melius quid in mentem mihi venerit.
3 Νοῦβαι. ἔθνος Λιβ.] Ex Harpocratione.
4 Γυναῖκα δ' εἶναι πρᾶγμ' ἔφ.] Senarius hic legitur apud Aristophanem *Ecclesiaz.* pag. 736. (495. Ed. Bas. P.)
5 Νουβυστικῶς, συνετῶς] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas*, pag. 525.
6 Νουκρία. πόλις Τυῤῥ.] Ex Stephano Byzantio.

παρὰ Ἀθηναίοις. καὶ Ἀριστοφάνης· Τῇ προτέρᾳ νουμηνίᾳ. † [1]Ἀλείφεσθαί σ' ἀπ' αὐτῶν, κἀμὲ ταῖς νουμηνίαις. διὰ τὸ ταύτας εἶναι τιμίας τὰς ἡμέρας.

Imperatores creabantur apud Athenienses. Et Aristophanes: *Priore novilunio.* [Idem alibi:] *Ut & tu & ego illarum oleo ungamur noviluniis.* Hi enim dies honorati & festivi erant.

Νουμήνιος, [2]Ἀπαμεὺς, ἀπὸ Συρίας, φιλόσοφος Πυθαγόρειος. οὗτός ἐστιν ὁ τὴν τοῦ Πλάτωνος ἐξελέγξας διάνοιαν, ὡς ἐκ τῶν Μωσαϊκῶν τὰ περὶ Θεοῦ καὶ Κόσμου γενέσεως ἀποσυλήσασαν. καὶ διὰ τοῦτό φησι· Τί [3]γάρ ἐστι Πλάτων, ἢ Μωσῆς Ἀττικίζων;

Νουμήνιος. Numenius Apamensis, Syrus, Philosophus Pythagoreus: qui Platonem coarguit, quod sententiam suam de Deo & creatione Mundi ex Mosaicis scriptis suffuratus esset. Hinc dicit: *Quid est Plato, nisi Moses Atticissans?*

Νουμήνιος ῥήτωρ. ἔγραψε περὶ τῶν τῆς λέξεως σχημάτων. Ὑποθέσεις τῶν Θουκυδίδου καὶ Δημοσθένους. Χρειῶν συναγωγήν. Ἀδριανῷ παραμυθητικὸν εἰς Ἀντίνοον.

Νουμήνιος ῥήτωρ. Numenius orator. Hic scripsit de Figuris dictionis. Argumenta in Thucydidem & Demosthenem. Chriarum collectionem. Consolationem ad Adrianum super morte Antinoi.

Νουμής. ὄνομα κύριον.

Νουμής. Numes. Nomen proprium.

Νοῦν. [4]Ἀριστοτέλης τὸν νοῦν ἀθάνατον λέγει.

Νοῦν. Mentem. Aristoteles mentem immortalem esse dicit.

Νοῦν ἔχειν. Πολύβιος· Νοῦν ἔχειν καὶ τόλμαν δεῖ τοὺς στρατηγοὺς, ἄτερ ἐστὶ κυριώτατα πρὸς τὰς ἐπισφαλεῖς καὶ παραβόλους πράξεις.

Νοῦν ἔχειν. Sapere. Cordatum, vel prudentem esse. Polybius: *Belli duces & prudentia & audacia præditos esse oportet: quippe sine quibus nullum facinus audax vel cum periculo conjunctum perficere queas.*

Νουνεχῶς. πεφροντισμένως. Νουνεχῶς ἐδόκουν πολιτεύεσθαι πρὸς τοὺς τότε καιρούς.

Νουνεχῶς. Sapienter. Prudenter. *Rempubl. pro illorum temporum ratione prudenter administrare videbantur.*

Νοῦν [5] τὸν ξένον. ἐπὶ τῶν ὑφορωμένων τινά. [6]Ἀναξαγόρας ὁ σοφιστὴς Νοῦς ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ Ὕλην καὶ Νοῦν πάντα φρουρεῖν εἶπε.

Νοῦν τὸν ξένον. *Agnosco peregrinum.* Dicitur de iis, qui aliquem suspectum habent. † Anaxagoras Sophista *Mens* cognominatus est, quod Materiam & Mentem omnia custodire diceret.

Νοῦς. Ὁ νοῦς πάντων ἔχει τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῷ· ἀλλὰ τὰ μὲν πρὸ αὐτοῦ, εἰκονικῶς· τὰ δὲ μετ' αὐτὸν, παραδειγματικῶς.

[7]Ἀρθεὶς νόῳ, γίνωσκε γῆν ναίειν ξένην.

Ὁ [8]Πυθαγόρας τὴν τοῦ ἀνθρώπου ψυχὴν διαιρεῖσθαι ἔφη εἰς γ'· νοῦν, φρένας, καὶ θυμόν. καὶ νοῦν μὲν καὶ θυμὸν εἶναι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις· φρένας δὲ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ. εἶναι δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ καρδίας μέχρι ἐγκεφάλου. καὶ τὸ μὲν ἐν καρδίᾳ μέρος αὐτῆς ὑπάρχειν θυμόν· φρένας δὲ καὶ νοῦν, τὰ ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ. † Ὅτι [9] τῶν διανοουμένων τὰ μὲν κατὰ περίπτωσιν ἐνοήθη· τὰ δὲ, καθ' ὁμοιότητα· τὰ δὲ, κατ' ἀναλογίαν· τὰ δὲ, κατὰ μετάθεσιν· τὰ δὲ, κατ' ἐναντίωσιν. καὶ κατὰ περίπτωσιν μὲν, τὰ αἰσθητά. καθ' ὁμοιό-

Νοῦς. Mens. Mens omnium rerum rationes in se habet. Et eas quidem res, quæ ante ipsam exstiterunt, per imaginem quandam cognitas habet: eas vero, quæ post illam, per exemplar. † *Cum animo elatus es, statue peregrinam terram tibi incolendam esse.* † Pythagoras animam hominis trifariam dividi dixit, in mentem, rationem, & animum. Et mentem quidem & animum cæteris etiam animantibus inesse: rationem vero, soli homini. Esse autem principium animæ a corde usque ad cerebrum. Et partem quidem ejus, quæ in corde sit, esse animum: rationem vero & mentem in cerebro sita esse. † Ea, quæ intelliguntur, partim per occursum cognoscuntur; partim per similitudinem; alia per proportionem; alia

1 Ἀλείφεσθαί σ' ἀπ' αὐτ.] Aristoph. *Acharnensibus* pag. 418.
Ὥς' ἀλείφεσθαί σ' ἀπ' αὐτῶν, κἀμὲ ταῖς νουμηνίαις.
Vide etiam supra v. Ἀλείψας.

2 Νουμήνιος Ἀπαμεὺς, ἀπὸ Συρ.] Ex Hesychio Milesio. Varia autem scripsit Numenius; ut, Περὶ τἀγαθοῦ, teste Origene contra Celsum lib. I. pag. 13. Edit. Cantabr. ubi sic inquit: Ὁ Πυθαγόρειος Νουμήνιος, ὥς ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τ' ἀγαθοῦ λέγων, &c. Ex hoc opere Numenii fragmenta adducit Eusebius lib. IX. *Præp. Euang.* cap. VII. & VIII. & lib. XI. cap. X. & XXII. Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων. Eusebius lib. XIII. *Præp. Euang.* cap. IV. in fine: Διασαφεῖ δὲ τὴν διάνοιαν ὁ Νουμήνιος ἐν τῷ περὶ τῶν Πλάτωνι ἀποῤῥήτων, ὧδέ πη λέγων. Sequuntur deinceps ipsa Numenii verba. Περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως. Eusebius lib. XIV. modo laudati operis, cap. IV. Ὁποῖος δὲ γεγόνασιν οὗτοι τὸν τρόπον, λαβὼν ἀνάγνωθι τὰς ὧδε ἐχούσας Νουμηνίου τοῦ Πυθαγορείου φωνὰς, ἃς τέθειται ἐν τῷ πρώτῳ, ὧν ἐπέγραψε, περὶ τῆς τῶν Ἀκαδημαϊκῶν πρὸς Πλάτωνα διαστάσεως. Scripserat etiam περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς, sive, *de Immortalitate animæ*, teste Origene contra Celsum, lib. V. pag. 269. Ed. Cantabr. Item, librum, Ἔποψ inscriptum; ut & περὶ ἀριθμῶν, & περὶ τόπου: quæ tria opera laudantur ab eodem Origene contra Celsum lib. IV. pag. 198. Præterea, Numenius quidam laudatur ἐν τῷ Θηριακῷ a Scholiasta Nicandri, pag. 30. Absque nomine operis Numenius sæpe laudatus a Porphyrio in *vita Plotini*, itemque in libello *de Antro Nympharum*, & alibi.

3 Τί γάρ ἐστι Πλάτων ἢ Μωσ.] Celebratissimum hoc Numenii apophthegma refert Clem. Alex. lib. I. *Strom.* pag. 251. & ex eo Euseb. lib. IX. *Præp. Euang.* cap. VI. Alii quoque scriptores passim ejus meminerunt.

4 Νοῦν. Ἀριστοτέλης τὸν ν.] Vide Menagium ad Laert. lib. III. segm. LXVII.

5 Νοῦν τὸν ξένον] In Vaticana Proverb. Appendice legitur, Νοῶ τὸν ξένον: quod magis placet.

6 Ἀναξαγόρας ὁ σοφ.] Vide supra h. v.

7 Ἀρθεὶς νόῳ, γίν.] Versus hic onirocriticus, qui ex Astrampsycho sumptus est, deest in MS. A.

8 Ὁ Πυθαγόρας τὴν τοῦ ἀνθρ.———— ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ] Hæc sunt verba Laertii in vita Pythagoræ, segm. XXX.

9 Ὅτι τῶν διανοουμένων τὰ μὲν κ.———— οἷον ἀρχή] Hæc omnia leguntur apud Laertium in *Zenone Citt.* segm. LII. LIII. ut Pearsonius etiam observaverat.

τητα

τητα δέ, τὰ ἀπό τινος παρακειμένου· ὡς Σωκράτης ἀπὸ τῆς εἰκόνος. κατ' ἀναλογίαν δέ, αὐξητικῶς μέν, ὁ Τιτυὸς, καὶ Κύκλωψ. μειωτικῶς δέ, ὡς ὁ πυγμαῖος. καὶ τὸ κέντρον δὲ γῆς κατ' ἀναλογίαν ἐνοήθη ἀπὸ τῶν μικροτέρων σφαιρῶν. κατὰ μετάθεσιν δέ, οἷον οἱ ὀφθαλμοὶ ἐπὶ τοῦ στήθους. κατὰ σύνθεσιν δέ, ἱπποκένταυρος. καὶ κατ' ἐναντίωσιν, θάνατος. νοεῖται δὲ καὶ κατὰ μετάβασίν τινα, ὡς τὰ λεκτὰ, καὶ ὁ τόπος. φυσικῶς δὲ νοεῖται δίκαιόν τι καὶ ἀγαθόν. καὶ κατὰ στέρησιν, οἷον ἄχειρ. † Ὅτι [1] νοῦ ἔργον ἐστὶν, ἁπλαῖς προσβολαῖς, καὶ κρεῖττον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν, ἐπιβάλλειν τοῖς πράγμασιν. ὥσπερ ἡ αἴσθησις προσβαλοῦσα τυχὸν τῷ λευκῷ, ἢ τῷδε τῷ σχήματι, κρεῖττον ἢ κατὰ ἀπόδειξιν αὐτοῦ τὴν γνῶσιν ἔχει. οὐ γὰρ δεῖται πρὸς ταύτην συλλογισμοῦ. ἡ δέ γε τοῦ νοῦ ἐνέργεια ἐκείνοις παραγίνεται, οἷς εἰς ἄκρον καθάρσεως καὶ ἐπιστήμης γέγονεν ἀφικέσθαι, καὶ διὰ τῶν καθαρτικῶν ἀρετῶν ἀφαντάστως καὶ δίχα αἰσθήσεως ἐνεργεῖν συνειθισμένοις. ἔστι γὰρ ὁ νοῦς, [2] οἷον ἕξις τῆς ψυχῆς τελειοτάτη. καὶ γίνεται τοίνυν ὁ μὲν νοῦς περὶ τὰ νοητά· ἡ δὲ διάνοια, περὶ τὰ διανοητά· ἡ δὲ δόξα, περὶ τὰ δοξαστά. τούτων δὲ τῶν δυνάμεων πρώτην μὲν ἔχει τὴν τάξιν ὁ νοῦς· μέσην δέ, ἡ διάνοια· ἐσχάτην δέ, ἡ δόξα. ἡ δὲ διάνοια προσῳκείωται τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ, ἐπειδὴ καὶ αὐτὴ τὴν μέσην ἐν τῷ παντὶ τάξιν ἔχει, καὶ διὰ τῆς διανοίας ἀνάγεται ἡ ἡμετέρα ψυχὴ ἐπὶ τὴν τῶν νοητῶν θεωρίαν, ἥτις ἐστὶ τελειότης τῆς ψυχῆς. ἐπειδὴ γὰρ σύντροφος καὶ σύμφυλός ἐστι τοῖς αἰσθητοῖς ἡ ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, ἀδυνατεῖ διὰ τὸν συνεθισμὸν τῶν αἰσθήσεων ἐπὶ τὴν θεωρίαν τῶν νοητῶν καὶ ἀΰλων ἀνάγειν ἑαυτὴν, ἀλλὰ νομίζει κἀκεῖνα σώματα εἶναι, καὶ μεγέθη ἔχειν· καὶ ὅσα ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν, κἀκείνων φαντάζεται. καὶ Πλάτων ἐν Φαίδωνι· Τοῦτό ἐστι τὸ χαλεπώτατον τῶν ἐν ἡμῖν, ὅτι ὅταν σχολὴν ἀπὸ τῶν περιολκῶν τοῦ σώματος μικρὸν ἄγωμεν, καὶ θελήσωμεν τῇ θεωρίᾳ τῶν θείων σχολάσαι, παρεμπίπτουσα ἡ φαντασία θόρυβον ἡμῖν κινεῖ, ὑπονοεῖν διδοῦσα, ὅτι σῶμά ἐστι τὸ θεῖον, καὶ μέγεθος ἔχει, καὶ σχῆμα, καὶ οὐκ ἐᾷ ἡμᾶς ἀσωμάτως καὶ ἀσχηματίστως περὶ Θεοῦ ἐννοεῖν. καὶ διὰ τοῦτο δεῖ τὴν ψυχὴν ὁδεύουσαν ἐπὶ τὴν ἑαυτῆς τελειότητα, πρῶτον ἐνεργῆσαι κατὰ διάνοιαν, ἥτις περὶ τὰ μέσα τῶν πραγμάτων οἷά ἐστι τὰ διανοητὰ, ἥ τε ψυχὴ ἡ ἡμετέρα, καὶ ἡ περὶ αὐτῆς θεωρία· ἔτι [3] δὲ καὶ περὶ τὰ μαθηματικά.

per tranſpoſitionem; alia per compoſitionem; alia per contrarium. Per occurſum cognoſcuntur ea, quæ ſub ſenſus cadunt. Per ſimilitudinem ea, quæ ab adjacente aliqua re intelliguntur: ut Socrates ex imagine. Per proportionem vero, & quidem rem amplificando, ut Tityus, & Cyclops: rem vero minuendo, ut pygmæus. Sed & centrum terræ ex proportione intellectum eſt a minoribus orbibus. Per tranſpoſitionem, ut oculi in pectore. Per compoſitionem, ut Hippocentaurus. Per contrarium, ut mors. Nonnulla item per tranſitionem intelliguntur, ut dicta, & locus. Naturaliter autem juſtum quippiam & bonum noſcitur. Item per privationem, ut mancus. † Mentis opus eſt, apprehenſionibus ſimplicibus, & ſupra omnem demonſtrationem poſitis, res percipere: ſicut viſus in album forte colorem, vel in figuram aliquam incidens, multo melius eam cognoſcit, quam per demonſtrationem. Non enim ad hoc indiget ſyllogiſmo. Mens autem vim & actionem ſuam exſerit in illis, qui ad ſummum puritatis & ſcientiæ gradum pervenerunt, & ope virtutum purgatoriarum id conſecuti ſunt, ut abſque phantaſia & ſenſu vitam agant. Eſt enim mens habitus perfectiſſimus animæ. Et mens quidem verſatur circa ea, quæ ſub intelligentiam cadunt: dianœa vero circa intelligibilia; & opinio circa opinabilia. Inter has facultates primum locum obtinet mens; ſecundum, dianœa; tertium vero opinio. Dianœa autem animæ noſtræ valde amica & familiaris eſt, cum & ipſa medium in hoc Univerſo locum teneat, & per dianœam anima noſtra evehatur ad contemplationem rerum, quæ ſub intelligentiam cadunt: quæ eſt animæ perfectio. Nam cum familiaris & cognata ſenſibilibus ſit anima noſtra, non poteſt propter aſſuetudinem ſenſuum ad contemplationem rerum ſub intelligentiam cadentium & materiæ expertium ſe convertere; ſed & illa putat eſſe corpora, magnitudinemque habere; & quæcunque de ſenſibilibus, eadem etiam de illis imaginatur. Et Plato in *Phædone* ait: *Hoc eſt difficillimum eorum, quæ in nobis ſunt, quod cum ab impedimentis corporis pauliſper ſoluti, rerum divinarum contemplationi vacare volumus, phantaſia importune ſe ingerens, tumultum nobis moveat, faciatque ut ſuſpicemur, Deum eſſe corpus, magnitudinemque & figuram habere; neque ſinat nos de Deo ſine corpore & figura cogitare. Quare oportet animam, quæ ad perfectionem tendit, primum ſecundum dianœam agere; utpote quæ circa res medias verſatur; quales ſunt illæ, quæ intellectu percipiuntur, ut anima noſtra, ejuſque contemplatio; & præterea, Mathematica.*

Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροισι. παροιμία ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων, καὶ ἀνοήτων τασσομένη. καὶ ἄλλως·

Νοῦς [4] οὐκ ἔνι ταῖς κόμαις
Ὑμῶν, ἔτι μ' οὐ φρονεῖν

Νοῦς οὐκ ἔνι Κεντ. *Mens non ineſt Centauris.* Proverbium, quod dicitur de rebus, quæ fieri non poſſunt: vel, de hominibus ſtolidis. Et aliter: *Mens non ineſt co-*

1 Ὅτι νοῦ ἔργον ἐστὶν, ἁπλαῖς προσβολαῖς, καὶ κρ.] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad finem articuli, ſunt verba Philoponi in lib. 1. Ariſtot. *de Anima*. pag. 1. & 2. ut itidem Pearſonius monuit.

2 Οἷον ἕξις] Sic recte MSS. Pariſ. itemque Philoponus loco laudato. At priores Editt. male, μίξις.

3 Ἔτι δὲ καὶ περὶ τὰ μαθ.] Philoponus loco laudato rectius habet, ἔτι δὲ καὶ τὰ μαθηματικά, omiſſa præpoſitione περί: quam lectionem in verſione ſecutus ſum.

4 Νοῦς οὐκ ἔνι ταῖς κόμ.] Ariſtophanes *Equit.* pag. 352. (249. Ed. Baſ. P.)

Νομίζετ'. ἐγὼ δ' ἑκὼν
Ταῦτ' ἠλιθιάζω.

Νώ. ἀντὶ τοῦ, αὐτόν. [1] Ἀριστοφάνης· Βλέψαι ποιῆσαι νώ. ἀντὶ τοῦ, αὐτόν. ἢ, ἀντὶ τοῦ, δεῖ ἡμᾶς ποιῆσαι αὐτὸν βλέψαι.

Νῶ. ῥῆμα. οὗ αἱ κινήσεις χρησταί. Νῶ, τὸ σωρεύω· ἐξ οὗ νῆσαι, τὸ σωρεῦσαι. καὶ νηδὺς, εἰς ἣν αἱ τροφαὶ σωρεύονται. Νῶ, τὸ κολυμβῶ· ἐξ οὗ καὶ ναῦς, καὶ νῆττα, καὶ νῆσος, ἧ πᾶν μέρος αὐτῆς ἐν ὑγρῷ ἔχουσα. Νῶ, τὸ ῥέω, οὗ ὁ μέλλων νάσω· ὅθεν καὶ ναρόν φασι, τὸ ὑγρόν, καὶ Νηρεύς. καὶ τέταρτον νῶ, τὸ κλώθω· οὗ παράγωγον, τὸ νήθω, καὶ τὸ νῆμα.

Νωγαλέον. καὶ χρῆσις αὐτοῦ ἐν [2] τοῖς τοῦ Ἀθηναίου. παρ' ᾧ καὶ νωγαλεύειν ῥῆμα· ἐξ οὗ τὸ νωγάλευμα. δοκεῖ δὲ τὰ τοιαῦτα, ἐν οἷς καὶ τὰ νώγαλα, σκεύασμά τι δηλοῦν χρηστὸν εἰς ἑστίασιν.

Νωδός. ὁ μὴ ἔχων ὀδόντας.

Νώδυνον. ἀνώδυνον.

Νῶε. ὄνομα κύριον. παρὰ [3] τὸ νῶ, τὸ κολυμβῶ.

Νωθέστερος. βραδύτερος.

Νωθείας. βραδυτῆτος.

Νωθής. βραδύς. ἀκίνητος. ἄλογος.

Νωθρεία. καὶ νωθρὸς, ὁ ἀσθενής. Νωθρότερος ὑπάρχων τοῦ τῆς βασιλείας προσχήματος τῇ φύσει.

Νωθρότης. ἡ βραδυτής.

Νῶϊ. νωΐτερος.

Νῶϊν. [4] Ἀριστοφάνης· Μείζω μὲν οὐδὲν, προσφορωτέραν δὲ νῶϊν. † [5] Ἔφασκε νῶϊν φράσειν τὸν Τηρέα. † [6] Κράτιστον οὖν νῶϊν ἀποθανεῖν ἀνδρικώτατα. βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν. ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος. περὶ Θεμιστοκλέους οὖν Σοφοκλῆς φησιν·

'Εμοὶ δὲ λῷστον αἷμα ταύρειον πιεῖν.

Νῶϊν. τουτέστιν, ἡμῖν. δεικτικῶς.

Νωΐτερον. ἡμέτερον.

Νώκαρ. ὁ δυσκίνητος.

Νῶλα. [7] πόλις Αὐσόνων παρὰ Ἑκαταίῳ. Πολύβιος δὲ Νώλην αὐτήν φησιν. οἱ πολῖται, Νώλιοι, καὶ Νωλανοί.

Νωλεμῶς, καὶ νωλεμέως. ἀδιαλείπτως.

Νῶμα. ὄνομα χώρας.

Νωμεντός. πόλις οὐ πόῤῥω Ῥώμης. οἱ πολῖται, Νωμεντῖνοι.

mis vestris, quando me non putatis sapere: Nam ego quidem de industria stulte me gero.

Νώ. Pro αὐτόν. Ipsum. Illum. Aristophanes: *Visum illi reddere.* Vel, [τὸ νὼ significat *Nos*, & locus hic ita accipiendus est:] *Oportet nos visum ei restituere.*

Νῶ. Verbum. Hujus inflexiones [& variæ significationes sunt] utiles scitu. Νῶ, coacervo: unde νῆσαι, coacervare. Et νηδὺς, venter, in quem cibi congeruntur. Νῶ, nato: unde ναῦς, navis, & νῆττα, anas, & νῆσος, insula; cujus scilicet omnes partes aqua circumdatæ sunt. Νῶ, fluo; cujus Futurum est, νάσω: unde dicunt deduci ναρὸν, humidum; & Νηρεὺς, Nereus. Quartum νῶ ponitur pro κλώθω, i. e. neo: unde νήθω, & νῆμα.

Νωγαλέον. Lautum. Delicatum. Hac voce usus est Athenæus: apud quem etiam reperitur verbum νωγαλεύειν. Hinc νωγάλευμα, quod significat edulium delicatum & epulantibus gratum.

Νωδός. Edentulus. Qui nullos habet dentes.

Νώδυνον. Expers doloris.

Νῶε. Noe. Nomen proprium. A verbo νῶ, nato.

Νωθέστερος. Tardior. Segnior.

Νωθείας. Tarditatis. Segnitiei.

Νωθής. Tardus. Piger. Segnis. Stupidus.

Νωθρεία. Pigritia. Segnities. Et νωθρός. Piger. Segnis. *Natura segnior erat, quam regni majestas postularet.*

Νωθρότης. Tarditas. Pigritia, Segnities.

Νῶϊ. Nos. [Dualis numerus.] Et νωΐτερος, noster.

Νῶϊν. Nobis. Aristophanes: *Majorem quidem non [quærimus urbem:] at commodiorem nobis.* [Idem:] *Dicebat Tereum nobis dicturum esse.* [Idem in *Equitibus*:] *Optimum nobis est virilem mortem obire, & sanguinem taurinum haurire. Themistoclis enim mors præ cæteris eligenda est.* De Themistocle nimirum Sophocles ait: *Mihi vero optimum est, sanguinem taurinum haurire.*

Νῶϊν. Nobis. [Est pronomen] demonstrativum.

Νωΐτερον. Nostrum.

Νώκαρ. Piger. Tardus. Segnis.

Νῶλα. Nola. Ausonum urbs apud Hecatæum. Polybius vero eam vocat Νώλην. Cives, Nolii, & Nolani.

Νωλεμῶς, & νωλεμέως. Indesinenter. Assidue.

Νῶμα. Noma. Nomen regionis.

Νωμεντός. Nomentum. Urbs non procul a Roma. Cives, Nomentani.

1 Ἀριστοφάνης] *Pluto*, pag. 43. (22. Ed. Bas. *P.*)

2 Ἐν τοῖς τοῦ Ἀθηναίου] Eum vide lib. 11. pag. 47.

3 Παρὰ τὸ νῶ, τὸ κολ.] Inepte. Etymologiam enim vocis *Noe* ex Hebraica lingua arcessendam esse, vel pueri norunt.

4 Ἀριστοφάνης] *Avibus*, pag. 547. (373. Ed. Bas. *P.*) sed ubi pro νῶϊν legitur contracte νῷν, uti etiam hic metri gratia scribendum est.

5 Ἔφασκε νῶϊν φρ.] Idem Aristophanes *Avibus* haud procul initio:

'Ος νῷν ἔφασκε νῷν φράσειν τὸν Τηρέα.

6 Κράτιστον οὖν νῶϊν ἀποθ.] Aristophanes *Equit.* pag. 292. (195. Ed. Bas. *P.*)

Κράτιστον οὖν νῷν ἀποθανεῖν. ἀλλὰ σκόπει,
Ὅπως ἂν ἀποθάνοιμεν ἀνδρικώτατα.
Πῶς δῆτα; πῶς γένοιτ' ἂν ἀνδρικώτατα;
Βέλτιστον ἡμῖν αἷμα ταύρειον πιεῖν.
Ὁ Θεμιστοκλέους γὰρ θάνατος αἱρετώτερος.

Hinc Suidas supplendus est.

7 Νῶλα. πόλις Αὐσ.] Ex Stephano Byzantio.

Νωμῆσαι. κινῆσαι. μερίσαι.

Νωμῆσαι. Versare. Motare. Distribuere. Partiri.

Νώμησις. ἡ κίνησις.

Νώμησις. Motio. Versatio. Agitatio.

Νωμίστωρ. ὄνομα κύριον.

Νωμίστωρ. Nomistor. Nomen proprium.

Νωμῶν. κρίνων. ἐξετάζων. [1] Σοφοκλῆς·

Ὦ πάντα νωμῶν Τειρεσία, διδακτά τε,
Ἄῤῥητά τ', οὐράνιά τε, καὶ χθονοστιβῆ.

Νωμῶν. Judicans. Inquirens. Examinans. Sophocles: *O omnia dijudicans Tiresia, & ea, quæ disci possunt, arcanaque, & cœlestia, & terrestria.*

Νωνακρίνη. λέγεται ἡ Καλλιστώ.

Νωνακρίνη. Nonacrine. [Sic] Callisto dicitur.

Νώνακρις. [2] πόλις Ἀρκαδίας, ἡ περὶ Ἦλιν. ὁ πολίτης, Νωνακρείτης, καὶ Νωνακριάτης, καὶ Νωνακριεύς.

Νώνακρις. Nonacris. Urbs Arcadiæ, juxta Elidem [sita:] cujus civis dicitur Nonacrita, & Nonacriata, & Nonacriensis.

Νωνᾶς. ὄνομα κύριον.

Νωνᾶς. Nonas. Nomen proprium.

Νώνυμος. ἀνώνυμος. ἄδοξος.

——————— [3] Οὐδέ τις ἔσται
Τῆς λυρικῆς Σαπφοῦς νώνυμος ἠέλιος.

Νώνυμος. Obscurus. Inglorius. [In Epigrammate:] *Nec ullus erit dies, quo Sappho Lyrica non celebrabitur.*

Νῷ πείθου. παροιμία, ὁμοία τῷ, Θεῷ πείθου, ἢ ἕπου.

Νῷ πείθου. Menti pare. Proverbium simile illi, Deo pare, vel, Deum sequere.

Νώνυμνα. πόλις Σικελίας παρὰ Φιλίστῳ.

Νώνυμνα. Nonymna. Urbs Siciliæ apud Philistum.

Νώρα. ὄνομα χώρας.

Νώρα. Nora. Nomen regionis.

Νώρβα. ὄνομα χώρας.

Νώρβα. Norba. Nomen regionis.

Νωρβανός. ὄνομα κύριον.

Νωρβανός. Norbanus. Nomen proprium.

Νωρικία. ὄνομα χωρίου. καὶ Νωρικοί, ἔθνος. ζήτει ἐν τῷ Βηρώνιον.

Νωρικία. Noricia. Nomen loci, vel oppidi. Et Norici, gens. Quære in v. Βηρώνιον.

Νῶροψ. ὁ λαμπρός. οἱ μὲν ἐτυμολόγοι παρὰ τὴν στέρησιν τοῦ ὁρᾶν. ἀμαυροῖ γὰρ, φασὶ, τὴν ὄψιν τὰ πάνυ λαμπρὰ, καὶ διαχεῖ. ὥστε νῶροψ χαλκὸς, ὁ μὴ ἐῶν ὁρᾶν εἰς αὐτόν. [4] Ἐπαφρόδιτος δὲ, ἑωρακὼς Νώρακον πόλιν Παννονίας, ἧς ὁ πολίτης Νωράκιος, γίνεσθαι ἱστορεῖ ἐν Παννονίᾳ σίδηρον, ὃς ἀκονηθεὶς, λαμπρότατός ἐστιν. ὅθεν καὶ νώροπα φασὶν εἰρῆσθαι χαλκὸν, ὡς εἴ τις εἴποι, Νωράκιον.

Νῶροψ. Splendidus. Etymologi dicunt vocabulum hoc compositum esse ex particula privativa νη, & ὁρᾶν, videre: quasi dicas, privans visu. Quæ enim admodum splendida sunt, visum obtundunt & præstringunt. Quare νῶροψ χαλκὸς dicitur æs, quod præ splendore non sinit quenquam in se intueri. Epaphroditus vero, qui vidit Noracum, Pannoniæ urbem, cujus civis dicitur Noracius, ait esse in Pannonia ferrum, quod, si acuatur, splendidissimum sit. Quamobrem ait νώροπα χαλκὸν dictum esse æs splendidum, quasi dicas, Νωράκιον.

Νωσάμβρος. [5] νοήσας. γνούς. παρὰ Καλλιμάχῳ.

Νωσάμβρος. Qui animadvertit. Qui cognovit. Apud Callimachum.

Νῶσαι. εἰς νοῦν λαβεῖν.

Νῶσαι. Intelligere. Cognoscere. Animadvertere.

Νῶτα [6] θαλάσσης. ἡ ἐπιφάνεια τῆς θαλάσσης.

Νῶτα θαλάσσης. Dorsa maris. Id est, maris superficies.

Νωτάγρης. ὁ ἐπὶ νώτου αἴρων καὶ βαστάζων.

Νωτάγρης. Qui dorso aliquid gestat.

Οἶνος [8] κενωθεὶς ἀγγείων, παύει λύπας.

Οἶνος ῥυπώδης ἐκλεανοῖ πολλὰς λύπας.

Οἴνου μεταλαχὼν, προσδόκα δεινὰς μάχας.

ta est. Nam Thesmothetæ patrio ritu coronati in Areopagum adscendebant. Nomophylaces vero fasciis albis utebantur, & in spectaculis e regione novem Archontum in thronis sedebant. Iidem Palladis pompam adornabant, cum simulacrum ejus ad mare deferebatur. Cogebant etiam Magistratus servare leges, & in concionibus adsidebant Proedris, impedientes ne quid decerneretur, quod vel legibus adversari, vel Reip. detrimentum allaturum esse ipsis videretur.

Οἰνόω, οἰνῶ. Inebrio.

Οἰνοπέπαντοι. Dicitur de racemis, qui maturi sunt. *Racemi maturi, & scissu facilis mali punici frusta.*

Οἰνοπίωνος. Oenopionis. [Genitivus, a recto Οἰνοπίων.]

Οἰνοπίπας. Vinum circumspicientes. Vinolentas. Vox est eodem modo composita, quo apud Homerum παρθενοπίπας, i. e. virginum speculatores. Aristophanes inquit: *Ubi enim nos non vituperavit, ubi saltem erant spectatores, & tragœdi, & chori? adulteras nos vocans, virorum amantes, vinolentas, proditrices, garrulas, mala mente maloque animo præditas, & magnum viris malum.* Symmachus dicit, τὸ οἰνοπίπας compositum esse ex πιπίζειν & οἶνον. At non video verbum πιπίζειν apud Atticos hoc sensu adhiberi; sed est tantum imitatio vocis. Præstat igitur dicere, τὸ οἰνοπίπας sic dictum esse, ut παιδοπίπας. Οἰνοπίπας autem est, ebriosus, vinolentus: a πιπίζειν, quod sugere significat.

Οἰνοποτάζων. Vinum bibens. Genio indulgens. *In convivio, cum vinum bibitur, homines magnifice se jactare solent.*

Οἰνοποσία. Vini potatio.

Οἰνοπότης. Per ο parvum [scribitur.] Vini potor.

O hospes, hoc sepulchrum Anacreontis præteriens,
Liba mihi [vinum.] Sum enim vinipotor.

Οἶνος. Vinum. Cum Deo tribuitur, significat pœnam, vel ultionem. David: *Poculum est in manu Domini, plenum vino meraco.*

Οἶνος ἄνευ παίδων. Vinum sine pueris. Duo sunt proverbia: unum, *Vinum & veritas.* Alterum, *Vinum & pueri sunt veraces.* Dicitur de illis, qui simplices sunt & aperti, & verum dicunt.

Οἶνος κενωθεὶς ἀγγ. *Vinum ex doliis effusum dolores sedat.*

Οἶνος ῥυπ. *Vinum fæculentum multas declarat molestias.*

Οἴνου μεταλ. *Cum vinum hauseris, graves pugnas expecta.*

1 Βότρυες οἰνοπέπ.] Fragmentum hoc decerptum est ex Epigrammate Crinagoræ, quod ex Anthologia MS. integrum edidimus supra v. Γέλγηθις.

2 Ἀριστοφάνης] *Thesmophoriaz.* pag. 787. (521. Ed. Bas. P.) sed ubi pro οἰνοπίπας legitur οἰνοπότιδας.

3 Οἷς θέα, καὶ τραγ.] Aristophanes loco laudato:
Εἰσὶ θεαταὶ, καὶ τραγῳδοὶ, καὶ χοροί.
Sic etiam apud Suidam scribendum est.

4 Ἐν συμποσίῳ παρὰ τ.] Exemplum hoc non pertinet ad vocem Οἰνοποτάζων, sed Οἶνος.

5 Ὦ ξένε, τόνδε τάφ.] Epigramma hoc in Anacreontem legitur etiam Anthol. lib. III. cap. xxv. pag. 401.

6 Δαβίδ] Psalm. LXXV.

7 Οἶνος καὶ ἀλήθεια] Eunapius in *Excerpt. Legat.* in fine: Συμπνεῖ δὲ συνηθείᾳ αὐτοῖς παρὰ τοῦ βασιλέως ἀδροτέρα καὶ πολυπλασίονα, τὴν παροιμίαν ἀποδείξαντες ἀληθῆ, τὴν λέγουσαν, Οἶνος καὶ ἀλήθεια. Vide etiam Athen. lib. II. pag. 37.

8 Οἶνος κενωθ.] Hic, & duo sequentes versus onirocritici sumpti sunt ex Astrampsycho.

Οἶνος.[1] ὠνομάσθη ἀπὸ Οἰνέως.

Οἰνεὺς δ' ἐν κοίλοισιν ἀποθλίψας δεπάεσσιν,
Οἶνον ἔκλησε.

[2] Πλάτων δὲ οἰόνουν αὐτόν φησιν, διὰ τὸ οἴησιν τὸν νοῦν ἐμπιπλᾶν. ἢ ἀπὸ τῆς ὀνήσεως. Ὅμηρος·

Ὀνήσεαι, αἴκε πίηθα.

καὶ τὰ βρώματα, ὀνείατα· ἀπὸ τοῦ ὀνίσκειν ἡμᾶς. ὁ δὲ Κύπριος ποιητής φησιν·

Οἶνόν τοι, Μενέλαε, θεοὶ ποίησαν ἄριστον
Θνητοῖς ἀνθρώποισιν ἀποσκεδάσαι μελεδῶνας.

Εὐβούλου στίχοι εἰς οἶνον.

Τρεῖς γὰρ μόνους κρατῆρας ἐγκεραννύω
Τοῖς εὖ φρονοῦσι· τὸν μὲν [3] ὑγείας ἕνα,
Ὃν πρῶτον ἐκπίνουσι. τὸν δὲ δεύτερον,
Ἔρωτος, ἡδονῆς τε. τὸν τρίτον δ', ὕπνου·
Ὃν ἐκπιόντες οἱ σοφοὶ κεκλημένοι
Οἴκαδε βαδίζουσ'. ὁ δὲ τέταρτος οὐκέτι
Ἡμέτερός ἐστιν, ἀλλ' ὕβρεως. [4] ὁ δὲ πέμπτος,
    βοῆς·
Ἕκτος δὲ, κώμων· ἕβδομος δ', ὑπωπίων·
[5] Ὄγδοος κλήτορος· ὁ δ' ἔνατος, χολῆς·
Δέκατος δὲ μανίας· ὥς [6] τ' ἐκβάλλειν ποιεῖ.
Πολὺς γὰρ εἰς ἓν [μικρὸν] ἀγγεῖον χυθεὶς
Ὑποσκελίζει [ῥᾶστα] τοὺς πεπωκότας.

Καὶ Ἐπίχαρμος· Ἐκ μὲν θυσίας, θοίνη· ἐκ δὲ θοίνης, πόσις ἐγένετο· ἐκ πόσιος, κῶμος· ἐκ κώμου, [7] θυανεία· ἐκ δὲ θυανείας, δίκη· ἐκ δὲ δίκης, πέδαι τε καὶ σφάκελος καὶ ζημία. καὶ Πανύασις·

Οἶνος γὰρ πυρὶ ἶσον ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ,
Ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσῃ [8] συνοπηδὸν ἀοιδῇ.

Ἦν [9] δὲ καὶ οἶνος κρίθινος ἐν κρατῆρσιν· ἐνῆσαν δὲ καὶ αὐταὶ αἱ κριθαὶ ἰσοχειλεῖς.

Οἴνου πιεῖν. Οἱ προσιόντες τῶν ἰατρῶν ἐκέλευον οἴνου πιεῖν. τὸ γάρ τοι σεσῶσθαι τὸν ἄνθρωπον, ἢ μὴ, ἐν τούτῳ ἔφασκον ἄρα ἐκεῖνοι τῇ τέχνῃ πίσυνοι.

Οἴνου [10] γὰρ εὕροις ἄν τι πρακτικώτερον;

παρὰ τὸ Ὁμηρικόν·

Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει.

Ἡρόδοτος [11] δὲ λέγει, Πέρσας τοῦτον κρατεῖν τὸν τρόπον. εἰ μὲν οὖν εἰσηγήσαιντό τινα νήφοντες, βουλεύεσθαι

Οἶνος. Vinum. Dictum est ab Oeneo. *Oeneus cum liquorem ex uvis expressum cavis vasis excepisset, nomen vini ei indidit.* Plato vero οἶνον dictum ait, quasi οἰόνουν, quod vana opinione mentem impleat. Vel ab ὀνήσεως, i. e. utilitas. Homerus: *Proderit hoc tibi, si biberis.* Et cibi dicuntur ὀνείατα; ab ὀνίσκειν, quod *prodesse* significat. Poeta vero Cyprius inquit: *Vinum, Menelae, Dii fecerunt, ita comparatum, ut nihil melius mortalium curas dispellere possit.*

Eubuli versus de vino:

Tria tantum pocula misceo
Viris cordatis. Sanitatis unum,
Qui primus ebibitur. Secundum,
Amoris & voluptatis. Tertium, somni;
Quo epoto illi, qui sapiunt,
Domum eunt. Quartum vero non amplius
Nostrum est, sed insolentiæ & petulantiæ.
    Quintum, clamoris.
Sextum, comessationum. Septimum, plagarum & vibicum.
Octavum, apparitoris, homines in jus vocantis. Nonum, iræ.
Decimum, furoris: unde etiam ad feriendum impellit.
Multum enim vini in unum idque parvum vas infusum
Supplantat facillime bibentes.

Et Epicharmus: *Ex sacrificio convivium; ex convivio compotatio; ex compotatione comessatio; ex comessatione furor; ex furore lis; ex lite, compedes, & sphacelus, & mulcta.* Et Panyasis: *Vinum enim non minorem mortalibus utilitatem affert, quam ignis: estque bonum ingens, remedium malorum, omnisque voluptatis comes.* † *Erat autem & vinum hordeaceum in crateribus: & hordeum ipsum vasorum labra æquabat.*

Οἴνου πιεῖν. Vinum bibere. *Medici, qui accesserant, eum vinum bibere jusserunt. Nam salutem & interitum hominis in hoc positum esse ajebant, arte sua freti.* † *Vino enim reperiesne aliquid efficacius?* [Dictum hoc est] secundum illud Homericum: *Vinum enim viro defesso ingens robur animumque addit.* Herodotus vero dicit, Persas hunc morem servare, ut, si quid sobrii ad deliberandum pro-

1 Οἶνος ὠνομάσθη ἀπὸ Οἰν.] Totus hic articulus, excepto fragmento ultimo, descriptus est ex Athenæi Dipnosophist. lib. 11. ut & Pearsonius ad oram libri notaverat.

2 Πλάτων δὲ οἰόνουν αὐτόν φησιν] Plenius Athenæus: Πλάτων δὲ ἐν Κρατύλῳ ἐτυμολογῶν τὸν οἶνον, οἰόνουν αὐτόν φησι. Verba autem ipsius Platonis in *Cratylo*, pag. 266. hæc sunt: Οἶνος δὲ, ὅτι οἴεσθαι νοῦν ἔχειν ποιεῖ τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς, οὐκ ἔχοντας, οἰόνους δικαιότατ' ἂν καλούμενος. Id est: *Vinum autem, quia efficit, ut multi bibentium mentem habere se putent, cum ea destituti sint, merito vocari possit οἰόνους: ab οἴεσθαι & νοῦς.*

3 Ὑγιείας ἕνα] Sic MSS. Parif. itemque Athenæus. At metri gratia scribendum est, ὑγιείας. Priores vero Editt. habent, ὑγείας ἕνεκα: quod multo magis modulo versus adversatur.

4 Ὁ δὲ πέμπτος] Metri gratia scribendum est, πέμπτος βοῆς; expunctis duabus illis voculis ὁ δὲ.

5 Ὄγδοος κλήτ.] Metrum versus hujus luxatum est, quod sic restitui potest.

Ὁ δ' ὄγδοος κλήτορος· ὁ δ' ἔνατος χολῆς.

6 Ὥς τ' ἐκβάλλειν π.] Athenæus rectius, ——— ὥστε καὶ βάλλειν ποιεῖ.

7 Θυανεία] Vox hæc vix usquam alibi, quod sciam, occurrit, & proinde dubiæ & incertæ est significationis. Apud Hesychium tamen in serie sua hanc notam reperio: Συανία. λοιδορία. καὶ ἡ διὰ χειρὸς μάχη. Videtur ad hunc ipsum locum Epicharmi respexisse: sed pro θυανεία legisse συανεία; ut recte monuit Casaubonus ad Athen. lib. 11. cap. 11.

8 Πάσῃ συνοπηδὸν ἀοιδῇ] Sic etiam Athenæus: at invito sensu. Quare præfero lectionem Stobæi, qui Serm. XVI. fragmentum hoc Panyasidis auctius adducens, sic habet, ——— πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς.

9 Ἦν δὲ καὶ οἶνος κρίθ.] Fragmentum hoc legitur apud Xenophontem lib. IV. *de Expedit. Cyri*, pag. 332.

10 Οἴνου γὰρ εὕρ.] Senarius hic exstat apud Aristoph. *Equit.* pag. 293. (196. Ed. Bas. *P.*)

11 Ἡρόδοτος δὲ λέγει ——— τοῦτο κυροῦν νήφοντας] Hæc nihil faciunt ad vocem Οἶνος. Confer Nostrum supra v. Εἰσηγήσαιντο; ubi eadem leguntur.

περὶ

περὶ τούτου ἐν μέθῃ· εἰ δὲ εἰσηγήσαιντο ἐν μέθῃ, τοῦτο κυροῦν νήφοντας. † Οἴνου τοσοῦτον πίνω, ὅσον τῷ ἡλίῳ σπένδω. [1] ὁ Πῶρός φησιν, Ἰνδῶν βασιλεύς.

Οἰνοῦττα. [2] ἡ ἐν οἴνῳ πεφυραμένη μᾶζα. οἱ δὲ, εἶδος πλακοῦντος, μετ' οἴνου καὶ μέλιτος γινόμενον.

Οἰνοχεῖ. κιρνᾷ. καὶ οἰνοχόος, ὁ [3] πιγκέρνης. καὶ οἰνοχία.

Οἶνοψ, οἴνοπος. μέλας. ἐν Ἐπιγράμματι·

Ὧν ἡμεῖς σπείσαντες, ὅσον θέμις, οἴνοπι Βάκχῳ
Καὶ Σατύροις.

Οἰνωπὸς δὲ, οἰνώδης, διαυγής. ἢ μέλας.

Οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἐρεπτόμενοι.

Οἰνωθήσεσθε μὲν, οὐ μεθύσεσθε δέ.

Οἰνωτρία. ὄνομα τόπου.

Οἶξας. ἀνοίξας.

Οἰοβώτης. [4] αὐθαίρετος. ὡς ἂν εἴποι τις, αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν βόσκων, καὶ μηδενὶ πειθόμενος. μονότροπος. μεμονωμένος. τῷ λογισμῷ μονωθείς. ἐκτὸς φρενός.

Νῦν αὖ φρενὸς γ' οἰοβώτας
Φίλοις μέγα πένθος εὕρηται.

Οἰόθεν [5] οἶος. ἐκ μόνου μόνος. θέλει δὲ εἰπεῖν, μόνος πρὸς μόνον.

Οἰόμενος. νομίζων.

Οἷον. τὸ θαυμαστικόν.

Οὐκ ἔτ' ἄνδρα [6] μὴ τόνδ' ἴδητ'· ἔπος ἐξερέω
μέγ' οἷον.

Ἀριστοφάνης περὶ Κλέωνος.

Οἷον [7] δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθίει.

διὰ τοῦ σχήματος τὴν ἀδδηφαγίαν αὐτοῦ δηλοῖ. καὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν θρεμμάτων οἱ μάλιστα τοῖς ἐδέσμασιν ἐγκεκυφότες καὶ προσκείμενοι, δοκοῦσιν ἀπλήστως καὶ περισπουδάστως ἐσθίειν.

Οἷον. τὸ [8] ἀνταποδοτικὸν, τοιοῦτον, καὶ τὸ ἐπὶ παραδειγμάτων λαμβανόμενον, καὶ τὸ ἐπὶ θαυμασμοῦ. ὡς τὸ, Οὐδὲν οὔπω καλὸν, οἷον τὸ ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. καὶ αὖθις· Ἀνέμου ἐπιπνεύσαντος οἵου σφοδροτάτου, καὶ ἐξάραντος τὴν ἄμμον. καὶ αὖθις· Οἱ δὲ δράκοντες τὰ οὐραῖα μέρη εἰς σπείρας ἑλίξαντες, καὶ ἐπανιστάμενοι, καὶ πῦρ ὁρῶντες οἷον ὀξύτατον. ἐπὶ δὲ θαυμασμοῦ· [9] Ἄνθρωπος ἦν ὁ Δημόφιλος, ὁ Πατριάρχης τῆς Κωνσταντίνου πόλεως, οἷος ἐμπεσὼν ὁμοῦ σύμπαντα φύρειν ἀκόσμῳ φορᾷ, ὥσπερ ἄτακτος χειμάῤῥους πολὺν τὸν συρφετὸν ἄγων.

posuerint, de eo consultent ebrii: sin quid proposuerint ebrii, id ratum facere sobrios. † *Vini tantum bibo, quantum Soli libo.* Sic Porus Indorum Rex inquit.

Οἰνοῦττα. Maza cum vino subacta. Alii vero dicunt esse genus placentæ, ex vino & melle confectum.

Οἰνοχεῖ. Vinum miscet. Vinum infundit. Et οἰνοχόος, pincerna.

Οἶνοψ. Niger. [Rubicundus.] In Epigrammate: *Quare cum libassemus, quantum fas est, rubicundo Baccho & Satyris.* At οἰνωπὸς, [per ω scribitur.] Qui vini colorem refert. Pellucidus. Vel, nigricans. *Nigricantem Bacchi racemum comedentes.*

Οἰνωθήσεσθε μὲν, οὐ μεθ. *Ad hilaritatem quidem usque vinum bibetis, non tamen inebriabimini.*

Οἰνωτρία. Oenotria. Nomen regionis.

Οἶξας. Qui aperuit. Idem, quod ἀνοίξας.

Οἰοβώτης. Qui proprio consilio ductus omnia facit. Quasi dicas, ipse mentem & sententiam suam pascens, & nemini obtemperans. Solitarius. In solitudine vivens. Qui a ratione deflexit. Demens. [Sophocles:] *Nunc vero a sana mente deflectens, ingentis luctus causa amicis exstitit.*

Οἰόθεν οἶος. Solus cum solo. Solus adversus solum.

Οἰόμενος. Putans. Existimans.

Οἷον. Quale. Quantum. Est vox admirantis. *Non amplius talem virum videritis. Quam loquor magnifice!* Aristophanes hæc de Cleone dicit. [Idem alibi:] *Quam prono & inclinato capite execrandus iste vorat!* Per inclinationem corporis voracitatem ejus declarat. Etenim homines & pecora, quæ inclinato maxime capite cibis imminent, avidissime & magna cum contentione devorare creduntur.

Οἷον. Quale. In oratione respondet voci τοιοῦτον, i. e. tale; tam quod exempli causa adhibetur, quam quod admirationi inservit. Ut, *Nihil est tam pulchrum, quam ipsam legem audire.* Demosthenes in oratione contra Midiam. Et iterum: *Vento quam vehementissimo adversus eos coorto, & arenam excitante.* Et iterum: *Dracones vero, cum caudas in spiras convolvissent, anterius corpus erigebant, oculis præditi quam acutissimis, & ignis instar micantibus.* Admirationi vero inservit [in hoc exemplo:] *Demophilus vero, Patriarcha Constantinopolitanus, homo erat, qui præcipiti ruens impetu omnia miscebat & perturbabat, tanquam vagus torrens multum luti vehens.*

1 Ὁ Πῶρός φησι] Apud Philostratum *de Vit. Apoll.* lib. II. cap. XI. ubi locum integrum vide. Confer etiam Nostrum supra v. Πῶρος.

2 Οἰνοῦττα. ἡ ἐν οἴνῳ πεφ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Plutum*, pag. 107. (52. Edit. Bas. *P.*)

3 Πιγκέρνης] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, ἐπικέρνης.

4 Οἰοβώτης. αὐθαίρετος. ὡς ἂν εἴπ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem*, pag. 37. ut Portus monuit.

5 Οἰόθεν οἶος] Homer. Il. H. v. 39.

6 Μὴ] Vocula hæc ut supervacanea, & tenorem metri interpellans, delenda est.

7 Οἷον δὲ κύψας ὁ κατάρατος ἐσθ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Pace*, pag. 626. ubi de scarabæo verba fiunt.

8 Τὸ ἀνταποδοτικὸν, τοιοῦτον] Scribo, τὸ ἀνταποδοτικὸν τοῦ τοιοῦτον: quam lectionem in versione expressi.

9 Ἄνθρωπος ἦν ὁ Δημόφ.] Eadem leguntur supra v. Δημόφιλος. Sed falsum est τὸ οἷος in hoc exemplo ἐπὶ θαυμασμοῦ sumi.

Οἷον.

Οἶον. [1] δῆμοι εἰσὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ οὐδετέρως λεγόμενοι. καλεῖσθαι δέ φασιν αὐτοὺς οὕτω, διὰ τὸ μηδαμῶς οἰκητὸν τόπον ἔχειν, ἀλλὰ μεμονῶσθαι. τὸ γὰρ μόνον, οἶον ἐκάλουν οἱ Ἀρχαῖοι. ἔστι δὲ τὸ μὲν Κεραμικὸν Οἶον τῆς Λεοντίδος φυλῆς· τὸ δὲ Δεκελεικὸν Οἶον, τῆς Ἱπποθοωντίδος. οἱ δὲ δημόται ἑκατέρωθεν ἐλέγοντο ἐξ Οἴου. ἄλλοι δὲ ἦσαν οἱ λεγόμενοι Οἴηθεν, ὡς προείρηται.

Οἶον. Oeum. Bini sunt in Attica pagi, qui neutro genere efferuntur, & Οἶον appellantur. Ajunt autem eos sic dictos esse, quod nullum haberent locum habitatum, sed mera essent solitudo. *Solum* enim antiqui Græci οἶον dicebant. Oeum autem Ceramicum est Tribus Leontidis: Oeum vero Decelicum, Hippothoontidis. Utriusque vero pagi cives dicebantur ἐξ Οἴου. Alii autem erant illi, qui vocabantur Οἴηθεν; ut ante dictum est.

Οἱονεί. ὡσανεί.

Οἱονεί. Veluti. Quasi.

Οἷόν τε. δυνατόν. ἀρκούντως ἔχει. κατὰ τὸ δυνατόν.

Οἷόν τε. Quod potest. Quod valet. Quod sufficit. Pro viribus.

Οἶος. μόνος. ἢ [2] ὁποῖος. Ὁ δὲ ἐπολυπραγμόνησε πάντα. ἦν γὰρ οἷος μηδὲν μήτ᾽ ἀνθρώπειον, μήτε θεῖον ἀδιερεύνητον ἐᾶν.

Οἶος. Solus. Vel qualis. *Ille vero omnia curiose rimabatur; nec quicquam erat vel humani, vel divini, quod non pervestigandum sibi duceret.*

Οἶος. μόνος. παρὰ τὸ ἴος. ἐξ οὗ καὶ ἴα, καὶ μία.

Οἶος. Solus. Ab ἴος, unus. Hinc etiam ἴα, & μία, una.

Οἷος. ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος. καὶ οἷός τε, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος. καὶ οἷος ἦν, ἀντὶ τοῦ ἕτοιμος ἦν. τίθεται δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ἐσπούδαζε. Λυσίας· Ἐβιάζετό τε γάρ, καὶ οἷος ἦν ἐξευρεῖν τὴν θύραν. σημαίνει δὲ καὶ τὸ ἀνταποδοτικόν. Τοιοῦτος, οἷος ἦν ὁ πατήρ.

Οἷος. [Interdum ponitur] pro ἕτοιμος. Paratus. Et οἷός τε, itidem. Et οἷος ἦν, paratus erat. Item, studebat, [cupiebat, volebat.] Lysias: *Nam vi cogebatur, & fores invenire studebat.* Significat etiam, Qualis. *Talis erat, qualis pater.*

Οἷος. δυνατός. [3] Ἀριστοφάνης·

Οὐ γὰρ ἔτ᾽ οἷός τ᾽ εἰμ᾽ ὑπερέχειν τῆς ἀντλίας.

ἀντὶ τοῦ ἀντέχειν καὶ περιγίνεσθαι τοῦ πράγματος. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν πλοίων, ἅπερ κινδυνεύει τῆς ἀντλίας πληρωθέντα. βούλεται δὲ εἰπεῖν, ὅτι νικῶμαι ὑπὸ τοῦ πράγματος. καὶ αὖθις·

Σοφοῦ πρὸς ἀνδρός, ὅστις ἐν βραχεῖ καλῶς
[4] Πολλοὺς οἷός τε συντέμνειν λόγους.

Οἷος. Qui potest. Aristophanes: *Haud enim amplius sentinam istam ferre possum.* Id est, molestiæ resistere, eamque vincere. Metaphora ducta est a navibus, quæ, cum sentina repletæ sunt, periclitantur. Significare autem vult, se fœtorem amplius ferre non posse. Et iterum: *Sapientis est viri, qui paucis verbis multa complecti novit.*

Οἷος. ὁποῖος.

[5] Ὦ δύσμορ᾽ Αἶαν, οἷος ὤν, οἵως ἔχεις·
Ὡς καὶ παρ᾽ ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.

Οἷος. Qualis. [Sophocles:] *O infelix Ajax, qualis vir quali cum fortuna conflictaris! Quam dignus es, ut vel ab ipsis inimicis deploreris!*

Οἷος εἶ, καὶ οἷός τε εἶ. τὸ μὲν χωρὶς τοῦ τε, σημαίνει τὸ βούλει, καὶ προῄρησαι. τὸ δὲ σὺν τῷ τε, δύνασαι. ἀμφοτέροις δὲ Λυσίας ἐχρήσατο.

Οἷος εἶ, & οἷός τε εἶ. Prius, sine particula τε significat, vis, studes, vel conaris. At alterum, cum vocula τε, potes. Utroque Lysias usus est.

Οἴω. τὸ φέρω. αἰτιατικῇ.

Οἴω. Fero. Accusativo jungitur.

Οἰῶ. ἀντὶ τοῦ οἴομαι. [6] Ἀλλ᾽ ἀρχὰ μὲν, οἰῶ, Λαμπιτώ. ἀντὶ τοῦ, ὡς οἴομαι, ἀρχὴ τῆς μάχης ἡ Λαμπιτώ.

Οἰῶ. Pro οἴομαι. Arbitror. Puto. [Aristophanes:] *At principium [hujus mali,] ut arbitror, est Lampito.* Id est, principium belli.

Οἰώθη. ἐμονώθη.

Οἰώθη. Solus relictus est.

Οἰωνισάμενος. μαντευσάμενος. ὀττευσάμενος. Δαιμονίως πως οἰωνισάμενος τὸ μέλλον.

Οἰωνισάμενος. Vaticinatus. Auguratus. Ominatus. *Numinis quasi instinctu futura auguratus est.*

Οἰωνίζοντο. ἀπεστρέφοντο ὡς [7] κακῷ οἰωνῷ. Τὸν δὲ ἡ μὲν νεότης ἐμίσει τε, καὶ οἰωνίζοντο· οἱ δὲ πρεσβύτεροι κατησπάζοντο καὶ ἐπῄνουν. καὶ αὖθις· Ξὺν αἰσιωτέροις τοῖς οἰωνοῖς καὶ παρασκευῇ βεβαιοτέρᾳ αὖθις ἅψασθαι τοῦ πολέμου. καὶ αὖθις· Ὅτε [8] πάντας οἰωνίζεσθαι προσδέξαντας τὸν Αἰμίλιον ἐκστρατευόμενον δοκεῖν ὀξεῖν εἰσστρατευόμενον.

Οἰωνίζοντο. Aversabantur ut malum omen. *Illum autem juvenes oderant, & tanquam malum omen aversabantur: seniores vero charum habebant & laudabant.* Et iterum: *Felicioribus auspiciis, & meliore apparatu bellum denuo tentare.*

1 Οἶον. δῆμοι εἰσὶν ἐν τῇ Ἀττ.] Scribe, Οἶον. δῆμοι εἰσὶν ἐν τῇ Ἀττικῇ δισσοί, οὐδετέρως λεγόμενοι. καλεῖσθαι δὲ Οἶον, &c. Sic enim legitur apud Harpocrationem, ex quo notam hanc descripsit Suidas.
2 Ὁποῖος] Hæc interpretatio pertinet ad vocem οἷος, non οἶος.
3 Ἀριστοφάνης] Initio *Pacis*.
4 Πολλοὺς οἷός τε συντέμν.] Versus hic claudicat, quem Portus sic in integrum restituit:
Πολλοὺς οἷός τε συντέμνειν ἐν ᾗ λόγους.
5 Ὦ δύσμορ᾽ Αἶαν, οἷος ὤν, οἵως ἔχ.] Duo hi Senarii leguntur apud Sophoclem *Ajace*, pag. 54. ut Portus monuit.
6 Ἀλλ᾽ ἀρχὰ μὲν, οἰῶ, Λαμπ.] Aristoph. *Lysistr.* pag. 897. (563. Ed. Bas. P.) ubi legitur Λαμπιτώ.
7 Ὡς κακῷ οἰωνῷ] Cum Porto repono, ὡς κακὸν οἰωνόν.
8 Ὅτι πάντας οἰων.] Fragmentum hoc & corruptum est & mutilum: cujus proinde versionem consulto prætermisi.

Οἰων-

Οἰωνιστική. ταύτην εὗρον πρῶτοι Φρύγες. [1] ταύτης δὲ τὸ μέν ἐστιν Ὀρνεοσκοπικόν· οἷον, ὅταν πετομένου τοῦδε τοῦ ὄρνιθος ἔμπροσθεν, ἢ ὄπισθεν, καὶ δεξιὰ ἢ ἀριστερὰ νεύοντος, εἴπῃ τις, ὅτι τόδε σημαίνει. πρῶτος δὲ ἔγραψε περὶ τούτου Τηλέγονος. τὸ δὲ [2] Οἰκοσκοπικόν, ὅταν τὰ ἐν τῷ οἴκῳ συμβαίνοντα· οἷον, εἰ ἐν τῇ στέγῃ ἐφάνη γαλῆ, ἢ ὄφις, ἢ ἔλαιον [3] ἐχέθη, ἢ μέλι, ἢ οἶνος, ἢ ὕδωρ, ἢ τέφρα· ἢ ψοφμὸς ἐγένετο ξύλων, ἢ ἄλλο τι, τόδε προμηνύει· ὃ συνέγραψε Ξενοκράτης. τὸ δὲ Ἐνόδιον, ὡς ὅταν ἐξηγήσηταί τις τὰ ἐν τῇ ὁδῷ ἀπαντῶντα· ὅτι, ἐὰν ἀπαντήσῃ σοί τις τόδε βαστάζων, τόδε συμβήσεταί σοι· ὃ συνέγραψε Πόλλης. τὸ δὲ Χειροσκοπικόν, ὡς, ὅταν διὰ τῆς ἐκτάσεως τῶν χειρῶν διαγινωσκομένων, καὶ τῆς παλάμης, ἀπὸ τῶν ῥυτίδων εἴπωμεν, παιδοποιεῖ, ἤ τι τοιοῦτον· ὃ συνέγραψεν Ἕλενος. Παλμικὸν δὲ, τὸ διὰ τῆς πάλσεως τοῦ σώματος γνωριζόμενον· οἷον, εἰ ἐπάλθη ὁ δεξιὸς, ἢ ἀριστερὸς ὀφθαλμὸς, ἢ ὦμος, ἢ μηρός· ἢ κνησμὸς ἐν τῷ ποδὶ, ἢ περὶ τὸ οὖς ἦχος ἐγένετο, τόδε συμβαίνει· ὃ συνέγραψε Ποσειδώνιος.

Οἰωνιστική. Artem divinandi, vel augurandi. Hanc primi Phryges invenerunt; ejusque species est auspicium: ut, quum ave a fronte vel a tergo volante, & ad dextram vel sinistram declinante, quis dicit, id hanc vel illam rem significare. Primus autem de hac arte scripsit Telegonus. Aliud genus est id, quod vocatur Οἰκοσκοπικόν: quum nempe observantur ea, quæ domi accidunt; veluti si in tecto apparuerit mustela, vel serpens, aut oleum effusum fuerit, aut mel, aut vinum, aut aqua, aut cinis; aut lignum crepitaverit, aut aliquid aliud acciderit, hoc vel illud significat. De hac divinatione scripsit Xenocrates. Aliud est Ἐνόδιον; cum nempe quis interpretatur ea, quæ in via nobis occurrunt: ut, cum quis tibi obvius factus fuerit hoc vel illud gestans, hoc vel aliud tibi eveniet. De hoc scripsit Polles. Aliud est Χειροσκοπικόν: veluti quum manu expansa, ejusque rugis inspectis, dicimus, Liberos procreabit; vel tale quid. De hoc scripsit Helenus. Aliud est Παλμικόν, cui qui student, ex tremore & palpitatione membrorum futura prædicunt: veluti, cum saliit oculus dexter, vel sinister, vel humerus, vel femur; vel cum pes prurivit, vel auris tinniit: hoc vel illud eveniet. De hoc divinationis genere scripsit Posidonius.

Οἰωνόβρωτος. ὀρνεόβρωτος.

Οἰωνόβρωτος. Ab avibus comestus.

Οἰωνομαντεία.

Οἰωνομαντεία. Augurium.

Οἰωνός. τὸ σημεῖον. καὶ οἰωνοσκόπος, ὁ μάντις.

Οἰωνός. Avis. Ales. Augurium. Omen. Et οἰωνοσκόπος, augur, auspex.

Οἰωνοί. σαρκοφάγα ὄρνεα. ἢ σύμβολα πάντα δὲ οἰωνοὺς ἐκάλουν, καὶ τὰ μὴ ὄρνεα. [4] Θεράποντ' ὄρνιν. Ἀριστοφάνης. ἐπεὶ πολλάκις εἰώθαμεν λέγειν τινὰς τῶν θεραπόντων καλόποδας, καὶ καλοιωνίστους. Ὄρνιν νομίζοντες πάνθ' ὅσα περὶ μαντείας διακρίνει.

Οἰωνοί. Alites. Aves carnivoræ. Vel, omina omnia vocabant *alites*, etiamsi captarentur ex iis, quæ non essent alites. [*Et*] *famulum* [*vocatis*] *avem*. Sæpe enim famulos quosdam vocare solemus καλόποδας, i. e. pulchripedes; & καλλιωνίστους, i. e. boni augurii indices. *Avem existimatis omnia ea, quæ aliquam futuri significationem habent.*

Οἶς, οἰός. τὸ πρόβατον.

Οἶς. Ovis.

Οἰσύη. εἶδος φυτοῦ.

Οἰσύη. Plantæ genus. Salix. Vimen.

Οἶσε. προσήγαγε. συνῆξε. Ἑαυτῷ μὲν πλοῦτον οὐκ εὐκαταφρόνητον οἶσεν· ἐκεῖνον δὲ κατὰ βαιὸν τηκόμενον τῷ ἔρωτι ἀπήλλαξε τῆς τῇδε.

Οἶσε. Tulit. Attulit. Comparavit. *Et sibi divitias non contemnendas comparavit; & illum amore paulatim tabescentem ad mortem adegit.*

Οἴσεται. λήψεται.

Οἴσεται. Feret. Auferet.

Οἴσει. κομίσει. καὶ οἴσω, κομίσω, ἐνέγκω.

Οἴσει. Feret. Afferet. Et οἴσω, feram, afferam.

Οἶσθα. ἀντὶ τοῦ οἶδας. λέγεται χωρὶς τοῦ σ. μάλιστα δὲ τοῦ σ ποτὲ ἢ διὰ μέτρον, ἢ διὰ τὸ μὴ συγκροῦσαι [5] σύμφωνον, οἶσθας. [6] Σοφοκλῆς· Οἶσθ', ὡς ποιήσων. ἀντὶ τοῦ ποιήσεις, Ἀττικῶς. καὶ αὖθις· Οἶσθά [7] τινας ἐν λογιστηρίοις ἀποδύντας, ἢ πάντως γε ἀπὸ μιᾶς συμφορᾶς ἀναπεισθέντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν, ἀπὸ μόνου τοῦ τὸν Θεὸν ὀμόσαι καὶ κατομόσαι Πλατωνικῶς· ὡς φθάσειεν ἂν σκιὰ φθεγξαμένη τι τῶν δεόντων. λέγεται καὶ ἔξοισθα. [8] Σοφοκλῆς·

Οἶσθα. Pro οἶδας. Nosti. Dicitur [communiter] absque σ. Interdum vero & cum σ, οἶσθας; vel propter metrum, vel ne gemina vocalis concurrat. Sophocles: *Nosti te facturum.* Id est, facies. Nam οἶσθ', ὡς ποιήσων, Attice dicitur pro ποιήσεις. Et iterum: *Nosti aliquos, qui in scholis ratiocinatorum spoliati, aut ex alia omnino calamitate compulsi sunt, ut in vitæ quasi meridie philosopharentur, hoc ipso tantum, quod Platonico more jurando Deos, negarent aliquid aut asse-*

1 Ταύτης δὲ τὸ μέν ἐστιν ὀρνεοσκ.] Hæc, & quæ sequuntur, αὐτολεξεὶ pene etiam leguntur apud Nonnum in Gregor. Nazianz. *Stelit.* pag. 151. quem proinde confer. Vide etiam Cedrenum pag. 36.

2 Οἰκοσκοπικόν] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. corrupte, partim οἰκοσπικὸν, ut Editt. Mediol. & Ald. partim, οἰκογενικὸν, ut Editt. Basil. & Genev. Confer etiam Nostrum supra v. Ξενοκράτης.

3 Ἐχέθη] Rectius, ἐχύθη, vel ἐξεχύθη. At Nonnus loco laudato habet. ἐκχυθῇ.

4 Θεράποντ' ὄρνιν] Aristoph. *Avibus*, p. 575. (396. Ed. Bas. *P.*)

Ὄρνιν τε νομίζετε πάνθ', ὅσαπερ περὶ μαντείας διακρίνει·
Φήμη γ' ὑμῖν ὄρνις ἐστὶ, πταρμόν τ' ὄρνιθα καλεῖτε·
Ξύμβολον ὄρνιν, φωνὴν ὄρνιν, θεράποντ' ὄρνιν, ὄνον ὄρνιν.

Consule ibi Scholiastam, ex quo Suidas sua descripsit.

5 Σύμφωνον] Imo, φωνῆεν, i. e. vocalem: ut sensus suadet.

6 Σοφοκλῆς] *Oedip. Tyran.* pag. 175. ut Portus monuit.

7 Οἶσθά τινας ἐν λογιστηρίοις ἀποδ.] Hæc, & quæ sequuntur, sunt verba Synesii, Epist. CLIII. pag. 291.

8 Σοφοκλῆς] *Oedip. Colon.* pag. 322. ut Portus monuit. Inde loci hujus sensum, qui mutilus est, supplebis.

Καὶ

—— Καὶ σύ που παρὼν

Ἔξοισθ', ὑφ' ἡγητῆρος οὐδενὸς φίλων,

Ἀλλ' αὐτὸς ἡμῖν πᾶσιν ἐξηγούμενος.

Οἰσόμενος. κομίσων.

Οἰσοφάγος. ὁ λαιμός.

Οἴσπη.[1] ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. Ἡρόδοτος. καὶ οἰσπάτη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων.

Οἰστά. φορητά. Θουκυδίδης· Ὅμως δὲ ὑπὸ μεγέθους τοῦ ἐπικρεμαμένου ἔτι κινδύνου οἰστὰ αὐτοῖς ἐφαίνετο. καὶ αὖθις· Καῦμά τε ἐπιφλέγον ἔλεγον οὐδαμῆ οἰστόν. καὶ αὖθις· Καὶ εἰ μὲν ἐπὶ μικροῖς εἴη διάφορον κακὸν, οἰστὸν δὲ ὅμως γίνεται.

Οἰστρεῖ.[2] ἐρεθίζει. ἐκμαίνει. Ἀππιανός· [3] Τῷ ὄντι πᾶσιν οἰστρώδης ἐνέπιπτεν ὁρμὴ καὶ προθυμία κατὰ τῶν Βαρβάρων. καὶ αὖθις· Καὶ ταῦτα μὲν ἔδρασεν ὥσπερ οἰστρηθεὶς καὶ κάτοινος γενόμενος. Αἰλιανός· Καὶ καλῶς Ἡρόδοτος τὰς ὑπὲρ τῶν γυναικῶν οἰστρήσεις τε καὶ μανίας παρ' οὐδὲν ἐτίθετο.

Οἴστρησις. ἡ θηλυμανία. καὶ οἰστρηλατούμενοι. πυρούμενοι, ἐκμαινόμενοι.

Οἰστροπλῆγα.[4] τῇ μανίᾳ πεπληγότα. εἴρηται δὲ ἀπὸ τοῦ οἴστρου, ὅς ἐστι μυῖα ὑπόχαλκος, ἐγχρίμπτουσα ἐν τῷ καύματι τοῖς βουσὶ, καὶ ποιοῦσα ἐλαύνεσθαι.

Οἶστρος. ἐρεθισμός. ἔκκαυσις. πύρωσις ἐμμανής. οἶστρον δὲ καλοῦσι πᾶσαν κίνησιν. ἔνθεν καὶ [5] οἰστροδίνητος μυχὸς, ὁ ὑπὸ ἀνέμου ἐλαυνόμενος. [6] Ἀριστοφάνης· Σύ τε Πόντιε Πόσειδον, περιλιπὼν μυχὸν ἰχθυόεντ' οἰστροδίνητον. καὶ Πισίδης·

Οἶστρος γάρ ἐστι, καὶ μάλιστα Βαρβάροις,

Πρὸς τὰς μεταβολὰς εὐμεταπτώτως ἔχειν.

Οἰσύα. ἰτέα.

Οἰσυΐναις. Θουκυδίδης· Ναύτας ἐξώπλισεν ἀσπίσι φαύλαις καὶ οἰσυΐναις ταῖς πολλαῖς. καὶ Εὐνάπιος· Οἱ δὲ τῶν Πάρθων οἰσυΐνας ἀσπίδας ἔχοντες, καὶ κράνη οἰσύϊνα, πλοκήν τινα πάτριον πεπλεγμένα. καὶ οἰσύϊνον σχοινίον, ἰτέας.

Οἰσύμη. πόλις τῆς Θρᾴκης.

Οἰσύπη.[7] ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων.

Οἰσυπηρός. ῥυπαρός. ἔρια οἰσυπηρὰ, ῥύπου πεπληρωμένα. ῥυπάσματα ἀπὸ τῆς κόπρου. [7] οἰσύπη δέ ἐστι τὸ διαχώρημα τῶν προβάτων.

Οἴτη. ὄνομα ὄρους ἐν Λακεδαιμονίᾳ. καὶ Οἰταῖος, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ὄρους.

Οἶτος. ὁ μόρος. ἐν τοῖς μυθικοῖς·

Οὔτι δίκης ἀπάνευθεν ἀεικεῖ δάμναμαι οἴτῳ.

Οἷοι. μόνοι. ἤτοι δυνατοί.

rerent; ut umbra prius utile atque opportunum aliquid dictura videatur. Dicitur & ἐξοισθα. Sophocles: *Et tu, cum præsens fueris, nosti, quomodo eo iverit, a nullo amicorum deductus, sed ipse nobis viam monstrans.*

Οἰσόμενος. Laturus. Allaturus.

Οἰσοφάγος. Gula. Guttur. Stomachus.

Οἴσπη. Lana ovium nondum a sordibus mundata. Herodotus. Et οἰσπάτη, lanarum sordes.

Οἰστά. Tolerabilia. Quæ ferri possunt. Thucydides: *Verumtamen ob magnitudinem impendentis adhuc periculi hæc ipsis tolerabilia videbantur.* Et iterum: *Et fervorem Solis dicebant esse intolerabilem.* Et iterum: *Si in parvis rebus malum diversum sit, tolerabile tamen est.*

Οἰστρεῖ. Irritat. Ad insaniam adigit. Oestro agitat. Appianus: *Revera omnes furiosus quidam impetus & cupido Barbaros aggrediendi invasit.* Et iterum: *Hæc autem fecit tanquam furore percitus & temulentus.* Ælianus: *Herodotus recte furiosos illos & insanos erga mulieres amores nihili fecit.*

Οἴστρησις. Furor. Insanus erga fœminas amor. Et οἰστρηλατούμενοι, [insano amore] incensi. Furore perciti.

Οἰστροπλῆγα. Oestro agitatum. Furore percitum. Dictum est ab oestro, i. e. musca quadam, quæ æris colorem refert, & æstate ad boves accedens, eos infestat & exagitat.

Οἶστρος. Oestrus. Irritatio. Incensio. Furor igneus. Οἶστρον autem vocant omnem motum, [quo quis vehementer agitatur.] Unde etiam οἰστροδίνητος μυχὸς, dicitur recessus a vento agitatus. Aristophanes: *Tuque Neptune marine, relicto recessu maris piscosi & a ventis agitati.* Et Pisides: *Furor enim est, & præcipue Barbarorum, ad mutationes esse proclives.*

Οἰσύα. Salix. Vimen.

Οἰσυΐναις. Vimineis. Salignis. Thucydides: *Nautas armavit clypeis inutilibus, & plerisque salignis.* Et Eunapius: *Parthi vero clypeos vimineos habebant, & galeas vimineas patrio quodam modo plexas.* Et οἰσύϊνον σχοινίον, funis salignus.

Οἰσύμη. Oesyme. Urbs Thraciæ.

Οἰσύπη. Lanarum sordes.

Οἰσυπηρός. Sordidus. Et ἔρια οἰσ. Lanæ sordium plenæ. Lanæ sordidæ. Οἰσύπη enim est ovium excrementum.

Οἴτη. Oete. Nomen montis in Lacedæmonia. Et Oetæus, nomen a monte illo deductum.

Οἶτος. Mors. In Fabulis. *Non immerito fœda morte consumor.*

Οἷοι. Soli. Vel, qui possunt.

1 Οἴσπη] Vide paulo inferius v. Οἰσύπη.

2 Οἰστρεῖ] Sic MSS. Paris. itemque Photius in Lexico MS. At priores Editt. οἰστροῖ: quod minus usitatum est.

3 Τῷ ὄντι πᾶσιν οἰστρώδ.] Hoc exemplum pertinet ad vocem οἰστρώδης, non vero οἰστρεῖ.

4 Οἰστροπλῆγα. τῇ μανίᾳ πεπλ.] Confer Scholiastam Sophoclis ad *Electr.* v. 5.

5 Οἰστροδίνητος] MS. A. habet οἰστροδίνητος. Et sic paulo post.

6 Ἀριστοφάνης] *Thesmophor.* pag. 784.

7 Οἰσύπη] Vide paulo ante v. Οἴσπη.

Οἰφί.[1] χοῖνιξ.

Οἰχαλιῆς. ἀπὸ τόπου.

Οἴχεται. πορεύεται. καὶ οἰχήσομαι, πορεύσομαι.

Οἰχνῶ. περιέρχομαι. [2] Τάλαιν' ἄνυμφευτος αἰὲν οἰχνῶ. Ἠλέκτρα φησί.

Οἰχόμενος. πορευόμενος.

Οἴχωκ', [3] ὄλωλα, διαπεπόρθημαι, φίλοι. Τέκμησσά φησι διὰ τὸν Αἴαντος θάνατον.

Ὁ [4] κάνης τῆς τύχης ὑπερέχει. παροιμία ἐπὶ τῶν μείζω καὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένων.

Ὁ [5] κάτωθεν νόμος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους ἢ τὴν Ἡλιαίαν λέγει, διὰ τὸ τῶν δικαστηρίων τὰ μὲν ἄνω, τὰ δὲ κάτω ὀνομάζεσθαι· ἢ διὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐν τοῖς Ἄξοσι γραφῆς βουστροφηδὸν γεγραμμένης. ἢ τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. ὅτι γὰρ βουστροφηδὸν ἦσαν οἱ Ἄξονες καὶ οἱ Κύρβεις γεγραμμένοι, δεδήλωκεν Εὐφορίων ἐν τῷ Ἀπολλοδώρῳ. ἐπεί, φησί, τοὺς Ἄξονας καὶ τοὺς Κύρβεις ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον καὶ τὴν ἀγορὰν μετέστησεν Ἐφιάλτης, ὥς φησιν Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικοῖς. † Ὅτι [6] διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων, Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ. οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν. † Ὅτι [7] ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ τίμημα τῆς Ἀττικῆς. Δημοσθένης δὲ ἐν τῷ περὶ τῶν Συμμοριῶν φησιν οὕτως· Ἡμῖν δὲ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχειν ἀφορμὴν τὰ [8] ὀκτακισχίλια τάλαντα ἀκούεται. ἤτοι οὖν γραφικόν ἐστιν ἁμάρτημα, ἢ ἴσως ὁ ῥήτωρ συναρπάζει, ἵνα δοκῇ πλείω τὴν ἀφορμὴν ἔχειν ἡ πόλις τοῦ εἰς τὸν πρὸς βασιλέα πολέμου.

Ὁ [9] Καρπάθιος τὸν λαγωόν. Φασὶν ὅτι οἱ Καρπάθιοι νῆσον οἰκοῦντες, ἐπήγαγον τὸν λαγωόν, οὐκ ἔχοντες ἐν τῇ χώρᾳ. οἱ δὲ πολλοὶ γενόμενοι τὰ γεώργια αὐτῶν ἐλυμαίνοντο.

Ὀκέλλει. προσορμεῖ. ἐκρίπτεται. εἴρηται ἐπὶ τῶν νηῶν. καὶ ὀκέλλοι, προσορμίζοι.

Ὁ [10] Κίς. ὄνομα κύριον.

Ὀχλαδία. ἡ ὄκλασις.

Ὀκλάδιας. [11] ὁ συγκεκλασμένος δίφρος, καὶ ποτὲ μὲν

Οἰφί. Oephi. Chœnix. [Mensura quædam.]

Οἰχαλιῆς. Oechalienses.

Οἴχεται. Proficiscitur. It. Abit. Et οἰχήσομαι, proficiscar, abibo.

Οἰχνῶ. Vagor. Oberro. *Misera & innupta semper oberro.* Electra inquit.

Οἰχόμενος. Proficiscens.

Οἴχωκ', ὄλ. *Nulla sum, perii, actum est de me, amici.* Tecmessa hæc dicit propter Ajacis mortem.

Ὁ κάνης τῆς τ. *Storea fortunam superat.* Proverbium in eos, qui majora & plura possident, quam quæ sunt necessaria.

Ὁ κάτωθεν νόμος. Lex inferior. Demosthenes in oratione contra Aristocratem vel Heliæam sic vocat, quod dicasteriorum alia superiora, alia vero inferiora nominarentur: vel ob formam scripturæ, qua Axones scripti erant, (ea autem talis erat, ut versu primo a dextra ad sinistram procedente, versus secundus a sinistra ad dextram scriptus esset, sulcorum more:) legem eam, quæ a sinistra incipit, inferiorem vocat Demosthenes. Axones enim & Cyrbes eo, quo diximus, modo scriptos fuisse, Euphorion in *Apollodoro* docuit. Vel quia Ephialtes Axones & Cyrbes ex loco superiore, id est, Arce, in Curiam & Forum transtulit: ut ait Anaximenes in *Philippica*. † Errat Demosthenes in oratione contra Neæram, dicens, Platæenses pictos fuisse in porticu, quæ Pœcile vocabatur. Nemo enim hoc dixit. † Atticæ census erat sexies mille Talentorum. Demosthenes vero in oratione *de Symmoriis* sic inquit: *Regionis vero nostræ censum esse octies mille talentorum audiet.* Vel igitur mendum est scripturæ; vel fortasse orator hoc astute dixit, ut Respubl. majoribus opibus instructa esse videretur ad bellum cum Rege gerendum.

Ὁ Καρπάθιος τ. λ. Carpathius leporem. Dicunt Carpathios, insulam incolentes, lepores, quos nullos habebant in eam intulisse. Sed hi postea aucto numero arva & sata eorum læserunt.

Ὀκέλλει. Ad portum appellit. Ejicitur in littus. Dicitur de navibus. Et ὀκέλλοι, ad portum appellat.

Ὁ Κίς. Kis. Nomen proprium.

Ὀχλαδία. Complicatio. Genu flexio.

Ὀχλαδίας δίφρος. Sella quæ complicari po-

1 Οἰφί] Est nomen mensuræ Hebraicæ, quod varie scribitur apud LXX. Interpretes; nunc Ὑφί, nunc Ὑφεί, nunc Οἰφί, nunc Οἰφεί.

2 Τάλαιν' ἀνύμφ. αἰὲν οἰχνῶ] Hæc sunt verba Sophoclis in *Electra*, pag. 88. ut Portus monuit.

3 Οἴχωκ', ὄλωλα, διαπ.] Senarius hic legitur apud Sophoclem in *Ajace*, pag. 53.

4 Ὁ κάνης] Sic habent MSS. Parif. At Aditt. Ald. Basil. & Genev. male, ὁ καινής. In Editt. Mediol. vero, hic & duo sequentes articuli desiderantur.

5 Ὁ κάτωθεν νόμος. Δημοσθ. ——— Ἀναξιμένης ἐν Φιλιππικοῖς] Ex Harpocratione. Confer Petit. in Comment. ad *Leg. Att.* pag. 105.

6 Ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθ.] Hæc extra seriem suam posita sunt, quæ infra sub voce Ὅτι collocari debebant.

7 Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τ.] Et hæc sub voce Ὅτι ponenda sunt, nec locum hic habere possunt. Quod autem ad rem ipsam attinet, notandum est, censum Atticæ non fuisse plene sexies mille talentorum, sed summæ huic defuisse ducenta & quinquaginta talenta, ut expresse testatur Polybius lib. 11. sub finem, cujus verba adducunt Meurs. *Att. Lect.* lib. 1. cap. 1. & Valesius ad Harpocrationem v. Ὅτι ἑξακισχίλια.

8 Ὀκτακισχίλια] Sic quidem in codice suo legit Harpocratio, ex quo Suidas hæc descripsit. At hodie apud Demosthenem rectius legitur ἑξακισχίλια: & ab Ulpiano olim ita lectum fuisse palam fit ex ejus scholiis. Locus autem Demosthenis, a Suida hic citatus, exstat pag. 76. cui geminus est alter, qui occurrit eadem oratione pag. 74. ubi Orator inquit: Ἐπειδή τὸ τίμημά ἐστι τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων.

9 Ὁ Καρπάθιος τὸν λαγ.] Confer Nostrum supra v. Οἷόν τι χαράδραν.

10 Ὁ Κίς] Sic MSS. Parif. At priores Editt. Ὀλκίς: quam lectionem vel series literarum refutat. Est autem Κίς nomen proprium Hebraicum, cujus mentio fit in veteri Testamento.

11 Ὀκλαδίας. ὁ συγκεκλασμ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* sub finem.

ἐν πεν-

ἐκτεινόμενος, ποτὲ δὲ συστελλόμενος. καὶ αὖθις· Βαθεῖαν εἰς ἰλὺν ὀκλαστὶ πηδώντων. περὶ βατράχων ὁ λόγος.

Ὀκλάζει. χωλεύει. εἰς τὸ γόνυ κάμπτεται. διστάζει. ἀποκάμνει. λαγγάζει.

Ὀκλὰξ καθήμενος. ἀντὶ τοῦ, ἐπὶ γόνυ.

Ὀκνεῖ. εὐλαβῶς ἔχει. [1]Ξενοφῶν· Ὀκνοῦντες, μὴ οἱ Ἕλληνες διαβάντες τὴν γέφυραν μείνειαν. ἀντὶ τοῦ, εὐλαβούμενοι, δεδιότες.

Ὀκνεῖν. Κατασκόπων οὐδένα ἐκ τῶν πολεμίων ὀκνεῖν, ἀλλὰ καὶ περὶ ἔργου ἡγεῖσθαι γινώσκειν αὐτοὺς, ξὺν ὅσῃ τε καὶ ὅπως ὡπλισμένῃ δυνάμει ἔρχεται.

Ὀκνείω. ὀκνῶ. [2]ἀποβάλλομαι.

Ὄκνος χαλκοῦς. βούλεται τοῦτο τοῖς Βιθυνοῖς ἐπιχωρίως δίφρου τινὸς γυναικείου εἶδος εἶναι.

Ὀκνῶ. φοβοῦμαι. καὶ πυκνῶς τούτῳ κέχρηται Σοφοκλῆς ἐπὶ τοῦ φοβεῖσθαι.

[3]Φρονοῦντα γάρ νιν οὐκ ἂν ἐξέστην ὄκνῳ.

καὶ οἱ ῥήτορες οὐκ ἐπὶ δειλίας καὶ ῥαθυμίας ἐχρήσαντο τῷ ὀνόματι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ φόβου καὶ τοῦ φοβεῖσθαι. Ἀντιφῶν· Κακῶς δ' ἂν εἰ ἀποῦσι μὲν καὶ μέλλουσι τοῖς κινδύνοις, τῇ γλώττῃ θρασύνεται, καὶ τῷ θέλειν ἐπείγει· τὸ δὲ ἔργον ἂν παρῇ, ὀκνεῖ. καὶ Δημοσθένης ἐν [4]Φιλιππικῶν πρώτῳ· Φημὶ δὴ διχῇ βοηθητέον εἶναι τοῖς πράγμασιν ἡμῖν, τῷ τε τὰς πόλεις τοῖς μὲν Ὀλυνθίοις σώζειν, καὶ τοὺς τοῦτο ποιήσοντας στρατιώτας ἐκπέμπειν· καὶ τῷ τὴν ἐκείνου χώραν κακῶς ποιεῖν καὶ τριήρεσι καὶ στρατιώταις ἑτέροις. εἰ δὲ θατέρου τούτων ὀλιγωρήσετε, ὀκνῶ, μὴ μάταιος ἡμῖν ἡ στρατεία γένηται. καὶ Ὁμήρῳ δὲ ἐπὶ τοῦ φόβου ὁ ὄκνος εἴληπται. φησὶν Ἀγαμέμνων περὶ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ·

Οὔτ' [5]ὄκνῳ εἴκων, οὔτ' ἀφραδίῃσι νόοιο.

Ὀκνῶν. ἀναδυόμενος. Σοφοκλῆς·

Φιλεῖ γὰρ ὀκνεῖν πᾶς ἀνὴρ πράσσων μέγα.

Ὀκολοὺμ. [6]Ἐπηρώθη Ὁράτιος ὁ Ῥωμαῖος τὸν ὀφθαλμὸν, καὶ ἐπεκλήθη Κόκλης. τὸν γὰρ ὀφθαλμὸν ὀκολοὺμ καλοῦσι Ῥωμαῖοι.

Ὁ Κώχ. ὄνομα κύριον. [7]Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμένον προφθάσαν τὸ στόμα, ἐκεῖσε ἐμπεσὸν, κατέπαυσε τὴν πτῆσιν. καὶ δὴ ὁ Κὼχ [8]εὐθυωρὸν ἀπεβίω.

Ὁ [9]Κρὴς τὴν θάλασσαν. ἐπὶ τῶν προσποιουμένων φεύγειν ἐκεῖνα, ἐν οἷς διαφέρουσιν. ἐπειδὴ ναυτικώτατοι οἱ Κρῆτες ἐγένοντο.

test, & modo explicatur, modo vero contrahitur. [Et ὀκλαστὶ, cruribus vel genibus curvatis & flexis.] *Curvatis & inflexis cruribus in limo saltantium.* De ranis ista dicuntur.

Ὀκλάζει. Claudicat. Genibus flexis subsidit. Titubat. Hæsitat. Labori succumbit. Cunctatur.

Ὀκλὰξ καθήμενος. In genua subsidens.

Ὀκνεῖ. Metuit. Veretur. Xenophon: *Metuentes, ne Græci ponte superato remanerent.*

Ὀκνεῖν. Metuere. Timere. *Nullum exploratorem hostium timendum esse dicebat, sed potius se e re sua putare, ut hostes sciant, quantis & quomodo armatis copiis instructus veniat.*

Ὀκνείω. [Poëtice pro ὀκνέω.] Metuo. Cunctor.

Ὄκνος χαλκοῦς. Ocnus æreus. Apud Bithynos lingua ipsorum genus quoddam sellæ muliebris sic appellatur.

Ὀκνῶ. Metuo. Timeo. Verbo hoc frequenter usus est Sophocles pro φοβεῖσθαι, timere. *Si enim sanæ esset mentis, haud sane occursum ejus reformidarem.* Et oratores nomine ὄκνῳ usi sunt, non pro ignavia & socordia, sed pro metu: & verbo ὀκνεῖν, pro metuere. Antiphon: *Male facit, si periculo longe remoto & venturo, lingua ferocem & ad audendum promptum se ostendat; at cum res ipsa adest, formidine torpeat.* Et Demosthenes *Philippica* prima: *Dico igitur bifariam Reipubl. succurrendum esse, tum urbes Olynthiorum tuendo, & milites, qui hoc faciant, mittendo; tum regionem ejus vastando & triremibus & exercitu alio. Si vero alterutrum horum neglexeritis, vereor, ne expeditio hæc in cassum a nobis suscipiatur.* Apud Homerum etiam ὄκνος pro metu sumitur. Dicit enim Agamemnon de fratre suo: *Nec timori cedens, nec insipientiæ mentis.*

Ὀκνῶν. Qui cunctatur. Qui tergiversatur. Sophocles: *Salet enim tergiversari quivis vir, qui magnum quid aggreditur.*

Ὀκολοὺμ. Oculum. *Horatius Romanus alterum oculum amisit, & ideo vocatus est Cocles. Quem enim Græci ὀφθαλμὸν, Romani oculum vocant.*

Ὁ Κώχ. Coch. Nomen proprium. *Sagitta autem in os apertum, antequam clauderetur, illapsa, in eo hæsit: & Coch confestim obiit.*

Ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν. *Cretensis mare.* Proverbium in eos, qui simulant se fugere ea, in quibus excellunt. Cretenses enim rei nauticæ peritissimi fuerunt.

1 Ξενοφῶν] Lib. II. *de Expedit. Cyri*, pag. 284. ut Pearsonius ad oram libri monuit.

2 Ἀποβάλλομαι] Scribe, ἀναβάλλομαι, i. e. cunctor, tergiversor.

3 Φρονοῦντα γάρ ν.] Senarius hic legitur apud Sophoclem *Ajace*, pag. 6. ut Portus monuit. Illic autem pro ὄκνῳ male legitur ἰδών: quæ vox ex fine versus præcedentis ab imprudente librario repetita est.

4 Ἐν Φιλιππικῶν πρώτῳ] Pag. 3. Hodie autem oratio illa *Olynthiaca prima* inscribitur.

5 Οὔτ' ὄκνῳ εἴκ.] Homerus Il. K. v. 121.

6 Ἐπηρώθη Ὁράτιος ὁ Ῥωμ.] Hæc leguntur etiam supra v. Κόκλης.

7 Τὸ δὲ βέλος ἀνεῳγμ.] Fragmentum hoc legitur etiam supra v. Εὐθυωρόν.

8 Εὐθυωρόν] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male εὐθυωρῶν.

9 Ὁ Κρὴς τὴν θάλ.] Vide Meursium in *Creta*, pag. 128. & Photium Cod. CCXLVIII. pag. 1276.

Ὀκρίβαντας. ἐμβάτας.

Ὀκρίβας. σχῆμα ἡνιόχου.

Ὀκρίβας. σκηνὴ ἰδίως πάντων τῶν λεγομένων. τὰ πλαστικὰ πήγματα, ἐφ' οἷς διατυποῦσι τὰς εἰκόνας, καὶ τὰ ὑπερείσματα τῶν ξυλίνων θεάτρων. βέλτιον φάναι τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ ἵσταντο οἱ τραγῳδοὶ ἢ οἱ ὑποκριταὶ ἐκ μετεώρου, καὶ ἔλεγον. οἱ δὲ ὄνον φασὶν εἶναι. οἱ δὲ, ἄγριον κριόν. ἄλλοι, κλίμακα.

Ὀκριόεις. ὁ τραχύς. [1] ἐν Ἐπιγράμματι·

Καὶ λίθον ὀκριόεντα, δίναξ ὅθι δισσὸν ὀδόντα
Θήγεται, ἀμβλυνθεὶς ἐκ δολιχογραφίης.

Τὴν κίστην λέγων. καὶ ὀκρυόεσσα. φρικτὴ, φοβερά.

[2] Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα
Βᾶρις, ἀποφθιμένων τὸν Κύνα Διογένην.

Ὀκτάβλωμον. [3] ὀκτὼ ἔχοντα θρύμματα.

Ὀκτάκνημον. [4] ὀκτάραβδον.

Ὀκτάμετρον. ἐπὶ τοῦ τετραμέτρου εὑρετὴς Ἀριστοφάνης ὁ ποιητής· ὡσαύτως καὶ τοῦ ὀκταμέτρου.

Ὀκτώ. ὁ ἀριθμός.

Ὀκτώβριος. ὄνομα μηνός.

Ὀκτώπουν. Κρατῖνος Θρᾴτταις· Ὀκτώπουν ἀνεγείρεις. ἀντὶ τοῦ, σκορπίον. παροιμία. Σκορπίον γὰρ ὀκτώπουν ἀνεγείρεις. ἐν δὲ ταῖς Αἰσχύλου Ξαντρίαις ἡ Λύσσα ἐπιθειάζουσα ταῖς Βάκχαις φησίν·

——— Ἐκ ποδῶν δ' ἄνω
Ὑπέρχεται σπαραγμὸς εἰς ἄκρον κάρα,
Κέντημα γλώσσης, σκορπίου βέλος λέγω.

Ὀκχή. στήριγμα. βάσταγμα. [5] Γέντο δ' ἐρείκης σκηπάνιον· ὃ δὴ πέλε γήραος ὀκχή. καὶ ὀκχήσασθαι, ἐπικαθεσθῆναι.

Ὀλβίζειν. μακαρίζειν. εὐδαίμονα ἡγεῖσθαι. [6] Σοφοκλῆς·

——— Μηδέν' ὀλβίζειν, πρὶν ἂν
Τέρμα τοῦ βίου περάσῃ, μηδὲν ἀλγεινὸν παθών.

Ὀλβιοδαίμων. εὐτυχέστατος. ἡ κλητική, ὦ ὀλβιόδαιμον.

Ὄλβιος. πλούσιος. εὐδαίμων. μακάριος.

Ὀλβοδότης. [7] πλουτοδότης.

Ὄλβος. εὐδαιμονία. πλοῦτος. ἐν Ἐπιγράμματι·

——— Ὄλβου παντὸς ὑπέρτερος ἦν,
Ὅς σε περιπλέγδην εἶχε πήχεσι.

Ὀλαὶ, καὶ οὐλαί. αἱ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι κριθαὶ, καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμεναι.

Ὀκρίβαντας. Calcei genus. Soccos. Vel, cothurnos.

Ὀκρίβας. Aurigæ gestus, vel habitus.

Ὀκρίβας. Proprie sic vocatur pulpitum, vel suggestum, ex quo oratores verba faciunt. Item, pegmata, in quibus fictores imagines formant. Item, fulcra lignеorum theatrorum. Præstat vero sic appellare pulpitum Theatri, in quo tragœdi vel histriones sublimes stabant, fabulas recitantes. Alii ὀκρίβαντα vocant asinum: alii, arietem ferum: alii, scalam.

Ὀκριόεις. Asper. In Epigrammate: *Et lapidem asperum, quo calami, longa scriptione obtusi, gemini acuuntur dentes.* Pumicem intelligit. Et ὀκρυόεσσα, horrenda, terribilis. [In Epigrammate:] *Recipe me mortuum, Canem Diogenem, quamvis horrenda cymba tua valde onusta sit.*

Ὀκτάβλωμον. [Panem] octo buccellarum.

Ὀκτάκνημον. [Rotam] octo radios habentem.

Ὀκτάμετρον. [Carmen] octometrum. Aristophanes poëta fuit inventor tetrametri, sicut & octometri.

Ὀκτώ. Octo.

Ὀκτώβριος. October. Nomen mensis.

Ὀκτώπουν. Octipedem. Cratinus *Thrattis: Octipedem excitas.* Id est, scorpium. Proverbium: *Scorpium enim octipedem excitas.* In Æschyli vero *Xantriis* Furor Deos obtestans Bacchis dicit: *A pedibus vero sursum versus subit convulsio in summum caput; compunctio linguæ: scorpii telum dico.*

Ὀκχή. Fulcrum. Sustentaculum. Baculus. *Accepit autem scipionem ex ligno erices factum, qui senectutis erat fulcrum.* Et ὀκχήσασθαι, insidere.

Ὀλβίζειν. Beatum prædicare. Beatum ducere. Sophocles: *Neminem beatum prædicare oportet, priusquam e vivis excesserit, omnis molestiæ & doloris expers.*

Ὀλβιοδαίμων. Felicissimus, vel beatissimus. Vocativus est, ὀλβιόδαιμον.

Ὄλβιος. Dives. Opulentus. Felix. Beatus.

Ὀλβοδότης. Divitiarum donator.

Ὄλβος. Felicitas. Beatitudo. Opulentia. In Epigrammate: *Omnem felicitatem superabat, qui te amplexu tenebat.*

Ὀλαὶ, & οὐλαί, Hordeum sale mixtum, quo victimæ conspergebantur. Mola salsa.

1 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. VI. cap. XXVI. Epigr. IV. ut Portus etiam monuit.

2 Δέξαι μ', εἰ καί σοι μ.] Distichum hoc est pars Epigrammatis in Diogenem, quod integrum legitur Anthol. lib. III. cap. XXXIII. pag. 420. Confer etiam Nostrum supra v. Βᾶρις.

3 Ὀκτάβλωμον] Voce hac usus est Hesiodus Ἔργ. β'.

Ἄρτον δειπνήσας τετράτρυφον, ὀκτάβλωμον.

Tzetzes ad illum locum: Ὀκτάβλωμον. ὀκτὼ θρύμματα ἔχοντα. βλωμὸς γὰρ, τὸ θρύμμα.

4 Ὀκτάκνημον] Scholiasta Homeri ad Il. Ε. v. 723. Ὀκτάκνημα. ὀκτάκυκλα. ὀκτὼ κνήμας ἔχοντα.

5 Γέντο δ' ἐρ.] Fragmentum hoc sic distingui & suppleri potest:

——— Γέντο δ' ἐρείκης
Σκηπάνιον, τὸ μὲν οἱ χαλκεοῦ πέλε γήραος ὀκχή.

Pro ἐρείκης autem, ut MSS. Parif. habent, in prioribus Editt. corrupte legitur εἰρήνης.

6 Σοφοκλῆς] In *Oedip. Tyranno* extremo, ut Portus monuit.

7 Ὀλβοδότης. πλουτοδότης] Sic MSS. Parif. itemque Photius in Lexico inedito. At priores Editt. minus recte, Ὀλβιοδότης, πλουτοδότης.

Ὀλέθε-

Ὀλέθειον. μέχρι θανάτου. Σοφοκλῆς· Ὀλέθειον αἰκίζει.

Ὀλέθρου [1] πείρατ' ἐφῆπται. ἐπιδέδεται καὶ ἐξῆπται τὸ τοῦ ὀλέθρου ὑμῶν πέρας. οἷον, δέδεσθε τῷ ὀλέθρῳ.

Ὀλέκει. Φονεύει. Φθείρει.

Ὀλέκρανον. [2] τινὲς τὸν ἀγκῶνα· οὐκέτι δὲ τὸ ἐν τῇ καμπῇ τῆς χειρὸς ὀξύ. ἐπώδυνος δὲ ὁ τόπος τοῖς τρωθεῖσιν εἰς αὐτόν. Ἀριστοτέλης δὲ οὐ τὸν ἀγκῶνα, ἀλλὰ τὸ ἐν τῇ καμπῇ τῆς χειρὸς ὀξύ. Ἀριστοφάνης δὲ ὀλέκρανα λέγει τὰ τῶν ὠλενῶν κρανία· τουτέστι, τῶν χειρῶν. δῆλον οὖν, ὅτι τὸ ὀξὺ καὶ ἐπικαμπὲς τῶν χειρῶν λέγει ὃ ἀγκῶνα φαμὲν ἡμεῖς. [3] Μηδέποτε παύσαιτο ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενος.

Ὀλέκρανον. ἀγκών. οἷον τῆς ὠλένης [4] κάρανον. [5] Ἀριστοφάνης. κατάρα εἰρηνικῶν·

Ὅστις δὲ πόλεμον εἶναι μᾶλλον βούλεται,
[6] Μηδέποτε παύσασθ' αὐτόν, ὦ Διόνυσ' ἄναξ,
Ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.

Ὀλέσκει. ὀλοθρεύει.

Ὀλετῆρα. Φονέα, ἢ Φθορέα.

Ὄληαι. ἀπόλῃ.

Ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν. ἀντὶ τοῦ, ἐπιμελῶς καὶ διὰ σπουδῆς εἶχεν. Ἐς [7] δὲ αὔξησιν ἀρετῆς καὶ μείωσιν κακίας ὅλην ἐξεκέχυτο τὴν ψυχήν.

Ὀλίγα ἄττα. ὀλίγα τινά.

Ὀλιγαρκία. τὸ ἐν τοῖς ὀλίγοις ἀρκεῖσθαι. Ὀλιγαρτία δέ, ἡ λεῖψις τοῦ ἄρτου.

Ὀλιγαρχούμενοι. ὑπὸ ὀλίγων ἀρχόμενοι. Τρεῖς εἰσι πολιτεῖαι, Βασιλεία, Ὀλιγαρχία, Δημοκρατία.

Ὀλιγαύλαξ. ἡ μικρὰ χώρα. [8] Ἥ τ' ὀλιγαύλαξ σπείρεσθαι.

Ὀλίγαιμος. ὁ ὀλίγον ἔχων αἷμα.

Ὀλιγηπελέων. [9] ὀλιγοψυχῶν.

Ὀλιγηροσίη.

——Πενιχρῆς [10] ἐξ ὀλιγηροσίης
Μοῖραν [11] ἀλοεῖται στάχυος.

Ὀλιγογνώμων. ὀλίγωρος.

Ὀλιγοδεής. ὀλίγων χρῄζων.

Ὀλιγοδεία. τὸ ὀλίγων δεῖσθαι. καὶ ὀλιγοδεΐα, ὁμοίως.

Ὀλιγοδρανέων, καὶ ὀλιγοδρανής. ὀλίγα ἰσχύων.

Ὀλέθειον. Perniciosum. Letiferum. Sophocles: *Ad mortem usque cædit.*

Ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται. *Mortis termini imminent.* Quasi dixisset, Morti quasi alligati estis.

Ὀλέκει. Cædit, Occidit. Perdit.

Ὀλέκρανον. Quidam interpretantur cubitum, non autem partem acutam in flexu manus. In hoc autem loco vehementes dolores sentiunt illi, qui in eo vulnerati sunt. Aristoteles vero non interpretatur cubitum, sed partem acutam in curvatura manus: sive, caput cubiti. Aristophanes vero sic vocat crania, sive capita ulnarum. Manifestum igitur est, eum sic appellare partem acutam & inflexam manus; quam nos ἀγκῶνα vocamus. *Nunquam desinat ex extremis cubiti partibus spicula evellere.*

Ὀλέκρανον. Cubitus. Quasi dicas ὠλένης κάρανον, i. e. ulnæ caput. Apud Aristophanem pacis amantes [viris belli cupidis] hæc imprecantur: *Quisquis vero bellum mavolet, is nunquam desinat, Bacche Rex, ex cubitis suis sagittarum cuspides evellere.*

Ὀλέσκει. Perdit. Exterminat.

Ὀλετῆρα. Interfectorem. Eum, qui perdit.

Ὄληαι. Pereas.

Ὅλην ἐξεκέχυτο τ. ψ. In curam alicujus rei toto animo incubuit. *Toto autem animo in curam illam incubuit, ut virtutem augeret, vitium vero diminueret.*

Ὀλίγα ἄττα. Pauca quædam.

Ὀλιγαρκία. Virtus, quam qui habet, paucis contentus est. At ὀλιγαρτία, penuria panis.

Ὀλιγαρχούμενοι. Quibus pauci imperant. Tres sunt Rerumpubl. formæ: Regnum, Oligarchia, Democratia.

Ὀλιγαύλαξ. Exiguus ager. [In Epigrammate:] *Et exiguus hic ager.*

Ὀλίγαιμος. Paucum sanguinem habens.

Ὀλιγηπελέων. Animo deficiens. Viribus destitutus.

Ὀλιγηροσίη. Exiguum arvum. Agellus. *Paupere ex agello [offert] partem spicarum, quæ in area triturantur.*

Ὀλιγογνώμων. Negligens. Qui omnia negligenter agit.

Ὀλιγοδεής. Qui paucis indiget.

Ὀλιγοδεία, & ὀλιγοδεΐα. Paucarum rerum indigentia.

Ὀλιγοδρανέων, & ὀλιγοδρανής. Infirmus. Quem corporis animique vires deficiunt.

1 Ὀλέθρου πείρατ' ἐφῆπται] Est ἀκροτελεύτιον versus Homerici, Odyss. χ. v. 40.

2 Ὀλέκρανον] Alias scribitur ὠλέκρανον, per ω: & quidem frequentius. Cæterum, cum loco hoc conferendus est Scholiasta Aristophanis ad *Pacem*, pag. 652. (449. Ed. Bas. *P.*) cujus scrinia Suidas compilavit.

3 Μηδέποτε παύσ.] Aristoph. in *Pace*, pag. 652.

Ὅστις δὲ πόλεμον μᾶλλον εἶναι βούλεται,
Μηδέποτε παύσασθ' αὐτόν, ὦ Διόνυσ' ἄναξ,
Ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενον.

Sed duo ultimi versus sic scribendi sunt:

Μηδέποτε παύσαιτ' αὐτός, ὦ Διόνυσ' ἄναξ,
Ἐκ τῶν ὀλεκράνων ἀκίδας ἐξαιρούμενος.

Sic enim & sensui & constructioni consuletur.

4 Κάρανον] Lege, κρανίον.

5 Ἀριστοφάνης] In *Pace*, pag. 652. (449. Ed. Bas. *P.*)

6 Μηδέποτε παύσ.] Duos hos Senarios paulo ante emendavimus. Vide igitur.

7 Ἐς δὲ αὔξησιν ἀρετ.] Ex Damascio. Vide supra v. Ἰδιώτης, ubi fragmentum hoc auctius legitur.

8 Ἥ τ' ὀλιγαύλαξ σπ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Leonidæ, quod ex Anthologia inedita integrum exhibuimus supra v. Ἀμπελεών.

9 Ὀλιγηπελέων] Est vox Homerica.

10 Πενιχρῆς ἐξ ὀλιγ.] Integrum Epigramma, cujus fragmentum hoc pars est, ex cod. MS. publici juris fecimus supra v. Λυπρά.

11 Ἀλοεῖται] Est vox corrupta, de qua conjecturam nostram vide supra ad v. Λικμῶσι, ubi idem fragmentum legitur.

Ὀλίγον. ἀντὶ τοῦ οὐδόλως, [1] παρ' Ὁμήρῳ.

Ἦ ὀλίγον οἷ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς.

Καὶ ὀλίγον, ἀντὶ τοῦ ἡσυχαίτερον. Ὁ δὲ ὀλίγον φθέγγεται πρὸς τὴν κόρην, καὶ αἰτεῖ πιεῖν. Καὶ ἀντὶ τοῦ μικρά.

Καὶ [2] σπονδὴν [3] ὀλίγην κιρναμένην κύλικι.

Ὀλίγγος. [4] ὁ γόνος τῶν ἀκρίδων.

Ὀλιγοστός. ὀλίγος.

Ὀλιγότης.

Ὀλίγου δεῖν. σχεδόν. παρὰ μικρόν. λέγεται δὲ καὶ χωρὶς τοῦ δεῖν. Καὶ ὀλίγου δέω φάναι ὥσαύτως.

Ὀλιγωρήσας. ἀμελήσας. Τῶν νενομισμένων τοῖς τελευτήσασιν ὀλιγωρήσας τιμῶν.

Ὀλιγωρήσετε. [5] ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. ὀλιγωρεῖν γὰρ λέγεται, τὸ ὀλίγην ὤραν ἔχειν, ἤτοι φροντίδα. ἔτι δὲ τὸ μὲν ὀλίγον, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον. ὡς ἐν τῷ,

Ἦ [6] ὀλίγον οἷ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς.

ὤρα δὲ, ἡ φροντίς.

Ὀλιζῶνες. ἔθνος Θρακικόν.

Ὀλιζόνος. μικρᾶς.

Ὄλισβος. [7] αἰδοῖον δερμάτινον, ᾧ ἐχρῶντο αἱ Μιλήσιαι γυναῖκες, ὡς τριβάδες, καὶ αἰσχρουργοί. ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς καὶ αἱ χῆραι γυναῖκες. [8] Ἀριστοφάνης·

Οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκταδάκτυλον,

Ὃς ἦν ἂν ἡμῖν [9] σκυτίνη 'πικουρία.

παρὰ τὴν παροιμίαν· Συκίνη ἐπικουρία. ἐπὶ τῶν ἀσθενῶν.

Ὀλισθηρός. εὐόλισθος. εὐχερῶς μεταγινώσκων.

Ὁλκάς. παρὰ [10] Θουκυδίδῃ, ἡ ἐμπορικὴ ναῦς. καὶ ὁλκάδες, πλοῖα. Ἐν ταῖς δὴ λεγομέναις ὁλκάσι μακραῖς τὰ βαρβαρικὰ διεβίβασαν πλήθη.

Ὁλκεῦσι. Οἱ δὲ Τρῶες [11] ὁλκεῦσι πολλοῖς καὶ ἀρτήμασιν ἀνάψαντες, ὑπότροχον ὄντα εἷλκον εἰς τὴν πόλιν.

Ὁλκῇ. δυνάμει. ἢ βάρει. ἢ σταθμῷ. Καὶ τὸν στρεπτὸν, ὃν ἐφόρει, ὁλκῆς γενναίας χρυσοῦ ὄντα, ἀφαιρεῖται. Φησὶν Αἰλιανός.

Ὁλκήν. ἐπαγωγήν. [12] τροπήν.

Ὁλκόν. ἰσχυρὸν τόνον. ἢ ἑλκυστικόν. ἢ ὅρμον. ἢ ὁδόν. Ὁ δὲ τὸν ὁλκὸν τοῦ ὕδατος ἔκοψεν.

Ὁλκός. ὁδός. ἢ ἀγωγὸς ῥεύματος. ἢ οὐρά. ἢ ὁλκὸς,

Ὀλίγον. Exiguum. Parum. Apud Homerum ponitur pro Neutiquam. *Profecto parum sui similem filium genuit Tydeus.* [Id est, Neutiquam similem.] Item, leniter & submissa voce. *Ille vero puellam submissa voce alloquitur, potum ab ea petens.* Et ὀλίγη, parva. *Et libationem in exiguo mixtam calice.*

Ὀλίγγος. Locustarum fœtus.

Ὀλιγοστός. Exiguus. Parvus.

Ὀλιγότης. Parvitas. Paucitas.

Ὀλίγου δεῖν. Fere. Propemodum. Dicitur & sine verbo δεῖν. *Parum abest quin dicam.*

Ὀλιγωρήσας. Qui neglexit. *Neglectis honoribus, qui defunctis tribui solent.*

7 Ὄνος ἄγων μυστήρια] Proverbio hoc uſus eſt Ariſtophanes *Ranis*, pag. 218. (136. Ed. Baſ. P.) ad quem locum vide Scholiaſtam. Ejus enim verba Suidas hic deſcripſit. Confer etiam alios Parœmiographos.

8 Ὡς ἂν οὖν ὅμοια πάσχων τῷ π.] Locum hunc ante mutilum ex MSS. Pariſ. & Scholiaſta Ariſtophanis ſupplevi. In prioribus enim Editt. male ſic legitur, ὡς ἂν ὅμοια πάσχουσι τῷ ἐπικειμένῳ ἄχθει.

9 Ταξιάρχαις] Sic rectius MS. A. quam priores Editt. quæ habent, Ταξιαρχίαις. Confer Noſtrum ſupra v. Ἀλφάνει.

παρατιθεμένων, μηδὲ ἐπαινούντων· διὰ τὸ παντελῶς ἀναίσθητον τοῦ ὄνου.

verbium in eos, qui neque probant aliquid, neque laudant: quod asinus sit animal prorsus stupidum.

Ὀνόσανδρος,[1] Φιλόσοφος Πλατωνικός. Τακτικά. Περὶ στρατηγημάτων. Ὑπομνήματα εἰς Πλάτωνος Πολιτείας.

Ὀνόσανδρος. Onosander, Philosophus Platonicus. Scripsit Tactica: sive, De acie instruenda. De stratagematibus. Commentarios in libros Platonis de Republica.

Ὀνόσαιτο. ἐκφαυλίσοι.

Ὀνόσαιτο. Vituperet.

Ὄνος ἐν μελίτταις. Κράτης Τόλμαις. Καὶ, Ὄνος ἐν μύρῳ. παροιμία.

Ὄνος ἐν μελ. Asinus inter apes. Crates *Tolmis*. Et, Asinus in unguento. Proverbium.

Ὄνος εἰς ἄχυρα. παροιμία ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδας εἰς ἀγαθὰ ἐμπιπτόντων, καὶ τούτοις ἀπολαυστικῶς χρωμένων.

Ὄνος εἰς ἄχυρα. Asinus in paleas. Proverbium in eos, qui præter spem in bona incidunt, & his ad satietatem usque fruuntur.

Ὄνος εἰς Κυμαίους. ἐπὶ τῶν παραδόξων καὶ σπανίων. διότι παρὰ Κυμαίοις ἐδόκει φοβερὸς εἶναι ὁ ὄνος. † Καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς πάντες ἦσαν Κυμαῖοι, σεισμοῦ καὶ χαλάζης φοβερώτερον εἶναι τὸν ὄνον ἡγούμενοι. † Τὸ ἐπ' ὄνου φέρεσθαί τινα γυμνὸν, τῶν ἀτιμιῶν ἡ μεγίστη Παρθυαίοις νενόμισται.

Ὄνος εἰς Κυμαίους. Asinus ad Cumanos. Dicitur de rebus miris & raris. Apud Cumanos enim asinus formidabilis putabatur. † *Et illis temporibus omnes erant Cumani, asinum terræ motu & grandine formidabiliorem existimantes.* † Aliquem nudum asino impositum circumduci, apud Parthos maxima ignominia putatur.

Ὄνος λύρας. Μένανδρος Ψοφοδεεῖ. παροιμία· Ὄνος λύρας ἤκουε, καὶ σάλπιγγος ὗς. λέγεται ἐπὶ τῶν μὴ συγκαταπιθεμένων, μηδὲ ἐπαινούντων. † Ἀμμωνιανῷ τῷ γραμματικῷ συμβέβηκεν ὄνον κεκτῆσθαι, σοφίας ἀκροατήν. καὶ ζήτει ἐν τῷ Ἀμμωνιανός.

Ὄνος λύρας. *Asinus lyram* [*audivit.*] Menander in *Strepitum-expavescente*. [Vel sic:] Proverbium: *Asinus lyram audivit, & tubam sus.* Dicitur de iis, qui nec probant aliquid, nec laudant. † Ammonianus Grammaticus asinum habuit, sapientiæ auditorem. Quære in v. Ἀμμωνιανός.

Ὄνος[2] στύπαξ. τὸ στύπαξ, ὅτι στυππειοπώλης.

Ὄνος Στύπαξ. Asinus Styppax. Styppax [vero dicebatur,] quod esset stupparum venditor.

Ὄνος τὰ ὦτα κινῶν. ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων κατ' ἀμφότερα. τό τε γὰρ ζῷόν ἐστι νωχελές· τὸ δὲ τὰ ὦτα κινεῖν, εἰσεὶ πρὸ τοῦ λαλῆσαί τινα παιν τοῦτο ἀκηκοέναι προσποιεῖσθαι· ὅπερ ἐστὶν ἀναισθησίας. πῶς γὰρ ἂν γένοιτο πάντα ἐγνωκέναι καὶ πρὸ τοῦ λαληθῆναι αὐτῷ, κἂν ὦτα μεγάλα ἔχῃ καθάπερ ὄνος.

Ὄνος τὰ ὦτα κινῶν. Asinus aures movens. Dicitur in stupidos utraque ratione. Nam & animal hoc tardum est & hebes; & qui aures movet, simulat se aliquid audivisse, antequam alius locutus fuerit: quod stupiditatis est. Quomodo enim possit omnia nosse, antequam ei dicta fuerint, quamvis aures habeat magnas instar asini?

Ὄνος ὕεται. ἐπὶ τῶν μὴ ἐπιστρεφομένων. Κηφισόδωρος Ἀμαζόσι·

Σκώπτεις μ'· ἐγὼ δὲ τοῖς λόγοις ὄνος ὕομαι.

Κρατῖνος Δραπέτισιν·

Οἱ δὲ ποππύζουσι περιτρέχοντες, ὄνος ὕεται.

Ὄνος ὕεται. Asinus compluitur. Dicitur de iis, qui rem aliquam non curant. Cephisodorus *Amazonibus*: *Derides me. Ego vero verbis tuis ut asinus compluor.* Cratinus in *Fugitivis*: *Illi vero pyppazant circumcursitantes,* [*& dicentes,*] *Asinus compluitur.*

Ὀνοτοί. ψεκτοί, μεμπτοί.

Ὀνοτοί. Vituperandi. Reprehensione digni.

Ὄνου θανάτους. ἐπὶ τῶν ἀλλόκοτα διηγουμένων.

Ὄνου θανάτους. Asini mortes. In eos, qui absurda narrant.

Ὄνου[3] παρακύψεως. ἐπὶ τῶν καταγελάστως συκοφαντουμένων εἴρηται ἡ παροιμία. Φασὶ δὲ, ὅτι κεραμεύς τις, οἱ δὲ, κοροπλάθος, ἔπλαττε πολλὰς ὄρνις ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ. ὄνος δὲ παριὼν, ἀκολουθοῦντος ἀμελῶς τοῦ ὀνηλάτου, παρακύψας διὰ τῆς θυρίδος, ἀνέτρεψε τὰς ὄρνιθας, καὶ τὰ ἐν τῷ ἐργαστηρίῳ συνέτριψε σκεύη. ὁ τοίνυν κύριος τοῦ ἐργαστηρίου ἐπὶ κρίσιν ἤγαγε τὸν ὀνηλάτην. ἐρωτώμενος δὲ ἐκεῖνος ὑπὸ τῶν ἀπαντώντων, τίνος κρίνοιτο, ἔλεγεν, ὄνου παρακύψεως.

Ὄνου παρακύψεως. Ob asinum, qui [in officinam] introspexit. Hoc proverbium dicitur in eos, quibus ridicule crimina objiciuntur. Dicunt enim quendam figulum, vel, ut alii, pupparum fictorem, multas aves in officina formasse: asinum vero prætereuntem, agasone negligenter sequente, per fenestram inserto capite aves illas evertisse, & vasa, quæ erant in officina, confregisse. Cum igitur dominus officinæ agasonem in judicium adduceret; illum ab obviis interrogatum, cujus criminis causa in jus vocaretur, respondisse: Ob asinum, qui [in officinam] introspexit.

Ὄνου παρακύψεως. ὄνου παρακύψαντος, ὄρνιθες πλη-

Ὄνου παρακύψεως. Ob asinum in ædes intro-

1 Ὀνόσανδρος] Hujus hodie adhuc exstat liber, Στρατηγικὸς inscriptus, quem Rigaltius edidit.

2 Στύπαξ] Potius, στύππαξ, per duplex ππ. Vide Scholiastam Aristophanis ad *Equit.* pag. 295. & Hesychium, v. Ὀνοστύππαξ.

3 Ὄνου παρακύψεως. ἐπὶ τῶν κριν.] Hæc omnia totidem pene verbis leguntur etiam apud Zenobium.

θεῖσαι ἱστὸν ἀνέρρηξαν. ὁ δὲ δεσπότης τοῦ ἱστοῦ τῷ τοῦ ὄνου δεσπότῃ ἐνεκάλεσεν. ὅθεν ἡ παροιμία.

dominus domino asini dicam scripsit: unde

"Ονου [1] πόκαι. ἐπὶ τῶν [2] ἀνηνύτων καὶ μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν· ὥσπερ αἱ τοιαῦται, Πλίνθον πλύνειν, Ἀσκὸν τίλλειν, Χύτραν ποικίλλειν, Εἰς κόπρον θυμιᾶν. Ἀρίσταρχος δὲ διὰ τὸ Κρατῖνον ὑποθέσθαι ἐν ᾅδου τινὰ σχοινίον πλέκοντα· ὄνον δὲ τὸ πλεκόμενον ἀπεσθίοντα, οἷον ἀποκείροντα. παρ᾽ ὅσον οὖν τὰ ἐν ᾅδου ἀνήνυτά εἰσι, τοῦτο ἐπλάσθη.

res apud Inferos vanæ sunt, ideo hoc finxit

"Ονου σκιά. καὶ, Περὶ ὄνου σκιᾶς. Σοφοκλῆς Κηδαλίωνι· "Ο, τι ἄν τι γένηται, τὰ πάντ᾽ ὄνου σκιά. Ἀριστοφάνης Δαιδάλῳ· [3] Περὶ τοῦ γὰρ ὁ πόλεμος νῦν ὑμῖν ἐστι; περὶ ὄνου σκιᾶς. Ἀριστοτέλης δ᾽ ἐν Διδασκαλίαις καὶ δράματός τινος φέρει ἐπιγραφὴν, [4] "Ονου σκιάν. οἱ δὲ πρῶτον [5] φθέγξασθαι τοῦτο Δημοσθένην, ἀπολογούμενον ὑπέρ τινος ἐπὶ μεγάλαις αἰτίαις κρινομένου, ὡς ἑώρα θορυβοῦντας τοὺς ἀκροωμένους. παρακαλέσας γὰρ αὐτοὺς μικρὰ προσέχειν, ἤρξατο διηγεῖσθαι, ὡς Μέγαράδε ἀπιὼν μισθώσαιτο ὄνον· καύματος δὲ ἐν τῇ ὁδῷ γενομένου, ὑπὸ τὴν σκιὰν τοῦ ὄνου βουληθείη ἀναπαύσασθαι. οὐ παρεῖναι γὰρ οὔτε δένδρον, οὔτ᾽ ἄλλο τοιοῦτον οὐδέν. τὸν δὲ ὀνηλάτην κωλύειν, φάσκοντα, ὄνον αὐτῷ μεμισθωκέναι μόνον, οὐ μὴν καὶ σκιάν. ὥστε διατριβὴν αὐτοῖς καὶ φιλονεικίαν πολλὴν περὶ τούτου γενέσθαι. ταῦτα δ᾽ εἰπὼν, ὡς εἶδε τοὺς Ἀθηναίους προσέχοντας σφόδρα, καὶ ἡδομένους, καὶ ποθοῦντας τὰ ἑξῆς ἀκοῦσαι, ἐπέπληξεν αὐτοῖς, εἰπών· "Ονου μὲν σκιᾶς ἀκροᾶσθαι δεῖνταί καὶ παρακαλοῦσιν· ὑπὲρ δὲ ἀνδρὸς περὶ τοῦ ζῆν κινδυνεύοντος οὐκ ἐθέλουσιν ἀκούειν. δῆλον δὲ ὅτι λεγομένῳ τούτῳ ἐχρήσατο Δημοσθένης. διόπερ καὶ ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς παρῳδῶν τὴν παροιμίαν, φησὶ, [6] διαφέρεσθαι τοὺς Ἀθηναίους περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.

"Ονου σκιᾶς. ἐπὶ τῆς εὐηθείας. Φασὶ γὰρ, ὅτι νεανίσκος Ἀθήνηθεν εἰς Δελφοὺς ὄνον ἐμισθώσατο. μεσημβρίας δὲ καταλαβούσης, στήσας τὸν ὄνον, ὑπέδυ τὴν σκιάν.

Ὀνοῦ. τὸ ὠφελοῦ.

Ὀνωράτος. ὄνομα κύριον.

Ὀνωρία, ἀδελφὴ Βαλεντινιανοῦ· ἥτις καὶ αὐτὴ τῶν βασιλικῶν εἴχετο σκήπτρων. Εὐγενίῳ δέ τινι, τὴν ἐπιμέλειαν τῶν αὐτῆς ἔχοντι πραγμάτων, ἥλω ἐς λάθριον ἐρχομένη λέχος· καὶ ἐπὶ τῷ ἁμαρτήματι ἀνῃρέθη μὲν ἐκεῖνος· ἡ δὲ τῶν βασιλείων ἐξηλάθη.

spicientem. Asino in ædes introspiciente aves territæ telam lacerarunt. Staminis igitur ortum est proverbium.

"Ονου πόκαι. Asini lanæ. Proverbium hoc ab Atticis dicitur de rebus vanis, & quæ nusquam existunt: ut & illa, Laterem lavare: Utrem vellere: Ollam pingere: Suffire fimum. Aristarchus [proverbium hoc inde ductum esse tradit,] quod Cratinus finxerit quendam apud inferos funiculum plicantem; asinum vero eum, dum necteretur, arrodentem, & quasi detondentem. Quoniam igitur [Aristophanes.]

"Ονου σκιά. Asini umbra. Et, De asini umbra. Sophocles in *Cedalione*. *Quidquid factum fuerit, omnia erunt asini umbra.* Aristophanes *Dædalo*: *Quanam de re nunc bellum geritis? De asini umbra.* Aristoteles etiam in *Didascaliis* quandam fabulam refert, cujus inscriptio fuerit, *Asini umbra.* Alii vero dicunt, Demosthenem hoc primum dixisse, cum defenderet quendam, qui magnorum criminum accusabatur. Cum enim auditores tumultuantes videret, eosque rogasset, ut auscultarent paululum, narrare cœpit, se Megara abeuntem, conduxisse asinum. Cum autem in itinere magnus ortus esset æstus, se sub asini umbra requiescere voluisse: neque enim arborem, nec aliud hujusmodi quidquam adfuisse: agasonem vero prohibuisse, dicentem, se ipsi asinum tantum, non etiam ejus umbram locasse. Quare longam moram & altercationem ea de re intercessisse. His autem dictis, cum vidisset Athenienses valde attentos [istius rei narratione] delectari, cæteraque audiendi cupidos esse, eos reprehendit, dicens, ipsos de asini quidem umbra narranti libenter auscultare: at de homine, qui de vita periclitaretur, dicentem audire nolle. Constat autem Demosthenem dicto illo usum esse. Nam & in *Philippicis* ad proverbium hoc alludens, ait, Athenienses de umbra Delphica contendere.

"Ονου σκιᾶς. De asini umbra. Dicitur de re nihili. Ajunt enim adolescentem Athenis Delphos proficiscentem, asinum conduxisse: cumque meridies eum deprehendisset, asinum stitisse, umbramque ejus subiisse.

Ὀνοῦ. Prosum.

Ὀνωράτος. Honoratus. Nomen proprium.

Ὀνωρία. Honoria, soror Valentiniani, quæ & ipsa imperii particeps fuit. Cum vero deprehensum esset, eam clanculum cum Eugenio quodam, rerum suarum procuratore, vetitam habere consuetudinem: ille quidem ob delictum istud interfectus; ipsa vero Regia expulsa est.

1 "Ονου πόκαι. ἐπὶ τῶν ἀνην.] Nota hæc referenda est ad locum illum Aristophanis in *Ranis*, pag. 220.

Τίς εἰς τὸ Λήθης πεδίον, ἢ ᾽ς ὄνου πόκας;

Vide ibi Scholiastam, apud quem pro πόκαι legitur πόκες, quasi a recto πὶξ. Videndum tamen annon potius legendum sit πόκας, a recto πόκος, vellus, lana: uti scriptum video apud Zenobium in Adagio, "Ονου πόκας ζητεῖς. Πόκαι tamen & πόκας reperio etiam in Vaticana Proverbiorum Appendice, itemque apud Mich. Apostolium.

2 Ἀνηνύτων] Sic recte MS. A. itemque Scholiastes Aristoph. loco laudato. Ante vero inepte legebatur, ἀνοήτων.

3 Περί του γὰρ ὁ π.] Fragmentum hoc Aristophanis secundum leges metri jambici sic legi & distingui potest:

——— Περί του γὰρ ὁ πόλεμος
Νῦν ἐστιν ὑμῖν; περὶ ὄνου σκιᾶς.———

4 "Ονου σκιάν] Sic nimirum inscribebatur fabula quædam Archippi Comici, cujus mentionem faciunt Scholiastes Aristophanis ad *Vesp.* pag. 442. & Zenobius Centur. VI. Adag. XXVIII.

5 Πρῶτον φθέγξασθαι τοῦτο Δημοσθένην, κτλ.] Confer omnino Zenobium in Adag. Ὑπὲρ ὄνου σκιᾶς, & Nostrum infra ead. v. itemque Photium in Bibliotheca, Cod. CCLXVI. sub finem: qui idem de Demosthene referunt.

6 Διαφέρεσθαι τοὺς Ἀθηναίους περὶ τῆς ἐν Δελφ.] Confer Harpocrationem v. Περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς.

Ὀνώ-

Ὀνώριος. ὄνομα κύριον.

Ὄντα.[1] Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀγαθὰ εἶναι· τὰ δὲ, κακά· τὰ δὲ, οὐδέτερα. ἀγαθὰ μὲν, ἀρεταί. κακὰ δὲ, τὰ ἐναντία, ἀφροσύνη, ἀδικία, καὶ τὰ λοιπά. οὐδέτερα δὲ, ὅσα μήτε ὠφελεῖ, μήτε βλάπτει· οἷον ζωὴ, ὑγεία, ἡδονὴ, κάλλος, ἰσχὺς, πλοῦτος, δόξα, εὐγένεια· καὶ τὰ ἐναντία, θάνατος, νόσος, πόνος, αἶσχος, ἀσθένεια, ἀδοξία, πενία, δυσγένεια, καὶ τὰ παραπλήσια. μὴ γὰρ εἶναι ταῦτα ἀγαθὰ, ἀλλ' ἀδιάφορα, κατ' εἶδος προηγμένα. ὡς γὰρ ἴδιον θερμοῦ τὸ θερμαίνειν· οὕτω καὶ ἀγαθοῦ, τὸ ὠφελεῖν. οὐ μᾶλλον δὲ ὠφελεῖ ἢ βλάπτει ὁ πλοῦτος καὶ ἡ ὑγεία. ἀλλ' οὐδὲ ἡ ἡδονὴ ἀγαθόν. εἶναι γὰρ καὶ αἰσχρὰς ἡδονάς. μηδὲν δὲ αἰσχρὸν εἶναι ἀγαθόν.

Ὄντος. ὑπάρχοντος.

Ὄντως. ἀληθῶς.

Ὄνοι[2] κανθήλιοι.

Ὀνυχίζεται.[3] ἀκριβολογεῖται. οὕτως Ἀριστοφάνης. ἐν δὲ τῇ συνηθείᾳ,[4] τὸ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ἐξαπατηθῆναι. καὶ,

[5] Ἀπονυχιῶ σου τὰ 'ν Πρυτανείῳ σιτία.

ἀντὶ τοῦ, ἀφαιρήσομαι. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὀνυχιζομένων. ἀφαιρήσομαι γὰρ, φησὶ, τὴν σίτησιν. ἀπονυχίσαι μᾶλλον λέγουσιν, ἢ ὀνυχίσαι.

Ὀνύχιος.[6] εἶδος λίθου. καὶ ὀνυχίτης.

Ὄξει. δοτικῇ. ἡ εὐθεῖα, τὸ ὄξος. καὶ ὀξείδιον.[7] τὸ ὄξος καὶ ἀλίβας λέγεται. ἀπὸ τοῦ μὴ λείβεσθαι· ὅτι νενεκρωμένος οἶνός ἐστι. καὶ ἀλίβας, ὁ νεκρός.

Ὀξεῖα. ἡ λόγχη. καὶ παροιμία· Δι' ὀξείας δραμεῖν. ἐπὶ τῶν διακινδυνευόντων.

Ὀξίνην.[8] Ἀριστοφάνης· Ἐμαχόμεθ' αὐτοῖσι, θυμὸν ὀξίνην πεπωκότες.

Ὀξίς. Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Ὀξὶς δὲ πᾶσα, καὶ λοπάδιον, καὶ χύτρα
Χαλκῆ γέγονεν.

Ἔστι δὲ ἀγγεῖον ὄξους δεκτικόν. ἢ[9] λοπάδος εἶδος, εἰς ὀξὺ λῆγον.

Ὄξος[10] ἑψητὸν, τὸ ἀπὸ φοινίκων.

Ὄξωνος.

Ὀξὺ[11] καὶ βαρὺ ἐκλήθησαν κατὰ μεταφορὰν ἐπὶ τῆς ἀκουστικῆς. ἐν ὄγκοις γάρ εἰσι τό, τε ὀξὺ, καὶ τὸ βαρύ. ὀξὺ γὰρ λέγεται ἐπὶ τῆς ἁφῆς, τὸ ταχέως ἐνεργοῦν· οἷον,

Ὀνώριος. Honorius. Nomen proprium.

Ὄντα. Ea, quæ sunt. Eorum, quæ sunt, alia bona esse [ajunt Stoici;] alia, mala; alia, neutra. Bona quidem esse virtutes. Mala vero his contraria, ut imprudentia, injustitia, & cæteras Neutra vero, quæ neque prosunt, neque obsunt; ut vita, sanitas, voluptas, pulchritudo, robur, divitiæ, gloria, nobilitas: & hisce contraria, mors, morbus, labor, turpitudo, infirmitas, ignominia, paupertas, ignobilitas, & similia. Hæc enim non sunt bona sed indifferentia, secundum speciem producta. Ut enim caloris proprium est calefacere: sic etiam boni, prodesse. Divitiæ vero & sanitas non magis prosunt, quam obsunt. Sed ne voluptas quidem bonum est. Nam & turpes sunt voluptates. Nihil vero turpe bonum est.

Ὄντος. Existentis. Ejus, quod est.

Ὄντως. Vere. Revera.

Ὄνοι κανθήλιοι. Asini magni.

Ὀνυχίζεται. Ad unguem exigit. Exacte subtiliterque expendit. Sic Aristophanes. Communiter vero significat, fraudari. [Et ἀπονυχίζω, aufero, adimo.] *Adimam tibi victum, quo in Prytaneo frueris.* Ducta est translatio ab illis, quorum ungues præciduntur. Ἀπονυχίσαι autem potius dicitur, quam ὀνυχίσαι.

Ὀνύχιος, καὶ ὀνυχίτης. Onychius, & onychites. Lapilli genus.

Ὄξει. Dativus. Aceto. Casus rectus est, ὄξος. Et ὀξείδιον, acetulum. Acetum etiam ἀλίβας dicitur: ab α privativo, & λείβεσθαι, libari: quod scilicet non libetur. Est enim quasi mortuum vinum. Et ἀλίβας dicitur mortuus.

Ὀξεῖα. Acuta. Epithetum hastæ. Et proverbium: *Per aciem [hastæ] currere.* Dicitur de illis, qui in periculo versantur.

Ὀξίνην. Acidum. Acrem. Aristophanes: *Pugnabamus cum illis, ira acri hausta.*

Ὀξίς. Acetabulum. Aristophanes in *Pluto*: *Acetabulum autem omne, & patella, & olla, ærea facta sunt.* Est autem ὀξὶς vas acetarium, sive, aceto recipiendo destinatum. Vel, genus vasis in acutum desinens.

Ὄξος ἑψητ. Acetum ex palmulis excoctum.

Ὄξωνος. Oxonis. [Per ω scribitur in syllaba media. Nomen proprium.]

Ὀξὺ καὶ βαρὺ ἐκλ. Acutum & Grave per metaphoram de auditu dicuntur. In magnitudinibus enim sunt & acutum & grave. Nam in tactu dicitur acutum id, quod celeriter a-

1 Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἀγαθ.] Hæc omnia sunt verba Laertii in *Zenone Citt.* lib. VII. num. CII.

2 Ὄνοι κανθήλιοι] Vide Scholiastam Aristoph. ad *Vespas*, pag. 441.

3 Ὀνυχίζεται. ἀκριβ.] Confer Nostrum supra v. Ἐξονυχίζειν.

4 Τὸ ἐπὶ βλάβῃ τινὶ ἐξαπ.] Artemidorus *Onirocr.* lib. I. cap. XXIII. Καὶ γὰρ τὸ ὀνυχίζεσθαί φαμεν, τὸ ἐπὶ βλάβῃ ὑπό τινος ἐξαπατηθῆναι. Huc Suidam respexisse manifestum est.

5 Ἀπονυχιῶ σου τὰ 'ν Πρ.] Senarius hic legitur apud Aristoph. *Equit.* pag. 330. (229. Ed. Bas. *P.*)

6 Ὀνύχιος] Sic rectius MS. A. quam priores Editt. quæ habent, ὀνύχιον.

7 Τὸ ὄξος καὶ ἀλ.] Confer Nostrum supra v. Ἀλίβας.

8 Ἀριστοφάνης] *Vespis*, pag. 508. (350. Ed. Bas. *P.*)

9 Ἢ λοπάδος εἶδ.] Scribe, ut apud Scholiastam Aristophanis: Λοπάς δὲ, εἶδος ἀγγείου παρ' ὅσον εἰς ὀξὺ λήγει.

10 Ὄξος ἑψητὸν, τὸ ἀπὸ φοιν.] Xenophon Ἀναβάσ. lib. II. pag. 279. Ἐνῆν δὲ σῖτος πολὺς, καὶ οἶνος φοινίκων, καὶ ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ τῶν αὐτῶν. Hinc Suidæ verba deprompta esse apparet. Male autem Alciatus in leg. 2. Cod. *Quæ res vendi non possunt*, locum hunc Suidæ interpretatur, sic inquiens: *Apud Phœnices autem tingebatur pretiosissima purpura, quorum tincturam Suidas appellavit Oxum*: Ὄξος ἑψητὸν ἀπὸ φοινίκων. Duplex error. Nam ὄξος hic non significat tincturam purpuræ, sed acetum: & φοίνικες non notat Phœnices, sed palmulas, sive fructum palmæ. Confer Brodæum *Miscellan.* lib. VI. cap. XXIV.

11 Ὀξὺ καὶ βαρὺ ἐκλήθησαν κατὰ μετ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Joannis Philoponi in lib. II. Aristot. *de Anima*, L. VII. 2. b. ut Pearsonius observaverat.

τὸ

τὸ μαχαίριον ὀξὺ, ὅτι ταχέως κεντεῖ. ἀμβλὺ δὲ, τὸ βραδέως ἐνεργοῦν, καὶ οἷον οὐ κεντοῦν, ἀλλ᾽ ὠθοῦν· ὡς τὸ ὕπερον. ὅσα μὲν γὰρ ἐπιτήδεια εἰς τὸ κεντεῖν ποιῆσαι βουλόμεθα, ὀξυγώνια αὐτὰ ποιοῦμεν· ὅσα δὲ εἰς τὸ ὠθεῖν, ἀμβλυγώνια. οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν ψόφων, ὀξὺν μὲν λέγομεν, τὸν ταχέως παραγινόμενον ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ ταχέως ἀποπαυόμενον· βαρὺν δὲ, τὸν ἀνάλογον τῷ ἀμβλεῖ, τὸν βραδέως παραγινόμενον ἐπὶ τὴν αἴσθησιν, καὶ μὴ ταχέως ἀποπαυόμενον. ὥσπερ αἱ τεταμέναι μᾶλλον νευραὶ, οἷον ἡ νεάτη, τῶν ἐπ᾽ ἔλαττον τεταμένων, οἷον τῆς ὑπάτης, τοὺς φθόγγους ὀξυτέρους ἀποδιδοῦσιν. ἡ γὰρ νεάτη τῶν ἄλλων μᾶλλον ἐν τῷ κρούεσθαι διὰ τὴν τάσιν ταχέως πλήττουσα τὸν ἀέρα, ὀξύτατον ποιεῖ τὸν φθόγγον. καὶ ἐν ἐλάσσονι μὲν χρόνῳ ἐποίησε τοῦτο· ἐπὶ πολὺ δὲ ἐφύλαξε. τὸ δὲ ὀξὺ καὶ τὸ ἀμβλὺ ἐν διαφόροις γένεσιν εἰσὶ, καὶ οὐχ ὑπ᾽ ἀλλήλοις, ἐν φωνῇ, ἐν χυμῷ, ἐν μαχαίρᾳ.

Ὀξύβαφον. τὸ δεχόμενον τὸ ὄξος. μεῖζον δὲ τὸ τρυβλίον τοῦ ὀξυβάφου. [1] Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν·

Ὀξύβαφον ἐντευθενὶ πρόσθου λαβὼν, ἢ τρυβλίον.

† [2] Φασὶ Διοκλέα τὸν Ἀθηναῖον εὑρεῖν τὴν ἐν τοῖς ὀξυβάφοις ἁρμονίαν, ὀστρακίνοις ἀγγείοις ἅπερ ἔκρουεν ἐν ξυλυφίῳ.

Ὀξυβελής. [3] ὀξέως βάλλων. ἢ ὀξὺ βέλος ἔχων.

Ὀξυδέρκεια. ὀξυδερκία δέ.

Ὀξυθύμια. ὅσα καθαίροντες τὰς οἰκίας Ἀθηναῖοι νύκτωρ ἔθος εἶχον ἐν ταῖς τριόδοις τιθέναι, ταῦτα ὀξυθύμια ἐλέγετο.

Ὀξυθύμια. [4] Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου φησί· Περὶ οὗ πολλῷ ἂν δικαιότερον ἐν τοῖς ὀξυθυμίοις ἡ στήλη σταθείη, ἢ ἐν τοῖς ἡμετέροις ἱεροῖς. ἔνιοι μὲν, ὧν ἐστι καὶ Ἀρίσταρχος, ὀξυθύμια λέγεσθαί φησι τὰ ξύλα, ἀφ᾽ ὧν ἀπάγχονταί τινες· ἀπὸ τοῦ ὀξέως τῷ θυμῷ χρῆσθαι. ταῦτα δὲ ἐκκόπτοντες ἐξορίζουσι, καὶ καίουσι. Δίδυμος δέ φησιν, ὀξυθύμια τὰ καθάρματα λέγεσθαι καὶ ἀπολύματα. ταῦτα γὰρ ἀποφέρεσθαι εἰς τὰς τριόδους, ὅταν τὰς οἰκίας καθαίρωσιν.

Ὀξυβολῶ. τὸ ταχέως ἀκούω.

Ὄξυλος. [5] ὄνομα κύριον.

Ὀξύνω. παροξύνω. καὶ ὀξυνῶ, ὀξυνεῖς.

Ὀξυωπέστερον. ὀξύτερον βλέπων.

Ὀξυωπεῖν. ὀξέως βλέπειν. τὸ θέμα, ὀξυωπῶ.

Ὀξυπαθῶς. λίαν περιπαθῶς. [6] Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὀξυπαθῶς εἶχον ἐπὶ τοῖς ἔναγχος ὑπὸ Χοσρόου παρεστρατηγημένοις αὐτοῖς.

Ὀξυρεγμία. [7] Ἡ δὲ περιπάτους ἐποιεῖτο συχνοὺς, ὀξυρεγμίαν προσποιουμένη. [8] ὀξυρεγμία δὲ λέγεται, ὅταν ἡ τροφὴ ἐποξίσῃ.

git: ut gladiolus acutus, quia cito secat. Obtusum vero, quod tarde agit, nec secat, sed trudit; ut pistillum. Quæcunque enim instrumenta ad pungendum idonea facere volumus, ea acuta facimus: quæ vero ad trudendum, obtusa. Sic igitur in sonis quoque, *acutum* dicimus illum, qui cito ad sensum auditus pervenit, & cito desinit: *gravem* vero, (qui respondet obtuso) eum, qui tarde ad aures pervenit, nec cito desinit. Ut fides magis intentæ, qualis est nete, iis, quæ minus intentæ sunt, ut hypate, sonos acutiores edunt. Nete enim, cum pulsatur, propter [summam] intentionem aerem aliis celerius feriens, acutissimum sonum edit. Et brevi quidem tempore hoc facit, nec diu sonum retinet. Acutum autem & Obtusum in diversis, nec subalternis generibus versantur; ut in voce, sapore, gladio.

Ὀξύβαφον. Acetabulum. Sive, vasculum, in quod acetum inditur. Tryblium vero majus est acetabulo. Aristophanes *Avibus*: *Acetabulum hinc sumptum appone, vel tryblium.* † Ajunt Dioclem Atheniensem invenisse harmoniam ope acetabulorum fictilium, quæ bacillo pulsabat.

Ὀξυβελής. Celeriter feriens. Vel, acutam cuspidem habens.

Ὀξυδέρκεια. Visus acutus [Scribitur per ει.] At ὀξυδερκία, [quod idem significat, per ι.]

Ὀξυθύμια. Quæcunque ædium purgamenta noctu Athenienses in triviis ponere solebant, ea vocabantur ὀξυθύμια.

Ὀξυθύμια. Oxythymia. Hyperides in oratione contra Demadem dicit: *Cujus statua multo rectius in oxythymiis collocetur, quam in templis nostris.* Nonnulli, inter quos est & Aristarchus, dicunt, ὀξυθύμια vocari ligna, e quibus aliqui suspenduntur: ab ὀξέως, celeriter, & θυμός, animus. Ea autem ligna excisa exterminabant & comburebant. Didymus vero ait, ὀξυθύμια vocari purgamenta & sordes. Ea enim in trivia absportari, cum ædes purgantur.

Ὀξυβολῶ. Celeriter audio.

Ὄξυλος. Oxylus. Nomen proprium.

Ὀξύνω. Acuo. Exacuo. Incito. Instigo. Et [Futurum,] ὀξυνῶ, εῖς.

Ὀξυωπέστερον. Acutius cernens.

Ὀξυωπεῖν. Acute cernere. Thema est, ὀξυωπῶ.

Ὀξυπαθῶς. Gravi animi dolore. Graviter. *Romani autem graviter admodum ferebant, quod nuper arte & dolo a Chosroe superati fuissent.*

Ὀξυρεγμία. Acidus ructus. Cruditas. *Illa vero frequenter deambulabat, cruditatem caussata.* Ὀξυρεγμία enim dicitur, cum cibus [in stomacho propter cruditatem] coacescit.

1 Ἀριστοφάνης Ὄρνισι] Pag. 558. (382. Ed. Bas. P.)

2 Φασὶ Διοκλέα τὸν Ἀπρ.] Confer Nostrum supra v. Διοκλῆς, ubi eadem leguntur. Vide etiam Casaub. ad Athen. lib. v. cap. IV.

3 Ὀξυνιλής] Scholiasta Homeri ad Iliad. Δ. v. 126. Ὀξυβελής. ἤτοι, ὁ ταχέως βάλλων· ἢ ὁ ταχέως βαλλόμενος. ἤγουν, βέλος ὀξεῖαν ἔχον ἀκμήν.

4 Ὀξυθύμια. Ὑπερείδης ἐν τ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Hesychium, apud quem pro ἀποπίφασι legere malim ἀποφέρεσι.

5 Ὄξυλος] De eo vide Athenæum lib. III. pag. 78.

6 Οἱ δὲ Ῥωμαῖοι ὀξυπ.] Locus hic sumptus est ex Theophyl. Simocattæ lib. v. cap. x.

7 Ἡ δὲ περιπ.] Hæc sunt verba Procopii *Histor. Arc.* cap. IV. ubi de Antonina Bellisarii uxore verba fiunt.

8 Ὀξυρεγμία] Confer Nostrum supra v. Κρομμυοξυρεγμία.

Ὀξύῤῥοπον. ὀξέως θέον.

Ὀξύς. ταχύς.

Ὀξυτονής. ἡ ὀξεῖα ῥίζα.

Ὀξύτης. πικρία. αὐστηρία. Ἀῤῥιανός· Κατὰ τὴν βασιλέως ὀξύτητα καὶ αὐτὸς ὠμῶς τε καὶ σὺν ὕβρει ἐξηγεῖτο.

Ὀξύτης. [1] Ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας, ἀγχίνοια, μνήμη, ὀξύτης. καὶ μνήμη μὲν ἐστὶ τήρησις, ὧν ἔμαθέ τις. ὀξύτης δὲ, ταχύτης τῆς διανοίας. ἀγχίνοια δὲ, τὸ ἐξ ὧν ἔμαθε θηρεύειν καὶ ἃ μὴ ἔμαθεν.

Ὁ ὤν. ὁ ἀεὶ ὢν Θεὸς ἡμῶν.

Ὄπα. φωνήν.

Ὀπαδός. ἀκόλουθος. Ὁ [2] χρόνος δὲ ὁ ἄπρατός τε καὶ ἀδέκαστος, καὶ ἡ τούτου φύλαξ καὶ ὀπαδὸς καὶ ἔφορος ἀλήθεια.

Ὀπάζει. ἢ παρέχει. ἢ θεωρεῖ. ἢ διώκει.

Ὀπασσάμενος. ἑταίρους λαβών.

Ὀπάσσας. ἀντὶ τοῦ παρασχών.

——— Οὔ [3] τι δ' ἔμπης

Ἀντιβίων ὄπασσας εὖχος ἑοῦ θανάτου.

Ὁ [4] Παφλαγὼν οὑτοσὶ προσέρχεται

Ὠθῶν κολόκυμα, καὶ ταράττων, καὶ κυκῶν.

Ἀντὶ τοῦ, ἐκροφήσων. ἢ ἐπικαλύψων με τῷ κύματι, αἰσχρῶς μέλλων με καταπιεῖν.

Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. ἐπὶ τῶν μήτε κατέχειν δυναμένων, μήτε μεθεῖναι βουλομένων.

Ὅπερ. τοῦτο τὸ ὅπερ τοῦ κυρίως ἐστὶ δηλωτικόν· καὶ ᾧ ἐὰν προστεθῇ, τὸ κυρίως ἐκεῖνο εἶναι σημαίνει. οἷον, ὅπερ ἄνθρωπος· ὁ κυρίως ἄνθρωπος. καὶ ὅπερ ὄν, καὶ ὅπερ ἀγαθόν, τὸ κυρίως ἀγαθόν. καὶ τῶν κατηγορουμένων δὴ κατ' ἄλλου, ᾧ ἂν τὸ ὅπερ προστεθῇ, κυρίως ἐκείνου κατηγορεῖσθαι σημαίνει. καὶ τὸ εἶναι τὸ ὑποκείμενον κυρίως, ἐν τούτῳ τε καὶ τοῦτο.

Ὅπη. ὅπου.

Ὁπηνίκα. ὁπότε. ὅτ' ἄν. Ξενοφῶν· Οἱ δὲ ἐθύσαντο, ὅπως, ὁπηνίκα δοκοίη τῆς ὥρας, τὴν πορείαν ποιοῖντο.

Ὀπή. [5] νυκτερίς. ἡ διάῤῥησις.

Ὅπη παρείκοι. ὅπου ἐνδέχοιτο καὶ ἐγχωροίη.

Ὀπήτιον. τὸ σουβλίον, τὸ τὰς ὀπὰς ἐμποιοῦν.

Ὀππιανός, Κίλιξ, ἀπὸ Κωρύκου πόλεως, γραμματικός, καὶ ἐποποιός, γεγονὼς [6] ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου βασιλέως. ἔγραψεν Ἁλιευτικὰ ἐν βιβλίοις ε΄. Κυνη-

Ὀξύῤῥοπον. Celeriter currens. Quod levi momento huc illuc inclinatur.

Ὀξύς. Acutus. Citus. Velox.

Ὀξυτονής. In acutum desinens. Epithetum viæ.

Ὀξύτης. Acrimonia. Acerbitas. Austeritas. Arrianus: *Propter Regis acerbitatem & ipse crudeliter superbeque eos tractabat.*

Ὀξύτης. Acumen. Tres sunt docilitatis partes, Solertia, Memoria, Acumen. Et Memoria quidem est conservatio eorum, quæ quis didicit. Acumen vero, celeritas ingenii. Solertia vero, cum quis ea, quæ non didicit, ex iis, quæ didicit, investigare potest.

Ὁ ὤν. Ille qui est. Id est, æternus Deus noster.

Ὄπα. Vocem.

Ὀπαδός. Comes. Assecla. *Tempus enim, quod nulla pecunia redimi, nec largitionibus corrumpi potest, hujusque custos & comes & inspectrix Veritas.*

Ὀπάζει. Præbet. Vel, contemplatur. Vel, persequitur.

Ὀπασσάμενος. Qui socios vel sodales adsciscit.

Ὀπάσσας. Qui præbuit. [At ὄπασσας, præbuisti. In Epigrammate:] *Nulli tamen hostium gloriam mortis tuæ præbuisti.*

Ὁ Παφλαγὼν οὑτ. *Paphlago iste accedit, trudens ingentem fluctum, omniaque turbans & miscens.* Id est, absorpturus. Vel, fluctu me obruturus, & fœde devoraturus.

Ὁ παῖς τὸν κρύσταλλον. Puer glaciem. Dicitur in eos, qui aliquid neque retinere possunt, neque tamen dimittere volunt.

Ὅπερ. Hæc vox indicat aliquid proprie dici: &, cuicunque rei addita fuerit, significat, illam proprie talem esse. Ut, ὅπερ ἄνθρωπος, i. e. homo proprie dictus: & ὅπερ ὄν, id quod proprie est: ὅπερ ἀγαθόν, id quod proprie bonum est. Et in illis, quæ de alio dicuntur, cuicunque ὅπερ additum fuerit, notat, aliquid proprie de eo dici.

Ὅπη. Ubi. Quo.

Ὁπηνίκα. Quando. Quum. Xenophon: *Illi vero sacrificium fecerunt, ut, quacunque hora videretur, iter facerent.*

Ὀπή. Vespertilio. Foramen.

Ὅπη παρείκοι. Cum licuerit. Cum occasio se dederit. Cum fieri potuerit.

Ὀπήτιον. Subula, qua aliquid perforatur.

Ὀππιανός. Oppianus, Cilix, ex urbe Coryco, Grammaticus, & poëta Epicus: qui vixit sub Marco Antonino Imperatore. Scripsit

1 Ὅτι τρία μέρη εὐμαθίας, ἀγχ.] Hæc leguntur etiam apud Photium, Cod. CCXLIX. pag. 1320. ubi Excerpta ex vita Pythagoræ afferuntur. Inde ergo Suidas ista mutuatus est. Vide etiam supra v. Ἀγχίνοια. ubi eadem occurrunt.

2 Ὁ χρόνος δὲ ὁ ἄπρ.] Integrum locum scriptoris Anonymi, ex quo fragmentum hoc decerptum est, affert Suidas supra v. Κεραῦνης. Cæterum, pro ἄπρατος & ἔφορος (ut recte legitur in MSS. Paris. itemque supra v. Κεραῦνης) priores Editt. male exhibent, ἄπρακτος & ἔφοδος: quæ menda tamen Wolfius quoque ex ingenio jam ante correxerat.

3 Οὔ τι δ' ἔμπης Ἀντ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate in Ajacem, quod integrum occurrit Antholog. lib. III. cap. XIV. pag. 345.

4 Ὁ Παφλαγὼν οὑτοσὶ πρ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Equit.* pag. 329. (228. Ed. Bas. *P.*)

5 Νυκτερίς.] Ex Hesychio rescribendum puto θυρίς, i. e. fenestra. Confer eundem Hesych. v. Ἀνοπαία.

6 Ἐπὶ Μάρκου Ἀντωνίνου.] Id est, Caracalla. Sub eo enim Oppianus floruit. Caracallam autem in nummis veteribus Marcum Antoninum interdum appellari constat.

γητικὰ

γετικά, ἐν βιβλίοις τέσσαρσι. [1] Ἰξευτικὰ βιβλία β΄. ἀναγνωσθέντων δὲ τῶν ποιημάτων αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ Αὐτοκράτορος, ἐδωρήσατο αὐτῷ πρὸς ἕνα στίχον ἐν μέτρῳ στατῆρα χρυσοῦν, ἤγουν νόμισμα. ὡς λαβεῖν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσι [2] νομίσματος μυριάδας β΄.

Ὄπιμα. Ὁ δὲ Κόσσος τὸν βασιλέα Γάλλων ἀποκτείνας, τὰ σκῦλα τῷ Διῒ ὄπιμα ἀνέθηκε. Ῥωμαϊκὴ ἡ λέξις.

Ὀπιπεύω. περισκοπῶ.

Ὄπις. ἡ ἐπιστροφή.

Ὀπισθοβάμων. ὁ πάγουρος. [3] Ὀπισθοβάμονα, δίχηλον, ὀκτάπουν τηκτάν.

Ὀπισθόδομος. [4] μέρος τι τῆς Ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμιεῖον, ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ· ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Συντάξεως· Ἀνέῳξαν δήπου πρώην τινὲς τὸν ὀπισθόδομον.

Ὀπισθόπους δίκη. ἡ μεθ' ἡμέραν ἀκολουθοῦσα τοῖς ἀδικήμασιν.

Ὀπίσω. ὄπισθεν.

Ὀπίστατον. τελευταιότατον.

Ὀπίτης. ὄνομα κύριον.

Ὅπλα φωτός. ὁ [5] Ἀπόστολος. αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι.

Ὁπλαί. αἱ πυξίδες. τῶν ἵππων οἱ ὄνυχες.

Ὁπλή. ὁ κυκλοειδὴς ποῦς τῶν κτηνῶν, οἷον βοῶν, προβάτων, καὶ τῶν λοιπῶν, τῶν ἐχόντων μικροὺς ὄνυχας ἐν τοῖς τῶν ποδῶν ὀπισθίοις. κυρίως δὲ ἐπὶ ἵππων. Ἀριστοφάνης δὲ ἐπὶ τῶν χοίρων ὁπλὴν εἴρηκε. καὶ Σιμωνίδης·

Ὁπλὰς ἐκίνει δὴ ὀπισθίων ποδῶν.

καὶ Ἡσίοδος ἐπὶ βοῶν ὁπλάς. καὶ τὸ ἐναντίον ἐπὶ ἵππου· Νύσσοντες χηλῇσιν.

Ὁπλιστής. ὁ ἐκ τῶν ὅπλων. Πάντα τὸν ὁπλιστὴν κόσμον ὀλωλεκότα.

Ὁπλῖται, πελτασταί, ψιλοί, τῆς πεζικῆς εἰσὶ καὶ μαχίμου δυνάμεως. ἔχουσι δὲ διαφοράς. Ὁπλῖται μὲν γὰρ λέγονται οἱ βαρυτάτῃ ὁπλίσει κεχρημένοι, κατὰ τὸν Μακεδονικὸν τρόπον, ἀσπίσι περιφερέσι, καὶ δόρασι περιμηκεστέροις. Ψιλοὶ δὲ, οἱ κουφοτάτῃ κέχρηνται, τόξῳ, καὶ ἀκοντίῳ, καὶ λίθοις ἐκ σφενδόνης, ἢ ἐκ χειρός. οἱ δὲ πελτασταὶ, μέσῃ πως κέχρηνται σκευῇ. ἥ τε γὰρ πέλτη μικρά τις ἐστὶν ἀσπιδίσκη, καὶ κούφη· καὶ τὰ δό-

Halieutica, sive poëma de Piscatione, libris v. Cynegetica, sive poëma de Venatione, libris iv. Ixeutica, sive poëma de Aucupio, libris ii. Cum autem poëmata ejus apud Imperatorem lecta fuissent, is pro singulis versibus aureum staterem, sive nomisma, ipsi donavit: ita ut pro omnibus versibus viginti millia nomismatum acciperet.

Ὄπιμα. Opima. *Cossus autem interfecto Rege Gallo, Jovi opima spolia dedicavit.* Est vox Latina.

Ὀπιπεύω. Circumspicio. Oculis lustro.

Ὄπις. Cura. Respectus.

Ὀπισθοβάμων. Retrogradus. Est epithetum cancri. [In Epigrammate:] *Retrogradum, cervice carentem, octipedem, & natatorem* [*cancrum.*]

Ὀπισθόδομος. Opisthodomus. Pars quædam Arcis Atheniensium, ubi erat ærarium, pone ædem Minervæ: ubi pecunia publica recondebatur. Demosthenes in oratione περὶ Συντάξεως: *Quidam nuper ærarium aperuerunt.*

Ὀπισθόπους δίκη. Pœna malos a tergo insequens. Vel, Pœna, quæ delicta post tempus aliquod sequitur.

Ὀπίσω. Retro. A tergo. Pone. Post.

Ὀπίστατον. Ultimum. Postremum.

Ὀπίτης. Opites. Nomen proprium.

Ὅπλα φωτός. Arma lucis. Sic Apostolus vocat virtutum opera.

Ὁπλαί. Pyxides. Ungulæ. Equorum ungues.

Ὁπλή. Ungula, sive rotundus pes jumentorum, ut boum, ovium, & reliquorum animalium, parvos ungues habentium in posterioribus pedibus. Proprie vero ὁπλὴ dicitur de equis. Aristophanes tamen ὁπλὴν de porcis dixit. Et Simonides: *Ungulas movebat posteriorum pedum.* Et Hesiodus de bobus ὁπλὰς dixit. Contra vero de equis [χηλάς: quæ sunt proprie ungulæ bisulcæ, ut boum, cervorum, &c. Ait enim:] *Pulsantes ungulis.*

Ὁπλιστής. Ad armaturam pertinens. Ex armis constans. *Illum, qui omnia, quibus instructus erat, arma amisit.*

Ὁπλῖται, πελτ. Hoplitæ, Peltati, & Velites, sunt genera militum pedestrium: quæ inter se differunt. Hoplitæ enim dicuntur milites, qui graviore armatura utuntur, scutis nempe rotundis, & hastis longioribus, more Macedonico. Velites vero, qui leviore utuntur, ut arcu, jaculo, & lapidibus, quos vel funda, vel manu jaculantur. Peltati denique, qui media fere armatura utuntur. Nam pelta

1 Ἰξευτικά] Hoc poema injuria temporis intercidit. De eo autem notanda sunt verba Gesneri in Bibliotheca Universali, v. *Oppianus*, ubi sic inquit: *Quod poema (Ixeutica) Franciscus Asulanus Venetiis mihi asseruit adhuc apud se exstare; sed nullo modo efficere potui, ut ostenderet: & alii quidam affirmabant, vanam & mendacem esse hanc ejus jactationem.* Quamvis autem ipsa Ixeutica Oppiani perierint, vel saltem periisse credantur, vetera tamen in poema istud Scholia Eutecnii Sophistæ MSta adhuc exstant in Bibliotheca Vindobonensi, ut testatur Lambecius in Comment. de Bibliotheca Cæsar. lib. ii. cap. vii. pag. 594.

2 Νομίσματος] Scribe, νομισμάτων.

3 Ὀπισθοβάμονα, τρίχ.] Est pars Epigrammatis in cancrum, quod integrum exstat Anthol. lib. vi. cap. iii. & sic habet:

Ῥαιβοσκελῆ, δίχηλον, ἀμμοδύτην,
Ὀπισθοβάμον', ἀτράχηλον, ὀκτάπουν,
Νηκτὴν τ' ἐρημόνωτον, ὀστρακόχροα,
Τῷ Πανὶ τὸν πάγουρον ὁρμιηβόλος
Ἄγρας ἀπαρχὰς ἀντίθησι Κωπάσος.

Hinc Suidam emendabis.

4 Ὀπισθόδομος. μέρος τ.] Ex Harpocratione. Confer Meurs. in Cecropia, cap. xxvi.

5 Ὁ Ἀπόστολος] Ad Rom. xiii. 12.

ρατα

στρατὰ πολὺ τῶν ὁπλιτῶν λειπόμενα. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς ὀχηματικῆς δυνάμεως τρεῖς διαφοραί. καὶ Ἀριστοφάνης· [1] Τὸν θυμὸν κατάθου κύψας παρὰ τὴν ὀργὴν ὥσπερ ὁπλίτης. οἷον, ὅπλα μὴ ἔχων, θυμῷ πολέμει μόνον.

est scutum quoddam parvum & leve: & hastæ, [quibus ipsi utuntur,] sunt longe breviores hastis militum graviter armatorum. Copiarum etiam equestrium tres sunt differentiæ. Et Aristophanes: *Iram depone, corpore inclinato, ut gravis armaturæ miles.* Id est; armis carens animo tantum bellum gere.

Ὁπλιτεύειν. ὁπλίζεσθαι.

Ὁπλιτεύειν. Gravis armaturæ militem esse.

Ὁπλίτης. ὡς μὴ ἐρέσσων παραλαμβάνεσθαι παρὰ Θουκυδίδῃ. ὁ δὲ ναύτης, ὡς κοινωνὸς τῆς εἰρεσίας παραλαμβάνεται.

Ὁπλίτης. Sic apud Thucydidem dicitur, qui [pugnandi] non [vero] remigandi gratia assumitur. [Significat enim militem graviter armatum.] At ναύτης, i. e. nauta, ut socius remigationis adsciscitur.

Ὁπλότερος. κατ' ἄμφω τίθεται παρ' Ὁμήρῳ· καὶ συγκριτικῶς, καὶ ἀπολελυμένως. [2] Χαρίτων δὲ ὁπλοτεράων· ἐπειδὴ δύο γενέσεις Χαρίτων ὑποτίθεται Ὅμηρος, πρεσβυτέραν, καὶ νεωτέραν. διὸ συγκριτικῶς λέγει, ὁπλοτεράων.

Ὁπλότερος. Junior. Duobus modis hoc nomen ponitur apud Homerum: & comparative, & absolute. Dixit vero, Χαρίτων ὁπλοτεράων, i. e. *Gratiarum juniorum:* quod duas Gratiarum generationes statuat, seniorem, & juniorem. Hinc comparative dicit, ὁπλοτεράων, i. e. Juniorum.

Ὀπός. τὸ τῶν δένδρων δάκρυον. καὶ τὸ ἀποστάλαγμα τοῦ γάλακτος.

[3] Πρόκειτός ἐστι Φίλιννα τε, ἡ ῥυτὶς, ἡ ὀπὸς ἥβης Πάσης.

Ὀπός. Lacryma arborum. Gutta lactis. Succus. [In Epigrammate:] *Vel Philinnæ ruga præferenda est succo florentis aliarum ætatis.*

Ὀπός. καὶ, Δι' αἰφνιδίου ὀπός. τουτέστιν, ἐνθουσιαστικῆς.

Ὀπός. Vocis. Ut, *Per vocem repentinam.* Id est, afflatu divino editam.

Ὁπόσην πλείστην. Στρατιὰν ἐκπέμπειν ὁπόσην πλείστην ἐκ τῶν ὑπαρχόντων ἂν οἷός τε ἦν.

Ὁπόσην πλείστην. Quantam maximam. *Exercitum emittere, quantum maximum pro præsenti rerum copia posset.*

Ὁπόσον. καὶ ὁποσονοῦν, ἐπίῤῥημα. ὁπωσοῦν δέ.

Ὁπόσον. Quantum. Et ὁποσονοῦν, quantumcunque. Adverbium. [Per ο scribuntur.] Ὁπωσοῦν vero, quomodocunque, [per ω.]

Ὁπότερος. ὁποῖος. [4] Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Ὁπότερα τὴν γνώμην ἔχει περὶ ἐμπίδος. τουτέστι, πῶς διαλογίζεται καὶ διανοεῖται περὶ τῶν ἐμπίδων. ἐμπίδες δὲ, οὓς ἡμεῖς κώνωπας καλοῦμεν.

Ὁπότερος. Uter. Qualis. Aristophanes *Nubibus:* _Quæ ejus est sententia de culice?_ Vel, Quomodo ratiocinatur de culicibus, & quid de iis sentit? Ἐμπίδες autem sunt culices, quos nos vocamus κώνωπας.

Ὁποτέρωθεν. ἀπὸ ποίου μέρους.

Ὁποτέρωθεν. Ab utra parte. Unde.

Ὅπου [5] αἱ ἔλαφοι τὰ κέρατα ἀποβάλλουσι. τουτέστιν, ἐν δυσβάτοις καὶ τραχέσι τόποις. Φασὶ γὰρ τὰς ἐλάφους παραλειβούσας τὰ κέρατα ἀποβάλλειν πρὸς θάμνους. ὅθεν ἐπὶ τῶν ἐργώδεις τὰς διατριβὰς ποιουμένων εἴρηται ἡ παροιμία.

Ὅπου αἱ ἔλ. Ubi cervi cornua abjiciunt. Id est, in locis inaccessis & præruptis. Ajunt enim cervos cornua ad frutices atterere, & ea sic abjicere. Unde proverbium hoc dicitur in eos, qui magna cum molestia in aliquo loco commorantur.

Ὀπούντιος. οὗτος ἐσυκοφαντεῖτο ὡς πονηρὸς, καὶ μονόφθαλμος. [6] Ἀριστοφάνης·

——Ἀλλ' ἔγωγ' Ὀπούντιος
Οὐκ ἂν γενοίμην ἐπὶ ταλάντῳ χρυσίου.

Λέγει οὖν, ὅτι οὐκ ἂν γενοίμην τυφλός. τοὺς οὖν τυφλοὺς οὕτω φασίν.

Ὀπούντιος. Opuntius. Hic ut improbus & luscus perstringebatur. Aristophanes: *At ego Opuntius esse nolim pro talento auri.* Sensus est, Nolim esse cœcus. Cœcos enim sic appellabant.

Ὄπωπα. ἐθεασάμην.

Ὄπωπα. Vidi. Conspexi.

Ὀπωπή. ἡ πρόσοψις.

Ὀπωπή. Visus. Aspectus. Conspectus.

Ὀπώρα. καὶ ὀπωρίμων. Τοὺς βασιλικοὺς παραδείσους ἐξέτεμεν, οἳ δὴ πλέοι ὀπωρίμων δένδρων ἦσαν.

Ὀπώρα. Fructus arborei. Poma. Et ὀπωρίμων, fructiferorum. *Regios hortos excidit, qui arboribus fructiferis consiti erant.*

Ὀπωρινός.

Ὀπωρινός. Autumnalis.

Ὀπωροφυλάκιον. τὸ τὰς ὀπώρας φυλάττον.

Ὀπωροφυλάκιον. Locus, in quo poma reponuntur.

1 Τὸν θυμὸν κτλ.] Hoc fragmentum corruptum est, vel interpolatum: quod ubi apud Aristophanem exstet, nunc non succurrit.

2 Χαρίτων δὲ ὁπλ.] Homerus Il. Ξ. v. 267.

3 Πρόκειτός ἐστι Φιλ.] Locus est corruptus, qui rectius sic scribetur,

Πρόκειται ἐστι Φιλίννας ἡ ῥυτὶς, ἢ ὀπὸς ἥβης.

Hanc lectionem in versione secutus sum.

4 Ἀριστοφάνης Νεφέλαις] Pag. 132. (68. Ed. Bas. P.) unde Suidam supplebis.

5 Ὅπου αἱ ἔλαφοι τὰ κ.] Hæc ex Zenobio sumpta sunt: quem vide Centur. V. 52.

6 Ἀριστοφάνης] *Avibus.* pag. 548. (374. Ed. Bas. P.) Vide ibi Scholiastam, apud quem pro πονηρὸς legitur ἄσχρος.

Ὀπωρώνης. ὁ τὰς ὀπώρας πωλῶν καὶ ἀγοράζων. [1] Μῆλόν τις δίῳ ἥρπασε. τ ὁ ὀπωρώνης τοῦ ἀργυρίου ἕνεκα ἀντιλαμβανόμενον αὐτοῦ ἔχεσθαι.

Ὀπωρώνης. Qui poma fructusque emit & vendit. *Pomum quidam præteriens rapuit. Pomorum autem venditor pecuniæ causa illum comprehendit, firmiterque retinuit.*

Ὅπως. καὶ ὁπωσοῦν. Δαβίδ· Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου. οὐκ ἔστιν αἰτίας δηλωτικόν, [2] ἀλλ' ἐκβάσεως. καὶ ὁπωσοῦν. Τὸ [3] γὰρ Λευκόλλου στράτευμα στασιάζον ἀεὶ παραλαβὼν ὁ Πομπήϊος, οὐδ' ὁπωσοῦν στασιάζοντας ἔσχεν.

Ὅπως. Ut. Et ὁπωσοῦν, quomodocunque. David: *Ut justificeris in sermonibus tuis.* [Τὸ ὅπως] non est particula significans causam, sed eventum. Et ὁπωσοῦν, quomodocunque, qualitercunque. *Pompejus enim, cum Luculli exercitum antea semper seditiosum accepisset, eum ab omni prorsus seditione continuit.*

Ὀπτανεῖον. τὸ μαγειρεῖον.

Ὀπτανεῖον. Culina. Locus, in quo carnes assantur.

Ὀπτασία. ἡ ἀπόβλεψις.

Ὀπτασία. Aspectus.

Ὀπτῆρας. κατασκόπους.
[4] Καί μοι τις αὐτὸν ὀπτὴρ εἰσιδὼν μόνον
Πηδῶντα πεδία σὺν νεοῤῥάντῳ ξίφει,
Φράζει τε, κἀδήλωσε,
Σοφοκλῆς.

Ὀπτῆρας. Speculatores. Exploratores. *Et quidam explorator illum solum conspicatus saltantem per campos, cum ense recens cruentato, rem mihi narravit & indicavit.* Sophocles.

Ὀπτῶντες, καὶ ἑψῶντες. καὶ ὀπτώμενα. ὀπτῶντες οὖν, ἐκ τοῦ ἀσχολεῖσθαι καὶ περιέπειν τὴν τῶν κρεῶν ὄπτησιν. ἑψῶντες δὲ, ἐξ οὗ καὶ ἑφθόν. καὶ ἑψηθέντες δὲ, ταυτόν. ψῶντες δὲ, σπογγίζοντες. ἔστι καὶ ψάω, ψῶ, τὸ ψηχρίζω. καὶ ἐξ αὐτοῦ γίνεται ψήκτρον. ψῶ, [verbum, significans,] rado, stringo. Unde ψήκτρον, strigilis.

Ὀπτῶντες καὶ ἑψ. Assantes & elixantes. Et ὀπτώμενα, ea, quæ assantur. Assantes igitur [dixit,] quod circa assationem carnium occupati essent, eamque studiose curarent. Ἑψῶντες vero, elixantes: unde & ἑφθὸν clixum. Ψῶντες vero, spongia abstergentes. Est etiam ψάω,

Ὅποι. ὅπου. [5] Ἀπαγγέλλειν κελεύσας, ὅποι ποτὲ τῆς γῆς Χοσρόην τὸν Καβάδου ἀπολιπὼν εἴη.

Ὅποι. Ubi. *Jussit sibi renuntiari, ubinam terrarum Chosroen Cabadis filium reliquisset.*

Ὁποῖος. ποδαπός.

Ὁποῖος. Qualis. Cujas.

Ὁποιποτέ. ἀντὶ τοῦ, ὅπου ποτέ.

Ὁποιποτέ. Ubicunque.

Ὅρα δὴ καὶ σκόπει. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην. ἀντὶ τοῦ, βλέπε τοῖς ὀφθαλμοῖς.

Ὅρα δὴ καὶ σκ. Vide & specta. Demosthenes in oratione contra Leptinem. Vel, oculis tuis vide.

Ὁραθείς. θεαθείς.

Ὁραθείς. Visus. Conspectus.

Ὁράμιγγας. ἐν [6] Ἐπιγράμματι·
Ἐνθάδε μὲν χλοάουσα πέδηλον βῶλος ὁράμιγξ,
Φυλλάδος εὐκάρπου πᾶσαν ἔδειξε χάριν.

Ὁράμιγγας. Virgulta. Frondes. Rami. In Epigrammate: *Hic quidem gleba virentibus florens frondibus, fructiferarum arborum omnem ostendit gratiam.*

Ὀράριον. [7] Ῥωμαϊκῶς καλεῖται.

Ὀράριον. Orarium. Est vox Romana.

Ὅρασις. γνῶσις. καὶ ὁ Εὐαγγελιστής· Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε. ἀντὶ τοῦ, ἔγνω τρανῶς.

Ὅρασις. [Proprie, visus, aspectus. Metaphorice,] cognitio. Et Euangelista dicit: *Deum nemo unquam vidit.* Id est, manifeste cognovit.

Ὁρᾶτε. ἀντὶ τοῦ ἐνθυμεῖσθε. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας.

Ὁρᾶτε. [Communiter, Videte. Interdum vero,] cogitate, considerate. Demosthenes in oratione de legatione perperam gesta.

Ὁράτιος. ὄνομα κύριον. Ὁ [8] δὲ Ὁράτιος λελωβημένος ἦν τὰ σκέλη, ὑπατείας τε οὐκ ἔτυχεν, οὔτε ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀχρηστίαν τῶν ποδῶν.

Ὁράτιος. Horatius. Nomen proprium. *Horatius autem pedibus captus erat, neque belli pacisve tempore Consulatum adeptus est, quod usu pedum careret.*

Ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον. [9] Ὁρατὸν τό, τε χρῶμα, καὶ ὃ λόγῳ μὲν ἔστιν εἰπεῖν, ἀνώνυμον δὲ τυγχάνει ὄν. τοιαῦτα δέ ἐστι, [10] πυγολαμπίδες, κεφαλαὶ ἰχθύων, λε-

Ὁρατὸν, καὶ ἀόρατον. Visibile, & invisibile. Visibile est tum ipse color, tum id, quod oratione quidem explicari potest, sed nullum nomen habet. Hujusmodi autem sunt, ci-

1 Μῆλόν τις δ.] Hæc sunt verba Demosthenis in oratione *de Corona*, ut Portus monuit.

2 Ἀλλ' ἐκβάσεως] Has duas voces ex MS. Parif. A. revocavi, quæ in prioribus Editt. desiderantur.

3 Τὸ γὰρ Λευκόλλου σ.] Confer Nostrum supra v. Ἀνὴρ αἰδέσιμος, ubi eadem leguntur.

4 Καί μοι τις αὐτὸν ὀπτ.] Tres hi Senarii leguntur apud Sophoclem *Ajace*, pag. 3. ut Portus observaverat.

5 Ἀπαγγέλλειν κτλ.] Hæc sunt verba Procopii, lib. 1. *de Bello Perf.* cap. v.

6 Ἐν Ἐπιγράμματι] Anthol. lib. vii. pag. 603. (464. Ed. Henr. Steph. P.)

7 Ὀράριον] Alii rectius scribunt, Ὠράριον, per ω. Videnda autem sunt, quæ de hac voce notarunt, Salmasius ad Flav. Vopisc. pag. 409. Edit. Parif. Reinesius *Var. Lect.* pag. 432. & præcipue Dufresnius in Glossario Græco, v. Ὠράριον.

8 Ὁ δὲ Ὁράτιος λελωβ.] Fragmentum hoc Appiano tribuitur supra v. Ἀχρηστία: ubi rectius legitur Ὡράτιος, per ω.

9 Ὁρατὸν τό, τε χρῶμα, καὶ ὁ λ—— ὑπὸ ἑξάρτου ἐν φωτί] Hæc sunt verba Philoponi in lib. ii. Aristot. *de Anima*, K. 2. b. ut Pearsonius observaverat.

10 Πυγολαμπίδες] Philoponus, πυγολαμπίδες: quod usitatius est.

πίδες

πίδες, ὀφθαλμοὶ ἐχίνων, τὰ ὄστρακα τῶν θαλαττίων· ἅπερ ἐν φωτὶ μὲν οὐχ ὁρᾶται, ἐν σκότῳ δέ. οὐ γὰρ δοκεῖ χρῶμα εἶναι τὸ ἐν τούτοις φαινόμενον πυρῶδές τι ἐν τῷ σκότῳ. ἴδιον γὰρ χρώματος τὸ ἐν φωτὶ ὁρᾶσθαι. τὸ δὲ τούτων πυρῶδες οὐχ ὁρᾶται ἐν φωτί. ὁρᾶν γάρ ἐστιν ἐκ τοῦ τὸν ἀέρα ἔχειν τὸ διαφανές, καὶ διαπορθμευτικὴν τὴν τῶν χρωμάτων δύναμιν, αὐτὸς ἀχρωμάτιστος ὤν. † Τῶν [1] δὲ ὁρατῶν τέσσαρές εἰσι διαφοραί. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐν ἡμέρᾳ μόνως ὁρᾶται· τὰ δὲ ἐν νυκτὶ μόνως· τὰ δὲ ἐν νυκτί, καὶ ἡμέρᾳ· τὰ δὲ ὅλως οὐ συνυπάρχειν πέφυκε τῷ σκότῳ. τῶν γὰρ ὁρατῶν τὰ μέν ἐστι χρώματα· τὰ δέ, ἀνώνυμα. τὰ μὲν οὖν χρώματα μόνως ἐν ἡμέρᾳ θεωρεῖται, οὐδαμῶς δὲ ἐν νυκτί. τῶν δὲ λαμπρῶν λεγομένων, τὰ μὲν ἐν νυκτὶ μόνως ὁρᾶται· τὰ δέ, ἐν ἡμέρᾳ μόνως· τὰ δέ, ἐν νυκτὶ καὶ ἡμέρᾳ. τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ὑπέρλαμπρα· τὰ δέ, ἀμυδρά· τὰ δέ, μέσως. τὰ μὲν οὖν ἀμυδρὸν ἔχοντα τὸ λαμπρόν, μόνως ἐν νυκτὶ ὁρᾶται· οἷον, πυγολαμπίδες, λεπίδες καὶ τὰ ὅμοια. τούτων γὰρ ἐν ἡμέρᾳ τὸ λαμπρὸν οὐ φαίνεται, νικώμενον ὑπὸ τοῦ μείζονος. ἔτι δὲ καὶ ἀστέρων οἱ πλείους. τὰ μέσα δέ, ἐν νυκτί, καὶ ἡμέρᾳ· οἷον, σελήνη, καί τινες τῶν ἀστέρων, ὡς ὁ ἑωσφόρος, ὅταν πρὸς τῷ ὁρίζοντι γένηται ὁ ἥλιος, καὶ αὐτὸς ὁ ἑωσφόρος περιγειότερος ᾖ. ἔτι δὲ καὶ πῦρ. τοῦτο γὰρ ὅσον δύναται ἀέρα τελειοῖ, καὶ εἰς ἐνέργειαν ἄγει τὸ διαφανὲς αὐτοῦ, ὡς καὶ τὰ ἐν αὐτῷ χρώματα δείκνυσθαι. ἐν δὲ τῷ λοιπῷ ἑαυτὸ μὲν δείκνυσιν, ἐκείνου δὲ τὸ διαφανὲς οὐκ ἄγει εἰς ἐνέργειαν. ὅθεν αὐτὸ μὲν ὁρῶμεν πόρρωθεν ἐν σκότῳ ὄντες· οὐδὲν δὲ τῶν περὶ ἡμᾶς χρωμάτων. ἐν δὲ τῇ ἡμέρᾳ τὸ πῦρ πάλιν φαίνεται, ὡς λαμπρὸν μέν, οὐδὲν δὲ δρῶν εἰς τὸν ἀέρα, διὰ τὸ ἤδη ὑπὸ τοῦ μείζονος λαμπροῦ παθεῖν· καὶ τὸ τῆς σελήνης λαμπρόν, διὰ τὸ μὴ ἄγαν ἀμυδρὸν εἶναι, φαίνεται ἐν ἡμέρᾳ. τὰ δὲ ὑπέρλαμπρα μόνως ἐν ἡμέρᾳ· οἷον, ὁ ἥλιος· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς τοῦ τῆς ἡμέρας φωτὸς αἴτιος.

cindelæ, capita piſcium, ſquamæ, oculi echinorum, teſtæ piſcium: quippe quæ non in luce, ſed in tenebris cernuntur. Non enim videtur eſſe color, quod in his igneum apparet in tenebris. Coloris enim proprium eſt, in luce cerni. Illud vero, quod in his igneum apparet, in luce non cernitur. Viſio enim inde manat, quod aer ſit pellucidus, & colores tranſmittendi vim habeat, cum ipſe ſit coloris expers. Viſibilium vero rerum quatuor ſunt differentiæ. Harum enim aliæ interdiu tantum cernuntur: aliæ, noctu tantum: aliæ, & noctu, & interdiu: aliæ vero prorſus in tenebris exiſtere non ſolent. Viſibilium enim rerum aliæ quidem ſunt colores: aliæ vero nomine carent. Et colores quidem interdiu ſolum cernuntur: noctu vero nequaquam. Eorum vero quæ ſplendida vocantur, alia noctu ſolum cernuntur: alia, interdiu ſolum: alia vero, & noctu, & interdiu. Ex his enim quædam ſunt ſplendidiſſima; quædam, obſcura; quædam vero, media. Quæ igitur ſplendorem habent obſcurum, noctu ſolum cernuntur, ut cicindelæ, ſquamæ, & ſimilia. Horum enim ſplendor interdiu non apparet, quippe a majore luce obſcuratus. Præterea vero & pleræque ſtellæ. Media vero, noctu, & interdiu: ut Luna, & quædam ſtellæ; ut Lucifer, quum ad Horizontem Sol pervenit; quumque ipſe Lucifer terræ propinquior eſt. Præterea vero & ignis. Hic enim, quantum poteſt, aerem perficit, & pelluciditatem ejus in actum perducit, ut & colores, qui ſunt in eo, cernantur. In cæteris vero ſemetipſum quidem oſtendit, illius vero pellucidam vim non perducit in actum. Quamobrem ipſum quidem in tenebris cernimus, procul ſtantes: colores vero, qui circa nos ſunt, neutiquam. Et rurſus ignis interdiu apparet, ut ſplendidus quidem, nihil tamen agens in aerem, quod a majore lumine prematur. Et Lunæ ſplendor, quia non nimis eſt obſcurus, interdiu aparet. Splendidiſſima vero interdiu ſolum cernuntur; ut Sol, quod & ipſe lucis diurnæ cauſa ſit.

Ὀρβηλοῖο. ἐν [2] Ἐπιγράμμασι·

Τὸν πάρος Ὀρβηλοῖο μεμυκότα δειράσι ταῦρον.

Ὀρβηλοῖο. [Ionice, pro Ὀρβηλοῦ.] Orbeli. In Epigrammate: *Taurum illum, qui ante in Orbeli montis jugis mugierat.*

Ὀργᾷν. ἐπιθυμεῖν. καὶ ὀργῶντες παρὰ Θουκυδίδῃ, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμοῦντες. Ἡρόδοτος ἰδὼν Θουκυδίδην ὑπὸ ἐνθουσιασμοῦ τινος δακρύοντα, ἔφη, Μακαρίζω σε, Ὄλορε, τῆς εὐτεκνίας. ὁ γὰρ σὸς υἱὸς ὀργῶσαν ἔχει τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ μαθήματα.

Ὀργᾷν. Cupere. Et ὀργῶντες, apud Thucydidem, pro, cupientes. Herodotus conſpicatus Thucydidem quaſi inſtinctu quodam Numinis lacrymantem, dixit, Beatum te duco, Olore, optimæ prolis cauſa. Filius enim tuus animum habet diſciplinarum cupidum.

Ὀργάνειας. παροξύνειας. εἰς ὀργὴν ἐμβάλλοις.

—— Καὶ [3] γὰρ ἂν πέτρου

φύσιν σύ γ' ὀργάνειας.

Ὀργάνειας. Ad iram concites. Irrites. *Etenim vel ſaxi naturam ad iram concitare queas.*

Ὀργάς. [4] ἡ εὔγειος, καὶ σύμφυλος, καὶ λιπαρά, καὶ ἀχμαία γῆ. Ἐνεκάλεσε δὲ ὁ Περικλῆς τοῖς Μεγαρεῦσιν, [5] ὅτι τὴν ἱερὰν ὀργάδα ἐγεώργησαν. † Ἡ τὴν προσοικοῦσαν ὀργάδα

Ὀργάς. Fertilis, & arboribus conſita, & pinguis, & frugifera terra. *Pericles autem Megarenſes accuſavit, quod terram ſacram co-*

1 *Τῶν δὲ ὁρατῶν τέσσαρές εἰσι διαφ.*] Hæc, & quæ ſequuntur uſque ad finem articuli, leguntur apud eundem Philoponum in lib. II. Ariſtot. *de Anima*, L. 1. 2. ut Pearſonius itidem ad oram libri notaverat.

2 Ἐν Ἐπιγράμμασι] Anthol. lib. VI. cap. XV. pag. 569.

3 Καὶ γὰρ ἂν πέτρ.] Sophocl. in *Oedip. Tyran.* pag. 16. ut Portus monuit.

4 Ὀργάς. ἡ εὔγειος, καὶ σύμφ.] Vide Helladium apud Photium, pag. 1592.

5 Ὅτι τὴν ἱερὰν ὀργ.] Confer Noſtrum ſupra v. Ἀνθεμόκριτος.

καλιστέμεν, ἢ τῇ πηλοῦ μόνοις διακρατεῖν. περὶ Ῥώμου καὶ Ῥήμου. καὶ αὖθις· [1] Τμήξας εὐάροτον ῥάχιν ὀργάδος.

Ὀργάς. [2] τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία, καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα, οὕτω καλεῖται. ὅθεν καὶ ἡ Μεγαρικὴ ὀργὰς προσωνομάσθη, τοιαύτη τις οὖσα.

Ὀργάσας. μαλάξας.

Ὄργασον. [3] κυρίως τὸ πίσσωσον. ὀργὴ γὰρ παρ' Ἴωσιν ἡ πίσσα. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σπαργᾷν, καὶ [4] ὀργιάζεσθαι. καὶ τὸ μάλαξον. [5] Ἀριστοφάνης· Πηλὸν ἀποδὺς ὄργασον. ἀντὶ τοῦ, Φύρασον, μάλαξον.

Ὀργεῶν. [6] ἀντὶ τοῦ ὀργεώνων. Λυσίας.

Ὀργεῶνες. οἱ θύται.

Ὀργεῶνες. οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένοις Θεοῖς ὀργιάζοντες. Ὀργιάζειν δέ ἐστι, τὸ τὰ τῶν Θεῶν ὄργια τελεῖν. τουτέστι, μυστήρια, καὶ νόμιμα. Νόμων τετάρτῳ· Μὴ κεκτῆσθαι ἔστω ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά. τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα, πλὴν τὰ δημόσια. Σέλευκος δ' ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος Ἀξόνων, Ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς συλλόγους ἔχοντας περί τινας Ἥρωας, ἢ Θεούς. ἤδη δὲ μεταφέροντες καὶ τοὺς ἱερέας οὕτω καλοῦσιν. ὁ γοῦν Ἀντίμαχος ἐν [7] τῇ Λυδῇ γενεᾷ· Καβάρνους θῆκεν [8] ἀβακλέας ὀργεῶνας. καί οἷον ὁ Αἰσχύλος ἐν Μυσοῖς, τὸν ἱερέα τοῦ Καΐκου προσαγορεύων·

Iuissent. Et in Epigrammate: *Proscisso colliculi latere aratu facili*.

Ὀργάς. Sic vocantur loca sylvosa, & montana, & inculta. Unde & ager Megarensis dictus est ὀργάς, quod talis esset.

Ὀργάσας. Qui mollivit. Qui maceravit.

Ὄργασον. Proprie, pice illine. Ὀργὴ enim apud Iones est pix. Significat autem ὀργᾷν, & libidine venerea flagrare, & irasci. Et ὄργασον, macera, subige. Aristophanes: *Lutum exuta veste macera*. Vel, misce, subige.

Ὀργεῶν. Pro ὀργεώνων. Sacerdotum. Lysias.

Ὀργεῶνες. Sacerdotes. Sacrifici.

Ὀργεῶνες. Sacerdotes, qui Diis, quorum statuæ in privatis fanis collocatæ sunt, ὀργιάζουσι. Ὀργιάζειν autem est, Deorum orgia, i. e. mysteria & legitima sacra peragere. [Plato] *Legum* quarto: *Ne quis in privatis ædibus Deorum sacra habeat. Qui vero alia sacra habuerit & fecerit, præter publica, & deprehensus fuerit*, &c. Seleucus vero in commentario in Axones Solonis, ὀργεῶνας vocari dicit eos, qui in locum aliquem conveniunt, ad Heroes vel Deos aliquos colendos. Nunc vero nomen hoc ad alia transferentes, & sacerdotes sic vocant. Antimachus enim in *Lyde* inquit: *Cabarnos inclytos constituit sacerdotes.*

Et Æschylus in *Mysis* sacerdotem Caici compellans, [sic inquit:]

Ποταμοῦ Καΐκου χαῖρε πρῶτος ὀργεών,
Εὐχαῖς δὲ σώσεις δεσπότας Παιωνίας.

Fluminis Caici salve prime sacerdos,
Precibusque serva dominos Pæoniæ.

Περὶ δὲ τῶν ὀργεώνων γέγραφε καὶ Φιλόχορος. Τοὺς δὲ φράτορας ἐπάναγκες δέχεσθαι καὶ τοὺς ὀργεῶνας, καὶ τοὺς ὁμογάλακτας, οὓς Γεννήτας καλοῦμεν.

Ὀργεῶνας. [9] Ἰσαίου λόγος ἐστὶν ὡς ὀργεῶνας. Ὀργεῶνες δέ εἰσιν οἱ ἐπὶ τιμῇ Θεῶν, ἢ Ἡρώων συνιόντες. Ὀργιάζειν γάρ ἐστι, τὸ θύειν, καὶ τὰ νομιζόμενα [10] δρᾷν· ἢ παρὰ τὸ ὀρέγειν τὼ χεῖρε. ἢ παρὰ τὰ ὄργια. ἢ διὰ τὸ ἐν ταῖς ὀργάσι καὶ τοῖς ἄλσεσι τὰ ἱερὰ δρᾷν. οἱ μέν τοι ποιηταὶ ἔταττον τοὔνομα ἁπλῶς ἐπὶ τῶν ἱερέων. μήποτε δὲ ὕστερον νενόμισται τὸ ἐπὶ τιμῇ τινὰς τῶν ἀποθανόντων συνιέναι, καὶ ὀργεῶνας ὀνομάζεσθαι, ὡς ἔστι συνιδεῖν ἐκ τῶν Θεοφράστου διαθηκῶν. † Τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος ὀργεώνων εἷς· φησὶν Αἰλιανὸς ἐν τῷ περὶ Προνοίας.

De orgeonibus vero & Philochorus scripsit. *Necesse autem est ut Phratores recipiant orgeonas & collactaneos, quos Genetas vocamus.*

Ὀργεῶνας. Orgeonas. Est quædam oratio Isæi ad Orgeonas. Orgeones autem sunt, qui Deorum vel Heroum colendorum gratia conveniunt. Ὀργιάζειν enim est, sacrificare, & legitima sacra Diis facere. [Id autem dictum est,] vel, a porrigendis manibus: vel, ab orgiis. Vel, quod in locis montanis, quæ ὀργάδας Græci vocant, & lucis, sacra Diis facerent. Poetæ vero nomen hoc pro sacerdotibus simpliciter ponebant. Videndum autem, annon more postea receptum fuerit, ut aliqui in defunctorum honorem convenirent, & orgeones dicerentur: ut videre est ex Theophrasti Testamentis. † Unus orgeonum Eleusiniorum: ait Ælianus in libro *de Providentia*.

Ὀργή. [11] Ὅτι οὐ τὸ [12] ὁπωσοῦν παρακολουθοῦν τινι,

Ὀργή. Ira. Non, quod aliquam rem quo-

1 *Τμήξας εὐάροτον ῥάχ.*] Est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. l. vi. c. vii. p. 553. Ibi autem pro εὐάροτον legitur, εὐχερότερ.

2 *Ὀργάς. τὰ λοχμ.*] Ex Harpocratione.

3 *Ὄργασον. κυρίως τὸ πίσσ.*] Ex Enarratore Comici ad *Aves*, pag. 581. (401. Ed. Bas. *P.*)

4 *Ὀργιάζεσθαι*] Scholiastes Aristophanis rectius, ὀργίζεσθαι.

5 *Ἀριστοφάνης*] *Avibus*, pag. 580. (401. Ed. Bas. *P.*)

6 *Ὀργεῶν*] Scribe, ὀργέων, (a recto singulari, ὀργεύς) ut habet Harpocratio, unde Suidas.

Μειδίαν σε δεῖ τὸν ὀρτυγοτρόφον ἀποβλέπειν, καὶ ἄλλους τοιούτους. οἱ τὰ τῆς πόλεως πράττειν ἐπιχειροῦσι. Pro ὀρτυγοτρόφον, ut hodie Platonis exemplaria habent, non solum Suidas olim legit ὀρτυγοκόπον; sed etiam Athenæus: quippe qui lib. xi. pag. 506. ad eundem locum Platonis respiciens, Midiam a Philosopho ὀρτυγοκόπον vocari ait. Vide Leopard. *Emendat.* lib. 11. cap. v. a quo ista omnia jam ante observata fuerunt.

1 Πρὸς Μειδίαν] Sic rescripsi ex Platone. & Lexico Photii MS. In prioribus enim Editt. vitiose legitur, προσμειδιᾶν: pro quo Portus, qui Platonem non consuluerat, infelici conjectura reponendum putabat, προσμειδιᾶν, i. e. arridere. De Midia autem, cujus Plato loco citato meminit, plura vide apud Scholiastam Aristoph. ad *Aves*, pag. 602.

2 Ἐν Φαίδωνι] Pessime. Quæ enim sequuntur, non sunt sumpta ex Platonis *Phædone*: sed priora quidem illa, ὅτι οὐ πρὸς τοὺς τυχ. —— ῥαθυμητέον, sunt verba commentatoris cujusdam, qui superiorem locum Platonis interpretatus erat. At quæ sequuntur, Μηδὲ ὀρτυγοκοπεῖν, &c. sumpta sunt ex Marci Antonini lib. 1. cap. vi. ut itidem doctissimus Leopardus loco supra laudato recte observavit.

3 Ὅρους γὰρ ἐπέθετο καὶ τεκμ.] Hæc deprompta sunt ex Damascio, qui vitam Isidori conscripsit: ex qua Excerpta habentur apud Photium. Confer etiam Nostrum infra v. Τεκμήρια, ubi eadem leguntur.

4 Στίχων] Infra v. Τεκμήρια, rectius legitur στοιχείων.

5 Ὄρυγμα. ἰδίως οὕτ.] Ex Harpocratione. Confer etiam Nostrum supra v. Βάραθρον.

6 Ὀρυμαγδός] Sic antiquissimus MS. A. At MSS. B. & C. itemque priores Editt. nec non Hesychius, & Photius in Lexico MS. ὀρυγμαδός: quod minus placet.

7 Θορυβάζω, θορυβ.] Confer Etymologum, qui hæc rectius habet.

8 Ὀρφανιστῶν. Ὀρφανισταί εἰσ.] Ex Scholiasta Sophoclis ad *Ajacem*, pag. 31. ut Portus monuit.

9 Οἱ δὲ χωροῦσιν οἴκ.] Hæc sunt verba Theophylacti Simoc. lib. iii. cap. xv.

10 Υἱὸς Οἰάγρου] Vide Scholiastam Apollonii Rhodii ad lib. 1. v. 23.

11 Τελασμούς] Scribe, Τριαγμούς. Vide Harpocrationem v. Ἴων, & doctissimum Richard. Bentlejum in Dissertatione Critica, Malelæ subjuncta, pag. 67. 68.

Nu-

Νεωτευκτικά. Ἱεροὺς λόγους, ἐν ῥαψῳδίαις κδ΄. λέγονται δὲ εἶναι Θεογνήτου τοῦ Θεσσαλοῦ. οἱ δὲ, Κέρκωπος τοῦ Πυθαγορείου. [1] Χρησμούς· οἳ ἀναφέρονται εἰς Ὀνομάκριτον. [2] Τελετάς. ὁμοίως δέ φασι καὶ ταύτας Ὀνομακρίτου. ἐν τούτοις δ' ἐστὶ [3] περὶ λίθων γλυφῆς· ἥτις Ὀγδοηκοντάλιθος ἐπιγράφεται. Σωτήρια. ταῦτα Τιμοκλέους τοῦ Συρακουσίου λέγεται, καὶ Περγίνου τοῦ Μιλησίου. Κρατῆρας. ταῦτα Ζωπύρου φασί. Θρονισμοὺς Μητρῴους, καὶ Βακχικά. ταῦτα Νικίου τοῦ Ἐλεάτου φασὶν εἶναι. Εἰς ᾅδου κατάβασιν. ταῦτα Ἡροδίκου τοῦ Περινθίου. Πέπλον, καὶ Δίκτυον. καὶ ταῦτα Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου. οἱ δὲ, [4] Βροτίνου. [5] Ὀνομαστικὸν, ἔπη ͵ασ΄. [6] Ἀστρονομίαν. Ἀμοκοπίαν. Θυηπολικόν. Ὠοθυτικὰ, ἢ Ὠοσκοπικὰ, ἐπικῶς. Καταζωστικόν. [7] Ὕμνους. Κορυβαντικὸν καὶ Φυσικά· ἃ Βροντίνου φασίν.

his etiam fuerunt illa; quæ dicuntur Hierostolica. Clises Cosmicas. Neoteuctica. Sacros sermones, libris XXIV. Hi vero dicuntur esse Theogneti Thessali. Alii vero eos Cercopi Pythagoreo tribuunt. Oracula: quæ ad Onomacritum referuntur. Initia: quæ itidem Onomacriti esse dicuntur. In his etiam est [liber] de Lapidum scalptura, qui Ogdoecontalithos inscribitur. Soteria. Hæc Timoclis Syracusani, & Pergini Milesii esse dicuntur. Crateras. Hi Zopyro tribuuntur. Thronismos Magnæ Matris Deorum; & Bacchica: quæ Niciæ Eleatis esse dicuntur. Descensum ad Inferos: quod opus Herodici Perinthii esse fertur. Peplum, & Rete. Et hæc Zopyro Heracleotæ tribuuntur. Ab aliis vero, Brotino. Onomasticum, versibus MCC. Astronomiam. Amocopiam. Librum de sacrificiis. De divinatione ex ovis, versibus. Catazosticum: Hymnos: Corybanticum: & Physica: quæ Brontini esse dicunt.

Ὀρφεὺς, Κικωναῖος, ἢ Ἀρκὰς, ἐκ Βισαλτίας τῆς Θρᾳκικῆς, ἐποποιός. γέγονε δὲ καὶ οὗτος πρὸ Ὁμήρου δύο γενεαῖς, πρεσβύτερος ὢν τῶν Τρωϊκῶν. ἔγραψε Μυθοποιΐαν, Ἐπιγράμματα, Ὕμνους.

Ὀρφεύς. Orpheus, Ciconæus, vel Arcas, ex Bisaltia Thracica, poeta Heroicus. Fuit autem & hic duabus ætatibus ante Homerum, Trojano bello antiquior. Scripsit Fabulas, Epigrammata, Hymnos.

Ὀρφεὺς, Ὀδρύσης, ἐποποιός. Διονύσιος δὲ τοῦτον οὐδὲ γεγονέναι λέγει. ὅμως ἀναφέρονται εἰς αὐτόν τινα ποιήματα.

Ὀρφεύς. Orpheus, Odrysius, poëta Epicus: quem tamen Dionysius ne exstitisse quidem dicit. Nihilominus poëmata quædam ei tribuuntur.

Ὀρφεὺς, Κροτωνιάτης, ἐποποιός· ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ Ἀσκληπιάδης φησὶν ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν Γραμματικῶν. Δεκαετηρίαν. Ἀργοναυτικά· καὶ ἄλλα τινά.

Ὀρφεύς. Orpheus, Crotoniates, poëta Epicus: quem Pisistrato Tyranno familiarem fuisse Asclepiades libro Grammaticorum sexto dicit. [Scripsit] Decaeteriam. Argonautica; & alia quædam.

Ὀρφεὺς, Καμαριναῖος, ἐποποιός· οὗ φασιν εἶναι τὴν εἰς ᾅδου κατάβασιν.

Ὀρφεύς. Orpheus, Camarinæus, poëta Epicus: cujus esse dicunt Descensum ad Inferos.

Ὀρφεὺς, βασιλεὺς Θρᾳκῶν· ἐφ' οὗ αἱ Ἀμαζόνες ἐδασμολόγησαν Φρύγας.

Ὀρφεύς. Orpheus, Rex Thracum: cujus temporibus Amazones Phryges sibi tributarios fecerunt.

Ὀρφεύς. Ὅτι ἐπὶ τῶν παρ' Ἰουδαίοις Κριτῶν, καταλυθείσης τῆς βασιλείας Ἀθηναίων, Ὀρφεὺς ἐγνωρίζετο, σοφὸς ἄριστος γενόμενος, καὶ πολλὰ μυστήρια διδαχθείς. φέρονται γὰρ αὐτοῦ καὶ περὶ [8] Θεογνωσίας λόγοι, ἐξ ὧν εἰσι ταῦτα. [9] εἶπε γὰρ, ὅτι ἐξ ἀρχῆς ἀνεδείχθη ὁ αἰθὴρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δημιουργηθείς· καὶ ἐντεῦθεν κἀκεῖθεν τοῦ αἰθέρος ἦν χάος, καὶ νὺξ [10] φοβερὰ πάντα κατεῖχε, καὶ ἐκάλυπτε τὰ ὑπὸ τὸν αἰθέρα· σημαίνων τὴν νύκτα προτερεύειν. εἰρηκὼς, ἀκατάληπτόν τινα καὶ πάντων ὑ-

Ὀρφεύς, Orpheus. Sub Judæorum Judicibus, sublato Atheniensium regno, Orpheus clarus erat; vir sapientissimus, & multorum mysteriorum peritissimus. Hujus etiam feruntur orationes de cognitione Dei; in quibus præter alia & hoc dicit: Ætherem principio a Deo conditum fuisse: & ab utraque Ætheris parte fuisse Chaos; & Noctem terribilem omnia tenuisse, & occultasse ea, quæ sub Æthere erant: significans, Noctem esse priorem. Idem etiam dixit, summum Ætherem

1 Χρησμούς· οἳ ἀναφ.] Cum hoc loco Suidæ conferendus est Clemens Alexandrinus, qui *Strom.* lib. I. pag. 244. de scriptis, quæ Orpheo vulgo tribuebantur, hæc habet: Τὸν Κρατῆρα (scribe Κρατῆρα; monente etiam Reinesio *Var. Lect.* lib. I. pag. 93.) δὲ τὸν Ὀρφέως, Ζωπύρου τοῦ Ἡρακλεώτου (εἶναι λέγουσι) τήν τε Εἰς ᾅδου κατάβασιν, Προδίκου τοῦ Σαμίου. Ἐπιγένης δὲ ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως, Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν Εἰς ᾅδου κατάβασιν, καὶ τὸν Ἱερὸν λόγον· τὸν δὲ Πέπλον, καὶ τὰ Φυσικά, Βροντίνου. Id est: *Craterem vero Orphei, Zopyri Heracleotæ esse ajunt; & Descensum ad Inferos, Prodici Samii. Epigenes vero in libro de Orphei poësi, Descensum ad Inferos, & Sacrum sermonem Cercopis Pythagorei esse tradit: Peplum vero & Physica, Brontini.*

2 Τελετάς] Aristoph. *Ranis*, pag. 260.
Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι.
Nam Orpheus quidem sacrorum ritus nos docuit, & cædibus abstinere.

3 Περὶ λίθων γλυφῆς] Λιθικῶν Orphei meminit Tzetzes Chil. IV. cap. CXL. & Chil. XII. v. 183. Fragmenta ex iisdem adducit, Chil. II. cap. LIV. & Chil. XII. cap. CDXXXI.

4 Βροτίνου] Scribendum est, Βροντίνου; ut paulo post recte legitur.

5 Ὀνομαστικόν] Sic rectius MS. A. quam MSS. B. & C. itemque priores Editt. quæ habent, Ὀνομαστικά.

6 Ἀστρονομίαν] Vide Tzetzem Chil. XII. v. 247. Cæterum, præter opera Orphei a Suida hic memorata, Tzetzes Chil. IV. v. 172. etiam Γεωργίας ejus meminit, & fragmentum inde producit. Præterea, Θεογονία ejus laudatur a Clem. Alex. *Strom.* l. VI. p. 253. Cedreno, p. 57. & Joanne Malela, p. 88. Sunt & alia opera, quæ Orpheo olim tribuebantur; quorum nomina nunc consulto prætermitto.

7 Ὕμνους] Vide Pausan. in *Bœoticis*, pag. 588.

8 Περὶ Θεογνωσίας] Scripserim potius, περὶ Θεογονίας, auctoritate Cedreni, & Joannis Malelæ, qui, ubi de Orpheo agunt, eum Θεογονίαν scripsisse referunt, & ex opere illo eadem adducunt, quæ hic apud Suidam sequuntur.

9 Εἶπε γὰρ, ὅτι ἐξ ἀρχ.] Cum toto hoc loco conferendus est Cedrenus, pag. 57. & Joannes Malelas, pag. 89. 90. qui eadem totidem pene verbis referunt.

10 Φοβερά] Cedrenus, & Joannes Malelas, ζοφερά: quod magis placet.

περτα-

πέρταλον εἶναι, καὶ προγενέστερον, καὶ δημιουργὸν ἁπάντων, τόνγε ὑπέρταλον αἰθέρα· καὶ τὴν γῆν εἶπεν ἀόρατον. ἔφησε δὲ, ὅτι Φῶς ῥῆξαν τὸν αἰθέρα, ἐφώτισε τὴν γῆν, καὶ πᾶσαν κτίσιν· ἐκεῖνο εἰπὼν τὸ Φῶς, τὸ ὑπέρτατον πάντων, τὸ ἀπρόσιτον, τὸ πάντα περιέχον· [1] ὅπερ ὠνόμασε Βουλὴν, Φῶς, Ζωήν. ταῦτα τὰ τρία ὀνόματα μίαν δύναμιν ἀπεφήνατο, καὶ ἓν κράτος τοῦ δημιουργοῦ πάντων Θεοῦ, τοῦ πάντα ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγόντος εἰς τὸ εἶναι, ὁρατά τε καὶ ἀόρατα. περὶ δὲ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων εἶπεν, ὅτι καὶ αὐτὸ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ πάντων Θεοῦ ἐπλάσθη, καὶ ψυχὴν ἔλαβε λογικὴν, ἀκολουθήσας τοῖς Μωσέως· καὶ ταλαίπωρον εἰρηκὼς τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, καὶ πολλοῖς ὑποκείμενον πάθεσι, ψυχικοῖς τε καὶ σωματικοῖς· δεκτικόν τε ἀγαθῶν καὶ πονηρῶν ἔργων, καὶ τὰ πρὸς τὸ ζῆν ἀθλίως διακείμενον.

Ὀρφεία λύρα. τοῦ Ὀρφέως.

Ὀρφναίαν. σκοτεινήν.

Ὀρφνή. ὀξυτόνως. σκοτία νὺξ, καὶ μέλαινα.

Ὀρφώς. [2] ὁ ἰχθύς. οἱ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ.

Ὀρχάδες. [3] νῆσοι περὶ τὸν Ὠκεανόν.

Ὄρχαμος. ἡγεμών.

Ὀρχάτοις, [4] καὶ ὄρχοις. στίχοις ἀμπέλων, ἢ ἑτέρων φυτῶν. παρὰ τὸ ἔρχεσθαι δι' αὐτῶν τὰς τάξεις τῶν φυτῶν.

Ὄρχεις. πληθυντικόν. καὶ ὀρχείδιον, ὑποκοριστικόν.

Ὀρχηδόνως. [5] ἡβηδόν. Ἡρόδοτος.

Ὄρχησις. [6] Δύο ὀρχήσεις οἶδεν Ὅμηρος, τὴν τῶν κυβιστητήρων καὶ τὴν διὰ τῆς σφαίρας. τὴν δὲ [7] σφαιριστικὴν ἔπαιξεν Ἀριστόνικος ὁ Καρύστιος, Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως σφαιριστής.

Ὄρχησις παντόμιμος. ταύτην [8] ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφεῦρε, Πυλάδου καὶ [9] Βαχυλίδου πρῶτον αὐτὴν μετελθόντων. καὶ [10] Ἀναγαλλὶς ἡ Κερκυραία, γραμματικὴ, τὴν τῆς σφαίρας εὕρεσιν Ναυσικάᾳ τῇ Ἀλκινόου θυγατρὶ ἀνατίθησιν.

Ὀρχήστρα. ἡ παλαίστρα. καὶ ὀρχήστριον. καὶ ὀρχηστρίς.

Ὀρχιπέδων. Σὺ μὲν οὐχ ἑλκύσεις τῶν ὀρχιπέδων, οὐδ' ἐγὼ τῶν τριχῶν.

Ὀρχομενός. ὄνομα πόλεως. καὶ ναὸς τῶν εἰδώλων.

comprehendi non posse, & omnium esse summum, & antiquissimum, & omnium rerum opificem. Terram etiam dixit invisibilem esse. Dixit etiam, Lumen Æthere rupto Terram illustrasse, & omnes res conditas. Illud scilicet Lumen, quod dixerat esse supremum omnium, & inaccessum; omniaque continere: quod vocavit Consilium, Lucem, Vitam. His tribus nominibus unam facultatem significari dixit, & unam potentiam omnium rerum opificis Dei; qui ex eo, quod non erat, omnia creavit, & visibilia, & invisibilia. De genere humano autem dixit, ipsum itidem ab omnium rerum opifice Deo formatum fuisse, & animam accepisse ratione præditam, secutus Mosis scripta. Dixit etiam, genus humanum esse miserum, & multis animi corporisque calamitatibus obnoxium, & bonorum malorumque operum capax, & miseram vitam vivens. *Port.*

Ὀρφεία λύρα. Orphei lyra.

Ὀρφναίαν. Obscuram. Tenebrosam.

Ὀρφνή. Cum acuto in ultima. Obscura. Nigra. Epithetum noctis.

Ὀρφώς. Piscis orphus. Quidam vero per ο parvum [scribunt, ὀρφός.]

Ὀρχάδες. Orchades. Insulæ in Oceano.

Ὄρχαμος. Dux. Princeps.

Ὀρχάτοις, & ὄρχοις. Vitium, aut aliarum plantarum ordinibus. [Sic dictis] ab ἔρχεσθαι: quod scilicet per eos ire soleamus.

Ὄρχεις. Pluralis. Testes. Et ὀρχείδιον, diminutivum, testiculus.

Ὀρχηδόνως. Viritim. Herodotus.

Ὄρχησις. Tripudium. Saltatio. Duas saltationes novit Homerus; unam eorum, qui in caput saltant: alteram, quæ fit cum pila. Pila vero lusit Aristonicus Carystius, Alexandri Regis sphæristes.

Ὄρχησις παντόμιμος. Saltatio pantomimica. Hanc temporibus Cæsaris Augusti primum inventam exercuerunt Pylades & Bacchylides. † Anagallis, Corcyræa, Grammatica, pilæ inventionem Nausicaæ Alcinoi filiæ attribuit.

Ὀρχήστρα. Orchestra. [Locus in scena sic dictus.] Et ὀρχήστριον, idem. Et ὀρχηστρὶς, saltatrix.

Ὀρχιπέδων. Testium. Testiculorum. *Nec tu me trahes, prehensis testiculis; nec ego te per capillos.*

Ὀρχομενός. Orchomenus. Nomen urbis. Item, templum Idolorum.

1 Ὅπερ ὠνόμασε Βουλὴν, Φῶς, Ζωήν] Joannes Malelas plenius, τὸ ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας, ἐξεῖπε μέγα τινα φῶτα τὰ Ἑρικεπαῖ· ὅπερ ἑρμηνεύεται τῇ κοινῇ γλώσσῃ, Βουλὴ, Φῶς, Ζωοδοτήρ. Locus est corruptissimus, quem celeberr. Richardus Bentlejus in Dissertatione ad Malelam, pag. 2. recte sic emendat: Οὗ ὄνομα ὁ αὐτὸς Ὀρφεὺς ἀκούσας ἐκ τῆς μαντείας ἐξεῖπε, Μῆτιν, Φάνητα, Ἠρικεπαῖον. &c. Hinc ergo Suidas suppleri poterit. Cæterum, pro ζωὴ, ut est apud Suidam, non solum Joannes Malelas, sed etiam Cedrenus habet ζωοδοτήρ.

2 Ὀρφώς. ὁ ἰχθύς] Piscis hujus meminit Aristophanes *Vespis*, pag. 463. ubi vide Scholiastam.

3 Ὀρχάδες] Sunt Insulæ, quas Latini *Orcades* vocant.

4 Ὀρχάτοις, καὶ ὄρχοις. στίχοις ἀμπ.] Eadem habet Enarrator Comici ad *Acharnens.* pag. 419.

5 Ὀρχηδόνως] Scribendum est, ὀρχηδόν. Vel, ὀρχηδὸν, ὡς ἡβηδόν: quæ Porti conjectura est.

6 Δύο ὀρχήσεις οἶδ.] Hæc sumpta sunt ex Athenæo, quem vide *Dipnosoph.* lib. 1. pag. 14. & 19.

7 Τὴν δὲ σφαιριστικὴν ἔπ.] Eadem leguntur infra v. Σφαῖρα.

8 Ταύτην ὁ Αὔγουστος Καῖσαρ ἐφ.] Male omnino. Non enim Augustus Cæsar, sed Pylades & Bathyllus tempore Augusti saltationem pantomimicam invenerunt, auctore Zosimo, ex quo hæc Suidas excerpsit. Verba ejus hæc sunt: Ἥ τε γὰρ παντόμιμος ὄρχησις ἐν ἐκείνοις εἰσήχθη τοῖς χρόνοις, (i. e. temporibus Augusti) οὔπω πρότερον οὖσα. Πυλάδου καὶ Βαθύλλου πρώτων αὐτὴν μετελθόντων. Hinc error Compilatoris patescit: quem & ante Nos recte castigavit Casaubonus ad Athen. lib. 1. cap. XVII.

9 Βαχυλίδου] Scribe, Βαθύλλου, ut habet Zosimus. Confer Salmasium ad Flav. Vopiscum, pag. 496. Edit. Paris.

10 Καὶ Ἀναγαλλὶς ἡ Κερκυρ.] Hæc ad articulum præcedentem referenda erant. Sumpta autem sunt ex Athenæi *Dipnosoph.* lib. 1. cap. XI. eademque leguntur supra v. Ἀναγαλλὶς, & infra v. Σφαῖρα.

Ὀρχ.

Ὅσα. τὸ μόριον τοῦτο ἀόριστον ὂν, ἄπειρον πλῆθος δηλοῖ ἀριθμοῦ.

[1] Ὅσα δὴ δέδηγμαι τὴν ἐμαυτοῦ καρδίαν.

Ὅσα. Hæc particula eſt indefinita, infinitamque numeri multitudinem ſignificat. *Quam multa ſunt, quæ cor meum mordent?*

Ὄσσα. θεία φήμη. ψιλοῦται. ἐπὶ πάσης φωνῆς.

Ὄσσα. Vox divina. Omen. Notatur ſpiritu tenui. Dicitur etiam de quavis voce.

Ὅσα ἰδεῖν. Ἰνδάλματα εἰκασμένα κυσὶν, ἔκ τινος θείας ὁρμῆς τοῦτον ἐπιπηδήσαντα, οἰκτρῶς, ὅσα ἰδεῖν, διέξυον. ἀντὶ τοῦ ὅλον.

Ὅσα ἰδεῖν. Quantum videre licet. *Simulacra canibus ſimilia, impetu quodam divino in hunc inſilientia, miſere totum lacerarunt.*

Ὅσα μὲν τῷ δοκεῖν κακοπαθοῦσαι· τὸ δ' ἀληθὲς, κακῶν ἀπαλλαγεῖσαι. ἀντὶ τοῦ, τῷ μὲν δοκεῖν κακῶς παθοῦσαι, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὅσα μὲν τῷ δοκ. *Videbantur quidem malis affligi; re ipſa vero malorum expertes erant.*

Ὅσα μὴ ἀπῆν τόγε ἀτρεμεῖν. ἔστι καὶ ἐφ' ὅσον χρόνον οὐκ ἀπῆν αὐτοῦ τὸ ἀτρεμεῖν.

Ὅσα μὴ ἀπ. Quamdiu non aberat quies.

Ὅσα μῦς[2] ἐν πίσσῃ. εἴρηται ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν μετὰ πολλοῦ πόνου νενικηκότων. οὐκ ἀπὸ τοῦ ζώου δέ, ἀλλὰ Μῦς ἐγένετο Ταραντῖνος ἀθλητής. οὗτος ἐν Πίσσῃ ἀγωνιζόμενος, καὶ πρὸς πολλοὺς ἔχων ἀγωνιστὰς, πολλὰς λαβὼν πληγὰς, μόλις ἐνίκησεν. οὗτος ὁ Μῦς πύκτης ὢν ἐπὶ ταῖς ρ' ὀλυμπιάσι μίαν ἐνίκησε.

Ὅσα μῦς ἐν πίσσῃ. *Tanquam mus in pice.* Vel, *Quantum Mus apud Piſam* [*pertulit.*] Proverbium hoc dicitur de illis, qui magno cum labore vincunt. Non autem ductum eſt a mure animali; ſed a Mure Tarentino pugile. Is enim Piſæ certans, cum multos haberet adverſarios, pluribus acceptis plagis, ægre vicit. Hic Mus, qui pugil erat, Olympiade centeſima ſemel vicit.

Ὄσσε. ὄμματα. ὀφθαλμοί.

Ὄσσε. Oculi. [Dualis, ab ὄσσος, εος.]

Ὁσημέραι. διαπαντός. καθημέραν. ἀντὶ τοῦ, ὅσαι ἡμέραι. Ἀττικώτερον δὲ τὸ ὁσημέραι.

Ὁσημέραι. Quotidie. Idem quod ὅσαι ἡμέραι. Sed magis Atticum eſt ὁσημέραι.

Ὁσία. ἡ ἐπὶ θανάτῳ τιμή. ἡ ἡμέρα.

Ὁσία. Juſta funebria. Honores, qui mortuis exhibentur.

Ὁσίαν. κηδείαν. τὴν ἐπὶ νεκροῖς τιμήν. Ἔθαψαν δὲ αὐτοὺς, μὴ ἀτιμάσαντες νεκρῶν ὁσίαν. καὶ αὖθις· Καὶ τὸν νεκρὸν ἔθαψαν, καὶ πάντα ἐπέπραχτο σὺν τῇ ὁσίᾳ. Ὅσια δὲ, [3] τὰ ἱερὰ χρήματα.

Ὁσίαν. Funus. Juſta funerum. Honores, qui mortuis tribuuntur. Exequias. *Ipſos ſepelierunt, juribus, quæ defunctis debentur, minime neglectis.* Et iterum: *Et mortuum ſepeliverunt, omniaque, quæ defunctis debentur, rite peregerunt.* Ὅσια vero, [in Plurali Neutro,] profana, nec ſacra.

Ὁσίη. Οὐ [4] πολλὴ δ' ἡ χάρις, ἀλλ' ὁσίη. ἀντὶ τοῦ, καθαρά. ἐκ ψυχῆς ἀνατεθεῖσα. ἐν Ἐπιγράμμασι.

Ὁσίη. Sancta. *Parvum quidem eſt munus, ſed animo ſincero & puro oblatum.* In Epigrammate.

Ὁ [5] Σικελικὸς τὴν θάλασσαν. Σικελικὸς, φασὶν, ἔμπορος σῦκα ἄγων, ἐναυάγησεν. εἶτα ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ὁρῶν τὴν θάλασσαν γαληνιῶσαν, ἔφη· Οἶδ' ὃ θέλεις· σῦκα θέλεις.

Ὁ Σικ. τ. θ. Siculus mare. Siculus mercator, ut ajunt, ficus vehens, naufragium fecit. Deinde ſedens in ſcopulo, & mare tranquillum cernens, dixit: *Scio quid velis: ficus vis.*

Ὅσιον. [6] Ὑπερείδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα φησί· Καὶ τὰ χρήματα, τά τε ἱερὰ, καὶ τὰ ὅσια. καὶ Ἰσοκράτης· Τοῖς ἱεροῖς, καὶ τοῖς ὁσίοις. τὰ δημόσια ὅσια λέγοντες. καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους σαφῶς διδάσκει τοῦτο. Δίδυμος δέ φησι, διχῶς λέγεσθαι τὸ ὅσιον, τό, τε ἱερὸν, καὶ τὸ ἰδιωτικόν.

Ὅσιον. Sanctum. Profanum. Hyperides in oratione contra Ariſtogitonem. *Et pecunia tam ſacra, quam publica.* Et Iſocrates: *Sacris & publicis.* Ὅσια enim vocant publica. Et Demoſthenes in oratione contra Timocratem hoc aperte docet. Didymus vero dicit, τὸ ὅσιον duo ſignificare, & ſacrum, & privatum, [ſive profanum.]

Ὅσιον χωρίον. τὸ βέβηλον, καὶ μὴ ἱερὸν, εἰς ὃ ἔξεστιν εἰσιέναι. [7] Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ·

Ὦ ποτνία Εἰλείθυια. ἐπίσχες τοῦ τόκου,
Ἕως ἂν εἰς ὅσιον ἀπέλθω χωρίον.

Καὶ, ὅσια χρήματα, τὰ μὴ ἱερά. [8] λέγεται δὲ καὶ τὸ

Ὅσιον χωρίον. Locus profanus, & non ſacer: in quem cuivis ingredi licet. Ariſtophanes *Lyſiſtrata: O veneranda Lucina, inhibe partum, donec in profanum locum venero.* Et, ὅσια χρήματα, pecunia profana. Ὅσιον autem dicitur etiam, juſtum. Damaſcius: *Nefas eſt,*

1 Ὅσα δὴ δέδ.] Senarius hic legitur apud Ariſtoph. initio *Acharnenſium.*

2 Ὅσα μῦς ἐν πίσσ.] Si vera eſt ſententia Suidæ, proverbium hoc ortum eſſe a Mure quodam, pugile Tarentino, qui Piſæ certaverat; pro πίσσῃ ſcribendum erit, Πίσῃ, per ſimplex σ.

3 Τὰ ἱερὰ χρήματα] Potius addita negatione ſcribendum eſt, τὰ μὴ ἱερὰ χρήματα: ut Portus etiam monuit. Vide paulo poſt v. Ὅσιον.

4 Οὐ πολλὴ δ' ἡ χάρις, ἀλλ' ὁσίη] Fragmentum hoc decerptum eſt ex Epigrammate Antiphili, quod ex Anthologia MS. integrum cum Lectore communicavimus ſupra v. Ἦθος.

5 Ὁ Σικελικὸς τὴν θάλ.] Ex Zenobio; quem vide Centur. v. Adag. 11. Apud eum autem pro Σικελικὸς legitur Σικελός: quod magis placet.

6 Ὅσιον. Ὑπερείδ.] Ex Harpocratione.

7 Ἀριστοφ. Λυσιστ.] Pag. 883. (558. Ed. Baſ. P.) ſed ubi pro ποθεινὴ Εἰλείθυια rectius legitur, πότνι' Εἰλείθυια. Et deinde,

Ἕως ἂν εἰς ὅσιον μόλω 'γὼ χωρίον.

8 Λέγεται δὲ καὶ τὸ δικαιόσιον] Portus legit, λέγ. δὲ καὶ τὸ δημόσιον. At Photius in Lex. MS. habet, λέγεται καὶ τὸ δίκαιον, ὅσιον: quod magis placet.

διονύσιον. καὶ Δαμάσκιος. [1] Ὄσιρις, Διόνυσος. Οὐχ ὅσιόν ἐστι τὰ μεγάλα σοφὸν γενέσθαι, τὸν τὰ μικρὰ μὴ δυνάμενον. † Ἐπεὶ δ' ὅσιον ἦν ἐπιζητῆσαι τὸν ἀφανῆ γενόμενον ἀδελφὸν, τὴν ἐπὶ Καρίας ἐστράτευσε.

Ὁσιότης. ἡ περὶ Θεὸν καθοσίωσις. καὶ ἐκεῖνος ὅσιος, ὁ ἑαυτὸν διὰ πίστεως καὶ ἔργων ἀγαθῶν καθοσιώσας, καὶ τῷ Θεῷ ἀφιερώσας. ὅθεν περὶ τοῦ τὸν Θεὸν καταλιμπάνοντος, καὶ ἀρνουμένου τὰς πρὸς Θεὸν συνθήκας, ἔλεγεν ὁ Μωσῆς· Μὴ εἴπῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, Ὅσιά μου γένοιτο ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ Κυρίου. καθάπερ οὖν ὁ τοῦ Θεοῦ ἀποστάτης, καὶ κακοῦργος, ἀνόσιος λέγεται· οὕτως ὁ τῷ Θεῷ διὰ πίστεως καὶ ἀγαθοεργίας οἰκειωθεὶς, ὅσιος καὶ δίκαιος ὀνομάζεσθαι εἰκότως.

Ὁσιωθῆναι ἡμέρας λέγουσιν ἐπὶ θανάτῳ τινός· οἷον, μὴ ἱερὰς, ἀλλὰ ὁσίας νομισθῆναι.

Ὁσίων. Ὅτι ἔφη τις τῶν ὁσίων· Ἄλλους μὲν γὰρ οὐ πάντες ἀπαιτούμεθα σῶσαι· ἑαυτοὺς δὲ πάντες πάντως. καὶ ἄλλος· Σώζων σῶζε τὴν σαυτοῦ ψυχήν.

Ὅσιοι. οἱ εὐσεβείᾳ συντεθραμμένοι, κἂν μὴ ἱερεῖς ὦσιν.

Ὄσιρις. τοῦτον οἱ μὲν [2] λέγουσιν εἶναι τὸν Διόνυσον· οἱ δὲ, ἄλλον· ὃν ὑπὸ Τυφῶνος δαίμονος σπαραχθῆναι, καὶ μέγα πένθος γενέσθαι τοῖς Αἰγυπτίοις· καὶ τοῦ σπαραγμοῦ μνήμην ποιεῖσθαι ἐπὶ πάντα τὸν χρόνον.

Ὁ [3] Σκύθης τὸν ἵππον. ἐπὶ τῶν κρύφα τινὸς ἐφιεμένων, φανερῶς δὲ ἀπωθουμένων καὶ διαπτυόντων.

Ὀσμή. ἡ εὐωδία.

Ὀσμὴ [4] δ' ἀνιόμασος ἐς βάθος κύκλου
Χωρεῖ, καλὸν θέαμα· θυμιαμάτων
Δ' αὖραι διαπνέουσι πλεκτάνην καπνοῦ.
Ζήτει ἐν τῷ Ἀόρατος.

[5] Δυσωδίαν νόμιζε τὴν ἀηδίαν.

Ὀσσόμενος. ἀνειδωλοποιούμενος. προσδοκῶν. ἢ, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπιβλέπων.

Ὅσσον βασιλεύτερός εἰμι. [6] Ὅμηρος. τὸ ὅσον ἐνταῦθα οὐκ ἔστιν ἐμφαντικὸν πλῆθος, ἀλλὰ ἀντὶ τοῦ, καθ' ὅσον εἰμὶ βασιλικώτερος.

Ὅσον βιώσιμον. ἴσον ζῆσαι.

Ὅσον οὐκ ἀποτετέλεσται. ἀντὶ τοῦ σχεδόν.

Ὅσον οὐκ ἤδη πονηρῶς τε καὶ ἀθλίως ἀπολουμένων. καὶ αὖθις· Ἐκεῖνον γὰρ ὅσον οὐ βασιλεύειν τῆς Ἀσίας.

Ὅσον οὔπω. ταχύ. μετ' ὀλίγον. ἢ ἀντὶ τοῦ, ἤδη. Ὁ δὲ ἅμα ἐνθυμούμενος τὴν ὅσον οὔπω ἀπειλὰν τῆς ἀ-

in magnis rebus esse sapientem, qui in parvis non potest. † *Quoniam autem pium erat, fratrem amissum quærere, in Cariam iter instituit.*

Ὁσιότης. Sanctitas erga Deum. Et ille Sanctus est, qui se ipsum per fidem & opera bona sanctificavit & Deo consecravit. Unde Moses de illo, qui Deum deserit, & pactum cum Deo initum abnegat, dicit: *Ne dixeris in corde tuo: Fas mihi sit, a Domino deficere.* Quemadmodum igitur ille, qui a Deo deficit, & malus est, dicitur ἀνόσιος, i. e. impius: sic etiam ille, qui per fidem & beneficentiam Deo conciliatur, sanctus & justus merito nominatur.

Ὁσιωθῆναι. Dies, qui ob alicujus mortem non existimantur sacri, sed profani, vel atri, ὁσιωθῆναι dicuntur.

Ὁσίων. *Quidam ex sanctis dixit: Non exigitur a nobis omnibus, ut alios servemus; sed omnino, ut nosmet ipsos servemus. Et alius [inquit:] Tuam ipsius animam serva.*

Ὅσιοι. [Sic etiam dicuntur illi,] qui pie sunt educati, quamvis non sint sacerdotes.

Ὄσιρις. Osiris. Hunc alii dicunt esse Bacchum: alii vero alium: qui a Typhone Dæmone dilaceratus magnum Ægyptiis luctum attulit: ejusque dilacerationis memoriam perpetuo celebrant.

Ὁ Σκύθης τὸν ἵππ. *Scytha equum.* Dicitur in eos, qui clam aliquid appetunt; palam vero aspernantur & respuunt.

Ὀσμή. Odor. [Aristophanes:] *Odor autem ingens in profunditatem orbis [cœlestis] adscendit, pulchrum spectaculum: suffituum vero auræ longam nubem fumi excitant.* Quære in v. Ἀόρατος. † *Fœtorem puta [significare] molestiam.*

Ὀσσόμενος. Aliquid imaginans. Expectans. Vel, oculis intuens.

Ὅσσον βασιλεύτερος εἰμί. Quanto præstantior rex sim. Homerus. Τὸ ὅσον hic non significat multitudinem: sed sensus est, *Quanto dignitate regia præstem.*

Ὅσον βιώσιμον. Quatenus vitale est.

Ὅσον οὐκ ἀπ. Tantum non perfectum est. Id est, propemodum.

Ὅσον οὐκ ἤδη πον. *Jam jam male & misere perituris.* Et iterum: *Illum enim fere totius Asiæ regnum tenere.*

Ὅσον οὔπω. Tantum non. Fere. Mox. Vel, jam. *Ille vero simul reputans mox consecutu-*

1 Ὄσιρις, Διόνυσος] Hæ duæ voces ex hoc loco tollendæ sunt, (nihil enim faciunt ad τὸ ὅσιον) & referendæ ad vocem Ὄσιρις, quæ paulo post sequitur.

2 Αἰγύπτιοι εἶναι τὸν Διόνυσον] Huc spectat Epigramma Ausonii xxix. in Bacchum:

Αἰγύπτιοι μὲν Ὄσιριν ἐγώ, &c.

3 Ὁ Σκύθης τὸν ἵππ.] Vide infra v. Σκύθης. Cæterum, in prioribus Editt. inter hunc articulum & præcedentem hæc inserta sunt: Ὀσπελάζουσιν. ὁ τόπος οὗτος ἐν τῷ ἀντιγράφῳ ἐσφαλμένος, περιγραφὴ δὲ ὅμως εἰς τὸ μακρότερον. γράφει γὰρ ἐν τῷ πλάτει· Ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ὑπερορίους ἀπῴκισε τὴν ἀπόρρητον φήμην, ἔς τι Ἀλεξάνδρειον τὴν ὀργιάζουσαν. καὶ τὰ ἑξῆς πολλαχῇ τὴν μακρότερον. Sed cum locus hic nihil aliud contineat, quam admonitionem librarii, dicentis, se loci hujus, quem in exemplari suo corruptum invenisset, finem tantum hic descripsisse: & præterea hic ipse locus multo auctior legatur supra v. Ἀσκληπιόδοτος; eum ut supervacaneum hic præterire non dubitavi: præsertim cum nec antiquissimus MS. Paris. A. eum agnoscat.

4 Ὀσμὴ δ' ἀνιόμασος] Hæc sunt verba Aristophanis in *Avibus*, sub finem; sed ubi legitur ἀνιόμασος, per ω: uti etiam hic apud Suidam metri gratia scribendum est. Deinde in versu ultimo pro διαπνέουσι reponendum est διαψαίρουσι, ut itidem Aristophanes habet. Τὸ διαπνέουσι enim ex Scholiis sumptum est, utpote interpretatio τοῦ διαψαίρουσι: ut non solum patet ex vetere Enarratore ad locum illum Comici, sed etiam ex ipso Suida supra v. Διαψαίρουσι.

5 Δυσωδίαν νόμ.] Est versus ad somniorum interpretationem pertinens, qui legitur etiam supra v. Δυσωδία, ubi suus ei locus est.

6 Ὅμηρος] Il. I. v.160.

γαγκαίαν,

ναγκαίων, λύει τὴν πολιορκίαν. καὶ αὖθις· Πεσεῖσθαι γὰρ ὅσον οὔπω τὴν οἰκίαν. καὶ αὖθις· Ὅσον οὔπω προσεδόκα παρεσομένους τοὺς βαρβάρους.

Ὅσῳ, καὶ ὀπίσω.

Ὅσῳ [1] πλέον ἥμισυ παντός. τουτέστι, τὸ ὀλίγον μετὰ δικαιοσύνης τοῦ πολλοῦ μετὰ ἀδικίας πλεῖστα ἔχει τὴν ὄνησιν. Ἡσίοδός φησιν.

Ὀσπίτιον. τὸ οἴκημα.

Ὄσπριον. εἶδος σπέρματος. λέγεται δὲ καὶ χέδροψ τὸ ὄσπριον, παρὰ Θουκυδίδῃ.

Ὀσροήνη. ὄνομα πόλεως, ἢ τόπου. καὶ Ὀσρόης, ὄνομα κύριον.

Ὀστᾶ. [2] τροπικῶς, οἱ λογισμοί· ἐπειδὴ τὰ ὀστᾶ στερεωτέραν ἔχουσι φύσιν, καὶ αὐτὰ φέρει τὸ ζῷον. λέγεται καὶ ὀστέον, ὀστοῦν.

Ὀστᾶ γιγάντων. ζήτει ἐν τῷ Μηνᾶς. ζήτει ὀστᾶ Ἱερεμίου τοῦ Προφήτου ἐν τῷ Ἀργόλαι.

Ὀστᾶναι. [3] οὕτω πρῶτοι παρὰ Πέρσαις Μάγοι ἐλέγοντο· κατὰ διαδοχὴν Ὀστᾶναι. ζήτει ἐν τῷ Ἀστρονομία.

Ὀστιάριος. [4] εἶδος ἀξιώματος. οἶμαι δὲ διὰ τοῦ ω μέγα, [5] ὠστιάριος παρὰ τὸ ὠθεῖν.

Ὀστία· παρὰ Ῥωμαίοις, ἡ θύρα. καὶ ἐξ αὐτοῦ, ὀστιάριος, διὰ τοῦ ο μικροῦ.

Ὀστίνοις. [6] τοῖς αὐλοῖς. ἐπεὶ τὸ παλαιὸν [7] ἀπὸ τῶν ἐλαφείων ὀστῶν κατεσκεύαζον τοὺς αὐλούς. Ἀριστοφάνης·

Τοῖς ὀστίνοις φυσᾶτε τὸν πρωκτὸν κυνός.

Ὄστλιγγες. αἱ λαμπηδόνες.

Ὀστολογεῖν. ἐξετάζειν. ἐξερευνᾶν.

Ὀστρακισμός. [8] οἱ κακονούστατοι [9] τῷ δήμῳ ἐξωστρακίζοντο, καὶ κατεδικάζοντο. ἐν ὀστράκοις γὰρ ἐγράφετο τὸ ὄνομα τοῦ φευγομένου.

Ὀστρακισμὸς [10] φυγῆς διαφέρει. ὅτι τῶν μὲν φυγῆς ἁλόντων αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο. τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. καὶ τοῖς μὲν χρόνος ἐνδείκνυται, καὶ τόπος. οἱ δὲ φεύγοντες οὐδέτερον τούτων ἔχουσιν. † Ὁ Κίμων τῇ ἀδελφῇ Ἐλπινίκῃ συγκοιμηθεὶς, καὶ διαβληθεὶς πρὸς τοὺς πολίτας, ἐξωστρακίσθη.

Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες. οἷον ὄστρεα, πορφύραι, κήρυκες, στρόμβοι, ἐχῖνοι· ἃ οὔτε θήλεα, οὔτε ἄρρενα εἰσίν.

ram commeatuum penuriam, obsidionem solvit. Et iterum: *Domum enim mox ruituram esse.* Et iterum: *Mox mox Barbaros adventuros esse expectabat.*

Ὅσῳ, & ὀπίσω. Quanto.

Ὅσῳ πλέον ἥμ. *Quanto plus sit dimidium toto.* Hoc est, exigua bona juste parta plus prosunt, quam ingentes opes injuste partæ. Hesiodus inquit.

Ὀσπίτιον. Hospitium. Diversorium.

Ὄσπριον. Legumen. Seminis genus. Apud Thucydidem autem legumen dicitur & χέδροψ.

Ὀσροήνη. Osroene. Nomen urbis, aut loci. Et Osroes. Nomen proprium.

Ὀστᾶ. Ossa. Tropice [sic dicuntur] cogitationes. Nam ossa solidiorem habent naturam, & animal sustinent. Dicitur & ὀστέον, & [contracte,] ὀστοῦν.

Ὀστᾶ γιγάντων. Ossa Gigantum. Quære in voce Μηνᾶς. De ossibus Hieremiæ Prophetæ vide in v. Ἀργόλαι.

Ὀστᾶναι. Ostanæ. Sic olim apud Persas Magi vocabantur, qui Zoroastri successerunt. Quære in v. Ἀστρονομία.

Ὀστιάριος. Ostiarius. Dignitatis genus. Puto autem per ω magnum scribendum esse, ὠστιάριος: ab ὠθεῖν, pellere, trudere.

Ὀστία. Apud Romanos sic dicitur ostium, vel janua. Et inde deducitur, ὀστιάριος, ostiarius: per ο parvum.

Ὀστίνοις. [Osseis.] Epithetum tibiarum. Olim enim ex cervinis ossibus tibias conficiebant. Aristophanes: *Osseis tibiis inflate podicem canis.*

Ὄστλιγγες. Scintillæ. Flammæ.

Ὀστολογεῖν. [Proprie, ossa legere. At tropice,] examinare, scrutari.

Ὀστρακισμός. Ostracismus. Qui malevolentia & invidia erga Populum maxime flagrabant, per ostracismum relegabantur, & condemnabantur. Illius enim, qui relegandus erat, nomen inscribebatur testulis, quas Græci ὄστρακα vocant.

Ὀστρακισμὸς φυγ. Ostracismus differt ab exilio. Illorum enim, qui exilio mulctabantur, bona publicabantur. Illis vero, qui per ostracismum relegabantur, Populus non adimebat bona. Et his quidem tempus locusque præscribitur. Exules vero neutrum horum habent. † Cimon cum sorore Elpinice concubuit: quo nomine cum apud cives accusaretur, ab iis per ostracismum relegatus est.

Ὀστρακόδερμοι ἰχθύες. Pisces, qui testa tecti sunt: ut ostrea, purpuræ, buccina, strombi, echini: quæ neque fœminæ sunt, neque mares.

1 Ὅσῳ πλέον ἥμ.] Confer Nostrum supra v. Ἥμισυ.

2 Ὀστᾶ. τροπικῶς, οἱ λογ.] Ex Theodoreto in Psalmos.

3 Ὀστᾶναι. οὕτω πρῶτοι παρὰ Πέρσ.] Nota hæc prorsus est mutila, & vix sensum aliquem habet, quam Compilator excerpsit ex Laertii *Proœmio*, ubi sic legitur: Ξάνθος δὲ ὁ Λυδὸς φησι, μετ' αὐτὸν (Ζωροάστρην) γεγονέναι πολλούς τινας Μάγους κατὰ διαδοχὴν, Ὀστάνας, καὶ Ἀστραψύχους, καὶ Γωβρύας, καὶ Παζάτας. Hinc clara lux Suidæ affulget.

4 Ὀστιάριος] Confer Nostrum infra v. Ὠσία, & Suicerum in *Thes. Eccles.* v. Ὀστιάριος.

5 Ὠστιάριος παρὰ τὸ ὠθεῖν] Inepte vocis hujus etymologia ex Græca lingua arcessitur.

6 Ὀστίνοις. τοῖς αὐλ.] Ex Scholiasta Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 413. (295. Ed. Bas. *P.*)

7 Ἀπὸ τῶν ἐλαφείων ὀστῶν] Confer Hesych. v. Κάλαμος.

8 Ὀστρακισμός. οἱ κακονούστατοι τ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Equit.* pag. 340. (238. Ed. Bas. *P.*)

9 Κακονούστατοι] Sic recte habent MSS. Paris. itemque Scholiastes Aristophanis. At priores Editt. male, κακοτεχνέστατοι.

10 Ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφ.] Et hæc leguntur apud Enarratorem Comici, loco laudato.

Ὀστράκου [1] περιστροφή. παροιμία, ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. Εὐνάπιος· Ὥσπερ ὀστράκου μεταπεσόντος ἐπὶ τὸ βέλτιον ἐχώρησε Ῥωμαίοις.

Ὀστράκου περιστροφή. Testæ conversio. Proverbium, quod dicitur de illis, qui celeriter aliquid faciunt. Eunapius: *Citius testa, ut ajunt, conversa, res in melius Romanis cessit.*

Ὄστρεα. [2] Τραϊανῷ ἐν Πάρθοις ὄντι, καὶ τῆς θαλάσσης ἀπέχοντι ἡμερῶν πολλῶν ὁδὸν, Ἀπίκιος ὁ ὀψοφάγος ὄστρεα νεαρὰ διεπέμψατο, ὑπὸ σοφίας τεθησαυρισμένα.

Ὄστρεα. Ostrea. *Trajano apud Parthos agenti, & multorum dierum itinere distanti a mari, Apicius helluo ostrea transmisit, quæ arte servaverat.*

Ὀσφραντικὸν [3] αἰσθητήριόν ἐστιν, ἡ κατὰ τὰ ἐμπρόσθια τοῦ ἐγκεφάλου μαστοειδὴς ἀπόφυσις, μετὰ τὰ [4] ὁμοιοειδῆ ὀστέα ὡς ἐπὶ τὸ ἔνδον. γίνεται δὲ ἡ ἀντίληψις τῶν ὀσμῶν διὰ τῆς διόσμου τοῦ ἀέρος δυνάμεως. καὶ γὰρ δίοσμος ἐστὶν ἡ διαπορθμευτικὴ δύναμις τῶν ὀσφραντῶν, παρὰ Θεοφράστῳ. Οὐκ [5] ἔστι δὲ ἡ ῥὶς τὸ αἰσθητήριον, ἀλλ' ἡ μαστοειδὴς τοῦ ἐγκεφάλου ἀπόφυσις, [6] ἡ ἀπόθεσις. † Κατέκειτ' ὀσφραινόμενος. οἱ γὰρ ὑπὸ φόβου ἐκλυόμενοι, ὀσφρήσει τὸν πόνον παύουσιν. ὁ δὲ πόνος αὐτοῖς ἐκ καρδίας γίνεται.

Ὀσφραντικὸν αἰσθ. Odoratus instrumentum est pars anterior cerebri, mammæ instar protuberans, post ossa illa, quæ, quod cribri instar plura foramina habeant, a Græcis ἠθμοειδῆ appellantur. Fit autem odorum perceptio ope aëris, qui odores transmittendi facultatem habet. Etenim apud Theophrastum facultas odorum ad nares nostras transmittendorum δίοσμος dicitur. Nasus autem non est instrumentum odoratus, sed pars cerebri, [ut dictum est,] mammæ instar protuberans. † *Jacebat olfaciens. Qui enim metu deficiunt, odoratu dolorem levant. Dolor autem illis ex corde venit.*

Ὀσφύς. [7] τὰ πλησίως τοῦ γλουτοῦ. ἢ ἡ ῥάχις, ἢ ἡ ψόα. ὡς μὲν Ἀριστοτέλης, ἡ ἴση πρὸς τὰ ἄνω ἐκπεφυκυῖα, [8] ἰσοφῦς τις οὖσα. ὡς δὲ Ἀπολλόδωρος, οἱονεὶ ὀστοφυὴς οὖσα. ὀστώδης γάρ ἐστιν.

Ὀσφύς. Pars ea corporis, quæ est prope clunes. Vel, spina dorsi. Vel, lumbus. Ut Aristoteli placet, ὀσφὺς sic appellata est, quod ad superiores partes corporis æqualiter erigatur: quasi dicas, ἰσοφύς. Ut Apollodorus vero tradit, ὀσφὺς dicta est, quasi ὀστοφυὴς, quod sit ossea.

Ὄσχεος. ὁ περὶ τὰ αἰδοῖα τόπος.

Ὄσχεος. Scrotum. Locus circa pudenda.

Ὀσχοφόροι. [9] δύο ἦσαν τῶν γένει καὶ πλούτῳ προεχόντων. ἡ δὲ ὄσχη κλῆμά ἐστι, βότρυς ἐξηρτημένους ἔχον. ταύτην δ' ἔνιοι ὀρεσχάδα καλοῦσιν.

Ὀσχοφόροι. Oschophori. Duo erant Oschophori, selecti ex numero illorum, qui genere & opibus inter reliquos eminebant. Ὄσχη autem est palmes, ex quo uvæ dependent. Hunc nonnulli ὀρεσχάδα vocant.

Ὄττα, καὶ ὄσσα. Φήμη. μαντεία. θεία κληδών. καὶ ὀττεύεσθαι, τὸ μαντεύεσθαι. [10] Ὁ δὲ τὸ μέλλον ἐμφρόνως ὀττευσάμενος, εἰς ἔννοιαν ἦλθε τὴν φρουρὰν ἀπορρίψασθαι τὴν παρὰ Πτολεμαίου.

Ὄττα, & ὄσσα. Fama. Augurium. Omen. Et ὀττεύεσθαι, augurari, ominari, divinare. *Ille autem prudenter auguratus id, quod futurum erat, secum cogitare cœpit, quomodo præsidium Ptolemæi ex urbe ejiceret.*

Ὅτ' ἄν σε καιρὸς εἰσάγῃ. ὅταν καιρὸς καλῇ.

Ὅταν σε καιρ. Cum te occasio invitaverit.

Ὅταν σύ που ἄλλοσε [11] χάσκῃς. ἀντὶ τοῦ, περὶ ἄλλα τὴν διάνοιαν ἔχῃς.

Ὅταν σύ π. *Cum tu aliis rebus inhiaveris.* Vel, animum in alias res intentum habueris.

Ὀτέοισιν. οἷς τισιν.

Ὀτέοισιν. [Ionice, & Poetice, pro] οἷς τισιν. Quibus.

Ὀττευομένη, κληδονιζομένη. οἰωνιζομένη. μαντευομένη. [12] Ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς τῶν πρέσβεων ἐμφάσεως ὀττευόμενοι, εἰς παντοδαπὰς οἰμωγὰς καὶ θρήνους ἐνέπιπτον. ἤτοι, ὀρνεοσκοποῦντες.

Ὀττευομένη. Ominans. Augurans. Divinans. [Et ὀττευόμενοι, ominantes.] *Ex ipso legatorum vultu rei eventum ominantes, in omnigenos ejulatus & questus proruperunt.* Vel, [ὀττευόμενοι,] ex avium volatu præsagientes.

Ὀττευσάμενος. οἰωνισάμενος. μαντευσάμενος.

Ὀττευσάμενος. Auguratus. Ominatus.

Ὀττεία. ἡ μαντεία.

Ὀττεία. Augurium. Omen. Divinatio.

Ὅτι ή τι. ἀντὶ τοῦ, διατί. τὸ δὲ τι, περιττόν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. ζήτει τὴν διότι πρὸς τὸ ὅτι διαφορὰν ἐν τῷ Διότι.

Ὅτι ή τι. Pro διατί. Quare. Cur. Τὸ τι autem redundat. Aristophanes *Nubibus*. Differentiam inter ὅτι & διότι quære in v. Διότι.

1 Ὀστράκου περιστροφή.] Alites proverbium hoc explicat Diogenianus Centur. vi. Adag. xcv. quem vide. Confer etiam Eustath. ad Iliad. Σ. pag. 1161.

2 Τραϊανῷ ἐν Πάρθ.] Hæc sunt verba Athenæi lib. i. cap. vii. pag. 7. ut Pearsonius observaverat.

3 Ὀσφραντικὸν αἰσθητ.——— ὡς ἐπὶ τὸ ἔνδον] Hæc leguntur apud Philoponum in lib. ii. Aristot. de *Anima*, M. 4. a. Confer etiam Nostrum supra v. Δίοσμος.

4 Ὁμοιοειδῆ ὀστέα] Mendose. Scribendum enim est, ἠθμοειδῆ ὀστέα, ut habet Philoponus loco laudato. Vel potius, ἠθμοειδῆ, per η. Quænam autem ossa vocentur ἠθμοειδῆ, præter alios docet Stephanus in *Thesauro*: ad quem Lectorem remitto.

5 Οὐκ ἔστι δὲ ἡ ῥὶς τὸ αἰσθ.] Vide infra v. Ῥίς: ubi eadem leguntur.

6 Ἡ ἀπόθεσις] Est lectio diversa vocis præcedentis ἀπόφυσις. sed mendosa: ut monuimus etiam supra v. Δίοσμος.

7 Ὀσφύς. τὰ πλησ.] Confer Etymologum, qui eadem habet.

8 Ἰσοφύς] Rectius, ἰσόφυς, vel ἰσοφυής. Cæterum, etymologia hæc inepta est.

9 Ὀσχοφόροι. δύο ἦσ.] Ex Harpocratione.

10 Ὁ δὲ τὸ μέλλ.] Valesius fragmentum hoc ad Polybium refert.

11 Χάσκῃς] Hanc lectionem ex MStis Paris. revocavi. Ante enim male legebatur, χάσκεις.

12 Ἐξ αὐτῆς δὲ τῆς π.] Et hoc fragmentum Valesius Polybio tribuit.

Ὀτι

Ὅτι μ' εἰδέναι. ἀντὶ τοῦ, ὅσον ἐμὲ εἰδέναι. Οὔκουν πονηρά γ' ἐστὶν, ὅτι κἀμοὶ εἰδέναι.

Ὅτι νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ μ' ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισίν.

Ὅτι [1] ξένους τινὰς ἑαυτοῦ αἰχμαλώτους, σκάπτοντας ἐν τῷ Φιλίππου ἀμπελουργίῳ, καὶ δεδεμένους, παρὰ πότον ἐξῃτήσατο παρὰ Φιλίππου Σάτυρος, Αἰσχίνης μὲν ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας φησίν. ὁ δὲ Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου λέγει, ὅτι [2] τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἐξῃτήσατο· καὶ ἔοικε μᾶλλον ἀληθεύειν. καὶ γὰρ Ἀριστοτέλης ἔν τινι τῶν πρὸς Φίλιππον ἐπιστολῶν λέγει· Σατύρῳ τῷ ὑποκριτῇ τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ἀφῆκεν. † Ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν [3] ἐμβάλλειν πέρα κριθῆς μεδίμνου.

Ὅτι περ ἐστὶν ὄφελος ἐν τῇ πόλει. [4] Ἀριστοφάνης. τουτέστιν, εὐγενεῖς.

Ὅτι πρὸς τῷ Φυλὴν τοῦ κτησαμένου αἱ πρὸς τοὺς δούλους λαγχάνονται δίκαι.

Ὅτι ῥά. ὅτι δή.

Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενα χρήματα τισι, ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο.

Ὅτι [5] οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν εἰς τὸν πατρῷον οἶκον οὐκ ἦσαν κύριοι, εἰ μὴ παῖδας γνησίους καταλίποιεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ποιησαμένου.

Ὅτι [6] οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ εἶχον ἐξουσίαν εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων, Δημοσθένης τε ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους ὑποσημαίνει, καὶ Θεόφραστος ἐν τῷ ιγ'. τῶν Νόμων.

Ὅτι [7] χιλίας ἐζημιοῦντο αἱ κατὰ τὰς ὁδοὺς ἀκοσμοῦσαι γυναῖκες.

Ὀτλήσοντες. ὑπομενοῦντες. κακοπαθήσοντες. ἐν Ἐπιγράμματι·

> Ἔνδικον [8] ὀτλήσοντες ἀεὶ πόνον. ἐξ ὑμέων γὰρ
> Φεῦ, πυρὸς ἐς ποσσὴν ἤλθομεν ἐργασίην.

Ὄτλοι. οἱ πλόκαμοι.

Ὄτλος. ἡ κακοπάθεια. καὶ ὀτλεύω, τὸ κακοπαθῶ.

> Τάλας, ἐφώνει, μόχθον οἷον ὀτλεύεις.

Ὄτοβον. ὅμαδον. ἦχον. Οὔτε [9] γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον. καὶ αὖθις· Περιΐσταταί [10] με διαπρύσιος ὄτοβος.

Ὀτοτύζειν. θρηνεῖν.

Ὅτου χάριν. τίνος ἕνεκεν.

Ὅτῳ γὰρ φίλον. ᾧ τινι ἀρέσκει.

> Ὅτῳ [11] δὲ μὴ τάδ' ἐστὶν ἐν γνώμῃ φίλα,
> Ἐκεῖνος τἀκείνου στεργέτω, κἀγὼ τάδε.

Ὅτι μ' εἰδέναι. Idem quod, ὅσον ἐμὲ εἰδέναι. Quod sciam.

Ὅτι νόμος ἐσ. Lex est, ut puerorum choragus annum quadragesimum ætatis excesserit.

Ὅτι ξένους τι. Satyrum hospites quosdam suos captivos, fodientesque in Philippi vinea, & vinctos, in convivio a Philippo impetrasse, refert Æschines in oratione de legatione perperam gesta. Demosthenes vero in oratione contra Æschinem tradit, eum [a Philippo] Apollophanis filias impetrasse: quod vero magis consonum videtur. Nam & Aristoteles in quadam ad Philippum epistola dicit: *Satyro histrioni Apollophanis filias condonavit.* † Puero & uxori ultra modium hordei conferre non licebat.

Ὅτι περ ἐστὶν ὄφ. [*Mulieres,*] *quotquot civitati prodesse possunt.* Id est, nobiles.

Ὅτι πρὸς τῷ φ. In tribu domini lites adversus servos intendebantur.

Ὅτι ῥά. Quod.

Ὅτι τὰ ἐπικ. Pecunia, interfectoribus proscriptorum per præconis vocem promissa, in ara ponebatur.

Ὅτι οἱ ποιητ. Adoptivis in domum paternam redire non licebat, nisi filios legitimos in adoptiva familia reliquissent.

Ὅτι οἱ ἁλ. Convictos fortuitæ cædis bonorum suorum administrandorum potestatem habuisse, Demosthenes in oratione contra Aristocratem, & Theophrastus *Legum* decimo tertio, docent.

Ὅτι χιλ. Mulieres, quæ inornatæ in publicum prodibant, mille drachmis mulctabantur.

Ὀτλήσοντες. Toleraturi. Mala passuri. [In Epigrammate:] *Molestiam semper merito passuri. Propter vos enim, heu, quanto urimur igne.*

Ὄτλοι. Cincinni. Capilli plexi.

Ὄτλος. Ærumna. Molestia. Et ὀτλεύω, molestias sustineo. Malis vexor. *Miser, clamabat, quantam sustines ærumnam.*

Ὄτοβον. Strepitum. Sonum. *Neque dulcem tibiarum sonum.* Et iterum: *Circumsonat acutissimus strepitus.*

Ὀτοτύζειν. Ululare. Ejulare. Lugere. Lamentari.

Ὅτου χάριν. Cujus gratia. Cujus causa.

Ὅτῳ γὰρ φίλον. Cui enim hoc est gratum. Cui id placet. *Cui vero hæc non placent, is contentus sit illis, & ego hisce.* Et, Ὅτῳ ἂν

1 Ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτ.] Ex Harpocratione.

2 Τὰς Ἀπολλοφάνους θυγ.] Libanius *Declam.* XIV. Ἀκούομεν δὲ αὐτὸν καὶ τοὺς τὰς Ἀπολλοφάνους θυγατέρας ποιῆσαί τι παραπλήσιον. ἀφεῖναι γὰρ αὐτὰς Σατύρῳ τῷ τῆς κωμῳδίας ὑποκριτῇ. De clementia Philippi loquitur.

3 Ἐμβάλλειν] Scribe, συμβάλλειν: ut habet Harpocratio.

4 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 486. Ed. Bas. ubi sic legitur:

> Ὁρῶ προσιούσας χ' ἑτέρας πολλὰς πάνυ
> Γυναῖκας, ὅτι περ ἐστ' ὄφελος ἐν τῇ πόλει.

Confer etiam Nostrum infra v. Ὄφελος.

5 Ὅτι οἱ ποιητοὶ π.] Ex Harpocratione. Confer Petitum in Commentar. *ad Leg. Att.* pag. 141. 142.

6 Ὅτι οἱ ἁλόντ.] Et hæc ex Harpocratione sumpta sunt.

7 Ὅτι χιλίας ἐζημ.] Vide Petitum *de Leg. Att.* Tit. *de Adulteriis,* pag. 467.

8 Ἔνδικον ὀτλ.] Distichum hoc legitur Anthol. lib. VII. pag. 597. ubi integrum Epigramma vide.

9 Οὔτε γλυκὺν αὐλ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace,* pag. 67. v. 1213. ut Portus monuit.

10 Περιΐσταταί με διαπ.] Fragmentum hoc legitur apud eundem Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 319. Vide etiam supra v. Ἀμφίσταται.

11 Ὅτῳ δὲ μὴ τ.] Sophocles in *Ajace,* pag. 59. ut Portus monuit. Ibi autem versus posterior rectius sic legitur:

> Κεῖνός τ' ἐκεῖνα στεργέτω, κἀγὼ τάδε.

Καὶ, Ὅτῳ ἂν αὐτὸν τιμωρήσωνται. ἀντὶ τοῦ, ὅπως, καὶ ἀντὶ τοῦ, ᾧ τινι.

Ὀτοτοῖ. ἀντὶ τοῦ, φεῦ.

Ὀτραλέως. σπουδαίως.

Ὁ Τρέσας. ὁ [1] Ἀριστόδημος οὕτως ἐκλήθη, ὃς σὺν [2] Εὐρύτῳ [3] τοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἐκοινώνησε τῆς τῶν Περσῶν μάχης.

Ὀτρῆος. [4] ὄνομα κύριον, οὗ ἡ εὐθεῖα, Ὀτρεύς.

Ὀτρηρός. ταχύς. δραστήριος. ὀξύτατος.

Ὄτριχας. [5] ὁμοιότριχας.

Ὁ τρυγίας. [6] παρὰ τῇ Γραφῇ, τὸ ἔσχατον τῆς ὀργῆς.

Ὁ τρύγητος ταῦτα πάντ' ἰάσεται. ἐπὶ τῶν χρηστὰ ἐπαγγελλομένων περί τινων ὑποθέσεων.

Ὀτρυγηφάγος. [7] ὁ Δημητριακὸς καρπός.

Ὀτρύνοντος. κελεύοντος. καὶ ὀτρύνω, αἰπαλικῶ.

Οὗ. τοπικὸν ἐπίρρημα. ἀντὶ τοῦ ὅπου.

Οὗ [8] κῶλα κάμψον τοῦδ' ἐπ' ἀξέστου πέτρου.
Μακρὰν γὰρ ὡς γέροντι προὐστάλης ὁδόν.

Ἀντὶ τοῦ, περιῆλθες μακροτάτην ὁδὸν, ἢ ὡς ἔπρεπε γέροντι. καὶ αὖθις· [9] Δειξάτω, οὗ κεῖται Ὁμήρου ῥαψῳδιῶν στίχος. ἀλλ' οὐδ' ἂν Ἴωνα δοκῶ τὸν ῥαψῳδὸν ἐξευρεῖν.

Οὗ. ὅτι [10] διττῶς τὸ οὗ ἕνεκα λεγομένου, τοῦτο οὗ, καὶ τὸ ᾧ. ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ, φησὶ, τέλος ὡς οὗ· τὸ δὲ ζῶον, ὡς ᾧ. ποιεῖ γὰρ τὸ ὀργανικὸν σῶμα φύσις τῆς μὲν ψυχῆς ἕνεκα, ἵνα χρῆται αὐτῷ ὡς τέλος ἡ ψυχὴ, ὡς οὗ. τέλος δὲ ὡς ᾧ, τὸ ἔμψυχον. ὥστε γὰρ ἀνεμποδίστους εἶναι τῷ ζώῳ τὰς ἐνεργείας, πάντα ποιεῖ ἡ φύσις. ἢ τοίνυν οὕτω τὸ οὗ, καὶ τὸ ᾧ, ἢ ἄλλως. οὗ μὲν ἕνεκα, τῆς κοσμοποιΐας, καὶ τῆς ἀϊδιότητος. τούτου γὰρ πάντα ἐφίεται. ᾧ δὲ, τῇ ψυχῇ. ταύτῃ γὰρ παρασκευάζει εἰς χρῆσιν τὸ ὄργανον· ὅπερ καὶ μᾶλλόν ἐστιν ἀληθέστερον.

Οὐαλεντινιανὸς, [11] Ῥωμαίων βασιλεὺς, Χριστιανὸς, καὶ τὰ περὶ ὁμουσίου φρονῶν, οὐδὲν τοὺς ἐναντίους ἠδίκει. ἐγένετο δὲ καὶ πρὸς τὸ νομοθετεῖν ἑτοιμότατος, φροντίζων καὶ τῶν θησαυρῶν δικαίας ὑποδοχῆς. πρὸς δὲ ταῖς τῶν ἀρχόντων αἱρέσεσιν ἀκριβὴς, καὶ τιμωρὸς τῶν ἀπειθούντων ἀπαραίτητος· ἐπὶ δὲ τοῖς πολέμοις ἄριστος. ὁ δὲ Οὐάλης τῆς Ἀρείου δόξης μεταποιούμενος, πολλοὺς ἐξορίαις ὑπέβαλε· καθ' ὃν χρόνον τῆς ἐν Ῥώμῃ Ἐκκλησίας Λιβέριος προειστήκει· τῆς δὲ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Ἀθανάσιος· καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, Εὐδόξιος, ὁ Ἀρείου θρησκείας διδάσκαλος.

αὐτὸν τιμωρ. *Quacunque ratione ipsum puniant.*

Ὀτοτοῖ. Pro, φεῦ. Heu!

Ὀτραλέως. Diligenter. Studiose. Sedulo.

Ὁ τρέσας. Trepidans. Trepidus. Sic vocatus est Aristodemus, qui cum Euryto oculorum morbo laborans, pugnæ Persarum non interfuit.

Ὀτρῆος. [Genitivus Ionicus, pro Ὀτρέος.] Nomen propriũ: cujus casus rectus est, Ὀτρεύς.

Ὀτρηρός. Celer. Strenuus.

Ὄτριχας. Idem quod ὁμοιότριχας. Similes crines habentes.

Ὁ τρυγίας. [Proprie, fæx. At.] in S. Scriptura sic dicitur, iræ extremum.

Ὁ τρύγητος τ. *Vindemia ista omnia sanabit.* Dicitur in eos, qui de rebus quibusdam bona pollicentur.

Ὀτρυγηφάγος. Cereales fruges [edens.]

Ὀτρύνοντος. Jubentis. Incitantis. Impellentis. Et ὀτρύνω. Hortor. Incito. Impello.

Οὗ. Adverbium loci. Ubi. *Ubi conside in hoc impolito saxo. Longum enim pro sene confecisti iter.* Vel, longius iter emensus es, quam seni convenit. Et iterum: *Ostendat, quo in loco apud Homerum versus hic exstet. At ne Ionem quidem Rhapsodum eum inventurum esse puto.*

Οὗ. Cujus. Τὸ οὗ ἕνεκα dupliciter dicitur; & illud, cujus [causa aliquid fit,] & illud, cui. Nam anima, inquit, finis est, ut cujus: Animal vero, ut cui. Natura enim corpus instrumentale facit animæ causa, ut anima eo utatur, ut finis cujus. Finis vero ut cui, est animal. Ut enim animal actiones suas absque impedimento exserat, omnia facit Natura. Aut igitur [aliquid fit,] cujus causa, vel cui, vel aliter. Cujus causa; ut Universi hujus, & æternitatis. Hanc enim omnia appetunt. Cui vero; ut animæ. Huic enim Natura instrumentum ad usum parat: quod etiam verius est.

Οὐαλεντινιανός. Valentinianus, Romanorum Imperator, Christianus: quamvis ejusdem cum Patre naturæ Christum esse sentiret, tamen diverso cultui deditos nulla re vexavit. Erat vero etiam in ferendis legibus promptissimus, compendiis fisci studens, non injustis tamen: in eligendis provinciarum præsidibus scrupulosæ diligentiæ: inexorabilis adversus eos, qui parere recusarent: denique in re militari præstantissimus. Valens autem Arriana infectus labe, multos in exilium pepulit: quo tempore Ecclesiæ Romanæ Liberius præfuit; Alexandrinæ, Athanasius; & Constantinopolitanæ, Eudoxius, Arrianæ impietatis magister.

1 Ὁ Ἀριστόδημος οὕτως κ.λ.] Vide Herod. lib. VII. p. 290. 291.

2 Εὐρύτῳ] Scribe, Εὐρύτου. Vide Herodotum loco laudato.

3 Τοὺς ὀφθαλμούς] Excidisse hic vocem νοσῶν, colligi potest ex iis, quæ Herodotus loco laudato narrat.

4 Ὀτρῆος] Homerus Il. Γ. v. 186.

5 Ὄτριχας] Homerus, Il B. v. 765.

6 Ὁ τρυγίας. παρὰ τῇ Γρ.] Psalm. LXXIV. 9. Vide infra v. Τρυγίας.

7 Ὀτρυγηφάγος. ὁ Δημητρ.] Locus hic & corruptus est & mutilus, qui ex Lexico Photii inedito sic suppleri & emendari potest: Ὀτρυγηφάγοι. ὁ κελυφοφάγος. Ἀρχίλοχος. κατὰ πλεονασμὸν τοῦ ο. τρύγη γὰρ, ὁ Δημητριακὸς καρπός. Etymologus: Ὀτρυγηφάγοι. τρύγη ὁ Δημητριακὸς καρπὸς ἐξ οὗ τρυγηφάγος, καὶ πλεονασμῷ τοῦ ο, ὀτρυγηφάγος. Vide etiam Hesychium.

8 Οὗ κῶλα κάμψ.] Duo hi Senarii leguntur apud Sophoclem *Oedip. Colon.* pag. 271. ut Portus monuit.

9 Δειξάτω, οὗ κεῖται Ὁμ.] Hæc sunt verba Synesii in *Encomio Calvit.* pag. 82. ut Pearsonius etiam observaverat.

10 Ὅτι διττῶς τὸ οὗ ἕν.] Cum hoc loco conferenda sunt ea, quæ Suidas habet infra v. Τέλος. Cæterum, ne oratio pendeat, prima articuli hujus verba sic scribenda sunt, Ὅτι διττῶς τὸ οὗ ἕνεκα λέγεται, τό, τε οὗ, καὶ τὸ ᾧ, &c. Sumpta autem hæc sunt ex Philopono in lib. II. Aristot. *de Anima*.

11 Οὐαλεντινιανός, Ῥωμαίων βασ.] Hæc Joanni Antiocheno tribuuntur in Excerptis Historicis a Valesio editis, pag. 846.

Οὐαλεν-

Οὐαλεντινιανὸς, βασιλεὺς Ῥωμαίων. οὗτος διὰ τῆς μητρὸς Ἰουστίνης παρεσπάρη τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ ἐξεβλήθη τῆς βασιλείας. καὶ ἐλθὼν πρὸς Θεοδόσιον, ἐπαιδεύθη τὴν ὀρθὴν πίστιν. ἔλεγε γὰρ αὐτῷ ὁ Θεοδόσιος, τὴν βασιλικὴν παράταξιν ἑστάναι, οὐ δι' ὅπλων, ἀλλ' ἐξ ἀγαθῶν προφάσεων. καὶ, Οἶδα, φησὶν, Οὐαλεντινιανὲ παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων ἡσυχάζοντος τοῦ στρατοπέδου τὴν νίκην κατορθωθεῖσαν, καὶ τοὺς πολεμίους ὑποταγέντας, ὑποτελεῖς γεγενῆσθαι, τοῦ [1] προλαβόντος κινδύνου. οὕτω καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας ἀνορθωθεὶς Λικίνιον τὸν τύραννον ἐν ναυαγίῳ διέφθειρεν. οὕτω καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ σὸς πατὴρ εὐτυχέστερον τὴν βασιλείαν καὶ ἀβλαβῆ παρὰ τῶν πολεμίων ἰθύνων [2] ἐτέλεσε, τοῦ Θεοῦ ἐκδικοῦντος αὐτόν. καὶ μάχας ἀναριθμήτους καὶ νίκας ἀπίστους ἐδέξατο, πολλοὺς βαρβάρους διαφόρους ἀνελών. Οὐάλης δὲ ὁ θεῖος ὁ σὸς, τὸν Θεὸν διασπαράττων, ἐμίανε τὴν Ἐκκλησίαν ὁ βέβηλος, διὰ τῆς σφαγῆς τῶν ἁγίων, καὶ ἐξορίας τῶν ἱερέων. ὃς τῇ τοῦ Θεοῦ βουλήσει ὑπὸ τῶν Γότθων πολιορκηθεὶς, ἐκαύθη. ὀρθῶς τὸν Χριστὸν σέβεται [3] ὁ οὐκ ἀδίκως σε ἐκβαλών. ἡ σὴ ἀπιστία Μαξίμῳ εὐχέρειαν συνήνεγκεν. [4] εἰ τὸν Χριστὸν οὐ βλέπομεν, τίνα παρακαλέσομεν μαχόμενοι; Ταῦτα καὶ πλείω τούτων νουθετήσας Θεοδόσιος Οὐαλεντινιανὸν εἰς τὴν ὀρθὴν πίστιν μετήγαγεν.

Οὐάλης, [5] βασιλεὺς Ῥωμαίων. ὃς κακοδοξῶν, καὶ συγκροτῶν τοὺς αἱρετικοὺς, εἰς τὴν ὁδὸν τῶν ἰδίων πατέρων ἐπορεύετο. καὶ γὰρ Ἐπισκόπους εἰς ἐξορίαν ἔπεμπε, καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ μοναχοὺς, Τατιανοῦ τότε ἄρχοντος Ἀλεξανδρείας· καὶ πολλοὺς τῶν Χριστιανῶν ἐβασάνισε, καί τινας πυρὶ παρέδωκε. ταῦτα δὲ πάντα μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἀθανασίου. οἱ οὖν ἐν Κωνσταντινουπόλει Ὀρθόδοξοι, ἐλεηθήσεσθαι νομίζοντες ὑπὸ Οὐάλεντος, πρεσβείαν ἔπεμψαν πρὸς αὐτὸν ἐν Νικομηδείᾳ τυγχάνοντα, πέμψαντες ἱερατικοὺς ἄνδρας ὀγδοήκοντα, ὧν ἡγοῦντο Θεόδωρος, καὶ Κύρβαγος, καὶ Μενέδημος. οὓς ἅπαντας σὺν τῷ πλοίῳ ὑφαφθῆναι προσέταξε. καὶ πάντες σὺν τῇ νηῒ κατεφλέχθησαν, μέχρι Δακιβίζων τοῦ πλοίου διαρκέσαντος, κἀκεῖσε διαλυθέντος. † Ἐπὶ τοῦ βδελυροῦ Οὐάλεντος Λούκιός τις Ἐπίσκοπος, τῆς τῶν Ἀρειανῶν αἱρέσεως, παραχρῆμα ὡς λύκος τῇ Ἐκκλησίᾳ ἐπεπήδησεν. ὁ δὲ Πέτρος εἰς τὴν Ῥώμην ἀπέφυγεν. ὁ δὲ Λούκιος τοσαῦτα ἐνεδείξατο, οἷα οὐδὲ ἐν τοῖς διωγμοῖς τῶν Ἑλλήνων ἐγένετο. τρεῖς γὰρ χιλιάδας ἀπέστειλεν ἀναιροῦντας καὶ πορθοῦντας κατὰ τὴν ἔρημον τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας.

Οὗ ἀρᾶς. οὗ τινος κατάρας.

Οὔαρος, [6] Λαοδικεὺς, σοφιστὴς, σύγχρονος Πολέμωνος, καὶ ἄλλων.

Οὐάρωνος. ὄνομα κύριον.

Οὐαλεντινιανὸς. Valentinianus, Imperator Romanorum. Hic cum matris Justinæ consiliis a recta fide seductus fuisset, imperio excidit. Ad Theodosium vero profectus, in recta fide fuit institutus. Theodosius enim ei dixit, Imperatoriam aciem stare non propter arma, sed propter justas [belli] causas. Et, Novi, inquit Valentiniane, a religiosissimis Imperatoribus, quiescente exercitu, victoriam feliciter partam, hostesque subactos & tributarios esse factos, cum belli periculum eos præoccupasset. Sic & Constantinus ille Magnus, fiducia causæ fretus, Licinium tyrannum naufragio perdidit. Sic etiam Valentinianus pater tuus imperio feliciter præfuit, nullamque ab hostibus cladem passus est, Deo ipsum vindicante: præliisque innumerabilibus victor fuit, & victorias incredibiles ab hostibus reportavit, multis Barbaris occisis. Valens vero patruus tuus, Deum dilacerans, polluit Ecclesiam cæde sanctorum, & sacerdotum relegatione: qui divina providentia a Gothis obsessus, igne crematus est. Recte Christum colit ille, qui non injuste te ejecit. Incredulitas tua Maximo facultatem [tui oppugnandi] dedit. Si Christum non intuemur, quem invocabimus pugnaturi? Theodosius, cum Valentinianum his & pluribus verbis admonuisset, eum ad rectam fidem reduxit. *Port.*

Οὐάλης. Valens, Romanorum Imperator: qui perversis opinionibus imbutus, & hæreticos defendens, via suorum patrum est ingressus. Nam & Episcopos in exilium misit, & Presbyteros, & Diaconos, & Monachos, Tatiano tunc Alexandrinam Ecclesiam regente: multosque Christianos excruciavit, & quosdam etiam igni tradidit. Hæc autem omnia post Athanasii obitum [fecit.] Illi igitur, qui in urbe Constantinopolitana erant Orthodoxi, sperantes fore, ut Valens sui misereretur, legationem ad ipsum Nicomediæ degentem miserunt, missis ex ordine sacro viris LXXX. quorum principes erant Theodorus, & Curbagus, & Menedemus; quos universos una cum ipsa nave succendi jussit. Quamobrem omnes cum ipsa nave combusti sunt: & navis cum Dacibiza usque pervenisset, ibi dissoluta est. Hujus execrandi Valentis tempore Lucius quidam Episcopus, Arianæ hæresi addictus, Ecclesiam tanquam lupus quidam subito invasit: Petro tunc Romam aufugiente. Lucius vero talia facinora edidit [in Christianos,] qualia ne in gentilium quidem persecutionibus patrata fuerunt. Nam tria hominum millia emisit, qui viros pios in deserto trucidarent & dissiparent. *Port.*

Οὗ ἀρᾶς. Cujus imprecationis.

Οὔαρος. Varus, Laodicensis, Sophista, Polemonis & aliorum æqualis.

Οὐάρωνος. Varonis. Nomen proprium. [A recto, Οὐάρων.]

1 Τοῦ προλαβόντος κινδύνου] Hæc cum præcedentibus non satis cohærent, & locus videtur esse mutilus.
2 Ἐτέλεσε] Portus recte monuit, scribendum esse, διετέλεσε.
3 Οὐκ ἀδίκως] MSS. Paris. rectius absque negatione, ὁ ἀδίκως σε ἐκβ.
4 Εἰ τὸν Χριστὸν οὐ βλ.] MS. Paris. A. εἰ τὸν Χριστὸν βλάπτομεν.
7 Οἱ γὰρ Ἥρωες ἕτ.] Hesychius: Κρείττονες· τοὺς Ἥρωας οὕτω λέγουσι. δοκοῦσι δὲ κακωτικοί τινες εἶναι. διὰ τοῦτο καὶ οἱ παριόντες τὰ ἡρῷα, σιγὴν ἔχουσι, μή τι βλαβῶσι. Confer etiam Scholiastam Aristophanis ad *Aves*, pag. 609. & Nostrum supra v. Ὀρίζεις.

8 Ὅμηρος] Il. Β. v. 238. & alibi.

9 Ἀριστοφάνης] *Pluto*, pag. 40. (21. Ed. Bas. *P.*)

10 Οὐ λίνον λίνῳ συν.] Confer Nostrum supra v. Λίνον.

Οὐ [1] λόγων ἀγορᾶ δεῖται Ἑλλάδος, ἀλλ' ἔργων. ἐπὶ τῶν κομπαζόντων.

Οὐλοθυτεῖν. κριθὰς ἐπιχέειν τοῖς θύμασιν. οὐλὰς γὰρ ἔλεγον τὰς κριθὰς, κατ' ἀντίθεσιν τῶν ψαιστῶν, ἅπερ ἦν ἄλφιτα ὑπὸ τῆς μύλης [2] κατεψηνισμένα. τὰς γὰρ οὐλὰς πρότερον ἔκοπτον, ἐσθίοντες, οὐδέπω τῆς κατεργασίας αὐτῶν εὑρημένης. καὶ τὰς μὲν κριθὰς μέχρι νῦν ὅλας χέουσιν οἱ ἐπιθύοντες ταῖς σπονδαῖς· ἐπεὶ σύμβολον τῆς παλαιᾶς τροφῆς. τὰ δὲ πόπανα, τῆς ἄρτι ὥρας. τουτέστι, τῆς αὐτῆς.

Οὐλομένη. ὀλεθρία.

Οὐλός. [3] ὁ συνεστραμμένας ἔχων τὰς τρίχας. Ὅμηρος περὶ Ὀδυσσέως·

[4] Σκιρὸς ἔην ὤμοις, μελανόχροος, οὐλοκάρηνος.

Οὖλον. ἡ συνέχουσα τοὺς ὀδόντας σάρξ. ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ τρυφερόν.

Οὖλον. ἁπαλόν. μαλακόν. συνεστραμμένον ταῖς θριξίν.

Οὐλπιανὸς, Ἐμεσηνὸς, σοφιστής. Περὶ πατρίδος Ἐμέσης, Ἡλιουπόλεως, [5] Βοσπορειανῶν, καὶ ἄλλων πλείστων. Προγυμνάσματα. Τέχνην ῥητορικήν.

Οὐλπιανὸς, [6] Ἀντιοχεὺς τῆς Συρίας, σοφιστὴς, παιδεύσας πρότερον εἰς Ἔμεσαν, ἐν τοῖς κατὰ τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον χρόνοις. Λόγους διαφόρους. Μελέτας. Διαλέξεις καὶ ἄλλα τινά.

Οὐλπιανὸς [7] Γαζαῖος.

Οὐλπιανὸς, [8] ἀδελφὸς Ἰσιδώρου τοῦ Φιλοσόφου· ὃς εὐφυέστατος ἐγεγόνει πρὸς τὰς μαθηματικὰς ἐπιστήμας, ὥστε καὶ πολλὰς εἰσενέγκασθαι καινὰς ἀπορίας, καὶ λύσεις τῶν ἀποριῶν, πρὸς τὰς τῶν μαθημάτων ἐξηγήσεις. ὄνομά τε αὐτοῦ μέγα ἦν ἐπὶ τοῖς μαθήμασιν Ἀθήνησιν. ὁ δὲ Συριανὸς θαυμάζων τὴν φύσιν αὐτοῦ, διηγεῖτο πολλοῖς ποτε, ὡς οὐδὲν ἦν αὐτῷ προσβάλλεσθαι κλειδίον οὕτω πολύπλοκόν τε καὶ μηχανικῶς εἰργασμένον, ὅπερ οὐκ ἀνοιγνύναι ῥᾳδίως αὐτόματον. ἀλλ' ὅμως πρὸς τὴν ἄλλην φιλοσοφίαν μηδὲν ἐπιδείκνυσθαι λόγου ἄξιον. ἐπιεικὴς δὲ καὶ τὰ ἤθη κεκοσμημένος ὁ Οὐλπιανὸς ἐγεγόνει, καὶ ἐδόκει ταύτῃ γε τοῦ ἀδελφοῦ διαφέρειν· ἴσως δὲ ἐπειδὴ πραγμάτων πολιτικῶν ἀπείχετο τοπάμπαν ἐξ ἀρχῆς εἰς τέλος. [9] πεφύκασι γὰρ οἱ ἄνθρωποι τῇ μισοπράγμονι ζωῇ τὴν ἀρετὴν ἐπιφημίζειν, οὐχ οὕτω ἔχον, [10] κατά γε τὴν ἐμήν. ἡ γὰρ ἐν μέσῃ τῇ πολιτείᾳ διὰ τῶν πολιτικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀναστρεφομένη ἀρετὴ γυμνάζει τε τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ ἐρρωμενέστερον, καὶ βε-

Οὐ λόγων ἀγορ. *Græciæ forum non indiget verbis sed factis.* Dicitur in jactabundos.

Οὐλοθυτεῖν. Hordeum victimis inspergere. Οὐλὰς enim vocabant hordeum; per oppositionem ad ψαιστὰ, quæ erat farina mola comminuta. Hordeum enim tusum olim edebant, alia ejus comminuendi ratione nondum inventa. Et hordeum quidem illi, qui libationibus peractis sacrificant, ad hoc usque tempus victimis integrum inspergunt. Est enim antiqui victus argumentum. Popana vero victus ejus, quo nunc utimur, [indicium sunt.]

Οὐλομένη. Perniciosa.

Οὐλός. Qui crispos habet capillos. Crispus. Homerus de Ulysse inquit: *Gibbosus erat humeris, nigro corpore, & crispo capite.*

Οὖλον. Caro, quæ dentes continet. Gingiva. Sic autem dicta est, quod sit mollis & tenera.

Οὖλον. Tenerum. Molle. Crispum.

Οὐλπιανός. Ulpianus, Emesenus, Sophista. Scripsit de patria Emesa, de Heliopoli, de Bosporitis, & aliis plurimis. Progymnasmata. Artem Rhetoricam.

Οὐλπιανός. Ulpianus Antiochenus, Syrus, Sophista, qui prius Emesæ docuit, temporibus Imperatoris Constantini. Varias orationes scripsit. Declamationes. Disputationes: & alia quædam.

Οὐλπιανὸς Γαζ. Ulpianus Gazæus.

Οὐλπιανός. Ulpianus, frater Isidori Philosophi, qui fuit ingenio optimo præditus ad Mathematicas scientias, ut multas etiam introduxerit novas dubitationes, & dubitationum solutiones, ad mathematum expositiones; ejusque nomen propter mathemata Athenis celebre fuerit. Syrianus autem admirans ejus ingenium, multis narravit, nullam ipsi clavem adeo intricatam & artificiose confectam offerri posse, quam non facile aperiret: sed tamen in reliqua Philosophia nihil memoratu dignum edidisse. Fuit etiam benignus & moribus modestis præditus Ulpianus, eaque re videbatur fratre præstantior esse: fortasse, quia statim ab initio ad finem usque a negotiis civilibus abstinuit. Solent enim homines vitæ a negotiis abhorrenti virtutem cum laude tribuere: cum res secus se habeat, mea saltem sententia. Virtus enim, quæ in media Repub. versatur, civilibus muneribus & sermonibus exercet animum ad majorem fortitudinem: & per ipsam experi-

1 *Οὐ λόγων ἀγορᾶ δεῖται Ἑλλ.*] Sic etiam habent Editt. Mediolan. & Aldina. At Editt. Basil. & Genev. *Οὐ λόγων ἀγορᾶς*: quæ lectio & sensum & constructionem turbat. Wolfius, qui tantum Editt. Basil. inspexerat, pro Ἑλλάδος legendum putabat Ἑλλάς. Sed si Editt. antiquiores consuluisset, vidisset utique, mendum latere in voce *ἀγορᾶς*, non vero Ἑλλάδος.

2 *Κατεψηνισμένα*] Est vox corrupta. Stephanus in *Thesauro*, Tom. IV. pag 690. legit, *κατεψηγμένα*: quod non displicet.

3 *Οὐλός*] Potius, *οὖλος*, cum circumflexo in priore syllaba.

4 *Σκιρός*] Legendum est *γυρός*: ut apud Homerum Odyss. T. v. 246. ubi de Eurybate, non vero Ulysse verba fiunt.

5 *Βοσπορειανῶν*] An potius, *Βοσπορειτῶν*. Vide Steph. Byzant. v. *Βόσπορος*.

6 *Οὐλπιανός*] Hujus Ulpiani meminit Evagrius *Hist. Eccles.* lib. I. cap. XX. & Eunapius in vita Proæresii. Hic etiā fuerit Ulpianus, cujus hodie adhuc in quasdā orationes Demosthenis exstant commentarii.

7 *Οὐλπιανὸς Γαζαῖος*] Ejus mentionem facit Marinus in *Vita Procli*, cap. IX.

8 *Οὐλπιανὸς, ἀδελφὸς Ἰσιδ.*] Totus hic articulus sumptus est ex Vita Isidori a Damascio conscripta, ut in nota sequenti ostendimus.

9 *Πεφύκασι γὰρ οἱ ἄνθρωπ.——ἀγχινούστατον*] Hæc omnia *αὐτολεξεὶ* etiam leguntur apud Photium in Excerptis ex Damascio de Vita Isidori, pag. 1072. 1073. unde facile colligitur, & reliqua, quæ Suidas hic habet, ex eodem Damascio deprompta esse. Confer etiam Nostrum supra v. *Μισοπράγμων*.

10 *Κατά γε τὴν ἐμήν*] Adde ex Photio, *κρίσιν*.

βαῦσαι μᾶλλον ἐπὶ τὴν πεῖραν ὅσον αὐτῆς ὑγιές τε καὶ ὁλόκληρον· ὅσον δὲ κίβδηλον καὶ ἐπίπλαστον ἐμφωλεύει ταῖς ἀνθρωπίναις ζωαῖς, τοῦτο πᾶν διελέγχεσθαι, καὶ ἑτοιμότερον καθίστασθαι πρὸς διόρθωσιν. τὸ δὲ ἀγαθοεργόν τε καὶ ὠφελητικὸν ὅσον ἐστὶν ἐν τοῖς πολιτεύμασι; τὸ δὲ θαῤῥαλέον καὶ βέβαιον, ἡλίκον; τοιγαροῦν οἱ ἐν γωνίᾳ καθήμενοι [1]λόγιοι, καὶ φιλοσοφοῦντες πολλὰ μάλα σεμνῶς περὶ δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης, ἐκβαίνειν ἐπὶ τὰς πράξεις ἀναγκαζόμενοι, [2]ἀσχημονοῦσιν. ὡς ἅπας λόγος, ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι φαίνεται καὶ κενόν. τοιοῦτος ὁ Οὐλπιανὸς γενόμενος, ἔτι νέος ὤν, ἄγαμος ἐτελεύτα τὸν βίον, πολὺν ἔπαινον ἑαυτοῦ τῆς ἐπιεικείας ἀπολιπών.

Οὐμβρακιώτης[3] βυμολγός. κύριον.

Οὐ μέλον αὐτῷ. οὐ φροντιστέον. Μένανδρος· Ταύτῃ τοι καὶ τῆς Νισίβιος πολιορκίας οὐ μέλον αὐτῷ.

Οὐ μὴν δή. ἀντὶ τοῦ, ὅμως δή. ἥκιστα δή. ἀλλὰ οὐ δή.

Οὐ μετὸν αὐτῷ. ἀντὶ τοῦ, οὐκ ἐξόν. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις. καὶ Μένανδρος· Ὕδατος αὐτοῖς οὐ μετόν.

Οὐ μὴ ληρήσῃς. ὅρα ἵνα μὴ ληρήσῃς. οὐ παύσῃ ληρῶν;

Οὐ μήν. ἀλλὰ μήν. Οὐ μὴν εἶχε ποιεῖν οὐδὲν, ἀλλ' ἔμενε κατὰ χώραν τηρούμενος ἐπιμελῶς.

Οὕνεκα. χάριν.

Οὐννικόν. ζήτει ἐν τῷ Ἀπόνοια.

Οὐνιγάρδαι. ἔθνος.

Οὖννοι. Οὔγγαροι.

Οὐλκαῖοι. ἔθνος.

Οὐλοῦσκοι.[4] ὄνομα ἔθνους.

Οὐ παντὸς ἀνδρὸς ἐς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς. διὰ τὸ τὰς ἑταίρας ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων εὔξασθαι, φασὶν, ἐν τῷ μεγάλῳ πολέμῳ τῇ Ἀφροδίτῃ. ἢ διὰ τὸ δυσείσβολον εἶναι τὸν πλοῦν. ἢ ἐπεὶ πολλαὶ ἦσαν ἑταῖραι, καὶ τῶν πλουσίων μόνον ὁ πλοῦς.

Οὗπερ. ὅπου. [5]Ἀγαθίας· Οἱ συναισθανόμενοι οὗπερ γεγένηνται συμφορᾶς, ἀγεννῆ καὶ αἰσχίστην ἠσπάζοντο σωτηρίαν.

Οὐ περπερεύεται.[6] ἀντὶ τοῦ, οὐ προπετεύει. ζήτει ἐν τῷ Περπερεία.

Οὔπω πεπλήρωνται αἱ τῶν Ἀμοῤῥαίων ἁμαρτίαι. ἐπὶ τῶν μὴ ὀξὺ τέλος λαμβανόντων.

Οὔπως. οὐδένα τρόπον. καὶ Θουκυδίδης ἐν ε'. καὶ [7]Ὅμηρος· Ὦ γέρον, οὔ πως ἔγωγε τοῦτο τελέεσθαι οἴω.

entiam magis confirmatur, quidquid in animo inest sanum & integrum: quidquid vero adulterinum & fucatum in hominum vita latitat, id omne coarguitur, & ad emendationem paratius efficitur. Jam vero, quanta est beneficentia & utilitas in Reip. administratione? Quanta fiducia & constantia? Quamobrem in angulo sedentes eruditi, & multa graviter admodum de justitia & modestia disserentes, cum ad res gerendas [ex umbra in lucem] prodire coguntur, turpiter se gerunt. Nam omnis oratio, si res absuerint, vanum quiddam videtur & inane. Cum igitur Ulpianus talis esset, adhuc adolescens & cœlebs de vita decessit, magna suæ bonitatis laude apud homines relicta. *Port.*

Οὐμβρακιώτης βυμολγός. Ambraciotes bubulcus. Nomen gentile.

Οὐ μέλον αὐτῷ. Cum ipsi curæ non esset. Menander: *Hac de causa cum obsidio Nisibis ipsi curæ non esset.*

Οὐ μὴν δή. Verum tamen. Minime vero. Sed nullo modo.

Οὐ μετὸν αὐτῷ. Cum rei hujus particeps non esset. Cum partem ei capere non liceret. Aristophanes *Nubibus*. Et Menander: *Cum aquæ participes non essent.*

Οὐ μὴ λ. Ne nugeris. Cave ne nugeris. Non desines nugari?

Οὐ μήν. Non tamen. Verumtamen. *Non tamen quidquam facere poterat, sed in loco illo arcte custoditus fuit.*

Οὕνεκα. Causa. Gratia. [Item, Cujus rei causa. Quia. Quoniam.]

Οὐννικόν. Unnicum. Quære in voce Ἀπόνοια.

Οὐνιγάρδαι. Unigardæ. Gens.

Οὖννοι. Hunni. Iidem, qui Hungari.

Οὐλκαῖοι. Ulcæi. Gens.

Οὐλοῦσκοι. Volsci. Nomen gentis.

Οὐ παντὸς ἀνδρ. *Non cujusvis est Corinthum navigare.* [Proverbium hoc inde ortum est,] quod meretrices in magno illo bello pro Græcis vota Veneri fecissent. Vel, quod navigatio illa periculosa esset. Vel, quod Corinthi multæ meretrices essent, & solis divitibus eo navigare liceret.

Οὗπερ. Ubi. Agathias: *Qui, cum animadvertissent, ad quod malum redacti essent, fœdis & turpibus conditionibus vitam pacti sunt.*

Οὐ περπερεύεται. Non perperam facit. Vel, Non est temerarius. Quære in voce Περπερεία.

Οὔπω πεπλ. *Nondum completa sunt Amorrhæorum peccata.* De iis, quæ non celeriter ad exitum perducuntur.

Οὔπως. Nullo modo. Et Thucydides libro v. Et Homerus: *O senex, equidem nullo modo hoc perfectum iri puto.*

1 Λόγιοι] Photius male, λόγοι.
2 Ἀσχημονοῦσι] Photius, διὰ ἀσχημονοῦσιν.
3 Οὐμβρακιώτης βυμολγός] Anonymus in Epigrammate, quod exstat in Anthologia inedita:

Τοῦτο Σάων τὸ δίκαιον κάλον κέρας Οὐμβρακιώτης
Βυμολγὸς ταύρῳ κλάσσεν ἀπηλεγέως.

Hinc Suidæ verba decerpta sunt. Confer Nos supra ad v. Ἰξὺν, ubi integrum Epigramma istud ex Cod. MS. publici juris fecimus. Cæterum Οὐμβρακιώτης, vel, ut potius scribi debebat, Οὐμβρακιώτας, Dorice dictum est pro ὁ Ἀμβρακιώτης. Vide etiam Suidam supra v. Κάλον.

4 Οὐλοῦσκοι] Transpositis literis scribendum est, Οὐόλσκοι.
5 Ἀγαθίας] L. 1. p. 26. sed ubi pro οὗπερ minus recte legitur ὅπερ.
6 Οὐ περπερεύεται] 1 Cor. XIII. 4. Ἡ ἀγάπη οὐ περπερεύεται.
7 Ὅμηρος] Odyss. Γ. v. 226. ubi rectius sic legitur:

Ὦ γέρον, οὔπω τοῦτο ἔπος τελέεσθαι ὀΐω.

Οὐ πρέπει γαλῇ κροκωτός. παροιμία ἐστὶν, ὁμοία τῇ, Γαλῇ χιτών. ζήτει τὴν αὐτὴν παροιμίαν.

Οὐ πρέπει γαλ. *Non decet felem crocota.* Proverbium hoc simile est illi, *Feli tunica.*

Οὐραγεῖ. τὸ τέλος ἄγει τοῦ στρατοῦ. καὶ οὐραγὸς, ὁ πλευταῖος τοῦ λόχου.

Οὐραγεῖ. Agminis novissimi dux est. Et οὐραγὸς, ultimus manipuli miles. [Extremi agminis dux.]

Οὐραγίαν. στρατιὰν τὴν ὄπισθεν ἀκολουθοῦσαν.

Οὐραγίαν. Extremum agmen. Partem exercitus a tergo sequentem.

Οὐρανία ἀστραπή. ἀντὶ τοῦ, ταχεῖα.
[1]Ἔπληξα θυμόν. οὐρανία γὰρ ἀστραπὴ
Φλέγει πάλιν.

Οὐρανία ἀστραπή. Cœleste fulgur. *Animo cohorrui. Fulgur enim cœleste iterum micat.*

Οὐρανία ἄχνη. ἡ δρόσος.
Θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνης
Ὁ [2]καλλίβοτρυς [3]κατ' ἦμαρ ἀεὶ νάρκισσος.

Οὐρανία ἄχνη. Ros cœlestis. *Floret autem a cœlesti rore quotidie rigatus pulchros botros habens narcissus.*

Οὐρανία [4]αἶξ. ᾗ εὐχόμενοι πάντων ἐπετύγχανον. ἴσως δὲ, διὰ τὸ τὴν σελήνην αὐτῇ ἐποχεῖσθαι. Κρατῖνος Χείρωσιν.

Οὐρανία αἶξ. Cœlestis capra. Huic qui vota faciebant, omnia, [quæ cupiebant,] consequebantur. Fortasse, quod luna ea vehatur. Cratinus *Chironibus.*

Οὐράνιόν γ' ὅσον. ἀντὶ τοῦ πολὺ καὶ μέγα. [5]Οἱ δὲ ἀνέκραγον οὐράνιόν γ' ὅσον.

Οὐράνιόν γ' ὅσον. Immane quantum. Multum. Maximum. Quod tantum est, ut ad cœlum usque pertingat. *Illi vero clamorem ad cœlum usque tollebant.*

Οὐράνιος[6] ὄνομα, Σύρος τὸ γένος, κατὰ τὴν βασιλέως πόλιν ἠλᾶτο, τέχνην ἐπαγγελλόμενος τὴν ἰατρικὴν μετιέναι. τῶν Ἀριστοτέλους δογμάτων οὐδὲν μὲν ἐς τὸ ἀκριβὲς ἐγίνωσκεν, ἐκομψεύετο δὲ, ὡς πλεῖστα εἰδέναι βρενθυόμενος, τῷ δύσερις εἶναι περὶ τοὺς συλλόγους. πολλάκις γὰρ ἰὼν περὶ τῆς βασιλείου στοᾶς, καὶ ἐν τοῖς τῶν βιβλίων ἥμενος πωλητηρίοις, διεπληκτίζετο, καὶ ἐμεγαληγόρει πρὸς τοὺς αὐτόθι ἀγειρομένους, καὶ ταῦτα δὴ τὰ εἰθισμένα ῥημάτια τοῦ κρείττονος πέρι [7]ἀνακυκλῶν, ὁποῖον δή τι αὐτοῖς ἥ τε φύσις ἐστὶ, καὶ ἡ οὐσία, καὶ τὸ παθητὸν, καὶ τὸ ἀξύγχυτον· ὧν οἱ πλεῖστοι οὐδὲ ἐς γραμματιστοῦ οἶμαι φοιτήσαντες, οὐ μὴν βίῳ ἀρίστῳ ἐνδεδιῃτημένοι. οὗτος ὁ Οὐράνιος ἧκε ποτὲ παρὰ Πέρσας, ὑπὸ Ἀρεοβίνδου τοῦ πρεσβευτοῦ ἀπηγμένος.

Οὐράνιος. Uranius nomine, Syrus natione, Constantinopoli oberrabat, artem profitens medicam: qui cum ex Aristotelis dogmatibus nullum perfecte nosset, inani tamen variæ doctrinæ opinione turgebat, & in congressibus contentiosus erat. Frequenter enim ad palatii porticus ventitans, & in tabernis librariis sedens, contendebat, verbisque magnificis se jactabat apud eos, qui eo commeare solebant, & consuetas hasce de Deo quæstiones agitare; qualis nimirum ei sit natura atque essentia, & passibilitas, ut ita dicam, atque impermixtibilitas: quorum plerique ne literatoris quidem scholam frequentarant; sed nec satis frugi homines erant. Hic Uranius cum Areobindo legato aliquando ad Persas profectus est.

Οὐρανίωνες. οἱ Τιτᾶνες οὕτω λέγονται.

Οὐρανίωνες. Uraniones. Sic Titanes vocantur.

Οὐρανοβάμονος. τοῦ οὐρανοφοίτου.
Πόλον [8]βλέπειν θέοντα, μυστικὸν τόδε.

Οὐρανοβάμονος. Per cœlum euntis. *Polum cernere currentem, mysticam habet significationem.*

Οὐρανόμηκες. μέγιστον. [9]Κλέος οὐρανόμηκες ἐν βροτοῖσιν ἕξων. παρὰ τὸ, Ἐπουράνιον κλέος εἴη.

Οὐρανόμηκες. [Proprie, quod ad cœlum usque pertingit.] Maximum. *Gloriam maximam inter mortales consecuturus.* [Hoc dictum est] secundum illud: Ἐπουράνιον κλέος εἴη.

Οὐρανός. [10]Οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχάτη περιφέρεια, ἐν ᾗ πᾶν ἵδρυται τὸ θεῖον.

Οὐρανός. Cœlum. Cœlum est extremus orbis, in quo divinum omne locatum est.

Οὐρανοὶ δύο. ὁ σὺν τῇ γῇ γεγενημένος· καὶ ὁ ὕστερον μέσον τῶν ὑδάτων προσταχθεὶς γενέσθαι· ὃν καὶ στερέωμα προσηγόρευσεν.

Οὐρανοὶ δύο. Cœli duo sunt: unum, cum ipsa terra procreatum: alterum postea in medio aquarum existere jussum; quod & firmamentum [Moses] vocavit.

Οὐρανόθι πρό. ἐν τῷ ὑπὸ τὰ νέφη τόπῳ.

Οὐρανόθι πρό. Sub nubibus.

Οὐρανοφάντωρ. οὗ ἡ λαμπρότης εἰς ὕψος φαίνεται.

Οὐρανοφάντωρ. Cujus splendor in cœlo refulget.

1 Ἔπληξα θυμόν. κτλ.] Hæc sunt verba Sophoclis *Oedip. Colon.* pag. 318. ut Portus monuit. Cæterum, in prioribus Editt. pro ἔπληξα legitur ἔπλεξα: quod manifeste corruptum est.

2 Καλλίβοτρυς] Est vox suspecta.

3 Κατ' ἦμαρ] Hanc lectionem ex MSto A revocavi. Ante enim male legebatur κτῆμαρ.

4 Οὐρανία αἶξ] Plura hac de re Hesychius: quem vide.

5 Οἱ δὲ ἀνέκρ.] Fragmentum hoc legitur apud Procopium *Histor. Arc.* cap. XVI.

6 Οὐράνιος ὄνομα, Σύρ.] Quæ hic Suidas de Uranio refert, sumpta sunt ex Agathiæ lib. II. pag. 67. ut Pearsonius etiam observaverat.

7 Ἀνακυκλῶν] Scribe ἀνακυκλοῦντα, ut habet Agathias loco laudato. Et mox αὐτοῦ, pro αὐτοῖς; ut itidem legitur apud Agathiam. Refertur enim ad præcedens κρείττονος.

8 Πόλον βλέπειν θ.] Est versus onirocriticus, non alia de causa huc allatus, quam quia οὐρανὸς & πόλος sunt synonyma. Cæterum, apud Astrampsychum pro πόλον legitur πῶλον, i. e. pullum equinum: quarum lectionum utra melior sit, somniorum conjectores, in quibus nomen meum non profiteor, dijudicent.

9 Κλέος οὐραν.] Aristoph. *Nubibus*, pag. 154. sed ubi pro ἕξων legitur ἕξεις.

10 Οὐρανός ἐστιν ἡ ἐσχ.] Hæc sunt verba Laertii in *Zenone Citt.* lib. VII. Num. 138.

Οὐρ-

Οὔρβιος. ὄνομα κύριον. ζήτει ἐν τῷ Πραξικοπήσας.

Οὐραῖα. τὰ τῆς οὐρᾶς. [1] Ἐδειμάτουν αὐτοὺς οἱ δράκοντες, τὰ οὐραῖα μέρη ἐς σπείρας εἱλίξαντες, καὶ ἐπανιστάμενοι.

Οὔρησας. [2] ἔστησας. ἔσωσας.

Οὐρητρίδα. [3] οὐρητικὸν ἀγγεῖον. Ἀριστοφάνης·

Ἀμὶς μὲν, ἢν οὐρητιάσῃς, αὑτηὶ
Παρὰ σοὶ κρεμήσετ' ἐγγὺς ἐπὶ τοῦ παττάλου.

Οὐρία [4] θεῖτε. ὀρχεῖσθε.

Οὐρίᾳ [5] ῥιπίδι ἀνήλατο φέψαλος ἐρεθιζόμενος. ἀντὶ τοῦ, ἀνέμου φορᾷ τῆς ῥιπίδος ἐξαπτόμενος. Πρίνινοι δὲ ἄνθρακες, οἱ στερεοὶ, οἱ ἰσχυροί.

Οὐρίαχος. [6] Πλήξας ῥόμβῳ τοῦ δόρατος οὐριάχῳ. ἐν Ἐπιγράμματι. καὶ αὖθις·

Οὔρεα καὶ ἐξ ὑάλοιο πυρακμήτοιο ταθέντας
Οὐριάχους δέξαιντο.

Τὰ οὐραῖα τῶν κανδηλῶν. ἔτι δὲ τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, ἢ τὸ ὄπισθεν μέρος, ὃ καὶ σαυρωτὴρ καλεῖται· ἀπὸ τοῦ ὀρύσσειν, καὶ τοῦ ἰάχω.

Οὐριοδρομούσας. ἐπιτηδείῳ ἀνέμῳ πλεούσας.

Οὔριος. ἐπιδέξιος, ἐπιτήδειος ἄνεμος. [7] Πολύβιος· Λαβὼν δ' οὔριον ἄνεμον καὶ λαμπρὸν, ἐκπετάσας πᾶσι τοῖς ἀρμένοις, καὶ κατευρώσας, ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ λιμένος ἐποιεῖτο τὸν πλοῦν, ἔχων καθωπλισμένους ἄνδρας ἐπὶ τῶν καταστρωμάτων. Καὶ, [8] Οὐρίῳ πελάσας δρόμῳ. τουτέστιν, εὐθυδρομήσας.

Οὖρον. εὔφορον ἄνεμον.

——— [9] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν
Ῥείτω κατ' οὖρον. σοὶ δ' ἐγὼ φράζω, κακὸν
Πρὸς ἄλλον εἶναι, πρὸς δέ μ' ἀψευδεῖν ἀεί.

Οὖρος. ὁ τῆς γῆς ὅρος. καὶ φύλαξ. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ οὖροι, οἱ ὅροι, τὰ ὁροθέσια.

Οὖρος.

——— Καὶ [10] βοὸς [11] οὔρου
Ἄσκητον χρυσῷ παμφαίνοντι κέρας.

Οὐροτομήσαντες. τὰ οὐραῖα κόψαντες. Οὐροτομήσαντες πεντήκοντα ἵππους.

Οὐροί. ὀξυτόνως. τὰ νεώρια, καὶ τὰ περιοχίσματα τῶν νηῶν. ἤγουν [12] τὰ ταφροειδῆ ὀρύγματα, δι' ὧν αἱ νῆες καθέλκονται εἰς τὴν θάλασσαν.

Οὖς. τὸ ὠτίον.

Οὔρβιος. Urbius. Nomen proprium. Quære in voce Πραξικοπήσας.

Οὐραῖα. Caudæ partes. Caudæ. *Dracones ipsos terrebant, caudas in spiras contrahentes, & reliquum corpus erigentes.*

Οὔρησας. Stitisti. Erexisti. Servasti.

Οὐρητρίδα. Matulam. Matellam. Aristophanes: *Matella ista, si micturis, prope te ex paxillo suspensa ad manum est.*

Οὐρία θεῖτε. Saltate.

Οὐρίᾳ ῥιπ. *Qualis* [*ex igne*] *prosiluit scintilla, excitata secundo flabello.* Vel, vento flabelli accensa. *Iligni* vero *carbones* dixit, pro, solidi & duri.

Οὐρίαχος. In Epigrammate: *Percutiens vibrata hastæ cuspide.* Et iterum: *Ut ex vitro in igne elaborato protensas candelarum extremas partes accipiant.* Hanc enim significationem vox οὐρίαχος hic habet. [Proprie autem est,] extrema hastæ pars, vel posterior cuspis, quæ etiam σαυρωτὴρ dicitur. Ab ὀρύσσειν, & ἰάχω.

Οὐριοδρομούσας. Secundo vento navigantes.

Οὔριος ἄνεμος. Ventus secundus. Polybius: *Ventum nactus secundum & prosperum, passis velis omnibus, ac flatuum opportunitate usus, ipsum portus ostium cursu petit, milites in navium tabulatis armatos habens.* Et, *Secundo cursu accedens.* Vel, Qui recto cursu aliquo pervenit.

Οὖρον. Secundum ventum. [Sophocles:] *Sed hæc quidem ex voto & sententia cedant. Tibi vero dico, erga alium quidem malus ut sis, mihi vero semper veritatem dicas.*

Οὖρος. [Ionice, pro] ὅρος. Terminus, limes terræ. Item, custos. Et apud Herodotum οὖροι idem significat quod ὅροι, i. e. termini, limites.

Οὖρος. [Urus. Species bovis.] *Et bovis uri ornatum auro splendidissimo cornu.*

Οὐροτομήσαντες. Qui caudas resecuerunt. *Cum equorum quinquaginta caudas resecuissent.*

Οὐροί. Cum acuto in ultima. Navalia, sive loca muro circumdata, in quibus naves servantur. Item, alveos, sive fossas, per quas naves in mare deducuntur.

Οὖς. Auris.

1 Ἐδειμάτουν αὐτοὺς οἱ δρ.] Vide supra v. Ἐδείμαινον, ubi idem fragmentum legitur.

2 Οὔρησας. ἔστησας. ἔσωσας] Ex Scholiasta Sophocl. ad *Oedip. Tyran.* pag. 181. ut Portus observaverat. Cæterum pro οὔρησας, ut hodie apud Sophoclem etiam legitur, scribendum est ὤρσας, per ι in syllaba penultima, ab ὀρίζω: ut jamdudum ante Henr. Stephanus in *Thesauro* suo, Tom. II. pag. 1497. monuit.

3 Οὐρητρίδα. οὐρητικὸν ἀγγ.] Scribendum erat, Οὐρητρίδα. ἀμίδα. οὐρητικὸν ἀγγεῖον: ut patet ex Scholiasta Aristoph. ad *Vespas*, pag. 488. (339. Ed. Bas. P.) unde ista Suidas sumpsit. Cæterum, vel ex subjuncto loco Aristophanis patet, notam hanc ad vocem ἀμίς, non vero οὐρητρίς, referri debuisse: similique modo a Compilatore peccatum hic est, quo infra v. Περιορᾶν, v. Πλατύπλοος, v. Προσπεφυκότες. & alibi.

4 Οὐρία θεῖτε] Aristoph. *Lysistrata*, pag. 871.

Χωρεῖτ' ὀργῇ, καὶ μὴ πτήξητ'. ἔτι γὰρ νῦν οὐρία θεῖτε.

Huc Suidas respexit. Vide etiam infra v. Τίλη.

5 Οὐρίᾳ ῥιπίδι ἀνήλ.] Aristoph. *Acharn.* pag. 403. (288. Ed. Bas. P.)

Οἷον ἐξ ἀνθράκων πρινίνων
Φέψαλος ἀνήλατ' ἐρε-
θιζόμενος οὐρίᾳ ῥιπίδι.

6 Πλήξας ῥόμβ.] Scribe, Πλήξας ῥομβωτοῦ δόρατος οὐριάχῳ. Sic enim legitur Anthol. lib. VI. cap. XV. pag. 568. ubi integrum Epigramma vide.

7 Πολύβιος] Lib. I. cap. XLIV. ubi pro κατευρώσας rectius legitur κατουρώσας.

8 Οὐρίῳ πελάσας δρόμῳ] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, pag. 53. ut Portus monuit.

9 Ἀλλὰ ταῦτα μ.] Hæc sunt verba ejusdem Sophoclis *Trachin.* pag. 347.

10 Καὶ βοὸς οὔρου ἄσκ.] Verba hæc decerpta sunt ex Epigrammate Adriani in donaria Trajani, Jovi Casio ab ipso dedicata: quod Epigramma integrum publici juris fecimus supra v. Κάσιον ὄρος.

11 Οὔρου] Scribendum est οὔρου, i. e. uri bovis: ut monuimus etiam supra v. Κάσιον ὄρος.

12 Τὰ ταφροειδῆ ὀρύγμ.] Ex Scholiasta Homeri ad Iliad. Β. v. 153.

Οὔσβαις. ὄνομα κύριον. Ἐν τοῖς Οὔσβαις τοῦ κινδύνου ἄπο ἐγένετο, ἀποδράσας τὰ ξίφη.

Οὔσβαις. Uſbis. Nomen proprium [loci.] *In Uſbis procul a periculo fuit, poſtquam gladios effugiſſet.*

Οὓς [1] ἐγὼ βόσκω, καὶ δίκαια κἄδικα. ὁ Κλέων φησὶ πρὸς τοὺς Ἡλιαστάς. τουτέστι, πρὸς τοὺς Ἡλιαίους δικαστάς. τὸ βόσκω, πικρῶς. ἐπὶ γὰρ τῶν ἀλόγων εἴρηται. Δίκαια δὲ, κἄδικα· ἀντὶ τοῦ, [2] ἐνδικῶν καὶ ἀδικῶν.

Οὓς ἐγὼ βόσκω. *Quos ego paſco per fas & nefas.* Cleon hæc dicit ad Heliaſtas, ſive, Judices Heliæos. Τὸ βόσκω, i. e. paſco, falſe admodum dixit. Proprie enim dicitur de brutis. Δίκαια vero & ἄδικα, pro, Per fas & nefas.

Οὐσία. Τῆς οὐσίας τὴν κλῆσιν καὶ τὴν προσηγορίαν οὐδόλως ἐμφερομένην εὑρίσκομεν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ. ἡ δὲ τῶν πολλῶν συνήθεια κέχρηται τῷ προσρήματι ἐπὶ τῶν σημαινομένων κτήσεων, ἃς τις κέκτηται. οἷον, οἰκημάτων, βοσκημάτων, καὶ λοιπῶν ὑλῶν. ταῦτα γὰρ οὐσίαν καλοῦσι τοῦ κεκτημένου· καθ' ἣν ἔννοιαν καὶ τὸν ταῦτα κεκτημένον πλούσιον καλοῦμεν· ἀντὶ τοῦ, πολυούσιον. καὶ περιούσιον λαὸν, τὸν ἔγκτητον. καὶ Ἰσραὴλ περιουσιασμὸν ἑαυτῷ· ἀντὶ τοῦ κτῆμα, καὶ εἰς κτῆσιν. ἡ δὲ Λογικὴ χρῆσις τὸ τῆς οὐσίας ὄνομα ἀπὸ τοῦ εἶναι ῥήματος οἶδε παρῆχθαι, αὐτὸ τὸ ὂν πρᾶγμα οὐσίαν καλοῦσα. τὸ γὰρ Ὂν κοινὸν ὄνομά ἐστι πάντων τῶν ὄντων. τοῦτο οὖν τὸ Ὂν τέμνεται εἰς οὐσίαν καὶ εἰς συμβεβηκός. ὁρίζονται δὲ τὴν οὐσίαν οὕτως· Οὐσία ἐστὶν ὄνομα κοινὸν, καὶ ἀόριστον, κατὰ πασῶν τῶν ὑπ' αὐτὴν ὑποστάσεων ὁμοτίμως φερόμενον, καὶ συνωνύμως κατηγορούμενον. Ἢ, ἡ καθ' ὑποκειμένων ὑποστάσεων λεγομένη, καὶ ἐν πάσαις αὐταῖς ὁμοτίμως θεωρουμένη. Ἢ, πρᾶγμα αὐθύπαρκτον μηδενὸς ἑτέρου δεόμενον πρὸς σύστασιν. ἤγουν, τὸ ἐν ἑαυτῷ ὂν, καὶ μὴ ἐν ἑτέρῳ ἔχον τὴν ὕπαρξιν, ὡς τὸ συμβεβηκός. Οὐσία οὖν ἐστὶν ἡ ἁπλῶς τῶν ὄντων ὕπαρξις.

Οὐσία. Eſſentiæ vel Subſtantiæ nomen & appellationem nullo modo prolatam invenimus in Sacra Scriptura. Vulgi vero conſuetudo utitur hac appellatione ad ſignificandas poſſeſſiones, quas quis poſſidet; cujuſmodi ſunt domicilia, pecora, & reliqua bona. Hæc enim poſſeſſoris οὐσίαν, i. e. ſubſtantiam & facultates vocant. Quo ſenſu etiam illum, qui hæc poſſidet, vocamus πλούσιον: quaſi dicas πολυούσιον, i. e. qui multam ſubſtantiam, ſive multa bona habet. Et περιούσιον λαὸν, i. e. populum acquiſitum: & Iſraelem περιουσιασμὸν ἑαυτῷ, i. e. peculium ſuum. Logicus vero uſus nomen οὐσίας, i. e. Eſſentiæ, novit deductum a verbo εἶναι, Eſſe, rem ipſam, quæ eſt, vocans οὐσίαν. Nam τὸ Ὂν, i. e. Ens, commune nomen eſt omnium eorum, quæ ſunt. Hoc igitur Ens dividitur in Eſſentiam & Accidens. Eſſentiam autem ita definiunt: Eſſentia eſt nomen commune, & indefinitum, quod dicitur de omnibus ſubſtantiis ipſi ſubjectis, pari honore præditum, & univoce prædicatum. Vel, Eſſentia eſt, quæ de ſubjectis ſubſtantiis dicitur, & in iis omnibus pari honore ſpectatur. Vel, Eſſentia eſt res per ſe ſubſiſtens, quæ nullo alio indiget ad ſui conſtitutionem. Id ſcilicet, quod in ſeipſo eſt, & quod in altero non habet ſuam ſubſtantiam; ut Accidens. Eſſentia igitur ſimpliciter eſt exiſtentia rerum, quæ ſunt. *Port.*

Οὐσίας δίκη. Οὐσίας εἰσάγουσι δίκην πρὸς τοὺς ἑαλωκότας ἐν προτέρᾳ δίκῃ χρέους, ἢ καρποῦ· ὥστε ἀπολαμβάνειν αὐτοὺς ἐξ ὅλης τῆς οὐσίας, ἃ κατεδίκασαν.

Οὐσίας δίκη. Actio οὐσίας intenditur illis, qui priore Judicio Æris alieni, vel Fructuum victi fuerunt: & victores ex omnibus bonis recipiunt ea, quæ ſententia judicis ipſis addicta ſunt.

Οὐσίας [3] δίκη. οἱ δικαζόμενοι περὶ χωρίων ἢ οἰκιῶν πρὸς τοὺς ἔχοντας, οὐσίας ἐδικάζοντο τὴν δευτέραν δίκην. ἡ δὲ προτέρα ἦν, τῶν μὲν οἰκιῶν, ἐνοικίου· τῶν δὲ χωρῶν, καρποῦ. τρίτη δὲ ἐπὶ τούτων ἐξούλης. καὶ ἐξῆν τοῖς [4] ἑλοῦσι κρατεῖν τῶν κτημάτων, καὶ [5] τὴν δίκην τοῦ καρποῦ, ἢ τοῦ ἐνοικίου, εἰ [6] καὶ τὴν δευτέραν ἡττηθεῖεν τὴν τῆς οὐσίας. εἰ δὲ καὶ ἐξούλης ἁλοῖεν, οὐκέτι ἐξῆν κρατεῖν, ἀλλ' ἐξίστασθαι ἤδη τῶν κτημάτων ἔδει τοῖς καταδικασαμένοις.

Οὐσίας δίκη. Qui de agris vel ædibus judicio adverſus poſſidentes contendebant, actione ſecunda οὐσίας experiebantur. Prima vero actio, ſi de domo contendebatur, erat ἐνοικίου, ſive de pretio locationis; ſi de agro, καρποῦ, ſive de fructibus: tertia ἐξούλης, ſive de vi. Hac actione, ſi viciſſent, in poſſeſſione permanebant: etiamſi actione καρποῦ, vel etiam ſecunda οὐσίας victi fuiſſent. Sin ἐξούλης quoque damnati eſſent, bona non amplius retinere ipſis licebat, ſed poſſeſſione eorum victoribus cedere cogebantur.

Οὐσία [7] φανερὰ καὶ ἀφανής. Λυσίας ἐν τῷ ὑπὲρ Φερενίκου λόγῳ· Εἰ μὲν γὰρ ἀγροὺς κατέλιπεν Ἀνδροκλείδης, ἢ ἄλλην φανερὰν οὐσίαν, ἐξῆν ἂν εἰ-

Οὐσία φανερὰ καὶ ἀφανής. Bona apparentia & non apparentia. Lyſias in oratione pro Pherenico dicit: *Si enim agros reliquiſſet An-*

1 Οὓς ἐγὼ βόσκ.] Ariſtoph. *Equit.* pag. 301. (203. Ed. Baſ. *P.*)
Ὦ γέροντες ἡλιασταὶ, φράτερες τριωβόλου,
Οὓς ἐγὼ βόσκω κεκραγὼς καὶ δίκαια κἄδικα.

2 Ἐνδικῶν καὶ ἀδικῶν] Scribendum eſt, ἐνδικαίως καὶ ἀδίκως.

3 Οὐσίας δίκη. οἱ δικ.] Ex Harpocratione.

4 Ἑλοῦσι] Supple, τὴν τρίτην ἐξούλης. Wolfius & Portus legunt, ἐλθοῦσι: ſed male.

5 Καὶ τὴν δίκ.] Harpocratio rectius, κἂν εἰ τὴν δίκην, &c. Hanc lectionem in verſione expreſſi.

6 Εἰ καὶ] Supervacanea hic eſt particula εἰ.

7 Οὐσία φανερὰ, καὶ ἀφ.] Veteres Attici diſtinguebant inter οὐσίαν φανερὰν & ἀφανῆ. Nomine ἀφανοῦς οὐσίας pecuniam numeratam, mancipia, vaſa, aliamque ſupellectilem, omnia denique, quæ rerum mobilium appellatione Juriſconſultis Romanis veniunt, intelligebant. Φανερὰν οὐσίαν, domos, agros, ſive, bona immobilia appellabant. Portus οὐσίαν φανερὰν, *opes apertas*, interpretabatur; & ἀφανῆ, *obſcuras*: cum dicere debuiſſet, *bona apparentia, & non apparentia.* Confer Harpocrationem v. Ἀφανὴς οὐσία. & ibi Mauſſacum.

πεῖν

πεῖν τοῦ βουλόμενον, ὅτι οὐδὲν μὲν ψεύδεται, [1] αὐτῷ δὲ δέδωκε περὶ ἀργυρίου καὶ χρυσίου καὶ ἀφανοῦς οὐσίας. δηλονότι ὅς τις ἔχων αὐτὰ φαίνεται, τούτῳ δέδωκεν.

Οὐπάσαι. αἰτιατικῇ. Πισίδης·

Καὶ πάντας ἡμᾶς οὐπάσαι σὺ θέλεις,
Καὶ τεκνοποιεῖν τοῦ Θεοῦ καθημέραν.

Οὐ σταθμητή. Ὅτι Ἀλιγέρνης ὁ Γότθος τοσοῦτον ἦν καρτερὸς ταῖς χερσὶν, ὡς τὰ τούτου βέλη ἀφιέμενα ῥοίζῳ τε πολλῷ καὶ ταχυτῆτι οὐ σταθμητῇ φέρεσθαι. ζήτει ἐν τῷ Ἀλιγέρνης.

Οὐ [2] στήσομαι λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος. ζήτει ἐν τῷ Τυρόκνηστις.

Οὐτάσας. πλήξας. τρώσας. Ὁ δὲ τῷ δόρατι αὐτὸν οὐτάσας κατέβαλε. Βαλεῖν δέ ἐστι, τὸ πόῤῥωθεν πέμψαι. Οὐτάσαι δὲ, καὶ νύξαι, καὶ τύψαι, τὸ ἐκ χειρὸς τρῶσαι.

Οὔτε [3] σὺν πανωλέθροισιν, οὔτ' ἄνευ πανωλέθρων. παροιμία.

[4] Κακὸν γυναῖκες· ἀλλ' ὅμως, ὦ δημόται,
Οὐκ ἔστιν εὑρεῖν οἰκίαν ἄνευ κακοῦ.

Καὶ Ἀριστοφάνης·

Κατ' ἐκεῖνο τοὔπος ὀρθῶς κ' οὐ κακῶς εἰρημένον,
Οὔτε σὺν πανωλέθροισι· καὶ τὰ ἑξῆς.

Οὔτε [5] τευ. ὥσπερ παρὰ Αἰολεῦσι τὸ ὅτινα κοινόν ἐστι κατὰ γένος οὕτω καὶ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, τὸ οὔτε τευ κοινῶς λέγεται. Σοφοκλῆς·

—— Οὔτε τευ κλύων
Σάλπιγγος. ——

Οὐτήτειρα. πληκτική.

Καί [6] με τις οὐτήτειρα παρὰ σφυρὰ διψὰς ἔχιδνα,
Σαρκὶ τὴν ἐκ γενύων πικρὸν ἐνεῖσα χόλον,
Ἠελίου χήρωσεν.

Οὐτιδανός. οὐδενὸς ἄξιος.

Οὔτιδες, [7] καὶ Σωρεῖται. παραλογισμοὶ οὕτω καλούμενοι. καὶ οὔτις, παρ' Ὁμήρῳ οὐδείς. Οὔτις γὰρ Ὀδυσσεύς.

———— Οὔ [8] τις ἔσθ', ὅς οὐ
Τὸν τοῦ μανέντος κἀπιβουλευτοῦ στρατοῦ
Ξύναιμον ἀποκαλοῦντες.

Ἀττικόν ἐστι τὸ ἐπιφέρειν ἑνικοῖς πληθυντικά. οἷον, Οὔ τις ἀποκαλοῦντες.

Οὔτοι. ἀντὶ τοῦ οὐ μήν. [9] Δαβὶδ εἶπεν ὑπὸ Κυρίου πειραζόμενος· Στενά μοι πάντοθεν τὰ τρία ἐπιτίμια. πλὴν ἐμπεσοῦμαι εἰς χεῖρας Κυρίου. καὶ ἐξελέξατο τὸν θάνατον. καὶ ἀπέθανον ἀπὸ πρωΐθεν μέχρι ὥρας

droclides, vel alia bona apparentia, cuilibet dicere liceret, illum non mentiri, sed ipsi dedisse argentum & aurum & alia bona non apparentia. Qui enim ea possidere cernitur, illi scilicet hæc dedit.

Οὐπάσαι. Creare. Efficere ut aliquis sit, qui non erat ante. Pisides:

Et omnes nos creare tu vis,
Et filios facere Dei quotidie.

Οὐ σταθμητή. Immensa. Incredibilis. *Aligernes Gothus tantò manuum robore pollebat, ut tela ab eo emissa magno cum strepitu & incredibili celeritate ferrentur.* Quære in Ἀλιγέρνης.

Οὐ στήσομαι λέαινα ἐπ. *Non stabo leæna in tyrocnestide.* Quære in v. Τυρόκνηστις.

Οὐτάσας. Qui percussit. Qui vulneravit. *Ille vero ipsum hasta vulneratum prostravit.* Βαλεῖν est, eminus aliquem ferire. Οὐτάσαι vero, νύξαι, & τύψαι, cominus vulnerare.

Οὔτε σὺν πανωλ. *Neque cum pessimis, neque sine pessimis.* Proverbium. *Malum fœminæ: sed tamen, populares, non datur invenire domum sine malo.* Et Aristophanes: *Et dictum illud recte nec male dictum est: Neque cum pessimis,* &c.

Οὔτε τευ. Pro, οὔτε τινός. Nec alicujus. Nec ullius. Ut apud Æolenses τὸ ὅτινα est generis communis: sic etiam apud Atticos τὸ οὔτε τευ communiter dicitur. Sophocles: *Nec ullam audiens tubam.*

Οὐτήτειρα. Quæ percutit. Quæ vulnerat. [In Epigrammate:] *Et me vipera quædam dipsas, vulnerato malleolo pedis, & amara bile in vulnus ex ore immissa, vita privavit.*

Οὐτιδανός. Nullius pretii homo.

Οὔτιδες, καὶ Σωρ. Utides, & Soritæ. Sunt paralogismi quidam sic vocati. Et apud Homerum, οὔτις, dicitur Nullus. Item Ulysses Οὔτις [apud eum vocatur. Et Sophocles:] *Nemo non furiosi & insidiosi ducis fratrem eum appellantes.* Atticum est, numero singulari pluralem subjicere: ut, Οὔ τις ἀποκαλοῦντες.

Οὔτοι. Pro, οὐ μήν. Non autem. Nequaquam. David, cum a Domino tentaretur, dixit: *Tres istæ pœnæ me ad summas angustias redigunt. Verum cadam in manus Domini. Et elegit mortem. Et a matutino tempore usque*

1 *Αὐτῷ δὲ δέδωκε περὶ ἀργ.*] Locus hic vel corruptus est, vel mutilus; qui facile in integrum restitui posset, si hodie adhuc exstaret oratio Lysiæ, ex qua eum Suidas excerpsit.

2 *Οὐ στήσομαι λ.*] Est versus Aristophanis in *Lysistrata*, pag. 850.

3 *Οὔτε σὺν πανωλέθρ.*] Est versus Trochaicus, qui legitur apud Aristoph. *Lysistrata*, pag. 900. (564. Ed. Bas. *P.*)

4 *Κακὸν γυναῖκες ἀλλ' ὅμ.*] Duo hi versus sunt Susarionis, Comicorum Græcorum vetustissimi, teste Diomede Grammatico in Dionysium Thracem, qui MS. exstat in Bibliotheca Vaticana, itemque in Bibliotheca Regia Londinensi. Vide omnino Luc. Holstenium ad Steph. Byz. v. Τριποδίσκος, & Richard. Bentlejum in eruditissima Dissertatione *de Phalar. Epist.* pag. 202. Confer etiam Nostrum infra v. Τρίπος, ubi iidem versus leguntur.

5 *Οὔτε τευ. ὥσπερ π.*] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Ajacem*, pag. 18. ut Portus observaverat. Confer etiam Suidam infra v. Τεῦ.

6 *Καί με τις οὐτ.*] Fragmentum hoc est pars Epigrammatis, quod integrum exstat Anthol. lib. III. cap. XVI. ut Portus monuit.

7 *Οὔτιδες*] Vide omnino Menag. ad Laert. lib. VII. num. 82.

8 *Οὔ τις ἔσθ', ὅς οὐ τ.*] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, pag. 44. ut Portus monuit.

9 *Δαβὶδ εἶπεν ὑπὸ Κυρ.*] Hæc sumpta sunt ex II. *Sam.* cap. XXIV. sed ubi pro οὔτοι, cujus vocis gratia locum hunc adduxit Suidas, legitur οὗτοι, i. e. *Hi.* Et sic apud ipsum Suidam supra v. Δαβίδ.

ἀρίστου

ἀρίστου χιλιάδες ο΄. καὶ εἶπε Δαβίδ· Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ κακοποιήσας, [1] οὗτοι τὰ πρόβατα. ἀντὶ τοῦ, οὐδαμῶς.

Οὑτοσί. οὗτος ὁ ἄνθρωπος. ἀντὶ ὀνόματος κέχρηται τῷ οὑτοσί. τὸ δὲ ι ἐπέκτασις. οὕτω δὲ ἐπιρρηματικῶς, καὶ οὑτωσί, ἀντὶ τοῦ οὕτως. [2] Οὕτως ἀνοήτως ἐκβαλῶ. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἔτυχεν, [3] ἐκ τοῦ μηδενός.

Οὕτω [4] πολυφόρῳ συγκέκραμαι δαίμονι.

ἀντὶ τοῦ, πολλά μοι κακὰ ὑφ' ἕνα καιρὸν φέροντι. ἢ ποικίλῳ. Ἀριστοφάνης.

Οὐ τρέφει μία λόχμη δύο ἐριθακούς. ἐπὶ τῶν ἐκ μικροῦ τινος κερδαίνειν σπουδαζόντων. ἐριθακὸς δέ ἐστιν ὄρνεον μονῆρες καὶ μονότροπον.

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. παροιμία, ἧς μέμνηται Ἕρμιππος ἐν Δημόταις. [5] Ἱπποκλείδης, ὁ Τισάνδρου, μέλλων γαμεῖν Ἀγαρίστην τὴν [6] Κλεισθένους τοῦ Σικυωνίου θυγατέρα τοῦ τυράννου, ἐν αὐτῇ τῇ τῶν γάμων ἡμέρᾳ ἐπωρχήσατο περιττῶς. μεταβουλευσαμένου δὲ τοῦ Κλεισθένους, καὶ Μεγακλεῖ τῷ Ἀλκμαίωνος τὴν θυγατέρα δόντος, πρὸς δὲ τὸν Ἱπποκλείδην φανερῶς εἰπόντος, ὅτι [7] ἀπώρχηται τῶν γάμων τῆς Ἀγαρίστης, ὑποτυχὼν ἔφη· Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

Οὐχ ἅλις. οὐ ματαίως.

Οὐ χεῖρον. ἀντὶ τοῦ, βέλτιον.

Βούλει [8] τὸ πρᾶγμα τοῖς θεαταῖσι φράσω;
Οὐ χεῖρον.

Οὐχ ἥκιστα. μάλιστα. πάνυ. οὐχ ἧττον. Καὶ οὖν τῷ τὸν βασιλέα ἐστοχάσθαι εὖ τῶν μελλόντων, οὐχ ἥκιστα ἀπέβη τά οἱ προβουλευθέντα. Καὶ αὖθις· Καὶ ἄλλον οὐχ ἥκιστα εἰς αὐτοὺς ἀναρτήσαντες ὄχλον.

Οὐχὶ Γλαύκου τέχνη. ἐπὶ τῶν εὖ εἰργασμένων, καὶ δυσκατανοήτων.

Οὐχὶ μᾶλλον. Ἀριστοφάνης·

Κλέπτης μὲν οὐχὶ μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

παρῴδηται [9] ἐξ Ἀλκήστιδος Εὐριπίδου. ἔχει δὲ οὕτω·

Σὲ δ' ἄλλη τὶς γυνὴ κεκτήσεται,
Σώφρων μὲν οὐχὶ μᾶλλον, εὐτυχὴς δ' ἴσως.

Οὐχ ὅσον. Ἐφ' ᾧ δὴ ὁ [10] Πάρθος οὐχ ὅσον οὐ κατέπληξεν, ἀλλὰ καὶ ἀντέγραψέν οἱ τά τε ἄλλα ὑπερφρόνως, καὶ αὐτὸν μὲν βασιλέα βασιλέων, ἐκεῖνον δὲ Καίσαρα μόνον ὀνομάσας. Καὶ αὖθις· Οὐχ ὅσον οὐχ εὗρόν τι συμβατικόν, ἀλλὰ καὶ ἄσπονδον σφίσι τὸν πόλεμον παρεσκεύασαν. ἀντὶ τοῦ, οὐ μόνον.

Οὐχ ὁσονοῦ. ἀντὶ τοῦ, οὐ βραδέως, ἀλλὰ ταχύ. ὡς τὸ μονονού.

Οὐ [11] χρὴ λέοντος σκύμνον ἐν πόλει τρέφειν·

ad horam prandii mortui sunt hominum LXX. *millia. Tunc David dixit: Ego sum pastor, qui peccavit, non autem hæ oves.*

Οὑτοσί. Pro οὗτος. Hic homo. Usus est [Aristophanes] hoc οὑτοσὶ pro nomine. Τὸ ι autem vocis producendæ gratia adjectum est. Sic etiam adverbium οὑτωσὶ dicitur pro οὕτως. *Tam stulte projiciam.* Vel, tam temere, & nulla de causa. † *Tam multiplici colluctor infortunio.* Πολυφόρῳ hic significat, multa mala eodem tempore invehente. Vel, vario. Aristophanes.

Οὐ τρέφει μ. *Non alit unum arbustum duos erithacos.* In eos, qui ex parva quadam re lucrum captant. Erithacus autem avis est solitaria, & ab aliis separatim vivens.

Οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ. *Non id curat Hippoclides.* Proverbium, cujus meminit Hermippus in *Demotis.* Hippoclides, Tisandri F. uxorem ducturus Agaristen, Clisthenis Sicyonii tyranni filiam, ipso nuptiarum die supra modum saltavit. Cum autem Clisthenes sententiam mutasset, & Megacli Alcmæonis F. filiam dedisset, & Hippoclidi palam dixisset, cum propter indecoram saltationem nuptiis Agaristæ excidisse; respondit: *Non id curat Hippoclides.*

Οὐχ ἅλις. Non frustra. Non temere.

Οὐ χεῖρον. Non pejus. Pro, Melius. [Aristophanes:] *Vis rem istam spectatoribus indicem? Satius erit.*

Οὐχ ἥκιστα. Non minime. Maxime. Omnino. Non minus. *Quare, cum Rex futura recte conjecisset, consiliis ejus eventus omnino respondit.* Et iterum: *Cum maxime reliquam turbam in ipsos concitassent.*

Οὐχὶ Γλαύκου τέχνη. *Non Glauci ars.* Dicitur de rebus affabre factis, & quæ haud facile intelliguntur.

Οὐχὶ μᾶλλον. Non magis. Aristophanes: *Furax quidem non magis es: at fortunatus fortasse.* Per parodiam hoc expressum est ex illo Euripidis in *Alcestide: Te vero alia habebit mulier, non quidem magis pudica, at felicior fortasse.*

Οὐχ ὅσον. Non solum. *Qua re Parthus non solum non territus est, sed etiam ipsi cum alia superbe rescripsit, tum etiam, se quidem Regem Regum, illum vero, Cæsarem tantum nominans.* Et iterum: *Non solum nullas pacis conditiones impetrarunt, sed etiam bellum maxime infestum sibi excitarunt.*

Οὐχ ὁσονοῦ. Mox. Cito. Dictum est ut μονονού.

Οὐ χρὴ λ. *Non oportet catulum leonis in*

1 Οὗτοι τὰ πρόβατα] Apud LXX. Interpretes loco laudato legitur. Οὗτοι τὰ πρόβατα τί ἐποίησαν;

2 Οὕτως ἀνοήτως ἐκβ.] Aristoph. *Ecclesiaz.* pag. 746. Vide supra v. Οὐδὲν πρὸς ἔπος.

3 Ἐκ τοῦ μηδενός] Scribendum est, ἕνεκα μηδενός: ut recte legitur supra, v. Οὐδὲν πρὸς ἔπος.

4 Οὕτω πολυφόρῳ συγκέκρ.] Aristoph. *Pluto,* pag. 86. Confer etiam Nostrum infra v. Πολυφόρῳ.

5 Ἱπποκλείδης, ὁ Τισ.] Historiam hanc de Hippoclide prolixius narrat Herodotus lib. VI. quem consule.

6 Κλεισθένους] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, Ἀγαθοκλέους. Agaristen enim Clisthenis filiam fuisse, Herodotus quoque, & Zenobius, aliique scriptores testantur.

7 Ἀπώρχηται τῶν γάμων] Potius, ἀπωρχήσατο τὸν γάμον. Herodotus, pag. 238. Ὡς δὲ εἶδε (Κλεισθένης) τοῖσι σκέλεσι χειρονομήσαντα, οὐκέτι κατέχειν δυνάμενος, εἶπε, Ὦ παῖ Τισάνδρου, ἀπωρχήσαό γε μὲν τὸν γάμον, &c. Zenobius Cent. V. Adag. XXXI. habet, Ἐξωρχήσω τὸν γάμον.

8 Βούλει τὸ πρᾶγ.] Hæc sunt verba Aristoph. *Equit.* pag. 290. (193. Ed. Bas. *P.*)

9 Ἐξ Ἀλκήστιδος Εὐριπ.] V. 179. 180.

10 Ὁ Πάρθος] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, ὁ παρθένος.

11 Οὐ χρὴ λέοντος σκ.] Tres hi Senarii leguntur apud Aristophanem *Ranis,* pag. 278. 279. (185. Ed. Bas. *P.*)

Μάλιστα

Μάλιςα μὲν λέοντα μὴ 'ν πόλει τρέφειν·
Ἢν δ' ἐκτραφῇ τις, τοῖς τρόποις ὑπηρετεῖν.

Ἀριστοφάνης. Αἰσχύλος δὲ λέγει περὶ Ἀλκιβιάδου· Μὴ ἀνατρέφειν [1] Φρόνιμον· ἐὰν δὲ ἀνατρέφῃ, μὴ ἐρεθίζειν, ἀλλὰ πιθαρχεῖν. ὥστε ὁ μὲν Εὐριπίδης συμβεβούλευκε μὴ δέχεσθαι· ὁ δὲ Αἰσχύλος τοιαύτην τινὰ διάνοιαν, μὴ καταδέξασθαι, ἢ καταδεξάμενον, προσπαραφέρειν. ὁ δὲ Διόνυσος πρὸς ταῦτα φησί· [2] Δυσκρίτως μὲν γ' ἔχω. σοφῶς γὰρ εἶπεν· ὁ δ' ἕτερος σαφῶς. Σοφῶς μὲν Αἰσχύλος· σαφῶς δὲ Εὐριπίδης.

Οὐχ οἷά τε εἶναι. ἀδύνατα. [3] Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐχ οἷά τε ἄπρακτα γενέσθαι, ἐπείπερ οἱ Θεοὶ ἀτιμώρητα αὐτὰ περιεῖδον ἐκ σφῶν γινόμενα.

Οὐχ οἷόν τ' ἀνέσχοντο τῶν λόγων, ἀλλὰ κατέλευσαν τὸν εἰπόντα.

Οὐχ οἷον. [4] Οὐχ οἷον προσεῖχον αὐτοῖς, ἀλλ' ἁπλῶς οὐδ' ἀκούειν ἠξίουν. [5] Πολύβιος· Οὐχ οἷον οὐ προσεῖχε τοῖς λεγομένοις, ἀλλ' οὐδ' ἠνείχετο ἀποφαινομένου ταῦτα.

Οὐχ οἷόν τε. οὐ δυνατόν.

Οὐχ [6] οἷός τ' εἰμ' ἀποσοβῆσαι τὸν γέλων,
Ὁρῶν λεοντῆν ἐπὶ κροκωτῷ κειμένην.

Διονυσιακὸν φόρημα ὁ κροκωτός. ἐφόρει δὲ λεοντῆν, ὡς Ἡρακλῆς. τάττεται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνομοίων. Καὶ αὖθις· Οὐχ οἷός τ' ἦν ἐθελοντὴς συνυπακούειν.

Οὐχ [7] ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα. ἀντὶ τοῦ, ἑαυτοῖς ταῦτα πεποιήκαμεν. [8] λόγος γὰρ, πληγέντα ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν, εἰπεῖν ἰδόντα τὴν μηχανὴν τοῦ πτερώματος, οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς ἁλισκόμεθα.

Οὐχ ὑφίει. οὐκ ἐνεδίδου.

Ὄφελες, [9] καὶ ὄφελον. εἴθε. μακάρει. εὐκτικῶς. τὸ δὲ μακάρει τῶν ἀπαιδεύτων εὐκτικὸν ἐπίῤῥημα· ἀντὶ τοῦ εἴθε, καὶ αἴθε. πλὴν ὅτι ταῦτα μὲν ἀπαρέμφατα προσώπων ἐστί· τὸ δὲ ὄφελον πρόσωπον ἐμφαίνει. [10] Ὄφελον κατευθυνθείησαν αἱ ὁδοί μου, τοῦ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματά σου.

Ὀφέλλα τοῦ Κυρηναίου δυνάστου πρὸς Ἀγαθοκλέους κατὰ Σικελίαν ἀναιρεθέντος δόλῳ, Λεωνίδης ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς κατέστη ὑπὸ Πτολεμαίου.

Ὄφελος. [11] Ἀριστοφάνης· Ἄλλας τε γυναῖκας, ὅτι

urbe alere: præcipue vero leonem ne in urbe alas. Si vero educatus fuerit, moribus ejus obsequaris necesse est. Aristophanes [*Ranis.*] Æschylus vero de Alcibiade dicit: Ne virum callidum [in civitate] alas: si vero alueris, ne eum irrites, sed blanditiis demulceas. Quare Euripides quidem suasit, ne quis [tales viros in urbem] reciperet. Æschyli vero sententia erat, aut non esse recipiendos; aut, si quis eos recepisset, moribus illorũ obtemperandũ esse. Bacchus vero ad hæc dicit: Difficulter dijudicare possum, [uter horum melius dixerit.] Nam alter quidem sapienter dixit: alter vero, plane. Sapienter Æschylus: plane vero Euripides.

Οὐχ οἷά τε εἶναι. Quæ fieri nequeunt. *Sed hæc quidem infecta fieri nequeunt, quoniam Dii hæc illorum facinora impunita siverunt.*

Οὐχ οἷόν τ' ἀνέσχ. *Non solum non tulerunt verba illa, sed etiam auctorem eorum lapidibus obruerunt.*

Οὐχ οἷον. Non solum. *Non solum mentem ad ipsos non adverterunt; sed ne audire quidem eos voluerunt.* Polybius: *Non solum non attendebat ad ea, quæ dicebantur; sed ne ferre quidem poterat eum, qui hæc dicebat.*

Οὐχ οἷόν τε. Quod fieri nequit.

Οὐχ οἷός τ' εἰμ' ἀπ. *A risu temperare nequeo, videns leoninam pellem crocoto superinductam.* Crocotum erat gestamen Bacchicum. Gestabat autem [Bacchus] pellem leoninam, ut Hercules. Proverbium vero hoc dicitur de rebus dissimilibus. Et iterum: *Non poterat ultro parere.*

Οὐχ ὑπ' ἄλλων. *Non ab aliis, at nostris pennis capimur.* Id est, hæc mala ipsi nobis accersivimus. Fama est, aquilam sagitta percussam, cum pennis instructum missile vidisset, dixisse: *Non ab aliis, sed nostris pennis capimur.*

Οὐχ ὑφίει. Non remittebat. Non cedebat.

Ὄφελες, & ὄφελον. Utinam. Sive, idem, quod μακάρει. Μακάρει autem est adverbium optantis, quo indocti utuntur, pro εἴθε, & αἴθε. Sed hæc quidem nullas personas significant: at ὄφελον personam significat. *Utinam viæ meæ dirigantur, ut custodiam judicia tua.*

Ὀφέλλα τοῦ Κυρ. Cum Ophellas Dynasta Cyrenæorum ab Agathocle in Sicilia dolo necatus fuisset, Leonides a Ptolemæo Græcorum Præses constitutus est.

Ὄφελος. Utilitas. Aristophanes: *Aliasque*

1 Φρόνιμον] Scholiastes Aristoph. rectius. φρόνημα ἔχοντα.

2 Δυσκρίτως μὲν γ' ἔχ.] Apud Aristophanem locus hic ita legitur & distinguitur:

———————— Δυσκρίτως γ' ἔχω.
Ὁ μὲν σοφῶς γὰρ εἶπεν, ὁ δ' ἕτερος σαφῶς.

3 Ἀλλὰ ταῦτα μ.] Idem fragmentum legitur etiam supra, v. Ἄπρακτα.

4 Οὐχ οἷον πρ.] Hæc sunt verba Polybii lib. I. cap. XLIII.

5 Πολύβιος] Lib. III. cap. LXXXII.

6 Οὐχ οἷός τ' εἰμ' ἀποσ.] Hæc sunt verba Aristophanis in *Ranis*, sub initium.

7 Οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλ.] Aristophanes *Avibus*, pag. 579.

———————— Καθ' τὸν Αἰσχύλον,
Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς.

Nimirum, versus iste ex Æschyli *Myrmidonibus* sumptus est, ut testatur Enarrator Comici ad illum locum. Confer Nostrum infra v. Ταυτὶ μὲν εἰκάσμεθα, & Gatakerum in *Miscell. Posthum.* cap. XII.

8 Λόγος γὰρ, πληγέντα ἀτρ.] Scribe & distingue, Λόγος γὰρ
Πληγέντ' ἀτράκτῳ τοξικῷ τὸν αἰετὸν,
Εἰπεῖν ἰδόντα μηχανὴν πτερώματος,
Τάδ' οὐχ ὑπ' ἄλλων, ἀλλὰ τοῖς αὐτῶν πτεροῖς
Ἁλισκόμεσθα. ————————

Sic enim legitur apud Scholiastam Aristophanis ad *Aves*, pag. 579. & ipsum Suidam infra v. Ταυτὶ μὲν εἰκάσμεθα.

9 Ὄφελες] Sic recte MSS. Paris. At priores Editt. male, ὄφελες.

10 Ὄφελον κατευθ.] Ex *Psalmis*.

11 Ἀριστοφάνης] *Ecclesiaz.* pag. 726. (486. Ed. Bas. *P.*) ubi locus hic ita legitur & distinguitur:

Ὁρῶ παριούσας χαίτερας πολλὰς πάνυ
Γυναῖκας, ὅ, τι περ ἐστ' ὄφελος ἐν τῇ πόλει.

περ ἐστὶν ὄφελος ἐν τῇ πόλει. τουτέστιν, εὐγενεῖς. Καὶ αὖθις· Τοῦ δὲ Λιβίου ἀκούειν, ὧν τι ὄφελος ἦν καὶ ἐν κάλλει ψυχῆς, καὶ ἐν εὐγλωττίᾳ παιδείας.

Ὀφέλλωσιν. αὐξήσωσιν.

Ὀφέλτιος. ὄνομα κύριον.

Ὀφελτρεύουσι. κοσμοῦσι. καλλύνουσιν.

Ὀφείδιον.

Ὀφειλέτης. χρεώστης. [1] Σοφοκλῆς· Καί τοι γ' ὡς ἐγὼ Θεοῖς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης. τουτέστιν, ἐγὼ οὐκέτι ἐν τούτῳ εἰμὶ, ὥστε ὀφείλειν τοὺς Θεοὺς ἐπαρκεῖν μοι, διὰ τὸ μὴ περιέχεσθαι τοῦ ζῆν.

Ὀφειλή. τὸ χρέος. καὶ ὀφείλημα, ὁμοίως.

Ὀφείλω. χρεωστῶ. πρὸς δοτικῇ. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Φέρ' ἴδω, τί ὀφείλω.

Ὄφεις [2] παρείας. τοὺς ἐπιπρεμνυμένας ἔχοντας τὰς παρειάς. δοκοῦσι δὲ ἤπιοι εἶναι, καὶ μὴ ἀδικεῖν ἀνθρώπους· ἐσθίειν δὲ τοὺς ἔχεις, καὶ εἶναι τῶν μυστηρίων ἱεροί. καὶ ὀφείδιον, ὑποκοριστικῶς.

Ὄφεις [3] πατεῖν, τὰ κέντρα τῶν ἐχθρῶν λύει.

Ὀφιόδηκτος. ὁ ὑπὸ ὄφεως δηχθείς.

Ὀφιομάχης. εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχον πτερά.

Ὀφιόπους γυνή. ἕρπουσα.

Ὄφις. ἀπὸ τοῦ ἴος, οἶς ἐν ὑπερθέσει, καὶ πλεονασμῷ τοῦ φ, ὄφις. ζήτει ἐν τῷ Ἀργόλαι.

Ὀφθαλμία. ἡ πήρωσις. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ.

Ταύτης ἀπαλλάξειν σε τῆς ὀφθαλμίας

ἰδίως ὀφθαλμίαν τὴν πήρωσιν φησίν.

Ὀφθαλμιάσαι. [4] Φθονῆσαι. ἢ ἐπιθυμητικῶς χεῖν. ἢ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς πάσχειν. Οἱ δὲ πολλοὶ ὀφθαλμιῶντες ἐπὶ τοῖς χρήμασι, παντοδαπὰς ἐπινοίας εἶχον περὶ αὐτοῦ.

Ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν. τὸ περιέργως θεάσασθαι. οὕτως Ἄλεξις.

Ὀφθαλμός. [5] Διαπορεῖ Ἀριστοτέλης, εἰ ἡ αἴσθησις τῶν αἰσθητῶν ἐστιν ἀντιληπτική· αἰσθητὰ δὲ καὶ τὰ αἰσθητήρια, δι' ὧν αἰσθανόμεθα· διατί οὐχὶ ἑκάστου τούτων ἡ αἴσθησις ἀντιλαμβάνεται, καὶ μηδενὸς ἔξωθεν παρόντος. οἷον, διατί ὁ ὀφθαλμὸς οὐχ ὁρᾷ ἑαυτὸν, συγκείμενος ἐκ τούτων, ἅ ἐστιν ὁρατά; λέγω δὴ τῶν στοιχείων. τίς οὖν ἡ λύσις; διότι ἡ αἴσθησις δυνάμει μέν ἐστι τοῦτο, ὅπερ ἐστί. πᾶν δὲ τὸ δυνάμει προάγεται εἰς ἐνέργειαν ὑπό τινος ἐνεργείᾳ ὄντος. οὐκοῦν καὶ ἡ αἴσθησις δυνάμει οὖσα προάγεται εἰς ἐνέργειαν ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ· αἰσθητοῦ δὲ τοῦ ἔξωθεν ἐνεργείᾳ ὄντος. ἀλλ' εἰ ὑπὸ τοῦ αἰσθητοῦ προάγεται εἰς ἐνέργειαν, αἰσθητὸν δὲ καὶ τὸ αἰσθητήριον, ἐν ᾧ ἡ αἴσθησις, διατί μὴ καὶ ὑπὸ τούτου προάγεται εἰς ἐνέργειαν; ἄλλως τε

mulieres; quæ alicui rei sunt. Id est, nobiles & generosæ. Et iterum: *Ex Livio se audivisse* [*dicebat nomina eorum,*] *qui & animi generositate & eloquentia præstarent.*

Ὀφέλλωσιν. Augeant.

Ὀφέλτιος. Opheltius. Nomen proprium.

Ὀφελτρεύουσι. Decorant. Ornant.

Ὀφείδιον. Parvus serpens.

Ὀφειλέτης. Debitor. Sophocles: *Nescisne, me Diis nihil amplius debere.* Vel, Non amplius in eo rerum statu sum, ut Dii mihi ullam ferre opem debeant.

Ὀφειλή. Debitum. Et ὀφείλημα, idem.

Ὀφείλω. Debeo. Aristophanes *Nubibus: Eja videam, quid debeam.*

Ὄφεις παρείαι. Serpentes parias. Sic autem dicti sunt, quod genas habeant inflatas. A παρειὰ, gena. Creduntur autem esse mansueti, nec homines lædere, sed devorare viperas, & Initiis sacri esse. Et ὀφείδιον, diminutive, parvus serpens.

Ὄφεις πατ. *Serpentes calcare, aculeos hostium solvit.*

Ὀφιόδηκτος. A serpente morsus.

Ὀφιομάχης. Ophiomaches. Locustæ genus, nullas alas habens.

Ὀφιόπους γυνή. Mulier quæ serpentis instar serpit.

Ὄφις. Serpens. Ab ἴος per literarum transpositionem fit οἶς, & per pleonasmum τοῦ φ, ὄφις. Quære in v. Ἀργόλαι.

Ὀφθαλμία. Oculorum morbus. Cœcitas. Aristophanes *Pluto: Hac liberaturum te cæcitate.* Peculiariter enim ὀφθαλμίαν hic vocat cœcitatem.

Ὀφθαλμιάσαι. Invidere. Concupiscere. Vel etiam, oculorum morbo laborare. *Vulgus autem hominum pecuniæ desiderio flagrans, varios ejus adipiscendæ modos comminiscebatur.*

Ὀφθαλμὸν ἐπιβάλλειν. Oculos in aliquam rem conjicere. Id est, attente & curiose eam contemplari. Sic Alexis.

Ὀφθαλμός. Oculus. Aristoteles hanc quæstionem proponit: Si sensus percipit sensibilia: sensibilia autem sunt & instrumenta sensus, quorum ope sentimus: quare non etiam sensus singula eorum percipit, quamvis nihil extrinsecus adsit? Ut, Cur oculus se ipsum non videt, cum compositus sit ex iis, quæ sunt visibilia? Elementis inquam? Quænam igitur [est hujus dubitationis] solutio? Quia sensus facultate est id, quod est. Quidquid autem facultate est, producitur in actum ab aliquo, quod facultate est. Ergo & sensus, qui facultate est, producitur in actum a sensibili; ac ab eo sensibili, quod extrinsecus actu est. Atqui si a sensibili producitur in actum, & sensibile est ipsum quoque sensus instrumen-

1 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 35. ubi sic legitur:
———Οὐ κάτοιδ' ἐγὼ Θεοῖς
Ὡς οὐδὲν ἀρκεῖν εἰμ' ὀφειλέτης ἔτι.

2 Ὄφεις παρείαι] Confer Nostrum infra v. Παρείαι.

3 Ὄφεις πατεῖν, τὰ κ.] Est versus onirocriticus, qui legitur etiam apud Astrampsychum.

4 Ὀφθαλμιάσαι] Sic MS. A. At priores Editt. minus recte. ὀφθαλμιῶσαι. Confer Nos supra ad v. Ἐποφθαλμιῶσαι, & Paul. Leopard. *Emend.* lib. x. cap. xix.

5 Διαπορεῖ Ἀριστοτέλης, Εἰ ἡ αἰσθ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Philoponi in lib. ii. Aristot. *de Anima*. I. 3. b. & 4. a.

εἰ μὴ

εἰ μὴ οἷα τέ ἐστιν ἡ αἴσθησις τοῦ οἰκείου αἰσθητηρίου ἀντιλαμβάνεσθαι αἰσθητοῦ γε ὄντος, τί δή ποτε τῶν ὑπερβολῶν αὐτοῦ ἀντιλαμβάνεται; τῆς μὲν γὰρ κατὰ φύσιν θερμασίας τῆς ἐν τῷ παντὶ σώματι ἡ ἁπτικὴ αἴσθησις οὐκ ἀντιλαμβάνεται. ἐπειδὰν μέντοι εἰς ἀμετρίαν ἡ ἐν ἡμῖν θερμότης ἐκπέσῃ, ὡς ἐπὶ τῶν πυρεττόντων, τηνικαῦτα αἰσθάνεται ταύτης. καὶ ἡ ὄψις ὁμοίως. τοῦ μὲν ὀφθαλμοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος, οὐκ ἀντιλαμβάνεται· οἷον, ποῖόν ἐστι τὸ τῶν ὑγρῶν, τὸ τῶν χιτώνων χρῶμα. ἐπειδὰν μέντοι παρὰ φύσιν τι πάθοι, ὡς ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων, τῆς ἐπὶ τοῦ ὀφθαλμοῦ ὠχριάσεως αἴσθησιν ἔχει. διὸ οἴονται πάντα ὠχρὰ εἶναι. ὁμοίως καὶ εἰ ἄλλος τις χυμὸς ἐνσκήψοι ἐν τῷ κρυσταλλοειδεῖ, καὶ τοῦ χρώματος, καὶ τοῦ σχήματος αὐτοῦ ἀντιλαμβάνεται. ὅθεν καὶ ἐν ταῖς ἀρχαῖς τῶν [1] ἐπιχύσεων, πρὶν τελέως κωλυθῇ ἡ ἐνέργεια τῆς κόρης σκεπασθείσης, δοκοῦσιν ὁρᾶν κώνωπας, καί τινα τοιαῦτα.

Ὀφθαλμὸς [2] βασιλέως. ἀντὶ τοῦ, μέγα δυνάμενος παρὰ βασιλεῖ. οὕτω δὲ ἐκάλουν τοὺς Σατράπας, δι' ὧν πάντα ὁ βασιλεὺς ἐπισκοπεῖ. ὡς βασιλέως ὦτα, τοὺς ὠτακουστάς, δι' ὧν ἀκούει τὰ πραττόμενα ἑκάστῳ πανταχοῦ.

Ὀφλεῖν. ἀντὶ τοῦ ἡττᾶσθαι ἐν δικαστηρίῳ.

Ὄφλημα. ἀντὶ τοῦ χρεώστημα.

Ὀφλῆσαι. χρεωστῆσαι.

Ὀφλήσειν. καταδικασθῆναι. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις·

Μέλλων ὀφλήσειν, μὴ παρόντων μαρτύρων.

τοῖς [3] γεγραμμένοις καὶ μὴ ἀποδεικνύουσιν ἐπεβάλλετο χρηματικὴ ζημία. καὶ εἰ μὴ κατὰ τὸ ὡρισμένον ἐξέτισεν, ὑπερήμερος γενόμενος, ἐξέτινε τετραπλοῦν. οἱ δὲ μὴ ἔχοντες ἐκτίσαι, καθείργνυντο ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ. πολλοὶ δὲ τοῦτο πεπόνθασι, [4] καὶ ὁ τοῦ ῥήτορος Ἀριστογείτονος πατήρ.

Ὄφλησις. χρέος. ὀφειλή.

Ὀφλίσκουσι, καὶ ὄφλουσι. χρεωστοῦσι. καὶ ὀφλισκάνω.

Ὄφλων. χρεωστῶν. καὶ ὄφλοι. Μὴ διαβάλλοι αὐτὸν πρὸς τοὺς Ἀχαιούς, καὶ κακότητα ὄφλοι.

——— Οὗ μ' ἐχρῆν

Στερρὸν πρίασθαι, τοῦτ' ὄφλων ἀπέρχομαι.

Ἐπὶ γερόντων ἐν δίκαις ἀναστρεφομένων.

Ὀφνεί. ὄνομα κύριον.

2 Ἔστι δὲ ὄνος μηχανὴ, ἐπ' ἄκρων τ.] Hæc, & quæ sequuntur usque ad finem articuli, sunt verba Scholiastæ ad modo indicatum locum Thucydidis. Apud eum vero pro ὄνος legitur ὄνους, quod minus placet.

3 Τοὺς χαμαὶ λείχοντας] Scholiastes Thucydidis una voce, τὰς χαμαιλίχοντας. Sed quid vox ista hic sibi velit, ignorare me fateor. Quare quærant alii, quibus plus otii est.

4 Ὠνθυλευμένος] Vide supra v. Ὄνθος.

5 Προκόπιος] Lib. II. *de Bello Pers.* cap. XII.

6 Ἀεί τινες παρὰ τοῖς Ἀθην.] Vide Valesium in notis ad Euseb. lib. II. *de Vit. Constant.* cap. V.

Ὦ νῦν μὲν οὐδείς· αὔριον δ' ὑπέρμεγας. ἐπὶ τῶν παρ' ἐλπίδας τιμωμένων.

Ὦξος. [1] ποταμὸς ἐν τῇ Βακτρίων χώρᾳ, ὃς Ἀλεξάνδρῳ ἄπορος ἐφαίνετο. τὸ μὲν γὰρ εὖρος ἦν ἐς ἓξ μάλιστα σταδίους· βάθος δὲ οὐ πρὸς λόγον τοῦ εὔρους, ἀλλὰ πολὺ δή τι βαθύτερος, καὶ ψαμμώδης, καὶ ῥεῦμα ὀξὺ ἔχων, ὡς τὰ καταπηγνύμενα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ῥοῦ ἐκστρέφεσθαι ἐκ τῆς γῆς οὐ χαλεπῶς, οἷα δὴ οὐ βεβαίως ἐπὶ τῆς ψάμμου ἱδρυμένα.

Ὠξυθυμώθη. ὠργίσθη.

Ὠόν. καὶ ὠοτόκον. Ἀπὸ τῶν τετραπόδων ἡ χελώνη μόνη ὠοτοκεῖ.

Ὠόπ. [2] κέλευσμα τῶν ἐρεσσόντων, καταπαῦον τὴν κωπηλασίαν.

Ὠόπ. ἐλατικὸν ἐπίφθεγμα ἐπὶ πλοίου.

Ὠὸπ, παραβαλοῦ. [3] Ἀριστοφάνης Βατράχοις. τουτέστιν, ὅρμισον τῇ γῇ τὴν ναῦν. ἐν τῇ νηὶ γὰρ ὁ Χάρων λέγει.

Ὠοπόπ, ὠόπ. ἐλατῶν ἐπίφθεγμα.

Ὠοτοκάταξις. [4] ὄνομα κύριον.

Ὦ οὗτος. ἀντὶ τοῦ σύ. [5] Ὦ οὗτος, Αἶαν. διπλῆ ἡ κλῆσις.

Ὠοφόρος ἰχθύς.

Ὤοψ. ἐπίφθεγμα τῶν ἀφιέντων ἅμα τρέχειν, ἤ τι τοιοῦτο ποιεῖν.

Ὦ πάντα σὺ τολμῶν. τουτέστιν, ὦ θρασύτατε καὶ τολμηρότατε.

Ὦπας. ὄνομα κύριον.

Ὦ παῖ. [6] Σοφοκλῆς·

Ὦ παῖ, γένοιο πατρὸς εὐτυχέστερος,
Τὰ δ' ἄλλ' ὅμοιος· καὶ γένοι' ἂν οὐ κακός.

Ὦ [7] περὶ πάντ', ἐπὶ πᾶσί τε πράγμασι,
Δωροδόκοισιν ἐπ' ἄνθεσιν ἵζων·
Εἴθε φαύλως, ὥσπερ εὗρες, ἐκβάλοις τὴν ἔνθεσιν.
Ἄισαιμι γάρ τότ' ἂν μόνον, Πῖνε, πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς.
Τὸν Ἰουλίου τ' ἂν οἴομαι γέροντα [8] πυῤῥοπίπην,
[9] Ἡσθέντα ἰὴ παιωνίσαι, καὶ βακχέβακχον ᾆσαι.

Ἀριστοφάνης. περὶ Κλέωνα ὁ λόγος. Ὦ ἐπὶ πάσῃ προδοσίᾳ ἐξεταζόμενε, καὶ κακίᾳ. μεταφορικῶς δὲ εἶπεν ἅπαν τὸ νόημα ἀπὸ τῶν μελισσῶν. [10] ὥσπερ αἱ μέλισσαι, φησὶ, πάντων. [11] οὕτω ἐκ τοῦ ῥᾴστου καὶ εὐχερῶς ἔτυχες· ἐπεὶ μηδὲ ἤλπισας εἰς τοῦτο δόξης περιελθεῖν. ἔδοξας γὰρ εὐδοκιμεῖν ἐκ τοῦ περὶ Πύλον κατορθώματος. [12] οὕτω καὶ ἀποβαλεῖς. καὶ τότε ᾄσαιμι

Ὦ νῦν μὲν οὐδ. *O qui nunc quidem nullus es! cras vero maximus eris.* De iis, qui præter ſpem honorem conſequuntur.

Ὦξος. Oxus. Fluvius in regione Bactrianorum, qui Alexandro tranſiri non poſſe videbatur. Nam latitudine erat ſex ad ſummum ſtadiorum: profunditate vero non pro latitudinis ratione, ſed longe profundior, & arenoſus, & rapidus: ut ea, quæ in alveo ejus defixa eſſent, impetu aquæ facile ex terra revellerentur, utpote arenæ parum firmiter inhærentia.

Ὠξυθυμώθη. Iratus eſt. Ira correptus eſt.

Ὠόν. Ovum. Et ὠοτόκον, oviparum. Ex quadrupedibus ſola teſtudo ova parit.

Ὠόπ. Oop. Vox remigantium, ſignificans, remigandi finem faciendum eſſe.

Ὠόπ. Oop. Acclamatio nautica, remiges a remigando ceſſare jubens.

Ὠόπ. *Oop, navem ad terram appelle.* Charon enim in navi hoc dicit. Ariſtoph. *Ranis.*

Ὠοπόπ. Oopop. Remigum acclamatio.

Ὠοτοκάταξις. Ootocataxis. Nomen proprium.

Ὦ οὗτος. O tu. Heus tu. *Heus tu, Ajax.* Duplex eſt vocatio.

Ὠοφόρος ἰχθύς. Piſcis oviparus.

Ὤοψ. Oops. Acclamatio eorum, qui aliquos dimittunt, ut ſimul currant, vel aliquid hujuſmodi faciant.

Ὦ πάντα σὺ τολμ. O tu confidentiſſime & audaciſſime.

Ὦπας. Opas. Nomen proprium.

Ὦ παῖ. Sophocles: *O fili, ſis patre felicior; in cæteris vero ei ſimilis. Sic enim haud fueris malus.*

Ὦ περὶ πάντα ἐπὶ π. *O qui circum omnia, & in omnibus, donipetis inſides floribus: utinam bucceam, quam male nactus es, male rurſus ejicias. Tunc enim ſolum cantem, Bibe, bibe ob proſperos rerum ſucceſſus; Juliique filium arbitror, ſenem illum pædiconem, præ lætitia Pæana & Bacchebacchum cantaturum eſſe.* Ariſtophanes. De Cleone illic verba fiunt. [Scholia.] O in omni proditione & malitia exercitate! Totam autem hanc ſententiam per metaphoram ab apibus ductam protulit. Ut, inquit, apes omne florum genus delibant: ſic etiam nulla res in civitate te latet, quin eam vendas & prodas. Εἴθε φαύλως, &c. Utinam æque facile bolum rurſus amittas, ac eum adeptus es. Haud enim ſperabas te tantam gloriam conſecuturum eſſe. Res autem ad Py-

1 Ὦξος. ποταμὸς ἐν τῇ Βακτ.] Hæc ſumpta ſunt ex Arriano *de Exped. Alex.* M. lib. III. pag. 232.

2 Ὠόπ. κέλευσμα τῶν ἐρεσ.] Ex Scholiaſta Ariſtoph. ad *Aves.* pag. 606.

3 Ἀριστοφάνης Βατράχοις] Pag. 220. (137. Ed. Baſ. *P.*)

4 Ὠοτοκάταξις] MS. A. habet, ὠοκάταξις.

5 Ὦ οὗτος, Αἶαν] Sophocl. in *Ajace*, pag. 6. ut Portus monuit.

6 Σοφοκλῆς] In *Ajace*, pag. 33. ut itidem Portus monuit.

7 Ὦ περὶ πάντ', ἐπὶ π.] Hic, & ſequentes verſus leguntur apud Ariſtoph. *Equit.* pag. 311. (211. 212. Ed. Baſ. *P.*)

8 Πυῤῥοπίπην] Vetus Scholiaſtes olim legit παιδοπίπην, ut ex interpretatione ejus patet.

9 Ἡσθέντα ἰὴ παιωνίσαι] Apud Ariſtophanem hodie legitur, ἠθεῖον, καὶ παιῶνα δή. Sed lectio Suidæ magis placet, dummodo pro ἡσθέντα ſcribatur ᾄσθεῖον. Refertur enim ad præcedens γέροντα.

10 Ὥσπερ αἱ μέλισσαι, φησὶ, πάντων. οὕτω] Locus hic eſt mutilus, quem ex Scholiaſta Ariſtophanis ſupplebis.

11 Οὕτω ἐκ τοῦ ῥᾴστου καὶ εὐχ.] Scribendum eſt, ὥσπερ ἐκ τοῦ ῥᾴστου καὶ εὐχερῶς ἔτυχες· οὕτω καὶ ἀποβαλεῖς.

12 Οὕτω καὶ ἀποβαλεῖς] Hæc verba loco ſuo mota ſunt. Collocari enim debent poſt. εὐχερῶς ἔτυχες.

τὸ Σι-

τὸ Σιμωνίδου· Πῖνε, πῖνε ἐπὶ συμφοραῖς. Γέροντα δὲ [1] πυῤῥοπίπην φησὶν ἐπεὶ ὡς παιδεραστὴς οὗτος ὁ πρεσβύτης διεβάλλετο. [2] ἢ ἐν τῷ πρυτανείῳ φυλάσσοντος τὸν σῖτον. Βακχέβακχον ᾆσαι. ἀντὶ, τὸν εὐφημῆσαι τὸν Διόνυσον. Βάκχος γὰρ, ὁ Διόνυσος.

lum feliciter gestæ Cleoni aliquam nominis claritatem attulerant. Ἄισαιμι γὰρ τ. Tunc enim cantabo carmen illud Simonidis: *Bibe, bibe, ob prosperos rerum successus.* Senem autem παιδοπίπην vocat, quod ob puerorum amores male audiret. Vel πυῤῥοπίπην, tanquam frumenti in Prytaneo custodem. Βακχέβακχον ᾆσαι. Id est, Bacchum læto cantu celebrare. Bacchus enim Græce Διόνυσος dicitur.

Ὦπες. οἱ ὀφθαλμοί.

Ὦπες. Oculi.

Ὦπις. ὄνομα πόλεως.

Ὦπις Opis. Nomen urbis.

Ὦ πλεῖον ἥλως αἱμύλης ἀλώπεκος. παροιμία.

Ὦ πλεῖον ἥλ. A quo magis captus es, quam ab astuta vulpe. Proverbium.

Ὦ πόσ' αἴσχιστ' ἐν ἀνθρώποις ἔργα γίνεται.

Ὦ πόσ' αἴσχ. *O quot turpissima inter homines facinora fiunt!*

Ὦπται. ὡράθη.

Ὦπται. Visus est. Conspectus est.

Ὠπημμένος. καὶ ὠπῆσθαι.

Ὠπημμένος. Assatus. Et ὠπῆσθαι. Assatum esse.

Ὤπυιεν. ἐγεγαμήκει. Ὀπυίω, τὸ θέμα.

Ὤπυιεν. Uxorem duxerat. Thema est, ὀπυίω.

Ὥρα. [3] κάλλος. χαρακτὴρ προσώπου. εὐμορφία. ψιλῶς δὲ, φροντίς. ἔνθεν ὀλίγωρον λέγομεν, τὸν ὀλίγην φροντίδα ἔχοντα. Πλάτων· Ὁδῶν καὶ περὶ τὴν πλευρὰν οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις. Αἰλιανός· Γυνὴ τὴν ὥραν διαπρεπὴς, σώφρων τὸν τρόπον.

Ὥρα. Pulchritudo. Forma. Hora. Tempus. At ὤρα, cum spiritu tenui, cura. Hinc ὀλίγωρον dicimus eum, qui exiguam rei alicujus curam gerit, eamque negligit. Plato: *Viarum & laterum nullam curam geris.* Ælianus: *Mulier forma insignis, & moribus castis.*

Ὤρα. ἡ φροντίς. Αἰλιανός· Ἀνδρὶ ἐπιόρκῳ καὶ τὰ θεῖα ἐν μηδεμίᾳ ὤρᾳ τιθεμένῳ, ἀπάταις καὶ ψευδολογίαις συμβιοῦντι, καὶ οὐδὲν οὐδέποτε λέγοντι ὑγιὲς, καὶ ἐντεῦθεν πλουτοῦντι πλοῦτον ἐπίῤῥητον.

Ὤρα. Cura. Solicitudo. Ælianus: *Homini perjuro, nec ullam Numinis divini rationem habenti, fraudibusque & mendaciis innutrito, nec unquam veri sanique quicquam dicenti, & inde infamibus opibus ditato.*

Ὥρα. τὸ δωδέκατον τῆς ἡμέρας. ἀπὸ τοῦ διορίζειν τὰ διαστήματα τῆς ἡμέρας.

Ὥρα. Hora. Duodecima diei pars. Sic dicta a διορίζειν, distinguere: quod nempe intervalla diei distinguat.

Ὥρα γάμου. ἡ ἀκμή. καιρὸς γάμου.

Ὥρα γάμου. Ætas nuptiis apta. Vigor ætatis. Tempus nuptiarum.

Ὥρα ἔτους. τὸ ἔαρ, τὸ θέρος, καὶ [4] αἱ λοιπαί. καιρὸς ἔτους.

Ὥρα ἔτους. Anni tempus. Anni tempestas. Ut, ver, æstas, &c.

Ὡραϊσμένη. κεκαλλωπισμένη.

Ὡραϊσμένη. Ornata. Exornata.

Ὥρα. καιρὸς ἐπιτήδειος. Εἰ μὲν εἰρήνης ἐπιθυμοῦσιν, ὥρα αὐτοῖς παραδοῦναι τὰ ὅπλα. καὶ ὁ Θεολόγος· Ὥρα σοι καὶ βασιλείαν οὐρανῶν ἀτιμάζειν, ὅτι κόκκῳ σινάπεως ἀπεικάζεται. καὶ αὖθις [5] Προκόπιος· Ὥρα σοι μὴ περιϊδεῖν ἐμὲ μὲν πρὸς τῇ τῆς οἰκίας διαφθορᾷ καὶ χρημάτων ἐστερημένον τοσοῦτον πλῆθος.

Ὥρα. Hora. Tempus opportunum. *Si quidem pacem cupiunt, nunc tempus est, ut arma tradant.* Et Theologus: *Nunc est tempus vel ipsum regnum cœlorum contemnendi, quia grano sinapis comparatur.* Et iterum Procopius: *Hoc est illud tempus, quo me negligere non debes, qui præter familiæ [totius] interitum, tanta summa pecuniæ spoliatus sum.*

Ὡρακιάσας. [6] ἐκλυθείς. [7] ἐκκαυθείς. ἢ ὠχριάσας· ὡς Ἀριστοφάνης ἐν τῇ Εἰρήνῃ· [8] Ὡρακιάσας Κρατῖνος. ἀντὶ τοῦ λειποψυχήσας. εἰς οἰνοφλυγίαν δὲ ὁ Κρατῖνος διαβάλλεται. ἢ ὠχριάσας. ἢ ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ ἐκλύσεως σκοτωθείς· ᾧ ἕπεται τὸ ὠχριᾶν. τοιοῦτοι δὲ οἱ λειποψυχοῦντες. τρέπεται γὰρ αὐτῶν πρῶτον ἡ χροιά. Ἀριστοφάνης·

——— Οὐ γὰρ [9] ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.

Ὡρακιάσας. Animi deliquium passus. Inflammatus. Vel, pallens: ut Aristophanes in *Pace: Cratinus animi deliquium passus.* Cratinus autem ob vinolentiam & ebrietatem male audiebat. Vel, pallens. Vel, qui vertigine correptus animo linquitur. Hoc enim pallor sequitur: talesque sunt, qui animi deliquium patiuntur. Eorum enim color primum mutatur. Aristophanes: [*Animi deliquium passus est.*] *Haud enim sustinuit videre fractum dolium vino plenum.* Et ὡρακιάσαι di-

1 Πυῤῥοπίπην] Scholiastes Aristophanis, παιδοπίπην.
2 Ἢ ἐν τῷ πρυτανείῳ φυλάσσοντος τ.] Scribe, ἢ τὸν ἐν τῷ πρυτανείῳ φυλάσσοντα σῖτον.
3 Ὥρα. κάλλος. χαρακτὴρ πρ.] Eadem habet Hesychius.
4 Καὶ αἱ λοιπαί. καιρὸς ἔτους] Scripserim potius, Ὥρα ἔτους. καιρὸς ἔτους. τὸ ἔαρ, τὸ θέρος, καὶ αἱ λοιπαί. Subintellige, καιροί.
5 Προκόπιος] *Histor. Arc.* cap. 2.
6 Ὡρακιάσας. ἐκλ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Pacem* pag. 675. (460. Ed. Bas. P.) sed ubi pro ἐκλυθεὶς male legitur ἐλκυσθείς.
7 Ἐκκαυθείς] Hæc est vocis præcedentis ἐκλυθεὶς corrupta lectio. Interdum enim in Suida, & sæpius in Hesychio contigit, ut vox corrupta, ejusque emendatio simul in textu legantur: ut exemplis pluribus ostendimus supra v. Καβασευθα.
8 Ὡρακιάσας Κρατῖνος] Locus integer Aristophanis sic se habet:
Τί δὲ Κρατῖνος ὁ σοφός ἐστι; Ἀπέθανεν,
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλον. Τί παθών. Ὅ, τι;
Ὡρακιάσας· οὐ γὰρ ἐξηνέσχετο
Ἰδὼν πίθον καταγνύμενον οἴνου πλέων.
9 Ἐξηνέσχετο] Sic recte MS. A. itemque Aristophanes loco laudato. At priores Editt. male, ἐξήνεγκεν.

Καὶ

Καὶ ὠραχιάσαι λέγουσι, τὸ ὑπὸ φόβου ὠχριάσαι, θλιβομένης τῆς καρδίας. τοῦτο δὲ πολλοῖς γίνεται παρὰ τὸ τὴν ὤραν αἰκίζεσθαι· ὅ ἐστι, τὴν μορφήν. ἢ ὠραχιῶ, ὠχριῶ, φροντίζω. ὤρα γάρ, ἡ φροντίς. Ἡσίοδος· Ὤρη γάρ τ' ὀλίγη πέλεται νεικέων. ἐκ δὲ φροντίδων λύεταί τις. ὠραχίζω δέ, τὸ θέμα. καὶ ὠραχιῶ.

Ὡραπόλλων,[2] Φαινεβύθεως, κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικός, διδάξας[3] ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν Αἰγύπτῳ· εἶτα ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπὶ Θεοδοσίου. ἔγραψε Τεμενικά. Ὑπόμνημα Σοφοκλέους, Ἀλκαίου, εἰς Ὅμηρον. λαμπρὸς μὲν ἐπὶ τῇ τέχνῃ ἄνθρωπος, καὶ τῶν πάλαι λογιμωτάτων γραμματικῶν οὐδένι μεῖον κλέος ἀπενηνεγμένος.[4] Αἰγύπτιος, ἐπὶ Ζήνωνος βασιλέως. ζητῶν δὲ ὁ Νικομήδης τὸν Ἁρποκρᾶν ἦν, καὶ μὴ εὑρίσκων αὐτόν. ὁ δὲ Ἰσίδωρος ὁ φιλόσοφος τοῦτο μαθὼν, πέμπει δηλοῦντα διὰ γραμμάτων τοὺς ἐπιόντας. ἑάλω δὲ ὁ γραμματοφόρος, καὶ ὡμολόγει τὸν πέμψαντα· καὶ τὸν Ὡραπόλλωνα καὶ τὸν Ἡραΐσκον αἱροῦσι, καὶ νεύροις ἀνακρεμάσαντες ἀπὸ τῆς χειρὸς ἑκάτερον, ἀπῄτουν τὸν Ἁρποκρᾶν καὶ Ἰσίδωρον. ὁ δὲ Ὡραπόλλων οὐκ ἦν τὸ ἦθος φιλόσοφος, ἀλλά τι καὶ ἐν βυθῷ τῆς περὶ Θεῶν δόξης ὧν ᾔδει ἀποκρυπτόμενος. ὁ γὰρ Ἡραΐσκος προεῖπεν ὡς αὐτομολήσει πρὸς ἑτέρους, καὶ καταπροδήσειαι τοὺς πατρίους νόμους ὁ Ὡραπόλλων· ὃ καὶ συνέβη γενέσθαι. ἀπ' οὐδεμιᾶς γὰρ ἀναγκαίας τύχης εἶναι δοκούσης αὐθαίρετον συνέβη γενέσθαι τὴν μεταβολήν. ἔτι ἐπὶ ἐλπίσιν ἴσως ἀπλήστου τινὸς ἐπιθυμίας. οὐ γὰρ ἄλλο τί ἐστι προχειρίσασθαι ῥᾳδίως εἰς ἀπολογίαν τῆς μεταστάσεως. (Ὡς[5] ἔοικε, Χριστιανὸς ἐγεγόνει, ἢ καὶ ἀνάπαλιν ἴσως.)

Ὡράτ. ὄνομα κύριον.

Ὡράτιος. ὄνομα κύριον.[6] Ὁ δὲ Ὡράτιος λελωβημένος ἦν τὰ σκέλη· ὑπατείας τε οὐκ ἔτυχεν, οὔ τι ἐν πολέμῳ, οὔτε ἐν εἰρήνῃ, διὰ τὴν ἀχρηστίαν τῶν ποδῶν.

Ὡρατίωνα.

Ὠργασμένος. ἀντὶ τοῦ μεμαλαγμένος. ἀναδεδευμένος.[7] Πλάτων Θεαιτήτῳ· Ὅταν μὲν κηρὸς τοῦ ἐν τῇ ψυχῇ βαθύς τε, καὶ πολὺς, καὶ λεῖος, καὶ μετρίως ὠργασμένος. Ὀργάζειν δὲ κυρίως, τὸ ταῖς χερσὶ τὸν πηλὸν ἀναδεύειν καὶ φυρᾶν.

Ὠργωμένοις.[8] ἐκτεταμένοις. ἐπιθυμοῦσι.

Ὤργων. Οἱ δὲ καὶ προσκτήσασθαι τὴν ἀλλήλων δόξαν σπουδὴν ποιούμενοι, ὤργων. Καὶ αὖθις· Οἱ δὲ ὤργων τοῖς πολεμίοις ὁμόσε ἰέναι.

Ὧραι. καιροί.

cunt, præ metu pallere, compresso corde: quod multis accidit. Ab ὤρα, & αἰκίζεσθαι, quod pallore forma vultus turpetur. Vel, ὠραχιῶ, pallesco, curo. Ὤρα enim, cura. Hesiodus: *Exigua enim contentionum ratio habetur.* Curæ autem vires animi corporisque solvunt. Thema est ὠραχίζω, & ὠραχιῶ.

Ὡραπόλλων. Horapollo, ex Phænebytide, vico Panopolitanæ præfecturæ, Grammaticus, qui docuit Alexandriæ in Ægypto: deinde Constantinopoli sub Theodosio. Scripsit de Lucis & Templis. Commentarium in Sophoclem, Alcæum, & Homerum. Fuit homo ob artem clarus, & gloria nulli veterum doctissimorum Grammaticorum secundus. ** Ægyptius sub Zenone Imperatore. Nicomedes autem Harpocran quærebat, nec inveniebat. Quod cum Isidorus philosophus intellexisset, per literas id significavit. Captus autem tabellarius, a quo missus esset, confessus est. Capiunt itaque & Horapollinem & Heraiscum: cumque nervis ad manum alligatis utrumque suspendissent, Harpocran exposcebant. Horapollo autem non erat moribus philosophicis: sed & aliquid ejus opinionis de Diis, quos norat, in pectore occultabat: & Heraiscus prædixerat fore, ut Horapollo deficeret ad alios, patriis legibus repudiatis: id quod & evenit. Nulla enim necessitate urgente visa fuit facta esse illa mutatio, ac potius spe quadam inexplebilis cupiditatis. Neque enim facile quicquam aliud ad mutationis istius defensionem afferri potest. (Videtur Christianus esse factus, aut contra fortassis.) *Wolf.*

Ὡράτ. Orat. Nomen proprium.

Ὡράτιος. Horatius. Nomen proprium. *Horatius vero crura non habebat integra, nec Consul belli pacisve tempore creatus est, quod usu pedum careret.*

Ὡρατίωνα. Orationem. [Est vox Latina.]

Ὠργασμένος. Maceratus. Subactus. Plato *Theæteto: Cum enim cera in animo profunda, & multa, & lævis, & mediocriter subacta est.* Ὀργάζειν vero proprie est, lutum manibus macerare & subigere.

Ὠργωμένοις. Extensis. Cupientibus.

Ὤργων. Cupiebant. *Illi vero alter alterius gloriam ad se transferre magno studio cupiebant.* Et iterum: *Illi vero cum hostibus congredi cupiebant.*

Ὧραι. Horæ. Tempora.

1 Ὠραχιῶ, ὠχριῶ, φροντ.] Ex Enarratore Comici ad *Ranas*, pag. 234.

2 Ὡραπόλλων, Φαινεβ.] Totum hunc articulum ex Vita Isidori a Damascio conscripta (ex qua Excerpta habentur apud Photium) Suidam deprompsisse non dubito. Cæterum Horapollinis hujus mentionem facit Photius, Cod. CCLXXIX. sub finem.

3 Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ ἐν Αἰγ.] Lego, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ ἐν Αἰγύπτῳ.

4 Αἰγύπτιος, ἐπὶ Ζήν.] Est locus mutilus, qui sic suppleri debet: Ἁρποκρᾶς ἦν Αἰγύπτιος ὤν, ἐπὶ Ζήνωνος, &c.] Vide Nostrum supra v. Ἁρποκρᾶς.

5 Ὡς ἔοικε, Χριστιανὸς ἐγεγ.] Hæc ab ipso Suida, vel ab alio quodam adjecta sunt. Non enim esse Damascii, cuilibet facile patet.

6 Ὁ δὲ Ὡράτιος λελωβ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ἀχρηστία, & v. Ὀράτιος. Priore vero loco nomen Appiani quoque fragmento huic præfixum est: unde de auctore ejus constat.

7 Πλάτων Θεαιτήτῳ] Pag. 136. sed ubi pro κηρὸς legitur κέαρ: uti etiam hic apud Suidam scribendum est. Vicissim pro εἰργασμένος apud Platonem ex hoc loco Suidæ reponendum est ὠργασμένος: ut & ante nos dudum monuit Paul. Leopard. *Emendat.* lib. XVI. cap. XVI.

8 Ὠργωμένοις] Sic habet antiquissimus MS. A. At MSS. B. & C. itemque priores Editt. ὠργυιωμένοις, quam lectionem literarum series respuit. In Suida enim τὸ ω semper sequitur literam ρ, & proinde literam υ præcedit. Cæterum, confudit hic Grammaticus ὠργυιωμένοις cum ὠργωμένοις: ut ex interpretationibus subjunctis patet. Nam τὸ ἐκτεταμένοις pertinet ad ὠργυιωμένοις, ab ὀργυιόω, ulnas extendo. At ἐπιθυμοῦσι, ad ὠργωμένοις: ab ὀργᾶν, vel ὀργᾶν, cupere, concupiscere. Vide etiam supra v. Ὀργυιωμένοις.

Ὧραι. [1] Προδίκου βιβλίον ἐστὶν, ἐπιγραφόμενον Ὧραι, ἐν ᾧ πεποίηκε τὸν Ἡρακλέα τῇ Ἀρετῇ καὶ τῇ Κακίᾳ συντυγχάνοντα, καὶ καλούσης ἑκατέρας ἐπὶ τὰ ἤθη αὐτῆς, προσκλῖναι τῇ Ἀρετῇ τὸν Ἡρακλέα, καὶ τοὺς ἐκείνης ἱδρῶτας προκρῖναι τῶν προσκαίρων τῆς Κακίας ἡδονῶν.

Ὡραιοκόμος. ὁ τοῦ κάλλους ἐπιμελούμενος.

Ὡραιοπολῶ. τὸ μετὰ τῶν νέων ἀναστρέφομαι.

Ὡραῖος. ὁ εὔμορφος.

Ὠρέξατο. ἐξέτεινε.

Ὠρεός. ὄνομα τόπου.

Ὦρες. αἱ γυναῖκες.

Ὠρείθυια. ὄνομα Νηρηΐδος. Ὅμηρος·

Μαῖρα, καὶ Ὠρείθυια, ἐϋπλόκαμός τ' Ἀμάθεια.

καὶ Ὠρείθυια, ἡ τοῦ Βορέου ἐρωμένη.

Ὠρείτης. ἀπὸ τόπου Ὠρεοῦ.

Ὡρεῖον. τὸ ταμεῖον. Ἐν [2] τῷ καλουμένῳ Ὡρείῳ, ὁ ἐπὶ μόδιος, (ἔνθα νῦν ἵστανται κίονες πρὸ τοῦ οἴκου τοῦ Κρατεροῦ, ὃς νῦν ἐστὶ τοῦ [3] Μυρελέου) ἵστατο μόδιος χαλκοῦς. καὶ ζήτει περὶ τούτου ἐν τῷ Μαναΐμ.

Ὠρήβ. ὄνομα κύριον.

Ὠρημάτων. Φυλαγμάτων.

Ὠρήσονται. Φυλάσσονται.

Ὥρια. τὰ κατὰ καιρόν.

Ὠριγένης, [4] ὁ καὶ Ἀδαμάντιος, ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, καὶ κατὰ πᾶσαν παιδείαν εἰς ἄκρον ἐξησκημένος. [5] Ἀκροατὴς γενόμενος Ἀμμωνίου τοῦ Φιλοσόφου, τοῦ ἐπίκλην Σακκᾶ, τοῦ πλείστην ἐπίδοσιν ἐπὶ Φιλοσοφίᾳ ἐσχηκότος. διά τοι τοῦτο καὶ εἰς τὴν τῶν λόγων ἐμπειρίαν πολλὴν παρὰ τοῦ διδασκάλου τὴν ὠφέλειαν ἐνεκερδήσατο. συνῆν τε γὰρ ἀεὶ τῷ Πλάτωνι ὁ προειρημένος ἀνήρ· τοῖς τε Νουμηνίου, καὶ [6] Χρονίου, Ἀπολλοφάνους τε, καὶ Λογγίνου, καὶ Μοδεράτου, Νικομάχου τε, καὶ τῶν ἐν τοῖς Πυθαγορείοις ἐλλογίμων ἀνδρῶν ὡμίλει συγγράμμασιν. ἐχρῆτο δὲ καὶ Χαιρήμονος τοῦ Στωϊκοῦ, Κορνούτου τε βιβλίοις· παρ' ὧν τὸν μεταληπτικὸν τῶν παρ' Ἕλλησι μυστηρίων ἔγνω τρόπον. καὶ ἁπαξαπλῶς, πολλὴν ἔσχε τὴν ἐπιστήμην τῶν ἐν Φιλοσοφίᾳ δογμάτων, οὐ μόνον τῶν Ἑλληνικῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν θείων τε, καὶ ἡμετέρων, τουτέστι τῶν Χριστιανῶν. καὶ τί ἄν τις λέγοι περὶ τῆς ἐκείνου μικροῦ δεῖν ἀθανάτου τε καὶ μακαρίας φύσεως; [7] ὅτι περ διαλεκτικὴν, γεωμετρικὴν, ἀριθμητικὴν, μουσικὴν, γραμματικὴν, καὶ ῥητορικὴν, καὶ πάντων τῶν Φιλοσόφων τὰ δόγματα οὕτως ἐξέμαθεν, ὥστε σπουδαστὰς τῶν κοσμικῶν πραγμάτων ἀκροατὰς ἐσχηκέναι, καὶ ἐξηγεῖσθαι αὐτοῖς ἑκάστοτε, συνδρομὰς δὲ πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι. τοῦ δὲ Ὠριγένους καὶ τῆς μεγαλοφυΐας αὐτοῦ καὶ Πορ-

Ὧραι. Horæ. Eſt liber quidam Prodici, *Horæ* inſcriptus, in quo Herculem facit Virtuti & Vitio [in itinere] occurrentem: cumque utraque ad ſuos mores cum invitaret, Herculem Virtuti ſe adjunxiſſe dicit, & illius ſudores antepoſuiſſe voluptatibus Vitii ad breve tantum tempus durantibus.

Ὡραιοκόμος. Qui formam & pulchritudinem curat.

Ὡραιοπολῶ. Cum juvenibus verſor.

Ὡραῖος. Pulcher. Formoſus. Venuſtus.

Ὠρέξατο. Porrexit. Extendit.

Ὠρεός. Oreus. Nomen loci.

Ὦρες. Conjuges. Uxores.

Ὠρείθυια. Orithyia. Nomen Nereidis. Homerus: *Mæra, & Orithyia, pulchricomaque Amathia.* Et Orithyia, Boreæ amaſia.

Ὠρείτης. Orita. Nomen a loco Oreo [deductum.]

Ὡρεῖον. Horreum. In loco, qui vocatur Horreum, vel Modius, (ubi nunc ſtant columnæ ante domum Crateri, quæ nunc eſt Myrelei) ſtabat modius æneus. Hac de re vide in v. Μαναΐμ.

Ὠρήβ. Oreb. Nomen proprium.

Ὠρημάτων. Cuſtodiarum.

Ὠρήσονται. Cuſtodiunt.

Ὥρια. Tempeſtiva. Opportuna.

Ὠριγένης. Origenes, qui & Adamantius dicitur, vir clariſſimus, & omnium diſciplinarum peritiſſimus: qui fuit auditor Ammonii philoſophi, cognomento Saccæ, qui maximos progreſſus in philoſophia fecerat. Quamobrem etiam, quod ad doctrinam philoſophiæ pertinet, plurimum ex magiſtri ſermonibus profecit. Idem cum Platone aſſidue verſabatur. Numenii quoque, & Cronii, & Apollophanis, & Longini, & Moderati, & Nicomachi, aliorumque, qui inter Pythagoricos præcipui habentur, ſcripta quotidie lectitabat. Chæremonis etiam Stoici & Cornuti libros adhibebat; ex quibus [omnibus] allegoricum in explicandis Græcorum myſteriis modum didicit. Et, ut breviter dicam, philoſophicorum dogmatum admodum erat peritus, non ſolum Græcorum, ſed etiam divinorum, & noſtrorum, hoc eſt, Chriſtianorum. Et quid de ejus propemodum immortali & beato ingenio dicas? Nam Dialecticam, Geometriam, Arithmeticam, Muſicam, Grammaticam, & Rhetoricam, & omnium Philoſophorum dogmata ſic didicerat, ut ſecularium quoque literarum ſtudioſos auditores haberet, & quotidie eis [ſcriptores] interpretaretur, magnuſque ad eum concurſus fieret. Qua autem ingenii magni-

1 Προδίκου βιβλίον ἐπιγρ.] Vide infra v. Πρόδικος, ubi eadem leguntur.

2 Ἐν τῷ καλουμένῳ Ὡρ.] Confer Codinum *de Orig. CPolit.* pag. 35. & Anonymum a Combefiſio editum in *Manipulo Orig. CPolit.* pag. 6. qui eadem tradunt.

3 Μυρελέου] MS. A. μυρεψοῦ.

4 Ὠριγένης, ὁ καὶ Ἀδ.] Articulus hic de Origene non ex uno aliquo auctore excerptus, ſed ex variis quaſi laciniis & fruſtis temere hinc inde decerptis conſutus eſt: ut in notis ſequentibus oſtendimus.

5 Ἀκροατὴς γενόμενος Ἀμμ.—— μυστηρίων ἔγνω τρόπον] Hæc ſumpta ſunt ex Euſebii *Hiſtor. Eccleſ.* lib. VI. cap. XIX. multis tamen omiſſis, quæ apud Euſebium leguntur, & ſalva connexione abeſſe non poſſunt. Quare ipſum Euſebium Lector adeat.

6 Χρονίου] Euſebius recte, Κρονίου. Vide Valeſium in notis ad locum iſtum Euſebii.

7 Ὅτι περ διαλεκτικὴν, γεωμετρ.—— πρὸς αὐτὸν πολλὰς γίνεσθαι] Hæc ſumpta ſunt ex Sophronio, ut & Pearſonius ad marginem codicis ſui notaverat.

φύρειος ὁ κατὰ Χριστιανῶν λυττήσας, μνημονεύει, καὶ φησίν· [1] Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας ἐξ ἀνδρὸς, ᾧ κἀγὼ κομιδῇ νέος ὢν ἐντετύχηκα, σφόδρα εὐδοκιμήσαντος, καὶ ἔτι εὐδοκιμοῦντος δι' ὧν καταλέλοιπε συγγραμμάτων, παρειλήφθω· [2] Ὠειγένης, οὗ κλέος παρὰ τοῖς διδασκάλοις τούτων τῶν λόγων μέγα διαδέδοται. καὶ αὗται μὲν αἱ παρὰ τῶν ἔξωθεν μαρτυρίαι τοῦ ἀνδρὸς, καὶ μάλιστα τῶν ἐχθρῶν. ταῦτα Πορφυρίῳ κατὰ τὸ τρίτον σύνταγμα τῆς γραφείσης αὐτῷ κατὰ Χριστιανῶν εἴρηται, ἐπαληθεύσαντι μὲν περὶ τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἀσκήσεως, ψευσαμένῳ δὲ σαφῶς περὶ τῶν λοιπῶν (τί γὰρ οὐκ ἔμελλεν ὁ κατὰ Χριστιανῶν μανείς;) ἐν οἷς αὐτὸν μέν φησιν ἐξ Ἑλλήνων μετατίθεσθαι· τὸν δ' Ἀμμώνιον ἐκ τοῦ βίου τοῦ κατὰ θεοσέβειαν ἐπὶ τὸν ἐθνικὸν ἐκπεσεῖν. ταῦτα μὲν εἰς παράστασιν τοῦ Ὠριγένους, καὶ τῆς περὶ τὰ Ἑλλήνων μαθήματα πολυπειρίας. περὶ ἧς πρός τινας μεμψαμένους αὐτῷ διὰ τῆς περὶ ἐκεῖνα σπουδῆς ἀπολογούμενος ἐν ἐπιστολῇ τινι ταῦτα γράφει· Ἐπεὶ δὲ ἀνακειμένῳ μοι τῷ λόγῳ, τῆς φήμης διατρεχούσης περὶ τῆς ἕξεως ἡμῶν, προσῄεσαν ὅτε μὲν αἱρετικοὶ, ὅτε δὲ ἀπὸ τῶν Ἑλληνικῶν μαθημάτων, καὶ μάλιστα τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, ἔδοξεν ἐξετάσαι ταῦτα, τά τε τῶν αἱρετικῶν δόγματα, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν φιλοσόφων περὶ ἀληθείας λέγειν ἐπαγγελλόμενα. καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα περὶ τῆς ἀσκήσεως ἀπολογουμένῳ εἴρηται. † Κατὰ τοῦτον δὴ τὸν χρόνον καὶ ἡ Ἀλεξάνδρου τῶν Ῥωμαίων βασιλέως μήτηρ Μαμμαία εἰς λόγους ἐν Ἀντιοχείᾳ συνῆλθεν Ὠριγένει, καὶ παρ' αὐτοῦ κατηχήθη τὸν λόγον. † Ἐξ [3] ἐκείνου δὲ τοῦ χρόνου τῶν εἰς τὰς γραφὰς ὑπομνημάτων ἐγένετο ἡ ἀρχὴ, Ἀμβροσίου ἐς τὰ μάλιστα παρορμῶντος αὐτὸν μυρίαις ὅσαις οὐ προτροπαῖς ταῖς διὰ λόγων καὶ παρακλήσεσιν αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀφθονωτάταις ταῖς τῶν ἐπιτηδείων χορηγίαις. ταχυγράφοι τε αὐτῷ πλείους ἢ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν παρῆσαν ὑπαγορεύοντι, χρόνοις τεταγμένοις ἀλλήλους ἀμείβοντες· βιβλιογράφοι τε οὐχ ἥττους, ἅμα καὶ κόραις ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἠσκημέναις· ὧν ἁπάντων τὴν δέουσαν τῶν ἐπιτηδείων καὶ τὴν ἄφθονον χορηγίαν ὁ Ἀμβρόσιος παρεστήσατο. καὶ μὴν καὶ ἐν τῇ περὶ τὰ θεῖα λόγια ἀσκήσει τε καὶ σπουδῇ προθυμίαν ἄφατον αὐτῷ συνεισέφερεν· ᾗ καὶ μάλιστα αὐτὸν προέτρεπεν ἐπὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων σύνταξιν. † [4] Τοσαύτην δὲ εἶχε σπουδὴν περὶ τὰς θείας γραφὰς, ὥστε καὶ τὴν Ἑβραΐδα διάλεκτον, ἐναντιουμένην τῇ τε ἡλικίᾳ καὶ τῇ οἰκείᾳ φύσει, ἐκμαθεῖν· καὶ δίχα τῆς ἑβδομήκοντα ἑρμηνευθείσης, ἄλλας ἐκδόσεις εἰς ἓν συναγαγεῖν· Ἀκύλα λέγω τοῦ Ποντικοῦ, καὶ Θεοδοτίωνος, καὶ Συμμάχου, τῶν Ἐβιωναίων (αἵρεσις δέ ἐστιν αὐτῶν, ψιλὸν ἄνθρωπον τὸν Κύριον εἶναι δοξαζόντων) οἵ τινες τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ὑπεμνημάτισαν, δι' οὗ

tudine Origenes fuerit, Porphyrius etiam, qui rabiem suam adversus Christianos exseruit, meminit his verbis: *Hujus autem absurditatis exemplum sumatur ex eo viro, quem ego adolescens admodum videre memini (qui & tunc temporis maximam laudem adeptus fuerat, & nunc quoque ob ea, quæ reliquit ingenii sui monumenta, magnopere comprobatur: Origene scilicet; cujus gloria apud doctrinæ hujus magistros eximia habetur.* (Et hæc quidem testimonia ab Ethnicis, & præcipue inimicis, viro illi perhibentur.) Hæc Porphyrius in libro tertio ejus operis, quod adversus Christianos composuit: qui de viri quidem illius studio [& multiplici doctrina] verissime pronuntiavit: sed in eo manifestissime mentitus est, (quomodo enim non mentiretur, qui adversus Christianos scribebat?) quod ipsum quidem a Gentilibus ad Christianos transiisse dicit; Ammonium vero a veri numinis cultu ad Gentilium religionem se contulisse. Atque hæc a nobis dicta sint ad eximiam Origenis in Græcanicis disciplinis eruditionem declarandam. De qua ipse in epistola quadam adversus eos, qui nimium ejus studium erga hujusmodi disciplinas reprehendebant, se ipsum purgans ita scribit: *Cum vero totum me addixissem verbo Dei, ac de nostra eruditione fama jam crebrior spargeretur, confluentibus ad me nunc hæreticis, nunc Græcarum disciplinarum studiosis, & maxime philosophis: scrutari hæreticorum dogmata, & quæcunque a philosophis de veritate jactantur, excutere constitui.* Atque hæc ab Origene dicta sunt, ut studium illud, quod Græcis disciplinis impenderat, excusaret. † Sub hoc tempus Mammæa quoque, Alexandri Romanorum Imperatoris mater, Origenem Antiochiæ convenit, & principiis doctrinæ Christianæ ab eo instituta est. † Ex eo tempore Origenes in divinas scripturas commentarios cœpit conscribere, Ambrosio innumeris stimulis eum incitante, nec solum verbis atque adhortationibus, sed etiam largissimis rerum necessariarum præbitionibus. Quippe septem & amplius notarii dictanti illi præsto aderant, qui præstituto tempore sibi per vices succedebant: nec pauciores librarii simul cum puellis elegantius scribere assuetis: quibus omnibus necessarios sumptus copiose subministrabat Ambrosius. Sed & incredibilem quandam alacritatem in hoc sacrarum literarum studio ipse pro virili parte conferebat: qua quidem re potissimum Origenes ad scribendos commentarios impellebatur. Tantum autem studii S. Scripturæ impendit, ut & Hebraicam linguam contra ætatis gentisque suæ naturam disceret, & præter LXX. Interpretes alias quoque editiones in unum volumen colligeret: Aquilæ dico Pontici, & Theodotionis, & Symmachi, Ebionitarum: quorum hæretica opinio hæc est, Dominum nudum esse hominem. Hi commentarios in Euangelium

1 Ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀτοπίας —— περὶ τῆς ἀσκήσεως ἀπολογουμένῳ εἴρηται] Hæc omnia leguntur apud Euseb. *Histor. Eccles.* lib. vi. cap. xix. unde ea Suidas sumpsit.

2 Ὠειγένης] Scribe Ὠριγένης, ut apud Eusebium.

3 Ἐξ ἐκείνου δὲ τοῦ χρόνου —— ἐπὶ τὴν τῶν ὑπομνημάτων σύνταξιν] Et hæc sunt verba ejusdem Eusebii *Hist. Eccles.* lib. vi. cap. xxiii.

4 Τοσαύτην δὲ εἶχε σπ. —— καὶ [illegible]] Ex Sophronio: apud quem tamen nonnulla aliter leguntur.

καὶ τὸ

καὶ τὸ ἴδιον δόγμα βεβαιῶσαι σπεύδουσιν. ὁμοίως δὲ πέμπτην, καὶ ἕκτην, καὶ ἑβδόμην ἔκδοσιν. † Ἐκ τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἱστοριῶν περὶ Ὠριγένους. [1] Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο τῷ Ὠριγένει τῶν θείων λόγων ἀπηκριβωμένη ἡ ἐξέτασις, ὡς μόνας πρωτοτύπους αὐτοῖς Ἑβραίων στοιχείοις γραφὰς κτῆμα ἴδιον ποιήσασθαι, ἀνιχνεῦσαί τε τὰς τῶν ἑτέρων παρὰ τοὺς Ἑβδομήκοντα τὰς ἱερὰς γραφὰς [2] ἑρμηνευσάντα ἐκδόσεις, καί τινας ἑτέρας παρὰ τὰς κατημαξευμένας ἑρμηνείας ἐναλλαττούσας, τὴν Ἀκύλου, καὶ Συμμάχου, καὶ Θεοδοτίωνος, ἐφευρεῖν ἃς ἐξ ἀπορρήτων οὐκ οἶδ' ὁπόθεν τυχὼν τῷ πάλαι λανθανούσας χρόνῳ εἰς φῶς ἀνιχνεύσας προήγαγεν. [3] ἐν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν Ψαλμῶν, μετὰ τὰς ἐπισήμους τέσσαρας ἐκδόσεις, οὐ μόνον πέμπτην, ἀλλὰ καὶ ἕκτην καὶ ἑβδόμην παραθεὶς ἑρμηνείαν, ἐπὶ μιᾶς αὖθις σεσημείωται, ὡς ἐν Ἱεριχοῖ εὑρημένης ἐν πίθῳ. ταύτας δὲ ἁπάσας εἰς ἓν συναγαγὼν, διελών τε πρὸς κῶλον, καὶ ἀντιπαραθεὶς ἀλλήλαις μετὰ καὶ αὐτῆς τῆς Ἑβραίων σημειώσεως, τὰ τῶν λεγομένων Ἑξαπλῶν ἡμῖν ἀντίγραφα καταλέλοιπεν. ἰδίως δὲ τὴν Ἀκύλου καὶ Συμμάχου καὶ Θεοδοτίωνος ἔκδοσιν, ἅμα τῇ τῶν ό, ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπισκευάσας. Καὶ ἁπλῶς πᾶσαν γραφὴν ὑποσημειωσάμενος ἐκκλησιαστικὴν, πλεῖστα καὶ ἀναρίθμητα καταλέλοιπεν· ὡς ἐξ ἐκείνου πάντας τοὺς μετέπειτα τῆς Ἐκκλησίας διδασκάλους καὶ ἀφορμὰς εἰληφέναι· ὡς ὁ Θεολόγος φάσκει Γρηγόριος· Ὠριγένης ἡ πάντων ἡμῶν ἀκόνη. Οὐ μόνον δὲ τῇ καθ' ἡμᾶς Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς τῶν ἔξωθεν πολλὴν παρείχετο τὴν ὠφέλειαν, αἱρετικοῖς τε, καὶ φιλοσόφοις. [4] μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις καὶ τὰ φιλόσοφα παρ' αὐτοῦ παιδευόμενοι. εἰσῆγέ τε γὰρ ὅσους εὐφυῶς ἔχοντας ἑώρα, καὶ ἐπὶ τὰ φιλόσοφα μαθήματα· γεωμετρίαν, καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τἄλλα παιδεύματα παραδιδούς· εἴς τε τὰς αἱρέσεις τὰς παρὰ τοῖς φιλοσόφοις προάγων, καὶ τὰ παρὰ τούτοις συγγράμματα διηγούμενος, ὑπομνηματιζόμενός τε, καὶ θεωρῶν ὡς ἕκαστα· ὡς ἤδη μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησι φιλόσοφον τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι. [5] μάρτυρες δὲ τῆς περὶ ταῦτα αὐτοῦ κατορθώσεως τῶν Ἑλλήνων οἱ κατ' αὐτὸν ἠκμακότες φιλόσοφοι· ὧν ἐν συγγράμμασι πολλὴν μνήμην εὕρομεν τοῦ ἀνδρός· ποτὲ μὲν αὐτῷ προσφωνούντων, ποτὲ δὲ οἷα διδασκάλῳ ἐς τὴν αὐτοῦ κρίσιν τοὺς ἰδίους ἀναφερόντων πόνους. † Τῷ δὲ Ὠριγένει ἐπὶ τῆς Καισαρείας τὰ συνήθη πράττοντι πολλοὶ προσῄεσαν, οὐ μόνον τῶν ἐπιχωρίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀλλοδαπῆς μυρίοι φοιτηταὶ, τὰς πατρίδας ἀπολείποντες. ὧν ἐπισήμους μάλιστα ἔγνωμεν, Θεόδωρον, ὃς ἦν αὐτὸς

Matthæi scripserunt: per quod etiam dogma suum confirmare student. Pariter etiam quintam, sextam, & septimam editionem. † Ex Eusebii Pamphili historia de Origene. Tantam autem curam & diligentiam in divinis scripturis perscrutandis adhibebat Origenes, ut authenticos scripturarum libros, Hebraicis literis scriptos, sibi comparaverit: aliorum quoque, qui præter Septuaginta Interpretes sacras scripturas interpretati sunt, editiones pervestigaverit: nonnullas denique interpretationes a tritis illis & vulgatis, Aquilæ scilicet, ac Symmachi, ac Theodotionis, diversas repererit. Quas quidem ille ex nescio quibus erutas angulis, in quibus jamdudum delituerant, primus in lucem produxit. Quin etiam in Hexaplis Psalmorum exemplaribus, post insignes illas quatuor editiones, cum non quintam modo, sed etiam sextam ac septimam apponeret versionem, rursus in principio unius notavit, inventam illam fuisse Hierichunte in dolio. Has igitur omnes interpretationes cum in unum corpus collegisset, ac per certa cola ac membra distinxisset, & sibi invicem e regione opposuisset, una cum ipso Hebraico textu, Hexaplorum nobis exemplaria reliquit. Seorsim vero editionem Aquilæ & Symmachi ac Theodotionis cum Septuaginta Interpretum versione in Tetraplis digessit. Et, ut paucis rem expediam, notis in universam scripturam Ecclesiasticam scriptis, innumeros reliquit libros: adeo ut omnes Ecclesiæ doctores postea ejus scriptis non parum adjuti fuerint. Hinc Theologus Gregorius inquit: *Origenes omnium nostrum cos.* Non solum autem Ecclesiæ nostræ, sed etiam Gentilibus, & Hæreticis, & Philosophis, non exiguam utilitatem attulit. † [Innumeri porro hæretici, nec pauci ex illustribus philosophis, studiose eum auscultabant,] & præter rerum divinarum scientiam, Græcanicæ quoque philosophiæ præcepta, quasi discipuli, ex illo percipiebant. Quoscunque enim ex discipulis solertia & acumine ingenii præditos animadvertebat, eos in philosophiam introducebat, Geometriam illis tradens, & Arithmeticam, aliasque prævias disciplinas. Inde ad varias philosophorum sectas eos perducens, & libros a veteribus philosophis conscriptos exponens: commentarios quoque in singulos scribens, & reconditos sensus penitus inquirens: adeo ut apud ipsos etiam Gentiles summus philosophus pronuntiaretur. Quantum porro in iis studiis excelluerit, testes sunt ipsi Gentilium philosophi, qui ejus ætate floruerunt: quorum in libris crebram hujus viri mentionem fieri deprehendimus, dum vel proprios libros ei nuncupant, vel eosdem examinandos tanquam ad magistrum suum dirigunt. † Ad Origenem vero Cæsareæ more suo degentem, non solum ex indigenis, sed etiam ex peregrinis regionibus innumeri discipuli relictis patriis accesserunt: quorum maxime insignes novimus, The-

1 *Τοσαύτη δὲ εἰσήγετο —— ἐν τοῖς Τετραπλοῖς ἐπισκευάσας.*] Hæc excerpta sunt ex Eusebii *Histor. Eccles.* lib. VI. cap. XVI.

2 Ἑρμηνευσάντα] Constructio manifesto requirit, ut scribatur, ἑρμηνευσάντων: vel, ut Eusebius habet, ἑρμηνευκότων.

3 Ἐν γε μὴν τοῖς Ἑξαπλοῖς τῶν ψαλμ.] Vide omnino doctissimum Huetium, literatæ Galliæ decus maximum, *Origenianorum* lib. III. cap. II. sect. IV.

4 *Μονονουχὶ πρὸς τοῖς θείοις —— τὸν ἄνδρα κηρύττεσθαι.*] Hæc leguntur apud eundem Eusebium *Hist. Eccl.* lib. VI. cap. XVIII.

5 *Μάρτυρες δὲ τῆς περὶ τ. —— ἀναφερόντων πόνους.*] Euseb. *Histor. Eccl.* lib. VI. cap. XIX.

οὗτος ὁ καθ' ἡμᾶς ἐπισκόπων διαβόητος· Γρηγόριος ὁ Θαυματουργὸς ὅ, τε τούτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος. οὓς ἀμφὶ τὰ Ἑλλήνων καὶ Ῥωμαίων μαθήματα δεινῶς ἐπτοημένους, φιλοσοφίας εἰς ἔρωτα τῆς προτέρας σπουδῆς τὴν θείαν ἄσκησιν ἀντικαταλλάξασθαι προτρέψατο. πέντε δὲ ὅλοις ἔτεσιν αὐτῷ συγγινόμενοι τοσαύτην ἀπηνέγκαντο περὶ τὰ θεῖα βελτίωσιν, ὡς ἔτι νέους ἄμφω Ἐπισκοπῆς τῶν κατὰ Πόντον Ἐκκλησιῶν ἀξιωθῆναι. † Τῷ[1] δὲ Ὠριγένει κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον τὰ εἰς τὸν Ἡσαΐαν, ἐν ταυτῷ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἐζεκιὴλ, πέντε καὶ εἴκοσι βιβλία συντέτακται. ὧν εἰς μὲν τὸ τρίτον μέρος τοῦ Ἡσαΐου, μέχρι τῆς ὁράσεως τῶν τετραπόδων τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, τριάκοντά εἰσι τόμοι. εἰς δὲ τὸν Ἐζεκιὴλ, ε' καὶ εἴκοσιν· οὓς μόνους εἰς τὸν πάντα πεποίηται προφήτην. ἔτος δ' ἦν αὐτῷ ἑξηκοστὸν, ἐν ᾧ ταῦτα συνέταττεν· ἐν ᾧ καὶ ὁ μακάριος μάρτυς Πάμφιλος μαρτυρίῳ τὸν βίον διεξῆλθε. [2] τὸ δὲ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην Εὐαγγέλιον ἐξηγητικὸν σημαίνει, τὰ πρότερα ε' ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἔτι ὄντα αὐτὸν συντάξαι. τῆς δὲ εἰς τὸ πᾶν Εὐαγγέλιον πραγματείας μόνοι δύο καὶ εἴκοσι περιῆλθον τόμοι. [3] δώδεκα δὲ τὰ εἰς τὴν Γένεσιν, καὶ εἰς τοὺς πρώτους δὲ ε' καὶ κ' Ψαλμοὺς, ἔτι τε τὰ εἰς τοὺς Θρήνους· καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως, καὶ [4] τὰ περὶ Ἀρχῶν. γράφει δὲ καὶ τοὺς ἐπιγεγραμμένους Στρωματεῖς, ὄντας τὸν ἀριθμὸν δέκα· οὓς καὶ συνέταξε κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου βασιλείαν. [5] τὸν μὲν τοι πρῶτον ἐξηγούμενος ψαλμὸν, ἔκθεσιν πεποίηται τῶν ἱερῶν γραφῶν τῆς παλαιᾶς διαθήκης καταλόγου, ὧδέ πως λέγων κατὰ λέξιν· Οὐκ ἀγνοητέον δὲ, ὡς εἶναι τὰς ἐνδιαθήκους βίβλους, ὡς Ἑβραῖοι παραδιδόασι, δύο καὶ εἴκοσι· ὅσος ἀριθμὸς τῶν παρ' αὐτοῖς στοιχείων ἐστίν. εἶτα ἐπιφέρει λέγων· Εἰσὶ δὲ αἱ εἴκοσι δύο βίβλοι καθ' Ἑβραίους αἵδε· Γένεσις, Βαρησὶθ· ὅ ἐστιν, Ἐν ἀρχῇ· καὶ αἱ λοιπαὶ καθεξῆς. ἔζησε δὲ ἕως Γάλλου καὶ Βολουσιανοῦ, τουτέστιν, ἕως θ' καὶ ξ' ἐτῶν τῆς ἡλικίας αὐτοῦ· καὶ ἐκοιμήθη ἐν Τύρῳ, ἐν ᾗ καὶ ἐτάφη. ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ Λεωνίδης μαρτυρίῳ τῷ διὰ Χριστὸν ἐτελειώθη.

odorum, illum scilicet inter ætatis nostræ Episcopos percelebrem: Gregorium Thaumaturgum; ejusque fratrem Athenodorum. Hos, cum Græcorum & Romanorum disciplinis admodum addictos cerneret, hortatus est, ut priore studio omisso, in discendis divinis mysteriis operam ponerent. Cumque quinque integros annos eum audivissent, tantum eo doctore in rerum divinarum cognitione profecerunt, ut ambo adhuc juvenes digni judicati fuerint, qui Ponticarum Ecclesiarum Episcopi crearentur. † Eodem tempore Origenes in Esaiam, simul etiam in Ezechielem, xxv. libros composuit. Horum in tertiam partem Esaiæ, usque ad visionem quadrupedum in deserto, sunt tomi xxx. In Ezechielem vero, xxv. quos solos in totum Prophetam conscripsit. Quo autem tempore hæc componebat, ætatis annum sexagesimum agebat: cum & beatus martyr Pamphilus martyrio vitam finiit. In Expositione autem in Euangelium Joannis testatur, priores quinque libros ab eo, dum adhuc Alexandriæ degeret, compositos esse. Ex universo autem opere, quod in totum illud Euangelium elaboravit, duo & viginti libri ad nos duntaxat pervenerunt. [Exstant item] duodecim ejus libri in Genesin: nec non in priores quinque & viginti Psalmos, & in Threnos commentarii. Præterea [scripsit] opus de Resurrectione, & de Principiis. Sed & libros, qui Στρωματεῖς inscribuntur, numero decem, Alexandri Imperatoris temporibus conscripsit. Cæterum in expositione Psalmi primi, librorum veteris Testamenti indicem exhibet, ita scribens ad verbum: *Sciendum est veteris Testamenti libros duos esse & viginti, sicut ab Hebræis traditur: qui numerus etiam literarum apud eos habetur.* Postea vero subjicit: *Sunt autem viginti duo libri secundum Hebræos hi: Genesis, [sive, ut ab Hebræis appellatur,] Beresith, i.e. In principio:* & reliqui ordine. Vixit usque ad Gallum & Volusianum, hoc est, usque ad ætatis suæ annum sexagesimum nonum. Obiit Tyri: ubi etiam sepultus est. Pater vero ejus Leonides martyrio propter Christum consummatus est.

Ὠριγένης[6] Λεωνίδην εἶχε πατέρα, Ἐπίσκοπον, καὶ μάρτυρα, ἐπὶ Σεβήρου βασιλέως ἀκμάσας. ὅς τις Ὠριγένης ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τυγχάνων μεγάλην εἰς τὸν θεῖον λόγον σπουδὴν κατεβάλλετο. οὗ ζηλωταὶ πολλοὶ καὶ ἄλλοι, καὶ μάλιστα Ἀμβρόσιος ἐγένετο· ὅς εἰς γνῶσιν αὐτῷ ἀφικέσθαι σπουδάσας, ἀπέστη τῆς Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος αἱρέσεως. πλεῖστοι δὲ καὶ τῶν ἔξωθεν φιλοσόφων πρὸς αὐτὸν φοιτῶντες, μεγίστην ὠφέλειαν ἐκαρποῦντο. μέγας γὰρ καὶ παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο, παραδιδοὺς γεωμετρίαν, καὶ ἀριθμητικὴν, καὶ τ' ἄλλα προπαιδεύματα. διόπερ οὐκ ὀλίγοι τῶν παρ' Ἕλλησι φι-

Ὠριγένης. Origenes patrem habuit Leonidem, Episcopum, & martyrem: qui sub Severo Imperatore floruit. Hic Origenes, dum esset Alexandriæ, magnum studium in verbo divino posuit. Hujus cum alii multi fuerunt studiosi, tum vero præcipue Ambrosius; qui, cum in illius notitiam venire cuperet, a Valentini & Marcionis secta recessit. Plurimi quoque Gentilium Philosophorum ad ipsum audiendum accedentes, multum sub eo præceptore profecerunt. Magni enim ab iis fiebat, cum Geometriam, Arithmeticam, & alias, quæ ad variam eruditionem faciunt, scientias

1 Τῷ δὲ Ὠριγένει κατὰ τ.—— εἰς τὸν πάντα πεποίηται προφήτην] Euseb. lib. vi. cap. xxxii. Confer Illustriss. Huetium *Origenianorum* lib. iii. cap. ii. Sect. ii.

2 Τὸ δὲ εἰς τὸ κατὰ Ἰωάνν.—— κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρου βασιλείαν] Euseb. lib. vi. cap. xiv. Ibi autem initium hujus loci rectius sic legitur, ἐν δὲ τῷ ἕκτῳ τῶν εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην ἐξηγητικῶν σημαίνει, τὰ πρότερα πέντε, &c.

3 Δώδεκα δὲ τὰ εἰς τ.—— περὶ Ἀρχῶν] Hic Eusebius plura habet: ex quo proinde Suidas supplendus est.

4 Τὰ περὶ Ἀρχῶν] Vide Huetium *Origenian.* lib. iii. cap. iii. Sect. ii.

5 Τὸν μὲν τοι πρῶτον —— ἐν ἀρχῇ] Euseb. lib. vi. cap. xxv.

6 Ὠριγένης Λεωνίδ.] Quæ Suidas in hoc articulo de Origene tradit, totidem pene verbis leguntur etiam apud Cedrenum, pag. 252. & seqq.

λοσόφων

λοσόφων μεμνῆσθαι αὐτοῦ ὡς διδασκάλου. καὶ γὰρ εὐφυὴς παιδόθεν ὑπῆρχε σφόδρα, καὶ ζητητικὸς λίαν. ὃς [1] ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ τὸ τῆς θείας γραφῆς βούλημα πυνθανόμενος, βαθύτερον ἠρεύνα. τοῦτον ἐπέπληττεν ὁ πατήρ, μηδὲν ὑπὲρ ἡλικίαν ζητεῖν παραινῶν. [2] νύκτωρ δὲ ἐπιστάς, καὶ ἰδὼν τὰ στέρνα ὡς θείου πνεύματος ἔνδοθεν αὐτοῖς ἀφιερωμένου, κατεφίλει, καὶ τῆς εὐτεκνίας ἑαυτὸν ἐμακάριζεν. ἁγνείαν δὲ καὶ ἐγκράτειαν τοσαύτην ἤσκησεν ἐκ νέου τοῦ σώματος, ὡς ὀβολοῖς τέτταρσι καὶ μόνοις πρὸς διατροφὴν ἑκάστης ἡμέρας [3] ἀρκούμενος. καὶ μέντοι καὶ πολλοῖς ἔτεσι τοῦτο ποιῶν διετέλει· καὶ ἐπ' ἐδάφους καὶ ψιάθου καθεύδων, καὶ ὀλίγον καιρὸν τῆς νυκτὸς ἀναπαυόμενος, τὸν πλείονα εἰς τὴν ἱερὰν μελέτην τῶν ἱερῶν λογίων διῆγε. [4] καὶ ἐκ τούτου ἐπεκτεινάμενος, ἐπί τε ἀγρυπνίᾳ καὶ ἀσιτίᾳ καὶ γυμνότητι ἑαυτὸν ὑπωπιάζων, τοσοῦτο κατεδάμασε τὴν ἀκμὴν τοῦ σώματος, ὡς ὁρᾶσθαι παντελῶς αὐτὸν ἀπεσκληκέναι. οἴνου γὰρ καὶ ἐλαίου καὶ τῶν λοιπῶν ἀπεχόμενος, ἀνατροπὴν τοῦ θώρακος μεγίστην ὑπέμεινεν. ἔνθεν γέ τοι διαβόητος γενόμενος, ὡς διαπρέπων ἔργῳ καὶ λόγῳ, καὶ πολλοὺς Ἕλληνας τὴν εἰδωλομανίαν βδελύττεσθαι πείσας, μαρτυρίου στέφανον ἀναδήσασθαι παρεσκεύασε. πολλῆς οὖν φήμης περὶ αὐτὸν τρεχούσης, καὶ πολλῶν μακρόθεν πρὸς αὐτὸν συρρεόντων, οὐ μόνον Ἕλληνας καὶ φιλοσόφους καὶ αἱρετικοὺς ἐλλογίμους πρὸς τὴν εὐσέβειαν εἵλκυσεν, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὄντας Χριστιανοὺς μᾶλλον στοιχειώσας ἐπεβεβαίωσεν. ὃν ὁ προλεχθεὶς Ἀμβρόσιος ἱκετεύσας πολλά, καὶ παραβιασάμενος ἐν Καισαρείᾳ, καὶ ταχυγράφους αὐτῷ παραστήσας ἑπτά, πλείους δὲ καλλιγράφους, ἑρμηνεῦσαι τὰς θείας αὐτὸν γραφὰς πεποίηκε. καὶ ὁ μὲν τὴν δέουσαν χρείαν παρεῖχεν. ὁ δὲ ἐπὶ σχολῆς γενόμενος, ὑπηγόρευε τοῖς ταχυγράφοις· καὶ οἱ βιβλιογράφοι σὺν γυναιξὶν ἔγραφον, ἐπὶ τὸ καλλιγραφεῖν ἐξησκημέναις. πᾶσαν δὲ θείαν γραφὴν ἡρμήνευσεν ἐπὶ ἔτη ιη'. λέγεται δὲ [5] ὅτι στὰς βίβλους συνετάξατο. τοσοῦτον γὰρ ζῆλον ἐς τὴν ἐξήγησιν τῶν θείων λογίων ὁ Ἀμβρόσιος ἐπεδείξατο, ὥστε τὴν πολλὴν αὐτοῦ σπουδὴν Ὠριγένης μαρτυρῶν, γράφει πρός τινα λέγων· Ὁ ἱερὸς Θεοῦ καὶ γνησίως ἀνακείμενος Ἀμβρόσιος, [6] πολλὰ προσηγόρευσεν· ὅς τις νομίζων με [7] φίλον εἶναι, καὶ πάνυ διψᾶν τοῦ θείου, ἤλεγξε τῇ ἰδίᾳ φιλοπονίᾳ τῷ πρὸς τὰ μαθήματα ἔρωτι. ὅθεν ἐπὶ τοσοῦτον με παρελήλυθεν, ὥστε κινδυνεύειν ἀπαυδᾶν πρὸς τὰς αὐτοῦ προτάσεις. οὔτε γὰρ δειπνῆσαι ἐστὶν ὅτι μὴ ἀντιβάλλοντα, οὔτε δειπνήσαντα ἔξεστι περιπατῆσαι, καὶ διαναπαῦσαι

eos doceret. Quare etiam non pauci Græcorum philosophorum ejus ut magistri sui meminerunt. Fuit autem Origenes jam inde a tenera ætate ingenio acri, & in scrutandis iis, quæ ignorabat, curiosus. Cumque aliquando in puerili ætate de S. Scripturæ sensu abstrusius inquireret, pater eum objurgabat, monens, ne quid quæreret, quod supra captum ætatis esset. Sed noctu ad ipsum accedens, pectus ejus, ut quoddam spiritus divini sacrarium, deosculatus, semetipsum ejusmodi sobole beatum prædicavit. Ad castitatem & continentiam ita a puero se adsuefecit, ut quatuor oboli, iique soli, ad victum quotidianum ei sufficerent: quem morem per plures annos tenuit. Idem humi & in storea dormiens, & breve tantum tempus noctu quiescens, majorem ejus partem sacrorum oraculorum meditationi impendebat. His autem intentus, inedia, vigilia, & nuditate ita se maceravit, & vigorem corporis adeo attrivit, ut plane videretur exaruisse. Vino etiam, oleo, & cæteris abstinens, maximam pectoris subversionem pertulit. Cum autem magnum iis rebus nomen consecutus fuisset, ut vir vita & doctrina excellens, effecit, ut multi Gentilium, falsorum Deorum cultum abominantes, martyrii coronam reportarent. Magna itaque fama de eo sparsa, multisque ex remotis regionibus ad eum confluentibus, non tantum Græcos philosophos & hæreticos præcipuos ad veram religionem traduxit, sed & ipsos Christianos in elementis veræ fidei magis confirmavit. Ab hoc Ambrosius, de quo ante diximus, multis precibus, ac tantum non vi obtinuit, adhibitis ei septem notariis, ac pluribus qui eleganter scriberent, ut S. Scripturam interpretaretur. Et Origeni quidem Ambrosius necessaria omnia suppeditavit. Ille vero per otium interpretationem notariis dictabat: librarii autem & mulieres eleganter scribere doctæ in plura exinde exemplaria transscribebant. Absolvit vero interpretationem illam annis XVIII. Fertur porro librorum sex millia conscripsisse. Tanto autem & tam flagranti desiderio Ambrosius interpretationem S. Scripturæ expetivit, ut Origenes in epistola quadam tale ei testimonium perhibeat: *Sanctus & Deo vere dicatus Ambrosius tibi salutem plurimam dicit. Is cum me laborum tolerantem & sacrorum oraculorum cupidissimum esse putaret, sua industria & sacrarum disciplinarum amore me coarguit. Tanto enim me post se reliquit intervallo, ut parum absit, quin de exequendis iis, quæ mihi injunxit, desperem. Namque vel inter cœnandum exemplaria mihi conferenda sunt: neque a cœna ambulare, aut corpus quiete relaxare datur; sed illo etiam tempore literis vacare,*

1 Ὃς ἐν τῇ παιδικῇ ἡλικίᾳ τὸ τ.] Vide Euseb. lib. VI. cap. 2.

2 Νύκτωρ δὲ ἐπισ.] Eusebius loco laudato: Ἐπιστάντα δὲ ἤδη πολλάκις καθεύδοντι τῷ παιδί, γυμνῶσαι μὲν αὐτοῦ τὰ στέρνα φασίν, ὥσπερ δὴ θείου πνεύματος ἔνδον ἐν αὐτοῖς ἀφιερωμένου, φιλῆσαί τε σεβασμίως, καὶ τῆς εὐτεκνίας μακάριον ἑαυτὸν ἡγήσασθαι. Id est: *Ac sæpenumero dormientis pueri cubiculum ingressus, pectus ejus nudasse dicitur, & velut quoddam divini spiritus sacrarium religiose illud deosculatus, semetipsum beatum ejusmodi sobole prædicasse.*

3 Ἀρκούμενος] Cedrenus rectius, ἀρκεῖσθαι.

4 Καὶ ἐκ τούτου ἐπεκτεινάμενος] Cedrenus rectius, ἐν τούτοις ἐκτεινόμενος.

5 Ὅτι στὰς βίβλους συνετάξατο] Wolfius & Portus: *Fertur stans libros composuisse.* Inepte. Pro στὰς enim scribendum est ϛ. quæ est nota numeri 6000. Tot enim libros Origenes scripsisse credebatur: ut vel ex Cedreno patet, qui expresse ait, λέγεται δὲ, ὅτι ἑξακισχιλίας βίβλους συνέταξε. Cæterum, locum hunc Suidæ sic, ut diximus, emendandum esse, Pearsonius etiam ad oram Suidæ sui notaverat.

6 Πολλὰ προσηγόρευσεν] Cedrenus, πολλά προσαγορεύει σε: quam lectionem in versione expressimus.

7 Φίλον] Cedrenus rectius, φιλοπονεῖν.

τὸ σωμάτιον· ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις φιλολογεῖν καὶ ἀκριβοῦν τὰ ἀντίγραφα ἀναγκαζόμεθα. οὔτε μὴν ὅλην ἐπὶ θεραπείᾳ τοῦ σώματος τὴν νύκτα ἔξεστιν ἡμῖν κοιμᾶσθαι, [1] ἐπὶ πολὺ ταῖς φιλολογίαις παρατείνοντα. ἐῶ δὲ λέγειν καὶ τὰ ἕωθεν μέχρις ἐνάτης καὶ δεκάτης ὥρας. πάντες γὰρ οἱ θέλοντες φιλοπονεῖν, τοὺς καιροὺς ἐκείνους τῇ ἐξετάσει τῶν θείων λογίων καὶ ταῖς ἀναγνώσεσιν ἀνατιθέασι. Πᾶσαν τοίνυν ἡρμήνευσε τὴν θείαν γραφήν. κατὰ γὰρ τοὺς χρόνους ἐκείνους ἐν Ἱεριχοῖ ἔν τινι πίθῳ [2] περιτυχὼν τὴν Παλαιάν, εὐφυῶς μάλα καὶ ἐπιστημόνως ταύτην κατεσκεύασεν. ἀλλ' οὐκ εἰς τέλος ἄσβεστον αὐτοῦ τὸ κλέος διέμεινε. συμβεβήκει γὰρ αὐτῷ τὸ τῆς πολυπειρίας δραστήριον πτῶμα ἐξαίσιον· καὶ μέντοι σκάνδαλον πολλοῖς, καὶ ἀπωλείας πρόξενον γέγονε. βουλόμενος γὰρ τῶν θείων γραφῶν μηδὲν ἐᾶσαι ἀνερμήνευτον, εἰς ἐπαγωγὴν ἑαυτὸν περιέβαλεν ἁμαρτίας, καὶ θανάσιμα ἐξηγήσατο ῥήματα. ἐξ αὐτοῦ γὰρ καὶ Ἄρειος τὰς ἀφορμὰς εἴληφε, καὶ οἱ καθεξῆς ἀνόμοιοί τε, καὶ ἀνόσιοι, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. Φάσκει γὰρ οὗτος τολμήσας κατὰ τὴν ἀρχήν, ὅτι ὁ μονογενὴς υἱὸς ὁρᾷν τὸν Πατέρα οὐ δύναται· οὔτε τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν Υἱόν· οὔτε οἱ Ἄγγελοι τὸ Πνεῦμα· οὔτε οἱ ἄνθρωποι τοὺς Ἀγγέλους. καὶ ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς οὐ θέλει εἶναι τὸν υἱόν, ἀλλὰ κτίσμα, καὶ κατὰ χάριν υἱὸν λέγεσθαι. τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ψυχὴν προϋπάρχειν· καὶ τὰ ἑξῆς τῶν βλασφημιῶν αὐτοῦ. πολλὴν γοῦν πεποίηκε σύνταξιν εἰς ἑκάστην γραφήν. καὶ ὅσα μὲν ἐν προσομιλίαις καὶ διὰ προοιμίων εἰς ἤθη τε καὶ εἰς φύσεις ζώων καὶ ἀλόγων εἴρηται, μέσος φερόμενος πολλάκις χαρίεντα διηγήματα γράφει. ὅσα δὲ περὶ πίστεως ἐδογμάτισε, τῶν πάντων ἀτοπώτερα εὑρίσκεται. ἔδοξε δὲ αὐτῷ καὶ ἀσκητικὸν βίον ἐπανῃρῆσθαι τοιοῦτον, ὡς καὶ τὸν θώρακα αὐτοῦ, φασί, δι' ὑπερβολὴν ἀσιτίας τε καὶ σκληραγωγίας ἀνατραπῆναι. ἐπινενόηκε δὲ καὶ κατὰ τὸ σωμάτιόν τι· καὶ οἱ μέν, [3] ὅτι νεῦρον ἀποτετμήκειεν, διὰ τὸ μὴ ἡδονῇ παρενοχλεῖσθαι· οἱ δέ, φάρμακον ἐπιθεῖναι τοῖς μορίοις εἶπον, καὶ ἀποξηρᾶναι. ἄλλοι δὲ ἄλλα εἰς αὐτὸν ἀναφέρουσιν. οὗτος πολλὰ λέγεται πεπονθέναι ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, λόγιος ὢν σφόδρα, καὶ ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ ἀνατεθραμμένος. Φθόνῳ δὲ διαβληθεὶς πρὸς τοὺς τῆς ἐξουσίας ἄρχοντας, κακομηχανίᾳ διαβολικῆς ἐπινοίας [4] εἰς αἰσχρότητα ἄνδρα φασὶν ἐπινοηθῆναι παρὰ τῶν τῆς κακίας ἐργατῶν. Αἰθίοπα δ' αὐτῷ παρεσκεύασαν εἰς παράχρησιν τοῦ σώματος αὐτοῦ. ὁ δὲ μὴ φέρων τὴν τοσαύτην βδελυρὰν ἐπίνοιαν, ἔρρηξε φωνήν, ἀμφοτέρων προτεθέντων αὐτῷ πραγμάτων, καὶ καθωμολόγησε θῦσαι. καὶ βαλόντες ἐπὶ τὰς χεῖρας αὐτοῦ λιβανωτόν, εἰς τὴν τοῦ βωμοῦ πυρὰν [5] καθῆκαν. καὶ οὕτω τοῦ μαρτυρίου ὑπὸ τῶν κρινάντων ἀπεβλήθη, καὶ τῆς ἐκκλησίας ἐξεώσθη. τὴν

1 Ἐπὶ πολὺ ταῖς φιλολ.] Cedrenus, ἐπὶ πολὺ τῆς ἑσπέρας τῇ φιλολογίᾳ παρατείνοντες: quod magis placet.

2 Περιτυχὼν τὴν Παλαιάν] Imo, περιτυχὼν τῇ Παλαιᾷ, casu dativo. Cæterum, locum hunc pleniorem exhibet Cedrenus, quem confer.

3 Ὅτι νεῦρον ἀποτετμ.] Scribe, ὅτι νεῦρον ἀποτέτμηκε.

& emendare exemplaria cogimur. *Neque verò corporis reficiendi causa totam nobis noctem dormire conceditur, labore in multam noctem se extendente: ne dicam de matutinis laboribus ad nonam usque vel decimam horam. Quicunque enim studiis vacare volunt, tempora ista examinandis divinis oraculis & legendis libris impendunt.* Totam igitur S. Scripturam interpretatus est [Origenes.] Illis autem temporibus vetus Testamentum Hierichunte in dolio quodam repertum scite admodum & docte concinnavit. Non tamen gloria viri ejus ad finem usque illibata permansit. Nam illa multiplicis doctrinæ copia tandem gravissimo casu eum afflixit, multisque offendiculo fuit, & exitii causa. Cum enim nihil in sacris literis inexplicatum relinquere vellet, ipse peccatum in se attraxit, & mortifera verba protulit. Nam ab eo & Arius ansam erroris sui mutuatus est; & deinceps alii, qui filium patri similem esse impie negant & reliqui omnes. In principio enim verba hæc ponere ausus est: Unigenitus filius Patrem videre non potest, neque filium Spiritus S. neque Angeli Spiritum S. neque homines Angelos. Negat etiam ex Patris essentia Filium esse: sed creaturam eum esse asserit, & ex gratia dici Filium. Animam item humanam ante corpus existere docet; & quæ sunt cæteræ ejus blasphemiæ. Multa autem in singulos Scripturæ libros [Origenes] scripsit. Et quæcunque quidem in sermonibus & in prooemiis de moribus & naturis brutorum animalium ab eo dicta sunt, jucundis sæpe narrationibus condita sunt. Ubi autem de fide decreta condit, ibi quovis alio absurdior est. Vitam asceticam tanta severitate egit, ut & pectus ipsius propter nimiam inediam & duram vivendi rationem subversum fuisse dicatur. Ad domandas etiam corporis voluptates commento aliquo usus fuisse dicitur. Nam, ut quidam tradunt, nervum sibi præcidit, ne libidine vexaretur: ut alii autem, genitalia medicamento imposito exsiccavit. Alii vero alia de ipso referunt. Fertur Christi gratia multa esse perpessus; quippe homo doctus, & in Ecclesia educatus. Sed cum calumniatores apud magistratus invidiam ei conflassent, pessimi homines diabolicis artibus id machinati sunt, ut viro impudicitiæ notam inurerent. Subornarunt enim Æthiopem quendam, qui corpore ejus ad obscœnam libidinem abuteretur. Ille autem rei turpidinem non ferens, exclamavit, &, cum optio ei daretur, ut ex duobus alterum eligeret, Diis se adolere velle promisit. Quare thus in manus ejus est injectum, quod ille in rogum aræ immisit. Ea propter a judicibus martyrii honore indignus judicatus, & ex Ecclesia ejectus, cum dedecus hoc non

4 Εἰς αἰσχρότητα ἀνδρ.] Locus hic salebrosus est, & procul dubio corruptus vel mutilus: in quo proinde vertendo non tam verborum quam sensus rationem habuimus.

5 Καθῆκαν] Scribe, καθῆκε, numero singulari, ut habet Cedrenus. Refertur enim ad Origenem.

δὲ Ἀλεξάνδρειαν καταλιπὼν διὰ τὸ ὄνειδος, τὴν Ἰουδαίαν κατέλαβεν. ἀνελθὼν δὲ εἰς Ἱεροσόλυμα, ἐξηγητὴς καὶ λόγιος προετρέπετο ὑπὸ τοῦ ἱερατείου ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας εἰπεῖν. [1] πρεσβύτης γὰρ προϋπῆρχε. καὶ πολλὰ καταναγκασθεὶς ὑπὸ τῶν ἱερέων, ἀναστὰς, καὶ τοῦτο μόνον τὸ ῥητὸν εἰπών· Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἵνα τί σὺ ἐκδιηγῇ τὰ δικαιώματά μου, καὶ ἀναλαμβάνεις τὴν διαθήκην μου διὰ στόματός σου; καὶ πτύξας τὸ βιβλίον, ἐκάθισε, μετὰ κλαυθμοῦ δακρύων, πάντων ὁμοῦ συγκλαιόντων αὐτῷ. εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ λεγόμενά τε καὶ ᾀδόμενα, διὰ τὸ πλῆθος τῆς γνώσεως αὐτοῦ καὶ συντάξεως τῶν βιβλίων. ὅθεν καὶ Συντακτικὸς ὠνομάσθη, διὰ τὸ πεποιηκέναι πολλὰ βιβλία· μὴ ἀκούων, ὡς ἔοικε, τοῦ Σολομῶντος, λέγοντος· Υἱὲ, Φύλαξαι τοῦ ποιῆσαι βιβλία πολλὰ, καὶ μὴ σπεῦδε ἐπὶ στόματί σου, καὶ καρδία σου μὴ ταχυνάτω τοῦ ἐξενεγκεῖν λόγον ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ. ὁ γὰρ Θεὸς ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σὺ ἐπὶ τῆς γῆς κάτω. διὰ τοῦτο ἔστωσαν οἱ λόγοι σου ὀλίγοι. εἰσὶ γὰρ λόγοι πολλοὶ πληθύνοντες ματαιότητα. καὶ μὴ γίνου δίκαιος πολύ. ἔστι γὰρ δίκαιος ἀπολλύμενος ἐν τῷ δικαιώματι αὐτοῦ. καὶ μὴ σοφίζου περισσά· μήτε ἀσεβήσῃς. ταῦτα πάντα παρωσάμενος ἐσφάλη τοῦ πρέποντος.

ferret, Alexandria relicta in Judæam se contulit. Cum autem Hierosolyma pervenisset, collegium Sacerdotum ab eo, ut homine docto & S. Scripturæ interprete, flagitavit, ut aliquid pro concione diceret. Erat enim presbyter. Itaque cum admodum urgerent sacerdotes, surrexit, & hoc tantum dictum pronuntiavit: *Peccatori vero dixit Deus: Cur tu enarras jura mea, & testamentum meum in os tuum assumis?* Statimque clauso libro consedit, in fletum & lacrymas effusus; omnibus una cum eo flentibus. Sunt & multa alia, quæ de eo dicuntur, & omnium ore circumferuntur, ob eruditionem viri, & libros ab eo compositos: a quorum multitudine Syntacticus, i. e. Compositor, dictus fuit. Apparet autem eum non audivisse Solomonem, dicentem: *Fili, cave, ne multos libros conscribas: neque festina loqui: neque properet animus tuus a facie Dei sermonem proferre. Nam Deus in cœlo supra est, & tu infra in terra. Quare sermones tui pauci sint. Nam multitudo eorum vanitatem auget. Neque sis nimium justus. Aliquando enim justum sua perdit justitia. Neque nimium sape: neque ad impietatem prolabere.* Horum ille præceptorum nulla ratione habita, a recta via deflexit.

Ὠραίων ἄποικον ὄντα.

Ὠραίων ἄπ. Qui Oriensium colonus erat.

Ὡραϊκῶς. νεωτερικῶς. ἢ εὐπρεπῶς. ἢ καὶ κατὰ καιρόν. Ἀριστοφάνης [2] Πλούτῳ·

Ὦ μειρακίσκη, πυνθάνῃ γὰρ ὡραϊκῶς.

προσπαίζουσι δὲ τῇ πρεσβύτιδι οἱ γέροντες, διὰ τὸ τεθρυμμένον τοῦ ὡραϊσμοῦ. καὶ ὡραϊκὴν, ἀντὶ τοῦ ἀκμαίαν. ὥρα γὰρ, καὶ ἡ ἀκμή. καὶ ὡραῖος, ὁ ἀκμαῖος. κοινὰ δὲ τὰ τοιαῦτα ὀνόματα. [3] Ἀριστοφάνης· Εὑρόνθ' ὡραϊκὴν ὑλοφόρον, μέσην λαβόντ', ἄραντα, καταβαλόντα, καταγιγαρτίσαι. τουτέστιν, ἐν τοῖς γιγάρτοις σποδεῖν.

Ὡραϊκῶς. Juveniliter. Vel, decore, venuste. Vel, opportune. Aristophanes: *O adolescentula, opportune sciscitaris.* Illudunt autem vetulæ senes, propter ineptam venustatis affectationem. Et ὡραϊκὴν, ætate florentem, nubilem. Ὥρα enim & ætatis vigorem significat. Et ὡραῖος, ætate & viribus florens. Hujusmodi autem nomina sunt communia. Aristophanes: *Si ligniferam nubilem inveneris, eamque mediam comprehensam & in sublime elatam humi straveris & subegeris.* Καταγιγαρτίσαι, [proprie est,] in vinaceis permolere.

Ὥριμον. εὔκαιρον.

Ὥριμον. Opportunum. Tempestivum.

Ὡρῖνος. ὄνομα κύριον.

Ὡρῖνος. Horinus. Nomen proprium.

Ὡρίων, [4] Θηβαῖος, τῆς Αἰγύπτου. Συναγωγὴν γνωμῶν, ἤγουν Ἀνθολόγιον, πρὸς Εὐδοκίαν τὴν βασιλέως γυναῖκα Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, βιβλία γ'.

Ὡρίων. Orion, Thebanus, Ægyptius. Scripsit Collectionem sententiarum, seu Florilegium, ad Eudociam Imperatoris Theodosii junioris uxorem, libris tribus.

Ὡρίων, Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικός. Ἀνθολόγιον. Ἀττικῶν λέξεων συναγωγήν. Περὶ ἐτυμολογίας. Ἐγκώμιον Ἀδριανοῦ τοῦ Καίσαρος.

Ὡρίων. Orion, Alexandrinus, Grammaticus. Scripsit Florilegium. Atticorum vocabulorum collectionem. De Etymologia. Encomium Adriani Cæsaris.

Ὡρίως. ἐπίρρημα. Ὡρίως ἔχουσι θέσεως. κατὰ καιρόν.

Ὡρίως. Adverbium. Opportune. Tempestive. *Situm opportunum habent.*

Ὥριστος. ἀντὶ τοῦ ὁ ἄριστος.

Ὥριστος. Pro ὁ ἄριστος. Optimus. Fortissimus.

Ὡρκωμότηκεν.

Ὡρκωμότηκεν. Fœdus jurejurando sancivit.

Ὤρκυπτεν. ὑπερέκυπτεν ἐπαιρόμενος.

Ὤρκυπτεν. Supra alios elato capite prospiciebat.

Ὤρκυπτον. ἔβλεπον μετεωριζόμενοι.

Ὤρκυπτον. In sublime elati prospiciebant.

Ὥρμησαν. ὁρμῇ ἐχρήσαντο, οὐχὶ ᾤχοντο.

Ὥρμησαν. Ruerunt, non autem iverunt. Cum impetu progressi sunt.

1 Πρεσβύτης] Cedrenus rectius, πρεσβύτερος, i. e. Presbyter.
2 Ἀριστοφάνης Πλούτῳ] Pag. 94. (46. Ed. Bas. P.)
3 Ἀριστοφάνης] *Acharnens.* pag. 384. (273. Ed. Bas. P.) unde Suidas emendandus est.
4 Ὡρίων] Orionis Grammatici sæpe meminit Etymologus. Et Orionis Thebani nominatim mentionem facit v. Ἄνθος.

Ὡρο-

Ὡρογραφία.

Ὡρολόγιον. τὸ τὰς ὥρας μετροῦν.

Ὡροκομεῖον.[1]

Ὧρος,[2] Ἀλεξανδρεὺς, γραμματικὸς, παιδεύσας ἐν Κωνσταντίνου πόλει. ἔγραψε περὶ διχρόνων.[3] Ὅπως τὰ Ἐθνικὰ λεκτέον. Λύσεις προτάσεων τῶν Ἡρωδιανοῦ. Πίνακα τῶν ἑαυτοῦ. Περὶ ἐγκλιτικῶν μορίων.[4] Ὀρθογραφίαν, κατὰ στοιχεῖον. Περὶ τῆς ει διφθόγγου. Ὀρθογραφίαν περὶ τῆς αι διφθόγγου, κατὰ Φρυνίχου, κατὰ στοιχεῖον.[5] Ἀνθολόγιον περὶ γνωμῶν.

Ὧρος. ὁ ἐνιαυτός. καὶ ὄνομα κύριον.

Ὡροσκόπος. ἀστρίτης σκοπεύων τὴν ὥραν. καὶ ὡροσκοπεῖον.

Ὠρωπία. χώρα. Ὁ δὲ Δημοσθένης ἐπεθύμησε ῥητορικῆς, Καλλίστρατον θεασάμενος τὸν ῥήτορα ὑπὲρ Ὠρωπίων λέγοντα.

Ὠρωπός. τόπος. ἐκ τοῦ Ὧρος, (ὃ σημαίνει ὄνομα κύριον) καὶ τοῦ ὢψ ὠπὸς, τοῦ σημαίνοντος τὸν ὀφθαλμὸν, γίνεται Ὠρωπός. ἐν αὐτῷ γὰρ τῷ τόπῳ οἱ τοῦ Ὥρου ὦπες ἀπεβλήθησαν.

Ὤρορεν. ἀντὶ τοῦ ἤγειρεν. ἐτάραξεν.

Ὠρυγή. βοή. ἐκ τοῦ ὠρύω.

Ὠρύεται. ὑλακτεῖ.

Ὠρυόμην. καὶ ὠρυόμενος. καὶ ὠρύω, τὸ ὠρύομαι.

Ὤρυσσον. καὶ ὁ μετ' ὀλίγον μέλλων, ὀρύξομαι.

Ὤρυχα, καὶ ὀρώρυχα. ὠρύχειν δὲ, καὶ ὠρωρύχειν, ὑπερσυντέλικος.

Ὠρχιπέδισας.[6] τῶν ὄρχεων ἥψω αἰσχρῶς.

Ὡς. λίαν. Παρμενίδης. Θαυμασίως ὡς δυσαπάπειστον. Σοφοκλῆς·

Θαυμαστὰ γὰρ τὸ τόξον ὡς ὀλισθάνει.

Ὡς[7] ἀγαθὰ συλλήβδην ἅπαντα σοι φέρω. ἐπὶ τῶν πολλὰ ἐπαγγελλομένων ἀγαθά.

Ὡσαννά. δόξαν σημαίνει. καὶ γὰρ ἄλλος Εὐαγγελιστὴς λέγει· Εἰρήνη τῷ υἱῷ Δαβίδ. καὶ ὁ ἕτερος· Δόξα τῷ υἱῷ Δαβίδ. ὥστε τὸ ὡσαννὰ δόξαν σημαίνει.[8] Παρά τισι δὲ, Σῶσον δή. οὐκ ὀρθῶς.

Ὡς ἂν ὑπὲρ τηλικούτων. ἀντὶ τοῦ, ἕνεκεν τούτων. Ἀντιλαμβανομένης τῆς γυναικὸς, καὶ βοώσης, ὡς ἂν ὑπὲρ τηλικούτων.

Ὡς[9] ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι γίνωνται. αἱ ψῆφοι δηλονότι.

Ὡρογραφία. Horarum descriptio.

Ὡρολόγιον. Horologium. Sive, instrumentum, quod horas metitur.

Ὡροκομεῖον. Horocomium.

Ὧρος. Orus, Alexandrinus, Grammaticus, qui Constantinopoli docuit. Scripsit de [vocalibus] ancipitibus. Quomodo Gentilia sint efferenda. Solutiones propositionum Herodiani. Indicem operum suorum. De Encliticis particulis. Orthographiam, ordine alphabetico. De ει diphthongo. Orthographiam αι diphthongi, contra Phrynichum, ordine alphabetico. Florilegium sententiarum.

Ὧρος. Annus. Item, nomen proprium viri.

Ὡροσκόπος. Horarum speculator. Qui astris inspectis natalitiam alicujus horam observat. Et ὡροσκοπεῖον, horoscopium

Ὠρωπία. Oropia. Regio. [Hinc gentile, Oropius.] *Demosthenes autem, cum Callistratum oratorem pro Oropiis dicentem audivisset, eloquentiæ amore captus est.*

Ὠρωπός. Oropus. Locus, ita dictus ab Ὧρος, quod est nomen proprium viri; & ab ὢψ, ὠπὸς, oculus. In illo enim loco Orus oculos amisit.

Ὤρορεν. Excitavit. Turbavit.

Ὠρυγή. Ululatus. Rugitus. Ab ὠρύω.

Ὠρύεται. Ululat. Rugit.

Ὠρυόμην. Rugiebam. Ululabam. Et ὠρυόμενος, ululans, rugiens. Et ὠρύω, ululo, rugio.

Ὤρυσσον. Fodiebam. Et paulo post futurum, ὀρύξομαι, fodiam.

Ὤρυχα. Fodi. Et ὀρώρυχα. Idem. Ὠρύχειν vero, & ὠρωρύχειν, est plusquamperfectum. Foderam.

Ὠρχιπέδισας. Testes lascive attrectasti.

Ὡς. Quam. Id est, valde. Parmenides. *Mirum, quam difficulter verbis flecti possit.* Sophocles: *Mirum enim, quam facile arcus [ex manibus] elabatur.*

Ὡς ἀγαθὰ συλλ. *Nam omnia bona in unum quasi fasciculum collecta tibi fero.* Dicitur de iis, qui multa bona alicui pollicentur.

Ὡσαννά. Osanna. Gloriam significat. Nam alius Euangelista dicit: *Pax filio Davidis.* Et alius: *Gloria filio Davidis.* Quamobrem *Osanna* gloriam significat. Apud quosdam vero [exponitur,] *Serva igitur:* minus recte.

Ὡς ἂν ὑπὲρ τηλ. Ut pro talibus. Vel, Horum causa. *Uxore ea sibi vindicante, & ut illorum gratia vociferante.*

Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσ. *Vel pereat, etiamsi paria*

1 Ὡροκομεῖον] Est vox suspecta. Forte corrupte hoc dictum est pro ὀρεωκομεῖον, i.e. locus, ubi muli curantur; vel, mulorum stabulum: quod & Portus suspicabatur.

2 Ὧρος] Hujus Ori crebra fit mentio apud Etymologum, & alios Grammaticos.

3 Ὅπως τὰ Ἐθνικὰ λ.] Hoc opus intelligit Stephanus Byzantius, qui v. Νικίου κώμη Orum ἐν πρώτῳ Ἐθνικῶν laudat. Item Etymologus, qui v. Δίδυμον eundem ἐν τῷ περὶ Ἐθνικῶν citat.

4 Ὀρθογραφίαν] Laudant hoc opus Scholiastes Homeri ad Il. B. v. 461. & Stephanus Byzantius v. Ταίναρος.

5 Ἀνθολόγιον περὶ γν.] Malim, Ἀνθολόγιον γνωμῶν. Vel, Ἀνθολόγιον, ἢ περὶ γνωμῶν.

6 Ὠρχιπέδισας. τῶν ὄρχ.] Ex Enarratore Comici ad *Aves.* pag. 548. (373. Ed. Bas. *P.*)

7 Ὡς ἀγαθὰ συλλ.] Est versus Aristophanis in *Pluto.* pag. 69.

8 Παρά τισι δὲ, Σῶσ.] Apud LXX. Interpr. Psalm. CXVII. v. 25.

9 Ὡς ἀπόλοιτο, κἂν ἴσαι γ.] Aristoph. in *Ranis.* pag. 244.

——— Ὡς ἀπόλοιτο,

Κἂν ἴσαι γίνωνται.

Scholiastes ad illum locum: Κἂν ἴσαι γίνωνται. αἱ ψῆφοι δηλονότι, αἱ λευκαὶ, καὶ αἱ μέλαιναι. ὑπερβολικῶς δὲ εἶπεν, ὅτι κἂν ἴσαι γίνωνται αἱ ψῆφοι, ἀπολύεται ὁ κρινόμενος. Hinc Suidas sua deprompsit. Confer Nostrum supra v. Ἴσαι ψῆφοι: ubi eadem leguntur.

ὑπερβο-

ὑπερβολικῶς εἴρηται. ὅταν γὰρ ἴσαι αἱ ψῆφοι γένωνται, ἀπολύεται ὁ κατηγορούμενος.

Ὤσατο ἑαυτόν. κατέβαλεν ἀπὸ τοῦ ἵππου. [1] Ἀππιανός· Οὐ μὴν ἔφθασε βῶσαι, συναρπασάντων αὐτὸν ὑπασπιστῶν, ἢ παρενέβαλεν εἰς κίνδυνον ἑαυτόν.

Ὡσαύτως. παραπλησίως. ὁμοίως.

Ὥς γ' ἐμοὶ κριτῇ. ἀντὶ τοῦ, ὡς ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ. Σοφοκλῆς· Ἔρεβος φαεινότατον, ὡς ἐμοὶ κριτῇ. παρέλκει τὸ ὡς.

Ὡς δεῖ. ὡς δέον γενέσθαι.

Ὡς δή σφι. ὡς δὴ αὐτοῖς.

Ὡς ἐκ τῶν παρόντων. ἐξ ἀνάγκης. [2] Ἡ δὲ ὡς ἐπύθετο, ὡς ἐκ τῶν παρόντων [3] αἵρεσιν ἑκάστῃ δόντος θανάτου, ὡς ἔνι μάλιστα, ἀλύπου τε καὶ κούφου, τὸ διάδημα, ὅπερ οὖν ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἶχε, σύμβολον δὴ καὶ μαρτύριον ἀρχῆς, περισπάσασα, εἶτα μὴν τοι τῷ τραχήλῳ περιβάλλει πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν βρόχον ἀποφήνασα.

Ὡς ἔνι. ὡς [4] χωρεῖ. ὡς ἐστι. Δυσχερῶς αὐτοὺς ἐπιδιδόντων ὡς ἔνι μάλιστα εἰς τὴν χρείαν ταύτην.

Ὡς ἔνι μάλιστα. ἀντὶ τοῦ λίαν. Οἱ δὲ τὰς μὲν ἀρχὰς ἐπτοήθησαν, ὡς ἔνι μάλιστα· μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ στρατηγοῦ δόντος παράγγελμα, πάντες ἐβοήθουν. Καὶ αὖθις· Ὅπως καταχωρισθεῖεν τε ὡς ἔνι ἀσφαλέστατα ἔσονται.

Ὡς ἐπίπαν. ὡς ἐπιπολύ. λέγεται δὲ τοῦτο καὶ, [5] ὡς πλήθει. Δίων ὁ συγγραφεὺς πολλαχοῦ κέχρηται τῇ λέξει, καὶ ἐν Ῥωμαϊκῶν ιζ΄. Πέφυκε γὰρ καὶ ἄλλως, ὡς πλήθει, τὸ μὲν εὐτυχοῦν θρασύνεσθαι· τὸ δὲ κακοπραγοῦν, μετριάζειν· κἀκ τούτου τὸ μὲν δεδιὸς σωφρονεῖν· τὸ δὲ θαρσοῦν, ἀκολασταίνειν. ἐπὶ πλεῖον δ' ἐν ἐκείνῳ τοῦτ' ἐφωράθη. Καὶ ἐν τρισκαιδεκάτῳ· Καὶ τοι πέφυκεν, ὡς πλήθει, τὸ μὲν βέβαιον ἐκ βραδυτῆτος· τὸ δ' ὀξύρροπον, ἐκ τάχους διανοίας ὑπάρχειν.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν. τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος· καὶ, ὡς ἔπος φάναι· καὶ, φάναι ἔπος. ἔτι δὲ καὶ διὰ μιᾶς λέξεως ἐκφαίνεται, οἷον, ὡς φάναι, καὶ, ὡς εἰπεῖν. σημαίνει δὲ πάντα τὸ αὐτό.

[non addita voce ἔπος,] ὡς φάναι, & ὡς εἰπεῖν.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν. ὡς φαίνεται, καὶ ἐν λόγῳ εἰπεῖν. ἀλλαχοῦ δὲ λέγει Ἀριστοτέλης, ὡς τύπῳ περιλαβεῖν. τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ὅτι μὴ ἔστιν ἀκριβῶς ἀφορίσαντα εἰπεῖν, τὰς μὲν τῶν προτάσεων πρὸς αἵρεσιν καὶ φυγὴν συντεινούσας, ἠθικάς· τὰς δὲ πρὸς ἀλήθειαν καὶ γνῶσιν, φυσικάς.

Ὡς τύπῳ εἰπεῖν. ἀντὶ τοῦ, ὡς κοινότερον καὶ καθόλου εἰπεῖν.

sint suffragia. Hoc dictum est hyperbolice. Cum enim suffragia sunt paria, reus absolvitur.

Ὤσατο ἑαυτόν. Se ipsum præcipitem dedit. Se ipse dejecit. Appianus: *De equo se ipse dejecit, nullo tamen accepto vulnere, quod satellites eum statim exciperent.*

Ὡσαύτως. Similiter. Pariter. Eodem modo.

Ὥς γ' ἐμοὶ κριτῇ. Me quidem judice. Meo judicio. Sophocles: *Erebus lucidissimus, me quidem judice.* Τὸ ὡς hic redundat.

Ὡς δεῖ. Ut oportet. Ut fieri decet.

Ὡς δή σφι. Ut ipsis.

Ὡς ἐκ τῶν παρόντων. Prout præsens rerum status requirit. Pro præsenti necessitate. *Illa vero cum audivisset, pro præsenti rerum conditione singulis optionem mortis datam esse, ut quælibet quam lenissimam & facillimam posset, eligeret; diadema, quod in capite gestabat, ut signum & indicium imperii, sibi detractum, collo circumdedit, eaque pro præsenti necessitate pro laqueo usa est.*

Ὡς ἔνι. Quantum licet. Quantum fieri potest. *Illis operam suam quam ægerrime ad hanc rem offerentibus.*

Ὡς ἔνι μάλιστα. Quam maxime. Valde. *Illi vero initio quam maxime metu perculsi erant: postea vero jussu Imperatoris omnes opem tulerunt.* Et iterum: *Ut ad loca quam fieri posset tutissima diverterent.*

Ὡς ἐπίπαν. Plerumque. Pro eodem etiam dicitur, ὡς πλήθει. Dion Historicus tum multis aliis in locis hac dictione usus est; tum etiam Hist. Rom. lib. XVII. *Nam & plerumque alias fieri solet, ut felicitas homines insolentes; adversa autem fortuna moderatos & submissos reddat: & ideo illi qui metuunt, modeste; qui autem ferociunt, insolenter & petulanter se gerant: quod in illo ut plurimum deprehensum est.* Idem lib. XIII. *Nam constantia plerumque a tarditate; levitas autem a mentis & ingenii celeritate oriri solet.*

Ὡς ἔπος εἰπεῖν. Ut verbo dicam. Ut paucis dicam. Ut ita loquar. Hoc loquendi genus apud Antiquos variis modis effertur: ut ὡς εἰπεῖν ἔπος; & ὡς ἔπος φάναι; &, φάναι ἔπος. Præterea & per unicam dictionem effertur, Hæc autem omnia idem significant.

Ὡς ἔπος εἰπεῖν. Ut ita loquar. Ut uno verbo dicam. Alibi vero Aristoteles dicit, ὡς τ. π. i. e. ut rem rudi quodam modo describam. Hoc autem ideo dixit, quod non liceat accurate definire propositiones, quæ ad expetendas & fugiendas res spectant; sive, morales: nec eas, quæ ad veritatem & cognitionem pertinent; sive, physicas.

Ὡς τύπῳ εἰπεῖν. Ut rudi quodam modo & generalius dicam.

1 Ἀππιανός] Sic MSS. Paris. At priores Editt. Αἰλιανός: quod corruptum existimo. Cæterum, exemplum sequens nihil faciet ad hunc locum, nisi post Ἀππιανός repetas verba illa, articulo huic præfixo, ὤσατο ἑαυτόν.

2 Ἡ δὲ ὡς ἐπ.] Cum hoc loco conferendus est Noster infra v. Ταρανδίνιον.

3 Αἵρεσιν ἑκάστῃ δ.] Locum hunc ex MSS. Paris. emendavi. Ante enim minus recte legebatur, αἵρεσιν ἑκάστη δόντος θανάτου, ὡς ἔνι μάλιστα, ἀλυπεῖ τε καὶ κοῦφον.

4 Ὡς χωρεῖ] MS. A. Ὡς ἐγχωρεῖ.

5 Ὡς πλήθει] De hac phrasi vide omnino Paul. Leopard. *Emend.* lib. IV. cap. XIX.

Ὡς ἐς πᾶν ἀπορίας ἀφικέσθαι. παντελῶς ἀπορῆσαι.

Ὡς ἐς πᾶν ἀπορ. Ut ad summas angustias, vel, ad summam inopiam redigerentur.

Ὡς ἔοικεν. ὡς φαίνεται. ὡς δεῖ. ὡς γίνεται.

Ὡς ἔοικεν. Ut videtur. Ut oportet. Ut decet. Ut fieri solet.

Ὡς [1] ἡδέως φάγοις ἂν ἐξ ὄξους δίκην.

Ὡς ἡδέως φάγ. *Quanta cum voluptate comederes litem aceto conditam.*

Ὡσηέ. ὁ προφήτης.

Ὡσηέ. Oseas. Propheta.

Ὠσθείς. καὶ ὤσθην.

Ὠσθείς. Pulsus. Expulsus. Et ὤσθην. Pulsus sum.

Ὡς [2] καλόν, ὦ Πόσειδον, τὸ σῖφος αὐτῶν,
Καὶ πυκνόν, καὶ γοργόν, ὥσπερ μᾶζα καὶ πανδαισία.

Ὅταν γὰρ εἰς κοινὸν ἑστιῶνται, ἑκάστου φέροντος ἑαυτοῦ δεῖπνον, πυκνὰ πάντα φαίνεται, πῆ μὲν τὰ προσφάγια φερόντων, πῆ δὲ αὐτῶν ἑστιωμένων.

Ὡς καλόν, ὦ Ποσ. *O Neptune, quam pulchra caterva illorum videtur, & densa, & cita, tanquam maza, & cœna collatitia!* Cum enim aliqui symbolis collatis convivantur, unoquoque cœnam suam afferente, omnia stipata videntur, sive spectes eos, qui opsonia in mensam inferunt, sive ipsos convivas.

Ὠσμένῳ. ὠθισμένῳ. πεσόντι.

Ὠσμένῳ Pulso. Expulso. Lapso.

Ὡς [3] οὐκ ἀρκέσει, τὸ μὴ οὐ πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν. Περὶ τοῦ Τεύκρου. ὡς οὐκ ἐπαρκέσει ἑαυτῷ μὴ λιθόλευστος γενέσθαι. ὡς οὐ κωλύσει ἑαυτὸν καταλιθωθῆναι.

Ὡς οὐκ ἀρκ. *Nullo enim pacto efficere poterit, quo minus totus lapidibus contusus moriatur.* De Teucro hæc dicuntur. Vel, nullo pacto impedire poterit, quo minus lapidibus obruatur.

Ὡς [4] οὐχ ὑπάρχων, ἀλλὰ τιμωρούμενος. ὥσπερ παροιμία. ὁ στίχος δὲ ἐστὶ Χαιρήμονος ἐν Θερσίτῃ.

Ὡς οὐχ ὑπάρχ. *Ut non inferens injuriam, sed illatam ulciscens.* Hoc proverbii locum tenet. Est autem versus Cheræmonis ex *Thersite.*

Ὥσπερ κογχύλιον διελεῖν. παροιμία ἐπὶ τῶν σφόδρα εὐτελῶν.

Ὥσπερ κογχ. Tanquam conchylium dividere. Proverbium de rebus vilissimis.

Ὦ [5] σπερμαγοραιολεκιθολαχανοπώλιδες·
Ὦ σκοροδοπανδοκευτριαρτοπώλιδες·
Οὐκ ἐξελήσετ'; οὐ παιήσετ'; οὐκ ἀράξετε;
Οὐ λοιδορήσετ'; οὐκ ἀναισχυντήσετε;
Παύσασθ', ἐπαναχωρεῖτε· μὴ σκυλεύετε.

Ὦ σπερμαγ. καὶ τὰ ἑξῆς. ὠὰ γὰρ ἐπώλει, καὶ λάχανα, καὶ ὄσπρια.

Ὦ σπερμ. *O leguminum forensium, & ovorum, & olerum venditrices! O cauponæ, aliique & panis venditrices! Ecquid expellitis, cæditis, succurritis, convitiamini, & impudentes vos præstate? Cessate: pedem referte: ne spolia detrahite.* Ὦ σπερμαγ. Hoc ideo dicit, quia mulieres illæ ova, & olera, & legumina [in foro] vendebant.

Ὥσπερ [6] οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι. ἔθος καὶ τοῦτο. φασὶ γὰρ τοὺς νικῶντας τὰ ἆθλα τῶν ἄθλων μὲν μὴ λαμβάνειν, [7] περιιόντας δὲ ὅτι τις βούλεται.

Ὥσπερ οἱ νικηφ. *Tanquam victores munera a circumstantibus corrogantes.* Erat hic mos [apud veteres.] Ajunt enim victores in certaminibus nulla præmia accepisse, sed circumeuntes a spectatoribus munera collegisse.

Ὡς [8] Πυθώδ' ἰέναι βουλόμενοι, Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα. Φασὶ μεταξὺ τῆς Πυθοῦς καὶ τῆς Ἀττικῆς εἶναι τὴν Βοιωτίαν καὶ οὐχ οἷόν τε εἶναι Ἀθηναίους εἰς Πυθὼ ἀπελθεῖν, εἰ μὴ παρέλθωσι Βοιωτίαν. ὅταν δὲ καὶ στράτευμα διάγῃ, δίοδον ᾔτει. τοῦτο οὖν φησιν Ἀριστοφάνης·

Ὥσπερ [9] ἡμεῖς δίοδον αἰτοῦμεν τοὺς Βοιωτούς·
Οὕτως ὅταν θύωσιν οἱ ἄνθρωποι τοῖς Θεοῖς,
Ἢν μὴ φέρωσι φόρον ἡμῖν οἱ Θεοί,

Ὡς Πυθώδ' ἰέναι βουλ. Tanquam Pythonem ire volentes, transitum a Bœotis petimus. Ajunt Bœotiam sitam esse inter Delphos & Atticam; & Athenienses non posse Delphos proficisci, nisi Bœotiam transeant. Cum igitur exercitus transiturus erat, transitum petebant. Dicit igitur Aristophanes:

Quemadmodum nos, si Delphos ire volumus, a Bœotis transitum petimus:
Sic cum sacrificabunt Diis homines,
Nisi tributum vobis Dii ferant,

1 Ὡς ἡδέως φάγ.] Est versus Aristoph. in *Vespis*, pag. 528. (360. Ed. Bas. *P.*)

2 Ὡς καλόν, ὦ Πόσ.] Aristophanes in *Pace*, pag. 662. (454. Ed. Bas. *P.*

Ὦ Πόσειδον, ὡς καλὸν τὸ νέφος αὐτῶν φαίνεται, &c.

3 Ὡς οὐκ ἀρκ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, pag. 44. v. 734. ut Portus monuit.

4 Ὡς οὐχ ὑπάρχ.] Senarium hunc tanquam Aristarchi Tragici citat Athenæus lib. XIII. pag. 612. Zenobius vero cum ex Menandri *Olynthia* sumptum refert. Confer Nostrum infra v. Ὑπάρχων, & Gatakerum in *Miscell. Posthum.* cap. XII.

5 Ὦ σπερμαγοραιολ.] Quinque hi Senarii leguntur apud Aristophanem *Lysistr.* pag. 864. (551. Ed. Bas. *P.*) In versu tertio τὸ ἐξελήσετε corruptum est: pro quo apud Aristophanem hodie legitur, ἐξέλξετε. Sed nec hanc lectionem metrum admittit. Quare ex cod. MS. *Lysistratæ* Aristophanis rescribendum est, Οὐχ ἕλξετ', οὐ παιήσετ', &c. Sic enim versus stabit.

6 Ὥσπερ οἱ νικηφ.] Plato lib. X. *de Republ.* in fine: Καὶ ἐπειδὰν τὰ ἆθλα αὐτῆς κομιζώμεθα, ὥσπερ οἱ νικηφόροι περιαγειρόμενοι, &c. Hinc locus Suidæ depromptus est. Portus, qui nesciebat, unde locus hic sumptus esset, pro περιαγειρόμενοι legendum censebat περιαγόμενοι: sed male. Vide Nostrum infra v. Περιαγειρόμενοι, ubi locus hic Platonis fusius exponitur.

7 Περιιόντας δὲ ὅτι τις βούλ.] Sensus hujus loci est mutilus, quem ex ipso Suida infra v. Περιαγειρόμενοι facile supplere poteris.

8 Ὡς Πυθώδ' ἰέναι βουλόμενοι, Βοιωτ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Aves*, pag. 547. (375. Ed. Bas. *P.*)

9 Ὥσπερ ἡμεῖς δίοδον αἰτ.] Scribendum est, ut apud Aristophanem:

Εἶθ' ὥσπερ ἡμεῖς, ἢν ἰέναι βουλώμεθα
Πυθῶδε, Βοιωτοὺς δίοδον αἰτούμεθα.

Et mox:

Ἢν μὴ φόρον φέρωσιν ὑμῖν οἱ Θεοί.

Διὰ

Διὰ τῆς πόλεως τῆς ἀλλοτρίας, καὶ τοῦ χάους,
Τῶν μηρίων τὴν κνίσσαν οὐ διαφρήσετε.

Ἀντὶ τοῦ, οὐ διαφορήσετε. οὐ διαπέμψεσθε.

Ὥστ' [1] ἐγὼ μὲν ἠλέησα, κἀπομορξάμην, ἰδὼν
Ἄνδρα πρεσβύτην ὑπ' ἀνδρὸς τοξότου κινούμενον.

Ἀντὶ τοῦ ἔκλαυσα· ἀπὸ τοῦ παρακολουθοῦντος. παρέπεται γὰρ τοῖς δακρύουσιν ἀπομάττεσθαι. Τοξότου δὲ, ὑπηρέτου δημοσίου, ἐπόπτου καλουμένου.

Per urbem alienam, & aërem,
Femorum nidorem non transmittetis.

Ὥστ' ἐγὼ μὲν κλ. *Quare miseratus sum, nec a lacrymis temperare potui, videns virum senem a lictore tam male tractari.* [Ἀπομορξάμην, quod proprie significat, *me abstersi*, hic positum est] pro ἔκλαυσα, i.e. lacrymatus sum: a consequenti. Fletus enim consequens est, ut oculi abstergantur. Τοξότου vero, i. e. lictoris, vel ministri publici: qui etiam dicebatur ἐπόπτης, i. e. Inspector.

Ὦστια. ὄνομα πόλεως.

Ὀστεγανοί. [2] ἐθνικόν.

Ὡς [3] τὴν ἐν Ἄργει ἀσπίδα καθελών. ἐπὶ τῶν μεγαλοφρόνων. οἱ μὲν ἱερὰν φασιν ἐν Ἄργει εἶναι ἀσπίδα, [4] καλυμμένην ὀχυρῶς, καὶ [5] δυσκαθαίρετον. οἱ δὲ λόχον φασὶν εἶναι ἐν Ἄργει τῶν πάνυ ἀκμαζόντων νεανίσκων, ὃν Ἀσπίδα καλεῖσθαι.

Ὦστια. Ostia. Nomen urbis.

Ὀστεγανοί. Ostegani. Nomen gentile.

Ὡς τὴν ἐν Ἄργει ἀσπ. *Quasi clypeum Argis de pariete detraxisset.* Dicitur in gloriosos & arrogantes. Quidam ajunt, Argis esse clypeum sacrum, clavis [parieti] affixum, ut ægre avelli possit. Alii autem dicunt, Argis esse cohortem juvenum robustissimorum, *Clypeum* vocatam.

Ὠστία. Ἄγκος Μάρκιος, βασιλεὺς Ῥωμαίων, πρὸς τοῖς λοιποῖς καὶ πρὸς ταῖς ἐκβολαῖς τοῦ Τιβέριδος ποταμοῦ ἐτείχισε τόπον, καὶ ἐπ' αὐτῆς τῆς ῥαχίας ἔκτισε πόλιν, ἣν Ὠστίαν ἀπὸ τῆς θέσεως προσηγόρευσεν· ὡς ἂν εἴποιεν Ἕλληνες, θύραν· ἑκκαίδεκά που σημείοις ἀφεστῶσαν τῆς Ῥώμης. οἶμαι δὲ διὰ τοῦ ω μεγάλου καὶ ὠστιάριος, [6] παρὰ τὸ ὠθεῖν. Ὀστία δὲ, ἡ θύρα παρὰ Ῥωμαίοις, διὰ τοῦ ο μικροῦ. ὅθεν καὶ ὀστιάριος, ἐξ αὐτῆς τὸ ἀξίωμα, διὰ τοῦ ο μικροῦ. μὴ Ἑλληνικῶς δὲ ἐτυμολογείσθω.

Ὠστία. Ostia. Ancus Martius, Rex Romanorum, præter cætera etiam ad ostia Tiberis fluvii locum munit, & in ipso littore condidit urbem, quam a situ vocavit Ostiam, (i. e. ut Græci dicerent, θύραν, sive ostium) sexdecim fere milliaribus Roma distantem. Existimo autem per ω magnum [vocem hanc scribendam esse: uti] & ὠστιάριος, ostiarius: ab ὠθεῖν, trudere, pellere. Ὀστία vero, i. e. ostium, sive janua apud Romanos, per ο parvum scribitur. Unde & ὀστιάριος, ostiarius, sive janitor: itidem per ο parvum. Cave autem vocis hujus etymologiam ex Græca lingua arcessas.

Ὠστίας. οἱ Ῥωμαῖοι ὠστίας τὰς θύρας φασίν. κατὰ Ἑλληνικὴν δὲ ἐτυμολογίαν γράφομεν διὰ τοῦ ω μεγάλου, παρὰ τὸ ἐξωθεῖν τοὺς ἐπιρχομένους. ἔνθεν καὶ ὠστιάριος, ὁ κρατῶν τὰς θύρας, καὶ ὠθίζων τοὺς εἰσιέναι βουλομένους. [7] Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ·

Δεινὸν γὰρ, εἰ τριωβόλου μὲν εἵνεκα
Ὠστιζόμεσθ' ἑκάστοτ' ἐν τῇ 'κκλησίᾳ.

Καὶ [8] ἐν Ἀχαρνεῦσιν· Οἴδ' ὠστιοῦνται, πῶς δοκεῖς, περὶ τοῦ πρώτου ξύλου. ἀντὶ τοῦ διωθήσονται περὶ τῆς προεδρείας· ὡς ξυλίνων οὐσῶν τῶν καθεδρῶν. ὅτι δὲ καὶ ἐκ λίθων, παντί που δῆλον. ἀπὸ ἐνεστῶτος δὲ γίνεται τοῦ ὠστίζω. ὁ δὲ λόγος ὡς πρός τινα ἐστὶ λεγόμενος. καὶ [9] Ὅμηρος· Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας. Καὶ, Ἔνθ' [10] οὐκ ἂν βρίζοντα ἴδοις.

Ὠστίας. Ostia. Romani sic vocant januas. Secundum Græcam etymologiam vero per ω magnum [vox hæc scribitur:] ab ἐξωθεῖν, expellere, repellere: quod scilicet accedentem [& intrare volentem] repellat. Hinc etiam dicitur ὠστιάριος, i. e. ostiarius, vel janitor: qui scilicet ingredi volentes ὠθίζει, i. e. repellit. Aristophanes in *Pluto: Indignum certe fuerit, si trioboli quidem causa in concione nos mutuo trudimus & loco pellimus.* Et in Acharnensibus: *Illi vero se invicem trudent & loco pellent, (qui putas?) ad primam sedem obtinendam.* Πρώτου ξύλου hic primam sedem significat; quod subsellia essent lignea. Ea autem lapidea etiam fuisse cuilibet constat. Fit autem a præsenti ὠστίζω. Hæc autem sententia [per secundam personam effertur,] quasi oratio ad aliquem dirigatur. Sic & Homerus: *Diceres eos viros inexhaustis viribus & invicto robore præditos esse.* Et [idem alibi:] *Tunc non vidisses dormitantem* [*Agamemnonem.*]

Ὠστιζομένη. πεπιεσμένη.

Ὠστιζομένη. Pulsa. Pressa. Coarctata.

1 Ὥστ' ἐγὼ μὲν κλ.] Hæc sunt verba Aristophanis *Acharnens.* pag. 405. (290. Ed. Bas. P.)

2 Ὀστεγανοί. ἐθνικ.] Scribe, Ὠστιανοί: & hæc cum præcedenti articulo conjunge. Est enim Ὠστιανοὶ nomen gentile ab Ὦστια. Vide Luc. Holsten. ad Stephanum v. Ὠστία.

3 Ὡς τὴν ἐν Ἀργ.] Eadem habet Zenobius: nisi quod post καθελὼν, addat, σημαίνει. Vide omnino Meursium in *Græc. Fer.* v. Ἡραῖα qui locum hunc egregie illustrat.

4 Καλυμμένην] Zenobius, καθηλωμένην: quod proxime ad veram lectionem accedit. Scribendum enim est, καθηλωμένην, vel καθηλωμένην, i. e. clavis affixam: ut jam ante monuit Meursius loco laudato.

5 Δυσκαθαίρετον] Zenobius rectius, δυσκαθαίρετον.

6 Παρὰ τὸ ὠθεῖν] Est etymologia plane inepta: quam ipse Suidas paulo post damnat.

7 Ἀριστοφάνης ἐν Πλούτῳ] Pag. 37. (20. Ed. Bas. P.) Vide etiam infra v. Τριώβολον.

8 Καὶ ἐν Ἀχαρν.] Pag. 371. (262. Ed. Bas. P.) ubi sic legitur:

Ἥκοντες, εἶτα δ' ὠστιοῦνται, (πῶς δοκεῖς;)
Ἐλθόντες ἀθρόοι, περὶ πρώτου ξύλου.

9 Ὅμηρος] Il. Ο. v. 697.

10 Ἔνθ' οὐκ ἂν βρ.] Homerus Il. Δ. v. 223.

Ὠστικῶς. τὸ μετὰ βίας καὶ ὠθισμοῦ. [1] Μηδὲ ὠστικῶς καὶ μετὰ βίας πρὸς θάνατον ἔχειν.

Ὠστικῶς. Pellendo. Trudendo. Impetu. Vi. *Nec impetu ad mortem ruendum est.*

Ὡς τὸ εἰκός. Ἣ τὸν παῖδα ὄντα ἱερῷ λόγῳ ἠγάπα τε, ὡς τὸ εἰκός. Διάφορα δὲ σημαίνει· πρέπον, ἀκόλουθον, εὔλογον. καὶ ἀντὶ τοῦ τάχα.

Ὡς τὸ εἰκός. Ut verisimile est. Ut par est. *Quæ filium suum sacro quodam amore diligebat, ut par erat.* Τὸ εἰκὸς autem varia significat: Decorum, consentaneum, probabile. Item fortasse, [vel, verisimiliter.]

Ὡς τύπῳ εἰπεῖν. ἀντὶ τοῦ, ὡς κοινότερον, καὶ καθόλου εἰπεῖν.

Ὡς τύπῳ εἰπεῖν. Ut rudi quodam modo & verbis generalibus rem describam.

Ὡς οἷόν τε. ὡς δυνατόν.

Ὡς οἷόν τε. Ut fieri potest. Prout fieri potest.

Ὣς φάσαν ἡ πληθύς. [2] παρ' Ὁμήρῳ. πρὸς τὸ νοητὸν ἀπήντηκε. τὸ γὰρ ἔννοιαν ἔχον πλήθους ὀνόματι πληθυντικὸν ῥῆμα συνέζευξε. καὶ, [3] Ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος.

Ὣς φάσαν ἡ πληθύς. *Ita dixerunt multitudo.* Apud Homerum. Ad sensum scilicet respexit [poeta.] Nam cum nomine, quod multitudinem significat, verbum plurale conjunxit. Sic etiam dixit, *Totus populus collecti.*

Ὡς σφόδρα. οἷον, θαυμαστῶς, καὶ ὑπερφυῶς.

Ὡς σφόδρα. Quam vehementer. Mirum in modum.

Ὤσφροντο. [4] ὠσφραίνοντο. ἀντὶ τοῦ ᾔσθοντο. διὰ οἴνου γάρ εἰσιν αἱ σπονδαί. δι' αἰσθήσεως δὲ ἡ αἴσθησις [5] τῇ ἀναφορᾷ τοῦ οἴνου.

Ὤσφροντο. Idem quod ὠσφραίνοντο. Olfecerunt. [Interdum vero accipitur] pro, senserunt. Libationes enim vino fiunt. Sensu autem percipitur odor, quem vinum emittit.

Ὠσχοφόρια. Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἑορτή. Ὦσχαι δὲ, καὶ ὦχαι, τὰ μετὰ τῶν βοτρύων κλήματα.

Ὠσχοφόρια. Oschophoria. Sciradis Minervæ festum. Ὦσχαι vero, & ὦχαι, dicuntur palmites, ex quibus uvæ dependent.

Ὠσχοφόρος. [6] δύο ἦσαν τῶν γένει καὶ πλούτῳ προεχόντων. [7] ἡ δὲ ὤχη κλῆμά ἐστι, βότρυας ἐξηρτημένους ἔχον. ταύτην δ' ἔνιοι ὀρεσχάδα καλοῦσι.

Ὠσχοφόρος. Oschophorus. Duo erant [Oschophori,] ex numero eorum delecti, qui genere & opibus cæteris præstabant. Ὤχη vero est palmes, ex quo racemi dependent: quem nonnulli ὀρεσχάδα vocant.

Ὦτα κατεαγότα. [8] Ἤδη γὰρ ἐνίοις τῶν τὰ ὦτα κατεαγότων, καὶ διεφθαρμένων τὰς διανοίας, εἰς κωμῳδίαν ἐτράπη καὶ γέλωτα πολὺν τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπόρρητα. Δαμάσκιός φησι, διὰ τὸ πᾶς ἐκφερομυθεῖν τὰ τῆς φιλοσοφίας ἀπόρρητα.

Ὦτα κατεαγότα. Aures fractæ. *Jam enim nonnulli eorum, qui aures fractas habent, & mentem corruptam, in comœdiam & merum risum philosophiæ arcana converterunt.* Sic Damascius inquit: quod nonnulli philosophiæ arcana divulgassent.

Ὠτακουστεῖν. γενικῇ. τὰ κρύφια μανθάνειν ἐθέλειν διά τινων. καὶ ὠτακουστής.

Ὠτακουστεῖν. Auribus sermonem aliquem captare. Vel, cupere res occultas per aliquos cognoscere. Et ὠτακουστής, emissarius, qui dicta aliorum auribus captat.

Ὦ [9] τᾶν, ὦ οὗτος, ὦ φίλε, ὦ τάλαν, καὶ ὦ μέλεε. ταῦτα παρὰ τοῖς νεωτέροις ὑπὸ μόνων λέγεται γυναικῶν. παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς, καὶ ὑπ' ἀνδρῶν. πολλάκις δὲ καὶ ἐπὶ πλήθους φασὶ τὸ ὦ τᾶν ὡς παρὰ Κτησιφῶντι. οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τὴν πρώτην συλλαβὴν περισπῶσι· τὴν δὲ δευτέραν βραχύνουσι καὶ βέλτιον. ἀδύνατον γὰρ εὑρεθῆναι μίαν λέξιν δύο ἔχουσαν περισπωμένας. Δίδυμος δὲ τὸ πλῆρες εἶναί φησιν, ὦ ἔταν· ἀγνοῶν, ὡς ἄρα τοῦ ἔτης ἡ κλητική ἐστιν ἔτα, καὶ Δωρικῶς, ἔταν. [10] Ἀριστοφάνης·

——Τοῦτο μὲν ἔασον, ὦ τᾶν.
Οὔ σοι γὰρ ἔστι περίπατος κάλλιστα περί γε τούτου.

Τὰ περὶ δημοκρατίας καὶ ἰσότητος, φησὶν, ἔασον. ἐμοὶ δὲ ἔστι μᾶλλον ἐμπεριπατῆσαι περὶ τούτου, ἢ σοί.

Ὦ τᾶν, ὦ οὗτος, ὦ φίλε, ὦ τάλαν, & ὦ μέλεε. Hæc apud recentiores a solis mulieribus dicuntur. Apud antiquos vero etiam a viris. Sæpe etiam ὦ τᾶν de multitudine dicitur: ut apud Ctesiphontem. Attici autem syllabam primam circumflectunt; posteriorem vero corripiunt: idque melius. Nulla enim vox reperitur, quæ duos circumflexos habeat. Didymus vero ait, dictionem hanc plene sic efferri, ὦ ἔταν: ignorans, vocativum nominis ἔτης esse, ἔτα; & Dorice, ἔταν. Aristophanes: *Sed isthuc omitte, quæso. Non enim pulchra tibi ea de re disputatio.* De Democratia, inquit, & juris æqualitate verba facere desine. Mihi enim potius convenit, quam tibi, de ea re disserere.

1 Μηδὲ ὠστικῶς καὶ μετὰ β.] Marcus Antoninus lib. IX. §. 3. Τοῦτο μὲν οὖν κατὰ ἄνθρωπόν ἐστι λελογισμένον, μὴ ὁλοσχερῶς, μηδὲ ὠστικῶς, μηδὲ ὑπερηφάνως πρὸς τὸν θάνατον ἔχειν. Id est, interprete Gatakero: *Hominis est igitur considerati, nec temerarie, nec impetuose, nec fastuose adversus mortem se gerere.* Hinc Suidæ locus depromptus est, ut Pearsonius recte observaverat.

2 Παρ' Ὁμήρῳ] Il. Β. v. 278.

3 Ἀγρόμενοι π. δ.] Homerus Il. Υ. v. 166.

4 Ὤσφροντο. ὠσφρ.] Ex Scholiaste Aristophanis ad *Acharnens.* pag. 380.

5 Τῇ ἀναφορᾷ] Lege, τῇ ἀναφορᾶς, ut habet Scholiastes Aristophanis.

6 Ὠσχοφόρος. δύο ἦσ.] Hæc leguntur etiam supra v. Ὀσχοφόροι.

7 Ἡ δὲ ὤχη] Sic recte MS. A. Ante vero male legebatur, αἱ δὲ ὦχαι.

8 Ἤδη γὰρ ἐνίοις τ.——φιλοσοφίας ἀπόρρητα] Hæc αὐτολεξεὶ etiam leguntur apud Photium in Excerptis ex Damascio, pag. 1045. itemque apud Nostrum v. Κατεαγότων, & v. Τὰ ὦτα.

9 Ὦ τᾶν] Confer Etymologum v. Ὦ τᾶν, & Nostrum supra, v. Ὦ μέλεε.

10 Ἀριστοφάνης] In *Ranis*, pag. 256. (167. Ed. Bas. P.)

Ὦ τάν.

Ὦ[1] τάν. καὶ πρὸς ἕνα μόνον τὸ ὦ τάν, ἀλλὰ καὶ πρὸς δύο. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· Ὦ τάν, ἀπαλλάχθητοι ἀπ' ἐμοῦ. καὶ Κρατῖνος· Ἆρά γε, ὦ τᾶν, ἐθελήσετον;

Ὦ τάν. Hoc non de uno tantum, sed etiam duobus dicitur. Aristophanes *Pluto*: *Abscedite a me, quæso, viri.* Et Cratinus: *Num igitur voletis, amici.*

Ὠτειλή. τραῦμα.

Ὠτειλή. Vulnus. [Item, cicatrix.]

Ὧι[2] τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσῆσαι. Τίμαιος ἐν λη'. ἱστοριῶν, ὥς οἱ περὶ Δημοκλείδην κατὰ Δημοχάρους εἶπεν, ὅτι μόνῳ αὐτῷ πάντων Ἀθηναίων οὐκ ἔξεστι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσῆσαι, ὡς μὴ καθαρεύοντι τοῖς ἄνω μέρεσιν. Δοῦρις δὲ ἐν τῇ ι'. Πυθέαν κατὰ Δημοσθένους τὸ ὅμοιον εἰπεῖν.

Ὧι τὸ ἱερὸν πῦρ οὐκ ἔξεστι φυσ. *Cui sacrum ignem sufflare non licet.* Timæus lib. XXXVIII. Historiarum [tradit,] Democlidem Demochari exprobrasse, ipsi soli omnium Atheniensium non licere sacrum ignem sufflare, quod superiores partes corporis polluisset. Duris vero libro X. dicit, Pytheam idem objecisse Demostheni.

Ὠτόεις. ὁ ἔχων ὠτία. καὶ κλίνεται ὠτόεντος. καὶ ὠτίον.

Ὠτόεις. Auritus. Aures habens. Et declinatur, ὠτόεντος. Et ὠτίον, auricula.

Ὠτοκάταξις. τὰ ὦτα τεθλασμένος ἐν παλαίστρᾳ.

Ὠτοκάταξις. Cui in palæstra aures fractæ & contusæ sunt.

Ὠτοθλαδίας.[3] Ὠτοθλαδίας τε καὶ ἐμπινὴς ὤν· ὥς φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος.

Ὠτοθλαδίας. Cui in palæstra contusæ sunt aures. *Cum & contusis esset auribus, oleoque palæstrico unctus & sordidus:* ut ait Antigonus Carystius.

Ὦτος.[4] ὄρνεον, ὅπερ ἐπαινούμενον καὶ ἀντορχούμενον, ὥσπερ ὁ νυκτικόραξ, ἁλίσκεται. διόπερ καὶ τοὺς χαύνους καὶ κενοδόξους οὕτω καλοῦσιν.

Ὦτος, Otus. Avis, quæ, cum laudatur, & saltantes imitatur, ut nycticorax, capitur. Quare etiam homines fastu tumentes & vanæ gloriæ cupidos, *otos* vocant.

Ὠὐτός. ὁ αὐτός.

Ὠὐτός. [Ion. pro] ὁ αὐτός. Idem.

Ὤφελεν. εὐκτικόν ἐστι. καὶ ὤφελον.

Ὄφελε[5] πρότερον αἰθέρα δῦναι
Μέγαν, ἢ τὸν πολύκοινον ᾅδαν
Κεῖνος ἀνήρ, ὃς στυγερῶν
Ἔδειξ' ὅπλων Ἕλλασι κοινὸν Ἄρην.

Τουτέστιν, ὤφελε πρότερον ἀφανὴς γενέσθαι ἐκεῖνος ὁ ἀνήρ, ὁ πρῶτος εἰσενεγκὼν εἰς Ἕλληνας πολεμιστήρια ὅπλα.

Ὤφελεν. Verbum est optativum. Utinam ille. Et ὤφελον, utinam ego. [Sophocles:] *Utinam prius in ætherem abiisset magnum, aut omnibus communem Orcum, vir ille, qui invisorum armorum Græcis ostendit communem Martem.* Id est, utinam ille, qui primus arma bellica in Græciam intulit, prius de medio sublatus fuisset.

Ὠφελείας. χρείας. τὴν διαρπαγὴν τῶν λαφύρων.[6] Ὁ δὲ Πόπλιος εἰσελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἐκέλευσε κτείνειν ἅπαντα τὸν παρατυχόντα, καὶ μηδενὸς φείδεσθαι, μηδὲ πρὸς τὰς ὠφελείας ὁρμᾶν, μέχρις ἂν ἀποδοθῇ τὸ σύνθημα. ἐν δὲ Ἐπιγράμματι, διὰ τοῦ ι. Ὠδε νέμοις ἠέρος ὠφελίην. διὰ τὸ μέτρον.

Ὠφελείας. Utilitates. Commoda. Spoliorum direptionem. Prædam. *Publius autem in urbem ingressus, præcepit, ut obvium quemque occiderent, neminique parcerent, neque ad prædandum prius se converterent, quam signum datum esset.* In Epigrammate vero scribitur per ι, ὠφελίη, propter metrum. *Ita fruaris aëris utilitate.*

Ὠφέλιμον πρᾶγμα. ὅπερ τοιοῦτον, ὥστε εὐλόγως αὐτὸ αἱρεῖσθαι πρὸς αὔξησιν καὶ προσθήκην. Ὀφέλλω γὰρ, τὸ αὐξάνω. Ξενοφῶν· Ἐπεὶ δὲ οὐδὲν ὠφέλιμον ἔλεγον, κατεσφάγησαν.

Ὠφέλιμον. Res utilis. Ea proprie sic dicitur, quæ talis est, ut eam merito expetas ad incrementum & additamentum. Ab ὀφέλλω, augeo. Xenophon: *Cum vero nihil dicerent, quod e re esset, occisi sunt.*

Ὠφελιμώτερος.

Ὠφελιμώτερος. Utilior.

Ὠφελίων, κωμικός. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Ἀθήναιος ἐν τῷ δευτέρῳ βιβλίῳ τῶν Δειπνοσοφιστῶν. φησὶ δὲ τῶν δραμάτων αὐτοῦ εἶναι ταῦτα· Δευκαλίωνα, Καλλαίσχρον, Κένταυρον, Σατύρους, Μούσας, Μονοτρόπους.

Ὠφελίων. Ophelio, Comicus. Ejus meminit & Athenæus lib. II. *Dipnosophistarum.* Ait autem ex ejus fabulis & has esse; Deucalionem, Callæschrum, Centaurum, Satyros, Musas, Monotropos.

Ὤφεον. ἀντὶ τοῦ εἶδον. Ὄφιν ὤφεον ὀδωδότα.

Ὤφεον. Pro εἶδον. Videram. Vidi. *Serpentem vidi male olentem.*

Ὦ[7] Ἠφήμερε. ὦ ἄνθρωπε. οὕτω παρεισάγει λέγοντα

Ὦ Ἠφήμερε. O brevis ævi homo. Sic Ari-

1 Ὦ τάν. καὶ πρὸς ἕνα μ.] Hæc leguntur etiam apud Scholiastam Aristophanis ad *Plutum.* pag. 8.

2 Ὧι τὸ ἱερὸν πῦρ φυσ.] Cum toto hoc loco confer omnino ea, quæ Noster habet supra v. Δημοχάρης.

3 Ὠτοθλαδίας τε καὶ ἐμπ.] Laertius in *Lycone*, l. v. num. 67. Ἀλλὰ καὶ γυμναστικώτατος ἐγένετο, καὶ εὐέκτης τὸ σῶμα, τήν τε πᾶσαν σχέσιν ἀθλητικὴν ἐπιφαίνων, ὠτοθλαδίας τε καὶ ἐμπινὴς ὤν, καθά φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος. Hinc Suidæ verba deprompta sunt. Nota autem pro ἐμπινὴς, ut Suidas habet, apud Laertium legi ἐμπινής: quam lectionem, ut meliorem, in versione secuti sumus. Portus vocem ἐμπινὴς verterat, *pænarum plenus*: sed nullo sensu. Confer etiam Salmasium ad Tertull. *de Pall.* pag. 233.

4 Ὦτος. ὄρνεον, ὅπερ ἐπ.] Vide Aristot. *Hist. Anim.* lib. VIII. cap. XII. & Athen. lib. IX. pag. 390. itemque Nostrum supra v. Κοβαλία.

5 Ὄφελε πρότερον κ.τ.λ.] Hæc sunt verba Sophoclis in *Ajace*, pag. 66. ut Portus monuit.

6 Ὁ δὲ Πόπλιος εἰσελθ.] Ex Polybii lib. x. cap. XV.

7 Ὦ Ἠφήμερε. ὦ ἄνθρ.] Ex Scholiasta Aristoph. ad *Nubes*, pag. 136. (71. Ed. Bas. P.)

Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις τὸν Σωκράτην πρὸς Στρεψιάδην. ἤγουν, ὦ θνητὲ, ὦ ἄνθρωπε, ὦ τὰ ἐφήμερα φρονῶν. τοῦτο δὲ λέγει, ὡς αὐτὸς λοιπὸν τὰ τῶν Θεῶν φρονῶν, καὶ [1] ὑπερηφανῶν τὰ τῶν ἀνθρώπων, διὰ τὸ φροντίζειν περὶ μετεώρων. ἢ ὅτι ἐλέγετο ὁ Σωκράτης Σειληνῷ παρεμφερὴς εἶναι. σιμός τε γὰρ, καὶ φαλακρὸς ἦν. περιέθηκεν οὖν αὐτῷ φωνὴν τὴν τοῦ παρὰ Πινδάρῳ Σειληνοῦ. ὁ γάρ τοι Πίνδαρος διαλεγόμενον παράγων τὸν Σειληνὸν τῷ Ὀλύμπῳ, τοιούτους αὐτῷ περιέθηκε λόγους· Ὦ τάλας, ἐφήμερε, νήπιε, [2] βάζεις χρήματά μοι διακομπέων. ἅμα δὲ καὶ ὡς [3] ὑπερηφανοῦντος λοιπὸν τοῦ Σωκράτους τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ἐν Θεοῖς ὄντος αὐτοῦ, διότι μετεωρολέσχης ἦν, οὕτω τὸ ἐφήμερον παρεισάγει αὐτὸν λέγοντα.

Ὠφθίς. ὄνομα πόλεως. Ὀφθεὶς δὲ, ο μικρὸν, καὶ δίφθογγον.

Ὠφθαλμισμένους [4] ἄνθραξι καὶ ἠλέκτροις εἶχον τοὺς πόδας αἱ κλίναι τῶν ἀρχαίων.

Ὤφθεν. ἀντὶ τοῦ ὤφθησαν.

Ὦ φθόρε. ὦ ὄλεθρε. Ἄπαγ' ἐς μακαρίαν ἐκποδὼν, ὦ φθόρε.

Ὤφλησα. ἐχρεώστησα.

Ὦ φῶς κακοῖσι τοῖς ἐμοῖσιν ἥκες· καὶ τὸν φίλον ἀπόδειξον δεομένῳ τῆς σῆς δεξιᾶς. γενοῦ τὴν τελευταίαν χρείαν Μιθριδάτης ἄλλος ἐμοί. ταῦτά φησι Μιθριδάτης πιὼν φάρμακον, καὶ δυσθανατῶν.

Ὤιχετο. ἀπήει. ἐπορεύετο. Ὁ δὲ τὴν Πελοπόννησον καταλιπὼν, εἰς Αἰτωλίαν ᾤχετο ἀπιών.

Ὤιχετο ἀπιών. ἐπαγγειλάμενος δὲ πάλιν ἐπανήξειν, ᾤχετο ἀπιών. ἀντὶ τοῦ, ἐς τοὐπίσω ἀπεχώρησε. συνήθης ὁ πλεονασμὸς τοῖς Ἀττικοῖς.

Ὦχος, [5] φιλόσοφος παρὰ Φοίνιξι. Ζάμολξις παρὰ Θρᾳξίν· Ἄτλας παρὰ Λίβυσιν.

Ὦχος. ὄνομα κύριον. Ὦχος τὸν Ἆπιν ἀποκτείνας, ἐβούλετο αὐτὸν τοῖς μαγείροις παραβαλεῖν, ἵνα αὐτὸν κρεουργήσωσι, καὶ παρασκευάσωσιν ἐπὶ δεῖπνον.

Ὤιχου, [6] καταλιποῦσ' ὡσπερεὶ προκειμένον,
Μόνον οὐ στεφανώσασ', οὐδ' ἐπιθεῖσα λήκυθον.

Εἰώθασι γὰρ ἐπὶ τῶν νεκρῶν τοῦτο ποιεῖν.

Ὤχρωμα.

Ὠχραίνεται.

Ὠχριῶσα. [7] οὐ παρὰ τὸ φοβουμένη τὸ ὠχριῶσα, ἀλλ' ἴσον τῷ ἀσθενοῦσα. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν νοσούντων. οὕτω γὰρ εἶπεν· Ἡ πόλις ὠχριῶσα, καὶ φόβῳ καθημένη.

Ὦχρος. ὠχρίασις. ἐν Ἐπιγράμματι· Ὡς εἶδον Μελίτην, ὦχρος μ' ἕλεν.

ſtophanes in *Nubibus* inducit Socratem compellantem Strepſiadem. Vel, o mortalis, o homo, & qui de rebus caducis tantum cogitas. Hoc autem dicit, quaſi ipſe animum in res divinas intentum ſemper haberet, & humana contemnens de rebus ſublimibus ſemper cogitaret. Vel, quia Socrates Sileno ſimilis eſſe dicebatur. Simus enim & calvus erat. Quare more Sileni Pindarici eum loquentem facit. Pindarus enim Silenum cum Olympo colloquentem inducens, talibus eum verbis uſum fuiſſe fingit: *O miſer, o mortalis, & ſtulte, verbis magnificis te jactas.* Simul etiam, quod Socrates res humanas contemneret, & cum Diis quodammodo verſaretur; utpote qui de rebus ſublimibus ſemper diſſereret: ideo eum dicentem facit, ὦ ἐφήμερε.

Ὠφθίς. Ophtis. Nomen urbis. Ὀφθεὶς vero, [ſcribitur] per ο parvum, & diphthongum ει. Viſus. Conſpectus.

Ὠφθαλμισμένους ἄνθρ. Antiquorum lecti pedes habebant carbunculis & electris munitos.

Ὤφθεν. Pro ὤφθησαν. Viſi ſunt. Conſpecti ſunt.

Ὦ φθόρε. O pernicies. O peſtis. [Ariſtophanes:] *Abi hinc in malam rem, peſtis.*

Ὤφλησα. Debui.

Ὦ φῶς κακ. *O qui lux malis meis veniſti, amicum te mihi præbe, dextram tuam imploranti. In hoc ultimo miniſterio ſis mihi alter Mithridates.* Hæc Mithridates dixit, cum hauſto veneno ægre animam efflaret.

Ὤιχετο. Diſceſſit. Abiit. *Ille vero relicta Peloponneſo in Ætoliam abiit.*

Ὤιχετο ἀπιών. Diſceſſit. Abiit. *Pollicitus autem ſe reverſurum, inde diſceſſit.* Hic pleonaſmus eſt Atticis familiaris.

Ὦχος. Ochus, Philoſophus apud Phœnices: ut Zamolxis apud Thraces; & Atlas apud Afros.

Ὦχος. Ochus. Nomen proprium. *Ochus, cum Apin interfeciſſet, eum coquis tradere voluit, ut eum in fruſta diſſecarent, & ad cœnam præpararent.*

Ὤιχου, καταλ. *Abiiſti, relinquens me ut mortuum: niſi quod non coronaſti me, neque lecythum apposuiſti.* Hoc enim mortuis facere ſolebant.

Ὤχρωμα. Pallor.

Ὠχραίνεται. Palleſcit. Pallet.

Ὠχριῶσα. Pallens. Pallida. Non propter metum pallens: ſed hoc ὠχριῶσα jam idem valet ac ἀσθενοῦσα, i. e. infirma: per tranſlationem ductam ab ægrotantibus. Sic enim dixit: *Civitas pallens, & in metu ſedens.*

Ὦχρος. Pallor. In Epigrammate: *Quum vidi Meliten, pallor me invaſit.*

1 Ὑπερηφανῶν.] Scholiaſtes Ariſtophanis rectius, ὑπερφρονῶν.
2 Βάζεις χρήματά μοι διακ.] Scholiaſtes Ariſtophanis, βάζεις κρήματά μοι διακομπέων.
3 Ὑπερηφανοῦντος] Rectius, ὑπερφρονοῦντος.
4 Ὠφθαλμισμένους ἄνθραξι καὶ ἀλ.] Ex Scholiaſte Ariſtoph. ad *Equit.* pag. 320. ſed ubi pro ὠφθαλμισμένους rectius legitur ἠσφαλτωμένους. Confer etiam Noſtrum ſupra v. Ἤλεκτρον.
5 Ὦχος, φιλόσοφος π.] Hæc ſumpta ſunt ex Laertii Proœmio.
6 Ὤιχου καταλ.] Duo hi Senarii leguntur apud Ariſtoph. *Eccleſiaz.* pag. 739.
7 Ὠχριῶσα. οὐ παρὰ τ.] Nota hæc referenda eſt ad locum illum Ariſtophanis in *Pace*, pag. 670. (458. Ed. Baſ. *P.*)
Ἡ πόλις γὰρ ὠχριῶσα καὶ φόβῳ καθημένη.

Ὦψ.

Ὦψ. ὠπός. τὸ πρόσωπον. διὰ τοῦ ω μεγάλου. Ὄψ δέ, ὀπός, ἡ φωνή, διὰ τοῦ ο μικροῦ.

Ὦψα. ἀντὶ τοῦ εἶδον.

Ὠψίκασιν. ἐβραδύνασι. Ὀψίζω γάρ, τὸ θέμα.

Ὠψίσθη. ὀψὲ καὶ βραδέως ἦλθε. νυκτὶ κατεσχέθη. [1] Ὁ δὲ ὠψίσθη ποτὲ ἄκων, καὶ κατέμεινεν ἐν τῷ Πειραιεῖ. Αἰλιανός φησιν ἐν τῷ περὶ θείων ἐναργειῶν.

Ὠψοποιός. ὁ περὶ τὰ ὄψα ἀσχολούμενος. ὁ μάγειρος.

Ὠψοποιὸς [2] Σπινθὴρ Ἑρμῇ τάδε σύμβολα τέχνης.

Θήκατο, δουλοσύνας ἄχθος ἀπωσάμενος.

Ὠψωνηκότες. ὀψωνήσαντες.

[1] Ὁ δὲ ὠψίσθη π.] Fragmentum hoc Æliani de Diopithe intelligendum est, ut discimus ex ipso Suida supra v. Γοργόν, & v. Διοπείθης.

Ὦψ. ὠπός. Vultus. Facies. Per ω magnum scribitur. Ὄψ vero, ὀπός, vox, per ο parvum.

Ὦψα. Vidi.

Ὠψίκασιν. Cunctati sunt. Tarde, vel sero venerunt. Ὀψίζω enim est thema.

Ὠψίσθη. Sero & tarde venit. Nocte detentus est. *Ille vero invitus aliquando, nocte eum opprimente, in Piræeo remansit.* Sic Ælianus inquit in libro de providentiæ divinæ evidentia.

Ὠψοποιός. Qui in parandis opsoniis occupatur. Coquus.

Coquus Spinther Mercurio hæc signa artis suæ

Dedicavit, excusso servitutis jugo.

Ὠψωνηκότες. Qui opsonarunt. Qui opsonia emerunt.

[2] Ὀψοποιὸς Σπ.] Integrum Epigramma vide Anthol. lib. VI. cap. XVII.

FINIS.

